BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXI
G
11
NAPOLI

XXI
G 11

XXI
G
11

BARNABÆ

BRISSONII

REGII CONSISTORII CONSILIARII, AMPLISSIMIQVE SENATVS PARISIENSIS PRÆSIDIS,

DE FORMVLIS ET SOLLEMNIBVS Populi Romani verbis,

LIBRI VIII.



PARISIIS,
Apud Sebaſtianum NIVELLIVM, ſub Ciconiis, via Iacobæa.
M. D. LXXXIII.
Cum Priuilegio Regis.

ad. gr. Thomę Francij Plac.
NAPOLI

Digitized by Google

NOBILISSIMO, CLARISSIMOQVE VI-
RO PHILIPPO HVRALTO CHEVERNIO FRANCIÆ
Procancellario, torquatæ vtriuſque Regis militiæ Nomophylaci, Prouinciarum, Aurelianen. Carnut. Bleſen. Ambaciac. Iuliodun. Rectori,

B. B. S.

NE diutius promiſſi mei expectatione pendeas, ecce tibi tandem aliquando ſubſeciui temporis munus fero, & quaſi ſuſceptum pridem votum reddens, debitum Formularum donum figo. Tardè, inquies, nec infitior: Sed nec ſemper ad diem debitores reſpondent, & duriores etiam atque acerbiores creditores ſatis habent, dummodò ſit ſolo tempore lapſa fides. Quamquam ea mihi quæ vel vadimonium deſerentē excuſaret, moræ ratio conſtat. Nam neque ſcribendi otium datur, nec à publicis iudiciis negotiiſve, aut ab interuentoribus vlla prope hora vacua eſt. Habeo præterea, magnum & multi laboris opus in manibus, cuius mihi negotium à Rege, te ſuaſore atque impulſore datum eſt: quod cùm non modò togatorum omnium votis expoſci, ſed & ab vniuerſis regni ordinibus ex Regia pollicitatione efflagitari videam, enitar, vt propediem confectum detur. Et ideò horum librorum editionem maturaui, vt dimiſſa priore cura, huic nouæ cogitationi toto pectore incumberem. Nec tamen hos mihi fines terminóſque conſtituo. Teneri namque non poſſum, quin hoc amplius, boni publici ſtudio, maius aliquid & priuati cuiuſque viribus impar, moliar atque animo volutem. Cui propoſito ſi volens propitiúſque Rex adfuerit, nulla erit tam ſurda poſteritas, nulla tam ingrata fama, quę debitis eum laudibus in cœlum non efferat. In quarum tu quoque ſocietatem aliqua ex parte venies, ſi rectæ principis menti, qua vales

apud eum gratia, faces admoueris. Vtramque de ciuibus tuis benemerendi occaſionem, ſi ſempiternæ gloriæ nomen tuum commendari velis, caue prætermittas. Summis enim, vt ille ait, imperij moderatoribus pia & decora ſuadentes, inſtrumenta ſunt boni ſæculi. Mihi quidquid oneris pro communi vtilitate imponetur; lubens ſubibo: nec vlla in eo genere res tam magna, neque tam parua eſt, quæ mihi aut difficilis, aut parum me digna videatur. Lutet. Pariſior. Non. Decemb. CIƆ.IƆ.LXXXII.

EXTRAICT DV PRIVILEGE
DV ROY.

HENRY par la grace de Dieu Roy de France, & de Pologne: A noz amez & feaux les gens tenans noz Courts de Parlement, Baillifs, Seneſchaux, Preuoſts, Iuges, ou leurs Lieutenans, & à tous noz autres Iuſticiers & Officiers qu'il appartiendra, Salut & dilection. Noſtre cher & bien aymé Sebaſtien Niuelle, Marchant, Libraire iuré en noſtre Vniuerſité de Paris, nous a faict humblement expoſer, que depuis quelque temps en ça, il auroit recouuré aucunes des Oeuures de noſtre aimé & feal Conſeiller en noſtre Conſeil d'eſtat, & Preſident en noſtre Court de Parlement à Paris, Maiſtre Barnabé Briſſon, & entre autres les liures par luy compoſez, De Formulis & ſollemnibus verbis Populi Romani. Leſquelles œuures, ledict Niuelle feroit volontiers imprimer, mais il doubte qu'il ſe trouuaſt fruſtré de ſon labeur & trauail, & des grands fraiz qu'il luy conuient faire, ſi par autre ils eſtoient imprimez, requerant ſur ce luy eſtre pourueu de remede conuenable. POVRCE eſt il que nous, voulans par tous moyens à nous poßibles fauoriſer les amateurs des lettres & ſciences, meſmes de celles de droict, par laquelle la iuſtice eſt adminiſtree à noz ſubiects, auons pour ces cauſes & autres iuſtes conſiderations à ce nous mouuans, à iceluy Niuelle permis & ottroyé, & de noz grace ſpeciale, pleine puiſſance, & auctorité Royale, permettons & ottroyons par ces preſentes, qu'il puiſſe & luy loyſe imprimer ou faire imprimer leſdicts liures, ſans qu'aucuns autres Imprimeurs ou Libraires, ſans l'expreſſe permißion & congé dudict Niuelle, puiſſent de dix ans entiers & conſecutifs, à compter du iour de la premiere impreßion paracheuee, imprimer ou faire imprimer, vendre ne debiter leſdicts liures ailleurs imprimez ſans ſon congé & permißion, ſur peine de mil liures pariſis d'amende, applicable moitié à nous, & l'autre moitié audict Niuelle, ſaiſie & cõfiſcation deſdicts liures ainſi imprimez ſans ſondict congé & permißiõ, & des deſpens, dommages & intereſts d'iceluy Niuelle. VOVLONS EN OVTRE, & nous plaiſt, qu'en inſerant le contenu en ces preſentes, ou l'extraict d'icelles au vray à la fin ou au commencement deſdicts liures imprimez par ledict expoſant, ou par ſa permißion, elles ſoient tenues pour ſuffiſamment ſignifiees & notifiees à tous Libraires & Imprimeurs, tout ainſi que ſi noſdictes lettres leurs auoient eſté particulierement monſtrees, & d'icelles baillé copie. Et neantmoins mandons & commandons au premier noſtre Huißier ou Sergent ſur ce requis, les ſignifier à tous ceux que bõ ſemblera audict Niuelle, & leur faire de par nous les defenſes y contenues. Et outre adiourner par deuant celuy de vous auquel la cognoiſſance en appartiendra les infracteurs des preſentes, pour ſe voir condamner és peines ſuſdictes, & autrement proceder ainſi que de raiſon. SI VOVS MANDONS, & à chacun de vous endroict ſoy enioignons, que de noz preſens permißion, priuilege & ottroy, enſemble de tout le contenu cy deſſus, vous faictes, ſouffrez & laiſſez iouyr & vſer ledict ſuppliant plainement & paiſiblement, ſans luy faire mettre ou donner, ne ſouffrir luy eſtre faict, mis ou donné aucun trouble ou empeſchement au contraire. Lequel ſi faict, mis ou donné luy eſtoit, reparez & remettez ou faictes reparer & remettre incontinent & ſans delay au premier eſtat & deu. Car tel eſt noſtre plaiſir. Nonobſtant quelconques edicts & ordonnances, ſtatuts, mandemens, reſtrinctions, defenſes & lettres à ce contraires. Auſquelles & aux derogatoires nous auons derogé & derogeons par ceſdictes preſentes.

Donnees à Paris, le 20. iour d'Auril, l'an de grace mil cinq cens quatre vingts deux. Et de noſtre regne le huictieſme.

Par le Roy en ſon Conſeil.
HABERT.

Acheué d'imprimer le 21. Decembre 1582.

BARN. BRISSONII REGII CONSISTORII CONSILIARII, AMPLISSIMIQVE SENATVS PARISIENSIS PRÆSIDIS,

DE FORMVLIS ET SOLLEMNIBVS Populi Romani verbis,

LIB. I.

AD NOBILISSIMVM CLARISSIMVMQVE virum, Philippum Huraltum CHEVERNIVM, *Franciæ Procancellarium, Torquatæ vtriuſque Regis militiæ Nomophylacem, Prouinciarum, Aurelianen. Carnuten. Bleſen. Ambaciac. Juliodunen. Rectorem.*

CVM MVLTÆ tes, V.C. in veteri populi Romani memoria, ſcitu, ac cognitione dignę, nequaquam ſatis adhuc explicatæ, in occulto lateant: tum perobſcurus, & nondum cuiuſquam ſcriptis illuſtratus eſt, quem tractare inſtitui, de certis, ſollemnibus, legitimis, ac concepris Quiritium verbis, locus. Qui vt longè lateque patet, propterea quòd nulla vitæ pars, neque publicis, neque priuatis, neque forenſibus, neque domeſticis in rebus, Formulis vacabat: ita magnis eſt obſtructus difficulratibus: quòd in maxima totius antiquitatis, & vel earum rerũ quæ olim in medio poſitę, in ore ſermonéque omniũ erãt, ignoratione verſamur. Atque adeò ad hauc priſcatum Formularum obſeruationem, ſola propè duce, ac magiſtra cõiectura, deducimur: cùm earum pleræque ita priſcorum auctorum libris abditæ iaceãt, vt eas canum indagatorum more, qui feras ſagaciter veſtigant atque odorantur, ex his in quibus deliteſcunt cubilibus excitare, & odore vel aliquo leuirer preſſo veſtigio perſequi neceſſe habeamus. Nec verò mediocres tenebræ in ſilua vbi hæc captanda, & indagãda ſunt, neque eò quò peruenire volumus, ſemitæ tritæ, necnon in tramitibus multa obiecta, quæ euntem retinere, & morari poſſunt. Veruntamen cùm digna res videretur, in quam neruos intenderem, neque labore vllo fractus ſum, neque ſtudium exquirendi defatigatus reliqui: operæpretium me facturum ratus, ſi ſeneſcenrem iam, & propè intermortuam veterum Formularum memoriam renouatem, & ab obliuione ſilentióque, quantum in me eſſet, vindicarem. Quod ſi

bene ac feliciter euenerit, mirificè lætabor, non iuris modò ſtudioſis, ſed & alienis à profeſſione noſtra hominibus, aditum à me, ad rerum reconditarum cognitionem eſſe patefactum. Sin ſecus, me tamen poſitæ in re tam præclara operæ nunquam pœnitebit. Opus quidem ipſum, iam ab aliquot annis inchoatum, ſed multa varietate temporum interruptum, & propter fori occupationes (quibus ita impediri me nemo neſcit, vt nulla penè ſcribendi facultas detur) diu intermiſſum, cùm vix tandem Britannica noſtra anni ſuperioris legatione functus abſoluiſſem, in tuo potiſſimùm nomine apparere, tibíque, quem vnum ex omnibus plurimi, vt debeo, facio, inſcribi volui: vt exraret hoc literis ad poſteritatis memoriam mandatum meæ in te obſeruantiæ monumentũ. Id quod etiam conſtans de me iudicium tuum, longóque ac vetere vſu ſpectata beneuolentia, ſuo quaſi iure poſtulare videbantur. Accipe ergo, V. C. libens, hoſce, qui tuo ductu auſpicióque in lucem prodeunt, libros: quorum, vt Symmachi dictum vſurpem, poterit oblatio exigua non videri, ſi magis mei in te animi, quàm ſui pretij æſtimatione pendantur.

diuiſio operis

TOTAM autem antiquarum Formularum tractationem, vt via atque ordine progrediatur oratio, in libros octo partiri ac diſtribuere commodum duxi. Quorum primus eas, quæ ad rem diuinam, precationes, vota, ædium ſacrarum & ſignorum dedicationes, aliáque his continentia & adiuncta pertinent, Formulas complectetur. Alter Comitiorum, Rogationum, Legum, Sententiarum in Senatu dictarum, eiúſque Ampliſſimi ordinis decretorum Formulas continebit. Tertius circa Edicta, Reſcripta, Mandatáque principalia, & Prudentum Reſponſa verſabitur. Quartus rei militaris: Quintus Fori, & iudiciorum: Sextus rerum, obligationúmque contrahẽdarum: Septimus Teſtamentarias & funebres Formulas perſequetur. Reliquas, quæ ad eiuſmodi ſumma capita propter varietatem reuocari non poſſunt, in Octauum librum conferam.

IGITVR, vt à ſacris initium faciam, placet ab ea ſollemni voce ordiri, qua profanos ſacris arceri moris erat, quam Virgil. lib. VI. Æneid. ita concipit,

-PROCVL Ô PROCVL ESTE PROFANI,
Conclamat vates, TOTOQVE ABSISTITE LVCO.

Ad quem locum Seruius à Georg. Fabricio editus, hoc è Græcorum fontibus manaſſe notat, auctorémque laudans Callimachum, ex eo hoc hemiſtichium adfert,

ΕΚΑΣ ΕΚΑΣ ΕΣΤΕ ΒΕΒΗΛΟΙ.

Auctoritatem tamen defugiunt quoquot extant, ſaluíque ad hanc vſque ætatem peruenerunt Callimachi verſus, in quibus hæc verba deprehendiſſe mihi non videor. In Apollinis quidem hymno ſcriptum inuenio,

ΕΚΑΣ ΕΚΑΣ ΟΣΤΙΣ ΑΛΙΤΡΟΣ.

Orpheus planè fores profanis occludi ita iubebat.

φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις
Πᾶσιν ὁμῶς. -

Quæ recta eſt verſuum illorum ſcriptura, quam & amplexus eſt is, qui primam Theodoriti de Curat. Græcar. affect. Orationem Latinã fecit. At in Iuſtini Martyris Parænetico, & Clementis Alexandrini Protreptico, verſus hoſce, librariorum audacia valdè deprauauit. Vtrobique enim cum vitio ſcriptum eſt, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι Πάντες ὁμῶς: Atque vt eadem fidelia complures quoque parietes dealbem, prioris verſus poſtrema ſyllaba vna litera imminuta, magni nominis virum in errorẽ induxit: cùm in Luciani libro περὶ θυσιῶν, quem Latinè reddidit, non animaduertit mendosè ſcriptum, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι. Vſque adeò, vt ſcitè Baſilius ait, ἐν μικρᾷ πλάνῃ πολὺς ἡμάρτηται λόγος. In eundémque lapidem impegit interpres Tatiani λόγου πρὸς Ἕλληνας, deceptus malè interpunctis auctoris verbis, quibus, vnico puncto remoto & trãſlato, minimi eſt negotij mederi, in hunc modũ: Καὶ Ὀρφεὺς ὁ, θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις, λέγων. Idem mendum corrigendũ eſt in Euſeb. lib. iij. de Pręparatio. Euangel. ex quo non malè colligi poſſe credo, ab his verſibus Porphyrium impios ſuos, quos aduerſus Chriſtianã religionem ſcripſerat, libros inchoaſſe. Eodem verò principio Epiphanium vſum in Bacchi hymno, Sozomenus lib. vj. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. xxv. oſtendit, Ἐπειδὴ, inquiens, τοῦ λόγου ἀρχόμενος Ἐπιφάνιος, ὡς ἔθος

ἔθος τοῖς τοιάδε ἐπιδεικνυμένοις λέγειν, τοὺς ἀμυήτους καὶ βεβήλους ἔξω εἶναι θύρας ζε ἐκέλευεν. Verùm, vt è Græcia in Latium reuertar, promam è poëtarum Latinorum apothecis aliquot eiuſdem notæ verſus. Ouid. lib. XVII. Metamorphoſ.

HINC PROCVL Aeſonidem, PROCVL HINC iubet ire miniſtros:
Et monet arcanis oculos remouere PROFANOS.

Silius Italicus lib. XVII.

Tum puppe è media magno clamore ſacerdos,
Parcite pollutis contingere vincula palmis:
Et PROCVL HINC, *moneo*, PROCVL HINC QVÆCVMQVE PROFANÆ.

Iuuenal. Sat. II.

Sola ara Deæ maribus patet: ITE PROFANÆ,
Clamatur —

Claudianus lib. I. de Raptu Proſerp.

- Greſſus remouete PROFANI.

T. Calphurnius Ecloga II.

- ITE PROCVL, *ſacer eſt locus*, ITE PROFANI.

Hoc idem teſtatum reliquit Tertullianus Apologetico: *Cùm ſemper*, inquiens, *impiæ initiationes* ARCEANT PROFANOS. Secundum quæ Horatius Ode I. lib. III.

Odi, ait, PROFANVM *vulgus & arceo.* Quem verſum ſcitè ac venuſtè iocis ſuis inſeruit Petronius Arbiter in Satyrico. Eodémque alludit Agellius lib. vlt. Noct. Attic. cap. vlt. his verbis: *Et quam ille homo feſtiuiſſimus fabulæ ſuæ ſpectandæ legem dedit, eandem ego commentariis meis legendis dabo: vt ne ea attingat, néve adeat profeſtum &* PROFANVM *vulgus a ludo muſico diuerſum.* Similiter Macrobius lib. I. in Somniũ Scipionis cap. II. *Et vt facilè, ait, ſecerni poßit, quæ ex his ab ſe abdicet, ac velut* PROFANA *ab ipſo veſtibulo ſacræ diſputationis excludat.* Hinc & illud Catulli,

Orgia quæ fruſtra cupiunt audire PROFANI.

Quibus aptè accedet illa initiorum à Rutiliano inſtitutorum πρόῤῥησις, quam Lucianus in Pſeudomante hiſce verbis conceptam fuiſſe refert: Εἴ τις ἄθεος, ἢ Χριστιανὸς, ἢ Ἐπικούρειος ἥκει κατάσκοπος τῶν Ὀργίων, φευγέτω· οἱ δὲ πιστεύοντες τῷ θεῷ τελείσθωσαν τύχῃ τῇ ἀγαθῇ. Εἶτ' εὐθὺς ἐν ἀρχῇ ἐξέλασις ἐγίγνετο, καὶ ὁ μὲν ἡγεῖτο λέγων, Ἔξω Χριστιανούς, τὸ δὲ πλῆθος ἅπαν ἐπεφθέγγετο Ἔξω Ἐπικουρείους. Nec arcebantur modò, aditúque ſacrorum prohibebãtur profani, id eſt nõdum ſacris initiati: verumetiã, quod Demonax apud Lucianũ ridet, myſteria & arcana iis aperire & enuntiare nefas habebatur. Ouid. lib. II. de Arte aman.

Quis Cereris ritus audet vulgare PROFANIS,
Magnáque Threicia ſacra reperta Samo?

Horat. lib. III. Carmin. Ode II.

Vetabo qui Cereris ſacrum
Vulgarit arcanæ, ſub iiſdem
Sit trabibus.

vbi interpres: *Sacra, ait, Cereris myſtica erant, nec vulgare ea licebat.* Iuſtin. lib. V. *Alcibiades abſens Athenis inſimulatur, initiorum ſacra, nullo magis quam ſilentio ſollemnia, enuntiauiſſe.* Proinde Auguſtus Athenis initiatus, cũ poſtea Romæ pro tribunali de priuilegio ſacerdotum Atticæ Cereris cognoſceret, ac ſecretiora quædam proponerentur, dimiſſo concilio & corona circumſtantium ſolus, Suetonio auctore, audiit diſputãtes: ne videlicet profanis initia vulgarentur. Huc quoq; ſpectat quod ait Lucanus lib. X.

Fas mihi magnorum, Cæſar, ſecreta parentum
Prodere, ad hoc æui populis ignota PROFANIS.

Ex hoc etiam ritu ſcitè Claudianus lib. de bello Getico,

-Procul, ait, arceat altus
Iuppiter, vt delubra Numæ, ſedémque Quirini
Barbaries oculis ſaltem temerare PROFANIS
Poßit, & ARCANVM *tanti deprehendere regni.*

Galenus lib. VII. de virtute ſimplicium remedior. Καὶ οὐδὲν ἴσως θαυμαστόν, εἴγε καὶ μυστηρίων βιβλοις ἐτόλμησαν ἔνιοι τῶν ἀμυήτων ἀναγινώσκειν. ἀλλ' οὐκ ἐκείνους ἔγραψαν οἱ γράψαντες τοῖς βεβήλοις. Silentio ergo & taciturnitate tegi myſteria volebant. Lucilius lib. XXVI. citante

Nonio: *At enim decis, clandeſtino tibi quod miſſum foret, ne mutires quicquam, nec myſteria efferres foras.* Ouid. lib. I. de Arte aman.

Tectáque ſint ſolita myſtica ſacra fide.

Lactant. lib. v. Diuinar. Inſtitut. *Hinc fida ſilentia ſacris inſtituta ſunt ab hominibus callidis, vt populus neſciat quid colat.* Quæ cùm ille ſcripſit, ad ea credo Virgilij verba reſpexit, quæ lib. III. Æneid. continentur:

Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiáque æra,
Idæúmque nemus: hinc fida ſilentia ſacris.

Auſonius Paulino:

Sed tu iuratus, velut alta ſilentia ſacris
Deuotus teneas, perſtas in lege tacendi.

Philoſtrat. lib. I. de vita Apollon. Καὶ ὥσπερ ἐν μυστηρίοις ἐσιώπα. Plutarch. περὶ ἀδολεσχ. Τὸ μὲν λέγειν ἀνθρώπους, τοῦ δὲ σιωπᾶν θεοὺς διδασκάλους ἔχομεν, ἐν τελεταῖς καὶ μυστηρίοις σιωπὴν παραλαμβάνοντες. Vnde & Cicero lib. III. de Orat. Tacitum, tanquam myſterium, tenere aliquid, dixit. Initiatis verò ea, quæ myſteriis tradebantur, inter ſe vulgare licebat. Idcirco Cicero lib. I. Tuſculanar. quæſt. *Reminiſcere, ait, quoniam initiatus es, quæ traduntur myſteriis.* Lucianus in Nauigio fine votis. Λυκ. Μὴ γὰρ ἀκούσῃς εἰπεῖν, εἰ μή τι ἔστι τῶν πάνυ ἀπορρήτων· χρή τοι ἐπιλελήσθημεν, ὡς οἶσθα, καὶ στέγειν μεμαθήκαμεν. Αδει. Ἀλλ' αἰσχύνομαι ἔγωγε εἰπεῖν πρὸς ὑμᾶς, οὕτω γὰρ μειρακιώδης ὑμῖν δόξει τὸ φρόντισμα. Λυ. Μῶν ἐρωτικόν τι ἐστι; οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτο ἀμυήτοις ἡμῖν ἐξαγορεύσεις, ἀλλ' ὑπὸ λαμπρᾷ τῇ δᾳδὶ, καὶ αὐτοῖς τετελεσμένοις. His conſequenter ipſa Eleuſiniorum ſacrorum ſymbola in tranſcurſu perſtringere non omnino extra rem fore cenſeo, quæ Arnobius lib. v. aduerſ. gent. prodit, *Eleuſiniorum,* inquiens, *veſtrorum notas & origines producunt turpes, & antiquarum elogia literarum, ipſa denique ſymbola, quæ rogati ſacrorum in acceptionibus reſpondetis.* IEIVNAVI, ATQVE EBIBI CYCEONEM, EX CISTA SVMPSI, ET IN CALATHVM MISI, ACCEPI RVRSVS, IN CISTVLAM TRANSTVLI. Quę quidē ille in Latinū conuertit è Græcis, quæ ſic habēt: Ἐνήστευσα, ἔπιον τὸν κυκεῶνα, ἔλαβον ἐκ κίστης, ἐργασάμενος ἀπεθέμην εἰς κάλαθον, καὶ ἐκ καλάθου εἰς κίστην. quemadmodum ex Clemen. Alexand. in Orat. exhortator. ad Græcos, & ex Euſebio lib. II. de præparat. Euangel. liquet. Ex quibus, vt & Matern. Firmico lib. de Errore profanar. religion. alia quoque myſteriorum & arcanorum ſymbola petenda ſunt.

Manus Sollemni verò præfatione eos quibus puræ manus non erant, ſacris arceri conſueuiſſe, Liuius lib. XLI. tradit his verbis: *Cùm omnis præfatio ſacrorum, eos, quibus non ſint* PVRÆ MANVS, *ſacris arceat.* Lucian. περὶ θυσιῶν. Καὶ τὸ μὲν πρόγραμμά φησι μὴ παριέναι εἴσω τῶν περιρραντηρίων ὅστις μὴ καθαρός ἐστι τὰς χεῖρας. Inde eſt quod Virgil. in eo voto, quod pro ſua Æneide Veneri ſuſcipit in Catalectis, PVRIS, inquit, *ſerta feram* MANIBVS. Sic & Alcmena apud Plautum in Amphitryone Act v. Sc. I. Deos immortales manibus puris, vt ſibi auxilium ferrent, inuocaſſe dicitur. Simili modo & Tibullus ad ſacra accedentes MANIBVS PVRIS fontis aquam ſumere iubet Eleg. I. lib. II. Seneca lib. III. Natural. quæſt. *Quid eſt præcipuum? Non admittere in animum mala conſilia,* PVRAS *ad cœlum* MANVS *tollere.* Euiſdémque nominis poëta Oedipo Act. III. Sc. I.

Licet iam tollere ad cœlum piè,
PVRAS, *nec vlla ſcelera metuentes* MANVS.

Quò pertinet illa mimorum γνώμη:

PVRAS *Deus, non plenas aſpicit* MANVS.

Puras autem manus tam à ſordibus & illuuie, quàm à cæde & ſanguine, in ſacris exigebant. Pollutas namque & ſanguinolentas manus à ſacris repulſas & reiectas fuiſſe patet, cùm ex illis ſuprà laudatis Silij verſibus, quibus nauis, qua Cybeles ſignum vehebatur, vincula pollutis manibus contrectari ſacerdos vetat; tum è Seneca in Thyeſte Act. I. Sc. I. vbi ait:

—Moneo, ne ſacra MANVS
Violata cæde, né ve feruali malo
Aſpergat aras.—

Interpres etiam Ariſtophanis in Veſpis: Ἔθος ἦν, ait, ἀνδροφόνους οὐ μεταλαβεῖν τῶν θυσιῶν.

Nec

Nec enim huiuſmodi hominum puræ manus erant. Vnde apud Herodotum lib. I. Ἀνὴρ μὴ καθαρὸς ἐὼν τὰς χεῖρας dicitur, qui homicidio manus polluerat. Sed & puras manus apud Horat. Epod. XVII. vetus commentator à ſcelere innocentes interpretatur: quibus verbis idem Horatius lib. I. Sermon. Satyr. IIII. vſus eſt. Planè vt puris manibus ad ſacra accederent, conſtat rem diuinam facturos manus abluiſſe. Cato de re Ruſt. cap. CXXXII. Dapem quo modo fieri oporteat tradens, *Manus*, ait, *interluito*, *poſtea vinum ſumito.* Plaut. Aulularia, Act. III. Sc. VI.

Ego, niſi quid me vis, eo lauatum, vt ſacrificem. Et eiuſdem comœdiæ, Act. V. Sc. I.

Nunc lauabo, vt rem diuinam faciam.

Ouid. lib. IIII. Faſtor.

His Dea placanda eſt: hæc tu conuerſus ad arua
Dic quater, & vino perlue rore manus.

Dionyſ. Halycarnaſſ. lib. VIII. Συντελεσθείσης δὲ τῆς πομπῆς, ἐβουθύτουν εὐθὺς οἵ τε ὕπατοι, καὶ τῶν ἱερέων οἷς ὅσιον, καὶ τῶν θυτόλων. Τρόπος δ' αὐτὸς ἦν τῷ παρ' ἡμῖν. Χερνιψάμενοί τε γὰρ αὐτοὶ καὶ τὰ ἱερὰ καθαρῷ περιαγνίσαντες ὕδατι. Χερνίψασθαι enim χεῖρας νίψασθαι interpretantur Heſychius, Suidas & Euſtathius. Marius quoque apud Plutarchum νιψάμενος τὰς χεῖρας καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνασχὼν vota diis facit. Atque huc ſpectat, quod Feſtus Pompeius ſcribit: *Malluuium latum, in commentario ſacrorum, ſignificat manus qui lauet.* Eodémq; vetus Horatij interpres refert verba hæc lib. II. Sermon. Sat. III.

-circum compita ſiccus
Lautis mane ſenex manibus currebat.- Idcirco enim dixiſſe eum ait *lautis manibus*: *quia ſolebãt deos precaturi manus & pedes abluere.* Ex hoc etiã ſacrorũ ritu Virg. lib. VIII. Æn.

Surgit, ait, & ætherij ſpectans orientia ſolis
Lumina, ritè cauis vndam de flumine palmis
Suſtulit.-

Hinc & Ouidius lib. IIII. Faſtorum. Claudiam precaturam puram fluminis aquam manibus hauſiſſe narrat. Quinetiam Propertius oſſa ſua à matre & Neæra, manibus priùs lotis legi, mandat Eleg. II. lib. II. Denique ἀνίπτοισι χερσὶν diis libare vetant Heſiod. ἐν ἔργοις, & Homer. Iliad. VII. & inde ducta prouerbia, *Illotis manibus & pedibus*, bene Eraſmus cenſet: quibus præter eos auctores, vnde ille exempla collegit, vtuntur Dio Chryſoſtomus in Orat. Olympica, & Lucian. in Pſeudologiſta. Sanè cæde & ſanguine pollutas manus abluendas fuiſſe priuſquàm ſacra arævè contingerentur, Virgil. lib. II. Æneid. docet, Æneam ita loquentem inducens:

Tu genitor cape ſacra manu, patrióſque penates:
Me bello è tanto digreſſum, & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero.-

Proinde apud Senecam in Hercule Furen. Act. IIII. Sc. I. Amphitryo Herculē priuſquàm ſacrificet, manus cruentas abluere ita admonet:

- nate, manantes prius
Manus cruenta cæde & hoſtili expia.

Ex eodémque more idem auctor eiuſdem Tragœdiæ Sc. VI.

Quis Tanais, inquit, *aut quis Nilus, aut quis Perſica*
Violentus vnda Tigris, aut Rhenus ferox,
Tagúsve Ibera turbidus gaza fluens
Abluere dextram poterit?

Scholiaſtes Sophoclis in Aiace Maſtigophoro, Ἔθος ἦν, ait, τοῖς παλαιοῖς, ὅτε ἢ φόνον ἀνθρώπου, ἢ ἄλλας σφαγὰς ἐποίουν, ὕδατι ἀπονίπτειν τὰς χεῖρας εἰς κάθαρσιν τοῦ μιάσματος. Huiuſmodi autem ablutionem VIVO flumine factam Virgilius dixit, vt Ouidius, VIVO *rore*, & Valer. Flacc. lib. III. Argonautic. VIVA *lympha.* Itaque apud Liuium lib. I. antiſtes Romanus, Sabinum illotis manibus bouem Dianæ immolare parantem ita alloquitur: *Quid iam tu hoſpes paras inceſtè Dianæ facere? Quin tu antè* VIVO *perfunderis flumine? infima valle præfluit Tiberis.* Quod idem Aurel. Victor de vir. illuſtrib. narrans: *Reſponſum, ait, ſomnio datum, eum populum ſummam Imperij habiturum, cuius ciuis bouem illam immolaſſet:*

Latinus bouem in Auentinum egit, & cauſam ſacerdoti Rom. expoſuit: Ille callidus, dixit, prius cũ VIVO *flumine manus abluere debere.* Eandémq; hiſtoriã referens Plutarch. Ἐν Αἰτίοις· Προσάξας, ait, τὸν Κορνήλιον τῷ Ἀντρῶνι λούσασθαι πρὸ τῆς θυσίας ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ· νενομίσθαι γὰρ οὕτω τοὺς χερνιπτομένους. VIVVM autem flumen Seruius in lib. II. Æneid. interpretatur ſemper fluens & naturale, additque eſſe hoc Augurale verbum, & hanc quoque iugibus ac perennibus aquis appellationem vulgi ſermone tribui, Plutarchus tradit in libello quo tractat, an aqua ſit igni vtilior. Nec verò manus tantùm, ſed & caput, totúmque corpus plerunque abluebant, aſpergebántque, prout diis ſuperis inferisve ſacrificabant, vt eſt à Seruio notatum in lib. IIII. Æneid. Qua de re aliàs plura. Interim monuiſſe cõtentus ero illum gentilium ritum perſtringi ab Arnobio lib. VII. aduerſ. gent. his verbis: *Mactatúrque hoc illis, quorum templa cùm adire diſponitis, ab omni vos labe puros, lautos, caſtiſſimoſque præſtatis.* Quod & mordet Lactantius lib. V. cap. XX. *At illi,* inquiens, *infelices, nec ex ſceleribus ſuis intelligunt, quàm malum ſit quod colunt: quandoquidem flagitiis omnibus inquinati veniunt ad precãdum, & ſepiè ſacrificaſſe opinantur, ſi cutem lauerint, tanquã libidines intra pectus incluſas vlli amnes abluant, aut vlla maria purificent.* Eóque reſpiciẽtes apud Plautũ Rudente, Act. III. Sc. III. mulieres petũt, vt ſibi pace Veneris in templo eius eſſe liceat, dicúntq; ſe elautas opera Neptuni. Hoc verò appellabãt, PVRE LAVARI. Tibull. Eleg. III. lib. I.

Quidve pie dum ſacra colis, PVREQVE LAVARI
Te memini, & puro ſecubuiſſe toro.

Liuius lib. XXXIX *Decem dierũ caſtimonia opus eſſe, decimo die cœnatum, deinde* PVRE LAVTVM *in ſacrarium deducturam.* Paulus ex Feſto: PVRE LAVTVM, *aqua pura lauatum.* Hoc amplius à ſacris arcebant heſterna Venere inquinatos. Tibull. Eleg. I. lib. II. (post concubitum)

Vos quoque abeſſe procul iubeo: diſcedite ab aris,
Queis tulit heſterna gaudia nocte Venus.

Vnde Lampridius in Alexandro: *Primùm vſus viuendi eidem hic fuit: primùm ſi facultas eſſet, id eſt, ſi non cum vxore cubuiſſet, matutinis horis in larario ſuo rem diuinam faciebat.* Bellè itaque Ouidius lib. III. Amor. Eleg. VI.

A tenera quiſquam ſic ſurgit manè puella,
Protinus vt caſtos poſſit adire deos?

Nec verò illoto corpore ad ſacra ſtatim acceſſiſſe Venere pollutos oſtendit Perſius Saty. II. cùm ait:

Hæc ſanctè vt poſcas, Tiberino in gurgite mergis
Manè caput bis térque, & noctem flumine purgas.

Illic enim, *noctem*, nocturnum concubitum accipere oportet. Quem Perſij locum D. Hieronymus citat in Apolog. pro libris aduerſus Iouinianum. *Sed ipſorum,* inquiens, *conſcientiam conuenio, qui eadem die poſt coitum communicant, &, iuxta Perſium, noctem flumine purgant.* Cicero lib. 2. de Legib. *Caſtè lex iubet adire ad deos, animo videlicet, in quo ſunt omnia, nec tollit caſtimoniam corporis, ſed hoc oportet intelligi, cùm multum animus corpori præſtet, obſeruetúrque, vt caſto corpore adeatur, multo eſſe in animis id præſtandum magis. Nam illud vel aſperſione aquæ, vel dierũ numero tollitur: animi labes nec diuturnitate euaneſcere, nec amnibus* (aut, vt quidam malunt, manibus) *vllis elui poteſt.* Atq; adeò poſt illud nocturnũ opus mulieres aqua ſumpta ſeſe purificaſſe oſtendũt, obſcurè quidẽ Ouid. lib. III. Amor. Eleg. VI. poſtremis verſibus, Auctor incertus in Priapeis, & Cicero in Orat. pro Cœlio: apertiùs verò Suetonius in Auguſto, cap. XCIIII. quo loci Attiam refert, cùm ad ſollemne Apollinis ſacrum media nocte veniſſet poſita in templo lectica, dum ceteræ matronæ dormirent, obdormiiſſe, draconémque repentè irrepſiſſe ad eam, paullóque poſt egreſſum: illam verò expergefactam quaſi à concubitu mariti, purificaſſe ſe: & ſtatim in corpore eius extitiſſe maculam velut depicti draconis, nec potuiſſe vnquam eximi, adeò vt mox publicis balneis perpetuò abſtinuerit. Ac planè quibus diebus Iſidis ſacris operam dabant mulieres, ſecubare eas, & virorum conſuetudine abſtinere ſolitas, cõſtat ex Tibullo Eleg. III. lib. I. Propertio lib. II. Eleg. XXII. & Ouidio lib. III. Amor. Eleg. VIII. Cuius deæ ſollemnia idcirco à Propertio *triſtia* vocantur. Eadémque ratione Iſidis DIES PVROS appellat idem poëta lib. IIII. Eleg. V. non alia loquendi figura, quã qua Plautus Aſinaria, NOCTES PVRAS. Itaque eas, quæ negare vellent noctem amantibus, prætexere poſſe cauſam ſacrorum Iſidis, nõ modò illic Propertius docet, ſed & Ouid. lib. I.

lib.I.Amor.Eleg.VIII.his verſibus:

Sæpe nega noctem, capitis modò finge dolorem,
Et modò quæ cauſam præbeat Iſis erit.

Idémque Cerealibus mulieres obſeruaſſe indicat idem Ouid.lib.x. Metamorphoſ. & lib.III.Amor.Eleg.IX.

VT autem in ſacris PVRAS MANVS, ita & PVRAS VESTES, & PVRA VASA, & PVRAM HOSTIAM, & PVRVM VINVM deſiderabant. Tibull.Eleg.vlt.lib.I. pura in ſacris

Hunc PVRA *cum* VESTE *ſequar, myrtóque caniſtra*
Vincta geram, myrto vinctus & ipſe caput.

Idem Eleg.I.lib.II.

Caſta placent ſuperis, PVRA *cum* VESTE *venite.*

Virgil.lib.XII.Æneid.

*-*PVRAQVE *in* VESTE *ſacerdos*
Setigeræ fœtum ſuis, intonſámque bidentem
Attulit.- Vbi Seruius In Schedis, PVRA interpretatur, nõ polluta. *Et pura,* ait, *dicitur veſtis, qua feſtis diebus vti conſueuerãt ſacrificaturi: vt neq; funeſta ſit, neque fulgurita, neq; maculam habeat in homine mortuo. Eſt autem purpurea & linea. Purpura enim maris vicem ad piandum præbet. Linum verò fluminis, quia cùm vere primùm in oriente flumen inundaſſet, linum natum Plinius Secundus dicit. Ideo magiſtratus ſacrificaturi togam prætextam habent, & manus ablutas detergere linteis mantilibus curant.* Idem in lib.IIII.Æneid.ad hæc verba, *Date vulnera lymphis: Sanè in ſacris pura veſtis appellatur, quæ neque funeſta ſit, neque maculam habeat ex homine mortuo.* Feſtus Pomp. *Pura veſtimenta ſacerdotes ad ſacrificium habebant, id eſt, non obſita, non fulgurita, non funeſta, non maculam habentia.* At de puris vaſis Plautus idoneus teſtis eſt: apud quem in Amphitr. Act. III. Sc.II. Iupiter ab Alcmena petit, vt ſibi ad vota ſoluenda, vaſa pura adornari iubeat. Similitérque Amphitryo Act.V.Sc.I.

VASA, ait, PVRA *iube actutum adornari mihi,*
Vt Iouis ſupremi hoſtiis pacem expetam.

Ideò eiuſdem Comœdiæ Act. IIII. Sc.III.Soſia Amphitryoni:

Tu purgari, inquit, *iuſſeras vaſa, vt rem diuinam faceres.*

Et in Captiu. Act.IIII.Sc.I.

Vaſa tibi PVRA *apparārier ad rem diuinam citò.*

Quod autẽ ad PVRAM hoſtiã attinet, eius rei habitam rationẽ in ſacris docet Varro lib.II.de re Ruſt.cap.IIII.de porcis agens: *Qui à partu,* ait, *decimo die habentur* PVRI *ab eo, appellantur ab antiquis* SACRES, *quòd tum ad ſacrificium idonei dicuntur primùm.* Plinius lib.VIII.cap.LI. *Suis fœtus. ſacrificio, die quinto* PVRVS *eſt: Pecoris die octauo: Bouis triceſimo. Coruncanus Ruminales hoſtias, donec bidentes fuerint,* PVRAS *negauit.* Idem lib.x.cap.LVI. de gallinis loquẽs: *Ad rem diuinam luteo roſtro, pedibúsque* PVRÆ *nõ vidẽtur: ad opertanea ſacra, nigræ.* Idẽ lib.XXIX.cap.IIII. Catulos lactentes etiam, PVROS exiſtimatos placandis numinibus ſcribit. Feſt. Pomp. *Agnus dicitur à Græco ἁγνὸς, quod ſignificat caſtum: eo quòd ſit hoſtia* PVRA *& immolationi apta.* Plutarch. in lib. de defectu oraculor. δεῖ γὰρ τὸ θύσιμον τῷ τε σώματι, καὶ τῇ ψυχῇ καθαρὸν εἶναι, καὶ ἀσινὲς, καὶ ἀδιάφθορον. Obſeruatum quoq; vt PVRVM eſſet vinũ, quod ſacris adhibebatur, teſtatur Plin. lib.XIIII. cap.XII. Hinc Ouid.lib.III.de Ponto, Eleg.I.

Sed priùs impoſito ſacris altaribus igne,
Tura fer ad magnos VINAQVE PVRA *deos.*

Idem lib.VII.Metamorphoſ.

-dum vota ſacerdos
Concipit, & fundit PVRVM *inter cornua vinum.* Sed & PVRA aqua ſocios Æneæ luſtratos Virg.lib.VI.Æneid.ſcribit. Denique ex Numæ inſtituto, far non niſi toſtum, ad rem diuinam PVRVM cenſebatur, quemadmodum Plin.lib.XVIII.cap.II.tradit. Ita PVRA omnia ſacris adhibita planum fit.

Porrò impij quoque, ſceleribúsque & flagitiis contaminati ſacris arcebantur. Vnde Ouid.lib.I.Faſtor. impij

Innocui veniant, PROCVL HINC, PROCVL IMPIVS ESTO
Frater.-

Statius Papin.lib.III.Syluar.

-Adeſte
Diique, hominéſque ſacris, PROCVL HINC, PROCVL ITE NOCENTES,
Si cui corde nefas tacitum, feſſique ſenectus
Longa patris, ſi quis pulſatæ conſcius vnquam
Matris, & inferna rigidum tenet Aeacon vrna,
Inſontes caſtoſque voco.

Gratius in lib.I.de Venat.

-Ipſe manu ramum pallente ſacerdos
Termiteum quatiens, PROCVL HINC EXTORRIBVS IRE
EDICO, PRÆSENTE DEO, PRÆSENTIBVS ARIS,
QVEIS SCELVS AVT MANIBVS SVMPTVM AVT IN CORPORE
MOTVM EST, *Inclamat.-*

Id quod ſignificat Propertius, cùm ſacra faciens Eleg.VI.lib.IIII.ita ſcribit:

Ite procul fraudes: alio ſint aëre noxæ.

Eleuſiniorum vtique ſacrorum initiatione, impios & ſceleratos voce præconis ſummotos fuiſſe, eáque de cauſa Neronem illis intereſſe auſum non fuiſſe, Suetonius auctor eſt. Ex diuerſo, Marcum Antoninum philoſophum, Eleuſiniæ Cereris templũ adiiſſe, ſacrariúmque ingreſſum, vt ſe innocentem approbaret, Capitolinus in eius vita narrat. Lampridius in Alexandro: *Iuſſitque, quemadmodum in Eleuſiniis ſacris dicitur, vt nemo ingrediatur, niſi qui ſe innocentem nouerit.* In quibuſdam etiam ſacris à lictore, quemadmodum Paulus ex Feſto ſcriptum reliquit, clamabatur, HOSTIS, VINCTVS, MVLIER, VIRGO, EXESTO. id eſt, eodem interprete, extrà eſto. Prohibebantur enim hæ perſonæ illis ſacris intereſſe. Et certè quibuſdam ſacris mulieribus intereſſe non licebat. Minutius Felix in Octauio: *Nonnulla abſque fœminis ſacra ſunt.* M. Cato lib.de re Ruſt. cap.LXXXIII. poſt traditã formulam voti, quod pro bubus, vt valeant, fieri debet Syluano: *Mulier*, ait, *ad eam rem ne adſit, néve videat, quomodo fiat.* Herculano pariter ſacrificio abſtinuiſſe mulieres, Agellius lib.XI.lib.VI.tradit. Macrob.lib.I.Saturnal.cap.XII. *Vnde & mulieres in Italia ſacro Herculis nõ licet intereſſe: quia Herculi, cùm boues Geryonis per Italiæ agros duceret, ſitienti reſpõdit mulier, aquam ſe non poſſe præſtare, quòd feminarum deæ celebrarentur dies, nec ex eo apparatu viris guſtare fas eſſet, propter quod Hercules facturus ſacrum, deteſtatus eſt præſentiam feminarum: & Potitio ac Pinario ſacrorum cuſtodibus iuſſit, ne mulierem intereſſe permitterent.* Quod & Sex. Aurelius Victor in origine gẽtis Rom. refert. Itaq; Hercules ipſe apud Propert.lib.IIII.Eleg.IX.

MAXIMA, ait, *quæ gregibus deuota eſt* ARA *repertis,*
ARA *per has, inquit,* MAXIMA *facta manus.*
Hæc nullis vnquam pateat veneranda puellis,
Herculis eximij ne ſit inulta ſitis.

linguis fauere

Iam in rebus diuinis, quæ publicè fiebant, VT FAVERENT LINGVIS, imperabatur, quemadmodum à Cic.lib.I.de Diuinat. & Plinio lib. XXVIII. Natural.hiſtor.cap.II. memoriæ proditum eſt. Proinde Horatius, velut antiſtitis Muſarum perſonam gerens,

FAVETE, ait, LINGVIS: *carmina non priùs*
Audita, Muſarum ſacerdos,
Virginibus puerìſque canto. (.·.)

Virgil.lib.V.Æneid.

ORE FAVETE *omnes, & cingite tempora ramis.*

Stat.Papin.lib.II.Syluar.in Genethliaco Lucani:

Lucanum canimus, FAVETE LINGVIS.

Martial.lib.X.Epigram.

Octobres, age, ſentiat Calendas
Facundi pia Roma Reſtituti. (.·.)
LINGVIS *omnibus &* FAVETE *votis,*
Natalem colimus.

Sed & Ouid. lib. II. Faſtor. Terminalia deſcribens, alios ſerta libáque ferentes, alios ignem lignis admouentes, alios vina libantes, reliquam porrò multitudinem ſpectantem, &

tem,& LINGVIS FAVENTEM facit. Idem lib. III Amor. Eleg. XII. ait:

> ORE FAVENT *populi, tunc cùm venit aurea pompa.*

Propert. lib. III. Elegiar.

> *Sacra facit vates: ſint* ORA FAVENTIA *ſacris.*

Sed quæ ſit horum verborum vis ac poteſtas, non ſatis conuenit inter omnes. Seneca quidem huiuſmodi vocibus ſilentium imperatum fuiſſe interpretatur. Sic enim in lib. de vita beata ad Gallionem ſcribit: *Et ipſam, & deos profeſſores eius, & antiſtites colite: &, quãdo mentio ſacrarum literarum interuenerit,* FAVETE LINGVIS. *Hoc verbum, non vt plerique exiſtimant, à fauore trahitur, ſed imperatur ſilentium, vt ritè peragi poßit ſacrum, nulla mala voce obſtrepente: quod multo magis neceſſariũ eſt imperari vobis, vt ſi quid ex illo profertur oraculo, intenti, & cõpreſſa voce audiatis.* Conſentiũt Seruius & Donatus ad eũ verſum lib. V. Æneid. ORE FAVETE. Vbi Seruius in membranis: *Apto, ait, ſermone vſus eſt in ſacrificiis & ludis. Nam in ſacris taciturnitas neceſſaria eſt: quod etiam præco, magiſtratu ſacrificante, dicebat,* FAVETE LINGVIS. Et mox, *Fauet ore qui per taciturnitatem.* Donatus verò, *In ſacris, ait,* ORE FAVERE, *eſt ſilentiũ commodare.* Rurſúſque in Prolog. Andriæ Terentianæ, *Adeſte, inquit, non vt abſentibus dicit, quippe qui corporibus præſto erãt, ſed intenti eſtote, ſilete. Sic Põtifices dicũt;* FAVETE LINGVIS, FAVETE VERBIS. Et certè in Gentiliũ ſacris ſilentiũ commendatum Quintil. Declamat. CCCLXV. docet, cùm ait: *In templo verò, in quo verbis parcimus, in quo animos componimus, in quo etiam tacitam mẽtem noſtram cuſtodimus, pulſare, velut in ſolitudine, velut in ſecreto quodam, non eſt ferendum.* Iulianus Imperator in Orat. quæ μισοπώγων inſcribitur: ὑμεῖς τῶν θεῶν ἕνεκεν πολλάκις εἰς τὰ τεμένη συνέρχεσθε, συνδραμόντος δὲ πολλῆς ἀκοσμίας ἀναπίμπλαται ἱερά. Πρέποι δ' ἂν ἀνδράσι σωφροσύνῃ κεκοσμημένοις εὔχεσθαι καὶ σιγῇ παρὰ τῶν θεῶν αἰτουμένους τ' ἀγαθά. τούτου δ' οὐκ ἀκρόασθε τὸν νόμον Ὁμήρου ΣΙΓΗ ΕΦΥΜΕΙΩΝ. Sic & antiquitus in ſacrificiis dictum, PASCITO LINGVAM, Paul. ex Feſto Pomp. tradit: quod ille exponit linguam coërceto, contineto, taceto. Ex qua cæcarum gentium religioſa obſeruatione, acerrimum telum D. Ambroſius contorquet in eos, qui non eadem taciturnitate noſtra ſacra colunt ac venerantur: ſed interim dum piis vndique vocibus, & pſalmorum hymnorúmque cantu ædes ſacræ perſonant, dum ad aras & altaria ſtant ſacerdotes, dum incruentis hoſtiis Deus Opt. Max. placatur, nec linguam nec ſtrepitum cohibent, nec verbis profanis abſtinent. Quem locum eò lubentius ſubieci, quòd in eam partem nimium peccetur ſummo Chriſtianorum dedecore, quibus ruborem incutere hominum lucis Euangelicæ expertium ſanctitas omnis, & aduerſus fictos ſuos & commentitios deos pietas, debet. Verba Ambroſij lib. III. de Virginib. veland. ſic habent: *An quicquam eſt indignius, quàm oracula diuina circumſtrepi ne audiantur, ne credantur, ne reuelentur, circumſonari diuina ſacramenta confuſis vocibus, vt impediatur oratio pro ſalute deprompta omnium, cum gentiles idolis ſuis reuerentiam tacendo referant?* Qua de re in Benedicti Leuitæ Collectaneis lib. VI. cap. CLXXIII. & CXCII extant piæ aliquot veterum noſtrorum principum conſtitutiones, quibus ſilentium in Eccleſia fieri, attentíſque auribus Dei verbum audiri præcipitur. Atque adeò in gentilium & paganorum templis religioni fuiſſe expuere, aut naſum emungere, Arrian. lib. IIII. Epictet. cap. XI. ſcribit. Verùm vt è diuerticulo in viam redeam, & ad alteram eius formulæ, in qua hæremus ſignificationem tranſeam, ſunt, qui exiſtiment huiuſmodi voce populum, non vt taceret modò admonitum, ſed etiam vt bona verba diceret, ac profanis & malè ominatis parceret. Quam opinionem ſequitur Paulus, qui in Epitome Feſti Pomp. Fauẽtiam, bonam ominationem interpretatur: & ita præcones clamantes populum ſacrificiis fauere iuſſiſſe tradit, quòd fauere, ſit bona verba fari. Cui interpretationi adſtipulantur exempla quæ ſubiungam. Tibull. lib. II. Eleg. I.

> *Dicamus* BONA VERBA, *venit natalis ad aras;*
> *Quiſquis ades,* LINGVA *vir muliérque* FAVE.

Ouid. lib. I. Faſtor.

> *Proſpera lux oritur:* LINGVIS ANIMISQVE FAVETE,
> *Nunc dicenda bono ſunt* BONA VERBA *die.*

Idem lib. III. Triſt. Eleg. XXIII.

> *Concipiámque* BONAS ORE FAVENTE *preces.*

Et paulò pòſt:

Nec dare tura libet nil exorantia diuos:
In tantis ſubeunt nec BONA VERBA *malis.*

Similiter lib.v. Triſt. Eleg.vii.

LINGVA FAVENS *adſit noſtrorum oblita malorum,*
Quæ puto dedidicit iam BONA VERBA *loqui.*

Idem lib.iii. de Ponto Eleg.iiii.

Vix BONA *pro tanto quærenti* VERBA *ſubibant.*

Tacitus lib.iiii. *Quem enim diem vacuum pœna, vbi inter ſacra & vota, quo tempore verbis etiam profanis abſtineri mos eſſet, vincla & laqueus inducantur?* Sic & Horat. lib. iii. Ode xiiii. ferias ob Auguſti ex Hiſpania reditum indicens, eo nomine ſacra fieri, &, vtpote bono die, bona verba dici, & à contrariis abſtineri ita iubet:

-vos ò pueri & puellæ,
Iam virum expertæ malè nominatis
Parcite verbis.

Vbi vetus interpres, *malè ominatis* legit: & hanc interpretationem adhibet: *Siue quia ex feſtiuitate dierum feriæ indicebantur, & abſtinebatur à litibus iurgiisque: ſiue quia in ſacrificiis præcepto ſilentio bona omina haberi iubebantur, ne inciuiliter & incautè loquentes mala omina verbis facerent: ideò, inquit, parcite verbis malè ominatis, id eſt, malis ominibus.* In eandémque ſententiam pedibus & numeris eunt verſus hi à Nonio ex Accij Oenomao citati:

à litibus abſtinendū

Vos ite actutum, atque opere magno edicite
Per vrbem, vt omnes qui arcana aſtúque accolunt
Ciues, ominibus fauſtis auguſtam adhibeant
Fauentiam, ore obſcena dicta ſegregent.

Obſcena enim apud antiquos ferè omnes dicta, quæ mali ominis habebãtur, Varro & Feſt. Pomp. ſcribunt. Quinetiam huic opinioni accedere Cicero videtur, qui vel ipſaſmet hominum voces obſeruandas veteres cenſuiſſe ſcribit: quas quia valere credebant, idcirco, FAVERI LINGVIS imperabant. Denique Nonius Marcellus: *Omen, ait, votum eſt mentis & vocis. Vnde ſacrificantibus dicitur bona omina habere, id eſt, vt circumſtantes & mente recta velint, & bona oribus proferant.* Similique modo in Græcorum concionibus & conuentibus bona verba dicere, qui aderant, iubebantur. Hanc enim illic primam à præcone vocem mitti ſolitam, itidémque in ſacris vſurpatam, Ariſtides in Orat. περὶ τοῦ μὴ δεῖν κωμῳδεῖν, ita ſcribit: Ἐνθυμήθητε δὲ τὴν κηρύκων τὰς πρώτας φωνὰς, Εὐφημεῖν ταῖς πανηγύρεσι κελεύοντας. Ἐνθυμήθητε δὲ τὴν ἱερέων καὶ τῶν καταρχομένων ἡμῖν ἐπειδὰν θύωμεν· ἔπι δ' ὡς αὐτοὶ τοῦτο μάλιστα ἐπὶ ταῖς εὐχαῖς σπουδάζομεν. Quod aliàs, Deo volente & propitio, pleniùs & vberiùs explicabimus. Nec à propoſito abhorret ille veterũ Εὐφημισμὸς BONA VERBA, quo Terẽt. Andr. Act.i. Sc.ii. & Macrob. lib.i. Saturn. cap.v. & lib.ii. cap.i. vtitur. Contrà verò, quædam fuiſſe ſacra, quæ non εὐφημίᾳ, ſed maledictis & execratione celebrarẽtur, quæque pro violatis haberẽtur, ſi quando inter ſollemnes ritus, vel imprudenti alicui excidiſſet bonum verbum, Lactantius lib.i. Diuin. Inſtitut. cap.xxi. docet. Cuiuſmodi erant illa Herculis ſacra, quorum Apollodorus lib.ii. Bibliothec. de Diis gentium, meminit, in hæc verba: Διὸ καὶ νῦν ἐπειδὰν θύωσιν Ἡρακλεῖ μετὰ καταρῶν τοῦτο πράττουσι. Philoſtrat. in Icone Thiodamantis poſt originem huius ritus expoſitam, ὅθεν, ait, βοῦς μὲν ἀρότης Ἡρακλεῖ θύεται· κατάρχονται δὲ ἐπαρώμενοι, ὅσα οἶμαι ὁ γεωργὸς τότε. Χαίρει δὲ ὁ Ἡρακλῆς, καὶ Λινδίοις δίδωσι καταρωμένοις τἀγαθά. BONIS autẽ verbis aduerſantur MALA. Propert. lib.iiii. Eleg.v.

Quiſquis amas ſcabris hoc buſtum cædito ſaxis,
Miſtáque cum ſaxis adice VERBA MALA.

Ouid. in Ibin:

Dixerat inuito quæ MALA VERBA *viro.*

Cæterùm eſt & alius eius, in qua adhuc verſamur, quámque nondum miſſam fecimus formulæ, ſenſus. Ferendus enim non eſſet, qui diceret hac formula ſilentiũ imperari apud Ouidium lib. xv. Metamorphoſ. quandoquidem illic LINGVIS FAVERE iuſſi, verba ſacerdotis geminata repetitáque referunt, tantum abeſt vt taceant. Sed nec ſilentio exceptos

ptos verſus ſuos ſignificat idem auctor, quum lib. II. de Ponto Eleg. v. eos à Solino ORE FAVENTE probari ſcribit. Quinetiam apud eundem in Ibin dici non poteſt, LINGVIS FAVERE, eſſe bona verba dicere, aut malis vocibus, ſeu malè nominatis verbis abſtinere: Nam quòd ibi facit ſacrum, diris & execrationibus peragit. Itaque ORE FAVERE dū iubet, non bona, ſed mala verba fari, & dicere imperat. Ex quo efficitur, quod quibuſdam placet, omnino reſpuēdam non eſſe illam, quam licet à pleriſque receptam interpretationem Seneca explodit. Non enim à vero abhorret etiam his verbis imperatū, vt multitudo quæ aderat fauorem præſtaret ſacris, eáque probaret ac votis fauentibus proſequeretur, denique vt verbis præeuntem ſacerdotē ſubſequeretur, & idem pro ſe quiſque precaretur. Itaque Ouidius Ibin deuouens, eos qui ſacris ſuis aderant, quas in illum iacit execrationes, fauore ſuo comprobare, eadémque illi imprecari iubet, vt & ille lib. XV. Metamorphoſ. antiſtes, preces quas concipiebat, à populo non pio modò fauore, animíſque propitiis accipi, ſed & lingua nuncupari volebat. Ac planè votis, quæ ſacerdotes ſuſcipiebant, priuatorum quoque vota acceſſiſſe Ouidius oſtendit lib. II. Triſt. Eleg. I. cùm ait,

Optaui peteres cæleſtia numina tardè:
Párſque fui turbæ parua precantis idem.
Et pia tura dedi pro te, cúmque omnibus vnus
Ipſe quoque adiuui publica vota meis.

Et lib. I. de Ponto Eleg. VII.

Qui ne difficilis mihi ſit, Græcine precare,
Confer & in votum tu quoque verba meum.

Et lib. IIII. de Ponto Eleg. IX.

Vota precor votis addite veſtra meis.

Et lib. v. Triſtium Eleg. XII.

Téque velint fine ſe, comprecor, eſſe Deum.
Optat idem populus. —

Idem lib. II. de Ponto Eleg. v.

Pro quibus, vt maneas de quo cenſeris amicus
Comprecor ad vitæ tempora ſumma tuæ.
Succedátque ſuis orbis moderator habenis,
Quod mecum populi vota precantur idem.

Idem lib. VII. Metamorphoſ.

— pro te fortiſſime vota
Publica ſuſcipimus: Bacchi tibi ſumimus hauſtus.
Conſonat aſſenſu populi precibúſque fauentum
Regia. —

Hinc & Plinius in Panegyrico in vnius ſalute collata omnium vota dicit. Vnde etiam non minùs animis quàm linguis faueri iubebant. Ouidius lib. I. Faſtor.

Proſpera lux oritur, LINGVIS ANIMISQVE FAVETE.

Martial. lib. x. Epigramm.

LINGVIS *omnibus &* FAVETE *votis.*

Iuuenal. Sat. XII.

Ite igitur pueri, LINGVIS ANIMISQVE FAVENTES.

Aſmenus in verſu de die natali:

Vóſque ſimul, iuuenes, ANIMIS ET VOCE FAVENTES
Concelebrate diem votis felicibus almum.

Eodémque modo ſacra cœtúmque à fauentibus celebrari præcipit Virgilius lib. I. & VIII. Æneid. Vtvt ſe res habeat, hæc, in qua hæremus, formula, ita, quantū auguror, concipiebatur: LINGVIS FAVETE QVISQVIS ADES. Hanc ego coniecturam ex Ouidio & Tibullo capio, quibus magiſtris lubenter errare me patiar. Ouidius lib. XV. Metamorphoſ.

— cognouit numina caſtos
Euinctus vitta crines albente ſacerdos:

EN DEVS EST! DEVS EST! ANIMIS LINGVISQVE FAVETE
QVISQVIS ADES, *dixit: Sis, ô pulcherrime, viſus*
Vtiliter, populóſque iuues tua ſacra colentes.
QVISQVIS ADEST, *viſum veneratur numen, & omnes*
Verba ſacerdotis referunt geminata, piúmque
Æneadæ præſtant & MENTE ET VOCE FAVOREM.

Idem in Ibin:

Nulla mora eſt in me: peragam rata vota ſacerdos:
QVISQVIS ADES, SACRIS ORE FAVETE MEIS.
QVISQVIS ADES *ſacris, lugubria dicite verba.*

Tibull. Eleg. I. lib. II.

QVISQVIS ADEST, FAVEAT: *fruges luſtramus & agros.*

Et Eleg. II. eiuſdem libri:

Dicamus bona verba: venit natalis ad aras,
QVISQVIS ADES, LINGVA *vir mulierque* FAVE.

Eodémque pertinent & hi verſus Ouidij lib. III. Faſtor.

QVISQVIS ADES, *caſtæque colis penetralia Veſtæ,*
Gratare, Iliacis turáque pone focis.

Et lib. I. de Arte amandi:

QVISQVIS *vbique viri dociles aduertite mentes,*
Pollicitiſque FAVENS *vulgus adeſto meis.*

Idem lib. VI. Faſtor.

QVIQVE ADSINT *ſacris, reſpicere illa vetat.*

Verbum autem hoc QVISQVIS vtrumque ſexum continere, vel me tacente mediocriter docti intelligunt. Non. Marcell. *Quiſquis & gen. femin. attribui poſſe veterum auctoritas voluit.* Liuius: *Mulier quiſquis es, te volumus.* Cæcilius. *Quæſo igitur quiſquis es mea mulier.* Pacuu. *Quiſquis tu es mulier, quæ me inſueto nuncupaſti nomine.*

ENIMVERO dum magiſtratus res diuinas facerent vel auſpicia captarent, à præcone inclamatum, HOC AGE, Plutarch. in Numa & in Martio Coriolano teſtatur: qua voce admonitos eos, vt erectis & attentis animis, in eam curam cogitationémq; incumberent, nec perfunctoriè aut oſcitanter, aliáſve res agentes ſacris auſpiciiſque operam darent, idem auctor vtrobique tradit. In Numa quidem ſic, Ὡς γὰρ φασὶν τοὺς Πυθαγορικοὺς οὐκ ἐᾶν ἐκ παρόδου προσκυνεῖν καὶ προσεύχεσθαι τοῖς θεοῖς, ἀλλ' οἴκοθεν εὐθὺς ἐπὶ τοῦτο γνώμῃ παρεσκευασμένους βαδίζειν, οὕτως οἴετο ὁ Νουμᾶς χρῆναι τοὺς πολίτας, μήτε ἀκούειν τι τῶν θείων, μήτε ὁρᾶν ἐν παρέργῳ, καὶ ἀμελῶς ἀλλὰ σχολὴν ἄγοντας ἀπὸ τῶν ἄλλων, καὶ προσέχοντας τὴν διάνοιαν ὡς πράξει μεγίστῃ τῇ περὶ τὴν εὐσέβειαν. Et mox: Οἱ ἰσχυρόν τι μέχρι νῦν διασώζοντες, ὅταν ἀρχὴν πρὸς ὄρνισιν ἢ θυσίαις διατρίβῃ, βοῶσιν ΟΚ ΑΓΕ. Σημαίνει δὲ ἡ φωνὴ, τοῦτο πρᾶσσε συνεπιστρέφουσα καὶ κατακοσμοῦσα τοὺς προστυγχάνοντας. Ruſuſq; in Martio Coriolano: Ἔοικε δὲ ὁ Νουμᾶς, τά τε ἄλλα τῶν ἱερῶν σοφώτατος ἐξηγητὴς γεγονέναι, καὶ τοῦτο παγκάλως νενομοθετῆσθαι πρὸς εὐλάβειαν αὐτοῖς, ὅταν ἄρχοντες ἢ ἱερεῖς πράττωσί τι τῶν θείων, ὁ κῆρυξ προέεισι, μεγάλῃ φωνῇ βοῶν ΟΚ ΑΓΕ. Quibus verbis iuberi ſcribit: Προσέχειν τοῖς ἱεροῖς καὶ μηδὲν ἔργον ἐμβαλεῖν μεταξὺ μηδὲ χρείαν ἀσχολίας. Eſt & alibi à Plutarcho paullò obſcuriùs hæc ipſa, qua de agimus, ſacrorum vox literis conſignata. Sic enim ἐν Αἰτίοις ἤτοι Ῥωμαϊκοῖς ſcriptum eſt: Ῥωμαῖοι δὲ τὸ παλαιὸν ἐν ταῖς ἑορταῖς οὐδὲν οἰκονόμουν, οὐδ' ἐφρόντιζον, ἀλλ' ἢ περὶ τοὺς θεοὺς ἠσχολοῦντο, καὶ ΤΟΥΤΟ ΕΠΡΑΤΤΟΝ, ὥσπερ ἔτι νῦν προσχηρύττουσιν ἐν ἱεροῖς ἐπὶ τὰς θυσίας βαδίζοντες. Quo loci nec ſagax nec acris naris Latinus interpres fuit, qui ne odoratus quidem eſt, quid lateret. Huc etiam pertinet ille Syllæ crudelis & inhumanus iocus apud Senecam lib. I. de Clementia: qui niſi ad hanc formulam relatus, planè frigeret: *Cùm in vicino, ait, ad ædem Bellonæ ſedens exaudiſſet conclamationem tot millium ſub gladio gementium, exterrito Senatu,* HOC AGAMVS, *inquit: ſeditioſi pauculi iuſſu meo occiduntur.* Atq; ita Tranquillus in Caligula cap. LVIII. quoſdã tradidiſſe ſcribit, alloquẽti pueros Caligulę à tergo Chæream ceruicẽ gladio cæſim grauiter percuſſiſſe, præmiſſa voce, HOC AGE: tanquã nimirũ victimam immolaret. Extrema quoque Galbæ vox percuſſoribus iugulũ offerẽtis hæc fuiſſe fertur, VT HOC AGERENT, ac ferirẽt, ſi ita è republica videretur,

quẽadmodum ab eodẽ Tranquillo & Plutarch. in Galba, & à Tacito lib.XVII. memoriȩ proditum eſt. Quinetiam, hoc loquendi genere attentionem ſibi veteres conciliabant, auditoréſque attentos efficiebant, vt ex Plauti prologo Alinat. & Pſeudolo Act.I. Sc.I. & ex Perſa Act.IIII. Sc.IIII. & ex Captiueis Act.V. Sc.II. liquet. Eadémq; verborũ figura apud Terentium in Eunucho Act.I. Sc.II. audientiam ſibi fieri Thais poſtulat, cùm eam loquentem Phædria & Parmeno ſæpius interpellarent. His & alia ſimilia exempla ſi quis requirat, ea Horatius lib.II. Sermon. Sat.II. Iuuenal. Sat. VII. & Tertullian. lib.IIII. aduerſus Marcionem, ſuppeditabunt.

MINISTER planè qui victimam cædebat, priuſquàm eam feriret, rogabat, Agerétne, hac voce eum, cuius iuſſus expectabatur, compellans, AGON? Qua in voce ſcitè ac facetè luſit Alinius Pollio, Triarium deridens apud Senecam lib.II. Controuerſiar. *Filius*, inquit, *ceruicem porrigat: carnifex manum tollat, deinde reſpiciat ad patrem, & dicat,* AGON? *quod fieri ſolet victimis.* Ex quo Agonaliorum ferias nomen inueniſſe nonnullis placuit. Varro lib.V. de lingua Lat. *Agonales dies. per quos rex in regia arietem immolabat, dicti ab* AGON? *eo quòd interrogatur à principe ciuitatis, & princeps gregis immolatur.* Ouid. lib.II. Faſtor.

Quattuor adde dies ductis ex ordine Nonis,
Ianus Agonali luce piandus erit.
Nominis eſſe poteſt SVCCINCTVS *cauſa* MINISTER,
Hoſtia cælitibus quo feriente cadit:
Qui calido strictos tincturus ſanguine cultros
Semper, AGATNE, *rogat, nec niſi iuſſus agit.*

Quem magiſtratuum iuſſum interceſſiſſe declarat Dionyſius Halicarnaſſ. lib. VI. cũ ait: Ἔπειτα κατανεύσαντος ἐκείνου τότε τοῖς ὑπηρέταις αὐτὰ σφάττειν. Vnde illud Ouidij lib.IIII. de Ponto, Eleg.IX. ad Græcinum Conſulem deſignatum,

At cùm Tarpeias eſſes deductus in arces,
Dum caderet iuſſu victima ſacra tuo.

In illis autem Faſtorum verſibus, MINISTER, popam ſignificat, quem hoſtiam percuſſiſſe conſtat ex Spartiano in Geta: Ideóque SVCCINCTI epitheton additum eſt ab Ouidio, quoniam is erat habitus poparum. Sueton. in Caligula cap.XXXII. *Admota altaribus victima,* SVCCINCTVS *poparum habitu, elato altè* MALLEO *cultrarium mactauit.* Idem Ouid. lib.IIII. Faſtor.

A boue SVCCINCTI CVLTROS *remouete* MINISTRI.

Propert. lib.IIII. Eleg.IIII.

Illa dies hornis cædem denuntiat agnis,
SVCCINCTIQVE *calent ad noua lucra popæ.*

Lucan. lib.I.

Impatiénſque diu non grati victima ſacri,
Cornua, SVCCINCTI *premerent cùm torua* MINISTRI.

Et hoc eſt, quod Lampridius in Commodi vita ait: *Inter hæc, habitu victimarij, victimas immolauit.* Eodémque ſenſu MINISTRORVM nomen accipiendum eſt, apud Virgil. lib.III. Georgic. quum de hoſtia loquens,

Inter cunctantes, inquit, *cecidit moribunda* MINISTROS.

Vt & apud Ouid. lib.II. Metamorph. hoc verſu:

— Et denſi circunſtant ſacra MINISTRI.

Et apud eundem illo libri quarti Faſtor. loco,

Aſt vbi viſceribus vitulos rapuere MINISTRI.

Sic quoque lib.IIII. Triſt. Eleg.II. & illis Iuuenalis verbis Sat.XII.

— à grandi ceruix ferienda MINISTRO. Quos ſimili modo, ὑπηρέτας vocat Dionyſ. Halicarnaſſ. lib.VII Quorum alij, vt ille loquitur, ἑστῶτος τοῦ θύματος κροτάφους σκυτάλῃ ἔπαιον. Id quod malleo factum, præter Suetonium, oſtendit Ouidius quoque lib.II. Metamorph. cùm ait:

- Haud aliter quàm cùm ſpectante iuuenca,
Lactentis vituli dextra libratus ab aure,
Tempora diſcuſſit claro caua MALLEVS *ictu.*

Græcos verò ῥοπάλῳ ad eam rē vſos, Apollonius lib.I. Argonautic. ſcribit. Alij, quemadmodum idem Dionyſius refert, πίπτοντες ὑποτίθεσαν τὰς σφαγίδας. Ita namque (vt hoc obiter leue mendum corrigam) legendum docet non Pollux modò, qui lib.I. Ὀνομαστικοῦ, inter organa, τὰ περὶ θυσίας, ponit σφαγίδας ſed & Gloſſarium, in quo eſt, Culter, Σφαγίς. Et bellè Dionyſius, ὑποτίθεσαν, ſicut Virgil. lib. VI. Æneid.

SVPPONVNT *alij* CVLTROS.

Et lib. III. Georgic.

Ac vix SVPPOSITI *tinguntur ſanguine* CVLTRI.

Ouid. lib. VII. Metamorphoſ. de victima,

-Subitò collapſa ſine ictibus vllis,

Exiguo tinxit SVBIECTOS *ſanguine* CVLTROS.

Iiſdem quoque cultris hoſtiam, vt Plautino verbo vtar, exenterabant, aut, vt Ouidio lib.I. Faſtor. præeunte dicam, viſcera eius aperiebant: Sed quoniā in hanc de ſacris mētionem incidi, non alienum ab inſtituto fuerit, præcipua quædam ſacrorum verba, eáq; maximè quæ aliquam rerum cognitionem cōiunctam habent, curſim & perquàm breuiter perſtringere. Nam & formulis finitima ſunt certa ſolleniniáque vel ſingula verba: & me iuuat non Formularum tantùm epulis lectorem accipere, ſed & eiuſmodi ſecundas quoque menſas, cùm res tulerit, apponere.

HOSTIARVM planè ſeu victimarum (hæc enim, vt cum Seruio loquar, licenter confundit auctoritas) aliæ MAIORES, aliæ LACTENTES dicebantur, quemadmodū ex Ciceronis lib. II de Legib. & Orat. II. in Rullum, & Liuij multis, Iulij verò Obſequētis aliquot locis liquet. Quædam etiam ANIMALES appellabantur, teſtibus Arnobio lib. VII. aduerſ. gent. & Macrob. lib. III. Saturnal. cap. V. & Seruio lib. II. Æneid. ad eum verſum:

—Ariſque reponimus ignem.

Quædam RVMINALES, Plinio lib. VIII. cap. II. Quædam INIVGES & EXIMIÆ, atteſtante eodem Macrobio & Fulgentio in lib. Obſcurat. voc. Quædam SVCCIDANEÆ, vt Agellius lib. IIII. cap. VI. docet. Quædam AMBARVALES, vt Paulus ex Feſto Pomp. quem etiam Macrobius in huius verbi explicatione auctorem laudat lib. III. Saturnal. cap. II. Aliæ PIACVLARES, vt Varro lib. V. de lingua Lat. Plinius in Panegyrico, Feſt. Pomp. & Arnob. lib. VI. aduerſ. gent. Nonnullæ etiam PRODIGÆ, MEDIALES, CAVIARES, OPTATÆ, ſeu OPTIMÆ vocabantur, vt idem Feſt. Pomp. Nonnullæ HARVIGÆ, vt Velius Longus, & ex Feſto Paulus, ſiue HARVGÆ, ſecundum Donatum in Phormion. Terent. Act. IIII. Sc. IIII. MAXIMAM quoque HOSTIAM ouilli pecoris quo ſenſu dicerent, Paulus ex Feſto Pomp. explicat. Hac eadem in claſſe Feſtus recenſet AMBIEGNOS bouem & veruecem, & AMBIEGNAM bouem Varro lib. VI. de lingua Lat. & OVES AMBIGNAS Fulgentius in lib. Obſcur. voc. In hoc genere idem Feſtus ponit CONPETAM SVEM, PRÆCIDANEAM agnam & porcam; cuius etiam Cato de re Ruſt. cap. CXXXIIII. meminit, & Agellius eo capite quod paullo antè citaui, & Nonius in voce, *præcidaneum*. Quibus ex Varrone lib. V. de lingua Lat. & lib. II. de re Ruſt. cap. I. & IIII. & Ouidio lib. IIII. Faſtor. addenda ſunt & hæc, BOS FORDA, ſiue vt apud Feſtum, HORDA, PORCI SACRES, & BOVES OPIMI. Eiuſdem familiæ erat & PORCA PRÆSENTANEA. Cuius vocis, quæ in Feſti Pomp. codicibus deſideratur, iactura ex Victorino in lib. de Orthographia, ſarcienda eſt. PORCÆ quoque AVREÆ & ARGENTEÆ in ſacris locum fuiſſe, idem Feſtus oſtendit: quæ etſi hoſtiarum numero non eſſent, nomen tamen earum habebant, ſacrificióque Cereali adhibebantur. Porcos autem maiores, qui ad ſacrificandum excepti liberiùs paſcebantur, EXIMIOS appellatos, ſicut BOVES ad hoc electos, EGREGIOS, OVES verò LECTAS, Donatus in Hecyr. Terent. Act. I. Sc. I. notat. Virgilius tamen hæc confundens etiam Eximiorum nomen tauris tribuit. Præterea DVIDENS HOSTIA, & IDVLIS OVIS Feſto auctore, dicebatur: Denique intonſam bidentem, Pōtifices ALTILANEAM vocabant, vt Seruius manuſcriptus in lib. XII. Æneid. tradit.

HOSTIÆ verò PROBARI, DVCI, ADMOVERI, STARE, FERIRI, CADERE, CÆDI, MACTARI, IMMOLARI, dicebantur. Quorum verborum obſeruatio

ſeruatio otioſa non eſt: Nam, vt ſemel dicam, propria & quaſi certa rerum antiquarũ vocabula, quæ à plebe legentium incurioſè tranſmittuntur, notari è re eſſe cenſeo. Id quod me duce & auctore, imò potius monitore & præmonſtratore Macrobio, quiſquis faciet, magnam ex eo voluptatem, non mediocrem etiam fructum capiet. Exempla aliquot illarum, ſed præcipuarum dumtaxat, & minùs tritarum vocum ſubijciam. Ac primum PROBATAS fuiſſe hoſtias, Plinius indicat lib. VIII. Natur. hiſtor. cap. XLV. *Quamobrem*, ait, PROBATIO *victimarũ in vitulo, vt articulum ſuffraginis contingat: breuiore non litant.* Tertullian. Apologet. *Vt mirer cùm hoſtiæ* PROBENTVR *penes vos à vitioſiſſimis ſacerdotibus, cur præcordia potius victimarum, quàm ipſorum ſacrificantium examinantur.* Eodémque loquendi genere, exta PROBATA dixit Tibul. lib. III. Eleg. & Seruius in lib. III. Georgic. At in Ciceronis Orat. II. in Rullum, vbi codices recentiores habent, *Erant maiores hoſtiæ in foro conſtitutæ, quæ ab his Prætoribus de tribunali, ſicut à nobis Conſulibus de conſilij ſententia* PROBATÆ *ad præconem & ad tibicinem immolabantur*, in antiquis omnibus legitur, PROBATIS. Quod ſi rectum eſt, eos qui immolarent de conſilij ſententiâ legi ſolitos ſignificat. Quomodo autem PROBARENTVR victimæ, priuſquam aris admouerentur, Lucian. περὶ θυσιῶν explicat his verbis: Ἀλλ' οἵγε θύοντες, στεφανώσαντες τὸ ζῶον, καὶ πολύγε πρότερον ἐξετάσαντες εἰ ἐντελὲς εἴη, ἵνα μηδὲ τῶν ἀχρήστων τι κατασφάττωσι, προσάγουσι τῷ βωμῷ. Erat & alia ante aras victimarum probatio, cuius Seruius in ſchedis duobus locis meminit. Sic enim lib. II. Æneid. ad hunc verſum, *Dat fruges manibus ſalſas: Fruges ſalſas*, ait, *& ferro: quibus rebus & cultri aſpergebantur & victimæ. Erant autem iſtæ probationes, vtrum aptum eſſet animal ſacrificio oblatum. Etiam cultrum à fronte vſque ad caudam ante immolationem ducere conſueuerãt. Et hoc eſt quod ait, Et tempora ferro Summa notant pecudum.* Idẽ in lib. IX. Æneid. ad ea verba, *Et ſtatuam ante aras. Quoties enim victima luctabatur, oſtendebat ſe improbari.*

DVCEBANTVR autẽ victimæ, nõ trahebantur. Cic. lib. I. de Diuinat. *Cùm Cenſor populũ luſtraret, bonis nominibus, qui hoſtias* DVCERENT *eligebãtur.* Sueton. in Auguſto, cap. LIX. *Nonnulli patrumfam. teſtamento cauerunt, vt ab hæredibus ſuis, prælato titulo, victimæ in Capitolium* DVCERENTVR. Plinius lib. XXVIII. cap. II. *Cur publicis luſtris etiam nomina victimas* DVCENTIVM, *proſpera legimus?* Agellius lib. IIII. cap. VI. *Si primis hoſtiis litatum non erat, aliæ poſt eaſdem* DVCTÆ *hoſtiæ cædebãtur.* Iul. Obſequens lib. de Prodigiis: *Taurus cùm ad immolationem* DVCERETVR, *ob hæc ipſa corruit.* Ouid. Eleg. XII. lib. III. Amor.

DVCVNTVR *niueæ populo plaudente iuuencæ.*

Stat. Papin. lib. IIII. Thebaid.

— Armentáque ſiſti
Atra monet quæcumque gregum pulcherrima ceruix
DVCITVR. —

Virgil. lib. II. Georgic.

Et DVCTVS *cornu ſtabit ſacer hircus ad aram.*

Quorum verborum proprietatem non modo Seruius notat, verumetiam Macrobius lib. III. Saturnal. cap. V. cuius ipſa verba apponam: *Obſeruatum eſt à ſacrificãtibus, vt ſi hoſtia, quæ ad aras* DVCERETVR, *fuiſſet vehementiùs reluctata, oſtendiſſetque ſe inuitam altaribus admoueri, amoueretur, quia inuito Deo offerri eam putabant: quæ verò* STETISSET *oblata, hãc volenti numini dari exiſtimabant.* Plin. lib. VIII. Natur. hiſtor. cap. XLV. *Hoc quoque notatũ vitulos ad aras humeris hominis allatos non ferè litare, ſicut nec claudicantem: nec aliena hoſtia deos placari, nec trahente ſe ab aris.* Proinde Suetonius in Iulio, cap. LIX. vt Cæſarem ne religione quidem vlla à quoquam incepto vnquam abſterritum, vel retardatum oſtenderet, exempli cauſa ſubijcit, eum, licet immolanti aufugiſſet hoſtia, profectionem aduerſus Scipionem & Iubam non diſtuliſſe. Etenim triſtis portenti loco habitũ, ſi aut hoſtia ab ara profugiſſet, aut percuſſa mugitum reddidiſſet, aut in aliam partem corporis, quàm oporteret, cecidiſſet, Feſtus in verbo, *Piacularia auſpicia*, tradit. Quod ex ſubiunctis teſtimoniis perſpicuè apparet. Liuius lib. XXI. de Flaminio Coſ. *Paucos poſt dies magiſtratũ inijt, immolantique ei vitulus iam ictus è manibus ſacrificantium ſeſe cùm proripuiſſet, multos circumſtantes cruore reſperſit. Fuga procul etiã maior apud ignaros quid trepidaretur, & concurſatio fuit: id à pleriſque in omen magni terroris acceptum.* Suetonius in Galba, cap. XVIII. *Magna & aſſidua monſtra*

iam inde à principio exitum ei, qualis euenit, portenderant: cùm per omne iter dextra ſiniſtráque oppidatim victimæ caderentur, taurus ſecuris ictu conſternatus, rupto vinculo eſſedum eius inuaſit. Cornel. Tacit. lib. XIX. de Vitellio: *Concionanti (prodigioſum dictu) tantum fœdarum auium ſuperuolitauit, vt nube atra diem obtunderent. Acceſſit dirũ omen: Profugus altaribus taurus, disiecto ſacrificij apparatu, longè, quàm vbi* FERIRI *hoſtias mos eſt, confoſſus.* Lampridius etiam inter omina mortis Alexandri Seueri ponit, quòd cùm natalem diem commendaret hoſtia cruenta effugit, albámque eius veſtem, cum qua conſtiterat, cruentauit. Sed & Valer. Max. lib. I. cap. VI. inter ea omina, quibus dij Pompeium monuerant, ne cum Cæſare vltimam belli fortunam experiri contenderet, hoſtiarum ab ipſis altaribus fugam recenſet. quod & Dio lib. XLI. his verbis refert, καὶ πολλὰ τῶν ἱερείων αὐτοῖς ἤδη τοῖς βωμοῖς προσαγόμενα, ἐξέδρα. Ammian. Marcellin. lib. XXIIII. *Ex tauris pulcherrimis decem ad hoc perductis, nondum aris admoti voluntate ſua nouem procubuere triſtiſſimi: decimus vero qui diſtractis vinculis lapſus, ægrè reductus eſt, mactatus ominoſa ſigna monſtrauit.* Silius Italicus lib. V. triſtia & malorum prænuntia ſacra deſignans:

Nec rauco taurus ceſſauit flebile ad aras
Immugire ſono: preſſámque ad colla bipennem
Incerta ceruice ferens, altaria liquit.

Similiter lib. XVI.

Et ſimul extructis ceſpes ſurrexerat aris,
Victimáque admotæ ſtabat ſubiecta bipenni,
Cùm ſubito abruptis, fugiens altaria taurus,
Exiliit vinclis, mugitúque excita latè
Impleuit tecta: & fremitu ſuſpiria rauco
Congeminat. —

Seruius in lib. II. Æneid. ad verſum, *Et magno mercentur Atridæ, Sacrorum eſt*, ait, *vt fugiens victima vbicumque inuenta fuerit, occidatur, ne piaculum committatur.* Quin & diros hoſtiarum mugitus auerſabantur, vt Ouidius indicat lib. VII. Metamorphoſ. inquiens: *Mugitus victima diros, Edidit.* Lucian. περὶ θυσιῶν. de victimarum mactatione agens, καὶ φονεύουσιν ὀφθαλμοῖς τοῦ θεοῦ γοερόν τι μυκώμενον, καὶ ὡς τὸ εἰκὸς εὐφημοῦν, καὶ ἡμίφωνον ἤδη τῇ θυσίᾳ ἐπαυλοῦν. Atque adeo non niſi volentem, & velut annuentem, hoſtiam cæſam fuiſſe ſignificat Plutarchus lib. VIII. Sympoſiac. cap. VIII. his verbis: Ἄχρι δὲ νῦν παραφυλάττουσιν ἰσχυρῶς τὸ μὴ σφάττειν πρὶν ἐπινεῦσαι κατασπενδόμενον, οὕτως εὐλαβεῖς πρὸς ἅπασαν ἀδικίαν ποιεῖ. Eóque pertinere probabile eſt illud Pythiæ oraculum, quod à Porphyrio lib. I. περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων refertur in hæc verba:

Οὔ σε θέμις κτείνειν ὀίων γένος ἐστὶ βίβαιον:
Ἔκγονε θευπροπέων: τὸ δ' ἑκούσιον αὖ κατανεύσῃ:
Χέρνιβ' ἐπιθύειν. — Nec abeſt ſuſpicio eius rei ergò à Græcis aquã in aurẽ victimæ infuſam. Hoc enim in more poſitũ fuiſſe Apollonij interpres in lib. I. Argonautic. ita ſcribit: Προχύτας οἱ μὲν κριθάς, οἱ δὲ τὸ ὕδωρ ὃ εἰώθασιν ἐμβάλλειν εἰς τὸ οὖς τοῦ ἱερείου, ἐπὶ τῷ ἐπινεύειν τὸ ἱερεῖον. Non de nihilo ergo eſt, quod Ouidius lib. I. Faſtor. & lib. IIII. de Põto Eleg. IIII. colla ferienda boues præbuiſſe ait: Ceruicem enim feriendã dare, offerre, porrigere, nec gladio aut ſecuri ſubtrahere, PRAEBERE dicũt, Vell. Paterc. lib. II. Valer. Max. lib. I. cap. XIII. Petron. Arbiter in Satyr. & Senec. lib. II. Natural. quæſt. cap. vlt. & Iuuenal. Sat. X.

ADDVCTÆ verò hoſtiæ aris ADMOVEBANTVR. Cornelius Tacitus lib. II. ADMOTAS *hoſtias, ſacrificalem apparatum, feſtam Antiochenſium plebem per lictores proturbat.* Idem aliâs, ADMOVEBATVR *altaribus miles: magis vt victima, quàm vt ſacri particeps.* Sueton. in Caligula cap. XXXII. ADMOTA *altaribus victima.* Arnob. lib. VII. aduerſ. gent. *Tum quòd ex his rebus, quæ* ADMOVENTVR *altaribus, nihil videmus accedere, atque ad numinum ſubſtantias peruenire.* Et alio loco: *Satis (vt opinor) oſtendimus fruſtra diis immortalibus hoſtias rebus cum conſequentibus* ADMOVERI. Virgil. lib. XII. Æneid.

—ADMOVITQVE *pecus flagrantibus* ARIS.

Lucanus lib. I.

—*Sacris tunc* ADMOVET ARIS.
Erecta ceruice marem. —

Sic &

Sic & Ammian. Marcellin. lib. XXIII. ADMOTOS ARIS *tauros* dixit: & Ouidius lib. VII. Metamorphoſ. ADMOTOS TEMPLIS *tauros*: ſicut EXTA ADMOTA ARIS, Valerius Max. lib. I. cap. I.

Admota autem aris, STARE dicebatur hoſtia, interim dũ vota conciperentur, eíque vinũ ac mola inſpergeretur. Cui etiam verbo quædam placidæ quietis nota ineſt. Virgil. lib. II. Georgic.

> —STABIT *ſacer hircus* AD ARAM. Et lib. III.
>
> *Sæpe in honore deûm medio* STANS *hoſtia* AD ARAS.

Ouid. lib. I. Faſtor.

> *Rode caper vitem, tamen hinc cùm* STABIS AD ARAS,
> *In tua quod fundi cornua poſſit, erit.*

Seneca Hercule Furen. Act. IIII. Sc. I.

> STAT *ecce* AD ARAS *hoſtia, expectat manum*
> *Ceruice prona.*—

Idem Hercule OEteo Act. III. Sc. II.

> *Vt* STETIT AD ARAS *omne votiuum pecus.*

Martial. lib. III. Epigrammat.

> *Vite nocens roſa* STABAT *moriturus* AD ARAS
> *Hircus, grata tuis victima Bacche ſacris.*

Silius Italic. lib. XVI.

> *Victimáque admotæ* STABAT *ſubiecta bipenni.*

Plin. lib. XXVIII. cap. II. *Si repente extis adimi capita vel corda, aut geminari victima* STANTE *acciderit.*

FERIENDI planè verbũ ad victimas pertinuiſſe Paulus docet, qui ferias à FERIENDIS victimis appellatas ſcribit. Seneca Hercul. OEteo Act. II. Sc. I.

> *Me nuptiali victimam* FERIAT *die.*

Ouidius lib. IIII. de Ponto, Eleg. IX.

> *Albáve opimorum colla* FERIRE *boum.*

Et lib. I. Faſtor.

> *Hoſtia cœlitibus quo* FERIENTE *cadit.*

Rurſus eodem libro:

> *Colla rudes operum præbent* FERIENDA *iuuenci,*
> *Quos aluit campis herba Faliſca ſuis.*

Quem vltimum verſum vſque adeò placuiſſe Ouidio obſeruaui, vt eum totidem verbis repetierit lib. III. Amor. Eleg. XII. & lib. IIII. de Ponto. Eleg. IIII. Atq; vt à lectoribus hanc quoque gratiam ineam, obiter & exceſſus loco admonebo, horum verborum interpretationem petendam eſſe à Plinio, qui in agro Faliſco Clitumni aquam potatã candidos fecisse boues, lib. II. Natural. hiſtor. cap. CIII. ſcribit. Quod & Virgil. lib. II. Georgic. oſtendit his verſibus:

> *Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus*
> *Victima, ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro,*
> *Romanos ad templa deûm duxere triumphos.*

In cuius loci explicatione Seruius, *Clitumnus, ait, eſt fluuius in Meuania, quæ pars Vmbriæ, partis Tuſciæ: de quo fluuio dicit Plinius in hiſtor. Naturali, quod animalia quæ eum potauerunt, albos fœtus creant.* Quibus verbis digito indicat illum à me prolatum Plinij locum. Vnde idem Ouid. lib. IIII. de Ponto, Eleg. VII.

> *Agnáque tam lactens quàm gramine paſta Faliſco,*
> *Victima, Tarpeios inficit icta focos.*

Propert. lib. II. Eleg.

> *Qua formoſa ſuo Clitumnus flumina luco*
> *Integit, & niueos abluit vnda boues*

Stat. Papin. lib. III. Syluar.

> —*Nec ſi vacuet Meuania valles,*
> *Aut præſtent niueos Clitumna noualia tauros.*

Silius Italicus lib. IIII.

-- Et patulis Clitumnus in aruis,
Candentes gelido perfundit flumine tauros.

Idem lib. VIII.

Et lauat ingentem perfundens flumine ſacro
Clitumnus taurum. -

Iuuenalis Sat. XII.

Læta ſed oſtendens Clitumni paſcua ſanguis.

Claudian. in Panegyrico, in VI. Honor. Aug. Conſulat.

Quin & Clitumni ſacras victoribus vndas,
Candida quæ Latiis præbent armenta triumphis,
Viſere cura fuit. -

Quæ tametſi mirificè conſentiant, Leandro tamen in ſua accurata Italiæ deſcriptione, ſcrupulum non ſine cauſa iniicit, inter Faliſcos & Clitumni fluenta, locorum interiectum interuallum. Sanè totus Mæuaniæ tractus latiſſimè continuatis pratis & paſcuis à Silio Italico lib. V. & VIII. celebratur. Sed hæc alij viderint. Nos propoſitum perſequamur. FERIRE, παίειν dixit Dionyſius Halicarnaſſ. lib. VII. Atque adeò Paulus, reclamantibus licet Ouidio & Seruio, Hoſtiam dictam ab *Hoſtire*, quod eſt ferire, tradit. Nec me latet PERCVTIENDI quoque verbum veteribus in hac re in vſu fuiſſe: vt ex Ouidio lib. I. Faſtor. & lib. V. & XV. Metamorphoſ. & L. Annæo Floro lib. III. Iulio Obſequen. lib. de Prodig. & Spartiano in Geta, patet.

Quinetiã numerorum vinculis conſtricti, ICTAM quoque victimam dicunt, Ouid. lib. XV. Metamorph. & lib. II. de Ponto Eleg. IX. & lib. IIII. Eleg. VII. & Epiſt. Hypſiph. ad Iaſonem, & Propert. Eleg. VI. lib. IIII. Quomodo & vitulum ICTVM legimus apud Liuium lib. XXI. PERCVSSAS autem SECVRI fuiſſe victimas, crebrò lector deprehendet. L. Annæus Flor. lib. III. *Nec gladio, ſed vt victimas*, SECVRI PERCVTIVNT. Ouid. lib. VII. Metamorphoſ.

Muneribúſque deos implet, FERIVNTQVE SECVRES.
Colla toroſa boum vinctorum cornua vittis.

Et lib. IIII. Triſt. Eleg. II.

Candidáque adducta collum PERCVSSA SECVRI.
Victima, purpureo ſanguine tingit humum.

Sic & lib. IIII. Faſtor.

Apta iugo ceruix non eſt FERIENDA SECVRI

In verſibus quoque de Nuce, ſi modo eius ſunt:

Vt ve grauem patiens vbi tolli vacca SECVRIM,
Aut ſtringi cultros in ſua colla videt.

Idem probant & illi eiuſdem poëtæ verſus, quos ſuprà ex lib. IIII. de Ponto Eleg. IIII. adduxi. Vnde *ſacrifica* SECVRI *colla tauri rumpere*, dixit idem lib. XII. Metamorphoſ. Virgil. lib. II. Æneid.

Quales mugitus, fugit cùm ſaucius aras
Taurus, & incertam excuſſit ceruice SECVRIM.

Valer. Flacc. lib. I. Argonautic.

- Non illo certior alter
Pinguia lethifera perſtringere colla BIPENNI.

Porrò de CADENDI verbo tot exempla ſuppetunt, vt eorum multitudine obruamur. Virgilius lib. I. Æneid.

Multa tibi ante aras noſtra CADET *hoſtia dextra.*

Idem in Ceiri:

Vt cùm cæſa pio CECIDISSET *victima ferro.*

Tibull. Eleg. I. lib. I.

Agna CADET *vobis. -*

Idem Eleg. I. lib. IIII.

Paruáque cœleſtes pacauit mica, nec illis

Semper

Semper inaurato taurus CADIT *hoſtia cornu.*

Propertius Eleg. vi. lib. IIII.

Et CADAT *ante meos icta iuuenca focos.*

Ouidius lib. I. Faſtor.

Albáque perfuſa victima fronte CADAT.

Et rurſus:

Victima, quæ CECIDIT *dextra victrice, vocatur.*

Idem lib. IIII. Faſtor.

-- Huic geminas Rex Numa mactat oues:
Prima CADIT *Fauno, leni* CADIT *altera Somno.* Et lib. VI.
—Pro paruo victima parua CADIT.

Quo genere loquendi, vt vela contraham, vtitur idem Ouid. lib. VII. & VIII. Metamorphoſ. & lib. II. Amor. Eleg. XI. & lib. I. de Arte amand. & lib. I. Triſt. Eleg. IX. & lib. II. de Ponto Eleg. IX. Martial. lib. VII. Epigram. Seneca Agamemnone in choro Act. II. & rurſus Act. III. Sc. I. & in Octauia Act. III. in choro. Atque vt Latini STANTEM ET CADENTEM HOSTIAM dicunt, ſic & apud Dionyſium Halycarnaſſ. lib. VII. Ἑςῶτος καὶ πίπτοντος ϑύματος legimus. Vti verò caderet hoſtia, & in quam partem obſeruaſſe veteres, Feſt. Pomp. in verbo, *Piacularia*, docet. Et ſuperiorum quidem, vt minùs vulgatarum vocum exempla adſcripſi. Reliquarum quod à vulgo intelligantur, probationes conquirere, non modò inanis eſſet diligentiæ, ſed & hominis otiolo ſuo abutentis. Tãtùm adſcribam, quæ de verborum, MACTARE ET IMMOLARE, propria ſignificatione Seruius tradit in lib. IIII. Æneid. ad ea verba:

—MACTANT *lectas de more bidentes.*

MACTANT, ait, *verbum ſacrorum κατ᾽ εὐφημισμὸν dictum, quaſi magis auctum. Vnde & Magmentũ dicebant, quaſi maius augmentum. Olim enim hoſtiæ* IMMOLATÆ *dicebantur mola ſalſa tactæ. Cùm vero ictæ, & aliquid ex illis in aram datum*, MACTATÆ *dicebantur per laudationem per boni ominis ſignificationem, vt adolere. Nam* MACTARE *eſt magis augere.* Idem in X. Æneid. IMMOLARI *propriè dicuntur victimæ, nõ cùm cæduntur, ſed cùm accipiunt molam ſalſam. Cato in originibus ita ait: Lauini boues* IMMOLATOS, *priuſquam cæderentur, profugiſſe in ſyluam.* Feſtus Pomp. IMMOLARE, *eſt mola, id eſt, farre molito & ſale hoſtiã perſperſam ſacrare.* Et hoc eſt quod Seneca in OEdipo Act. II. Sc. II. *taurorum colla ſalſa mola ſpargere*, dicit: Cicero verò lib. II. de Diuinat. *molam & vinum inſpergere*. Dionyſius Halicarnaſſ. Δημητρὸς κάρπους ἐπιῤῥαίνειν ταῖς κεφαλαῖς τῶν ϑυμάτων. Vnde Ouidius lib. XV. Metamorphoſ.

Imponique ſuæ videt inter cornua fronti,
Quas coluit fruges.

Quæ qui ſecum reputabit, mirari deſinet, immolandi verbum non popis aut victimariis, ſed his, qui magiſtratu ſacerdotióve publico præditi, aut etiam priuatim domi ſacra faciebant, aſſignari. Cicero lib. I. de Diuinat. *Cùm Sylla in agro Nolano* IMMOLARET *ante Prætorium.* Quæ verba deſcripſit ab eo Valer. Max. lib. I. cap. VI. Idem Cicero eod. lib. *Quod paullo ante interitum Cæſaris contigit, qui cum* IMMOLARET *eo die, quo primùm in ſella aurea ſedit.* Sic & II. Orat. in Rullum. Maiores hoſtias à Coſſ. immolari ſcribit. Et lib. VI. Epiſtolar. familiar. *Nemo noſtrum eſt, opinor, quin vota victoriæ ſuæ fecerit, nemo quin etiam cũ de alia re* IMMOLARET, *tamen eo quidem ipſo tempore, vt Cæſar ſuperaretur, optarit.* Plautus Pœnulo, Act. II. Sc. I.

Dij illum infelicitent omnes, qui poſt hunc diem,
Leno vllam Veneri vnquam IMMOLARIT *hoſtiam,*
Quive vllum turis granum ſacrificauerit.
Nam ego hodie infelix diis meis iratiſſimis
Sex agnos IMMOLAVI.

Sueton. in Iulio de ipſomet Cæſare loquens, *Cùm* IMMOLANTI, ait, *aufugiſſet hoſtia.* Iul. Obſequens lib. de Prodig. *Catone Conſule* IMMOLANTE *exta tabuerunt.* Idem ibid. *In prouinciam proficiſcens Poſthumius Conſul, quũ* IMMOLARET. Plinius lib. XI. cap. XXXVII. *Defuit & C. Mario, quum* IMMOLARET *Vticæ.* Similitérque Numã oues MACTASSE

Ouidius lib. IIII. Faſtor. ſcribit. Virgilius lib. III. Georgic.

Aut ſi quam ferro MACTAVERAT *antè ſacerdos.*

His ſimilia exempla ex eiuſdem poëtæ lib. III. IIII. & V. Æneidos adiungi poſſunt.

Qui verò ſacrificabant FACERE dicebantur, ſicut Græci τὸ θύειν, non tantùm ἔρδειν καὶ ῥέζειν (quod Plutarchus obſeruabit lib. VIII. Sympoſiac. cap. VIII.) ſed & ΔΡΑΝ, dicebant: vt Athenæus lib. XIIII. notat, quem Euſtathius in lib. XX. Odyſſ. huius ſignificationis teſtẽ citat. Varro lib. V. de lingua Lat. *Nam flamen Dialis auſpicatur vindemiã, ſed vt iuſsit vinum legere, agna Ioui* FACIT. Idem ibid. *Vt ibi propè* FACIVNT *diis manibus.* Sic hoſtia FACERE, dixit Cenſorin. lib. de die Natali cap. I. Sic *manibus lacte* FIERI *nõ vino*, Varro Catone ſeu de liberis educandis, referẽte Nonio in voce, *Rumam.* Sic hoſtia diis FIERI, Liuius lib. XXVII. Sic libo & vino Iunoni natali FIERI, Tibullus lib. IIII. Elegiar. Eiuſdem locutionis teſtis accedit Macrob. lib. III. Saturnal. cap. XI. & lib. VI. cap. IX. Hinc & PRO FRVGIBVS FACERE dicebant. Virgilius Ecloga IIII.

Cùm FACIAM *vitula* PRO FRVGIBVS, *ipſe venito.*

Feſtus Põp. *Ambarualis hoſtia, eſt quæ rei diuinæ cauſa circũ arua ducitur, ab iis qui* PRO FRVGIBVS FACIVNT. Macrob. lib. III. Saturnal. cap. II. *Ideo huic deæ* PRO FRVGIBVS FIERI *ſacra dicuntur, quia frugibus vita humana toleratur.* Similique modo PROPTER VIAM FACERE dicebãt. Laberius Paupertate, referẽte Nonio: *Viſus hac nocte bidente* PROPTER VIAM FACERE. Ex quo ille in Albidium decoctorem elegans Catonis iocus apud Macrob. lib. II. Saturnal. cap. II. quo eum PROPTER VIAM FECISSE dicebat, ſicut illic legendum eſt. Propter viam enim, (quod erat, vt Feſtus docet, proficiſcendi gratia) Herculi aut Sango ſacrificiũ fiebat: in quo moris erat, vt ſi quid ex epulis ſuperfuiſſet, igne cõſumeretur. Hinc & PRO POPVLO FIERI dicebatur in ſacris Bonæ deæ. Cicero lib. I. Epiſt. ad Atticum: *P. Claudium Appij filiũ, te credo audiſſe, cum veſte muliebri deprehenſum domi C. Cæſaris, cũ* PRO POPVLO FIERET. Et alia Epiſt. eiuſdem libri: *Credo enim te audiſſe, cùm apud Cæſarem* PRO POPVLO FIERET, *veniſſe eò muliebri veſtitu virum.* Nam vt idem in orat. de Haruſp. reſponſ. docet, *Sacrificium Bonæ deæ per virgines Veſtales* PRO POPVLO *ſeu* PRO SALVTE POPVLI RO. FIEBAT, *& in ea domo, in qua erat imperium.* Seneca Epiſt. II. lib. XVI. *In eo iudicio, in quo reus erat Clodius, ob id adulterium, quod cum Cæſaris vxore in operto commiſerat, violatis religionibus eius ſacrificij, quòd* PRO POPVLO FIERI *dicitur.* Vnde & Iuuenal. Satyr. IX.

PRO POPVLO FACIENS *quantum Lauſella bibebat.*

Eodem ſenſu Dio ait, ὑπὲρ τοῦ δήμου. Sic enim lib. XXXVII. de Cicerone Cõſule loquẽs, χρηστὴν ἐλπίδα ἅμα τῇ ἐξελάσει ὅτι ἱερῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ ὑπὸ τῶν ἀειπαρθένων ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ποιουμένων, &c. Eiuſmodi vero ſacra quæ publico ſumptu pro populo fiebant, PVBLICA appellata Feſt. Pomp. ſcribit. Qualia erant, quæ à fratribus Arualibus facta propterea, vt fruges ferrent arua, Varro lib. IIII. de lingua Lat. ſcriptum reliquit. Atque inde fortaſſis ſacrificium illud quod fiebat in operto in honorem Bonæ deæ DAMIVM dicebatur, quãquam alia huius appellationis cauſa redditur à Paulo ex Feſto. Sed & OPERANDI verbum in rebus diuinis vſurpabant. Cornel. Tacit. lib. II. *Nox eadem lætam Germanico quietem tulit, viditque ſe* OPERATVM, *& ſanguine ſacro reſperſa prætexta pulchriorem aliam manibus auiæ Auguſtæ accepiſſe.* Horatius Ode XIIII. lib. III.

Vnico gaudens mulier marito
Prodeat, iuſtis OPERATA *diuis.*

Virgil. lib. I. Georgic.

-Lætis OPERATVS *in herbis.*

Idem in Ceiri.

Dum ſacris OPERATA *deæ.--*

Tibull. lib. II. Eleg. V.

Tunc OPERATA *deo pubes diſcumbet in herba.*

Ouidius lib. II. Amor. Eleg. XIII.

Sæpe tibi meruit, certis OPERATA *diebus.*

Propertius lib. II. Eleg. XII.

Cinthia iam noctes eſt OPERATA *decem.*

Iul. Obſe-

Iul. Obſequens lib. de Prodig. *Peſtilentia faméque ita laboratum, vt ex Sibyllinis populus circa compita, ſacellâque* OPERATVRVS *ſederit.* Pomponius apud Nonium Marcellum, *Ad Veneris profectus eſt manè vetulus, votum vt ſolueret, ibi nunc* OPERATVS EST. Operationis etiam dies à Feſto Pomp. in priuatis feriis numerantur.

VICTIMARVM verò quæ cædebãtur, Exta INSPICI, CONSVLI, PROSECARI, DARI, REDDI, PORRICI, IN ARAS IMPONI, dicebantur. INSPECTA fuiſſe exta diuinationis cauſa docent Cic. lib. I. & II. de Diuinat. Valer. Max. lib. I. cap. VI. Seneca lib. II. Natural. quæſt. Credebant enim prauis erroribus imbuti, eſſe in extis aliquam vim, quæ declararet futura, ex eorúmque habitu, colore & notis pericula, vel commoda ſignificari, denuntiari & oſtendi: Quorum interpretes erant ex Hetruria primùm acciti haruſpices, qui ex eo, Extiſpices, & eorum diuinationes, Extiſpicia, ab extis inſpiciendis, nominabantur, vt idem Tullius lib. I. de Natura Deor. auctor eſt. Vnde Tibullus lib. II. Eleg. V. ad Apollinem:

-Per te, ait, *præſentit haruſpex,*
Lubrica ſignauit cùm deus exta NOTIS.

Idem lib. III. Eleg.

—Venturæ nuntia ſortis,
Vera monent Tuſcis exta probata viris.

Claudianus lib. I. in Eutropium.

Fulmineos ſollers Hetruria CONSVLAT *ignes,*
Immenſúmque nefas FIBRIS *exploret haruſpex.*

Formam autem huiuſmodi inſpectionis deſcribunt Ouidius & Seneca: Ille quidem lib. XVI. Metamorphoſ.

Protinus, ait, *ereptas viuenti corpore* FIBRAS
INSPICIVNT *, mentémque deûm ſcrutantur in illis.*

Hic verò in Thyeſte, Act. IIII. Sc. I.

Erepta viuis exta pectoribus tremunt,
Spirántque venæ, córque adhuc pauidum ſalit.
At ille FIBRAS TRACTAT, *ac fata* INSPICIT,
Et adhuc calentes viſcerum venas NOTAT.

Vtrobique autem EREPTAS FIBRAS, & EREPTA EXTA dici notandum eſt: ſicut idem Seneca Oedipo Act. II. Sc. II.

Nec FIBRA *viuis* RAPTA *pectoribus, poteſt*
Ciere nomen.

Virgilius lib. XII. Æneid.

—Tum ritè ſacratas,
In flammam iugulant pecudes, & viſcera viuis
ERIPIVNT. --

Lucanus lib. I.

Atque iram ſuperûm RAPTIS *quæſiuit in extis.*

Ideò autem rapiebantur exta, vt ſpirantia adhuc & palpitantia conſuli poſſent. Eáque de cauſa, Arnob., lib. VII. aduerſ. gent. illis gaudium fuiſſe ſcribit, vidiſſe ex reſiduo victimarum cæſarum ſpiritu exultantia adhuc corda tremebundáſque & palpitantes in viſceribus venas. Virgil. lib. IIII. Æneid.

—pecudúmque recluſis
Pectoribus inhians, trepidantia CONSVLIT *exta.*

Silius Italic. lib. I.

Ac fugientem animam properatis CONSVLIT *extis.*

Hoc enim modo CONSVLI exta dicebantur, quod, vt Macrob. lib. IIII. Saturnal. cap. V. ſcribit, *per ea deorum diſquireretur atque exploraretur voluntas.* Minutius Felix in Octauio, *Aut auguriis obſeruandis, aut extis* CONSVLENDIS. Manil. lib. I. Aſtronomic.

--Volucres prædicere linguas,
CONSVLTARE *fibras.--*

Plin. lib. XXVIII. cap. II. *Victimas cædi ſine precatione non videtur referre, nec deos ritè* CON-

SVLI. Stat. Papin. lib. IIII. Thebaid.

> CONSVLIT *ille deos, non larga cæde iuuencúm,*
> *Non alacri penna, aut verum ſpirantibus extis.*

Et huius verbi proprietatem notauit Seruius in illis Virgilij à me ex lib. IIII. Æneid. prolatis verſibus: *Propriè*, inquiens, *dixit* CONSVLIT. *Aruſpices enim exta* CONSVLERE *dicuntur, cùm inſpiciunt.*

Cuiuſmodi conſultationis illuſtre exemplum extat apud Senecam OEdipo, Act. II. Sc. II. Vbi Tireſias cæcus haruſpex, alienis oculis exta inſpiciens, ac probans, poſtquam interrogauit, num vno vulnere maiores hoſtiæ ſolo afflictæ concidiſſent, ſanguiſq; citus an lentus profluxiſſet, edi inſuper ſibi certas viſcerum notas poſtulat: cui ſatisfaciẽs Manto ſitum, colorem, totúmque habitum extorum ſcitè & appoſitè renuntiat.

ARVSPICES porrò ſeu Extiſpices COR, PVLMONEM, IECVR, FEL cæſarum hoſtiarum inſpiciebant: Et COR quidem non ſemper in extorum parte habitum ex Plinio didici, qui L. Poſthumio Albino rege ſacrorum poſt centeſimam viceſimam tertiam Olympiadem, cùm rex Pyrrhus ex Italia diſceſſiſſet, primùm haruſpices COR in extis conſpicere cœpiſſe tradit lib. XI. Nat. hiſtor. cap. XXXVII. Præ cæteris verò, in extis IECVR diligentiſſimè tractabant, & nitidúmne id eſſet atque plenum, an horridum & exile, cũ capite, an ſine capite, conſiderabant, & quid inde læti triſtisve præuiderent, renuntiabãt. Ea propter Philoſtratus lib. VIII. de vita Apollonij, Τὸ δὲ ἧπαρ, ait, ἐν ᾧ φασὶ τὸν τῆς αὐτῶν μαντικῆς εἶναι τρίποδα, οἱ δεινοὶ ταῦτα. Vnde & aruſpicinam ἡπατοσκοπικὴν τέχνην vocat Phlegon, qui eius originem à Sibyllinis carminibus repetit in lib. περὶ θαυμασίων. Herodian. lib. VIII. de Criſpino: Ἐλέγετο δὲ τῇ στάσει τοῦ πολέμου μεμαθηκέναι πολλῶν ἔνδον ὄντων περὶ θυτικήν τε καὶ ἡπατοσκοπίαν ἐμπείρων, τά θ' ἱερὰ αἴσια ἀπαγγελλόντων. μάλιστα γὰρ τῇ σκέψει ταύτῃ πιστεύουσιν Ἰταλιῶται. In huiuſmodi verò extiſpiciis, FIBRAS, FISSVM & CAPVT obſeruaſſe eos inuenio. De fibris quidem ad eos, quos ſupra adduxi locos, hos accedere velim. Virgil. lib. I. Georgic.

> *Triſtibus aut extis* FIBRÆ *apparere minaces.*

Ouid. lib. V. Metamorphoſ.

> FIBRA *quoque ægra notas veri monitúsque deorum*
> *Perdiderat, triſtes penetrant ad viſcera morbi.*

Et lib. XV.

> *— Magnóſque inſtare tumultus,*
> FIBRA *monet.*—

Idem lib. I. Triſt. Eleg. VIII.

> *Hæc mihi non ouium* FIBRÆ, *tonitrúsve ſiniſtri,*
> *Linguáve ſeruatæ, pennáve dixit auis.*

Vnde & Tibullus Eleg. IX. lib. I. FIBRAM conſciam deorum vocat: rurſúſque Eleg. I. lib. II.

> *—Viden', ait, vt felicibus extis*
> *Significet placidos nuntia* FIBRA *deos?*

Manilius lib. IIII. Aſtronomic.

> *Hinc in tanta fidem petimus, quam ſæpe volucres*
> *Accipiunt, trepidæque ſuo ſub pectore* FIBRÆ.

Hinc & Fulgentius in lib. vocum antiquarum ex Labeone, quẽ diſciplinas Hetruſcas Tagetis & Bacitidis XV. voluminibus explanaſſe ait, hoc refert: FIBRAS *iecoris ſandaracei coloris dum fuant, manales tunc verrere opus eſt petras, id eſt quas antiqui ſolebant in modum cylindrorum per limites trahere pro pluuiæ commutanda inopia.* FIBRAS verò iecoris extremitates interpretatur Seruius in lib. I. Georgic. quẽ ſecutus Iſidorus lib. XI. Etymologiar. cap. I. FIBRÆ, ait, *iecoris ſunt extremitates, ſicut extremæ partes foliorum in vitibus, ſiue quaſi linguæ eminentes. Dictæ autem* FIBRÆ, *quòd apud Gentiles in ſacris ad Phœbi aras ferebantur ab ariolis, quibus oblatis atque ſuccenſis reſponſa acciperent.* Cornel. Celſus lib. IIII. cap. I. de Pulmone, *Is ſpongioſus, ideoque ſpiritus capax, & à tergo ſpinæ ipſi iunctus in duas* FIBRAS, *vngulæ bubulæ modo, diuiditur.* Et poſtea, IECVR *a dextera parte ſub præcordiis, ab ipſo ſepto ortum, intrinſecus cauum, extrinſecus gibbum, quod prominens leuiter ventriculo inſidet, & in quatuor* FIBRAS

BRAS

BRAS *diuiditur*. FISSI vtique vox & obſeruatio, idoneum habet adſertorem & vindicem Ciceronem, cuius hæc ſunt lib. I. de Diuinat. verba: *Similiter quid* FISSVM *in extis, quid* FIBRA *valeat, accipio*. Et aliâs: *Nondũ dico quàm hæc ſigna nulla ſint*, FISSVM *iecoris, coruus cantus*. Et paullo pòſt: *Aut quomodo collatum eſt inter ipſos, quæ pars* INIMICI, *quæ pars* FAMILIARIS *eſſet, quod* FISSVM *periculum, quod cõmodũ aliquod oſtenderet*. Rurſus ibid. FISSVM FAMILIARE *& vitale tractãt*. Et mox: *Si* FISSVM *cuiuſdã modi fuerit in iecore, lucrum oſtenditur*. Itẽ alio loco: *Aut* FISSVM *iecoris in lucello meo*. Idem lib. III. de Nat. Deor. *Vnde porro iſta diuinatio: quis inuenit* FISSVM *iecoris*. Iam CAPVT iecoris ex omni parte diligentiſſimè haruſpices conſideraſſe: & ſi id inuentum non eſſet, nihil dirius aut triſtius accidere potuiſſe, idem Cic. lib. II. de Diuinat. tradit. Quod & κατ' ἐξοχὴν CAPVT EXTORVM vocaſſe veteres, Plin. lib. XI. cap. XXXVII. ſcribit. Et ita accipiendũ eſt hoc verbum apud eundem lib. XXVIII. cap. II. & apud Ouidium lib. XV. Metamorphoſ. Lucanum lib. I. & Capitolinum in Pertinace. In extis etiam pars vna FAMILIARIS, altera INIMICI nomen, vicémque ſortiebatur, quemadmodum Cic. lib. II. de Diuinat. oſtendit. Liu. lib. VIII. *Decio* CAPVT *iecinoris à* FAMILIARI PARTE *cæſum haruſpex dicitur oſtendiſſe, alioquin acceptam diis hoſtiam eſſe*. Illam verò alteram, HOSTILEM PARTEM vocat Lucanus lib. I. & HOSTILE LATVS Seneca in Oedipo, Act. II. Sc. II. Eiuſdémque Lucani vetus interpres in lib. I. *Diuerſæ, ait, ſunt venæ, quas haruſpices cellas dicunt, hoſtium amicorum, & alia huiuſmodi. Cùm ergo accipiunt iocinera, intelligunt quæ cella necet, quæ pars ſaliat. Igitur dum vident* DE HOSTILI PARTE *venarum pulſus emergere, ſignificari prælium recognoſcunt*.

Quẽadmodũ autẽ Romani, ita & Græci extiſpiciis attẽdẽtes, ſuas quoq; peculiares extorũ notas habebãt. In hepare certè λοβοὺς eos ſpectaſſe, & an eſſet ἄλοβον ἧπαρ conſideraſſe docet Arrian. lib. VII. de reb. geſt. Alexãd. quũ de Pythagora haruſpice agẽs hęc memorat: Ὡς δὲ ἐπὶ τοῦ ἥπατος τοῦ ἱερείου ὁ λοβὸς (ſic enim legẽdũ) ἀφανὴς ἦν. Et mox: Αὖθις θύσασθαι τὸν Πυθαγόραν ἐπὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ, ἄλοβον τὸ ἧπαρ τοῦ ἱερείου. Et ibidem: Καὶ τὸν Πυθαγόραν ἐπειδὴ παρῆλθεν εἰς Βαβυλῶνα ἤρετο, ὅτῳ γενομένῳ αὐτῷ σημείῳ, ταῦτα ἐπέστειλε παρὰ τὸν ἀδελφόν. τὸν δὲ εἰπεῖν, ὅτι ἄλοβόν οἱ τὸ ἧπαρ ἐγένετο τοῦ ἱερείου. Suidas: Λοβὸν ἄκρον τοῦ ὠτίου καὶ τοῦ ἥπατος interpretatur, καὶ ἐν θυτικῇ, σημεῖόν τι ἐν τῷ ἥπατι. Heſychius etiam: Λοβοὶ χεῖρες καὶ ἄκρον τοῦ ἥπατος, Λοβοὶ δὲ τὰ ἄκρα πάντα, καὶ σημεῖον ἐν τῷ ἥπατι. Hoc amplius ex Rufo Epheſio lib. de corporis humani partium appellationibus didici, alia quoq; in iecore haruſpices Græcos obſeruaſſe: Verba eius in cap. de Iecore, ſunt hæc: Καὶ ἐπὶ τοῦ μεγίστου λοβοῦ, ait, χολῆς ἀγγεῖον, τούτου δὲ τὸ μέσον στενόν, αὐχένα, τὸ δὲ κάτω, πυθμένα. Πύλη δὲ ἥπατος ἡ φλὲψ δι' ἧς ἡ τροφὴ εἰσέρχεται. ἃ δὲ ἐν ἱεροσκοπίᾳ πύλας καὶ τράπεζαν καὶ μάχαιραν καὶ ὄνυχα καλοῦσιν, ἐστὶ μὲν καὶ ἐν ἀνθρώπῳ, ἀσαφῆ δὲ καὶ οὐκ εὔδηλα καὶ εἰς οὐδὲν ἰατρικὸν ἀναγκαίως ὀνομασθέντα. His addam Euripidis ex Phœniſſis ad ἱεροσκοπίαν pertinentes verſus:

> Μάντις τε μῆλ' ἔσφαζον ἐμπύρους δ' ἀκμὰς
> Ῥήξεις τ' ἐνώμων ὑγρότητ' ἐναντίαν.

Vbi Scholiaſtes ad ea verba: Ῥήξεις δ' ἐνώμων, Τὰς, ait, τῆς χολῆς ῥήξεις ἐπισκόπουν τὴν ὄψιν μεταφέροντες. ἐτήρουν γὰρ οἱ μάντεις τὰς χολὰς (Ὑγρότητα ἐναντίαν) τὰ περὶ τῶν ἐναντίων δηλοῦσαν, τὴν ἐπὶ τῶν ἐναντίων ἐχθρῶν ἀεὶ παρεσκευασμένην. Οἱ γὰρ θύται περὶ τῶν ἐχθρῶν, εἰ βουληθεῖεν μαντεύεσθαι, ἔχοντες χολὴν ἀφορῶσι. Πικροὶ γὰρ οἱ ἐχθροί. Ὑγρότητα δὲ λέγει αὐτὴν τὴν χολήν. Et mox: Ἄλλως τὴν ὑγρὰν τοῦ ἱερείου τὴν γὰρ δι' αὐτῶν μαντεία. κεχωρισμένη γὰρ ἀπὸ τοῦ πυρὸς σημαίνει δυσχέρειαν πολέμου. ἀπλουμένη δὲ καὶ καταπνέουσα ὑπὲρ αἰωρουμένη δὲ εἰς ὕψος, νίκην. Οἱ δὲ ἄκρας λαμπάδας τὴν χολὴν λέγουσι, τὴν ἐν τῷ ἥπατι, σημεῖον γὰρ ἐστι νίκης τε καὶ ἥττης.

VERVM, vt Græcis omiſſis, Romana quæ ad huius libri inſtitutum propriè pertinent, cõſectemur, ea quidem exta quæ ſplendida, benè colorata, integra, plena, ſolida, & abſq; vlla labe macula & vitio erant, BONA appellabant, quòd propitios deos, proſperóſque & ſecundos euentus, lucra, hereditates, commoda, denuntiabant. Cicero lib. I. de Diuinat. *Quid enim, ait, habet haruſpex, cur pulmo inciſus etiam in* BONIS *extis dirimat tempus?* Idẽ lib. II de Diuinat. *Aut tanta inter eos diſſenſio, ſæpè etiam inter proximos, vt Apollinis exta* BONA *ſint, Dianæ* NON BONA. Eadem & LÆTA vocant Valer. Maxim. lib. I. cap. VI. Liuius lib. XXVII. & lib. XXXI. Plinius lib. XI. cap. XXXVII. Eadémque loquendi figura Seneca lib. II. Natur. quæſt. cap. L. LÆTA fulmina, & LÆTA omina, Petron. Arbit. in ſuo de

Mutat. Reip. Rom. carmine. Tibullus verò BONA exta, FELICIA vocat, Eleg. I. lib. II. Quorum exemplum præbent Sueton. in Auguſto & Plin. lib. XI. cap. XXXVII. qui Auguſto Spoleti ſacrificanti primo poteſtatis ſibi delatæ die, ſex victimarum iocinera replicata intrinſecus ab ima fibra reperta narrant. Aliud etiam lætorum extorum argumentum profert Plinius loco à me nuper allegato, *In corde*, inquiens, *ſummo pinguitudo eſt quædam* LÆTIS EXTIS. LÆTA etiam atque adeò nimis LÆTA credebantur exta, cùm caput iecinoris duplex vel geminum reperiebatur. Nam interdum capita extorum geminata inuenta, Plinius lib. XXVIII. cap. I. teſtis eſt. Id quod Marcello immolante euenisſe, Valerius Maximus lib. I. cap. VI. & Plinius lib. XI. cap. XXXVII. memoriæ prodiderunt. Liuius verò lib. XXVII. auctum viſum fuiſſe in capite ſcribit. Quod & Plutarchus in Marcelli vita refert his verbis: Ἐπιθυομένου δὲ τὸ δευτέρου ἧπι κεφαλὴ μέγεθος ὑπερφυὲς ἀνέσχε, καὶ τ᾽ ἄλλα φαιδρὰ θαυμαστῶς διεφάνη.
Quæ verò exta, pallida, tabida, liuida, marcida, exilia, vitioſa, aut quæ omnibus ſuis partibus non conſtabant, & quibus aliquid deerat, quæve aliqua labe & tetris notis aſperſa ſua ſede mota & naturali ſitu minimè poſita erant, ea NON BONA vocant, Plaut. Pœnulo Act. II. Sc. I. & Cicero lib. II. de Diuination. Eadem & TRISTIA appellant Virgilius lib. I. Georgic. Valer. Max. lib. I cap. VI. Sueton. in Iul. cap. LXXVII. & Cornel. Tacit. lib. XVII. & IRATA, Statius lib. V. Thebaid. Nimirum quòd aduerſos caſus & damna minarentur, deóſque iratos portenderent, periculáque imminere monerent. Plutarchus in Camillo: οἱ τε μάντεις ἤγγελον ἐπὶ τοῖς ἱερείοις προφαίνεσθαι θεῶν μῆνιν. Vnde & MINACES fibras dixit Virgilius, & venas MINACES eodem ſenſu Lucanus lib. I. ſicut Cometes *crinem minacem* Claudian. lib. I. de Raptu Proſerp. & *ſigna minacia* Arnobius lib. VI. aduerſus gent. MINARI namque dicebant exta quæ malum aliquod impẽdere imminere̓que ſignificabant. Cic. lib. I. de Diuination. *Vt primis* MINENTVR *extis, bene promittant ſecundis*. Seneca lib. II. Natural. quæſt. *Quicquid exta, quicquid aues* MINABVNTVR. Sic & Macrob. lib. I. in Somn. Scipionis: Signa vel denũtiare vel MINARI vel monere tradit. *Triſte* quoque iratum & minax interdum ſignificare Nonius Marcellus notat. Et ita TRISTIA omina dicuntur ab Ouidio lib. III. Amor. Eleg. XI. & Liuio lib. IX. & lib. XLI. & Seneca Hercule Furen. Act. III. Sc. II. vt & TRISTE monſtrũ & TRISTES iræ à Virgilio lib. III. Æneid. TRISTE augurium à Silio Italico lib. IX. & TRISTIA ſigna ab eodem lib. XVI. & TRISTE prodigium à Liuio lib. XLIIII.

TRISTIA antè exta habebãtur, ſi COR deeſſet, vel ſi IECVR SINE CAPITE inueniretur: Paulus: *Peſtifera auſpicia dicebãt eſſe, cũ* COR *in extis, aut* CAPVT IN IECINORE *nõ fuit*. Prius oſtentũ portentúmve Cæſari ſacrificãti, quo die cæſus eſt, accidiſſe Cic. lib. II. de Diuinat. Valer. Max. lib. I. cap. VI. Suetonius & Plutarch. in eius vita ſcribũt. Sed & Pertinaci, quo à militibus interemptus eſt die, COR in hoſtia non repertũ Iulius Capitolinus in eius vita auctor eſt. Poſterioris verò portẽti exẽpla non pauca in veterũ monumentis extãt. Nam & eodẽ Cæſare immolante IECVR SINE CAPITE inuentum Cicero lib. I. de Diuinat. narrat: quo nihil contingere potuiſſe dirius idem aliâs ſcribit. Quinetiam cùm Marcellus ſummo ſtudio niteretur, vt Pœnorum exercitum aut proſterneret, aut Italia pelleret, ſollemniq́; ſacrificio voluntates deorum exploraret, quæ prima hoſtia ante foculum decidit, eius IECVR SINE CAPITE inuentum, Valer. Max. lib. I. cap. VI. Liuius lib. XXVII. Plin. lib. XI. cap. XXXVII. literis prodiderunt. Quod & Plutarchus in Marcello more Romano Κεφαλὴν ἥπατος appellans, ita ſcribit: Καὶ λαβὼν τὸν μάντιν ἐθύετο, καὶ τοῦ πρώτου πεσόντος ἱερείου, δείκνυσιν αὐτῷ τὸ ἧπαρ οὐκ ἔχον κεφαλὴν ὁ μάντις. Similiter Appianus de Cæſaris ſacrificio, quo die in curia cæſus eſt agens lib. II. bellor. ciuil. τῶν ἱερείων (ſic enim lego) ἦν τῷ Καίσαρι, τὸ μὲν πρῶτον ἄνευ καρδίας, ἢ ὡς ἕτεροι λέγουσιν, ἡ κεφαλὴ τοῖς σπλάγχνοις ἔλειπε. Simili caſu Liuius lib. XXX. Conſulum alteri primam hoſtiam immolanti CAPVT IOCINORI defuiſſe, & lib. XLI. Q. Periliũ ſacrificantem, in iocinore CAPVT non inueniſſe: alterum quoque Conſulem quod CAPVT IECINORI defuiſſet, tribus hoſtiis minimè perlitaſſe memorat. Sic & Iulius Obſequens Catone, Poſthumo, Herennio Coſſ. immolantibus CAPVT IOCINORIS inuentum non fuiſſe, Apollinique Decemuiris immolantibus, CAPVT IOCINORIS defuiſſe, refert. Idem, Lupum ſpretis religionibus, cum in extis CAPVT non inueniſſet,

manus

manus infeliciter cum hoſtibus conſeruiſſe, amiſſóque exercitu in prælio occubuiſſe ſcriptum reliquit. Plinius etiam lib. XI. cap. XXXVII. Cùm C. Marius Vticæ immolaret, CAPVT IECORIS non inuentũ. Defuiſſe quoque, Caio principe Kalẽdis Ianuariis Conſulatum ineunte, quo anno interfectus eſt: ſimiliterq; Claudio ſucceſſori eius, quo menſe interemptus eſt, memoriæ prodidit. Nec diſpari euentu Pertinacem, cùm triſte prodigium prima hoſtia à ſe immolata procurare vellet, in alia CAPVT EXTORVM non deprehendiſſe Iulius Capitolinus ſcribit. Sed & CAPVT EXTORVM CÆSVM,, triſtis oſtenti habitum, præterquã in ſollicitudine ac metu, (tunc enim peremiſſe curas) Plinius ſuperiore loco tradit. Vnde Ouidius lib. XV. Metamorphoſ.

— Magnóſque inſtare tumultus

FIBRA *monet,* CÆSVMQVE CAPVT *reperitur in extis.*

Decio quoque immolante CAPVT IOCINORIS CÆSVM repertum Liuius lib. VIII. ſcribit. Verùm plenas, integras & graphicè expreſſas triſtium extorum deſcriptiones duas ſubijcere operæpretium puto: vnam ex Lucano, alteram ex Seneca. Ille enim de extis ab Arunte haruſpice inſpectis lib. I. talia canit:

Terruit ipſe COLOR *vatem: nam pallida tetris*
Viſcera tincta NOTIS, *gelidóque infecta cruore,*
Plurimus aſperſo variabat ſanguine liuor.
Cernit tabe IECVR *madidum: venáſque* MINACES
HOSTILI *de parte videt:* PVLMONIS *anheli*
FIBRA *latet, paruúſque ſecat vitalia limes.*
COR *iacet, & ſaniem per hiantes viſcera rimas*
Emittunt, produntque ſuas OMENTA *latebras.*
Quódque nefas nullis impunè apparuit extis,
Ecce videt CAPITI FIBRARVM *increſcere molem,*
Alterius CAPITIS *pars ægra & marcida pendet:*
Pars micat: & celeri venas mouet improba pulſu.
His vbi concepit magnorum fata malorum,
Exclamat. Vix fas ſuperi, quæcumque monetis,
Prodere me populis. —

Apud Senecam verò Odipo Act. II. Sc. II. Manto triſtia exta hoc verborum ambitu renuntiat:

Genitor, quid hoc eſt? non leui motu vt ſolent,
Agitata trepidant exta, ſed totas manus
Quatiunt, nouúſque proſilit venis cruor:
COR *marcet ægrum penitus, ac merſum latet,*
Liuéntque venæ, magna pars FIBRIS *abeſt,*
Et felle nigro tabidum ſpumat IECVR.
Ac ſemper omen vnico imperio graue:
En CAPITA *paribus bina conſurgunt toris,*
Sed vtrumque CÆSVM *tenuis abſcondit* CAPVT.
Membrana, latebram rebus occultis negans.
HOSTILE *valido robore inſurgit* LATVS,
Septémque venas tendit, has omnes retrò
Prohibens reuerti limes obliquus ſecat.
Mutatus ordo eſt, ſede nil propria iacet,
Sed acta retro cuncta, non animæ capax
In parte dextra PVLMO *ſanguineus iacet.*
Non læua cordis regio, non mollis ambitu
OMENTA *pingues viſcerum obtendunt ſinus.*

ERANT & aliæ extorũ in haruſpicina qualitates & differẽtiæ. REGALIA enim EXTA, Feſto interprete, appellabant, quæ potentibus inſperatum honorem pollicebantur, priuatis & humilioribus hereditates, filiofamiliàs dominationẽ. MVTA verò, vt idem auctor eſt, dicebantur, ex quibus nihil diuinationis animaduertebant. Sed labor fortaſſe

longiùs, nec iis, quos mihi ipſe præſcripſi, finibus me teneo. Itaque vanæ huic & ridiculæ Hetruſcorum diſciplinæ nuntium remittam, eámque res ſuas ſibi habere iubebo, & ad reſidua ſacrorum verba reuertar.

EXTA, ſi BONA erãt & placebãt, PROSECABANTVR, vt Plaut. Pœnulo Act. II. Sc. I. indicat. Cato de re Ruſt. cap. CXXXIII. *Vbi exta* PROSECTA *erunt, Iano ſtruẽ cõmoueto.* Suet. in Auguſto, cap. I. *Cùm fortè Marti rẽ diuinã faceret, nũtiata repẽtè hoſtis incurſione ſemicruda exta rapta foco,* PROSECVIT. Liuius lib. V. *Qui eius hoſtiæ exta* PROSECVISSET, *ei victoriam dari.* Paulus ex Feſto: *Exta dicta quòd ea diis* PROSECENTVR, *quæ maximè extant, eminéntque.* Sic & Lucian. περὶ θυσιῶν, Ἔγχεται αἰατήμνειν dicit. Hinc Inſecta in ſacris PROSECTA vocabantur. Varr. lib. IIII. de lingua Lat. *Inſicia, ab eo quòd inſecta caro, vt in carmine Saliorũ eſt, quod in extis nunc dicitur* PROSECTVM. Ouid. lib. XII. Metamorphoſ.

Cuius vt impoſuit PROSECTA *ſub æthere ponit.*

Idem lib. VI. Faſtor.

Sic vbi libauit PROSECTA *calentibus aris.*

Statius lib. V. Thebaid.

— vbi aduerſo dederat PROSECTA *Tonanti,*
Et caput iratis rediens quaſſabat ab extis.

Vbi Lactantius: PROSECTA *dicuntur, ait, exta, cùm redduntur inſecta.* Addítque Statium verbo ſacrificantium vſum. *Particulæ enim,* inquit, *minutæ membrorum omnium,* PROSECTA *dicuntur in ſacris, quæ inferuntur aris. Lucanus* (locus eſt lib. VI.)

— Si pectora plena
Sæpe dedi, Iani, calido PROSECTA *cerebro.*

Hæc namque ille, niſi me animus fallit, in hũc modum ſcripta reliquerat, quæ poſtea ſunt ab antiquariis deprauata. Valerius Flacc. lib. II. Argonautic.

Tunc piceæ mactantur oues, PROSECTAQVE *partim*
Pectora. —

Nonius Marcell. PROSECTA, *exta, quæ aris dantur ex fibris pecudum diſſecta.* Hinc & PROSICIÆ appellatæ. Arnob. lib. VII. aduerſ. gent. *Quod ſi omnes has partes, quas* PROSICIAS *appellatis, accipere dij amant.* Martian. Cap. lib. I. de Nupt. Philolog *Phyſiculatu extorum* PROSICIIS *viſcera loquebantur.* Quam vocem aliò transferens Macrob. lib. VII. cap. XII. non ſine præfatione id faciendum duxit. *Hoc & in Ponto,* inquiens, *fieri videmus, in quo fruſta quædam, &, vt ita dixerim,* PROSICIÆ *gelidæ feruntur.* In cuius vocis locum alia, librariorum incuria, ſubiit apud Solinum in Polyhiſtor. illo loco, quo ait: *Nec longè inde collis Vulcanius, in quo qui rei diuinæ operantur, lignea vitea ſuper aras ſtruunt, nec ignis apponitur in hanc congeriem, cùm* PORRICIAS *intulerint.* Illic enim PROSICIAS legendum, veteris mei codicis auctoritate, & recti ſermonis ratione fretus, omni adſeueratione adfirmare non dubito. Vetus Gloſſarium, PROSICIÆ, Ἀπαρχαὶ τῶν θυμάτων. Nã, vt Dionyſius Halicarnaſſ. ait, Ἀπαρχὰς ἐλάμβανον ἐκ ἑκάστου σπλάγχνου, καὶ ἄλλου μέρους. PROSICIVM etiam Paulus ex Feſto, niſi mendum ſubeſt, ait appellatum, quod proſecatum proiicitur, aut porrigitur. Idem etiã partes eorum, quæ diis immolabantur, ALBEGMINA, vt & carnium ſacrificatarum partes, STREBVLA, dici tradit. Ait ex immolata hoſtia deſectum in iecinore imponendo augendi cauſa AVGVMENTVM, aut AVGMENTVM appellatum, Varro lib. IIII. de lingua Lat. ſcribit.

ENIMVERO quod ad DANDI verbũ attinet, eius in ſacris vſum, hæc, quæ ſubieci, exẽpla teſtantur. Cato de re Ruſt. cap. CXXXIIII. *Poſtea,* ait, *Cereri exta, & vinum* DATO. Varro lib. I. de re Ruſt. cap. XXIX. *Exta diis cùm* DABANT. Liuius lib. XXVI. *Flamen Dialis, quod exta perperam* DEDERAT, *Flaminio abiit.* Ouid. lib. IIII. Faſtor.

Nam ſimul exta deo DATA *ſunt, licet omnia fari.*

Macrobius lib. III. Saturnal. cap. II. ex Veranio, EXTA PORRICIVNTO, DIIS DANTO IN ALTARIA POCVMVE, EOVE QVO EXTA DARI DEBEBVNT. Paulus ex Feſto: *Forma ſignificat modò faciem cuiuſque rei, modò calidam, vt cùm exta, quæ* DABANTVR, DEFORMA *appellabantur.* Martial. lib. XI. Epigrammat.

Nos *tamen* EXTA *Ioui, tura, merúmque* DAMVS.

Qui locus teſtatur DANDI vocabulum non ad exta modò, verùm etiam ad

tus &

tus & vinum, quibus res diuina fiebat, pertinuiſſe. Cuiuſmodi locutionum copiam in veterum ſcriptis offendimus. Et de ture quidem Martial. lib. VIII. Epigrammat.

> DAT *populus*, ait, DAT *gratus eques*, DAT TVRA *ſenatus*.

Valer. Max. lib. I. cap. I. *Candidam induere veſtem, & aris* DARE TVRA *coactæ ſunt*. Arnob. lib. VII. aduerſ. Gent. *Vt enim vos debetis oſtendere cur* TVRA DIIS DETIS. Et paullo pòſt: *An num quid aliquis dicet, idcirco ſuperis* TVS DARI, *quod odoratus habeat ſuaues?* Plenus eſt exemplorum Ouidius. Sic enim lib. I. Triſt. Eleg. II. & III. Triſt. Eleg. XXIII. & lib. II. & IIII. & V. Faſtor. & lib. I. de Arte aman. & lib. III. IIII. VI. VII. X. XIII. & XIIII. Metamorph. & lib. II. Amor. Eleg. XII. & lib. IIII. de Põto, Eleg. IX. & Epiſt. XX. Heroid. loquitur. Nec Virgilius teſtimoniũ, ſi denuntiemus, detrectabit. Æneidos namq; lib. VIII. legimus:

> *Vna omnes iuuenum primi, paupérque ſenatus*
> TVRA DABANT. —

Vbi Seruius, *Verbo, ait, ſacrorum vſus eſt. Nam dici ſolebat in ſacris*, DA QVOD DEBES. DE MANV DEXTRA ARIS. Hoc etiam verbum, vt noſtras in anguſtum cogamus copias, apud Horat. lib. IIII. Carmin. Ode II. Propertium lib. II. Eleg. VIII. Tibull. lib. III. Eleg. III. Lucanũ lib. IX. bis, & Silium Italic. lib. III. & Senecã Hercule furente, Act. IIII. Sc. I. & in Octauia Act. IIII. Sc. I. & Arnob. lib. VII. aduerſ. gent. nõ ſemel, diligens lector reperiet.

EODEMQVE modo & VINVM DARE dicebant. Cato de re Ruſt cap. CXXXIIII. *Poſtea Iano* VINVM DATO. Et mox: *Item Iano* VINVM DATO, *& Ioui* VINVM DATO, *ita vti* DATVM *obſtruem obmouendam*. Virgil. lib. VIII. Æneid.

> *Communémque vocate deum &* DATE VINA *volentes*.

Ouid. lib. IIII. Faſtor.

> VINAQVE DAT *tepidis, farráque ſalſa, focis*.

Quod genus loquendi etiam lib. IIII. eiuſdem argumenti, & lib. I. de Arte aman. vſurpat. Valerius Flacc. lib. IIII. Argonaut.

> — *cineri* DAT VINA *vocato*.

TVRA autẽ DARE, id ipſum eſt, quod Arnobius lib. VII. ait, *ante ipſa numinum ſigna altaribus inijcere*. Ouidius verò lib. III. Amor. Eleg. III. & lib. II. de Ponto. Eleg. I. & lib. III. Faſtor. *Tura focis imponere*. Seneca in OEdipo Act. II. Sc. II. *focis inijcere*. Plinius lib. XII. cap. XIIII. *Aris ingerere*. Vnde aras *tura votiua piorum accipere*, dixit Ouidius lib. III. Amor.

QVIN & TVRA FERRE, legere eſt apud Propert. lib. II. Eleg. XIIII. Ouid. lib. I. de Põto. Eleg. V. & lib. II. Eleg. IX. & lib. III. Eleg. I. & lib. IIII. Eleg. VIII. & lib. XI. Metamorph.

PORRO dandi turis alia atque alia, prout facultates largiebantur, ratio erat. Nam honeſtiores quidem & locupletes ACERVOS TVRIS focis ingerebant, TVRAQVE ACERRA ET LANCE PLENA DABANT: pauperiores verò, GRANA duntaxat aliquot, vel GLEBVLAS & MICAS SVMMIS DIGITIS iniiciebant. Virg. lib. V. Æn.

> — *Et* PLENA *ſupplex veneratur* ACERRA.

Horat. lib. III. Carmin. Ode VIII.

> *Quid velint flores &* ACERRA TVRIS
> PLENA *miraris?*

Martial lib. IIII. Epigram. XLV.

> *Hæc tibi pro nato* PLENA DAT *lætus* ACERRA,
> *Phœbe, Palatinus munera Parthenius*.

Ouid. lib. IIII. de Ponto. Eleg. IX.

> TVRAQVE MENTE *magis* PLENA, *quàm* LANCE DEDISSEM.

Idem eiuſdem libri Eleg. VIII.

> *Nec quæ de* PARVA *pauper diis* LIBAT ACERRA
> TVRA, *minus* GRANDI *quàm* DATA LANCE *valent*.

Arnob. lib. IIII. aduerſ. gent. *Non enim qui ſollicitè relegit, & immaculatas hoſtias cædit, qui* ACERVOS TVRIS DAT *concremandos igni, numina conſentiendus eſt colere*. Turis etiam aceruos Iunoni à puella dari, Tibull. lib. IIII. Eleg. fingit. Martial. quoq; lib. VII. Epigram.

> *Conſumpſi ſalsáſque molas, &* TVRIS ACERVOS.

Herodian. lib. III. Πρῶτον εἰς τὸν νεὼν ἀνελθὼν πολλὰς ἑκατόμβας καταθύσας, λιβάνῳ τε τοὺς βωμοὺς ἐσώρευσεν.

DE GRANIS verò TVRIS, teſtimonia non deſunt. Plautus Pœnulo Act. II. Sc. I.

Quíve vllum TVRIS GRANVM *ſacrificauerit.*

Ouid. lib. IIII. Faſtor.

DETIS *& in veteres* TVRBA *grana focos.*

Tertullian. Apologet. *Qui ei offero opimam & maiorẽ hoſtiam, quàm ipſe mandauit, orationẽ de carne pudica, de anima innocẽti, de ſpiritu ſancto profectã: non* GRANA TVRIS *vnius aſsis.*

AT de MICA TVRIS ne quis mihi inteſtato fidem habeat, idoneos teſtes citabo, Ouidium, Plinium, Columellam. Ouidius quidem lib. III. Triſt. Eleg. XII.

MICAQVE, ait, *ſollemni* TVRIS *in igne fouet.*

Plin. lib. XII. cap. XVIII. *Æſtimentur poſtea toto orbe ſingulis annis tot funera, aceruatímque congeſta honori cadauerum, quæ diis per ſingulas* MICAS *dantur.* MICAS autem vocabant vel contuſa grana & fracta, vel concuſſa & eliſa, vt idem auctor loquitur eiuſdem lib. XII. cap. XIIII. Et ita MICAM TVRIS dixit Columella lib. VI. cap. XXX. de qua etiam ſenſiſſe videtur Tibull. Eleg. I. lib. IIII cùm ait:

Paruáque celeſtes pacauit MICA. —

POLLEN quoq; TVRIS memorat Plinius lib. XIII. cap. II. vt TVS EXIGVVM, & ODORIS ALICVIVS GLEBVLAM, Arnobius lib. VII.

SVMMIS autem DIGITIS DVOBVS *aut* TRIBVS, in focum iacta tura oſtendit Lactantius lib. V. cap. XIX. his verbis: *Nam cruciari atque interfici malle, quàm tura* TRIBVS DIGITIS *comprehenſa, in focum iactare, tam ineptum videtur, quàm in periculo vitæ, alterius animam magis curare, quàm ſuam.* D. Hieronym. in Epiſt. ad Heliodor. *Non eſt*, inquit, *in eo tantùm ſeruitus idoli, ſi quis* DVOBVS DIGITVLIS *tura compreſſa in buſtum aræ iaciat.* Prudentius in hymno in laudem Eulaliæ virginis,

Si modicum ſalis, eminulis
Turis & exiguum DIGITIS
Tangere, virgo benigna velis.

Et ita in ſortilegio quodam anus Ouidiana lib. II. Faſtor.

—DIGITIS *tria tura* TRIBVS *in limine ponit.*

INTERDVM & cucullo, ſeu inuolucro ſoluto, tura focis iniiciebãt. Iuuenal. Sat. XIII. ad Iouem *—aut cur*

In carbone tuo CHARTA, *pia tura*, SOLVTA
Ponimus? —

SOLA autem MASCVLA TVRA aris dabantur. Plin. lib. XII. cap. XIIII. *Quod ex eo rotunditate guttæ pepẽdit*, MASCVLVM *vocamus, cùm aliâs non ferè mas vocetur, vbi nõ ſit fœmina: religioni tributum ne ſexus alter vſurparetur.* MASCVLVM *aliqui putant à ſpecie teſtium dictum.* Cuius ſexus aliâ; idem auctor meminit lib. XXXIIII. cap. XI. Virgil. Ecloga VIII.

Verbenáſque adole pingues, & MASCVLA TVRA.

Arnob. lib. VII. aduerſ. Gent. *Non ſi mille tu pondera* MASCVLI TVRIS *incendas, calúmque hoc totum redundantium vaporum nebuloſitate claudatur.*

PORRO VINVM DARE, idem valet cum eo quod vno loco Arnobius lib. VII. dixit, *altaribus ſuperfundere*, & alio, *vini exigui rorem ſuper viuidam iacere atque inſtillare prunam.* Quod Ouidio lib. III. Faſtor. eſt *fundere vina in focum*, Senecæ, *aras mero ſpargere*, in Octauia Act. IIII. Scena I. Tertulliano in Apolog. *duas meri guttas offerre.* D. Hieron. in Epiſt. ad Heliodor. *hauſtum pateræ poculo merum fundere.* Vtiq; enim vina PATERIS dabantur. Varro lib. IIII. de lingua Lat. *Præterea in poculis erant* PATERÆ, *eo quòd pateant, Latinè ita dictæ.* Et mox: *Et in ſacrificando deis, hoc poculo magiſtratus* DAT *Deo* VINVM. Idémque ex Feſto in verbo INFERIVM non obſcurè colligitur. Ouidius lib. XV. Metamorphoſ.

—VINAQVE DAT PATERIS.— Et lib. IIII. Faſt. de ſacrificij cuiuſdã apparatu,

Cúmque MERI PATERA, *turis acerra fuit.*

Vnde Horat. lib. I. Carm. Ode XIX.

Verbenas pueri ponite, TVRAQVE
Bimi cum PATERA MERI.

MERVM etiã ſuper altaria INFVSVM fuiſſe Suet. in Auguſt. cap. XCIIII. docet. Arnob. quoq; lib. VII. incenſioni turis SVPERFVSVM MERVM ait. Ouid. lib. XIII. Metamorph.

Ture

Ture dato flammis, VINOQVE *in tura profuſo.*

Hinc merum, *turis ſocium*, ſcitè Arnobius dixit, quæ proinde mirum non eſt, in rei diuinæ mentione, ſimul iungi à Liuio lib. x. & xxiii. & ab Ouidio non raro: veluti lib. i. & iiii. Faſtor. & lib. i. de Arte aman. & lib. iii. de Ponto, Eleg. i. & Epiſt. xx. Heroid. vt à Seneca Octauia, Act. iiii. Sc. i.

VINVM autem nullum dabant, niſi PVRVM, reiiciebántque SPVRCVM. Quo nomine, prout Feſto referente, Labeo Antiſtius lib. x. Commentar. Iuris Pontificij explicabat, id vinum appellabant, quod ſacris adhiberi non licebat: quale credebatur, cui aqua adiuncta erat, defrutúmve, aut igne tactum, muſtúmve antequàm deferueſceret. Idē Feſtus auctor eſt, CALPAR vocatū vinum nouum, quod ex dolio demebatur ſacrificij cauſa, antequàm guſtaretur. Ioui enim priùs ſua vina libabant, eáque gratia feſta VINALIA celebrabant. Vinum etiam quod Libero ſacrificabant, SACRIMA appellatum fuiſſe Feſtus ſcribit. Planè regia Numæ lege, ex imputata vite vina diis libari, nefas erat, quemadmodū cum Plinio lib. xiiii. cap. xii. Plutarchus in Numa docet: qui inter eius inſtituta refert, τὸ μὴ θύειν θεοῖς ἐξ ἀμπέλων ἀτμήτων. Alia inſuper vinorum genera, quæ diis libare nefas credebant, Plin. recenſet eiuſdē lib. xiiii. cap. xix. *Et quoniam religione vita conſtat, prolibare diis nefaſtum habetur vino, præter imputatæ vitis, fulmine tactæ, quamque iuxta hominis mors laqueo pependerit, aut vulneratis pedibus calcata, & quod circumciſu vinaceis profluxerit, aut supernè deciduo immundiore lapſu aliquo polluto. Item Græca, quoniam aquam habeat.*

CÆTERVM, vt EXTA DARE, abſolutè & ſine adiectione, ſic FLAMMIS & FOCIS EXTA DARE aliquoties dici animaduerti. Ouid. lib. iii. Faſtor.

Et iamiam FLAMMIS EXTA DATVRVS ERAT.

Idem lib. iiii. Faſtor.

Flamen in antiquæ lucum Rubiginis ibat,
Exta canis FLAMMIS, EXTA DATVRVS, *ouis.*

Et alibi eodem lib.

Sectáque fumoſis EXTA DEDERE FOCIS.

SIMILITER, vt abſolutè TVRA DARE crebrò, ita nonnunquā, ARIS DARE, legimus, non modò apud Valer. Maximum lib. i. cap. i. ſed & Ouid. lib. ii. Amor. Eleg. xii. & FOCIS DARE, apud eundem lib. iiii. Faſtor. non ſemel & in verſibus de medicamine faciei (ſi modò illorum auctor eſt) & DARE IN FOCOS. lib. vii. Metamorphoſ. & ALTARIBVS DARE, ibidem, ac denique DARE FLAMMIS, lib. vi. Metamorphoſ.

EIVSDEM porrò, cuius & verbum DARE, familiæ ac gentis erat, REDDENDI verbum: cui in ſacris locum fuiſſe, patet ex hoc Virgilij lib. ii. Georgic. verſu,

Lancibus & pandis fumantia REDDIMVS EXTA.

Vbi Seruius, *Proprio*, ait, *ſacerdotum verbo vſus eſt:* REDDI *enim exta dicebantur, cùm probata, & elixa, aræ ſuperponebantur.* Cornel. Tacit. lib. xx. *Luſtrata boue, taurisque ara, & ſuper ceſpitem* REDDITIS EXTIS. Sueton. in Auguſto. *Decretum etiam publicum exſtabat, quo cauebatur, vt quoque anno in poſterum ſimili modo* EXTA *Marti* REDDERENTVR. Statius lib. iiii. Thebaid.

Semineces fibras, & adhuc ſpirantia REDDIT
EXTA. — quo loci Lactantius, REDDIT, interpretatur, *imponit aris.* Et ita Tibull. Eleg. iii. lib. i. REDDERE TVRA dixit, & Ouid. lib. vi. Faſtor. REDDERE *liba*, & lib. iiii. Faſtor. REDDERE *vina.*

PORRICIENDI quoq; verbum ex diſciplina haruſpicum, & ex præcepto Pontificū ſollemne ſacrificantibus fuiſſe Macrob. lib. iii. Saturnal. cap. ii. tradit. Næuius belli Pœnic. lib. iii. apud Noniū, *Simul atrocia* PORRICERENT EXTA *miniſtratores.* Plaut. Pœn.

Atque in manibus exta teneam, vt PORRICIAM.

Varro lib. i. de re Ruſt. cap. xxix. *Quod eſt inter duos ſulcos elata terra, dicitur porca, quòd eâ ſeges frumentum* PORRICIT. *Sic quoque, exta diis cùm dabant,* PORRICERE *dicebant.* Arnob. lib. ii. aduerſ. gent. *Cùm Romulo Pompilióque regnantibus percocta planè ac madida concremarentur diis exta, nonne rege ſub Tullo ſemicruda cœpiſtis, & leuiter animata* PORRICERE? Vnde

illud Varronis lib.v.de ling.Lat.*inter cæſa & PORRECTA*: & alio eiuſdem libri loco, *inter hoſtiam cæſam & exta PORRECTA*. Rurſus ibidem: *Pollutum, quod à PORRICIENDO eſt fictum. Cùm enim ex mercibus libamenta PORRECTA ſunt Herculi.*

HOC amplius, IMPONENDI verbum in ſacris quoque locum habuiſſe, hæc, quæ ſequuntur, exempla declarant. Tertullian. Apologet. *Vnde cùm de decima Herculis, nec tertiam partem in aram eius IMPONITIS*. Virgil.lib.II.Georgic.

Inde neque IMPOSITIS ardent altaria fibris,

Et lib.VI.Æneid.

Et ſolida IMPONIT taurorum viſcera flammis.

Ouid.lib.IIII.Faſtor.

Pro cane ſydereo canis hic IMPONITVR aris.

Idẽ lib.I.Faſtor. Libum IMPONERE. & lib.XIII.Metamorph. aris IMPONERE proſecta mactatæ vaccæ dixit, & Virg.lib.I.Æn. aris IMPONERE honorem, & lib.IIII. aris dona IMPONERE, & Lucanus lib.VI. aris IMPONERE flammas. Et rurſus eod.libro:

Si quis quid veſtris caput extáque lancibus infans
IMPOSVIT. —

Eodem ſenſu Silius Italic.lib.IIII.

Infandum dictu paruos IMPONERE natos.

IMPONERE autem eſt, ἐπὶ τοὺς βωμοὺς ἐπιθεῖναι, vt Dionyſ. Halicarnaſ.lib.VII. vel τοῖς βωμοῖς ἐπιτίθεσθαι, vt Herodian.lib.V.loquitur.

EXTA planè aris data, reddita, impoſitáque fuiſſe LANCIBVS, ex ſuprà adductis Virgil.lib.II.Georgic. & Lucani lib.VI. verſibus liquet. Idem Virgil.lib.XII.Æneid.

— *Cumulántque oneratis LANCIBVS aras.*

Ouid.lib.I.Faſtor.

Nec defenſa iuuant Capitolia, quo minus anſer,
Det iecur in LANCES, Inache diua, tuas.

Vnde Auſonius in Monoſyllab.

Turibula, & pateræ, quæ tertia vaſa deûm? LANX.

CVM verò bona exta nuntiata, deos placatos & propitiatos indicabant, promittebántque iis volẽtibus & propitiis bene ac feliciter euenturũ, quod adgrediebantur ſeu in animo habebant, qui ſacrificauerant, tũ LITASSE dicebãt. LITARE enim Macrob.lib. III.cap.V. explicat, ſacrificio facto placare numẽ. Vnde & LITATIONEM PROPITIATIONIS idem dixit lib.I. in Somn.Scipion.cap.VIII. Nonius etiam Marcellus inter LITARE, & ſacrificare, hoc intereſſe tradit, quòd ſacrificare, ſit veniam petere, LITARE verò, propitiare, & votum impetrare. Virgil.lib.IIII.Æneid.

Tu modò poſce deos veniam, ſacriſque LITATIS
Indulge hoſpitio. —

Vbi Seruius, *Diis LITATIS debuit dicere. Non enim ſacro, ſed deo ſacris LITAMVS, id eſt, placamus*. Plaut. Pœnul. Act.II.Sc.I.

Si hercle iſtuc vnquam factum eſt, tum me Iupiter
Faciat, vt ſemper ſacrificem, nec vnquam LITEM.

Alióq; eiuſdem Comœdiæ loco narrat ſe diis ſuis iratis ſex agnos immolaſſe, nec potuiſſe tamen propitiã Venerem ſibi facere; & quoniã LITARE nequibat, iratum ſe diſceſſiſſe. Sueton.in Neron.cap.LVI. *Ante paucos quàm periret menſes, attẽdit & extiſpiciis, nec vnquam LITAVIT*. Idem in Othone, cap. VIII. *Nam & victima Diti patri cæſa LITAVIT, cùm tali ſacrificio cõtraria exta potiora ſint*. Spartian.in Didio Iulia. *Rem diuinam facienti, NE LITARET, optarunt*. Ouid.lib.XV. Metamorphoſ.

Victima nulla LITAT. —

Seneca Hercule furen. Act.IIII. Sc.I.

Nondum LITASTI nate: conſumma ſacrum.

Idémque in Octauia Act.IIII.Sc.I.

Cæſis LITARE victimis numen deûm.

Sunt & alia eiuſdem verbi exempla apud Liuium lib. VI. & XXVII. vno & item altero loco: priore, Conſules prodigiis nuntiatis non facilè LITASSE: poſteriore, Per

dies

dies aliquot hoſtias maiores ſine LITATIONE cæſas narrat, denique non impetratam pacem deûm. Cui vocabulo idē Liuius interdū aduerbia hæc EGREGIE, & PROSPERE adiungit: Sicuti lib. VII, *Manlium* EGREGIE LITASSE. Et mox, *Si ab collega* PROSPERE LITATVM *eſt*. Idē lib. IX. LITATVM *præterea eſt* EGREGIE: *auctoribus diis, vt videtur, ad rem gerendam proficiſcimur*. LITARE autem Græci vocant καλλιερεῖν, vt contrà, δυσιερεῖν, Plutarcho in Cæſare, eſt, non litare. Et quidem ſi primis hoſtiis LITATVM non eſſet, aliæ cædebantur, quoad perlitaretur, quemadmodum Liuius lib. XLI. oſtēdit. Sueton. in Auguſto, cap. XCVI. *Circa Peruſiam ſacrificio non* LITANTE, *cùm augeri hoſtias imperaſſet*. At idem auctor in Iulio, cap. LXXXI. eum cædis ſuæ die, pluribus hoſtiis cæſis, cùm LITARE non poſſet, introiſſe nihilominus curiam ſpreta religione narrat. Quæ autem poſt primas, quibus LITATVM non erat, quaſi piaculi luendi gratia, ductæ cædebantur, & in priorum locum ſubſtituebantur, eas, SVCCIDANEAS appellatas Agell. lib. IIII. cap. VI. ſcribit.

ATQVE huiuſmodi ſacrificiis, & tam hoſtiarum cæde, quàm ture, ac vino dato, HONOR DIIS HABERI dicebatur. Ouid. lib. VIII. Metamorphoſ.

Templa coronantur, bellatricémque Mineruam
Cum Ioue, diiſque vocant aliis, quos ſanguine voto,
Muneribúſque datis, & acerris turis HONORANT.

Silius Italic. lib. XII.

Sternuntúrque Ioui, & delubrum ſanguine HONORANT.

Quam rē Arnobius lib. VII. aduerſ. gent. acriter exagitat: *Aiunt enim*, inquit ille, *ſacra hæc* HONORANDIS *eſſe inſtituta cæleſtibus, & ea quòd faciant*, HONORIS ERGO *facere, & his numinum potentias auctitare. Quid ſi ſimiliter dicant euigilare ſeſe, atque dormire, deambulare, ſubſiſtere, conſcribere aliquid & lectitare*, VT HONOREM DIIS HABEANT, *& dignitatibus eos faciant ampliores?* Et aliàs: *Si enim* HONORIS *& reuerentiæ gratia mactātur diis hoſtiæ*, &c. Tertullian. Apologet. *Si quis aut ab alio cogeretur ad* HONOREM *deorum, quos vltrò ſui cauſa placare deberet*. Seneca II. lib. de Benefic. *Sicut nec in victimis quidem, licet opimæ ſint, auróque præfulgeant, deorum eſt* HONOS, *ſed pia ac recta voluntate venerantium*. Virg. in Catalect.

Victima ſacratos tinget HONORE *focos.*

Petron. Arbit. Satyrico in precatione quadam:

Non ſine HONORE *tuum patiar decus, ibit ad aras*
Hircus, SANCTE, *tuas.* —

Hinc apud Ouid. lib. V. Faſtor. Superi HONORE ſe tangi, feſtíſque diebus & aris gaudere adgnoſcunt. Sed & lib. II. de Ponto:

Nam quid erit, ait, quare ſolito dignemur HONORE
Numina, ſi demas velle iuuare deos?

Inde & ſacrificia HONORES vocant poëtæ, Seruio teſte, qui ita vocem hāc interpretatur ad ea verba lib. I. Æneid. *Haud equidem tali me dignor* HONORE. Et iterum lib. III. Æneid. ad ea verba, *Perfecto lætus* HONORE: *Perfecto honore* ait, *id eſt, peracto ſacrificio, qui eſt* HONOR *deorum*. Atque ita deûm HONOREM accipere oportet apud Corneliū Tacit. lib. XV, in extremo, vt in his verſibus quos adſcribam. Virgil. lib. III. Georgic.

Sæpe in HONORE *deûm medio ſtans hoſtia ad aras.*

Idem lib. III. Æneid.

Ne qua inter ſanctos ignes in HONORE *deorum.*

Et lib. XII.

— *colui veſtros ſi ſemper* HONORES.

Ouid. lib. V. Faſtor.

Vltor ad ipſe ſuos cælo deſcendit HONORES.

Tibull. lib. II. Eleg. II.

Ipſe ſuos adſit Genius viſurus HONORES.

Hoc ſenſu INDICERE HONORES dixit Virg. lib. I. & III. Æneid. eiúſq; exēplo Silius Italic. lib. VI. Sic & MACTARE HONORES, lib. III. Æneid. & INSTAVRARE HONORES, lib. V. Æneid. Rurſúſq; ibid. & lib. XII. CELEBRARE HONOREM. & lib. VIII.

HONOREM PER SOLVERE. Turis quoq; HONORES Ouid.lib.XIIII.Metamorphoſ. non ſemel,& lib.I.Triſt.Eleg.I.& Tibull.lib.I.Eleg.VIII. & Propert.lib. IIII. Eleg.VI. & laticum HONOREM. Virgil.lib.I.Æneid.& Lenæum HONOREM,lib.IIII.Sed & ludi HONORIS deorum ergò fieri dicebantur. Liuius lib.VI. *Fore vt ludi maximi fierẽt, & dies vnus ad triennium adiiceretur. Recuſantibus id munus Ædilibus plebis cõclamatum à patriciis & iuuenibus ſe id* HONORIS *deorum immortalium cauſa libenter acturos, vt Ædiles fierent.* Ouidius lib.III.Faſtor.

Ruſticus ad ludos populus veniebat in vrbem,
Sed diis, non ſtudiis ille dabatur HONOS.

Quinctilian.lib.III.cap.IX. *Procedat enim aliquid ſemper neceſſe eſt, vt in ludis,* HONOR DEORVM. Quin & ſupplicationibus HONOR HABERI diis dicebatur, eáque fuiſſe in iis decernendis ſollemnia verba, proximo libro demonſtrabimus.

QVÆCVMQVE autem deorum placandorum cauſa aris inferebantur, ea, DONA appellabant. Nonius: DONA *conſuetudine hæc habentur, quæ aut propitiandis diis dantur, aut hominibus pro benefactis redduntur.* Cic.lib.II.de Legib. *Impius ne audeto placare* DONIS *iram deorum.* Et rurſus ibidem: DONIS *impij ne audeant placare deos.* Plaut.in Prologo Rudẽtis:

Iouem ſe placare poſſe DONIS, *hoſtiis.*

Virgil.lib.II.Æneid.

DONA *ferunt, oneràntque aras, mactántque iuuencos.*

Et lib.VII.

—huc DONA *ſacerdos-*
Contulit.— Et lib.X.
Ipſe tibi ad tua templa feram ſollemnia DONA.

Hoc ſenſu inſtaurare diem DONIS,& DONA aris imponere idem Virgilius dixit lib. IIII.Æneid.& onerare DONIS templa lib.X.& XI. & cumulare altaria DONIS lib.XII. vt & onerare DONIS aras. Sil.Italic. lib.III. Sic & DONA intelligenda ſunt apud Tibullum, Eleg.I.lib.I. Ouid.lib.I.Triſt.Eleg.II.& lib.IIII.Eleg.II. Valer.Flaccum lib. V.Argonautic. ac Silium Italic.lib.V.cùm dona Ioui, taurum in Meuaniæ campis paſci ait.

EADEMQVE & MVNERA vocabant. Arnob. lib.VII. *Diis hoſtias & cætera impendimus* MVNERA. Virgil.lib.IIII.Georgic.

—tu MVNERA *ſupplex*
Tende, petens pacem.—

Idem lib.I.Æneid.

—pingues centum, cum matribus, agnas,
MVNERA, *lætitiamque dei.—*

Et in Ceiri.

Non accepta piis promittens MVNERA *diuis.*

Ouid.lib.IX Metamorphoſ.

—Dant MVNERA *templis.*

Et lib.III.de Arte aman.

MVNERA *crede mihi placant hominéſque deóſque:*
Placatur DONIS *Iuppiter ipſe datis.*

Idem lib.II.Faſtor.

Eſt honor & tumulis animas placare paternas,
Paruáque in extructas MVNERA *ferre pyras.*

Atque ita MVNERA accipienda ſunt apud eundem lib.IIII.Triſt. Eleg.II. & lib. VIII. Metamorphoſ.& Tibull.Eleg.I.lib.I. Senecam Agamemnone in Choro Actus tertij. Donatus tamen in Eunuch.Terentij Act.V.Sc.vlt. & Cornelius Fronto in lib de Nominum verborúmque different. ſcribunt, DONVM propriè dici, quod diis datur: MVNVS verò quod hominibus. Eodémque DONI nomine coronæ aureæ, quæ interdum diis ferebantur,& alia id genus ἀναθήματα, continebantur: vt multis Liuij, aliorúmque auctorum teſtimoniis planum fit.

Et huiuſmodi quidem DONA propriè FIGI dicebantur, & tamdiu DONA appellabantur, quamdiu non profanabantur. Vtriuſque Seruius auctor eſt, qui lib. III.Æneid.

ad verſum,

ad verſum, *Poſtibus aduerſis* FIGO, propriè loquutum Virgilium adnotat. FIGI *enim*, ait, DONA *dicuntur, vt, Sacra ad faſtigia* FIXI. *Et ſciendum eſt inter ſacratas res etiam* DONA *eſſe, ſicut in libris ſacrorum inuenitur: quæ tamdiu dona dici poſſunt, quamdiu non profanantur.* Virgil. lib. XII. Æneid.

Seruati ex vndis vbi FIGERE DONA *ſolebant.*

Propert. Eleg. XI. lib. XI.

Magna ego DONA *tua* FIGAM *Cytheræa columna.*

CÆTERVM ex commentariis ſacrorum Pontificalium Feſtus Pomp. hæc verba refert: HIC OVIS, HÆC AGNVS ET PORCVS, TAVRI, VERBENÆQVE, PERPLOVERE PATERAM, REFRIVA FABA, PRÆMESSIVM, SEV PRÆMETIVM, PERSILLVM. Lupercaliorum etiã diem in ſacris, FEBRVATVM dictũ Varro lib. v. de ling. Lat. & Cenſorin. lib. I. de die Natali cap. XVIII. ſcribũt. Plutarch. ἐν Αἰτίοις, de Lupercalibus tractans, Καὶ νὴ Δία τὴν ἡμέραν ἐκείνην φεβράτην καὶ φεβράριν καλοῦσι. Purgamentum etiam in ſacris FEBRVVM dictũ, Varro eod. lib. v. & Feſt. in voce FEBRVARIVS teſtantur. Nonius ex Varrone de vita populi Ro. lib. I. hæc verba citat: *In eorum enim ſacris liba cũ ſunt facta, incerni ſolent farris ſemine, ac dicere ſe ea* FEBRVARE, *id eſt pura facere.* Sacerdotes verò populi Ro. tunc cùm in diem tertium quid denuntiabant, DIE PERENDINI dixiſſe, Agell. lib. X. cap. XXI. auctor eſt. FARRI quoque in ſacris PII, & TOSTI appellationes tribuebantur. FARRIS PII mentio fit à Virgilio lib. v. Æneid. Horatio lib. III. Carm. Ode XXIII. Tibullo Eleg. IIII. lib. III. & Aſcon. in III. Verrinam. Arnobius lib. II. aduerſ. gent. *Vt* PIVM FAR *mõſtrat, quo peragi mos fuit ſacrificiorum ſollemnium munia.* Seruius in illud Virgilius Ecloga VIII. *Sparge molam: Hoc nomen*, ait, *de ſacris tractum eſt.* FAR *enim* PIVM, *id eſt mola caſta ſalſa (vtrumque enim idem ſignificat) ita fit. Virgines Veſtales tres maximæ ex nonis Maiis* A. D. *prid. Id. Maias alternis diebus ſpicas adoreas in corbibus meſſuariis ponunt: eáſque ſpicas ipſæ virgines torrent, pindunt, molunt, atque ita molitum condunt. Et eo farre Virgines ter in anno molam faciunt, Lupercalib. Veſtalibus, Idibus Septembribus, adiecto ſale cocto & ſale duro. Igitur quod in ſacris mola caſta dicitur, ideo Virgil. in* V. *Æneid.* FARRE PIO *enuntiauit. Quid enim eſt* PIVM, *niſi caſtum? quoniam piare eſt propitiare. quod accidere non poteſt, niſi caſtè inſeruitum erit rebus ſacris. Hoc autem dicendo, Aſperge molam, rem ipſam proprio nomine memorauit. Vnde in* II. *Æneid. Et ſalſæ fruges*, & *in* IIII *ipſam molam.* Caſtæ quoque molæ, quam virgines Veſtales faciebant, Feſtus Pomp. meminit. Idem alio loco. ADOR, ait, *Farris genus, edor quondam appellatum ab edendo, vel quod aduratur, vt fiat* TOSTVM. *Vnde in ſacrificio mola ſalſa efficitur.* Et alibi. *Mola etiam vocatur* FAR TOSTVM *& ſale ſparſum, quòd eo molito hoſtiæ aſpergantur.* Hinc Auſonius in monoſyllab.

Mox ador, atque adoris de polline, Pontificum FAR.

Plin. lib. XVIII. cap. II. *Numa inſtituit deos fruge colere, & mola ſalſa ſupplicare (atque vt auctor eſt Hemina)* FAR *torrere, quoniam* TOSTVM *cibo ſalubrius eſſet. Id vno modo conſequutum, ſtatuendo non eſſe purum ad rem diuinam, niſi* TOSTVM.

ATQVE VT FARRI, ita & TVRI, PII epitheton adiectum inuenio. Tura enim, quod ad ſacra deorũmque cultum adhiberentur, & altaribus darentur, PIA appellant, Tibull. Eleg. II. lib. II. Ouidius lib. III. Amor. Eleg. III. lib. II. Triſt. Eleg. I. & lib. VI. Metamorphoſ. & Epiſt. XX. Heroid. Lucanus lib. IX. Iuuenal. Satyr. XII. & Martial. lib. VIII. Epigr. VIII. & LXV. Qua ratione ignem ipſum in aris accenſum, PIVM dixit Ouidius lib. VI. Triſt. Eleg. VI.

ADOLERE etiam Seruius in VIII. Eclog. Virgilij, & ex eo Nonius Marcell. propriũ fuiſſe ſcribunt verbum ſacra reddentium, quòd ſcilicet votis & precibus auctius numen facerent: indéque ADVLTOS dictos, quaſi ætate auctos. Ibidémque, ADOLE, ſignificare ait, incende, ſed κατ' εὐφημισμόν. nam ADOLE eſt auge. Idem in lib. I. Æneid. ad verba, ADOLERE penates. ADOLERE, *propriè eſt augere. In ſacris autem* ADOLERE *per bonum omen dicitur: Nam in aris non adolentur aliqua, ſed cremantur & conſumũtur, quæ veteres in focis ſacrificabant.*

HIS & ex eodem Seruio, verbũ INDICERE, addam. Is enim in lib. III. Æneid. ad verſum *Meritos* INDICIT HONORES, *Sacrorum*, ait, *verbo eſt vſus. Nam ſupplicationes*

& dies feſti INDICI *dicebantur.* Sic lib. I. Æneid. *Simul diuûm templis* INDICIT HONORES, & Silius Italic. lib. VI.

Dum Roma antiquos templis INDICIT HONORES.

Liu. lib. XXVII. *Et ſupplicatio omnibus diis, quorũ puluinaria Romæ ſint,* INDICTA EST. Huic ſimilis alius apud eundem lib. XXVII. locus eſt. Longũ eſſet, ire per ſingula ſacrorũ verba: mihi præcipua delibaſſe ſatis eſt. Tantùm pro coronide, vetuſtam tabulam ad fratrum Arualium ſacra ſpectantem ſubiiciam, quam bona fide, vti è marmoribus Romæ non ita pridem effoſſis deſcripta eſt, cum ſuis næuis exhibebo: liberam cuique Notarum, quibus conſtat, interpretationem relinquens.

VII. ID. NOV.

SÆNIVS. DONATVS. L. FABIVS. FORTVNATVS.

FRATRES. ARVAL. IN. LVC. D.D. VIA. CAMP. APVD. LAP. V. CONV. PER. C. PORC. PRISCVM. MAG. ET. IBI. IMM. QVOD. VI. TEMPESTAT. ICTV. FVLMIN. ARBOR. SACR. LVCI. D.D. ATTAC. ARDVER. EARQ. ARBOR. ERVENDAR. FERR. PENDENDAR. COLENDAR. COMMOLENDAR.

ITEM. ALIAR. RESTITVENDAR. CAVSA. OPERISQ. INCHOANDI. ARÆ. TEMPORAL. SACR. D.D. REFICIEND. EIVS. REI. CAVSA. LVSTR. MISS. SVOVETAVRILIB. MAIOR. ITEM. ANTE. ÆD. D.D. B. P. A. IVNCT. N. II. ITEM. AD. AR. TEMPOR. DIS. INF. S.S. IAN. PATR. ARIET. II. IOVI. VERBEC. II. MARTI. PATRI. VLT. AR. N. II. SIVE. DEO SIVE. DEÆ. VERB. II. IVN. D.D. OV. N. II. VIRGINIB. DIV. OV. N. II. FAM. DIV. VERB. N. II. LARIB. VERB. N. II. MATR. LAR. OV. N. II. FONT. VERB. N. II. FLOR. OV. N. II. SVMMAN. PATR. VERB. ATROS. II. VESTÆ. MATRI. OV. II. VESEOR. DEOR. DEAR. Q. OV. II. ITEM. DIVIS. N. XX. VERBEC. XX.

III. ID. DEC. FRATRES. ARVAL. IN. LVCO. DEÆ. DIÆ. VIA. CAMPANA. APVD. LAP. V. CONVENER, PER C. PORC. PRISCVM. MAG. ET IBI. IMMOLAV. QVOD. AB. ICTV. FVLMINIS. ARBORES. LVCI. SACRI. D.D. ATTACTÆ. ARDVERINT. EARVMQ. ARBORVM. ADOLEFACTARVM. ET. COINQVENDARVM. ET. IN. EO. LVCO. SACRO. ALIÆ. SINT. REPOSITÆ. ET. ARÆ. TEMPORAL. REFECTÆ. FERRI. EFFER. HVIVS. OPER. PERFECTI. CAVSA. LVSTRVM. MISSVM. SVOVITAVRILIB. MAIORIB. ET. CETER. Q. S. ADFVERE P. ÆL. SECVNDINVS, T. FL. ARCRESILAVS. M. FAB. FORTVNATVS. M. SÆNIVS. DONATVS.

FVSCO. II. ET. DEXTRO. COS. XIII. K. MAI. IN. LVCO. DEÆ. DIÆ. P. P. MAGI. PORCI. PRISCI. OB. FERRI. INLATIONEM. SCRIPTVR. ET. SCVLPTVR. MARMOR. CAVSA. IMMOL. IPSO. MAG. PORCAM. ET. AGNAM. STRVIB. EFFERTIS. ET EXTAS. REDDID. AD. ARAM. MINISTRANTIBVS. PVBLIC. ET. PRELENTIBVS. A. SACR. D. N. AVG. ITEM. IMMOLAVIT. OB. FERRI. FLATIONEM. SCRIPTVRÆ. ET. SCALPTVRÆ. ET. OPERIS. PERFECTI. III. NON. MAI. PER. PORC. PHILOLOGO. CALAT. ET. PER. PVBLIC. FRATR. ARVAL.

IAM ſacrorum ritus, ſtatáſque & ſollemnes cærimonias non eſt quòd à me quiſquam expectet. Itaque nec quæ cuique Deo gratæ, decoræq́; eſſent hoſtiæ, nec cui maribus, cui fœminis, cui maioribus, cui lactentibus immolaretur, dicam: nec farciminum, liborum, & pultiũ, vel vaſorum, quibus in ſacris locus erat, nomina & genera recenſebo: nec denique quo ordine ritúque res diuinæ fierent, explicabo. Hæc enim & alia id genus vt à formulis remota, aliô ableganda & reijcienda eſſe cenſui: & ex his ſi quid attigi, non de induſtria,

de induſtria, ſed occaſione data feci: nec verò committam vt Onomaſticon ſibi pro formulis obtrudi iure queri quiſquam poſſit. Igitur, vt inſtituti mei memor propoſitique tenax, quod huius libri proprium eſt, id exequar, ipſamet ſolemnia verba depromā, quibus cùm vinum dabatur, vel, ac ſupplicare, moris erat. Ea, quemadmodum Arnobius lib. VII. aduerſ. gent. tradit, erant, MACTVS HOC VINO INFERIO ESTO. Seruius in lib. IX. Æneid. *Quoties aut tus aut vinum ſuper victimam fundebatur, dicebant*, MACTVS EST TAVRVS VINO, vel TVRE, *hoc eſt cumulata eſt hoſtia, id eſt magis aucta.* Et paullo pòſt: *Vt in Pontificalibus, ſacrificantes dicebant Deo*, MACTE HOC VINO INFERIO ESTO. M. Cato lib. de re Ruſt. cap. CXXXIIII. *Poſtea Iano vinum dato, ſic:* IANE PATER, VTI TE STRVE COMMOVENDA BONAS PRECES BENE PRECATVS SVM, EIVSDEM REI ERGO MACTE VINO INFERIO ESTO. *Poſtea Ioui, ſic:* IVPITER MACTE FERCTO ESTO: MACTE VINO INFERIO ESTO. Idem cap. CXXXII. *Ioui Dapali vinum ita pollucere monet.* IVPITER DAPALIS, QVOD TIBI FIERI OPORTET IN DOMO, FAMILIA MEA, CVLIGNAM VINI DAPI, EIVS REI ERGO MACTE HAC ILLACE DAPE POLLVCENDA ESTO. *Manus interluito: poſtea vinum ſumito:* IVPITER DAPALIS MACTE ISTACE DAPE POLLVCENDA ESTO. MACTE VINO INFERIO ESTO. Inferium autem vinum appellabant, illud ipſum quod dabatur, inferebatur, aut, vt ex Feſto Paulus ſcribit, quod infra pateræ labrum libabatur. Addebatúrque verbum hoc, INFERIO, quemadmodum ex Trebatio (quem de religionibus librum ſcripſiſſe Macrobius lib. III. Saturnal. cap. V. & VII. oſtendit) Arnobius docet, ea cauſa, ne vinum in cellis atq; apothecis conditum, ex quo illud quod effundebatur promptum erat, ſacrum fieret: & ex vſibus eriperetur humanis. Etenim hac exceptione & quaſi taxatione non addita, omne omnino vinum doliare vel diffuſum, ex quo hoc, quod dabatur, delibatum erat, religione obligatum fuiſſet. Vnde hac præſcriptione ſubmotos deos, uſque quaſi legem dictam, ac veluti pactionibus & formulis adoratos eos eleganter Arnobius infert: quippe cùm MACTVS HOC VINO INFERIO ESTO, nihil aliud eſſet, quàm Mactus eſto, quantum volo: tantum amplificatus, quantum iubeo. Nec verò in vino dando duntaxat, ſed & in iis quæ immolabantur, hanc eandem verborũ formulam vſurpaſſe eos demonſtrat Cato, qui lib. de re Ruſt. cap. CXXX. precationem ita concludit. HARVMCE RERVM ERGO MACTE HOC PORCO PIACVLO IMMOLANDO ESTO. Rurſúſque cap. CXLI. EIVSDEM REI ERGO MACTE HISCE SVOVETAVRILIBVS LACTENTIBVS ESTO. Nonius Marcell. *Adolere, ait verbum propriè ſacra reddentium, quod ſignificat votis ac ſupplicationibus numen auctius facere: vt eſt in iiſdem*, MACTE ESTO.

LIBATIONIS verò formulam aliquatenus expreſſit Xiphilinus in Neron. cùm Thraſeam venis inciſis mortem ſibi cõſciuiſſe narrat: Ἐντεμὼν, ait, τὴν φλέβα, ἀνέτεινε τὴν χεῖρα, καὶ ἔφη, Σοὶ τοῦτο τὸ αἷμα, ὦ Ζεῦ Ἐλευθέριε, Σπένδω. Cornel. Tacit. lib. XV. de Seneca: *Poſtremò ſtagnum calidæ aquæ introiit, reſpergens proximos ſeruorum, addita voce*, LIBARE SE LIQVOREM ILLVM IOVI LIBERATORI. Quo nomine etiam Iouem memorat Lucianus in Demoſthenis Encomij extremo.

AT cùm dona, munera, numini alicui offerrent, credibile eſt his verbis vſos, ACCIPE LIBENS. Tibull. lib. IIII. Eleg. libens

Magne Geni CAPE *tura* LIBENS. —

Idem aliàs eod. lib.

Natalis Iuno ſanctos CAPE *turis aceruos,*
Quos tibi dat tenera docta puella manu.

Seneca in Agamemnone Act. II. Sc. vlt.

— Generis noſtri
Iupiter auctor, CAPE *dona* LIBENS.

Apud eundem in Hercule OEtheo Act. V. Sc. I. Hercules fingitur arcum ita offerre Apollini:

— ACCIPE *fare*
Preante DONA: *munus Alcide* CAPE.

Idem eiuſdem Tragœdiæ Act. III. Sc. II.

Succendit aras, ACCIPE *has, inquit, focis*
Non falsè, meſſes, genitor, & largo ſacer
Splendeſcat ignis ture. —

Sic & Ouid. lib. VIII. Metamorphoſ.

Vos modò fraterni manes animæque recentes,
Officium ſentite meum, magnóque paratas
ACCIPITE *inferias.*

Idipſum & vetuſtæ inſcriptiones, comprobant: in quarum vna eſt,

Te precor Alcide ſacris inuicte periclis,
Ritè tuis lætus dona ferens manibus:
Hæc tibi dona poteſt tenuis perferre Camœna,
Nam grates dignas tu potes efficere.
SVME LIBENS *ſimulacra, tuis quæ munera cœlo*
Aris, vrbanis dedicat ipſe ſacris.

In altera verò,

Tu quæ Tarpeio coleris vicina Tonanti,
Votorum vindex ſemper fortuna meorum,
ACCIPE, *quæ pietas ponit tibi* DONA MERENTI.

ETIAM precantes ACCIPI preces ſuas rogabant. Ouid. lib. II. de Ponto Eleg. VIII.

Tu quoque conueniens ingenti nupta marito
ACCIPE, *non dura, ſupplicis, aure,* PRECES.

Sed & apud eundem lib. IIII. Faſtor. Claudia matrem Idæam ita affatur:

ACCIPE *ſub certa conditione* PRECES.

Idem in Ibin:

Ipſáque tu tellus, ipſum cum fluctibus æquor,
Ipſe meas æther ACCIPE *ſumme* PRECES.

NVNC rectè atque ordine facturus videor, ſi quibus verbis Deos compellarent, exponam. Ac primùm conſtat Deos ſalutari conſueuiſſe. Quo genere loquendi vix eſt in vetuſtis auctoribus vllum frequentius. Cato de re Ruſt. cap. II. *Paterfamiliâs vbi ad villam venit, vbi Larem Familiarem* SALVTAVIT. Plaut. Amphytr. Act. IIII. Sc. II. Salutatio

Nec Bacchum SALVTEM *hodie, nec Cererem.*

Idem Bacchidib. Act. II. Sc. vlt.

Deos, atque amicos iyt SALVTATVM *ad forum.*

Terent. Phormio. Act. II. Sc. I.

At ego deos penates hinc SALVTATVM *domum deuortar.*

Cicero pro Roſc. Amer. *Quòd ſi luce canes quoque latrent, quum deos* SALVTATVM *aliqui venerint, opinor ijs crura ſuffringantur.* Ouidius lib. XV. Metamorph. de Æſculapij aduentu in vrbem:

— *Lætóque deum clamore* SALVTANT.

Idem lib. I Triſt. Eleg. II.

Diíque relinquendi, quos vrbs habet alta Quirini,
Eſte SALVTATI *tempus in omne mihi.*

Et lib. II. de Ponto Eleg. VIII.

Vtque SALVTABAM, *numen cœleſte* SALVTO.

Idem in Epiſt. XX. Heroid.

Protinus egreſſæ, ſuperis, quibus inſula ſacra eſt,
Flaua SALVTATIS *tura merúmque damus.*

Stat. Papin. lib. IIII. Syluar.

— *Sæpe nouo Ianum lictore* SALVTES.

Liuius lib. XXX. *Prætor exemplo edixit, vti Æditui ædes ſacras omnes tota vrbe aperirent, circumeundi* SALVTANDIQVE DEOS, *agendíque gratias per totum diem populo poteſtas fieret.* Apud eundem lib. XXXVIII. Scipio. *In Capitolium ad Iouem Opt. Max. Iunonémq; & Mineruam, cæteróſque deos, qui Capitolio atque arci præſident,* SALVTANDOS *ibo.* Idem lib.

XLIIII.

XLIIII. *Deos, qui vrbem Romam incolerent, ſenatúmque & populum Rom.* SALVTATVM *ſe dixit veniſſe.* Silius Italic. lib. IIII.

— patrio diuos clamore SALVTAT.

Martial. Epigramm. VIII. lib. VIII. ad Ianum:

Te primùm pia tura rogent, te vota SALVTENT.

Idémque lib. XII. Epigramm. LXXVIII. Precibus Iouem SALVTARE dixit. Claudian. in Panegyrico in VI. Honor. Aug. Conſulat.

Inde SALVTATO, *libatis, Tybride, lymphis.*

Plinius lib. VII. Natural. Hiſtor. cap. LIII. *A. Pompeius in Capitolino cùm* DEOS SALVTASSET. Seneca Epiſt. vlt. lib. XV. *Quomodo ſint dij colendi ſolet præcipi. Accendere aliquem lucernas ſabbatis prohibeamus: quoniam nec lumine dij egent, & ne homines quidem delectãtur fuligine. Vitemus* SALVTATIONIBVS *matutinis fungi, & foribus aſſidere templorum.* Cuiuſmodi ſalutationum matutinarum teſtes etiam idoneos habemus, Apuleium lib. XI. de Aſino aur. & Arnob. lib. VII. aduerſ. gent. nec non Prudentiũ Periſtephano hoc verſu,

Manè SALVTATVM *concurritur, omnis adorat*
Pubes.—

Denique Plautus in Sticho Act. IIII. Sc. I. & II. hoc eodem genere loquendi vtitur.

QVIN & auguria læta & omina fauſta SALVTABANTVR. Virgil. lib. XII. Æneid.

Tum verò augurium Rutuli clamore SALVTANT.

Silius Italic. lib. II.

— Atque omen clamore SALVTANT. Idem lib. XV.
— Genibúſque SALVTANT
Submiſſi augurium.—

TEMPLA etiam, agros quoque SALVTARI conſueuiſſe Ouidius lib. III. & XV. Metamorphoſ. oſtẽdit. Sed & Elephantos in Mauritania poſt ſollemnem aſperſionem ſydus SALVTASSE, Plinius lib. VIII. Natur. Hiſtor. cap. I. ſcriptum reliquit.

SATIS igitur ſupérque probatum eſt, deos SALVTATOS: ſed qua id verborum formula & conceptione fieret, inueſtigandum eſt. Nam etſi SALVTARE DEOS ſit precibus adorare, vel ipſo Donato interprete in Phorm. Terentij Act. II. Sc. I. tamen nihil prohibet etiam SALVTEM diis dictam: cui rei teſtimonio eſt Plautus Pœnulo Act. I. Sc. II. vbi Agoraſtocles Veneri SALVTEM dici, & rem diuinam fieri ſuo nomine mãdat his verbis.

—Etiam Veneri dicito.
Multam meis verbis SALVTEM. *Ad. dicam. Ag. atque audi. Ad. quid eſt?*
Ag. Paucis verbis, rem diuinam facito.—

SANE eos qui ad deos adibant SALVTEM illis vulgari verbo, SALVE, dixiſſe, in promptu eſt demonſtrare. Liuius lib. I. *Regem parentémque vrbis Romanæ* SALVERE *vniuerſi Romulũ iubent,* PACEM *precibus expoſcunt.* Propert. Eleg. IX. lib. IIII. ad Herculem:

SANCTE *pater,* SALVE, *cui iam fauet aſpera Iuno,*
SANCTE *velis libro dexter ineſſe meo.*

Eundem Salij apud Virgilium lib. VIII. Æneid. ita ſalutant:

SALVE *vera Iouis proles, decus addite diuis.*

Similiter Æneas lib. VII. patrios penates adorans:

Vóſque, ait, ô fidi Troiæ SALVETE *penates.*

Ouid. lib. I. Faſtor.

Diique petitorum, dixit, SALVETE *locorum.*

Idem lib. II. Metamorphoſ.

— De ceſpite virgo
Se leuat, & SALVE *numen, me iudice, dixit.*

EODEMQVE verbo paternos manes Æneas apud Virgil. lib. V. Æneid. veneratur;

— SALVE ſanctè parens, iterum SALVETE *recepti*
Nequicquam cineres, animæque vmbræque paternæ.

ATQVE ita Ciceronem SALVERE iubet Plinius lib. VII. Natur. Hiſtor. cap. XXX. & Scipionem Silius Italic. lib. XVII. Sic & Catullus:

O nimis optato ſeclorum tempore nati
Heroes, SALVETE, *Deûm genus, ô bona mater.*

Ouidius quoque lib.I.Faſtor. Calendas Ianuarias venerans,

SALVE, *ait,feſta dies,meliórque reuertere ſemper.*

Quinetiam apud Stat. Papin. lib. IIII. Syluar. Sibylla & Ianus Domitianum,vt Deum, hoc ipſo verbo affantur. Varro lib. VI. de lingua Lat. verſum hunc ex Andromacha adducit, *Templa alta Orci,* SALVETE, *infera.*

SED & qui ex aliqua peregrinatione domum ſalui redibant, eadem verborum figura patriam ſalutabant. Plaut. Bacchidib. Act. II. Sc. I.

Herilis Patria SALVE, *quàm ego biennio*
Poſt quam in Epheſum abij, nunc conſpicio lubens.

Idem Sticho Act.v.Sc.II.

SALVETE *Athenæ,quæ nutrices Græciæ terra herilis patria*
Te video lubens.—

Seneca in Agamemn. Act.IIII.Sc.I.

Tandem reuertor ſoſpes ad patrios lares:
O cara SALVE TERRA. Virgilius lib. VII. Æneid.
— SALVE *fatis mihi debita* TELLVS.

Claudianus lib. de Rapt. Proſerp.

— SALVE *gratiſſima* TELLVS.

Plautus etiam in hac cultus diuini ſpecie, verbo, SALVTO TE, vſus eſt duobus locis: quorum vnus eſt Bacchidib. Act.II. Sc.I. vbi Chryſalus ſeruus Apollinem ita ſalutat:

SALVTO TE *vicine Apollo qui ædibus*
Propinquus noſtris accolis, veneróque te.

Alter eſt in Milite Glor. Act.IIII.Sc.VIII. ad Larem familiarem:

Etiam nunc SALVTO TE, FAMILIARIS, *priuſquam eo.*

quomodo VERVM quo geſtu, habitu, motu, flexúque corporis deos colere, venerari, adorare, precari, atque ſupplicare moris eſſet, operæpretiũ eſt indicare. Nõ minus enim quo id ritu, quàm quibus verbis fieret, ſcire refert. Nec inutilis aut iniucunda erit hæc, (ſi quæ eſt) à re propoſita digreſſio. In ſalutandis certè & adorandis diis STANTES, CAPITE OPERTO, CORPVS AD DEXTRAM ſiue DEXTROVERSVM IN ORBEM CIRCVMAGEBANT, PROCVMBEBANT etiam, DEXTRAMQVE ORI ADMOVENTES, OSCVLVM LABIIS PREMEBANT, tum deinde SEDEBANT. Dixi multa paucis, ac ne quis fidem meam ſequatur, idoneos & locupletes pro me reos dabo, omníque (quod aiunt) exceptione maiores huius ritus teſtes producam.

ANTE omnia docendum eſt STANTES eos non de geniculis deos ſalutaſſe. Quod Martial. indicat lib. XII. Epigramm. cùm ait:

Multis dum precibus Iouem SALVTAT,
STANS *ſummos reſupinus vſque in vngues.*

CAPITE *vero* OPERTO ſalutatos deos oſtendit Plaut. in Curculio. Act. III. Sc.I. his verbis:

Quis hic eſt, qui OPERTO CAPITE *Æſculapium*
Salutat? —

HINC & in Amphitryo. Act. II. Sc. I. ab Alcmena parturiente deos CAPITE OPERTO inuocatos refert. Idemque apertè Plutarchus ἐν Αἰτίοις ῥωμαϊκοῖς, tradit: Διὰ τί, inquies, τοὺς θεοὺς προσκυνοῦντες, ἐπικαλύπτονται τὴν κεφαλήν. Et mox, Τοὺς δὲ θεοὺς οὕτω προσκυνοῦσιν, ἢ ταπεινοῦντες ἑαυτοὺς τῇ ἐπικρύψει τῆς κεφαλῆς, ἢ μᾶλλον εὐλαβούμενοι, μή τινα φωνὴν προσπεσεῖν αὐτοῖς ἔξωθεν εὐχομένοις ἀπαίσιον καὶ δύσφημον, τὴν ὤτων ἀπελάμβανον τὸ ἱμάτιον. Et certè non à ſalutantibus modò & adorantibus, ſed & à ſacrificantibus Deos, (Saturnum, Honorem, & Herculem excipio) CAPITE OPERTO, obuoluto, veſtéque ad aures adducta coli conſueuiſſe conſtat. Saturno namque & Honori, θύειν ἀκαλύπτῳ vel ἀπαρακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ, moris fuiſſe Plutarch. ἐν αἰτίοις auctor eſt. Feſtus Pomp. LVCEM FACERE *dicuntur Saturno ſacrificantes, id eſt capita detegere.* Macrob. lib. I. Saturnal. cap. X. de Saturno. *Hinc eſt quod ex inſtituto peregrino huic Deo ſacrum* APERTO CAPITE

PITE *faciunt*. Proinde apud eundem lib. I. cap. VIII. vbi de æde Saturni ſcriptum eſt: *Illic Græco ritu* CAPITE OPERTO *res diuina fit: quia primò à Pelaſgis, pòſt ab Hercule ita eam à principio factitatam putant*, legendum procul dubio eſt, CAPITE APERTO. Quo ritu etiam Herculi rem diuinam factam Halicarnaſſ. lib. I. docet. Hoc idem Macrobius lib. III. Saturnal. cap. VI. confirmat, Cornelij Balbi verba hæc adferens: *Apud aram Maximam obſeruatum, ne lectiſternium fiat: cuſtoditur in eodem loco vt omnes* APERTO CAPITE *ſacra faciant. Hoc fit, ne quis in æde Dei habitum eius imitetur. Nam ibi* OPERTO *ipſe* CAPITE *eſt. Varro ait, Græcum hunc eſſe morem: quia ſiue ipſe, ſiue ab eo relicti, qui aram Maximam ſtatuerunt, Græco ritu ſacrificauerunt. Hoc amplius addit C. Baſſus: Idcirco enim hoc fieri dicit, quia ara Maxima ante aduentum Æneæ in Italia cõſtituta eſt, qui hunc ritũ* VELANDI CAPITIS *inuenit*. Et certè morẽ hũc purũ putum Romanũ fuiſſe & ex patriis Latinorum inſtitutis docet Virgil. lib. III. Æneid. cuius verſus ipſos, quòd perſpicuè huius ritus non minus originem, quàm cauſas aperiant, ſubieci. His enim præceptis vates Æneam inſtruit:

Quin vbi transmiſſæ ſteterint trans æquora claſſes,
Et poſitis aris iam vota in litore ſolues,
Purpureo VELARE COMAS ADOPERTVS AMICTV:
Ne qua inter ſanctos ignes in honore deorum
Hoſtilis facies occurrat, & omina turbet.
Hunc ſocij morem ſacrorum, hunc ipſe teneto,
Hac caſti maneant in religione nepotes.

Vbi Seruius: *Sanè*, ait, *ſciendum eſt ſacrificantes Diis omnibus*, CAPITA VELARE *conſuetos ob hoc, ne ſe inter religionem vagis offerret aliquid obtutibus, excepto tantùm Saturno*. Feſt. Pomp. in verbo *Saturnia*: *Saturnij quoque dicebantur qui caſtum in imo cliuo Capitolino immolabant: vbi ara dicata ei Deo ante bellum Troianum videtur, quia apud eam ſupplicant* APERTIS CAPITIBVS. *Nam Italici auctore Ænea* VELANT CAPITA: *quòd is, cùm rem diuinam faceret in litore Laurentis agri Veneri matri, ne ab Vlyſſe cognitus interrumperet ſacrificium*, CAPVT ADOPERVIT, *atque ita conſpectum hoſtis euitauit*. Aurel. Victor in Breuiario hiſtoriæ Romanæ de Ænæa loquens: *Cùm interim immolata ſue in litore ſacrificium perageret, traditur fortè aduertiſſe Argiuam claſſem, in quâ Vliſſes erat: cùmque vereretur ne ab hoſte cognitus periculum ſubiret, itémque rem diuinam interrumpere ſummum nefas duceret*, CAPVT VELAMENTO OBDVXISSE, *atque ita pleno ritu ſacra perfeciſſe: inde poſteris traditum morem ita ſacrificãdi, vt ſcribit M. Octauius*. Hinc Varro lib. IIII. de lingua Lat. *Ricam*, ait, *à ritu dictam, quod Romano ritu ſacrificium fœminæ cum faciunt*, CAPITA VELANT. Liuius lib. X. *Si conſpiciatur cum capide ac lituo*, CAPITE VELATO *victimã cædat*. Ex hoc porrò ritu apud Valer. Flacc. lib. V. Mopſus vates dum manes veneratur, iiſque vinum dat, CAPVT OBNVBIT. Propert. lib. II. Eleg. XIX.

Ante tuóſque pedes illa ipſa ADOPERTA SEDEBIT.

Contrà, Tertullianus in Apologet. Chriſtianos CAPITE NVDO precatos ſemper ſcribit; quia non erubeſcerent: ac ſine monitore, quia de pectore orabant.

CIRCVMEGISSE verò CORPVS & CIRCVMVERTISSE oſtẽdit Suet. in Vitellio, cap. II. his verbis: *Idẽ miri in adulãdo ingenij, primus C. Cæſarem adorari vt Deum inſtituit: cùm reuerſus ex Syria non aliter adire auſus eſſet, quàm* CAPITE VELATO, CIRCVMVERTENSQVE SE, *deinde* PROCVMBENS. Plutarch. in Numa ab eo inſtitutum refert: τὸ προσκυνεῖν περιστρεφομένους. Additque, ἡ δὲ περιστροφὴ τῶν προσκυνούντων, λέγεται μὲν ἀπομίμησις εἶναι τοῦ κόσμου περιφορᾶς: δόξειε δ᾽ ἂν μᾶλλον ὁ προσκυνῶν, ἐπεὶ πρὸς ἕω τῶν ἱερῶν βλεπόντων ἀπέστραπται τὰς ἀνατολάς, μεταβάλλειν ἑαυτὸν ἐνταῦθα καὶ περιστρέφειν ἐπὶ τὸν θεὸν, κύκλον ποιῶν καὶ συνάπτων τὴν ἐπιτελείωσιν τῆς εὐχῆς δι᾽ ἀμφοῖν. Eundémque ritum idem auctor ἐν αἰτίοις ῥωμαϊκοῖς ita perſtringit: Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν τάφων, ὥς φησι Βάρρων, περιστρέφονται, καθάπερ θεῶν ἱερὰ, τιμῶντες τὰ τῶν πατέρων μνήματα. Quæ verba è Græcis Latina qui fecit, is vocis huius περιστρέφονται vim poteſtatémque aſſecutus non videtur. Nam hoc proculdubio Plutarchus ſenſit, circa tumulos parentum CIRCVMAGI liberos cõſueuiſſe: quòd mortuis diuini cultus & honores exhiberi ſolerent, vt & Tertullian. in Apologet. teſtatur, cùm de Diis agens ait: *Quid omnino ad honorandos eos fa-*

tis, quod non etiã mortuis veſtris CONFERATIS?*ædes proinde, aras proinde: idẽ habitus & inſignia in ſtatuis.* Ad hunc etiã ritum pertinet, quod Valer. Flacc. lib. VII. Argonaut. ſcribit:

Inde vbi ſacrificas cum coniuge venit ad aras
AEſonides: vnáque adeunt, paritérque precari
Incipiunt: ignem Pollux vndámque iugalem
Prætulit: vt dextrum pariter VERTANTVR IN ORBEM.

Eodémque ſpectant hæc Lucretij lib. v. verba:

—Nec pietas vlla eſt VELATVM *ſæpe videri* VERTIER AD LAPIDEM.

Eſt quoque eius ritus exemplum apud Liuium lib. v. de Camillo: *quem manibus in cœlũ ſublatis precatũ narrat,* VT SI CVI DEORVM *hominúmq; nimia ſua fortuna populíque Rom. videretur, vt eam inuidia lenire quàm minimo ſuo priuato incommodo, publicóque Romani populi liceret.* Deinde adijcit, CONVERTENTEM SE IN HANC VENERATIONEM, *traditur memoriæ, prolapſum cecidiſſe: ídque omen pertinuiſſe poſtea euentu rem coniectantibus viſum ad damnationem ipſius Camilli.* Quod & Plutarch. in Camillo his verbis refert: ταῦτα εἰπὼν καθάπερ ἐστὶ ῥωμαίοις ἔθος, ἐπευξάμενος καὶ προσκυνήσας ἐπὶ δεξιὰ ἐξελίττειν, ἐσφάλη περιστρεφόμενος. Illuſtrius verò exemplum ſuppeditat idem Plutarchus in Marcello: quo loci narrat Marcello copias in aciem educẽte contra Viridomarum Gallorum regulum, accidiſſe vt equus, cui inſidebat, clamore & ſtrepitu exterritus, os auerteret, & Marcellum inuitum ac reluctantem retro auferret. At ille veritus ne Romani hoc mali ominis loco ducerẽt, ac triſte aliquid ſibi eò portendi crederẽt, quod metum incuteret, adducto confeſtim freno, equum in aduerſos hoſtes CONVERTIT, SOLEMQVE ADORAVIT, quaſi non hoc caſu contigiſſet, ſed ex cõpoſito, & de induſtria, datáq; opera religione adductus id feciſſet, propterea quòd Romanis in more poſitũ erat ita Deos ſalutare & adorare: Verba Plutarchi quæ ſubobſcura quidem ſunt, ſed hac interpretatione adhibita plana & perſpicua fient, apponam: Ἤδη δέ πως εἰς ἐμβολὴν ἐπιστρέφοντος αὐτοῦ συγτυγχάνει τὸν ἵππον πτυρέντα τῇ γαυρότητι τῶν πολεμίων, ἀποτραπέσθαι, καὶ βίᾳ φέρειν ὀπίσω τὸν Μάρκελλον. ὁ δὲ τοῦτο δείσας, μὴ ταραχὴν ἐκ δεισιδαιμονίας τοῖς ῥωμαίοις ἐργάσηται, ταχὺ περισπάσας ἐφ' ἡνίαν τῷ χαλινῷ, καὶ περιστρέψας τὸν ἵππον ἐναντίον τοῖς πολεμίοις, καὶ τὸν ἥλιον αὐτὸς προσεκύνησεν, ὡς δὴ μὴ κατὰ τύχην ἀλλ' ἕνεκα τούτου τῇ περιαγωγῇ χρησάμενος· οὕτω γὰρ ἔθος ἐστὶ ῥωμαίοις προσκυνεῖν τοὺς θεοὺς περιστρεφομένους.

DEXTROVERSVM autem CIRCVMAGI conſueuiſſe tradit Plinius lib. XXVIII. cap. II. in hunc modum: IN ADORANDO DEXTRAM AD OSCVLVM REFERIMVS, TOTVMQVE CORPVS CIRCVMAGIMVS, *quod in læuum feciſſe Galli religioſius credunt.* Nam Romani à dextra ſiniſtram verſus in orbem vertebantur, quod à noſtris ſacerdotibus in ſuis ad aras conuerſionibus hodiéq; religioſiſſimè obſeruatur: aliter atq; priſci illi Galli qui ſiniſtrorſum, & à læua dextrã verſus circumagebãtur. Proinde apud Plautum in Curculio. Act. I. Sc. I. cùm Phædromus dixiſſet, *Quò me vertam neſcio,* feſtiuè Palinurus in eo verbo alludens, ſubijcit: *Si deos* SALVTAS, DEXTROVORSVM *cenſeo.* Quod & cõfirmat vetus inſcriptio Græca, quę ab Huberto Goltzio diligentiſſimo antiquitatis vindice refertur in hęc verba: Αὐταῖς ταῖς ἡμέραις Γαΐῳ τινὶ τυφλῷ ἐχρημάτισεν ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἱερὸν βῆμα, καὶ προσκυνῆσαι, εἶτα ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν καὶ θεῖναι τοὺς πέντε δακτύλους ἐπάνω τοῦ βήματος καὶ ἆραι τὴν χεῖρα καὶ ἐπιθεῖναι ἐπὶ τοὺς ἰδίους ὀφθαλμοὺς, καὶ ὀρθὸν ἀνέβλεψε τοῦ δήμου παρεστῶτος καὶ συγχαιρομένου, ὅτι ζῶσαι ἀρεταὶ ἐγένοντο ἐπὶ τοῦ Σεβαστοῦ ἡμῶν Ἀντωνίνου.

IN Adorationis deinde ritu, MANVM ORI ADMOVERE, aut, vt Plinius loquitur, DEXTRAM AD OSCVLVM REFERRE ſolitos veteres, iam pridem alij monuerunt, cum id in Plinio, Tertulliano & Apuleio obſeruaſſent, quibus idcirco teſtibus non vtar, ſed alium his conſentientem adiungã Lucianum, cuius tribus locis rem totam confictam. Vnus eſt in lib. περὶ θυσιῶν, in quo ita eſt: Ὁ δὲ πένης ἱλάσατο τὸν θεὸν φιλήσας μόνον τὴν αὐτοῦ δεξιάν. Alter apertior eſt in lib. περὶ ὀρχήσεως, qui ita habet: Ὅπου καὶ Ἰνδοὶ, ἐπειδὰν ἕωθεν ἀναστάντες, προσεύχωνται τὸν ἥλιον, οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς τὴν χεῖρα κύσαντες, ἡγούμεθα ἐντελῆ ἡμῶν εἶναι τὴν εὐχήν. Tertius etiam in Demoſthenis encomio poſitus, perſpicuè idem comprobat. Nam cùm Demoſthenes dixiſſet poſt deos ſalutatos ſe ſponte ſecuturum, móxq; manũ labris admouiſſet: Κἀγὼ μὲν ἦν, ait, ἐπὶ τῆς ἐλπίδος ταύτης καὶ τὴν χεῖρα τῷ στόματι προσα-

προσεῦχαι, αἰγόντος, ἰδεῖν ἀλλ᾽ ἢ προσκυνεῖν ὑπελάμβανον. Euſtathius quidem in v. Odyſſ. προσκυνεῖν παρὰ τὸ κύειν, ὅ ἐστι φιλεῖν dictũ putat. Ἰστέον δὲ, ait, ὅτι τὸ κύειν ἢ κῦσαι καθάπαξ τὸ φιλεῖν, τὰ πολλὰ μὲν, συμβουλὴν χαλεπὴν δηλοῖ, ὡς καὶ ἐνταῦθα καὶ ἑτέρωθι πολλαχοῦ. Vnde & illud Ital.

Et DEXTRAM, *vt numen*, ADORANT.

Huius verò ritus forma quædam deſcribitur ab Apul. lib. IIII. Metamorph. his verbis. *Et* ADMOVENTES ORIBVS SVIS DEXTERAM; *priore digito in erectum pollicem reſidẽte, vt ipſam prorſus Deam Venerem religioſis adorationibus venerabãtur.* Planè Seruius in lib. III. Æneid. FRONTEM GENIO CONSECRATAM, & inde, Deum venerantes, FRONTEM TANGERE, ſcriptum reliquit. Eſſe etiam poſt aurem dextram, Nemeſeos locum, quô veteres, tacto ORE PROXIMVM A MINIMO DIGITVM REFEREBANT, veniam ſermonis à diis expoſcentes, Plinius lib. XI. cap. XLV. memoriæ prodidit.

PROCVBVISSE verò & capita flexiſſe adorantes, nõ illa modò ex Suetonij Vitellio ſuperius relata verba docent, ſed & hæc Liuij lib. XXX. quò loci de Carthaginienſium legatis agit. *Qui vbi in caſtra & Prætorium peruenerunt*, MORE ADORANTIVM, *accepto, credo, ritu ex ea regione, ex qua oriundi erant*, PROCVBVERVNT. Et ita ſalutatos, quibus honor impendebatur, declarat Arnob. lib. VII. aduerſ. gent. cùm ait: *Tum deinde* SALVTET ACCLINIS, *ancillæ aut ſeruuli trepidationes imitatus, video quid agitur in huiuſmodi honorationis officio.*

SEDISSE tandem eos, teſtimonio eſt Tertullianus in lib. de Orat. his verbis: *Quum perinde faciant nationes, adoratis ſigillaribus ſuis*, RESIDENDO. Idem & Plutarchus in Numa oſtendit, inter inſtituta Numæ Pythagoricis conſentanea referens: τὸ καθῆσθαι προσκυνήσαντας. Et ibidem, τὸ δὲ καθίζεσθαι προσκυνήσαντας, οἰωνισμὸν εἶναι λέγουσι τοῦ βεβαιότητα ταῖς εὐχαῖς, καὶ διαμονὴν τοῖς ἀγαθοῖς ἐπιγίνεσθαι. Λέγουσι δὲ καὶ πράξεων διορισμὸν εἶναι τὴν ἀνάπαυσιν. ὡς οὖν τῆς προτέρας πράξεως πέρας ἐπιθέντας, καθίζεσθαι παρὰ τοῖς θεοῖς, ἵνα ἑτέρας πάλιν ἀρχὴν παρ᾽ ἐκείνων λάβωσιν. Idẽ Plutarch. ἐν αἰτίοις, ἤτοι ῥωμαϊκοῖς. Η καθάπερ καὶ νῦν προσευξάμενοι καὶ προσκυνήσαντες, ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπιμένειν, καὶ καθίζειν εἰώθασιν. Inde illud Propertij, quod modò citauimus:

> *Ante tuóſque pedes illa ipſa adoperta* SEDEBIT. Tibull. Eleg. vlt. lib. II.
> *Illa mihi ſancta eſt, illius dona ſepulchro*
> *Et madefacta meis ſerta feram lacrymis.*
> *Illius ad tumulum fugiam, ſupplexque* SEDEBO.

SED & PENVLIS POSITIS ad Deos adijſſe eos oſtendit Tertullianus in lib. de Orat. cùm ait: *Vt eſt quorundam*, POSITIS PENVLIS *orationem facere: ſic enim adeunt ad idola nationes.*

QVI verò precabantur, AD ORIENTEM CONVERSI, ERECTO VVLTV, MANIBVS PASSIS, EXPANSIS ET IN CÆLVM SVBLATIS AC PROTENSIS orabant. Ad orientem certè conuerti ſolitos argumento eſt quod ait Virgil. lib. VIII. Æneid.

> *Surgit, & ætherij* SPECTANS ORIENTIA SOLIS
> *Lumina, ritè cauis vndam de flumine palmis*
> *Suſtulit, ac tales effundit ad æthera voces.* Idem lib. XII.
> *Illi ad* SVRGENTEM CONVERSI LVMINA SOLEM,
> *Dant fruges manibus ſalſas.*

Vbi Seruius, *Non vtique ſolem ſurgentem dixit, (iamdudum enim dies erat) ſed diſciplinam cæremoniarum ſecutus eſt, vt* ORIENTEM SPECTARE *diceret eum, qui eſſet precaturus.* Ouid. lib. IIII. Faſtor.

> *Hæc Dea placanda eſt, hæc tu* CONVERSVS AD ORTVS,
> *Dic quater.* — Valer. Flacc. lib. II.
> *Imperat hinc altè Phœbi* SVRGENTIS AD ORBEM
> *Ferre manus, totíſque ſimul* PROCVMBERE *campis.*

Vitruuius lib. IIII. cap. V. *Ædes autem ſacræ Deorum immortalium ad regiones quas ſpectare debent, ſic erunt conſtituendæ, vti ſi nulla ratio impedierit, liberáque fuerit poteſtas, ædis ſignum quod erit in cella collocatum, ſpectet ad* VESPERTINAM CÆLI REGIONEM: *vt qui adierint ad aram immolantes, aut ſacrificia facientes*, SPECTENT AD PARTEM CÆLI

ORIENTIS, *& ſimulacrum quod erit in æde. Et ita vota ſuſcipientes contueantur ædem, &* ORIENTEM CÆLI. Tertull. in Apologet. *Sed & pleriſque veſtrum affectatione aliquando & cæleſtia adorandi,* AD SOLIS ORTVM LABIA VIBRATIS. Apul. lib. II. de Aſino aur. de quodam ſacerdote Ægyptio: *Tunc* ORIENTEM OBVERSVS, *& incrementa ſolis auguſti tacitus imprecatus.* Latinus Pacatus in Panegyr. *Nam vt diuinis rebus operantes,* IN EAM CÆLI PLAGAM ORA CONVERTIMVS, A QVA LVCIS EXORDIVM EST: *ſic ego vota verborum, quæ olim nũcupaueram, ſoluturus, id oratione tempus aſpiciam, quo Romana lux cœpit.* Sollemnem planè fuiſſe ad orientem conuerſionem Clemens lib. VII. Stromatεων indicat: eódémque conuerſa templa fuiſſe Plutarch. in Numa docet.

RECTO verò VVLTV oraſſe eos indicat hic Iuuenalis è Sat. x. verſus.

> *Hoc* RECTO, VVLTV *ſolum hoc & pallidus optas.*

Vnde Tertull. in lib. de Orat. modeſtiam & humilitatem Chriſtianorum prædicãs: *Atqui cum modeſtia & humilitate adorantes magis commẽdamus Deo preces noſtras, ne ipſis quidem manibus ſublimius elatis, ſed temperatè ac probè elatis, ne* VVLTV *quidem in audaciam* ERECTO.

ORASSE verò MANIBVS IN CÆLVM SVBLATIS Apuleius tradit in libro de Mundo. *Nam, ait, habitus orantium hic eſt, vt* MANIBVS EXTENSIS AD CÆLVM *precemur.* Virgil. lib. II. Æneid.

> *At pater Anchiſes oculos ad ſydera lætus*
> *Extulit, &* CÆLO PALMAS *cum voce* TETENDIT.

Et lib. III. Æneid.

> *At pater Anchiſes* PASSIS *de litore* PALMIS
> *Numina magna vocat.*

Paſſis enim palmis Nonius interpretatur apud Enn. Annal. lib. x. patentibus & extenſis. Item lib. v.

> *Ni* PALMAS *ponto* TENDENS VTRASQVE *Cloanthus,*
> *Fudiſſetque preces, diuóſque in vota vocaſſet.*

Item lib. x.

> *Et* DVPLICES *cum voce* MANVS AD SYDERA TENDIT.
> *Omnipotens genitor.* —

Hinc Lucretius lib. v.

> -- *Et* PANDERE PALMAS
> *Ante Deûm delubra.* —

Ouid. lib. VIII. Metamorphoſ.

> —AD SYDERA *ſupplex*
> *Creſſa* MANVS TOLLENS.--

Idem lib. I. Triſt. Eleg. vlt.

> *Ipſe gubernator* TOLLENS AD SYDERA PALMAS
> *Expoſcit votis immemor artis opem.*

Pedo Albinou. in carmine conſolatorio ad Liuiam:

> *Atque aliquis de plebe pius, pro paupere nato,*
> SVSTVLERAT TIMIDAS SYDERA AD ALTA MANVS.

Sic & Scipio apud Silium Italic. lib. IIII. ſublatis in cælum manibus precatur. Idem & lib. xv.

> *Ac ſupplex* GEMINAS TENDENS AD SYDERA PALMAS,
> *Tellurem, noctémque & cælo ſparſa precatur*
> *Aſtra.* —

Liuius lib. v. de Camillo: *Dicitur* MANVS AD CÆLVM TOLLENS *ita precatus eſſe.* Lucian. in Philopatride. Ἡμεῖς δὲ τὸν ἐν Ἀθήναις Ἄγνωστον ἐφευρόντες καὶ προσκυνήσαντες, χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐκτείναντες τούτῳ εὐχαριστήσομεν. Expanſis autem ſeu paſſis & ſupinis manibus id factum conſtat. Liuius lib. XXXVI. *Nixæ genibus,* SVPINAS MANVS AD CÆLVM AC DEOS TENDENTES, *orantéſque.* Virgil. lib. IIII. Æneid.

> *Multa Iouem* MANIBVS *ſupplex oraſſe* SVPINIS.

Horat. lib. III. Ode XXIII.

> CÆLO SVPINAS SI TVLERIS MANVS.

Vnde

Vnde Æſchylus in Prometheo *ὑπτιάσματα γυναικόμιμα χειρῶν* dixit. Hinc & Petron. Arbit.in Satyrico,*Licas*, ait,*trepidans ad me* SVPINAS PORRIGIT MANVS.

Sciendum tamen eſt,vt Seruius in lib. III. Æneid.ad ea verba,*Summiſsi petimus terram*, & Macrob. lib. III.cap. IX. ſcribunt, pro qualitate & diuerſitate numinum interdũ ima, interdum ſumma, veteres reſpexiſſe.

PRÆTEREA eos qui orabant, ARAS TANGERE ET AMPLECTI ſolitos, Macrob. lib. III.Saturnal.cap.II. tradit, & adductis Virgilij è libro IIII. & VI. Æneid.verſibus cõfirmat. Seruius etiã in lib.IIII.Æneid. *Neceſſe*,ait,*erat* ANSAS *à ſacrificãtibus* TENERI: *quod niſi facerent*, *grata Diis ſacrificatio non eſſet*. Rurſúſque in lib.VI. Æneid.*Rogabant,deos* ARARVM ANSAS TENENTES. Plaut.Rudente Act.III.Sc. III.

VENVS ALMA,*ambæ te obſecramus*,
ARAM AMPLEXANTES HANC TVAM.

Similique modo apud Apul.lib.VI. de Aſino aur. Pſyche Iunonem deprecans, ARAM AMPLECTITVR. Ex quo Horatius Ode XXIII.lib.III.

Immunis ARAM SI TETIGIT MANVS,
Non ſumptuoſa blandior hoſtia,
Mollibit auerſos penates
Farre pio & ſaliente mica.

Seneca in Herc.Furen. in Choro Act.III. ARAS TANGITE *ſupplices*.

Similitérque in menſa, in qua bene precari moris fuiſſe Liuius ait, precantes MENSAM TANGEBANT. Ouid.lib.I. Amor. Eleg.IIII.

TANGE *precor* MENSAM, *tangunt quo more precantes.*

IPSA quoque SIGNA DEORVM CONTINGERE ET COMPREHENDERE ſolitos Arnobius lib. VI.aduerſ. gent. indicat his verbis.*Ita enim non videtis ſpirantia hæc ſigna,quorum* PLANTAS ET GENAS CONTINGITIS ET CONTRECTATIS ORANTES.

ARIS etiam ADVOLVEBANTVR ſupplicantes,vt docet Propertius lib.III.Eleg.XV. *Nunc*, inquiens, *ô Bacche tuis humiles* ADVOLVIMVR ARIS.

Seneca OEdipo Act. I.Sc.I.

AFFVSVS ARIS *ſupplices tendo manus*,
Matura poſcens fata. --

Prudentius in Apotheoſi:

Perfidus ille Deo,quamuis non perfidus vrbi,
Auguſtum CAPVT ANTE PEDES CVRVARE *Mineruæ*
Fictilis,& SOLEAS *Iunonis* LAMBERE, PLANTIS
Herculis ADVOLVI, GENVA INCVRVARE *Dianæ*,
Quin & Apollineo frontem ſubmittere gypſo.

Idem in Periſtephano:

Iam ſi SVB ARIS *ad ſigillorum pedes*
IACEATIS *infra ſectilem quercum ſiti,*
Quid eſſe vobis æſtimem proiectius?

HOC amplius ſupplices mulieres GENIBVS NIXAS Deos oraſſe, teſtantur Ouid. lib.IIII. Faſtor. quo loci Claudiam SVBMISSO GENV precantem facit: & Liuius lib. XXVI. cùm matronas GENIBVS NIXAS ſupinas manus ad cœlum ac Deos tetendiſſe narrat: ac denique Apuleius lib. VI. de Aſino aur. vbi Pſyche GENV. NIXA Iunonem deprecatur.

PRÆTEREA CAPILLIS PASSIS,ſolutis & demiſſis,mulieres Diis ſupplicaſſe inuenio. Ouidius enim de eadem Claudia lib.IIII. Faſtor.

—*Vultus*, ait,*in imagine Diuæ*
Figit,& hos edit, CRINE IACENTE,*ſonos.*

IDEMQVE lib.III. eiuſdem argumenti, grauidas mulieres RESOLVTO CRINE Iunonem Lucinam precari iubet. Sic & Virgil.lib.I. Æneid.Phrygias matronas ad templum infeſtæ Palladis CRINIBVS PASSIS proceſſiſſe ſcribit. Idémque lib.III.

Et circum Iliades CRINEM, *de more*, SOLVTÆ.

Hoc etiam indicat Tibullus, cùm ait lib. I. Eleg. III.

Biſque die, RESOLVTA COMAS, *tibi* DICERE LAVDES
Inſignis turba debeat in Pharia.

Nam RESOLVTA COMAS, Tibullus dixit eadem figura, qua Ouidius lib. II. Amor. Eleg. XIIII.

— Fertúrque rogo RESOLVTA CAPILLOS.

Ea cauſa eſt, cur Numa lege ſua, quæ à Feſto Pomp. in verbo *Pellex*, refertur, aram tangere pellicem vetabat: quòd ſi tangeret, CRINIBVS DEMISSIS, agnum fœminam cædere præcipiebat. DEMISSIS enim CRINIBVS, idem eſt, quod reſolutis, effuſis & paſſis crinibus. Propert. lib. II. Elegiar.

— Sed tu potius, precor, vt me
DEMISSIS *plangas pectora nuda* COMIS.

Ouidius lib. VI. Faſtor. de Veſtalibus loquens,

Attonitæ flebant DEMISSO CRINE *miniſtræ.*

Et in Epiſt. Ariadnes ad Theſeum,

Aſpice DEMISSOS *lugentis more* CAPILLOS.

SVPPLICANTES etiam TEMPLIS PROSTRATOS PROCVBVISSE, LIMINAQVE TEMPLORVM ET SOLVM ÆDIVM SACRARVM OSCVLATOS obſeruaui. Lucretius lib. V.

Nec PROCVMBERE HVMI PROSTRATVM, *& pandere palmas,*
Ante Deum delubra. —

Tibull. lib. I. Eleg. V.

Non ego tellurem MANIBVS PERREPERE SVPPLEX,
Et miſerum ſancto TVNDERE POSTE CAPVT:
Non ego ſi merui dubitem PROCVMBERE TEMPLIS,
Et DARE SACRATIS OSCVLA LIMINIBVS.

Ouid. lib. I. Metamorphoſ.

Vt templi tetigere gradus, PROCVMBIT VTERQVE
PRONVS HVMI, GELIDOQVE PAVENS DEDIT OSCVLA SAXO.

DIO lib. XLI. de his qui vrbe cum Pompeio exceſſerunt: Καὶ ἐπὶ τὴν ἐκπολὺς μετ' οἴκτος (καὶ γὰρ πρὸς τοῖς ἱεροῖς ἑκασταχόθι προσιόντες εὐχὰς ἐποιοῦντο) πάντας αὐτοὺς ἐλάμβανε· τούς τε γὰρ θεοὺς ἀνεκαλοῦν, καὶ τὰ ἐδάφη κατεφίλουν. Arnobius lib. I. aduerſ. gent. *Cùm per omnia ſupplices irent tēpla, non* DEORVM ANTE ORA PROSTRATI, LIMINA IPSA CONVERRERENT oſculis. Eóque ſpectare videtur illud Iuuenalis Satyra VI.

Tarpeium LIMEN ADORA PRONVS. —

QVINETIAM in his ſupplicationibus, quæ auertendæ deorum iræ cauſa habebātur, aut cùm hoſtili aliquo nuntio perculſa ciuitas ad Deos & vota cōfugiebat, CRINIBVS TEMPLORVM SOLVM VERRERE MATRONÆ ſolebant. Liuius lib. III. *Iuſſi cum coniugibus ac liberis ſupplicatum ire, pacémque expoſcere Deûm, ad id quod ſua mala quemque cogebant, auctoritate publica euocati, omnia delubra implent: ſtratæ paſſim* MATRES CRINIBVS TEMPLA VERRENTES, *veniam irarum cœleſtium, finémque peſti expoſcunt.* Idē lib. XXVI. *Ploratus mulierum nō ex priuatis ſolùm domibus exaudiebatur, ſed vndique* MATRONÆ *in publicum effuſæ circa Deûm delubra diſcurrūt* CRINIBVS PASSIS ARAS VERRENTES. Polybius lib. IX. Αἱ δὲ γυναῖκες περιπορευόμεναι τοὺς ναοὺς, ἱκέτευον τοὺς θεούς, πλύνουσαι ταῖς κόμαις τὰ τῶν ἱερῶν ἐδάφη· τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἔθος ἐστὶ ποιεῖν, ὅταν τις ὁλοσχερὴς τὴν πατρίδα καταλαμβάνῃ κίνδυνος. Lucanus lib. II.

Hæ lachrymis ſparſere deos, hæ pectora duro
Afflixere ſolo: LACERASQVE IN LIMINE SACRO
ATTONITÆ FVDERE COMAS: *votíſque vocari*
Aſſuetis crebris feriunt vlulatibus aures,
Nec cunctæ ſummi templo iacuere Tonantis,
Diuiſere deos: & nullis defuit aris
Inuidiam factura parens. —

Silius Italic. lib. XII.

Funditur

Funditur immiſſus gemitu, ſtrecibúſque per altos
Ad cœlum muros clangor, SPARSÆQVE *ſolutis*
CRINIBVS EXVLVLANT MATRES, ATQVE VBERA NVDANT.

Claudian. in Encomio Serenæ vxoris Stiliconis:

Numinibus votiſque vacas, & SVPPLICE CRINE
VERRIS HVMVM.—

ILLAS autem omnes cultus diuini ſpecies, VENERANDI verbum quadam communione complectitur: cuius officium propriè diis impendi, teſtantur cuilibet obuij Ciceronis loci ex lib. I. & lib. III. de Natur. Deor. & ex lib. I. Tuſculanar. quæſt. & Orat. de Lege Agrar. & Virgil. lib. I. & III. Georgic. Nec verò ſalutationis tantùm aut adorationis ritu, ſed & precibus, ſacrificiis, victimis & donis, ac muneribus Deos Venerari, Latini auctores dicunt. Itaque VENERARI, pro precari dicunt Plautus Ruden. Act. I. Sc. IIII. & in Prologo Aululariæ, & Bacchidib. Act. II. Sc. I. Trinūmo Act. I. Sc. I. Varro lib. I. de re Ruſtic. cap. I. Horatius lib. II. Serm. Satyr. II. & in Epiſt. Cæcinæ ad Cicer. lib. VI. Familiar. Feſtus planè, VENERANDI verbū compoſitum à venia & orando ſcribit. Vnde VOTIS DEOS VENERARI, dixit Virgil. lib. VII. Æneid. & VITVLA CÆSA VENERARI, lib. IIII. Georgic. & FARRE PIO AC PLENA ACERRA VENERARI, idem ipſe lib. V. Æneid. & BVBVS ALBIS VENERARI, Horatius in Carm. ſæculari.

ARAS quoque & TEMPLA VENERARI, dicunt Valer. Max. lib. I. cap. VI. & Virgilius lib. XII. Æneid. Seneca in Agamemnone Act. IIII. Sc. I. & Silius Italic. lib. III. Hinc & VENERABVNDOS templum iniiſſe ſcripſit Liuius lib. V. ſicut & Q. Curtius lib. VIII. Macedonas Perſarum more VENERABANDOS Alexandrū ſalutaſſe proſternētes humi corpora.

SIC & ADORANDI verbū, non ad illum dumtaxat ritum refertur, de quo ſuperiùs diſſeruimus: ſed & ADORARE PRECIBVS, legimus apud Virgil. lib. IIII. Æneid. Ouidium lib. IIII. Faſtor. & lib. I. Triſt. Eleg. III. Senec. in Octauia Act. IIII. Sc. I. & Silium Italic lib. III. & ADORARE VOTIS, apud Ouidium lib. vlt. Metamorph. & ADORARE TVRE, apud Plin. lib. XII. Natur. hiſtor. cap. XIIII.

SIMILITERQVE TVRE ET VINO SVPPLICARI, dicebant. Salluſtius in lib. Hiſtoriar. apud Macrob. lib. III. cap. XIII. *Cui tum venienti,* TVRE, *quaſi Deo,* SVPPLICABATVR. Quæ verba ad Marium pertinent, de quo Seneca lib. III. de Ira, cap. XVIII. *Mario, ait, cui populus vicatim ſtatuas poſuerat, cui* TVRE ET VINO P. R. SVPPLICABAT. Plaut. in Prolog. Aulular.

Ea mihi quotidie aut TVRE, AVT VINO, *aut aliquo*
Semper SVPPLICAT.—

Sueton. in Auguſt. cap. XXXV. *Sanxit, vt prius quàm conſideret quiſquam,* TVRE AC MERO SVPPLICARET *apud aram eius Dei, in cuius templo coïretur.* Idem in Tiber. cap. LXX. TVRE QVIDEM AC VINO, *verùm ſine tibicine,* SVPPLICAVIT. Plinius in Præfar. ad Veſpaſian. *Verùm & Diis* LACTE *ruſtici, multæque gētes* SVPPLICANT. Idem lib. XII. cap. XIIII. *Alexandro Magno in pueritia ſine parſimonia tura ingerenti aris, pædagogus Leonides dixerat, vt illo modo, cùm deuiciſſet turiferas gentes,* SVPPLICARET. Idem lib. XIII. Natural. hiſtor. cap. I. *Iliacis temporibus non* SVPPLICABATVR TVRE. MOLA *quoque* SALSA SVPPLICARE, idem Plinius dixit lib. XII. cap. XVIII. *Nec minus,* inquiens, *propitij erant* MOLA SALSA SVPPLICANTIBVS. *Imò verò, vt palàm eſt, placatiores.*

VERVM, ne longiùs de ſpatio curriculóque deflectamus, OMNIVM RERVM MAGNARVM A DIIS IMMORTALIB. PRINCIPIA DVCI CONSVEVISSE Cic. in Vatiniū auctor eſt. Illud quoque à maioribus bene ac ſapienter inſtitutū, Plin. in Panegyrico commēdat, vt quemadmodū RERVM AGENDARVM, ita dicendi, INITIVM A PRECATIONIBVS CAPERETVR: quòd nihil ritè nihilque prouidenter SINE DEORVM IMMORTALIVM OPE, CONSILIO, HONORE HOMINES AVSPICARENTVR. Vnde Cic. pro Rabir. perduell. reo. *Quæ cùm ita ſint, primùm, quod in tanta dimicatione capitis, famæ, fortunarúmque omnium fieri neceſſe eſt,* AB IOVE OPT. Principia omnia a Deo

MAX. CÆTERISQVE DIIS DEABVSQVE IMMORTALIBVS, *quorum ope & auxilio multo magis hæc Reſpub. quàm ratione hominum gubernatur, &c.* Idque in priſcorum Oratorum orationibus obſeruatū fuiſſe, idem Cic. in Diuinatio. oſtendit: *Si quid*, inquiēs, *ex vetere aliqua oratione*, IOVEM EGO OPT. MAX. Quæ procemia vſitata fuiſſe cauſidicis imperitis, veteréſque ab inuocatione Deorum incepiſſe, Aſcon. Pedian. ibidē notat. Huius moris teſtem habemus, etiam Valer. Maximum in Præfatione ſuorum librorum ad Tiberium Cæſarem, in qua eſt: *Nam ſi priſci oratores ab* IOVE OPT. MAX. *bene orſi ſunt, ſi excellentiſſimi vates* A NVMINE ALIQVO PRINCIPIA TRAXERVNT: *mea paruitas eo iuſtius ad fauorem tuum decurrerit.* Symmach. Epiſt. CVII. lib. II. *An ſi nobis ſcribenda ſit forenſis oratio* IOVEM CÆTEROSQVE DEOS *Catonis lege* PRÆPAMVR? Seru. in lib. VII. Æneid. ad ea verba: *Dij, noſtra incepta ſecundent, Antiquo*, ait, *more loquuturus de publicis rebus, id eſt pace, & regiis nuptiis*, FACIT ANTE, DEORVM COMMEMORATIONEM, *ſicut Catonis in orationibus legimus.* Proinde quod eſt apud eundem Virgil. lib. XI. Æneid.

PRÆFATVS DIVOS, *ſolio rex infit ab alto*,

Idem Seruius è more antiquo ductum, & petitum ſcribit: *Nam maiores*, ait, *nullam orationem* NISI INVOCATIS NVMINIBVS INCHOABANT: *ſicut ſunt orationes Catonis & Gracchi. Nam generale caput in omnibus legimus.* Inde apud Martianum Capellam lib. V. Rhetorica ita loquitur: *Patrem* MAXIMVM IOVEM, CETEROSQVE CÆLITES, *quos in cauſis pluribus ſæpè ſum deprecata, atque ipſum conuentum ſuperæ conſeſſionis* ATTESTOR. Certè vſu receptum fuiſſe, IOVEM OPTIMVM MAX. PRECARI, atque ab eo auxilium petere Cicer. lib. VI. in Verr. ſcribit. Idémque in his concionibus, quæ ad populum habebantur, in more poſitum fuiſſe infrà demonſtrabo. Atq; hanc inuocationem Deorum poëtis familiarem fuiſſe vulgò notum eſt, & Plinius Epiſt. IIII. lib. VIII. oſtēdit: *Proinde*, inquiens, *iure vatum* INVOCATIS DIIS, *& inter Deos ipſo, cuius res, opera, conſilia, dicturus es, immitte rudentes, pande vela.* Quod non æquè hiſtoriarum ſcriptoribus conuenire ait Liuius in Præfatione lib. I. his verbis: *Ab initio certè tantæ ordiendæ rei abſint, cùm bonis potiùs ominibus, votiſque ac* PRECATIONIBVS DEORVM DEARVMQVE, *ſi vt poetis, nobis quoque mos eſſet, libentiùs* INCIPEREMVS, *vt orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent.*

CÆTERVM inter ſollemnes ritus & precationes, generaliter Deos omnes, PATRES nuncupatos, Lactantius lib. IIII. Inſtitut. diuinar. tradit, non tantùm honoris gratia, verumetiam rationis. *Itaque* addit, *& Iupiter à precantibus* PATER *vocatur, & Saturnus, & Liber, & cæteri deinceps Dij*: Quod his Lucilij verſibus confirmat:

Vt nemo ſit noſtrûm quin aut PATER *optimus diuûm,*
Aut Neptunus PATER, *Liber, Saturnus* PATER, *Mars,*
Ianus, Quirinus PATER, *nomen dicatur ad vnum.*

Seruius in I. Georgic. ad ea verba, *Huc* PATER *ô Lenæe*, & in lib. I. Æneid. ad eū verſum, *Iam* PATER *Æneas*, PATRIS epitheton omnium generaliter Deorum eſſe admonet. Idémque in lib. III. Æneid. in explicatione horum verborum, *Da* PATER *augurium*, PATRIS nomen religionis eſſe notat, hominibúſque & montibus & fluuiis, & numinibus à Virgilio dari, exemplis comprobat. Agellius lib. V. cap. XII. *Iouem Latini veteres à iuuando appellauere, eundémque alio vocabulo iuncto*, PATREM *dixerunt. Nam quod in eliſis aut immutatis quibuſdam literis Iupiter, id plenum atque integrum eſt*, IOVIS PATER. *Sic &* NEPTVNVSPATER *coniunctè dictus eſt, &* SATVRNVSPATER, *&* IANVSPATER, *&* MARSPATER: *hoc enim eſt* MARSPITER. *Itémque* IOVIS, DIESPITER *appellatus eſt, id eſt dici & lucis pater. Idcircóque ſimili nomine* DIIOVIS *dictus eſt.* Quo in loco obiter obſeruanda eſt vox hæc, IOVIS, recto caſu, qua antiquitus Iupiter ſignificabatur. Nam hoc antiquis in vſu & conſuetudine fuiſſe, Varro lib. VII. de ling. Lat. ſemel atque iterum tradit. Hyginus in Fabulis cap. CCXX. *Dum deliberat ſecum quidnam feciſſet, interuenit* IOVIS, *rogat eum Cura vt ei daret ſpiritum, quod facilè ab Ioue impetrauit: cui cùm vellet Cura nomen ſuum imponere*, IOVIS *prohibuit.* Et mox, *Dum de nomine Cura &* IOVIS *diſceptarent.* Rurſus ibidem, *Tu* IOVIS *quoniam ſpiritum dediſti, corpus recipito.* Eodémque caſu hoc nomen vſurpat D. Auguſtin. lib. VII. de Ciuit. Dei, cap. IX. XIIII. & XV. Sic &

VEIOVIS

VEIOVIS vocandi caſu in Formula deuotionis vrbium apud Macrobium lib. III. Saturnal.cap.IIII. Mars etiam PATER vocabatur, vt ex Liuio lib.VIII. Valer.Max.lib.I. cap.VIII.& Ped. Albinou in Conſolat.ad Liuiam patet. Ouid.lib. I .de Arte aman.

Márſque PATER, *Cæſárque* PATER *date numen eunti.*

Macrob.lib.I.Saturnal.cap.XII. *Cùm hodie quoque in ſacris Martem* PATREM, *Venerem* GENITRICEM *vocemus.* MARSPITER verò in precibus, tecto caſu abſque vllo obliquo antiquitus vſu tritum erat, vt Varro lib.VII.& VIII.de Ling.Lat.ſcribit. Macrobius tamen accuſandi caſu poſuit lib.I.Saturnal.cap.XIX. *Certè,* inquiens, *Romani vtrumque* PATRIS *appellatione venerantur: alterum Liberum* PATREM, *alterum* MARSPITREM, *id eſt, Martem* PATREM, *cognominantes.* Meminit & Priſcian.in lib.de duodecim carminib. Ianum etiam PATREM appellatum præter Lucilium & M.Catonem lib.de re Ruſt. cap.CXXXIIII. Virgilium lib. VIII.Æneid. Horat.Satyr.VI. lib.II. Serm.& Epiſt.XVI. lib.I. Plinium lib.XXXVI.cap.V. Martial. lib.VIII.Epigram. II. Iuuenal. Sayrt.VI. docet Athenæus lib.vlt. *Ἰανὸς*, inquiens, ὁ παρ᾽ ἡμῶν θεὸς, ὃν ΠΑΤΕΡΑ προσαγορεύομεν. Macrob.lib.I. Saturnal.cap.XVII. *Vnde nos quoque Ianũ* PATREM *vocamus, Solem ſub hac appellatione venerantes.* Bacchum quoque PATREM vocat Ouid.lib. XIII. Metamorphoſ. Quinimò, vt ipſa Seruij in lib.I. Georgic. verba in ius meum tranſcribam, PATER licet generale eſſet omnium Deorum, tamen propriè Libero ſemper cohærebat. Nam Liber PATER vocabatur. Nec nõ Pluto DISPATER appellabatur, teſtibus Cicerone lib.II.de Nat.Deor. D.Auguſtino lib.VII.de Ciuitate Dei cap.XXIII.& Pub.Victore in X.regione vrbis. Quin & Tiberinus (quem inter numina relatum, & in numero Deorum habitum ex Varro.lib.IIII.de lingua Lat.& D.Auguſtino lib.IIII.de Ciuitate dei cap XXIII. & lib. VI.cap.X.conſtat) PATER vocatur ab Horatio Coclite, apud Liuiũ lib. II. vt & à Virgilio lib.IIII.Georgic.& lib.VI.Æneid.& à Claudiano in lib. de bello Getico, & à Ped.Albinouano in carmine conſolatorio ad Liuiam.

ATQVE VT DEOS PATRES, ſic & Deas MATRES appellabant. Veſtam enim MATREM Cic.vocat in Orat.de haruſpicũ reſponſ. TELLVS etiam, quæ eadem Bona Dea & Terra, Fauna, Ops & Fatua, in ſacris MAGNA MATER vocabatur, vt Macrob. lib. I. Saturn.cap.XII. Sed & in carmine deuotionis vrbium, quod ab eodem Macrob. lib III. Saturnal. cap.IX. refertur, & à Liuio lib.VIII.& Sueton. in Tiberio cap.LXXV. Arnob.lib. VII. TERRA MATER appellatur. Vnde Plinius lib. XVIII. cap. III. *Non tamen,* ait, *ſurda Tellure, quæ* PARENS *appellatur, coliq; dicitur, & ipſa honore hinc aſſumpto.* Similiter Matutam MATREM vocant Liuius lib.V.& lib. XXIIII. & XXV. Ouidius lib.VI.Faſtor. Lactant. lib. I.cap.XXII. Seruius in lib. VI. Georgic. ad ea verba, *& Inoo Melicertæ*, & in lib. V.Æneid. ad ea verba. *Et pater ipſe manu.* Paulus ex Feſto: MATREM MATVTAM *antiqui ob bonitatem appellabant.* Et aliâs, *Mana bona dicitur, vnde &* MATER MATVTA.

NEC hoc prætermiſerim, in precationibus Deos plerumque SANCTOS appellatos. Apud Liuium namq; lib.II.Horatius Cocles Tiberinum ita precatur: *Tiberine* PATER, TE SANCTE *precor, hæc arma & hunc militem propitio flumine accipias.* Cic.Philipp.II. *Prò* SANCTE *Iuppiter.* Et lib. II. de Nat.Deor. O SANCTE *Apollo, qui vmbilicum terrarum certum obſides.* Idem lib.IIII.Tuſculanar.quæſt.verſum hunc citat, *Te Apollo* SANCTE, *fer opem, téque omnipotens Neptune, inuoco.* Virgil.lib.IIII.Æneid.

--Sequimur te SANCTE *deorum*

Quiſquis es.--

Ouidius lib.II.Faſtor.

Et cantant laudes Termine SANCTE *tuas.*

Tibullus Eleg.I.lib.II.ad Cupidinem:

SANCTE *veni dapibus feſtis.*

Idémq; lib. IIII. Apollinem SANCTVM vocat, & Genium SANCTVM, & Iunonem SANCTAM, & Priapum SANCTVM. In veteri inſcriptione eſt, IOVI CONSERVATORI & IVNONI SANCTÆ ſacrum. Sic & Virgilius in Ceiri PALEM SANCTAM, & Ouidius Epiſt.XIX.Heroid, Dianam SANCTAM.& Seneca in Medea Act.III. Sc.I. SANCTAM Iuſtitiam, & Gratius in lib. de Venat. Vulcanum SANCTVM.Claudian.in lib.III.de Rapt. Proſerp. Cererem & Cybelem SANCTAS

appellant. Arnobius lib. VII. aduerſ. gent. *Aeſculapius iſte, quem prædicatis, Deus præſtans,* SANCTVS *Deus, ſalutis dator.* Idem lib. IIII. Herculem SANCTVM Deum nuncupat. Sed & in veteribus aliquot inſcriptionib. SILVANVS SANCTVS vocatur. Et alibi, SILVANO ET HERCVLI SANCTISSIMIS DEIS. In alia eſt, BONÆ DEÆ SANCTÆ SACRVM. Et aliâs, CAMVLO DEO SANCTISSIMO SACRVM. Item, LIBERO PATRI SANCTO SACRVM. Denique SANCTOS Deos appellant Tibull. Eleg. III. lib. I. & Ouidius lib. II. Amor. Eleg. VI. Idémque lib. I. Faſtor. Auguſtum, (cui etiamnum viuo diuinos honores habitos conſtat, & quem ipſemet recentem & nouum cælitem vocat lib. IIII. de Ponto) hoc nomine ornat, SANCTE, inquiens, *pater patriæ.* Eodémque modo Valer. Flac. lib. I. Argonautic. Veſpaſianum vt numen inuocans, quem etiam cælo dicatum à Tito Plinius in Panegyrico ſcribit, SANCTVM patrem appellat. Apud eundem lib. VI. quidam paternos manes inuocans,

> SANCTE, ait, *mihi Voraptę pater, tua pectora nato*
> *Suggere nunc.* —

INTERDVM & Dij DOMINI vocabantur, & hoc illis epitheton Ouidius tribuit lib. III. Amor. Eleg. IX. Sol quoque DOMINVS nominatur in quadam veteri inſcriptione. Similiter & Deas DOMINAS vocabant. Petron. Arbiter in Satyrico: *Timidiſſimo murmure votum feci: &* DOMINA, *inquam, Venus.* Virgilius lib. III. Æneid. Iunonem DOMINAM vocat hoc verſu:

> *Iunoni cane vota lubens,* DOMINAMQVE *potentem*
> *Supplicibus ſupera donis.* —

Quamquam cognomen hoc ſuum ac proprium Mater Deûm fecerat. Virgilius lib. III. Æneid.

> *Et vincti currum* DOMINÆ *ſubiere leones.*

Vbi Seruius, *Sanè* DOMINAM *propriè matrem Deûm dici Varro & cæteri affirmant. Nam & ibi Proſerpina ideo à Virgilio* DOMINA *appellata, quod ipſa terra eſſe credatur, ſicut & mater Deûm.* Proinde idem Seruius in illis, quos ſupra retuli verſibus, Virgilium, Iunonem abuſiuè DOMINAM appellaſſe notat, cùm propriè nomen ſit matris Deorum. Secundum quæ propriè locutus eſt Ouid. lib. IIII. Faſtor. hoc verſu:

> *Almonis* DOMINAM *ſacráque lauit aquis.*

Proſerpinam etiam, DOMINAM vocat Virgil. lib. VI. Æneid.

QVINETIAM Dij BONI vocabantur, Horatio teſte Ode II. lib. IIII. Teſtimonio eſt illa exclamatio, Dij BONI, quam vulgi ſermone tritam, propè innumeris, Terentij, Ciceronis, aliorúmque veterum auctorũ locis confirmare facilè eſſet, ni in re minimè obſcura teſtibus vti non neceſſariis putidæ eſſet diligentiæ. Indicat & Perſius Sat. II. his verbis:

> *Dic agedum Staio,* PRO IVPITER, ô BONE *clamet* IVPITER.

Atque ita IVNO BONA à Virgil. lib. X. Æneid. & Capitolino in Diadum. & VENVS BONA vocatur à Plauto Ruden. Act. II. Sc. I.

DEOS *quoque* PVLCHROS, & Deas PVLCHRAS vocabant. Sic Ouid. lib. XV. Metamorph. Æſculapium PVLCHERRIMVM, & Martial. lib. X. Epigram. XXVIII. Ianum PVLCHERRIMVM, & Horat. lib. I. Epiſt. XVI. Lauernam PVLCHRAM, & Martianus Capella lib. I. Iunonem PVLCHRAM in precibus appellant.

ALMAS præterea Deas plerumque vocatas inuenio. ALMA vtique Tellus à Columella lib. III. cap. X. dicitur. Virgil. lib. X. Æneid.

> ALMA *parens Idæa deûm.* —

Vbi Seruius, ALMA *propriè eſt Tellus, ab eo quod nos alat: abuſiuè etiam aliis numinibus hoc epitheton datur.* Paulus in Feſti Epitome: ALMA, *ſancta, ſiue pulchra, vel alens, ab alendo ſcilicet.* ALMA etiam Ceres vocatur à Virgil. lib. I. Georg. & ALMA Venus, à Plauto Ruden. Act. III. Sc. III. Lucret. lib. I. Virgil. lib. I. & II. Æneid. Ouidio lib. XIIII. Metamorph. & lib. IIII. Faſtor. & lib. II. Triſt. Eleg. I. vt & Maia ALMA ab Horat. lib. I. Carm. Ode II. & Muſæ ALMÆ ab eodem lib. III. Carm. Ode IIII. & Nereides ALMÆ à Cicerone in Arato. Solem quoque ALMVM vocat Horat. in Carm. ſæcul.

ILLVD ſummè notandum eſt, IANVM in omnibus ſacrificiis precationibúſque, primum

trium inuocatum, eúmque cæteris Diis, atque adeò Ioui ipſi præponi conſueuiſſe: quod ex Varrone D. Auguſtin. lib. VII. de Ciuit. Dei cap. IX. diſertè tradit. Fabius Pictor lib. I. de IANO. *Primus aras & pomeria in ſacris docuit, & ob id illi in omni ſacrificio perpetua præfatio præmittitur, fárque illi ac vinum primò prælibatur.* Similiter Macrobius lib. I. Saturn. cap. IX. *Xenon quoq; primo Italicarum tradit, IANVM in Italia primùm Diis templa feciſſe, & ritus inſtituiſſe ſacrorum: ideò eum in ſacrificiis præcationem meruiſſe perpetuam. Eáque de cauſa Fab. Max. Pontifex*, vt idem Macrob. lib. I. cap. XXVI. refert, *negabat oportere atro die parentare: quia tunc quoque IANVM Iouémque præfari neceſſe eſſet. quos nominari atro die non oportebat.* Seruius in lib. I. Æneid. ad verſum, *Cana fides & VESTA, VESTA*, ait, *ſignificat religionem, quia nullum ſacrificiū ſine igne eſt. Vnde & ipſa, & IANVS in omnibus ſacrificiis inuocantur.* Cic. lib. I. de Nat. Deor. *Cumque in omnibus rebus vim haberent maximam prima & extrema, principem in ſacrificando IANVM eſſe voluerunt.* Et mox de Veſta: *Itaque in ea Dea, quæ eſt rerum cuſtos intimarum, omnis & precatio & ſacrificatio extrema eſt.*

VETERES etiam à IANO precationes auſpicatos teſtatur Horatius, Epiſt. XVI. lib. I. cùm ait:

Quandocunque Deos, vel porco, vel boue placat:
IANE PATER, *clarè, clarè, cùm dixit: Apollo,*
Labra mouet metuens audiri. — Vnde Martial. lib. X. Epigram. XXVIII.
Annorum, nitidique ſator PVLCHERRIME *mundi,*
Publica quem primum vota precéſque canunt?

Paulus ex Feſto in verbo *Chaos*: *Vnde IANVS detracta aſpiratione, nominatur, ideò quòd fuerit omnium primus, cui primò ſupplicabatur velut parenti, & à quo rerum omnium factum putabant initium.* Arnob. lib. III. aduerſ. gent. de IANO. *Atque ita per vos, Dei nomen creditur, quē in cunctis anteponitis precibus, & viam vobis pandere ad Deorum audientiam creditis.* Aurel. Victor in Breuiario hiſtoriæ Rom. *In ſacris omnibus primum locum IANO detulerunt: vſque eo vt etiam cum aliis Diis ſacrificium fit, dato ture in altaria, IANVS prior nominetur, cognomento quoque addito* PATER. Exemplum verò ſi quis requirat, vltrò ſeſe offert deuotionis formula, in qua IANVS Ioui præponitur: principium enim habet huiuſmodi: IANE, *Iupiter, Marſpiter, Quirine, Lares* & reliqua. Cauſam verò huius ritus adfert Ouid. lib. I. Faſtor. his verſibus qui interrogatione & reſponſione conſtant;

Mox ego. Cur quamuis aliorum numina placem,
IANE *tibi primùm, tura merúmque fero?*
Vt poſſis aditum per me, qui limina ſeruo,
Ad quoſcunque voles, inquit, habere Deos.

Eiuſdem ritus paullò copioſiùs Macrob. lib. I. Saturn. cap. IX. rationem reddit, inquiens, IANVM *quidem Solem demonſtrari volunt potentem, qui exoriens aperiat diem, occidens claudat: inuocarique primum, cùm alicui deo res diuina celebratur, vt per eum pateat ad illum deum, cui immolatur, acceſſus: quaſi preces ſupplicum per portas ſuas ad deos ipſe tranſmittat.* Seruius in VII. Æneid. ad verſum: *— nec cuſtos abſiſtit limine* IANVS. *Quidam*, ait, IANVM *Eanum dicunt, ab eundo; eúmque eſſe Martem, & quod apud Romanos plurimùm poteſt, ideò primum in veneratione nominari: alij* IANVM *aërem credunt: & quia vocis genitor habeatur, idcirco mandari ei preces noſtras, ad Deos perferendas.*

DENIQVE initiorum omnium poteſtatem habere IANVS credebatur, quemadmodum D. Auguſtinus lib. VII. de Ciuit. Dei cap. II. & III. ſcribit: eíque omne principium conſecratū erat, vt ait Seruius in lib. V. Æneid. ad ea verba, *Nexæque ære trabes.* Ex quibus lucis aliquid adferri videtur his Catonis lib. de re Ruſt. I. cap verbis, quibus, antequam Marti ſuouitaurilibus lactentibus fiat, IANVM, ait, *vino præfamino*: & cap. CXXXIIII. *Ture, vino*, IANO, *Ioui, Iunoni præfato.* Nec dubium eſt Deum hunc ex eorum numero fuiſſe, quos inter ſacrificandum Romanos magiſtratus inuocare conſueuiſſe Herodianus lib. V. refert.

IANVS verò, ſicut Macrob. lib. I. Saturnal. cap. IX. & Seruius in VII. Æneid. notant, CLVSIVII, ſeu CLVSII, & PATVLCII cognominibus in ſacris inuocabatur, idcircò, quòd bello eius valuæ patebant, pace claudebantur. Quod facem præfert Ouid. lib. I. Faſtor. cuius ea de cauſa verſus ipſos apponam:

Inde vocor IANVS, *cui cùm Cereale ſacerdos*
Imponit libum, farráque miſta ſale:
Nomina ridebis, modò namque PATVLCIVS *idem,*
Et modo pacifico CLVSIVS *ore vocor:*
Scilicet alterno voluit rudis illa vetuſtas
Nomine, diuerſas ſignificare vices.

QVIN ETIAM GEMINI, QVIRINI, CONSIVII, IVNONII & CVRIATII nominibus IANVS colebatur: IANI GEMINI mentio fit à Varrone lib. IIII. de ling. Lat. Vell. Pater. lib. II. Plin. lib. XXXIIII. Nat. hiſtor. cap. VII. Sueton. in Nerô. cap. XIIII. & auctore libri de Vir. illuſtrib. cap. III. Ac IANVS quidem, BIFRONS, vt Virgil. lib. VII. & XII. Æneid. loquitur, vel, vt Ouid. lib. I. Faſtor. & lib. IIII. de Ponto Eleg IIII. BICEPS, vel, vt idem lib. V. Faſtor. BIFORMIS, & vt Plutarch. ἐν αἰτίοις, διπρόσωπος, aut vt in Numa, ἀμφιπρόσωπος fingebatur. Ideóque Geminus QVADRIFONS erat, vt Fab. Pictor lib. de Aureo ſæculo, & D. Auguſtin. lib. VII. de Ciuit. Dei ſcribunt, vel, vt apud Macrobium, Baſſus lib. I. Saturnal. cap. IX. ſcribit, QVADRIFORMIS. QVIRINVM autem inuocabant IANVM, quaſi bellorum potentem, ab haſta, quã Sabini CVRIM vocabant: quo cognomine IANVS appellatur in lege Regia, quam Feſt. Pomp. in voce, *Opima* refert, & ab Horatio Ode XV. lib. IIII. & Sueton. in Auguſto cap. XXII. CONSIVIVM verò, Macrobio interpetre, inuocabant, à conſerendo, id eſt propagine generis humani, quam IANO auctore conſeri credebant. IVNONIVM, quaſi omnium menſium ingreſſus, & Kalendas tenentem, cuius rei Seruiũ in lib. VII. Æneid. & Macrob. non modò cap. X. ſed & XV. lib. I. Saturnal. auctores habeo. Poſtremò, CVRIATIO IANO aram conſecratam Feſt. Pomp. in verbo, *Sororium Tigillum*, tradit.

PROPRIA etiam & peculiaria Deo cuique cognomina attributa fuiſſe ſciendum eſt. Veluti Ioui, OPTIMI MAXIMI cognomen, quemadmodum Lactant. lib. I. Inſtitut. diuinar. cap. X. docet: *Quid omnium, inquiens, horum pater, Iupiter, qui in ſollenni precatione,* OPTIMVS & MAXIMVS *nominatur?* Arnob. lib. I. aduerſ. gent. *Cùm à vobis & Iupiter* OPTIMVS ET MAXIMVS *habeatur.* Et quidem, vt Cic. lib. I. de Nat. Deor. obſeruauit, antè OPTIMVS, id eſt beneficentiſſimus quàm MAXIMVS dicebatur: quia maius eſt, certéque gratius omnibus prodeſſe, quàm opes maximas habere. Idcirco Plinius in Panegyrico: *Parens, ait, hominum, deorúmque* OPTIMI *prius, deinde* MAXIMI, *nomine colitur.* Ibidémque Traiano iuſtis de cauſis Senatum populúmque Romanum OPTIMI cognomen adieciſſe, meritóque ei poſt cæteras appellationes hanc eſſe additam, vt maiorem, ſcribit. Quo etiam cognomine ſibi à Senatu delato eundem principem magis quàm Parthici gloriatum Xiphilinus refert: Τά τε ἄλλα, inquiens, ἐψηφίζετο αὐτῷ πολλὰ ἡ βουλὴ καὶ ΟΠΤΥΜΟΝ εἶτ' οὖν ἄριστον ἐπωνόμασεν. Et mox: Καὶ ὠνομάσθη μὲν ἐπί τε Νίσιβιν ἑλεῖν καὶ τὰς Βάτνας, Παρθικὸς, πολλῷ δὲ μᾶλλον ἐπὶ τῇ τοῦ ΟΠΤΥΜΟΥ προσηγορίᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις ξυμπάσαις, ἅτε καὶ τὸν τρόπον αὐτοῦ μᾶλλον ἢ τῶν ὅπλων οὔσῃ ἐσεμνύνετο. Eiúſq; appellationis ſplendore & gloria Traianus in numis ſuis ſæpe decoratur.

IOVEM autem idcirco OPT. MAX. veteres appellaſſe, Cic. lib. III. de Nat. Deor. docet, quòd eos ſaluos, incolumes opulentos, copioſos efficeret. Et hoc cognomine L. Æmilius Paulus, & Manlius apud Liuium lib. VI. Iouem precantur. Quo in genere loquendi ſuperlatiuum pro poſitiuo poni, & nulli comparari Donatus notauit. Cuius dicti hanc eius interpres Seruius rationem reddit, quia non ſunt alij Ioues, quorum vnus bonus, alter melior ſit, vnde poſſit hic dici OPTIMVS.

HOC verò OPTIMI MAXIMI cognomen IOVIS CAPITOLINI proprium fuit. Cicero prô domo ſua: *Quocirca te,* CAPITOLINE, *quem propter beneficia, populus Rom.* OPTIMVM, *propter vim* MAXIMVM nominauit. CAPITOLIVM certè templum Iouis OPTIMI MAXIMI dicitur apud Liuium lib. XXII. & auguſtiſſima domus IOVIS OPTIMI MAX. apud eundem lib. III. Plinius lib. XXVIII. cap. II. poſt Hetruriæ vates conſultos de capite humano inuento in Capitolino delubro, pronuntiatum fuiſſe ſcribit: *Hic templum* IOVIS OPT. MAX. *futurum eſt.* Proinde in Saguntinorum legatorum oratione, quæ à Liuio lib. XXVIII. ponitur, IVPITER OPT. MAX. præſes Capitolinæ arcis appellatur.

OMNIPO-

OMNIPOTENTIS etiã titulo IVPITER inuocatur in precibus apud Virg. lib. IIII. & lib. IX. & XII. Æneid. quo nomine exaudiendus eſt lib. I. III. & IIII. Æneid. Atq; ita nũcupatũ oſtẽdũt Soranus apud D. Auguſt. lib. VII. de Ciuit. Dei, cap. IX. & XI. & Arnob. lib. III. aduerſus gent. Eundémque DEVM HOMINVMQVE PATREM non poëtæ modò appellant, ſed & qui ſoluta oratione ſcripſerunt. Apud Liuium namq; lib. VIII. Manlius Torquatus Conſul Iouem implorans, *Haud fruſtra*, inquit, *te* PATREM DEVM HOMINVMQVE *hac ſede ſacrauimus*. Sed & Plinius in Panegyrico eum DEORVM HOMINVMQVE PARENTEM nominat. Arrian. lib. I. Epictet. cap. XIX. de Ioue, Καὶ τὸ λυπηρὸν αὐτὸς ὁ Ζεὺς, ἀλλ᾽ ὅταν θέλῃ εἶναι ὑέτιος καὶ ἐπικάρπιος καὶ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

IDEM & REX vocabatur. Indicat hoc Liuius lib. III. quo loci M. Horatius Barbatus Reges Valeriis & Horatiis ducibus expulſos fuiſſe vociferans, addit, *Nec nominis tum pertæſum eſſe, quippe quo Iouem appellari fas ſit, quo Romulum conditorem vrbis, deincépsque* REGES *appellatos: quod ſacris etiam vt ſollemne retentum ſit.* A Virgilio ſanè DIVVM PATER ATQVE HOMINVM REX, non ſemel appellatur. Varro lib. V. de lingua Lat. de Iouis nomine diſſerens: *Eundémque, ait, appellans dicit Ennius,*

DIVVMQVE HOMINVMQ. PATER REX. Ouid. lib. II. Triſt. Eleg. II. de Ioue:
Iure igitur, GENITORQVE DEVM, RECTORQVE *vocatur.*

Plautus Captiuis Act. III. Sc. IIII. *Ita me* REX DEVM ATQVE HOMINVM *faxit patriæ compotem.* Similitérq; Amphitruo. Act. V. Sc. I. & in Prologo Rudentis, IMPERATOR DIVVM ATQVE HOMINVM dicitur.

MAGNVS etiam IVPITER vocatur ab eodem Plauto Pœn. Act. V. Sc. III. & à Torquato apud Liuium lib. VIII. Idémque SVMMVS nominabatur. Ennius Hecuba referente Nonio, IVPITER tibi SVMME *tandem re malè geſta gratulor.* Plaut. Amphitruo Act. II. Sc. II. SVMME IVPITER, *quid ego video?* quo iisdem nomine vocatur eiuſdem Comediæ Act. V. Sc. vlt. & Pſeudolo Act. I. Sc. III. Menæchmis Act. V. Sc. II. Moſtellar. Act. I. Sc. III.

EVMDEM & SVPREMVM appellabant. Plautus Captiuis Act. IIII. Sc. I. IVPITER SVPREME SERVÃS ME. Terent. Adelph. Act. II. Sc. I. Prò SVPREME IVPITER. vbi Donatus, SVPREMVM, ait, *nunc dicit ſummum, ab eo quod eſt ſuperum. & ſuperius.* Idem SVPREMVS REX vocatur à Plauto Amphitruo Act. II. Sc. II. & SVPREMVS IVPITER eiuſdem Comœd. Act. V. Sc. I. & Menæchmis Act. V. Sc. IX. Ciſtellar. Act. II. Sc. I. Moſtell. Act. II. Sc. I. Captiu. Act. IIII. Sc. I. Pœn. Act. V. Sc. III. Denique inter alia multa epitheta in Perſa Act. II. Sc. III.

INTERDVM ſcenicus ille atque imaginarius, DEORVM HOMINVMQVE REX, DIESPITER nominabatur, quaſi diei & lucis pater, vt explicat Agellius lib. V. cap. XII. Varro lib. IIII. de ling. Lat. *Hoc idem magis oſtendit antiquum Iouis nomen. Nam olim* DIIOVIS *&* DIESPITER *dictus, hoc eſt aer, & dies pater. A quo Dei dicti, qui inde, & dies, & dius, & diuus.* Macrob. lib. I. cap. XV. *Nam cùm Iouẽ accipiamus lucis auctorẽ, vnde &* LVCETIVM *Salij in carminibus canunt, & Cretenſes* Δία, τὴν ἡμέραν *vocant: ipſi quoque Romani* DIESPITREM *appellãt, vt diei patrẽ.* Vox cẽrtè iſta Iouẽ ſonat in formula iuriſiurãdi à Feſto prodita in verbo, *Lapidem*, & apud Plaut. Captiu. Act. IIII. Sc. III. Pœn. Act. III. Sc. IIII. & Act. IIII. Sc. II. Horat. lib. I. Carm. Ode XXXIIII. & lib. III. Ode II. Meminit & Seruius in lib. IX. Æneid. & Priſcian. in lib. de XII Carminib. & D. Aug. lib. IIII. de Ciuit. Dei cap. XI.

ALIIS prætetea multis nominum, vt cum Minutio Felice in Octauio dicam, additamentis Iupiter Romæ colebatur, veluti STATORIS, FERETRII, ELICII, FAVNI, LVCETII, VICTORIS, INVICTI, VIMINII, FAGVTALIS, LATIARIS ſeu LATIALIS, HERCEI, OPITVLI, ſeu OPITVLATORIS, TONANTIS, VETORIS, CVSTODIS, PISTORIS, INVENTORIS, PRÆDATORIS, IMPVLSORIS, STABILITORIS, CENTVMPEDÆ, SVPINALIS, TIGILLI, ALMI, RVMINI, DAPALIS, ARBITRATORIS, PROPVGNATORIS, HOSPITALIS, SALVTARIS, PAGANICI, CONSERVATORIS, SOSPITATORIS, SERVATORIS, AVGVSTORVM ET CÆSARVM DEFENSORIS & TVTATORIS SALVTIS AVGG. FVLGERATORIS ſeu FVLGVRATORIS, FVLMINATORIS: eiq; tẽpla, delubra, fana, ſacella & ſigna his titulis dicata, cõſecratáq; erãt. Quæ omnia ſi quis teſtimoniis cõprobari deſide-

ret, ei hac in re officium meum deeſſe non patiar: nec ſum neſcius fore, vt hic noſter ingratus & inglorius labor in varios faſtidioſorũ hominũ ſermones incurrat. Plerique enim me poſt eos, qui ex profeſſo hoc argumentum tractarunt, actum agere, & operam ludere, iudicabũt: qui hoc à me reſpõſum ferẽt, ægrè ferre eos nõ debere, ſi illi qui ſyntagmata accuratè & copioſè cõſcripſerunt, nobis è ſegete ad ſpicilegiũ reliquerint ſtipulã. Fiẽt etiã, qui miſeram aut nimiam diligentiã reprehendant. Sed ſi quis eſt, qui ſe prodeſſe ſtudeat plurimis, in his ego pridem nomen profeſſus ſum meũ: & quod iſti vitio vertẽt, id fortaſſe alij laudi ducent: dabunt certè mihi veniã æquiores iudices, gratiam etiã nonnulli habebunt. Reliquorũ, qui iniquiores ſunt, faſtidium nihil moror. In hac tamen re ne prolixitas tædium pariat, cum modũ tenebo, vt rerum copia verborum copiam nõ gignat. Cui cordi erit legere ſatis habeat & auctorẽ, & voluminis ordinem eſſe monſtratũ. Fontes enim aperire ſufficit, è quibus, quantũ, quóq; modo videbitur, haurire, & ſitim explere quiſque poterit: Vt ergo IOVIS titulos retexamus, de eius cognominibus hi ſunt conſulendi auctores. De STATORE quidem, Cicer. lib. III. de Finib & Orat. I. & II. in Catilin. & Philipp. II. Ouid. lib. VI. Faſt. Liu. lib. I. Plin. hiſt. Natur. lib. II. cap. LIII. Auctor libri de viris illuſtrib. cap. II. Senec. lib. II. de Benefic. Macrob. lib. III. Saturn. cap. IIII. D. Aug. lib. III. de Ciuit. Dei. Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. II. Plutarch. in Romulo, & in Cicer. Seru. in VIII. Æn. De FERETRIO, Liu. lib. I. & lib IIII. Plutarch. in Romulo & Marcello, Dionyſ. Halicarn. lib. II. Propert. lib. IIII. Eleg. x. Cornel. Nepos, ſiue quis alius eſt, in vita Attici, Plin. lib. II. Natur. hiſt. cap. LIII. Auctor lib. de vir. illuſtr. cap. II. Dio lib. XLIIII. & LV. Feſt. Pomp. in verbo *Feretrius*, & verbo *Opima*. Solin. in Polyhiſtor. De ELICIO Varro lib. v. de lingua Lat. Liuius lib. I. Plinius lib. II. Natural. hiſtor. cap. LIII. Auctor lib. de viris Illuſtrib. cap. IIII. Ouid. lib. III. Faſtorum. Arnob. lib. v. aduerſ. gent. Plutarch. in Numa. De FAVNO, Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. VII. De LVCETIO, Agell. lib. v. cap. XII Macrobius lib. I. Saturnal. cap. XV. Feſtus Pompeius & Seruius in IX. Æneid. De VICTORE Liuius lib. x. Ouid. lib. IIII. Faſtorum D. Auguſt. lib. VII. de Ciuit. Dei cap. II. & numi Domitiani. DE INVICTO Cic. lib. II. de Legib. Ouid. lib. VI. Faſtorũ Horat. lib. III. Carm. Ode XXVII. Sil. Italic. lib. XII. D. Auguſtin. lib. VII. de Ciuit. Dei cap. I. De VIMINIO, Varr. lib. IIII. de ling. Lat. Feſt. Pomp. in verbo, *Viminalis porta*. Sext. Ruf. & Pub. Victor in v. regio. vrb. De FAGVTALI, Varr. lib. IIII. de ling. Lat. Plin. lib. XVI. Natur. hiſtor. cap. x. De LATIARI ſeu LATIALI, Cicer. pro Milone, Liu. lib. XXI. Lucan. lib. I. Plinius lib. XXXIIII. Natur. hiſt. cap. VII. Feſt. in verbo, *Oſcillũ*, Lactant. lib. I. cap. XXI. Minutius Felix in Octauio, Dionyſ. Halicarn. lib. IIII. Dio lib. XLIII. De HERCEO, Ouid. in Ibin. Seneca in Agamemnone Act. III. Sc. I. Feſt. Põp. & Seru. in lib. II. Æn. De OPITVLO ſeu OPITVLATORE, Feſt. Põp. De TONANTE, Suet. in Aug. cap. XXIX. Senec. lib. IIII. de Benefic. Plin. lib. II. Natur. hiſt. cap. VIII. & lib. XXXIIII. cap. LIII. Dio lib. LIII. Sext. Ruf. & P. Victor in regio. VIII. vrb. & numi Auguſti. De VLTORE, Plin. lib. XXXVI. Nat. hiſt. cap. XV. & numi Alexandri Seueri. De IMPERATORE, Cicero lib. VI. in Verr. Liu. lib. VI. Pub. Victor & Sext. Ruf. in VIII. regio. vrb. De CVSTODE, Cornel. Tacit. lib. XIX. Vetus inſcriptio, & Domitiani denarij. De PISTORE, Ouid. lib. VI. Faſt. & Lactãt. lib. I. cap. XX. De INVENTORE, Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. I. & Aurel. Victor in origine gentis Rom. & numi Traiani. De PRÆDATORE, Seru. in III. Æneid. ad verſum —*Ipſúmque vocamus Ad partem prædámque Iouem*— De IMPVLSORE, D. Auguſt. lib. VIII. de Ciuit. Dei cap. II. De STABILITORE, Senec. lib. IIII. de Benefic. D. Auguſt. lib. VII. de Ciuit. Dei cap. VII. De CENTVMPEDA, SVPINALI, TIGILLO, RVMINO, D. Auguſtin. lib. VII. de Ciuit. Dei cap. II. De DAPALI, Cato de re Ruſt. cap. CXXXII. Seru. in IX. Æneid. De ARBITRATORE, Pub. Victor in x. regio. vrb. De PROPVGNATORE, vetus inſcriptio, & numi Septimij Seueri. De HOSPITALI, Cicer. lib. III. de Finib. & Orat. pro rege Deiotaro, & lib. II. Epiſt. ad Q. Fratrem, & Ouid. lib. x. Metamorph. De SALVTARI idem Cic. lib. III. de Finib. De PAGANICO, vetuſtæ inſcriptiones. De CONSERVATORE, Cornel. Tacit. lib. XIX. adeundus eſt. De reliquis appellationibus, ad veteres numos & lapides, quorum ex fide & auctoritate nituntur, lectorem reiício.

IVNO etiam REGINÆ, LVCINÆ, OPIGENÆ, MONETÆ, SOSPITÆ, MATVTÆ, IVGÆ ſeu IVGALIS, CINXIÆ, ITERDVCÆ, DOMIDVCÆ, CAPROTINÆ, POPVLONEÆ, FLVONIÆ, POMONÆ, CVRITIDIS, SORORIÆ,

FEBRVTIDIS ſeu FEBRVALIS aut FEBRVATÆ, MARTIALIS, MATRONÆ, MAGNÆ ſeu MAXIMÆ appellationibus inuocabatur. Ac primùm de REGINA, teſtes extant Varro lib. IIII. de ling. lat. Cicer. in Orat. antequàm iret in exilium. Ouid. lib. II. Faſtor. Liuius lib. V. & VI. Valer. Max. lib. V. cap. X. Arnob. lib. VI. Pub. Victor in XIII. regione vrbis, Plutarch. in Camil. Seruius in lib. I. Æneid. ad ea verba, *Quo numine læſo*, & in VIII. Æn. ad verba, *Tibi maxima Iuno*, D. Auguſtin. lib. VIII. de Ciuit. Dei cap. III. De LVCINA, Varro lib. IIII. de ling. Lat. Ouid. lib. VI. Faſtor. Iul. Obſeq. lib. de Prodig. Pub. Victor in V. regio. vrb. Seruius in lib. I. & VIII. Æneid. De OPIGENA, Feſt. Pomp. & Martian. Capella lib. I. Eáque fortaſſis (nihil enim affirmo) in Arnobij corruptis libris OSSIPAGINA vocatur. De MONETA, Cicer. lib. I. de Diuinat. Ouid. lib. III. & VI. Faſtor. Liuius lib. VII. Valer. Max. lib. I. cap. VIII. Macrob. lib. II. Saturn. cap. XII. Solin. in Polyhiſtor. De SOSPITA, Cicero lib. I. de Natur. Deor. & in Orat. pro Muræna. Ouid. lib. II. Faſtor. Liuius lib. XXII. XXIII. & XXIIII. Sil. Italic. lib. XIII. Iul. Obſeq. lib. de Prodig. Feſt. Pomp. & Pub. Victor in X. regione vrb. De MATVTA, Liuius lib. XXXIIII. Pub. Victor in XI. regio. vrb. De IVGA ſeu IVGALI, Feſt. Pomp. Seru. in IIII. Æneid. & vet. inſcript. De VNXIA, Arnob. lib. III. & VII. aduerſ. gent. Apul. lib. VI. de Aſino aur. Martian. Capella lib. I. De CINXIA, Feſt. Pomp. Martian. Capella lib. I. Arnob. lib. III. De ITERDVCA, & DOMIDVCA, Martian. Capella lib. I. & D. Auguſtin. lib. VII. de Ciuit. Dei, cap. III. De CAPROTINA, Varro lib. V. de ling. Lat. Arnob. lib. III. Macrob. lib. I. Saturnal. cap. XI. De POPVLONEA Macrob. lib. III. Saturnal. cap. XI. Martian. Capella lib. I. Arnob. lib. III. D. Auguſt. lib. VI. de Ciuit. Dei. cap. X. De FLVONIA, Feſt. Pomp. Arnob. lib. III. D. Auguſt. lib. VII. de Ciuit. Dei cap. II. & III. De POMONA, Arnob. lib. III. De CVRITIDE, Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. II. Feſt. Pomp. in verbo, *Curiales*, & in verbo, *Celibari*. Seruius in lib. I. & VIII. Æneid. De SORORIA, Feſt. Pomp. in verbo, *Sororium tigillum*. De FEBRVTIDE ſeu FEBRVALI aut FEBRVATA, Feſt. Pomp. Martian. Capella lib. I. Arnob. lib. III. De MARTIALI, Sext. Ruf. in VIII. regio. vrb. & numi Triboniani Galli. De MATRONA, Horat. lib. III. Carm. Ode IIII. & Seruius in VIII. Æneid. ad ea verba, *Tibi Maxima Iuno*. De MAGNA ſeu MAXIMA, Virgil. lib. VIII. Æneid. & in Ceiri, & Ouid. lib. II. Faſtor.

MARS verò GRADIVI, QVIRINI, VLTORIS nominibus colebatur. GRADIVI, fit mentio à Liuio lib. I. & II. Velleio Paterc. lib. vlt. Ouid. lib. V. Faſtor. & lib. XV. Metamorph. Feſt. Pomp. Seruio in lib. I. & IIII. Æneid. QVIRINI, à Seruio iiſdem locis. VLTORIS, ab Ouid. lib. V. Faſtor. Sueton. in Auguſto. cap. XXIX. Plin. lib. XXXIIII. cap. VIII. Martial. lib. VII. Cornel. Tacit. lib. III. & XIII. Dione lib. LIIII. Ammiano Marcel lib. XXIIII. Sext Ruf. & Pub. Vict. in VIII. regio. vrb.

APOLLO quoque SANDALARII vel SANDALIARII, CÆLISPICIS, MEDICI, PALATINI, TORTORIS, SOSIANI, CONSERVATORIS & CONSERVATORIS AVGVSTORVM, CRANNI, MONETALIS PRÆSTANTIS, PROPVGNATORIS, SANCTI, PACIFERI, TVTELARIS cognominibus adorabatur. De Apolline quidem SANDALARIO vel SANDALIARIO mentionem facit Sueton. in Auguſto, cap. LVII. & Sext. Ruf. & Pub. Victor in IIII. regio. vrb. De CÆLISPICE Sext. Ruf. & Pub. Victor in XI. regio. vrb. De MEDICO Liuius lib. XL. De PALATINO, Sueton. in Auguſto cap. XXIX. & XXXI. Horat. lib. I. Epiſt. III. Dio lib. LIII. De TORTORE, Sueton. in Auguſto cap. LXX. SOSIANI meminit Plinius lib. XXXVI. cap. V. Cæteræ appellationes ex numis veteribus & inſcriptionibus excerptæ ſunt.

SIMILI modo MINERVA AVGVSTA, PACIFICA, VICTRIX, SANCTA cognominatur in veteribus numis & inſcriptionibus. Eadē CVSTOS VRBIS ROM. vocabatur. Et ita eam appellat Cic. in Orat. pro domo ſua ad Pontifices, & Epiſt. XXV. lib. XIII. Epiſtolar. Famil. Et Epiſt. III. lib. VII. ad Attic. eiq;, hoc titulo, ſignū dedicaſſe Ciceronem antequam iret in exilium, Plutarch. in eius vita, & Dio lib. XXXVIII. ſcribunt.

QVOD ad DIANAM attinet, eā AVGVSTÆ, CÆLESTIS, COMPOTENTIS, LVCIFERÆ, LVCINÆ NEMORENSIS, TRIFLICIS, TVTELARIS, VALERIANÆ, VICTRICIS, REDVCIS, CONSERVATRICIS appellationibus ornatam, in veteribus numis & inſcriptionibus inuenio.

VENVS itidē variis nominum appellationibus inuocabatur, vtputa, ERICINÆ, LI-

BITINÆ, VERTICORDIÆ, GENITRICIS, CLOACINAE, ſeu CLVACINAE, CALVAE, MVRTIAE, VICTRICIS, PLACIDAE, ALMAE. De ERICINA, adeūdi ſunt, Liuius lib. XXII. XXIII. XXX. & XXXIIII. Strabo lib. VI. Ouid. lib. IIII. Faſtor. Sext. Ruf. & Pub. Victor in V. regione vrbis. De LIBITINA ſeu LIBENTINA, Varro lib. V. de ling. Lat. Cic. lib. II. de Nat. Deor. Arnob. lib. IIII. aduerſ. gent. Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. IIII. Plutarch. in Numa & in Αἰτίοις, Nonius in voce *Prolubium*. De VERTICORDIA, Iul. Obſeq. lib. de Prodig. Valer. Max. lib. VIII. cap. vlt. Ouid. lib. IIII. Faſtor. Plin. lib. VII. cap. XXV. Solin. in Polyhiſt. cap. VII. De GENITRICE, Sueton. in Iulio, Appian. lib. III. de bell. ciuili lib. Dio lib. XLIII. & XLIX. Plin. lib. VII. cap. XXXVIII. & lib. IX. cap. XXXV. & lib. XXV. cap. IIII. & XII. Epitome Liuij lib. CXVI. Macrob. lib. I. cap. XII. Solinus in Polyhiſt. Seruius in lib. II. Georgic. ad verſum, *Baccho caperomnibus horis, Caeditur*. De CLOACINA ſeu CLVACINA, Plin. lib. XV. cap. XXIX. Varro lib. IIII. de ling. Lat. Plaut. in Curculio. Act. IIII. Sc. I. Liuius lib. III. Minutius Felix in Octauio, Cyprian. Epiſt. LVII. Lactant. lib. I. cap. XX. D. Auguſtin. lib. IIII. de Ciuit. Dei cap. XXIII. & lib. VI. cap. X. De CALVA, Lactant. lib. I. cap. XX. Capitolin. in Maximino iuniore, P. Victor & Sext. Ruf. in regio. VIII. De MVRTIA, Varro lib. V. de ling. Lat. Plin. lib. XV. cap. XXIX. Plutarchus in Αἰτίοις. De VICTRICE, Plin. lib. VIII cap. VII. & lib. XV. cap. XXIX. Varr. lib. IIII. de ling. Lat. Plutarch. in Pomp. & Numiſmata Iulij Caeſ. De PLACIDA, Ruf. in V. vrbis regione. De ALMA, P. Victor in XII regione vrb. Macrob. lib. III. Saturnal. cap. VIII. & Vet. inſcript.

HERCVLIS autem VICTORIS, INVICTI, TRIVMPHALIS, MAGNI CVSTODIS CIRCI, OLIVARII, SILVANI ſeu SVLLANI, DEFENSORIS, COMITIS & CONSERVATORIS cognomina fortitum reperio VICTORE auctore ſunt P. Victor in VIII. regione vrb. Lucr. lib. I. Macrob. lib. III. cap. VI. De INVICTO Virg. lib. VIII. Æneid. Silius Italic. lib. I. & antiquæ inſcriptiones. De TRIVMPHALI, Sext. Ruf. Pub. Victor in IX. regio. vrb. De MAGNO CVSTODE CIRCI, Ouid. lib. VI. Faſt. Sext. & Ruf. & Pub. Victor in IX. regio. vrb. De OLIVARIO, Sext. Ruf. & Pub Victor in XI. regio. vrb. De SILVANO ſeu SVLLANO idem P. Victor in V. regio. vrb. Reliquarum appellationum teſtimonia è veteribus inſcriptionibus & nummis petenda ſunt,

OPEM porrò, CONSIVAM appellatam, Varr. lib. V. de ling. Lat. Feſt. in verbo, *Opima*, & Macrob lib. III. Saturnal. cap. IX. teſtantur.

LARES verò, quos Priſcianus κατοικιδίους θεὸς interpretatur, interdum FAMILIARES, interdum PATRII, nonnunquã verò PRAESTITES, aliâs etiam GRVNDILES, aliâs COMPITALES, aliâs HOSTILII, aliâs PERMARINI vocabantur. De FAMILIARIBVS mentionem faciunt, Plaut. in Prologo Aulul. & Ruden. Act. IIII. Sc. VI. Cato de re Ruſt. cap. CXLIII. Cic. lib. II. de Legib. & Orat. pro Quintio & pro domo ſua, & II. Philipp. Suet. in Calig. De PATRIIS, Tibull. Eleg vlt. lib. I. Horat. lib. II. Serm. Sat. V. De PRAESTITIBVS, Ouid. lib. V. Faſtor. Plutarch. ἐν Αἰτίοις. Martianus Capella lib. II. de Nuptiis Philologiæ. De GRVNDILIBVS, Arnob. lib. III. & Non. Marcell. & Diomed. lib. I. Grammat. De COMPITALIBVS, Suet. in Auguſto. cap. XXXI. De HOSTILIIS, Feſt. Pomp. De PERMARINIS, Liuius lib. XL.

AT cùm TVTELARES DII VRBIS ROMAE inuocandi erant, nullos fuiſſe nominatim inuocatos, ſatis conſtat. Nam, vt Macrob. lib. III. Saturn. cap. IX. C. Sempronius in lib. de Diuiſio. Ital. Solinus in Polyhiſt. & Plutarch. ἐν Αἰτίοις auctores ſunt, Romani eum Deum, in cuius tutela vrbs Roma erat, & ipſius vrbis, verum & Latinum nomen ignotum eſſe voluerunt. Plinius lib. XXVIII. cap. II. *Verrius Flaccus auctores ponit, quibus credat, in oppugnationibus ante omnia ſolitum à Romanis ſacerdotibus euocari Deum, cuius in tutela id oppidum eſſet: promittíque illi eumdem, aut ampliorem locum apud Romanos, cultúmve. Durat in Pontificum diſciplina id ſacrum, conſtátque ideò occultatum, in cuius Dei tutela Roma eſſet, ne qui hoſtium ſimili modo agerent.* Proinde Virgilius lib. I. Georgic. generaliter precatur in hæc verba:

DII PATRII INDIGETES, *& Romule, Veſtáque mater,*

Vbi Seruius, *Poëticè*, inquit, DII PATRII. *Nam verum nomen eius numinis quod vrbi Romæ præeſſet, ſciri, ſacrorum lege prohibetur: quod auſus quidam Tribunus pl. enuntiare, in crucem leuatus eſt.* Et ita Cicero in Orat. pro Seſtio, *Te patria obteſtor & vos penates*, PATRIIQVE DII, *me veſtrarum ſedium* &c. Necnon Scipio apud Silium Italic. lib. IIII.

DII PATRII, ait, *quorum auſpiciis ſtat Dardana Roma.*

Idémque confirmat ea precatio, qua poſtremus Metamorphoſeos liber concluditur, quæ huiuſmodi præfatione conſtat:

> DII, PRECOR, ÆNEÆ COMITES, *quibus enſis & ignes*
> *Ceſſerunt,* DIIQVE INDIGETES, *genitórque Quirinæ*
> *Vrbis, & inuicti genitor Gradiue Quirini,*
> *Veſtáque Cæſareos inter ſacrata penates,*
> *Et cum Cæſarea tu Phœbe domeſtice Veſta,*
> *Quíque tenes altus Tarpeias Iuppiter arces,*
> *Quoſque alios vati fas appellare, piúmque eſt.*

Ac planè Feſt. Pomp. INDIGETES Deos interpretatur, quorũ nomina vulgari nõ licet.

INFEROS vtique Deos MANES, id eſt bonos, vocatos à ſuppliciter eos venerantibus propter metum mortis, idem Feſtus in verbo, *Manuos*, ſcribit. Similitérque Paulus principium dici ob bonitatem, Mane appellatum tradens, adiicit, Inferos inde DEOS MANES dictos, *vt ſuppliciter appellati bono eſſent.* Bonum enim antiquos *manum* dixiſſe, Varro quoque lib. v. de ling. Lat. auctor eſt.

NEC FORTVNÆ appellationes prætermittẽdæ ſunt, cùm, FORTIS, MVLIEBRIS, PRIMIGENIÆ, EQVESTRIS, VISCATÆ, BREVIS ſeu PARVÆ, MASCVLÆ, OBSEQVENTIS, RESPICIENTIS, VIRGINIS ſeu VIRGINALIS, REDVCIS, SEIÆ, BARBATÆ, MAMMOSÆ, PVBLICÆ, PRIVATÆ, DVBIÆ, BENE SPERANTIS, VICINÆ, LIBERÆ, STATÆ, ADIVTRICIS, CONSERVATRICIS GALBANORVM, OPIFERÆ, FELICIS, MANENTIS, AVGVSTÆ appellationibus diuini honores Romæ habebantur. De FORTE, teſtes produco Varronẽ lib. IIII. & v. de ling. Lat. Cicer. lib. II. de Legib. Ouid. lib. VI. Faſtor. Liu. lib. x. & XXVII. Columellã lib. x. Plutarch. περὶ τύχης ῥωμαίων. Donat. in Phormion. Terentij Act. v. Sc. VI. De MVLIEBRI, Liu. lib. XI. Valer. Max lib. I. cap. VIII. & lib. v. cap. II. Dionyſ. Halicarn. lib. VIII. Plutarch. in Coriolano, & lib. περὶ τύχης ῥωμ. D. Auguſtin. lib. IIII. de Ciuit. Dei cap. XIX. D. Hieronym. lib. I. aduerſus Iouinian. De EQVESTRI, Liu. lib. XI. Valer. Max. lib. I. cap. I. Corn. Tacit. lib. III. Iul. Obſeq. lib. de Prodigiis. Vitruu. lib. III. cap. II. De BREVI, ſeu PARVA, Plutarch. ἐν Αἰτίοις. Sext. Ruf. in regio. VI. vrb. De PRIMIGENIA, Liu. lib. XXXIIII. & XLIII. Plutarch. ἐν Αἰτίοις & περὶ τυχ. ῥωμ. Dion. lib. XLII. De MASCVLA, Plutarchum ſupradictis locis. De OBSEQVENTE, Plutarch. in lib. περὶ τυχ. ῥωμ. P. Victor, & Sex. Ruf. in I. regio. vrb. & numos veteres. De RESPICIENTE, Cic. lib. II. de Legib. P. Vict. in x. reg. vrb. DE VIRGINE, ſeu VIRGINALI, Varronẽ lib. I. de vita pop. Rom. apud Non. in verbo, *Vndulatum.* Arnob. lib. II. Plutarch. ἐν Αἰτίοις, & in lib. περὶ τυχ. ῥωμ. De REDVCE, Dion. lib. LIIII. Martial. lib. VIII. Sext. Ruf. in VI. regio. vrb. Claudian. in Panegyric. in VI. Honor. Aug. Cõſulat. & nũmos antiquos, veteréſq; inſcriptiones. De SEIA, Plin. lib. XXXVI. cap. XXII. Pub. Victor. in VI. regio. vrb. & vet. inſcriptio. De BARBATA, D. Auguſtin. lib. IIII. de Ciuit. Dei cap. XI. & lib. VI. cap. I. De MAMMOSA, P. Victor. in XII. regio. vrb. De PVBLICA, Ouid. lib. IIII. Faſtor. Dion. lib. XLII. Sext. Ruf. & P. Victor. in VI. regio. vrb. & Numos vet. De PRIVATA, Plutarch. ἐν Αἰτίοις, & περὶ τυχ. ῥωμ. De DVBIA, Ouid. lib. VI. Faſtor. P. Victor. in XIII. regio. vrb. De BENE SPERANTE, Plutarch. ἐν Αἰτίοις, & περὶ τυχ. ῥωμ. Sext. Ruf. in I. regio. vrb. De VICINA, Sex. Ruf. in I. regio. vrb. De LIBERA, Sext. Ruf. in VI. regio. De STATA, Ruf. ibid. De ADIVTRICE, CONSERVATRICE GALBANORVM, & OPIFERA, veteres inſcriptiones. De FELICE, MANENTE, AVGVSTA, vet. numos. Quem in cenſum mirabitur quis à me Fortunæ HVIVS DIEI nomen minimè deferri: quam tamen Cicer. lib. II. de Legib. adgnoſcit, cùm ait, *Fortunáque ſit, vel* HVIVS DIEI. *(nam valet in omnes dies) vel* RESPICIENS *ad opem ferendam* &c. Quam lectionem alter noſtri ſeculi Varro, cuius memoriam ſanctè & religioſè, vt debeo, colo, rectam eſſe cenſuit, petitáque ex Plutarchi Mario auctoritate confirmauit: cui & alter vir emunctæ naris in ſuis doctiſſimis Emendationum & Miſcellaneorum libris aſſentitur. Et ita vterque Plinij verba lib. XXXIIII. cap. VIII. emendenda credit. At ego longè aliter ſentio, eorúmque ſeu interpretationem ſeu emendationem apertè Ciceronis verbis

Fortuna

repugnare aio. Ni ita ſit, iuſto cum eis ſacramento contendere non detrecto, eiſque iudices è decuriis eorum, quibus cor ſapit, fero: priùs teſtatus à me eorum memoriam non ſollicitari. Omnium enim dierum, ne dum vnius ſeu certæ alicuius, ſiue huius aut illius diei Fortunam huiuſmodi appellatione ſignari Cicero liquidò demonſtrat, propter eam quam adiungit rationem. *Nam valet in omnes dies.* Quibus verbis ſignificat, atque adeò apertè oſtendit, Fortunam ita meritò dici, quòd in omnes dies valeat. Quæ ratio non conſtaret, ſi ad vnum aliquem diem eius numinis poteſtas reſtringeretur, & tam anguſtis finibus ac terminis circumſcriberetur. Itaque à Ciceronis mente penitus eorũ mihi opinio abhorrere videtur, qui ἡμέρας ἐκείνης τύχην in animo habuiſſe eum exiſtimant. Dicam quod ſentio: Qui voci antiquę & melioris notæ manus adferre auſi ſunt, elegantem locum fœdauerunt. Idque vitium ſeu flagitium viris alioquin acutiſſimis & perſpicaciſſimis aciem oculorum perſtrinxiſſe mirum non eſt. Quis eſt enim tam Lynceus qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat? Scripſerat proculdubiò Cicero, *Fortunáque ſit, vel* HVIVSQVE DIEI. Quo nomine vicum fuiſſe in decima vrbis regione, quæ Palatium continebat, P. Victor docet. In regionum quoque monumento, quod è lapide, qui eſt ſub porticu Capitolina, nobis fideliter Ald. Manutius P.F. exſcripſit, Regioni decimæ idem vicus adſcribitur. Ac planè complures vrbis Romanæ vicos à finitimis, propinquis, aut vicinis Fortunæ templis nomen traxiſſe ex Sext. Rufo & P Victore liquet. Nam illi vicum Fortunæ OBSEQVENTIS in prima vrbis regione recenſent, & vicum Fortunæ VICINÆ in tertia. In quinta verò vicum Seium: In ſexta vicum Fortunarum: In ſeptima vicum Fortunæ: In decima vicum Fortunæ RESPICIENTIS. Quinetiam è manuſcriptis P. Victoris codicibus, ita hunc vicum Onufrius edidit, VICVS HVIVSQVE DIEI FORT. ÆD. Quæ poſtrema verba Fortunæ ædem ſignificant. Præterea ædem Fortunæ HVIVSCE DEÆ, vel, vt in calamo exaratis libris habemus, HVIVSCE DIE memorat Plinius lib. XXXIIII. Natur. hiſt. cap. VIII. Id quod ſententiam noſtram non adiuuat modò, ſed & planè firmat. Nam quod erat ab eo ſcriptum HVIVSQVE DIEI, facili literarũ C. & Q. metaplaſmo tranſiit in HVIVSCE DIE. Quæ cùm ita ſe habeant, præclaréq; iacta ſint cauſæ noſtræ fundamenta, necdum tamen oculis animiſque offuſa caligo diſcuſſa eſt. Demus enim Romæ vicum fuiſſe, HVIVSQVE DIEI, quod à Fortunæ templo nomen inuenerit: nondum adhuc res confecta eſt ex animi ſententia. Et certè ineſt huic verbo obſcuritas, cui niſi lumen adhibuerimus, nihil egerimus. Verùm ne diutius ſuſpenſum lectorem teneam, nodum hunc Gordianum explicabit, expedíetque Marius Victorinus, qui in lib. de Orthograph. aliam atque aliam eſſe harum vocum *Huiuſcè* & *Huiuſque* vim & poteſtatem ita tradit: *Et Huiuſce*, ait, *& Huiuſque rectè ſcribuntur, ſed ſuo loco vtraque. Nam ab hocce & hacce fit huiuſce. Huiuſque autem aliud ſignificat, id eſt vniuſcuiuſque*. Cuius loci indicium mihi fecit Franciſcus Pithœus, cuius vt conſuetudo, cùm propter eximiam doctrinam, tum propter ſummam morum ſuauitatem mihi eſt iucundiſſima, ita ei μήνυτρα hæc ſoluo libens meritò. Igitur Fortuna HVIVSQVE DIEI, eſt, vniuſcuiuſque diei: cui interpretationi bellè quadrat & conuenit Ciceronis aitiologia: eodémque collyrio vulneri Plinij medendum eſt: Et ita veterum monumentorum beneficio, Victoriſque ope, ſua vox Ciceroni reddita eſt, ſuàque germana Fortunæ appellatio reſtituta. Viderit ergo quàm ſe memorem gratámque poſthac illa falsò credita rerum humanarum domina præbebit, quæ amiſſum illuſtre nomen per me recuperauit. Sed properantē me ipſamet adhuc Fortuna moratur, ſuíſq; laqueis conſtrictum & irretitũ tenet: Vereor enim ne mihi iniuriarum dicã ſcribat, Quod BONÆ, ac VIRILIS titulos quibus Romæ colebatur, tacitus prætercam. Nam ſub vtroque cognomine, templa huic Deæ à Seruio Tullio conſecrata, dedicatáq; fuiſſe præfractè adfirmare non dubitabit, quiſquis Dionyſium Halicarnaſſ. à Gelenio in Latinum ſermonem conuerſum legerit. Verùm, vt breue faciã, quod ad BONAM FORTVNAM attinet, hoc merum Gelenij commentum eſt, cui (quod bona eius pace ac venia dictum ſit) hoc in loco ſomnus obrepſit. Nunquam enim Halicarnaſſeo in mentem venit, Seruium Tullium BONÆ FORTVNÆ templum exſtruxiſſe, ſed hoc duntaxat ſenſit, cum Fortunæ, qua ſemper bona, proſpera & ſecunda vſus fuerat, templa duo condidiſſe,

didiſſe: Vnum in foro Boario, alterum ſecundum Tiberis ripam: Idq; planum & perſpicuum fiet, ſubiunctis ipſiſmet verbis, quæ malè accepta erroris huius anſam dederunt. Ea ſic habent: Ταῦτα διαπραξάμενος ἐν εἰρήνῃ τε καὶ κατὰ πολέμους ναοὺς δύο κατασκευασάμενος τύχης, ἧς περὶ πάντα τὸν βίον ἔδοξεν ἀγαθῆς κεχρῆσθαι· Τὸν μὲν ἐν ἀγορᾷ τῇ καλουμένῃ Βοαρίᾳ, τὸν δ' ἕτερον ἐπὶ ταῖς ἠϊόσι τοῦ Τιβέριος, ἣν ΑΝΔΡΕΙΑΝ προσηγόρευσεν, ὡς καὶ νῦν ὑπὸ καλεῖται.

Qvod autem ad VIRILIS appellationem attinet, quæſtionis eſt, eámne Ἀνδρείας nomine intelligi Dionyſ. Halicarnaſſ. voluerit: quod nō immeritò in dubium vocatur: Tētari enim poteſt, ΑΝΔΡΕΙΑΣ ΤΥΧΗΣ & FORTIS FORTVNÆ numina ſynonyma eſſe. In eámque ſententiam me Plutarchi auctoritas aliquando traxit, qui in lib. περὶ τύχης Ῥωμαίων ita ſcripſit, Τὴν δὲ πρὸς ποταμῷ, ἣν ΦΟΡΤΕΜ καλοῦσιν, ὅπερ ἐστὶν ἰσχυρὰν, ἢ ἀριστευτικὴν, ἢ ἀνδρείαν. Mouit me deinde templi huic Deæ conſecrati ſitus: Nam, vt Ἀνδρείας τύχης ædem à Seruio Tullio ἐπὶ ταῖς ἠϊόσι τοῦ Τιβέριος dedicatam Dionyſ. Halicarnaſſ. ſcribit, ita Plutarchus πρὸς ποταμῷ, FORTIS FORTVNÆ templum locat. Varro verò apertius, lib. v. de ling. Lat. Seruium Tullium, FORTIS FORTVNÆ Fanum, ſecundum Tiberim, extra vrbem Romam dedicaſſe Iunio menſe, tradit. Ouidius quoque lib. vi. Faſtor. FORTEM FORTVNAM in Tiberis ripa Seruij Tullij beneficio ac munere templum habuiſſe memorat, hoc modo:

Quàm citò prætereunt FORTVNÆ FORTIS *honores,*
Poſt ſeptem luces Iunius actus erit.
Ite; Deam læti FORTEM *celebrate Quirites,*
In Tiberis ripa, munera Regis habet. Et mox:
Plebs colit hanc, quia qui poſuit, de plebe fuiſſe
Fertur, & ex humili ſceptra tuliſſe loco.

Quæ vehementer inter ſe congruunt. Nec tamen hæc à me eo dicuntur vt FORTVNAM VIRILEM albo noſtro expungi velim: alioquin ea Ouidij fidem imploraret, qui eam non cælo tantùm vindicat, ſed & ſanctè religioſéque à matronis coli ſolitam oſtendit his verſibus, quos ex lib. IIII. Faſtor. appoſui.

Diſcite nunc, quare FORTVNÆ *tura* VIRILI
Detis, eo gelida qui locus humet aqua.
Accipit ille locus poſito velamine cunctas,
Et vitium nudi corporis omne videt.
Vt tegat hoc, celétque viros, FORTVNA VIRILIS
Præſtat. —

A quo adſertore repulſa, vix vſquam in alio quoquā Latino auctore, quod ſciā, ſedem locúmque vbi conſiſteret, FORTVNA VIRILIS reperiret: Nec enim quod apud D. Auguſt. lib. IIII. de ciuit. Dei cap. XIX. legimus, ad hanc Deam conſtituendam ſufficeret. Vt vt ſe res habeat, Ouidianæ illi VIRILI minimè cōueniunt, quæ Græcus vterq; ſcriptor περὶ τῆς Ἀνδρείας memoriæ prodidit: eáque omnino alia eſt à FORTE FORTVNA: Vtriuſque enim diuerſas poteſtates & ſeparatas virtutes canit Ouidius, diuerſiſque menſibus vtramque cultam, Aprili hanc, Iunio illam, perſpicuè teſtatur. Multóque probabilius eſſet eam τῆς Ἄῤῥενος nomine ſignificari à Plutarch. ἐν Αἰτίοις & in lib. περὶ τύχης Ῥωμαίων. Vtroque enim loco varias & multiplices Fortunæ appellationes enumerans, inter eas Ἄῤῥενα ponit, quæ ſi iure ciuitatis Romanæ Latinitatéve donanda ſit, impunè per me licebit ei VIRILIS nomen accommodari. Quod vt conniuentibus oculis facilè paterer, ita Tribunitiæ poteſtatis Iure, ſi mihi id imperium doctorum ſuffragio mandaretur, intercederem Ἀνδρείαν cū VIRILI permiſcentibus. Quinimo ſicut Ἄῤῥενα ἀπὸ τῆς Ἀνδρείας Plutarchus ſejungit ac ſeparat, eodē modo Ἀνδρείας & Virilis cognomina nihil cōmune habere, periculo meo, bono certè, aſſeri poſſe crediderim.

Vnus mihi ſcrupulus reſtat, qui me malè habet. Nā Ἀνδρείας τύχης templū Anco Martio acceptum fert Plutarch. in lib. περὶ τυχ. ῥωμ. vno & item altero loco. Contrà, Dionyſius Halicarnaſſ. Seruio Tullio. Qua de re ſeulite, ſi ex compromiſſo arbiter ſumptus eſſem, aut arbitrium non reciperem, Palemoniſque veſtigiis inſiſtens, dicerem, Non noſtrum inter eos tantas componere lites: aut arbitrio recepto, ſi me Prætor ſententiam di-

cere cogeret, pronuntiarē; SI QVID MEI IVDICII EST, SECVNDVM DIONYS. HALICARNASS. ITEM DO. Nā FORTI FORTVNÆ ædē ab Rege Seruio Tullio dedicatā Liuius etiā lib. x ab v. c. auctor eſt. Quin Plutarch. ipſemet in ea re nihil ab initio pro certo adfirmare auſus erat: Ita enim primò ſcripſerat: Καὶ τάχα τις τὴν τύχην τῇ Ἀνδρείᾳ προσφερόμενον. Verū quid ſibi vult, quod idē Plutarch. FORTIS FORTVNÆ ædem ſitam fuiſſe ſcribit in hortis, quos pop. Ro. Iulium Cæſarē legaſſe, cū eo Suetonius quoque refert? Nam hinc gradum mouere non poſſum, quoad hunc inſuper ſcrupulum exemero. Planè quod ait Plutarchus, non de ea FORTIS FORTVNÆ æde, quā Ser. Tullium dedicaſſe conſtat, accipiendum: ſed de alia recentiore, quàm Tiberio imperāte, ob recepta Germanici ductu ſigna, quæ cum Quintilio Varo amiſſa fuerant, Tiberim iuxta dicatam, Cornel. Tacit. lib. II. memoriæ prodidit.

SED iam ex abditis cæcæ, vagæ, volubiliſque Deæ ſedibus, in loca clara euadere mihi videor, & cùm ex his vadis emerſerim, facilior mihi reliquus orationis curſus oſtenditur. Igitur, vt ad inſtitutum ſermonem reuertar, poſt ſpecialia ad eam rem, de qua agebatur inuocata numina, omnes Deos vel Deas confuſè in ſacris inuocari cōſueuiſſe, Virgilius lib. I. Georgic. oſtendit, cùm ait:

DII DEÆQVE OMNES, *ſtudium quibus arua tueri.*

Vbi Seruius, *Poſt ſpecialem*, inquit, *inuocationem, tranſit ad generalitatem, ne quod numen prætereat, more Pontificum per quos ritu veteri, in omnibus ſacris, poſt ſpeciales* DEOS, *quos ad ipſum ſacrum, quod fiebat, neceſſe erat inuocari, generaliter omnia numina inuocabantur.* Idem Virgilius lib. VI. Æneid.

DII DEÆQVE OMNES, *quibus obſtitit Ilion.* Plaut. Pœnulo Act. V. Sc. IIII.

DII DEÆQVE OMNES, *vobis habeo meritò magnas gratias.*

Sic & Ouidius in Ibin poſt ſuperos inferóſque inuocatos, adijcit:

Vos quoque plebs ſuperum, Fauni, Satyrique, Laréſque,
Fluminaque, & Nymphæ, ſemideúmque genus:
Denique ab antiquo, diui, veteréſque nouique,
In noſtrum, cuncti tempus adeſte, Chao.

Cicero quoque in peroratione actionis quintæ in Verrem, poſtquam Iouem opt. Max. Iunonem Reginam, Mineruam, Latonā, Apollinem, Dianam, Mercurium, Herculem, Matrem Ideam, Caſtorem & Pollucem, Cererem & Liberū implorauit, addit, CÆTEROS ITEM DEOS, DEASQVE OMNES IMPLORO ATQVE OBTESTOR. Similiter Manlius apud Liuiū lib. VI. *Iupiter*, inquit, *Opt. Max. Iunóque Regina ac Minerua,* CÆTERIQVE DII, DEÆQVE, *qui Capitolium arcémque incolitis, ſiccine veſtrum militem ac præſidem ſinitis vexari ab inimicis?* Seneca Epiſt. I. lib. XV. *Neque* DII *neque* DEÆ FACIANT, *vt te fortuna in delitiis habeat.* Plaut. Pœnulo Act. III. Sc. III.

DII DEÆQVE *vobis multa bona dent.*

ATQVE vt vlterius progrediamur, in precationibus conſueuiſſe dici, SIVE DEVS SIVE DEA ES, auctor eſt Arnob. lib. IIII. aduerſ. gēt. Vnde Agellius lib. II. cap. XXVIII. *Eas ferias ſi quis polluiſſet, hoſtiam,* SIVE DEO, SIVE DEÆ, *immolabat.* Sic & in ea quàm ſuprà protuli fratrū Arualiū tabula, SIVE DEO SIVE DEÆ, ſcriptū eſt. Eóq; pertinēt hæc Leuini verba, quæ à Macrobio lib. III. Saturnal. cap. VIII. referuntur. *Venerem igitur almam adorans,* SIVE FEMINA SIVE MAS, *ita vti alma noctiluca* eſt. Plutarch. ἐν Αἰτίοις, Διά τι τὸν θεὸν ἐκεῖνον ᾧ μάλιστα τὴν Ῥώμην σώζειν προσήκει καὶ φυλάττειν, ΕΙΤΕ ΕΣΤΙΝ ΑΡΡΗΝ Η ΘΗΛΕΙΑ καὶ λέγειν ἀπείρηται καὶ ὀνομάζειν. Aliâs tamen (recténe an ſecus in medio relinquo) legimus precatos eos, SI DEVS, SI DEA ES. Et ita ſuum precationis carmen concipit M. Cato lib. de re Ruſt. cap. CXXXIX. Vetus quoque euocationis Deorum carmen, quod à Macrob. lib. III. Saturnal. cap. XV. ponitur, hoc initium habebat, SI DEVS, SI DEA ES, *cui populus ciuitáſque Carthaginenſis*, & reliqua. Teſtimonio eſt etiā Liuius lib. VIII. cùm ait, *Precatus deinde,* SI DIVVS, SI DIVA ESSET, QVI SOLI PRÆPETEM MISISSET, VOLENS PROPITIVS ADESSET. Verùm ſiue hoc, ſiue illud, ſiue vtrumque eorum rectum ſit, inde efficitur ſollemnem hanc fuiſſe earum precationum formulam, quæ ignoto numini fiebant. Quo in genere ne errore aliquo laberentur, interdum de Deorum, quorum opem implorabant, certo

nomine

nomine dubitantes dicere ſolebant, QVISQVIS ES. Sic enim Plaut. Rudente Act. I. Sc. IIII.

Nunc, ait, QVISQVIS EST DEVS *veneror*.

Virgilius lib. IIII. Æneid.

-- Sequimur te ſancte Dearum,
QVISQVIS ES: *ô faueas, noſtriſque laboribus adſis.*
His quoque DES VENIAM. --

Qua loquendi figura idem Ouidius lib. VI. Faſtor. & Plinius lib. II. Natur. hiſtor. cap. VII. vtuntur. Atque hac in re duplicem illis religionem iniectam fuiſſe animaduerti. Etenim non verebãtur modò, ne alium pro alio Deum nominando falſa religione populum alligarent, quemadmodum Agellius lib. II. cap. XXVIII. tradit; verumetiam formidabant ne Deos parum grato nomine appellarent. Proinde Seruius in lib. IIII. Æneid. Põtifices ſcribit precari conſueuiſſe in hæc verba: IVPITER OMNIPOTENS SEV QVO ALIO NOMINE APPELLARI VOLVERIS. Quem morem & formula Deuotionis confirmat, in qua ſcriptũ eſt, DISPATER, VEIOVIS, MANES, SIVE VOS QVO ALIO NOMINE FAS EST APPELLARE.

EIVSQVE rei ergô omnes eorum numinum, quæ inuocabant ac venerabantur, appellationes precationibus ſuis complecti ſolebãt, quemadmodum Catullus in hymno Dianæ & Ouidius lib. IIII. Metamorphoſ. in Hymno Bacchi teſtantur. Ea cauſa eſt, cur ibid. Catullus poſt varia edita Dianæ nomina, ſubiungat:

Sis quocumque tibi placet,
Sancta nomine.

Virgil. lib. I. Æneid.

O quam te memorem virgo? namque haud tibi vultus
Mortalis: nec vox hominem ſonat: ô Dea certè,
An Phœbi ſoror, an Nympharum ſanguinis vna.

Eodémque exemplo Horatius in carmine ſeculari:

Lenis Ilithyia tuere partus,
Siue tu Lucina probas vocari,
-- Seu Genitalis.

Similíque modo Satyr. V. lib. II.

Matutine pater, ſeu *Iane, lubentius audis.*

Hinc & apud Martianum Capellam, Philologia Iunonem ita deprecatur. IVNO PVLCHRA, LICET ALIVD NOMEN TIBI CONSORTIVM CÆLESTE TRIBVERIT, ET NOS A IVVANDO, IVNONEM, VNDE ET IOVEM DICIMVS, NOMINEMVS: SEV TE LVCINAM, QVOD LVCEM NASCENTIBVS TRIBVAS, AC LVCETIAM CONVENIT NVNCVPARI. NAM FLVONIAM, FEBRVALEMQVE, AC FEBRVAM MIHI POSCERE NON EST NECESSE, CVM NIHIL CONTAGIONIS CORPOREÆ SEXV INTEMERATA PERTVLERIM. ITERDVCAM, ET DOMIDVCAM, VNXIAM, CINXIAM, MORTALES PVELLÆ DEBENT IN NVPTIAS CONVOCARE, VT EARVM ET ITINERA PROTEGAS, ET IN OPTATAS DOMOS DVCAS, ET CVM POSTES VNGENT FAVSTVM OMEN AFFIGAS, ET CINGVLVM PONENTES, IN THALAMIS NON RELINQVAS. OPIGENAM TE, QVAS VEL IN PARTVS DISCRIMINE, VEL IN BELLO PROTEXERIS, PRECABVNTVR. POPVLONIAM PLEBES, CVRITIM, DEBENT MEMORARE BELLANTES. HIC ERGO TE AERIAM POTIVS AB AERIS REGNO NVNCVPATAM, VOCO. Qui locus emendatior à me, quàm ſit in vulgatis codicibus, profertur. A quo non abhorret illa Pſyches precatio apud Apuleium lib. VI. quam, quòd ad formulam precationum pertineat & in codicibus perperã ſit interpuncta, integrã hîc ſubijcere non pigebit: *Tunc,* ait. *genu nixa, & manibus aram repentè amplexa, deterſis ante lachrymis, ſic deprecatur.* MAGNI IOVIS GERMANA ET CONIVGA, SIVE TV SAMI, QVÆ QVERVLO PARTV VAGITVQVE, ET ALIMONIA TVA GLORIATVR, TENES VETVSTA DELVBRA, SIVE CELSÆ CARTHAGINIS, QVÆ TE VIRGINEM, VE-

CTVRA LEONIS CÆLO COMMEANTEM, PERCOLIT, BEATAS SEDES FREQVENTAS: SIVE PROPE RIPAS INACHI, QVI TE IAM NVPTAM TONANTIS, ET REGINAM DEARVM, MEMORAT, INCLYTIS ARGIVORVM PRÆSIDES MOENIBVS: QVAM CVNCTVS ORIENS ZYGIAM APPELLAT: SIS MEIS EXTREMIS CASIBVS IVNO SOSPITA, MEQVE IN TANTIS EXANTLATIS LABORIBVS DEFESSAM, IMMINENTIS PERICVLI METV LIBERA. QVOD SCIAM, SOLES PERICLITANTIBVS SVBVENIRE.

PLANE Seruius in lib.1.Georgic.ex Fabio Pictore tradit, Flaminem Cerealem, dum ſacrũ Cereale faceret, hos Deos inuocaſſe, VERVACTOREM, REPARATOREM, OBARATOREM, IMPORCITOREM, INSITOREM, OCCATOREM, SARRITOREM; SVBRVNCATOREM, MESSOREM, CONVECTOREM, CONDITOREM, PROMITOREM. Itaque Ouid.lib.1. Faſtor. poſtquam Cererem & Tellurem ob officium commune, velut operũ conſortes, ſimul placandas monuit, ita verſibus preces eis faciendas concipit:

FRVCTIBVS IMMENSIS *auidos ſatiate colonos,*
Vt capiant cultus præmia digna ſui.
VOS DATE *perpetuos teneris ſementibus auctus,*
Nec noua per gelidas vſta ſit herba niues.
Cùm ſerimus, cælum ventis aperite ſecundis:
Cùm latet ætherea ſpargite ſemen aqua.
Néve graues cultus, Cerealia dona cauete,
Agmine læſuro depopulentur aues.
Vos quoque ſubiectis formicæ parcite granis:
Poſt meſſem prædæ copia maior erit.
Interea creſcat ſcabræ rubiginis expers,
Nec vitio cæli palleat ægra ſeges.
Et neque deficiat macie, neque pinguior æquo,
Diuitiis pereat luxurioſa ſuis.
Et careant loliis oculos vitiantibus agri,
Nec ſterilis culto ſurgat auena ſolo.
Triticeos fœtus, paſſuráque farra bis ignem,
Hordeáque ingenti fœnore reddat ager.

Horatius verò Satyr. II. lib. II. à Cerere petitum ait, VT CVLMO SVRGERET ALTO. Tibull. Eleg.1.lib.1. Deos agreſtes ita obſecratos fingit.

Agna cadet vobis, quam circum ruſtica pubes
Clamet: IO MESSES, ET BONA VINA DATE.

ADSITIS DIVI.—

QVÆ porrò numina pro frugum vbertate & copia inuocarentur, Varro lib. 1. de re Ruſt.cap.1.docet, duodecim Deos memorans, qui maximè agricolarum duces erant: nimirum IOVEM, TELLVREM, SOLEM, & LVNAM, CEREREM, BACCHVM, ROBIGVM, FLORAM, MINERVAM, VENEREM, LYMPHAM, & BONVM EVENTVM. IOVEM quidem & TELLVREM, ideò quòd omnes fructus agriculturæ, cælo & terra contineantur. SOLEM verò & LVNAM, quòd eorum tempora obſeruantur, cùm quædam ſeruntur & conduntur. CEREREM autem & LIBERVM, quòd horum fructus maximè neceſſarij ad victum: ab his enim cibus & potio venit è fundo. ROBIGVM ac FLORAM, quòd iis propitiis neque rubigo frumenta, neque arbores corrumperet, neque non tempeſtiuè florerent. MINERVAM, & VENEREM, quarum vnius procuratio olìueti, alterius hortorum. LYMPHAM AC BONVM EVENTVM, quoniam ſine aqua omnis arida ac miſera agricultura: ſine ſucceſſu ac bono euentu, fruſtratio eſt, non cultura. Ac FLORÆ quidem ſupplicari ſolitum, VT FRVGES CVM ARBORIBVS, AC VITIBVS BENE PROSPEREQVE FLORESCERENT, Lactãt. lib.1. Diuinar. inſtitut. cap. XX. oſtẽdit. Vnde Arnob. lib. IIII. aduerſ. gent. FLORA *illa* GENITRIX ET SANCTA, *obſcœnitate ludorum bene curat*, VT ARVA FLORESCANT.

XVIII.cap. XXIX. Floralia à veteribus inſtituta IIII. Kal. Maij, vrbis anno quingẽteſimo ſextodecimo ex oraculis Sibyllæ ſcribit, VT OMNIA BENE DEFLORESCERENT. RVBIGINEM verò Deam rogatam vt NON ACCEDERET, D. Auguſt. lib. IIII. de ciuit. Dei cap. XXXI. ſcribit. Ouidius IIII. Faſtor. vtique eleganti eam precatione adorat in hunc modum.

Aſpera RVBIGO *parcas Cerealibus herbis,*
Et tremat in ſumma lene cacumen humo.
TV SATA SYDERIBVS *cæli nutrita ſecundis*
Creſcere, dum fiant falcibus apta, SINAS.
Vis tua non leuis eſt: quæ tu frumenta notaſti,
Mœſtus in amißis illa colonus habet.
Nec venti tantùm Cereri nocuere, nec imbres,
Nec ſic marmoreo pallet aduſta gelu,
Quantùm. ſi culmos Titan incalfacit vdos,
Tunc locus eſt iræ Diua timenda tuæ.
PARCE PRECOR, SCABRASQVE MANVS A MESSIBVS AVFER,
NEVE NOCE CVLTIS, *poſſe nocere ſat eſt.*
Nec teneras ſegetes, ſed durum amplectere ferrum
Quodque poteſt alios perdere, perde prius.
Vtilius gladios & tela nocentia carpes:
Nil opus eſt illis: otia mundus agat.
Sarcula nunc, durúſque bidens, & vomer aduncus,
Ruris opes niteant, inquinet arma ſitus.
Conatúſque aliquis vagina ducere ferrum,
Aſtrictum longa ſentiat eſſe mora.
AT TV NE VIOLA CEREREM: *ſempérque colonus*
Abſenti poßit ſoluere vota tibi.

EIVSDEM poteſtatis Deum ROBIGVM Varro lib. V. de ling. Lat. facit, cui ſecundum ſegetes ſacrificatum tradit, NE RVBIGO OCCVPARET SEGETES. Idémque lib. I. de re Ruſt. cap. I. ROBIGO publicè ferias inſtitutas, ROBIGALIA. Cui aſſentiens Paulus in epitome Feſti, ROBIGALIA, ait, *dies Feſtus ſeptimo Kal. Maias, quo,* ROBIGO *Deo ſuo, quem putabant* RVBIGINEM AVERTERE, *ſacrificabant.* Tria namque vt Plinius lib. XVIII. cap. XXIX. memoriæ prodidit, tẽpora fructibus metuebant, propter quod inſtituerant ferias, diéſque feſtos, RVBIGALIA, FLORALIA, VINALIA. RVBIGALIA quidẽ Numã conſtituiſſe anno regni ſui XI. ſcribit, eáque ætate ſua acta fuiſſe A. D. VII. Kal. Maij, quoniam tunc ferè, ſegetes RVBIGO occupat. Agellius lib. V. cap. XII. Poſtquam Deos quoſdam, ne obeſſent, placari conſueuiſſe dixit, *In iſtis autem Diis*, ait, *quos placari oportet*, VTI MALA A NOBIS ET A NOSTRIS FRVGIBVS AMOVEANTVR, AVERRVNCVS quoque habetur, & ROBIGVS: AVERRVNCOS enim DEOS, quos DEPVLSORES vocabant, æquè placare ſolebant, atque eos qui bona tribuebant. Varro lib. VI. de lingua Lat. *A vertendo, Auerruncere, vt Deus, qui in rebus præeſt,* AVERRVNCVS. *Itaque ab eo precari ſolent,* VT PERICVLA AVERTAT. Quo genere loquendi Virgilius lib. III. Æneid. dixit, lustratio agrorum

— DII TALEM TERRIS AVERTITE PESTEM. Sil. Italic. lib. IX.
-- SED DIRA AVERTITE DIVI.

Atque hæc ſunt LÆVA NVMINA Virgilio lib. IIII. Georgic. Qualia erant, MALA FORTVNA, FEBRIS, PALLOR, ORBONA, quibus fana publicè dicata, aráſque conſecratas fuiſſe Cic. lib. II. de Legib. & lib. II. de Natur. Deor. Plin. lib. II. cap. VII. Arrian. lib. I. Epict. cap. XIX. & XXII. Lactant. lib. I. diuin. inſtitut. D. Auguſt. lib. IIII. de ciuit. Dei cap. XXIII. & lib. VI. cap. X. ſcribũt. Arnob. lib. VII. aduerſ. gent. *Deam* LAVERNAM, *furum*, BELLONAS, DISCORDIAS, FVRIAS & LÆVA ILLA, *quæ conſtituitis*, NVMINA, *taciturnitatis ſilentio præterimus*. Eiuſmodi Deos à Græcis κακοὺς δαίμονας appellatos Arrianus in Epicteto lib. I. cap. XXII. oſtendit, his verbis τί οὖν, κακοὺς ποιῶμεν, τί οὖν ἀγάλματα κακοῖς δαίμοσι, ὡς πυρετῷ τῷ θεῷ? D. Auguſtin. in lib. de Conſenſu

Euangeliſt. cap. XVIII. *Pallori & Febri fana Romani conſtituerunt, & cacodæmones placandos monent, ne noceant.* AVERRVNCANOI autẽ verbo, vtitur Liuius lib. VIII. *Placuit*, inquiens, AVERRVNCANDÆ *Deûm iræ victimas cædi.* Et lib. X. AVERRVNCANDORVM *prodigiorum cauſa ſupplicationes in biduum Senatus decreuit.* Arnob. lib. VII. *Satis (vt opinor) oſtendimus fruſtra Diis immortalibus hoſtias rebus cum conſequentibus admoueri, quòd neque alantur his, neque vllam percipiant voluptatem, neque iras aut animos ponant, neque vt res tribuant fauſtas, neque vt abigant,* AVERRVNCENTQVE *contrarias.*

QVINETIAM ad placandum CANICVLÆ SIOVS, frugibus inimicum (quod idcirco Horatius lib. I. Serm. Satyr. VII. *inuiſum agricolis ſidus* vocat) RVFAS CANES immolari ſolitas, VT FRVGES *flaueſcentes ad maturitatem* PEROVCERENTVR, Paulus ex Feſto Pomp. in verbo, *Catularia porta*, ſcriptum reliquit. Idem Feſtus alibi, RVTILÆ CANES, *id eſt, non procul à rubro colore, immolantur, vt ait Atteius Capito,* CANARIO SACRIFICIO PRO FRVGIBVS, *deprecandæ ſæuitiæ cauſa*, SYDERIS CANICVLÆ. Vnde Ouidius lib. IIII. Faſtor.

Eſt CANIS *Icarium dicunt, quo ſidere moto*
Tota ſitit tellus, præripitúrque ſeges.
Pro CANE SIOEREO, CANIS *hic* IMPONITVR ARIS.

EIVSDEM generis erant hæ precationes, quę in luſtrandis agris adhibebantur: cuiuſmodi ſacrorum meminit Virgil. Bucolic. Ecloga V. & Tibull. lib. II. Eleg. I. In agro autẽ luſtrando, ita precandũ, Cato de re Ruſt. cap. CXLI. tradit: MARS TE PRECOR QVÆSOQVE, VTI SIES VOLENS, PROPITIVS, MIHI, DOMO, FAMILIÆQVE NOSTRÆ, CVIVS REI ERGÔ, AGRVM, TERRAM, FVNDVMQVE MEVM SVOVITAVRILIA CIRCVMAGI IVSSI, VTI TV MORBOS VISOS INVISOSQVE, VIOVERTATEM, VASTITVDINEMQVE, CALAMITATES INTEMPERIASQVE PROHIBESSIS, OEFENOAS, AVERRVNCESQVE, VTI TV FRVGES, FRVMENTA, VINETA, VIRGVLTAQVE GRANOIRE BENEQVE EVENIRE SINAS, PASTORES PECVAQVE SALVA SERVASSIS. DVISQVE BONAM SALVTEM, VALETVDINEMQVE MIHI, DOMO, FAMILIÆQVE NOSTRÆ. HARVMCE RERVM ERGÔ MACTE HISCE SVOVITAVRILIBVS LACTENTIBVS ESTO. Feſtus Pompeius in verbo *Peſeſtas*, ex illis precationibus quædam verba refert, PESESTAS, inquiens, *inter alia quæ imprecatores dicunt, cùm fundus luſtratur, ſignificare videtur peſtilentiam, vt intelligi ex cæteris poßit, cùm dicitur,* AVERTAS MORBVM, MORTEM, LABEM, NEBVLAM, IMPETIGINEM. Harum etiam precationum formulam exprimit Tibull. Eleg. I. lib. II. cuius initio agros ſe luſtrare profitetur in hæc verba:

DII PATRII, PVRGAMVS AGROS, PVRGAMVS AGRESTES:
VOS MALA DE NOSTRIS PELLITE LIMITIBVS.

PALILIBVS verò, Deam Palem, cui lacte fieri ſolebat à paſtoribus, ita precari monet Ouidius verbis præiens lib. IIII. Faſtor.

Syluicolam tepido lacte precare Palem.
CONSVLE, *dic*, PARITER PECORI, PECORISQVE MAGISTRIS:
EFFVGIAT STABVLIS NOXA REPVLSA MEIS.
Siue ſacro paui, ſedive ſub arbore ſacra,
Pabuláque è buſtis inſcia carpſit ouis:
Seu nemus intraui vetitum, noſtrísve fugatæ
Sunt oculis Nymphæ, ſemicapérque Deus:
Si mea falx ramo lucum ſpoliauit opaco,
Vnde data eſt ægræ fiſcina frondis oui:
OA VENIAM CVLPÆ: *nec, dum degrandinat, obſit*
Agreſti fano ſuppoſuiſſe pecus.
Nec noceat turbaſſe lacus: IGNOSCITE NYMPHÆ,
Mota quòd obſcuras vngula fecit aquas.
TV DEA PRO *nobis fontes, fontanáque placa*
Numina, tu ſparſos per nemus omne Deos.

Nec Dryadas, nec vos videamus labra Dianæ,
Nec Faunum, medio cùm premit arua die.
PELLE PROCVL MORBOS, *valeant hominéſque gregéſque,*
Et valeant vigiles prouida turba, canes.
Néve minùs multo redigam, quàm manè fuerunt:
Néve gemam referens vellera rapta lupo.
Abſit iniqua fames: herba frondéſque ſuperſint,
Quǽque lauent artus, quǽque bibantur aquæ.
Vbera plena premam, referat mihi caſeus æra,
Déntque viam liquido vimina rara ſero.
Sítque ſalax aries: conceptáque ſemina coniux
Reddat: & in ſtabulis multa ſit agna meis.
Lanáque proueniat nullas læſura puellas,
Mollis, & ad teneras quamlibet apta manus.
QVÆ PRECOR EVENIANT, *& nos faciamus ad annum*
Paſtorum dominæ grandia liba Pali.

ANNÆ quoq; PERANNÆ Martio menſe ſacrificatũ, VT ANNARE PERANNAREQVE COMMODE LICERET, Macrob.lib.I.Saturnal.cap.XII.tradit. Sic enim abſque vllo vitio, & in Veneto antiquo & in recentiori Gryphianis prælis excuſo ſcriptum eſt. Proinde huius Deæ feſto die plebem per prata ſecundum Tiberim fuſam cum coniuge quemque ſua procubuiſſe, & vt Neſtoris ac Sibyllæ annos ſimul exigerent precatos eos, Ouidius his verſibus lib.III.Faſtor.docet.

Idibus eſt ANNÆ *feſtum geniale* PERANNÆ,
Non procul à ripis aduena Tibri tuis.
Plebs venit, ac virides paſsim disiecta per herbas
Potat, & accumbit cum pare quiſque ſua. Mox ait,
Sole tamen vinóque calent ANNOSQVE PRECANTVR,
Quot ſumunt cyathos, ad numerúmque bibunt.
Inuenies illic, qui Neſtoris ebibat annos,
Quæ ſit per calices facta Sibylla ſuos.

Verbo autem *Perannare*, Ouid.lib.I.Faſtor. vtitur hoc in verſu:
Vtque domus, quæ præſtat eam, cum pace perannet,
Ad pia propenſos vota rogate Deos. Et lib.III.de Arte aman.
Defuit ars vobis: arte perannat amor.

Sueton. in Veſpaſia. cap. V. *Ideóque puella nata, non perannauit.* Agellius lib.XVII.cap.II. *Inuſitatè dixit diurnare, pro diu viuere: ſed hoc ex ea figura eſt, qua dicimus, perannare.*

SED & abs Dea CARNA, cui Iunius Brutus, qui primus Cos. Romæ factus eſt, ſacrũ in Cælio monte pulſis Tarquiniis fecit, quámque vitalibus humanis præeſſe credebãt, petebatur, VT IECINORA ET CORDA QVÆQVE SVNT INTRINSECVS VISCERA, SALVA CONSERVARET, prout Macrob.lib.I. Saturn. cap.XII.ſcribit: PARTVRIENTES vtiq;, IVNONIS LVCINÆ opem implorabant. Proinde apud Terentium Andria Act.III.Sc.I.Glycerium parturiens exclamat,

IVNO LVCINA FER OPEM, SERVA ME OBSECRO.

Vbi Donatus notat, hoc verſu totidem verbis vti omnes puerperas in Comœdiis. Idem in eandem Comœdiam Act. II. Sc.V. *Quæ opem tulerit parturienti, Obſtetricem dici, ait: vnde & parturientes* FER OPEM, *clamant.* LVCINÆ verò opem in ſimili partus niſu Pamphila implorat apud Terentium Adelph. Act.III.Sc.IIII. Eandem etiam vocẽ edit Phœdria puella partus inſtantis cruciatu diſtracta, apud Plaut. Aulular. Act. IIII.Sc.VII.

Perij mea nutrix, obſecro te, vterus dolet,
IVNO LVCINA TVAM FIDEM.

Eandem Deam Ouidius lib.I. Amor. ita precatur:
Túque laborantes vtero miſerata puellas,
Quarum tarda latens corpora tendit onus.
LENIS ADES, PRECIBVSQVE FAVE, LVCINA, PVELLÆ.

Et lib.II.Faſtor.

PARCE PRECOR GRAVIDIS FACILIS LVCINA PVELLIS,
MATVRVMQVE VTERO MOLLITER AVFER ONVS.

Idem III.Faſtor. matronam grauidam à Lucina petere iubet,

VT SOLVAT PARTVS MOLLITER IPSA SVOS.

Et certè Lucinam à parturientibus olim inuocatã aliis propè innumeris teſtimoniis planum facere poſſum: quorum colligendorum labore vt lectorem leuem, vndique conquiſitos locos ſub vno veluti aſpectu ponam. Varro lib.IIII.de ling. Lat. *Facta igitur à luce & iuuando,* IVNO LVCINA, *à quo parturientes eam inuocant.* Virgil.Ecloga IIII.

Tu modò naſcenti puero, quo ferrea primùm
Deſinet, ac toto ſurget gens aurea mundo,
CASTA FAVE LVCINA. —

Ouid.lib.III.Faſtor.

Dicito, TV NOBIS LVCEM LVCINA DEDISTI,
Dicito, TV VOTO PARTVRIENTIS ADES.

Idem lib.v.Metamorph.

LVCINAM *nouies nouies paritura vocauit.*

Et rurſus lib.x.

Nec LVCINA *poteſt parientu voce vocari.*

Propert.lib. IIII.Eleg.I.

Idem ego, quum Cinaræ traheret LVCINA *dolores,*
Et facerent vteri pondera lenta moram,
Iunoni votum facite impetrabile, dixi:
Illa parit. —

Tertullian. in lib.de Anima: *In partu,* LVCINÆ, ET DIANÆ *eiulatur.* Ibidémque, ſuperſtitionem Romanam ait Deam finxiſſe LVCINAM, quæ partum in lucem produceret. Arnob.lib.III.aduerſ.gent. *Parturire alias tractu longo, & manus obſtetricis quærere, & inter hæc omnia, ſuppetias implorare* IVNONIS LVCINÆ. Et eod. lib. *Parturiunt, pariunt, vt difficiles puerperiorum tricas Iuno mulceat corripiátque* LVCINA. Et poſtea: *Puerperis Iuno præpoſita eſt, & auxiliatur genitricibus fœtu.* Sic & apud Apul.lib. VI. de Aſino aur. Pſyche IVNONEM, eandémque LVCINAM dictam, alloquens, eam prægnantibus periclitantibus vltro ſubuenire ſolitã prædicat. D. Auguſt.lib.IIII.de Ciuit.Dei cap. XXI. *Quid opus erat parturientibus inuocare* LVCINAM, *cùm ſi adeſſet felicitas, non ſolùm bene parerent, ſed etiam bonos?* Ex quibus, LVCINAM illam, quam inuocabant, IVNONEM fuiſſe, conſtat. Sunt tamen qui Dianam, eandémque Lunam ita appellatam ſcribant, eámque parturiẽtibus auxilio fuiſſe tradant. In quibus eſt M.Tull. lib.II. de Nat. Deor. qui Lunam à lucendo nominatam, eandémque eſſe Lucinam cenſens, *Itaque, ait, vt apud Græcos Dianam, eámque Luciferam, ſic apud noſtros* IVNONEM LVCINAM *in pariendo inuocant.* Catull.in ſęculari Carm. ad Dianam,

TV LVCINA *dolentibus*
IVNO *dicta puerperis.*

Horat.lib.III.Carm.Ode XXII.

Montium cuſtos, nemorúmque virgo,
Quæ laborantes vtero puellas,
Ter vocata audis, adimíſque letho.
— *Diua triformis.*

Idem Epod.Ode v.

Per liberos te, ſi vocata partubus
LVCINA *veris adfuit.*

Idem in carmine ſæculari.

Ritè maturos aperire partus,
Lenis ILITHYIA *tuere matres,*
Siue TV LVCINA *probas vocari.*

Plutarch. ἐν Αἰτίαις, Ἐπὶ πᾶσι δὲ Ἀρτέμιδος, ἣν ταῖς λοχείαις καὶ ταῖς ὠδῖσιν αἱ γυναῖκες ἐπικαλοῦνται. Et alio eiuſdem libri loco, Καὶ Λυκίναν ἥραν καλοῦσι, οἷον φαεινὴν ἢ φωτίζουσαν, καὶ νομίζουσιν ἐν ταῖς λοχείαις καὶ ὠδῖσιν βοηθεῖν. Macrob.lib.VII.Saturnal.cap.vlt. *Dianam quæ Luna eſt,* LVCINA *à parturientibus inuocatur, quod proprium eius munus eſt, diſtendere rimas corporis & meatibus*

& meatibus viam dare, quod accelerando partui ſalutare eſt. Seru. in lib. III. Æneid. ad verſum *Sacra mari colitur*, rationem reddit, cur Diana, cùm virgo ſit, à parturientibus inuocetur. Huic opinioni & Diodor. Sicul. lib. VI. cuius Græca verba deſiderantur, accedit. A Græcis certe Deam hanc qua de agimus, ΕΙΛΕΙΘΥΙΑΝ vocatam liquet. Cuius rei vel vnus Dionyſ. Halicarnaſſ. idoneus teſtis eſt, qui lib. IIII. Seruium Tullium cõſtituiſſe narrat à parientibus pro liberis in lucem editis conferri aliquid in ærarium τῆς Ειλειθύιας, ὦ, ait, ῥαμμῷοι χελῶνοι Ηρας φώσφορον. Pauſanias in Achaicis: Ειλείθυιά ἐστιν ἡ ἐς φῶς ἄγουσα τοὺς παῖδας. Qua Græca voce nõ modò Horatius vſus eſt in Carmine ſæculari, ſed & Ouid. lib. IX. Metamorph. his verſibus.

— Tum cùm matura vocabis
Præpoſitam tumidis parientibus Ilithyiam.

MERCVRIVM planè quem lucro præfuiſſe Plautus in Prologo Amphitruonis indicat, aut, vt Arnob. lib. IIII. aduerſ. gentes loquitur, fraudibus cum Lauerna præſediſſe furtiuis vetuſtas finxit, à mercatoribus rogatum, VT LVCRA TRIBVERET, Ouid. lib. v. Faſtor. tradit. Ibidémque, poſtquam vrna, aquam, qua aſpergerentur, hauſiſſe eos expoſuit, has vnumquemque preces feciſſe, ſcribit:

ABLVE PRÆTERITI PERIVRIA TEMPORIS, *inquit*,
ABLVE PRÆTERITA PERFIDA VERBA FIDE.
Siue ego te feci teſtem, falſóve citaui
Non audituro numina vana Ioui.
Siue Deum prudens alium, Diuámve fefelli,
Abſtulerint celeres improba verba noti.
Et pereant veniente die periuria nobis,
Nec curent ſuperi, ſi qua loquutus ero.
DA MODO LVCRA MIHI, DA FACTO GAVDIA LVCRO,
ET FAC VT EMPTORI VERBA DEDISSE IVVET.

LARIBVS autem FAMILIARIBVS, vti ſupplicaretur, M. Cato, & Plautus oſtendunt. Cato de re Ruſt. cap. CXLIII. *Per eóſque dies*, LARI FAMILIARI, PRO COPIA *ſupplicet*. Plaut. Trinummo Act. I. Sc. I.

LAREM *corona noſtrum decorari volò.*
Vxor venerare, VT NOBIS HÆC HABITATIO
BONA, FAVSTA, FELIX, FORTVNATAQVE EVENIAT.

Valer. Max. lib. II. cap. V. *Valeſius vir locuples, ruſticæ vitæ, duobus filiis & filia ad deſperationem vſque medicorum laborantibus, aquam calidam iis à foco petens, genibus nixus*, LARES FAMILIARES, VT PVERORVM PERICVLVM IN IPSIVS CAPVT TRANSFERRENT, *orauit*.

GENIO verò preces fieri ſolitas Apuleius, licet obſcurè, perſtringit in libro de Deo Socratis. A NATALI quidem petitum VT CANDIDVS VENIRET, Tibullus & Ouidius teſtantur. Nimirum ille lib. I. Eleg. VIII. his verſibus:

At TV NATALIS, *multos venerande per annos,*
CANDIDIOR SEMPER CANDIDIORQVE VENI.

Hic verò lib. v. Triſt. Eleg. VI.

Optime NATALIS, *quamuis procul abſumus, opto*
CANDIDVS *huc* VENIAS. —

Quo exemplo idem Tibullus Eleg. vlt. lib. III. CANDIDE *Liber ades*.

Quem etiam eodem epitheto ornat Horatius Ode XVIII. lib. I. & Ouidius lib. III. Faſtorum non alio, vt pleriſque videtur, ſenſu, quàm quo Propert. lib. IIII. Eleg. I. *Candida omina*, & lib. II. Eleg. XII. *Candidam noctem*, & Tibull. Eleg. vlt. lib. III. *Candida fata* dicunt.

BACCHVM certè inuocatum hac voce, IO BACCHE, vetus commentator Horatij tradit in lib. I. Satyr. IIII.

VENEREM VTIQVE VERTICORDIAM rogatam VT AMORES INIICERET, ac rurſum VT AVFERRET, auctor eſt Lactantius Cælius in lib. v. Thebaid.

MENTI quoque Deæ ſupplicatum, VT BONAM HABERENT MENTEM, D.

Auguſt. lib.IIII. de Ciuit.Dei cap. XXI.ſcribit.

AT quum res diuina MATVTÆ Deæ fieret, ſuis quidem liberis bona non precabantur, ſed filiis fratrum duntaxat, vt Plutarchus ἐν Αἰτίοις teſtatur. Vnde Ouid. lib.VI. Faſt. de hac ipſa Dea MATVTA, quæ Græcis LEVCOTHOE dicitur, agens,

Non tamen, ait, hanc pro ſtirpe ſua pia mater adoret,
Ipſa parum felix viſa fuiſſe parens.

Et huc pertinet quod Plutarchus in Camillo de eadem matre MATVTA loquens inquit. ταύτην αὖ τις ἀπὸ τῶν δρωμένων ἱερῶν μάλιστα λευκοθέαν νομίσειεν εἶναι. Καὶ γὰρ θεράπαιναν εἰς τὸν σηκὸν εἰσάγουσαι ῥαπίζουσιν, εἶτα ἐξελαύνουσι, καὶ τὰ τῶν Ἀδελφῶν Τέκνα πρὸ τῶν Ἰδίων ἐγκαλίζονται. EODEM auctore ἐν Αἰτίοις BONÆ DEÆ ſacra facientes mulieres, VINVM EI LIBANTES, LAC SE LIBARE dicebant. Quod & Macrob. lib. II. Saturnal. cap. XII. ita confirmat. *Quod vinum in templum eius non ſuo nomine ſoleat inferri: ſed vas, in quo vinum inditum ſit, MELLARIVM nominetur, & vinum LAC nuncupetur.*

IDEM Plutarch. in iiſdem libris Αἰτίων, tradit eos, qui HERCVLI ſacra faciebant, alium Deum inuocaſſe nullum.

EST & illa ridicula ſtultáque precatio, ſed tamen ne quid intactum relinquatur, non prætermittẽda, de qua Plutarc. ἐν Αἰτίοις, Καὶ τῇ χελιδόνι Γενείτῃ ΜΑΝΗ κυνὰ θύουσι καὶ κατεύχονται ΜΗΔΕΝΑ ΧΡΗΣΤΟΝ ΑΠΟΒΗΝΑΙ ΤΩΝ ΟΙΚΟΓΕΝΩΝ.

PORRO certa & ſollemnia fuiſſe publicarum precationum & obſecrationum verba, ſatis conſtat: vnde & *ſollemnes preces* dixit Ouidius lib.VI.Faſt.&, *ſollemnem precem quindecim virorum*, Statius Papinius lib. IIII. Sylu. & *ſollemni voce ſuperos in vota vocare*, Seneca OEdipo Act.II.Sc.II. Atque adeo conceptis verbis obſecraſſe ſummos magiſtratus, & ne quid verborum prætereretur, aut præpoſterum diceretur, de ſcripto præiiſſe aliquem, aliũ cuſtodem datum, qui attenderet, Plinius lib.XXVIII.cap.II.tradit. Liuius lib.IIII. *Obſecratio itaque à populo Duumuiris præeuntibus eſt facta.* Apud eundem quoq; lib.VIII. Decius iubet Pontificem ſibi verba præire, quibus ſe pro legionibus deuoueret. Idémq; lib.V. Pontificem Max. deuotionis carmen præfatum narrat. Sueton. in Claudio cap.XXII. *Obſeruauítq; ſedulò, vt quoties terra in vrbe mouiſſet, ferias aduocata cõcione Prætor indiceret: vtque ob dira, aut in vrbe, aut in Capitolio viſa, obſecratio haberetur: eámque ipſe iure Max. Pont. cõmonito pro roſtris pop. Ro. præiret.* Plutarchus in Camillo Ἐξηγουμένου τοῦ Ἀρχιερέως ἐπευξάμενοι τοῖς θεοῖς. Et ita Heluidio Prætori in Capitolij dedicatione Põtificem præiſſe verbis Cornel. Tacit. lib. XX. refert. Eóq; pertinet illud Iuuenal. Satyr. II. -- *Dictatáque verba pertulit*. Vbi vetus interpres, *Dictata* inquit, *à ſacerdote vel haruſpice.* Quod ille eadem loquendi figura dixit, qua Valer. Flacc. lib. I. Argonaut. *Dictat pia vota ſacerdos.* Agellius etiam lib. XIII. cap. XXI. ita ſcribit. *Comprecationes Deorum immortalium, quæ ritu Romano Diis fiunt, expoſitæ ſunt in libris ſacerdotum pop. Ro. & in pleriſque antiquis orationibus. In iis ſcriptum eſt Laciam Saturni, Salaciam Neptuni, Horam Quirini, Iuritem Quiritij, Maiã Volcani, Nerien Iunonis, Molas Martis, Nerienem quoque Martis.* Ibidémq; ex Cn. Gellij Annali tertio Herſiliam, cùm apud T. Tatium verba faceret, pacémq; oraret, ita precatã eſſe refert: NERIA MARTIS, TE OBSECRO PACEM DARE, VT LICEAT NVPTIIS PROPRIIS, ET PROSPERIS VTI, QVOD DE TVI CONIVGIS CONSILIO CONTIGIT, VTI NOS ITIDEM INTEGRAS RAPERENT, VNDE LIBEROS SIBI ET SVIS, POSTERIS, PATRIÆ PARARENT.

EX conceptis autem precationum antiquarum verbis hæc obſeruaui, POPVLO ROMANO QVIRITIBVS, ídque ex Feſti libris à Paulo in Epitomen contractis didici, in quibus eſt: *Mos erat dici Romanis in omnibus ſacrificiis, precibúſque, POPVLO ROMANO QVIRITIBVSQVE, quod eſt Curenſibus, quæ ciuitas Sabinorũ potentiſſima fuit.* Proinde Liuius lib. XL. Religioni fuiſſe ait, quòd Latinis feriis populus Lanuuinus precatus non eſſet, POPVLO ROMANO QVIRITIBVS. Sic enim ex Paulo emendandum eſt. Eodémq; modo corrigendum eſt mendum, quod inſidet Formulis belli indicẽdi & decernẽdi, quæ ab eodem auctore libro I. referuntur: & Formulæ Deuotionis, quã idem lib. VIII. ponit. Quæ noſtra emendatio alio eiuſdem libri loco firmatur. Sic enim illic abſque vitio ſcriptũ eſt. *Comparant inter ſe, vt ab vtra parte cedere Romanus exercitus cœpiſſet, inde ſe Conſul deuoueret,* PRO POPVLO ROMANO QVIRITIBVS. Vnde facilè adducor vt credã Liuium

uiū lib.v.ita ſcripſiſſe: *Sunt, qui M. Fabio Pontifice Max. præfante carmen, deuouiſſe eos ſe* PRO POPVLO ROMANO QVIRITIBVSQVE *tradant*: licet in omnibus paſſim codicibus perpetā, vt quidem cenſeo, contra receptū certè olim loquendi morem, PRO PATRIA QVIRITIBVSQVE ROMANIS ſcriptum ſit. His congruenter, in rogatione de Vere Sacro apud eundem Liuium lib.XXII. rectè, *Res* POPVLI ROMANI QVIRITIVM legitur: At in conſequentibus illius Rogationis verbis, vitioſè, POPVLVS ROMANVS QVIRITIVM. Similiq; errato in Cenſoria tabula apud Varronem lib.v. de ling. Lat. ſcriptum eſt: POPVLO ROMANO QVIRITIVM. Eodem vitio laborāt Plinij codices, quibus lib.XVI. Natur. hiſt. cap.XXXII. cōtra vulgarem ſcripturā proculdubio legēdum eſt: *Factum* POPVLO ROMANO QVIRITIBVS *oſtētum Cimbricu bellis*. Quod cùm dico, graues mihi aduerſarios cōſtitutos ſcio, qui in acie cōtra me tam manuſcriptos quàm typis excuſos codices, ipſaq; adeo veterum monumentorum ſaxa, marmora, æraq; locabūt. Sed pro me ſtat nō Paulus modò, cuius tanti apud me auctoritas non eſſet, verumetiā, vt illos Liuij è libro VIII. & XXII. mihi ſuffragātes locos taceā, Agellius quoq; litem meam ſuā facit, apud quem in Veſtalis virginis capienda Formula, diſertis & quidem integris, nec vllatenus imminutis verbis ſcriptum extat: *quæ ſacra facias, quæ ius ſiet ſacerdotē Veſtalem facere*, PRO POPVLO ROMANO QVIRITIBVS. Ruſuſque lib.x. cap.XXIIII. In fenis, quæ Compitalia dicebantur, cōcipiendis Prætores his verbis vſos tradit: DIE NONI POPVLO ROMANO QVIRITIBVS *Cōpitalia erunt*. Firma inſuper rationē noſtra hæc emēdatio nititur. Nam, vt à capite horū verborum origo arceſſatur, Quiritium nomē populo Romano adiungi cœpiſſe, ex Feſto, aliiſq; auctoribus palàm eſt, poſtquā in vrbem Romanam Sabini commigrarunt, Curibus veniētes: Atque ita verba hæc, POPVLVS ROMANVS QVIRITES cōmunionem & ſocietatem vtriuſque pop. Ro. & Sabini factam poſt fœdus inter Romulum & Tatium percuſſum, indicant: nec repugnat veterum monumentorum fides, in quibus ſi recto caſu POPVLVS ROMANVS QVIRITIVM, aut tertio, & quarto, POPVLO ROMANO QVIRITIVM, vel POPVLVM ROMANVM QVIRITIVM ſcriptum eſſet, cederem vtique, ac victas manus porrigerē: verùm ſolo generandi caſu hoc loquendi genus in veteribus lapidibus legere mihi contigit, veluti in inſcriptione quadā Neapolitana, PONTIFICI MAIORI AVGVRI PVBLICO POPVLI ROMANI QVIRITIVM: & inſcriptione Capitolina, VESTA POPVLI ROMANI QVIRITIVM. Itaque hæc teſtimonia opinionem meam non euertunt, nec eorum auctoritate à ſententia deduci poſſum.

EX antiquis etiam precationū verbis Feſtus hæc refert: SVB VOS PLACO, OB VOS SACRO. Item ex Augurū precatione hæc, BENE SPONSIS, BENE VOLVERIS. Cic. lib.III. de Nat. Deor. *Et in Augurū precatione Tiberinum, Spinonē, Anemonem, Nodinū, alia propinquorum fluminū nomina videmus*. Seruius in lib.XII. Æn. ad ea verba, *Eſto nunc ſol teſtis*, *Et hoc*, ait, *per ſpeciem augurij, quæ Precatio Maxima appellatur, dicit. Maxima autē precatio eſt, cùm plures Deos quàm in cæteris partibus auguriorum precatur, euentúſque rei bonæ poſcitur*, VT IN MELIVS IVVET: *quod his verſibus oſtenditur. Eſto nunc ſol mihi teſtis, & hæc mihi terra*. Idem ad verſum, *Et pater omnipotens. Cæterùm*, ait, *quod in precationibus dici ſolet*, VT MELIVS IVVET, MELIVS FORTVNET, *ſubiecit his verſibus*:

Si noſtrum annuerit nobis victoria Martem.

Idem in lib.III. Æneid. ad ea verba, *Dij prohibete minas*, *Hoc*, ait, *per ſpeciem Auguralem, quæ* INVOCATIO *appellatur, nonnulli dictū putant*. INVOCATIO *autē eſt precatio*, VTI AVERTANTVR MALA. *Cuius rei cauſa id ſacrificium Augurale peragitur*.

AVGVRES *planè optabant* CERTA SIBI AC CLARA ET PROSPERA E CÆLO SIGNA DARI, quæ Deos eorū precibus annuere teſtarētur. Et ita Romulū, quū Deos de regno conſuleret, precatum Dionyſ. Halicarn. refert lib.II: Στὰς δὲ ὑπαίθριος ἐν καθαρῷ χωρίῳ, καὶ προθύσας ἃ νόμος ἦν, εὔχετο Διί τε βασιλεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς οὓς ἐποιήσατο τῆς ἀποικίας ἡγεμόνας, εἰ βουλομένοις αὐτοῖς ἐστι βασιλεύεσθαι τὴν πόλιν ὑφ' ἑαυτοῦ, σημεῖα οὐράνια φῆναι καλά. Augurem etiam, quem Numa, vt auſpicatò, regnū, ſicut Romulus, adipiſceretur, de ſe quoque conſuli iuſſerat, Liuius lib.I. precatū narrat in hunc modum: IVPITER PATER, SI EST FAS HVNC NVMAM POMPILIVM CVIVS EGO CAPVT TENEO, REGEM ROMÆ ESSE, VT TVA SIGNA NOBIS CERTA AC CLARA

BITINÆ, VERTICORDIÆ, GENITRICIS, CLOACINAE, ſeu CLVACINAE, CALVAE, MVRTIAE, VICTRICIS, PLACIDAE, ALMAE. De ERICINA, adeũdi ſunt, Liuius lib.XXII.XXIII.XXX.& XXXIIII. Strabo lib.VI. Ouid.lib.IIII. Faſtor. Sext.Ruf. & Pub. Victor in V.regione vrbis. De LIBITINA ſeu LIBENTINA, Varro lib.V. de ling.Lat. Cic.lib.II.de Nat.Deor. Arnob.lib.IIII.aduerſ. gent. Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. IIII. Plutarch. in Numa & in Αἰτίοις, Nonius in voce *Prolubium*. De VERTICORDIA, Iul.Obſeq.lib.de Prodig. Valer. Max.lib.VIII.cap.vlt. Ouid.lib.IIII. Faſtor. Plin.lib.VII. cap.XXV. Solin.in Polyhiſt.cap.VII. De GENITRICE, Sueton.in Iulio, Appian. lib.II. de bell. ciuilib. Dio lib. XLIII.& XLIX. Plin.lib.VII.cap.XXXVIII.& lib.IX.cap. XXXV. & lib. XXV.cap.IIII.& XII. Epitome Liuij lib. CXVI. Macrob.lib.I.cap. XII. Solinus in Polyhiſt. Seruius in lib.II. Georgic. ad verſum, *Baccho caper omnibus horis, Cæditur*. De CLOACINA ſeu CLVACINA, Plin.lib.XV.cap.XXIX. Varro lib.IIII.de ling.Lat. Plaut.in Curculio. Act.IIII.Sc.I. Liuius lib.III. Minutius Felix in Octauio, Cyprian.Epiſt.LVII. Lactant. lib.I.cap.XX. D.Auguſtin. lib.IIII. de Ciuit.Dei cap.XXIII.& lib.VI. cap.X. De CALVA, Lactant.lib.I.cap.XX. Capitolin.in Maximino iuniore, P. Victor & Sext.Ruf.in regio.VIII. De MVRTIA, Varro lib.V.de ling.Lat. Plin.lib.XV. cap.XXIX. Plutarchus in Αἰτίοις. De VICTRICE, Plin.lib.VIII cap.VII.& lib.XV.cap.XXIX. Varr.lib.IIII.de ling.Lat. Plutarch. in Pomp.& Numiſmata Iulii Cæſ. De PLACIDA, Ruf.in V.vrbis regione. De ALMA, P.Victor in XII regione vrb. Macrob.lib.III. Saturnal. cap.VIII.& Vet.inſcript.

HERCVLIS autem VICTORIS, INVICTI, TRIVMPHALIS, MAGNI CVSTODIS CIRCI, OLIVARII, SILVANI ſeu SVLLANI, DEFENSORIS, COMITIS & CONSERVATORIS cognomina ſortitum reperio VICTORE auctore ſunt P. Victor in VIII.regione vrb. Lucr.lib.I. Macrob.lib.III.cap.VI. De INVICTO Virg.lib. VIII. Æneid. Silius Italic.lib.I.& antiquæ inſcriptiones. De TRIVMPHALI, Sext.Ruf. Pub.Victor in IX.regio.vrb. De MAGNO CVSTODE CIRCI, Ouid.lib.VI.Faſt. Sext. & Ruf.& Pub.Victor in IX.regio.vrb. De OLIVARIO, Sext.Ruf.& Pub Victor in XI. regio.vrb. De SILVANO ſeu SVLLANO idem P.Victor in V.regio.vrb. Reliquarum appellationum teſtimonia è veteribus inſcriptionibus & nummis petenda ſunt,

OPEM porrò, CONSIVAM appellatam, Varr.lib.V.de ling.Lat. Feſt.in verbo, *Opima*, & Macrob lib.III. Saturnal.cap.IX.teſtantur.

LARES verò, quos Priſcianus κατοικιδίους θεοὺς interpretatur, interdum FAMILIARES, interdum PATRII, nonnunquã verò PRAESTITES, aliâs etiam GRVNDILES, aliâs COMPITALES, aliâs HOSTILII, aliâs PERMARINI vocabantur. De FAMILIARIBVS mentionem faciunt, Plaut.in Prologo Aulul.& Ruden. Act.IIII.Sc.VI. Cato de re Ruſt.cap.CXLIII. Cic.lib.II.de Legib.& Orat.pro Quintio & pro domo ſua, & II. Philipp. Suet. in Calig. De PATRIIS, Tibull. Eleg vlt.lib.I. Horat.lib.II. Serm. Sat. V. De PRAESTITIBVS, Ouid.lib.V.Faſtor. Plutarch. ἐν Αἰτίοις. Martianus Capella lib.II. de Nuptiis Philologiæ. De GRVNDILIBVS, Arnob. lib.III. & Non. Marcell. & Diomed.lib.I.Grammat. De COMPITALIBVS, Suet. in Auguſto.cap.XXXI. De HOSTILIIS, Feſt. Pomp. De PERMARINIS, Liuius lib.XL.

AT cùm TVTELARES DII VRBIS ROMAE inuocandi erant, nullos fuiſſe nominatim inuocatos, ſatis conſtat. Nam, vt Macrob. lib.III. Saturn. cap.IX.C. Sempronius in lib. de Diuiſio. Ital. Solinus in Polyhiſt. & Plutarch. ἐν Αἰτίοις auctores ſunt, Romani eum Deum, in cuius tutela vrbs Roma erat, & ipſius vrbis, verum & Latinum nomen ignotum eſſe voluerunt. Plinius lib. XXVIII. cap. II. *Verrius Flaccus auctores ponit, quibus credat, in oppugnationibus ante omnia ſolitum à Romanis ſacerdotibus euocari Deum, cuius in tutela id oppidum eſſet: promittíque illi eumdem, aut ampliorem locum apud Romanos, cultúmve. Durat in Pontificum diſciplina id ſacrum, conſtátque ideò occultatum, in cuius Dei tutela Roma eſſet, ne qui hoſtium ſimili modo agerent.* Proinde Virgilius lib.I. Georgic.generaliter precatur in hæc verba:

DII PATRII INDIGETES, *& Romule, Veſtáque mater*,

Vbi Seruius, *Poëticè*, inquit, DII PATRII. *Nam verum nomen eius numinis quod vrbi Romæ præeſſet, ſciri, ſacrorum lege prohibetur: quod auſus quidam Tribunuſ pl. enuntiare, in crucem leuatus eſt.* Et ita Cicero in Orat.pro Seſtio, *Te patria obteſtor & vos penates*, PATRIIQVE DII, *me veſtrarum ſedium* &c. Necnon Scipio apud Silium Italic.lib.IIII.

DII

DII PATRII, ait, *quorum auſpicijs ſtat Dardana Roma.*
Idémque confirmat ea precatio, qua poſtremus Metamorphoſeos liber concluditur, quæ huiuſmodi præfatione conſtat:

DIS, PRECOR, ÆNEÆ COMITES, quibus enſis & ignes
Ceſſerunt, DIIQVE INDIGETES, genitórque Quirine
Vrbis, & inuicti genitor Gradiue Quirini,
Veſtaque Cæſareos inter ſacrata penates,
Et cum Cæſarea tu Phœbe domeſtice Veſta,
Quique tenes altus Tarpeias Iuppiter arces,
Quosque alios vati fas appellare piúmque eſt.

Ac planè Feſt. Pomp. INDIGETES deos interpretatur, quorū nomina vulgari nō licet.
INFEROS vtique Deos MANES, id eſt bonos, vocatos à ſuppliciter eos venerantibus propter metum mortis, idem Feſtus in verbo, *Manuos*, ſcribit. Similitérque Paulus principium dici ob bonitatem, Mane appellatum tradens, adiicit, Inferos inde DEOS MANES dictos, *vt ſuppliciter appellati bono eſſent.* Bonum enim antiquos *manum* dixiſſe, Varro quoque lib. v. de ling. Lat. auctor eſt.

NEC FORTVNÆ appellationes prætermittēdæ ſunt, cui, FORTIS, MVLIEBRIS, PRIMIGENIÆ, EQVESTRIS, VISCATÆ, BREVIS ſeu PARVÆ, MASCVLÆ, OBSEQVENTIS, RESPICIENTIS, VIRGINIS ſeu VIRGINALIS, REDVCIS, SEIÆ, BARBATÆ, MAMMOSÆ, PVBLICÆ, PRIVATÆ, DVBIÆ, BENE SPERANTIS, VICINÆ, LIBERÆ, STATÆ, ADIVTRICIS, CONSERVATRICIS GALBANORVM, OPIFERÆ, FELICIS, MANENTIS, AVGVSTÆ appellationibus diuini honores Romæ habebantur. De FORTI, teſtes produco Varronē lib. IIII. & v. de ling. Lat. Cicer. lib. II. de Legib. Ouid. lib. VI. Faſtor. Liu. lib. x. & XXVII. Columellā lib. x. Plutarch. περὶ τύχης ῥωμαίων. Donat. in Phormion. Terentij Act. v. Sc. VI. De MVLIEBRI, Liu. lib. XI. Valer. Max lib. I. cap. VIII. & lib. v. cap. II. Dionyſ. Halicarn. lib. VIII. Plutarch. in Coriolano, & lib. περὶ τύχης ῥωμ. D. Auguſtin. lib. IIII. de Ciuit. Dei cap. XIX. D. Hieronym. lib. I. aduerſus Iouinian. De EQVESTRI, Liu. lib. XL. Valer. Max. lib. I. cap. I. Corn. Tacit. lib. III. Iul. Obſeq. lib. de Prodigijs. Vitruu. lib. III. cap. II. De BREVI, ſeu PARVA, Plutarch. ἐν Αἰτίοις. Sext. Ruf. in regio. VI. vrb. De PRIMIGENIA, Liu. lib. XXIIII. & XLIII. Plutarch. ἐν Αἰτίοις & περὶ τυχ. ῥωμ. Dion. lib. XLII. De MASCVLA, Plutarchum ſupradictis locis. De OBSEQVENTE, Plutarch. in lib. περὶ τυχ. ῥωμ. P. Victor, & Sex. Ruf. in I. regio. vrb. & numos veteres. De RESPICIENTE, Cic. lib. II. de Legib. P. Vict. in x. reg. vrb. DE VIRGINE, ſeu VIRGINALI, Varronē lib. I. de vita pop. Rom. apud Non. in verbo, *Vndulatum*. Arnob. lib. II. Plutarch. ἐν Αἰτίοις, & in lib. περὶ τυχ. ῥωμ. De REDVCE, Dion lib. LIIII. Martial. lib. VIII. Sext. Ruf. in VI. regio. vrb. Claudian. in Panegyric. in VI. Honor. Aug. Cōſulat. & nūmos antiquos, veteréſq; inſcriptiones. De SEIA, Plin. lib. XXXVI. cap. XXII. Pub. Victor. in VI. regio. vrb. & vet. inſcriptio. De BARBATA, D. Auguſtin. lib. IIII. de Ciuit. Dei cap. XI. & lib. VI. cap. I. De MAMMOSA, P. Victor. in XII. regio. vrb. De PVBLICA, Ouid. lib. IIII. Faſtor. Dion. lib. XLII. Sext. Ruf. & P. Victor. in VI. regio. vrb. & Numos vet. De PRIVATA, Plutarch. ἐν Αἰτίοις, & περὶ τυχ. ῥωμ. De DVBIA, Ouid. lib. VI. Faſtor. P. Victor. in XIII. regio. vrb. De BENE SPERANTE, Plutarch. ἐν Αἰτίοις, & περὶ τυχ. ῥωμ. Sext. Ruf. in I. regio. vrb. De VICINA, Sex. Ruf. in I. regio. vrb. De LIBERA, Sext. Ruf. in VI. regio. De STATA, Ruf. ibid. De ADIVTRICE, CONSERVATRICE GALBANORVM, & OPIFERA, veteres inſcriptiones. De FELICE, MANENTE, AVGVSTA, vet. numos. Quem in cenſum mirabitur quis à me Fortunæ HVIVS DIEI nomen minimè deferri: quam tamen Cicer. lib. II. de Legib. adgnoſcit, cùm ait, *Fortunáque ſit, vel* HVIVS DIEI. *(nam valet in omnes dies) vel* RESPICIENS *ad opem ferendam* &c. Quam lectionem alter noſtri ſeculi Varro, cuius memoriam ſanctè & religioſè, vt debeo, colo, rectam eſſe cenſuit, petitáque ex Plutarchi Mario auctoritate confirmauit: cui & alter vir emunctæ naris in ſuis doctiſſimis Emendationum & Miſcellaneorum libris aſſentitur. Et ita vterque Plinij verba lib. XXXIIII. cap. VIII. emendenda credit. At ego longè aliter ſentio, eorúmque ſeu interpretationem ſeu emendationem apertè Ciceronis verbis

repugnare aio. Ni ita ſit, iuſto cum eis ſacramento contendere non detrecto, eíſque iudices è decuriis eorum, quibus cor ſapit, fero: priùs teſtatus à me eorum memoriam non ſollicitari. Omnium enim dierum, ne dum vnius ſeu certæ alicuius, ſiue huius aut illius diei Fortunam huiuſmodi appellatione ſignari Cicero liquidò demonſtrat, propter eam quam adiungit rationem. *Nam vales in omnes dies*. Quibus verbis ſignificat, atque adeò apertè oſtendit, Fortunam ita meritò dici, quòd in omnes dies valeat. Quæ ratio non conſtaret, ſi ad vnum aliquem diem eius numinis poteſtas reſtringeretur, & tam anguſtis finibus ac terminis circumſcriberetur. Itaque à Ciceronis mente penitus eorũ mihi opinio abhorrere videtur, qui ἡμέρας ἐκείνης τύχην in animo habuiſſe eum exiſtimant. Dicam quod ſentio: Qui voci antiquę & melioris notæ manus adferre auſi ſunt, elegantem locum fœdauerunt. Idque vitium ſeu flagitium viris alioquin acutiſſimis & perſpicaciſſimis aciem oculorum perſtrinxiſſe mirum non eſt. Quis eſt enim tam Lynceus qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat? Scripſerat proculdubiò Cicero, *Fortunáque ſit, vel* HVIVSQVE DIEI. Quo nomine vicum fuiſſe in decima vrbis regione, quæ Palatium continebat, P. Victor docet. In regionum quoque monumento, quod è lapide, qui eſt ſub porticu Capitolina, nobis fideliter Ald. Manutius P.F. exſcripſit, Regioni decimæ idem vicus adſcribitur. Ac planè complures vrbis Romanæ vicos à finitimis, propinquis, aut vicinis Fortunæ templis nomen traxiſſe ex Sext. Rufo & P Victore liquet. Nam illi vicum Fortunæ OBSEQVENTIS in prima vrbis regione recenſent, & vicum Fortunæ VICINÆ in tertia. In quinta verò vicum Seium: In ſexta vicum Fortunatum: In ſeptima vicum Fortunæ: In decima vicum Fortunæ RESPICIENTIS. Quinetiam è manuſcriptis P. Victoris codicibus, ita hunc vicum Onufrius edidit, VICVS HVIVSQVE DIEI FORT. ÆD. Quæ poſtrema verba Fortunæ ædem ſignificant. Præterea ædem Fortunæ HVIVSCE DEÆ, vel, vt in calamo exaratis libris habemus, HVIVSCE DIE memorat Plinius lib. XXXIIII. Natur. hiſt. cap. VIII. Id quod ſententiam noſtram non adiuuat modò, ſed & planè firmat. Nam quod erat ab eo ſcriptum HVIVSQVE DIEI, facili literarũ C. & Q. metaplaſmo tranſiit in HVIVSCE DIE. Quæ cùm ita ſe habeant, præclaréq; iacta ſint cauſæ noſtræ fundamenta, necdum tamen oculis animiſque offuſa caligo diſcuſſa eſt. Demus enim Romæ vicum fuiſſe, HVIVSQVE DIEI, quod à Fortunæ templo nomen inuenerit: nondum adhuc res confecta eſt ex animi ſententia. Et certè ineſt huic verbo obſcuritas, cui niſi lumen adhibuerimus, nihil egerimus. Verùm ne diutius ſuſpenſum lectorem teneam, nodum hunc Gordianum explicabit, expediétque Marius Victorinus, qui in lib. de Orthograph. aliam atque aliam eſſe harum vocum *Huiuſce* & *Huiuſque* vim & poteſtatem ita tradit: *Et Huiuſce*, ait, *& Huiuſque rectè ſcribuntur, ſed ſuo loco vtraque. Nam ab hocce & hacce fit huiuſce. Huiuſque autem aliud ſignificat, id eſt vniuſcuiuſque*. Cuius loci indicium mihi fecit Franciſcus Pithœus, cuius vt conſuetudo, cùm propter eximiam doctrinam, tum propter ſummam morum ſuauitatem mihi eſt iucundiſſima, ita ei μήνυτρα hæc ſoluo libens meritò. Igitur Fortuna HVIVSQVE DIEI, eſt, vniuſcuiuſque diei: cui interpretationi bellè quadrat & conuenit Ciceronis aitiologia: eodémque collyrio vulneri Plinij medendum eſt: Et ita veterum monumentorum beneficio, Victoriſque ope, ſua vox Ciceroni reddita eſt, ſuàque germana Fortunæ appellatio reſtituta. Viderit ergo quàm ſe memorem gratámque poſthac illa falsò credita rerum humanarum domina præbebit, quæ amiſſum illuſtre nomen per me recuperauit. Sed properantẽ me ipſamet adhuc Fortuna moratur, ſuíſq; laqueis conſtrictum & irretitũ tenet: Vereor enim ne mihi iniuriarum dicã ſcribat, Quod BONÆ, ac VIRILIS titulos quibus Romæ colebatur, tacitus prætercam. Nam ſub vtroque cognomine, templa huic Deæ à Seruio Tullio conſecrata, dedicatáq; fuiſſe præfractè adfirmare non dubitabit, quiſquis Dionyſium Halicarnaſſ. à Gelenio in Latinum ſermonem conuerſum legerit. Verùm, vt breue faciã, quod ad BONAM FORTVNAM attinet, hoc merum Gelenij commentum eſt, cui (quod bona eius pace ac venia dictum ſit) hoc in loco ſomnus obrepſit. Nunquam enim Halicarnaſſeo in mentem venit, Seruium Tullium BONÆ FORTVNÆ templum exſtruxiſſe, ſed hoc duntaxat ſenſit, cum Fortunæ, qua ſemper bona, proſpera & ſecunda vſus fuerat, templa duo condidiſſe,

didiſſe: Vnum in foro Boario, alterum ſecundum Tiberis ripam: Idq; plenum & perſpicuum fiet, ſubiunctis ipſiſmet verbis, quæ malè accepta erroris huius anſam dederunt. Ea ſic habent: Ταῦτα διαπραξάμενος ἐν εἰρήνῃ τε καὶ κατὰ πολέμους ναοὺς δύο κατασκευασάμενος τύχης, ἧς παρὰ πάντα τὸν βίον ἔδοξεν ἀγαθῇ κεχρῆσθαι· Τὸν μὲν ἐν ἀγορᾷ τῇ καλουμένῃ Βοαρίᾳ, τὸν δ' ἕτερον ἐπὶ ταῖς ἠϊόσι τοῦ Τιβέριος, ἣν ΑΝΔΡΕΙΑΝ προσηγόρευσεν, ὡς καὶ νῦν ὑπὸ καλεῖται.

Qvod autem ad VIRILIS appellationem attinet, quæſtionis eſt, eámne Ἀνδρείας nomine intelligi Dionyſ. Halicarnaſſ. voluerit: quod nō immeritò in dubium vocatur: Tētari enim poteſt, ΑΝΔΡΕΙΑΣ ΤΥΧΗΣ & FORTIS FORTVNÆ numina ſynonyma eſſe. In eámque ſententiam me Plutarchi auctoritas aliquando traxit, qui in lib περὶ τύχης Ῥωμαίων ita ſcripſit, Τὴν δὲ παρὰ ποταμῷ, ἣν ΦΟΡΤΕΜ καλοῦσιν, ὅπερ ἐστὶν ἰσχυρὰν, ἢ ἀριστευτικὴν, ἢ Ἀνδρείαν. Mouit me deinde templi huic Deæ conſecrati ſitus: Nam, vt Ἀνδρείας τύχης ædem à Seruio Tullio ἐπὶ ταῖς ἠϊόσι τοῦ Τιβέριος dedicatam Dionyſ. Halicarnaſſ. ſcribit, ita Plutarchus παρὰ ποταμῷ, FORTIS FORTVNÆ templum locat. Varro verò apertius, lib. v. de ling. Lat. Seruium Tullium, FORTIS FORTVNÆ Fanum, ſecundum Tiberim, extra vrbem Romam dedicaſſe Iunio menſe, tradit. Ouidius quoque lib. vi. Faſtor. FORTEM FORTVNAM in Tiberis ripa Seruij Tullij beneficio ac munere templum habuiſſe memorat, hoc modo:

Quàm citò prætereunt FORTVNÆ FORTIS *honores,*
Poſt ſeptem luces Iunius actus erit.
Ite, Deam læti FORTEM *celebrate Quirites,*
In Tiberis ripa, munera Regis habet. Et mox:
Plebs colit hanc, quia qui poſuit, de plebe fuiſſe
Fertur, & ex humili ſceptra tuliſſe loco.

Quæ vehementer inter ſe congruunt. Nec tamen hæc à me eo dicuntur vt FORTVNAM VIRILEM albo noſtro expungi velim: alioquin ea Ouidij fidem imploraret, qui eam non cælo tantùm vindicat, ſed & ſanctè religioſéque à matronis coli ſolitam oſtendit his verſibus, quos ex lib. IIII. Faſtor. appoſui.

Diſcite nunc, quare FORTVNÆ *tura* VIRILI
Detis, eo gelida qui locus humet aqua.
Accipit ille locus poſito velamine cunctas,
Et vitium nudi corporis omne videt.
Vt tegat hoc, celetque viros, FORTVNA VIRILIS
Præſtat.—

A quo adſertore repulſa, vix vſquam in alio quoquā Latino auctore, quod ſciā, ſedem locúmque vbi conſiſteret, FORTVNA VIRILIS reperiret: Nec enim quod apud D. Auguſt. lib. IIII. de ciuit. Dei cap. XIX. legimus, ad hanc Deam conſtituendam ſufficeret. Vt vt ſe res habeat, Ouidianæ illi VIRILI minimè cōueniunt, quæ Græcus vterq; ſcriptor περὶ τῆς Ἀνδρείας memoriæ prodidit: eáque omnino alia eſt à FORTE FORTVNA: Vtriuſque enim diuerſas poteſtates & ſeparatas virtutes canit Ouidius, diuerſiſque menſibus vtramque cultam, Aprili hanc, Iunio illam, perſpicuè teſtatur. Multóque probabilius eſſet eam τῆς Ἄρρενος nomine ſignificari à Plutarch. ἐν Αἰτίοις & in lib. περὶ τύχης Ῥωμαίων. Vtroque enim loco varias & multiplices Fortunæ appellationes enumerans, inter eas Ἄρρενα ponit, quæ ſi iure ciuitatis Romanæ Latinitatéve donanda ſit, impunè per me licebit ei VIRILIS nomen accommodari. Quod vt conniuentibus oculis facilè paterer, ita Tribunitiæ poteſtatis Iure, ſi mihi id imperium doctorum ſuffragio mandaretur, intercederem Ἀνδρείας cū VIRILI permiſcentibus. Quinimo ſicut Ἄρρενα ἀπὸ τῆς Ἀνδρείας Plutarchus ſejungit ac ſeparat, eodē modo Ἀνδρείας & Virilis cognomina nihil cōmune habere, periculo meo, bono certè, aſſeri poſſe crediderim.

Vnus mihi ſcrupulus reſtat, qui me malè habet. Nā Ἀνδρείας τύχης templū Anco Martio acceptum fert Plutarch. in lib. περὶ τυχ. ῥωμ. vno & item altero loco. Contrà, Dionyſius Halicarnaſſ. Seruio Tullio. Qua de re ſecuſ. ſi ex compromiſſo arbiter ſumptus eſſem, aut arbitrium non reciperem, Palemoniſque veſtigiis inſiſtens diceremem, Non noſtrum inter eos tantas componere lites: aut arbitrio recepto, ſi me Prætor ſententiam di-

cere cogeret, pronuntiarẽ, SI QVID MEI IVDICII EST, SECVNDVM DIONYS. HALICARNASS. LITEM DO. Nã FORTI FORTVNÆ ædẽ ab Rege Seruio Tullio dedicatã Liuius etiã lib. x ab. v. c. auctor eſt. Quin Plutarch. ipſemet in ea re nihil ab initio pro certo adfirmare auſus erat: Ita enim primò ſcripſerat: Καὶ τέμενος τῆς τύχης τῆς Ἀνδρείας παρωνόμασεν. Verũ quid ſibi vult, quod idẽ Plutarch. FORTIS FORTVNÆ ædem ſitam fuiſſe ſcribit in hortis, quos pop. Ro. Iulium Cæſarẽ legaſſe, cũ eo Suetonius quoque refert? Nam hinc gradum mouere non poſſum, quoad hunc inſuper ſcrupulum exemero. Planè quod ait Plutarchus, non de ea FORTIS FORTVNÆ æde, quã Ser. Tullium dedicaſſe conſtat, accipiendum: ſed de alia recentiore, quàm Tiberio imperãte, ob recepta Germanici ductu ſigna, quæ cum Quintilio Varo amiſſa fuerant, Tiberim iuxta dicatam, Cornel. Tacit. lib. II. memoriæ prodidit.

SED iam ex abditis cæcæ, vagæ, volubiliſque Deæ ſedibus, in loca clara euadere mihi videor, & cùm ex his vadis emerſerim, facilior mihi reliquus orationis curſus oſtenditur. Igitur, vt ad inſtitutum ſermonem reuertar, poſt ſpecialia ad eam rem, de qua agebatur inuocata numina, omnes Deos vel Deas confuſè in ſacris inuocari cõſueuiſſe, Virgilius lib. I. Georgic. oſtendit, cùm ait:

DII DEÆQVE OMNES, *ſtudium quibus arua tueri.*

Vbi Seruius, *Poſt ſpecialem*, inquit, *inuocationem, tranſit ad generalitatem, ne quod numen prætereat, more Pontificum, per quos ritu veteri, in omnibus ſacris, poſt ſpeciales* DEOS, *quos ad ipſum ſacrum, quod fiebat, neceſſe erat inuocari, generaliter omnia numina inuocabantur.* Idem Virgilius lib. VI. Æneid.

DII DEÆQVE OMNES, *quibus obſtitit Ilion.* Plaut. Pœnulo Act. V. Sc. IIII.

DII DEÆQVE OMNES, *vobis habeo meritò magnas gratias.*

Sic & Ouidius in Ibin poſt ſuperos inferóſque inuocatos, adijcit:

Vos quoque plebs ſuperum, Fauni, Satyrique, Laréſque,
Fluminàque, & Nymphæ, ſemideúmque genus:
Denique ab antiquo, diui, veteréſque nouique,
In noſtrum, cuncti tempus adeſte, Chao.

Cicero quoque in peroratione actionis quintæ in Verrem, poſtquam Iouem opt. Max. Iunonem Reginam, Mineruam, Latonã, Apollinem, Dianam, Mercurium, Herculem, Matrem Idæam, Caſtorem & Pollucem, Cererem & Liberũ implorauit, addit, CÆTEROS ITEM DEOS, DEASQVE OMNES IMPLORO ATQVE OBTESTOR. Similiter Manlius apud Liuiũ lib. VI. *Iupiter*, inquit, *Opt. Max. Iunóque Regina ac Minerua,* CÆTERIQVE DII, DEÆQVE, *qui Capitolium arcémque incolitis, ſiccine veſtrum militem ac præſidem ſinitis vexari ab inimicis?* Seneca Epiſt. I. lib. XV. *Neque* DII *neque* DEÆ FACIANT, *vt te fortuna in delitiis habeat.* Plaut. Pœnulo Act. III. Sc. III.

DII DEÆQVE *vobis multa bona dent.*

ATQVE vt vlterius progrediamur, in precationibus conſueuiſſe dici, SIVE DEVS SIVE DEA ES, auctor eſt Arnob. lib. IIII. aduerſ. gẽt. Vnde Agellius lib. II. cap. XXVIII. *Eas ferias ſi quis polluiſſet, hoſtiam,* SIVE DEO, SIVE DEÆ, *immolabat.* Sic & in ea quàm ſuprà protuli fratrũ Arualiũ tabula, SIVE DEO SIVE DEÆ, ſcriptũ eſt. Eóq; pertinẽt hæc Leuini verba, quæ à Macrobio lib. III. Saturnal. cap. VIII. referuntur. *Venerem igitur almam adorans,* SIVE FEMINA SIVE MAS, *ita vti alma noctiluca* eſt. Plutarch. ἐν Αἰτίοις, Διὰ τί τὸν θεὸν ἐκεῖνον ᾧ μάλιστα τὴν Ῥώμην σώζειν προσήκει καὶ φυλάττειν, ΕΙΤΕ ΕΣΤΙΝ ΑΡΡΗΝ Η ΘΗΛΕΙΑ καὶ λέγειν ἀπείρηται καὶ ὀνομάζειν. Aliâs tamen (rectè ne an ſecus in medio relinquo) legimus precatos eos, SI DEVS, SI DEA ES. Et ita ſuum precationis carmen concipit M. Cato lib. de re Ruſt. cap. CXXXIX. Vetus quoque euocationis Deorum carmen, quod à Macrob. lib. III. Saturnal. cap. XV. ponitur, hoc initium habebat, SI DEVS, SI DEA ES, *cui populus ciuitáſque Carthaginenſis*, & reliqua. Teſtimonio eſt etiã Liuius lib. VIII. cùm ait, *Precatus deinde,* SI DIVVS, SI DIVA ESSET, QVI SOLI PRÆPETEM MISISSET, VOLENS PROPITIVS ADESSET. Verùm ſiue hoc, ſiue illud, ſiue vtrumque eorum rectum ſit, inde efficitur ſollemnem hanc fuiſſe earum precationum formulam, quæ ignoto numini fiebant. Quo in genere ne errore aliquo laberentur, interdum de Deorum, quorum opem implorabant, certo

nomine

nomine dubitantes dicere ſolebant, QVISQVIS ES. Sic enim Plaut. Rudente Act. I. Sc. IIII.

Nunc, ait, QVISQVIS EST DEVS *veneror*.

Virgilius lib. IIII. Æneid.

-- Sequimur te ſancte Dearum,
QVISQVIS ES: *ô faueas, noſtriſque laboribus adſis.*
His quoque DES VENIAM. --

Qua loquendi figura idem Ouidius lib. VI. Faſtor. & Plinius lib. II. Natur. hiſtor. cap. VII. vtuntur. Atque hac in re duplicem illis religionem iniectam fuiſſe animaduerti. Etenim non verebãtur modò, ne alium pro alio Deum nominando falſa religione populum alligarent, quemadmodum Agellius lib. II. cap. XXVIII. tradit, verumetiam formidabant ne Deos parum grato nomine appellarent. Proinde Seruius in lib. IIII. Æneid. Põtifices ſcribit precari conſueuiſſe in hæc verba: IVPITER OMNIPOTENS SEV QVO ALIO NOMINE APPELLARI VOLVERIS. Quem morem & formula Deuotionis confirmat, in qua ſcriptũ eſt, DISPATER, VEIOVIS, MANES, SIVE VOS QVO ALIO NOMINE FAS EST APPELLARE.

EIVSQVE rei ergô omnes eorum numinum, quæ inuocabant ac venerabantur, appellationes precationibus ſuis complecti ſolebãt, quemadmodum Catullus in hymno Dianæ & Ouidius lib. IIII. Metamorphoſ. in Hymno Bacchi teſtantur. Ea cauſa eſt, cur ibid. Catullus poſt varia edita Dianæ nomina, ſubiungat:

Sis quocumque tibi placet,
Sancta nomine.

Virgil. lib. I. Æneid.

O quam te memorem virgo? namque haud tibi vultus
Mortalis: nec vox hominem ſonat: ô Dea certè,
An Phœbi ſoror, an Nympharum ſanguinis vna.

Eodémque exemplo Horatius in carmine ſeculari:

Lenis Ilithyia tuere partus,
Siue tu Lucina probas vocari,
--Seu Genitalis.

Similíque modo Satyr. V. lib. II.

Matutine pater, ſeu *Iane, lubentius audis.*

Hinc & apud Martianum Capellam, Philologia Iunonem ita deprecatur, IVNO PVLCHRA, LICET ALIVD NOMEN TIBI CONSORTIVM CÆLESTE TRIBVERIT, ET NOS A IVVANDO, IVNONEM, VNDE ET IOVEM DICIMVS, NOMINEMVS: SEV TE LVCINAM, QVOD LVCEM NASCENTIBVS TRIBVAS, AC LVCETIAM CONVENIT NVNCVPARI. NAM FLVONIAM, FEBRVALEMQVE, AC FEBRVAM MIHI POSCERE NON EST NECESSE, CVM NIHIL CONTAGIONIS CORPOREÆ SEXV INTEMERATA PERTVLERIM. ITERDVCAM, ET DOMIDVCAM, VNXIAM, CINXIAM, MORTALES PVELLÆ DEBENT IN NVPTIAS CONVOCARE, VT EARVM ET ITINERA PROTEGAS, ET IN OPTATAS DOMOS DVCAS, ET CVM POSTES VNGENT FAVSTVM OMEN AFFIGAS, ET CINGVLVM PONENTES, IN THALAMIS NON RELINQVAS. OPIGENAM TE, QVAS VEL IN PARTVS DISCRIMINE, VEL IN BELLO PROTEXERIS, PRECABVNTVR. POPVLONIAM PLEBES, CVRITIM, DEBENT MEMORARE BELLANTES. HIC ERGO TE AERIAM POTIVS AB AERIS REGNO NVNCVPATAM, VOCO. Qui locus emendatior à me, quàm ſit in vulgatis codicibus, profertur. A quo non abhorret illa Pſyches precatio apud Apuleium lib. VI. quam, quòd ad formulam precationum pertineat & in codicibus perperã ſit interpuncta, integrã hîc ſubijcere non pigebit: *Tunc*, ait, *genu nixa, & manibus aram repentè amplexa, deterſis ante lachrymis, ſic deprecatur.* MAGNI IOVIS GERMANA ET CONIVGA, SIVE TV SAMI, QVÆ QVERVLO PARTV VAGITVQVE, ET ALIMONIA TVA GLORIATVR, TENES VETVSTA DELVBRA, SIVE CELSÆ CARTHAGINIS, QVÆ TE VIRGINEM, VE-

xviii.cap. xxix.Floralia à veteribus inſtituta iiii.Kal.Maij,vrbis anno quingẽteſimo ſextodecimo ex oraculis Sibyllæ ſcribit, VT OMNIA BENE DEFLORESCERENT. RVBIGINEM verò Deam rogatam vt NON ACCEDERET, D. Auguſt. lib. iiii. de ciuit.Dei cap. xxxi. ſcribit.Ouidius iiii. Faſtor. vtique eleganti eam precatione adorat in hunc modum.

Aſpera RVBIGO *parcas Cerealibus herbis,*
Et tremat in ſummis leue cacumen humo.
TV SATA SYDERIBVS *cæli nutrita ſecundis*
Creſcere,dum fiant falcibus apta, SINAS.
Vis tua non leuis eſt: quæ tu frumenta notaſti,
Mœſtus in amiſſis illa colonus habet.
Nec venti tantùm Cereri nocuere,nec imbres,
Nec ſic marmoreo pallet aduſta gelu,
Quantùm. ſi culmos Titan incalfacit vdos,
Tunc locus eſt iræ Diua timenda tuæ.
PARCE PRECOR, SCABRASQVE MANVS A MESSIBVS AVFER,
NEVE NOCE CVLTIS, *poſſe nocere ſat eſt.*
Nec teneras ſegetes,ſed durum amplectere ferrum
Quodque poteſt alios perdere, perde prius.
Vtilius gladios & tela nocentia carpes:
Nil opus eſt illis: otia mundus agat.
Sarcula nunc, durúſque bidens,& vomer aduncus,
Ruris opes niteant,inquinet arma ſitus.
Conatúſque aliquis vagina ducere ferrum,
Aſtrictum longa ſentiat eſſe mora.
AT TV NE VIOLA CEREREM: *ſempérque colonus*
Abſenti poſſit ſoluere vota tibi.

EIVSDEM poteſtatis Deum ROBIGVM Varro lib.v.de ling. Lat.facit,cui ſecundum ſegetes ſacrificatum tradit, NE RVBIGO OCCVPARET SEGETES. Idémque lib. i.de re Ruſt. cap.i. ROBIGO publicè ferias inſtitutas, ROBIGALIA. Cui aſſentiens Paulus in epitome Feſti, ROBIGALIA, ait, *dies Feſtus ſeptimo Kal. Maias,quo,* ROBIGO *Deo ſuo, quem putabant* RVBIGINEM AVERTERE, *ſacrificabant.* Tria namque vt Plinius lib. xviii. cap. xxix. memoriæ prodidit,tẽpora fructibus metuebant, propter quod inſtituerant ferias, diéſque feſtos, RVBIGALIA, FLORALIA, VINALIA. RVBIGALIA quidẽ Numã conſtituiſſe anno regni ſui xi. ſcribit, eáque ætate ſua acta fuiſſe A. D. vii.Kal.Maij,quoniam tunc ferè,ſegetes RVBIGO occupat. Agellius lib.v.cap.xii. Poſtquam Deos quoſdam, ne obeſſent, placari conſueuiſſe dixit, *In iſtis autem Diis*, ait, *quos placari oportet*, VTI MALA A NOBIS ET A NOSTRIS FRVGIBVS AMOVEANTVR, AVERRVNCVS quoque habetur,& ROBIGVS: AVERRVNCOS enim DEOS, quos DEPVLSORES vocabant,æquè placare ſolebant, atque eos qui bona tribuebant. Varro lib. vi. de lingua Lat. *A vertendo, Auerruncere, vt Deus, qui iis rebus præeſt,* AVERRVNCVS. *Itaque ab eo precari ſolent,* VT PERICVLA AVERTAT. Quo genere loquendi Virgilius lib.iii. Æneid.dixit,

—DII TALEM TERRIS AVERTITE PESTEM. Sil. Italic.lib.ix.
--SED DIRA AVERTITE DIVI.

Atque hæc ſunt LÆVA NVMINA Virgilio lib.iiii. Georgic. Qualia erant, MALA FORTVNA, FEBRIS, PALLOR, ORBONA, quibus fana publicè dicata, aráſque conſecratas fuiſſe Cic.lib.ii.de Legib.& lib.ii.de Natur.Deor. Plin. lib.ii. cap. vii. Arrian.lib.i. Epict.cap. xix.& xxii. Lactant. lib.i. diuin. inſtitut. D. Auguſt. lib. iiii. de ciuit.Dei cap.xxiii.& lib.vi.cap.x. ſcribũt. Arnob.lib.vii.aduerſ.gent.*Deam* LAVERNAM, *furum,* BELLONAS, DISCORDIAS, FVRIAS & LÆVA ILLA, *quæ conſtituitis,* NVMINA, *taciturnitatis ſilentio præterimus.* Eiuſmodi Deos à Græcis κακοὺς δαίμονας appellatos Arrianus in Epicteto lib.i.cap.xxii. oſtendit, his verbis τί οὖν, ναοὺς ποιῶμεν, τί οὖν ἀγάλματα κακοῖς δαίμοσι, ὡς πυρετῷ τῷ Δίι? D.Auguſtin. in lib. de Conſenſu

Euangeliſt. cap. XVIII. *Pallori & Febri fana Romani conſtituerunt, & cacodæmones placandos monent, ne noceant.* AVERRVNCANDI autẽ verbo, vtitur Liuius lib. VIII. *Placuit*, inquiens, AVERRVNCANDÆ *Deûm iræ victimas cædi.* Et lib. X. AVERRVNCANDORVM *prodigiorum cauſa ſupplicationes in biduum Senatus decreuit.* Arnob. lib. VII. *Satis (vt opinor) oſtendimus fruſtra Dijs immortalibus hoſtias rebus cum conſequentibus admoueri, quòd neque alantur his, neque vllam percipiant voluptatem, neque iras aut animos ponant, neque vt res tribuant fauſtas, neque vt abigant*, AVERRVNCENTQVE *contrarias.*

QVINETIAM ad placandum CANICVLÆ SIDVS, frugibus inimicum (quod idcirco Horatius lib. I. Serm. Satyr. VII. *inuiſum agricolis ſidus* vocat) RVFAS CANES immolari ſolitas, VT FRVGES *flaueſcentes ad maturitatem* PERDVCERENTVR, Paulus ex Feſto Pomp. in verbo, *Catularia porta*, ſcriptum reliquit. Idem Feſtus alibi, RVTILÆ CANES, *id eſt, non procul à rubro colore, immolantur, vt ait Atteius Capito*, CANARIO SACRIFICIO PRO FRVGIBVS, *deprecandæ ſæuitiæ cauſa*, SYDERIS CANICVLÆ. Vnde Ouidius lib. IIII. Faſtor.

Eſt CANIS *Icarium dicunt, quo ſidere moto*
Tota ſitit tellus, præripitúrque ſeges.
Pro CANE SIDEREO, CANIS *hic* IMPONITVR ARIS.

EIVSDEM generis erant hæ precationes, quę in luſtrandis agris adhibebantur: cuiuſmodi ſacrorum meminit Virgil. Bucolic. Ecloga V. & Tibull. lib. II. Eleg. I. In agro autẽ luſtrando, ita precandũ, Cato de re Ruſt. cap. CXLI. tradit: MARS TE PRECOR QVÆSOQVE, VTI SIES VOLENS, PROPITIVS, MIHI, DOMO, FAMILIÆQVE NOSTRÆ, CVIVS REI ERGÔ, AGRVM, TERRAM, FVNDVMQVE MEVM SVOVITAVRILIA CIRCVMAGI IVSSI, VTI TV MORBOS VISOS INVISOSQVE, VIDVERTATEM, VASTITVDINEMQVE, CALAMITATES INTEMPERIASQVE PROHIBESSIS, DEFENDAS, AVERRVNCESQVE, VTI TV FRVGES, FRVMENTA, VINETA, VIRGVLTAQVE GRANDIRE BENEQVE EVENIRE SINAS, PASTORES PECVAQVE SALVA SERVASSIS, DVISQVE BONAM SALVTEM, VALETVDINEMQVE MIHI, DOMO, FAMILIÆQVE NOSTRÆ. HARVMCE RERVM ERGÔ MACTE HISCE SVOVITAVRILIBVS LACTENTIBVS ESTO. Feſtus Pompeius in verbo *Peſeſtas*, ex illis precationibus quædam verba refert, PESESTAS, inquiens, *inter alia quæ imprecatores dicunt, cùm fundus luſtratur, ſignificare videtur peſtilentiam, vt intelligi ex cæteris poßit, cùm dicitur*, AVERTAS MORBVM, MORTEM, LABEM, NEBVLAM, IMPETIGINEM. Harum etiam precationum formulam exprimit Tibull. Eleg. I. lib. II. cuius initio agros ſe luſtrare profitetur in hæc verba:

DII PATRII, PVRGAMVS AGROS, PVRGAMVS AGRESTES:
VOS MALA DE NOSTRIS PELLITE LIMITIBVS.

PALILIBVS verò, Deam Palem, cui lacte fieri ſolebat à paſtoribus, ita precari monet Ouidius verbis præiens lib. IIII. Faſtor.

Syluicolam tepido lacte precare Palem.
CONSVLE, *dic*, PARITER PECORI, PECORISQVE MAGISTRIS:
EFFVGIAT STABVLIS NOXA REPVLSA MEIS.
Siue ſacro paui, ſedíve ſub arbore ſacra,
Pabuláque è buſtis inſcia carpſit ouis:
Seu nemus intraui vetitum, noſtríſve fugatæ
Sunt oculis Nymphæ ſemicapérque Deus:
Si mea falx ramo lucum ſpoliauit opaco,
Vnde data eſt ægræ fiſcina frondis oui:
DA VENIAM CVLPÆ: *nec, dum degrandinat, obſit*
Agreſti fano ſuppoſuiſſe pecus.
Nec noceat turbaſſe lacus: IGNOSCITE NYMPHÆ,
Mota quòd obſcuras vngula fecit aquas.
TV DEA PRO *nobis fontes, fontanáque placa*
Numina, tu ſparſos per nemus omne Deos.

Nec Dryadas, nec vos videamus labra Dianæ,
Nec Faunum, medio cùm premit arua die.
PELLE PROCVL MORBOS, *valeant hominéſque gregéſque,*
Et valeant vigiles, prouida turba, canes.
Néve minùs multo redigam, quàm manè fuerunt:
Néve gemam referens vellera rapta lupo.
Abſit iniqua fames: herbæ frondéſque ſuperſint,
Quæque lauent artus, quæque bibantur aquæ.
Vbera plena premam, referat mihi caſeus æra,
Déntque viam liquido vimina rara ſero.
Sítque ſalax aries: conceptáque ſemina coniux
Reddat: & in ſtabulis multa ſit agna meis.
Lanáque proueniat nullas læſura puellas,
Mollis, & ad teneras quamlibet apta manus.
QVÆ PRECOR EVENIANT, *& nos faciamus ad annum*
Paſtorum dominæ grandia liba Pali.

ANNÆ quoq; PERANNÆ Martio menſe ſacrificatũ, VT ANNARE PERANNAREQVE COMMODE LICERET, Macrob. lib. I. Saturnal. cap. XII. tradit. Sic enim abſque vllo vitio, & in Veneto antiquo & in recentiori Gryphianis prælis excuſo ſcriptum eſt. Proinde huius Deæ feſto die plebem per prata ſecundum Tiberim fuſam cum coniuge quemque ſua procubuiſſe, & vt Neſtoris ac Sibyllæ annos ſimul exigerent precatos eos, Ouidius his verſibus lib. III. Faſtor. docet.

Idibus eſt ANNÆ *feſtum geniale* PERANNÆ,
Non procul a ripis aduena Tibri tuis.
Plebs venit, ac virides paſſim diſiecta per herbas
Potat, & accumbit cum pare quiſque ſua. Mox ait,
Sole tamen vinóque calent ANNOSQVE PRECANTVR,
Quot ſumunt cyathos, ad numerúmque bibunt.
Inuenies illic, qui Neſtoris ebibat annos,
Quæ ſit per calices facta Sibylla ſuos.

Verbo autem *Perannare*, Ouid. lib. I. Faſtor. vtitur hoc in verſu:

Vtque domus, quæ præſtat eam, cum pace perannet,
Ad pia propenſos vota rogate Deos. Et lib. III. de Arte aman.
Defuit ars vobis: arte perannat amor.

Sueton. in Veſpaſia. cap. V. *Ideóque puella nata, non perannauit.* Agellius lib. XVII. cap. II. *Inuſitatè dixit diurnare, pro diu viuere: ſed hoc ex ea figura eſt, qua dicimus, perannare.*

SED & abs Dea CARNA, cui Iunius Brutus, qui primus Cos. Romæ factus eſt, ſacrũ in Cælio monte pulſis Tarquiniis fecit, quámque vitalibus humanis præeſſe credebãt, petebatur, VT IECINORA ET CORDA QVÆQVE SVNT INTRINSECVS VISCERA, SALVA CONSERVARET, prout Macrob. lib. I. Saturn. cap. XII. ſcribit:

PARTVRIENTES vtiq; IVNONIS LVCINÆ opem implorabant. Proinde apud Terentium Andria Act. III. Sc. I. Glycerium parturiens exclamat,

IVNO LVCINA FER OPEM, SERVA ME OBSECRO.

Vbi Donatus notat, hoc verſu totidem verbis vti omnes puerperas in Comœdiis. Idem in eandem Comœdiam Act. II. Sc. V. *Quæ opem tulerit parturienti, Obſtetricem dici, ait: vnde & parturientes* FER OPEM, *clamant.* LVCINÆ verò opem in ſimili partus niſu Pamphila implorat apud Terentium Adelph. Act. III. Sc. IIII. Eandem etiam vocẽ edit Phœdria puella partus inſtantis cruciatu diſtracta, apud Plaut. Aulular. Act. IIII. Sc. VII.

Perij mea nutrix, obſecro te, vterus dolet,
IVNO LVCINA TVAM FIDEM.

Eandem Deam Ouidius lib. I. Amor. ita precatur:

Túque laborantes vtero miſerata puellas,
Quarum tarda latens corpora tendit onus.
LENIS ADES, PRECIBVSQVE FAVE, LVCINA, PVELLÆ.

Et lib. II. Faſtor.

PARCE PRECOR GRAVIDIS FACILIS LVCINA PVELLIS,
MATVRVMQVE VTERO MOLLITER AVFER ONVS.

Idem III. Faſtor. matronam grauidam à Lucina petere iubet,

VT SOLVAT PARTVS MOLLITER IPSA SVOS.

Et certè Lucinam à parturientibus olim inuocatã aliis propè innumeris teſtimoniis planum facere poſſum: quorum colligendorum labore vt lectorem leuem, vndique conquiſitos locos ſub vno veluti aſpectu ponam. Varro lib. IIII. de ling. Lat. *Facta igitur à luce & iuuando,* IVNO LVCINA, *à quo parturientes eam inuocant.* Virgil. Ecloga IIII.

Tu modò naſcenti puero, quo ferrea primùm
Deſinet, ac toto ſurget gens aurea mundo,
CASTA FAVE LVCINA. —

Ouid. lib. III. Faſtor.

Dicito, TV NOBIS LVCEM LVCINA DEDISTI,
Dicito, TV VOTO PARTVRIENTIS ADES.

Idem lib. V. Metamorph.

LVCINAM *nouies nouies paritura vocauit.*

Et rurſus lib. X.

Nec LVCINA *poteſt parientu voce vocari.*

Propert. lib. IIII. Eleg. I.

Idem ego, quum Cinaræ traberet LVCINA *dolores,*
Et facerent vteri pondera lenta moram.
Iunoni votum facite impetrabile, dixi:
Illa parit. -

Tertullian. in lib. de Anima: *In partu,* LVCINÆ, ET DIANÆ *eiulatur.* Ibidémque, ſuperſtitionem Romanam ait Deam finxiſſe LVCINAM, quæ partum in lucem produceret. Arnob. lib. III. aduerſ. gent. *Parturire alias tractu longo, & manus obſtetricis quærere, & inter hæc omnia, ſuppetias implorare* IVNONIS LVCINÆ. Et eod. lib. *Parturiunt, pariunt, vt difficiles puerperiorum tricas Iuno mulceat corripiátque* LVCINA. Et poſtea: *Puerperis Iuno præpoſita eſt, & auxiliatur genitricibus fœtu.* Sic & apud Apul. lib. VI. de Aſino aur. Pſyche IVNONEM, eandémque LVCINAM dictam, alloquens, eam prægnantibus periclitantibus vltro ſubuenire ſolitã prædicat. D. Auguſt. lib. IIII. de Ciuit. Dei cap. XXI. *Quid opus erat parturientibus inuocare* LVCINAM, *cùm ſi adeſſet felicitas, non ſolùm bene parerent, ſed etiam bonos?* Ex quibus, LVCINAM illam, quam inuocabant, IVNONEM fuiſſe, conſtat. Sunt tamen qui Dianam, eandémque Lunam ita appellatam ſcribant, eámque parturiẽtibus auxilio fuiſſe tradant. In quibus eſt M. Tull. lib. II. de Nat. Deor. qui Lunam à lucendo nominatam, eandémque eſſe Lucinam cenſens, *Itaque, ait, vt apud Græcos Dianam, eámque Luciferam ſic apud noſtros* IVNONEM LVCINAM *in pariendo inuocant.* Catull. in ſeculari Carm. ad Dianam,

TV LVCINA *dolentibus*
IVNO *dicta puerperis.*

Horat. lib. III. Carm. Ode XXII.

Montium cuſtos, nemorúmque virgo,
Quæ laborantes vtero puellas,
Ter vocata audis, adimíſque letho.
— Diua triformis.

Idem Epod. Ode V.

Per liberos te, ſi vocata partubus
LVCINA *veris adfuit.*

Idem in carmine ſæculari.

Ritè maturos aperire partus,
Lenis ILITHYIA *tuere matres,*
Siue TV LVCINA *probas vocari.*

Plutarch. ἐν Αἰτίαις, Ἐπὶ πᾶσι δὲ Ἀρτέμιδος, ἣν ταῖς λοχείαις καὶ ταῖς ὠδῖσιν αἱ γυναῖκες ἐπικαλοῦνται. Et alio eiuſdem libri loco, Καὶ Λουκίναν ἥραν καλοῦσι, οἷον φαεινὴν ἢ φωτίζουσαν, καὶ νομίζουσιν ἐν ταῖς λοχείαις καὶ ὠδῖσιν βοηθεῖν. Macrob. lib. VII. Saturnal. cap. vlt. *Dianam quæ Luna eſt,* LVCINA *à parturientibus inuocatur, quod proprium eius munus eſt, diſtendere rimas corporis*

& meatibus

& meatibus viam dare, quod accelerando partui ſalutare eſt. Seru. in lib. III. Æneid. ad verſum *Sacra mari colitur*, rationem reddit, cur Diana, cùm virgo ſit, à parturientibus inuocetur. Huic opinioni & Diodor. Sicul. lib. VI. cuius Græca verba deſiderantur, accedit. A Græcis certè Deam hanc qua de agimus, ΕΙΛΕΙΘΥΙΑΝ vocatam liquet. Cuius rei vel vnus Dionyſ. Halicarnaſſ. idoneus teſtis eſt, qui lib. IIII. Seruium Tullium cõſtituiſſe narrat à parientibus pro liberis in lucem editis conferri aliquid in ærarium τῆς Εἰλειθύιας, ἣν, ait, Ῥωμαῖοι καλοῦσιν Ἥραν φωσφόρον. Pauſanias in Achaicis: Εἰλείθυιά ἐστιν ἡ εἰς φῶς ἄγουσα τοὺς παῖδας. Qua Græca voce nõ modò Horatius vſus eſt in Carmine ſæculari, ſed & Ouid. lib. IX. Metamorph. his verſibus.

— Tum cùm matura vocabis
Præpoſitam tumidis parientibus Ilithyiam.

MERCVRIVM planè quem lucro præfuiſſe Plautus in Prologo Amphitruonis indicat, aut, vt Arnob. lib. IIII. aduerſ. gentes loquitur, fraudibus cum Lauerna præſediſſe furtiuis vetuſtas finxit, à mercatoribus rogatum, VT LVCRA TRIBVERET, Ouid. lib. V. Faſtor. tradit. Ibidémque, poſtquam vrna, aquam, qua aſpergerentur, hauſiſſe eos expoſuit, has vnumquemque preces feciſſe, ſcribit:

ABLVE PRÆTERITI PERIVRIA TEMPORIS, *inquit*,
ABLVE PRÆTERITA PERFIDA VERBA FIDE.
Siue ego te feci teſtem, falſóve citaui
Non audituro numina vana Ioui.
Siue Deum prudens alium, Diuámve fefelli,
Abſtulerint celeres improba verba noti.
Et pereant veniente die periuria nobis,
Nec curent ſuperi, ſi qua loquutus ero.
DA MODO LVCRA MIHI, DA FACTO GAVDIA LVCRO,
ET FAC VT EMPTORI VERBA DEDISSE IVVET.

LARIBVS autem FAMILIARIBVS, vti ſupplicaretur, M. Cato, & Plautus oſtendunt. Cato de re Ruſt. cap. CXLIII. *Per eóſque dies*, LARI FAMILIARI, PRO COPIA *ſupplicet*. Plaut. Trinummo Act. I. Sc. I.

LAREM *corona noſtrum decorari voló.*
Vxor venerare, VT NOBIS HÆC HABITATIO
BONA, FAVSTA, FELIX, FORTVNATAQVE EVENIAT.

Valer. Max. lib. II. cap. V. *Valeſius vir locuples, ruſticæ vitæ, duobus filiis & filia ad deſperationem vſque medicorum laborantibus, aquam calidam iis à foco petens, genibus nixus*, LARES FAMILIARES, VT PVERORVM PERICVLVM IN IPSIVS CAPVT TRANSFERRENT, *orauit.*

GENIO verò preces fieri ſolitas Apuleius, licet obſcurè, perſtringit in libro de Deo Socratis. A NATALI quidem petitum VT CANDIDVS VENIRET, Tibullus & Ouidius teſtantur. Nimirum ille lib. I. Eleg. VIII. his verſibus:

At TV NATALIS, *multos venerande per annos*,
CANDIDIOR SEMPER CANDIDIORQVE VENI.

Hic verò lib. V. Triſt. Eleg. VI.

Optime NATALIS, *quamuis procul abſumus, opto*
CANDIDVS *huc* VENIAS. —

Quo exemplo idem Tibullus Eleg. vlt. lib. III. CANDIDE *Liber ades.*

Quem etiam eodem epitheto ornat Horatius Ode XVIII. lib. I. & Ouidius lib. III. Faſtorum non alio, vt pleriſque videtur, ſenſu, quàm quo Propert. lib. IIII. Eleg. I. *Candida omina*, & lib. II. Eleg. XII. *Candidam noctem*, & Tibull. Eleg. vlt. lib. III. *Candida fata* dicunt.

BACCHVM certè inuocatum hac voce, IO BACCHE, vetus commentator Horatij tradit in lib. I. Satyr. IIII.

VENEREM VTIQVE VERTICORDIAM rogatam VT AMORES INIICERET, ac rurſum VT AVFERRET, auctor eſt Lactantius Cælius in lib. V. Thebaid.

MENTI quoque Deæ ſupplicatum, VT BONAM HABERENT MENTEM, D.

Auguſt. lib. IIII. de Ciuit. Dei cap. XXI. ſcribit.

AT quum res diuina MATVTÆ Deæ fieret, ſuis quidem liberis bona non precabantur, ſed filiis fratrum duntaxat, vt Plutarchus ἐν Αἰτίοις teſtatur. Vnde Ouid. lib. VI. Faſt. de hac ipſa Dea MATVTA, quæ Græcis LEVCOTHOE dicitur, agens,

Non tamen, ait, hanc pro ſtirpe ſua pia mater adoret,
Ipſa parum felix viſa fuiſſe parens.

Et huc pertinet quod Plutarchus in Camillo de eadem matre MATVTA loquens inquit. ταύτην ἄν τις ἀπὸ τῶν δρωμένων ἱερῶν μάλιστα λευκοθέαν νομίσειεν εἶναι. Καὶ γὰρ θεράπαιναν εἰς τὸν σηκὸν εἰσάγουσαι ῥαπίζουσι, εἶτα ἐξελαύνουσι, καὶ τὰ τῶν ἀδελφῶν τέκνα πρὸ τῶν ἰδίων ἐγκαλίζονται. EODEM auctore ἐν Αἰτίοις BONÆ DEÆ ſacra facientes mulieres, VINVM EI LIBANTES, LAC SE LIBARE dicebant. Quod & Macrob. lib. II. Saturnal. cap. XII. ita confirmat. *Quod vinum in templum eius non ſuo nomine ſoleat inferri: ſed vas, in quo vinum inditum ſit,* MELLARIVM *nominetur, & vinum* LAC *nuncupetur.*

IDEM Plutarch. in iiſdem libris Αἰτιῶν, tradit eos, qui HERCVLI ſacra faciebant, alium Deum inuocaſſe nullum.

EST & illa ridicula ſtultáque precatio, ſed tamen ne quid intactum relinquatur, non prætermittēda, de qua Plutarc. ἐν Αἰτίοις, Καὶ τῇ χελλυεδύνῃ Γενείτῃ ΜΑΝΗ κυνὰ θύουσι καὶ χελεύχονται ΜΗΔΕΝΑ ΧΡΗΣΤΟΝ ΑΠΟΒΗΝΑΙ ΤΩΝ ΟΙΚΟΓΕΝΩΝ.

PORRO certa & ſollemnia fuiſſe publicarum precationum & obſecrationum verba, ſatis conſtat: vnde & *ſollemnes preces* dixit Ouidius lib. VI. Faſt. &, *ſollemnem precem quindecim virorum,* Statius Papinius lib. IIII. Sylu. & *ſollemni voce ſuperos in vota vocare*, Seneca OEdipo Act. II. Sc. II. Atque adeo conceptis verbis obſecraſſe ſummos magiſtratus, & ne quid verborum prætereretur, aut præpoſterum diceretur, de ſcripto præiiſſe aliquem, aliū cuſtodem datum, qui attenderet, Plinius lib. XXVIII. cap. II. tradit. Liuius lib. IIII. *Obſecratio itaque à populo Duumuiris præeuntibus eſt facta.* Apud eundem quoq; lib. VIII. Decius iubet Pontificem ſibi verba præire, quibus ſe pro legionibus deuoueret. Idémq; lib. V. Pontificem Max. deuotionis carmen præfatum narrat. Sueton. in Claudio cap. XXII. *Obſeruauitq; ſedulò, vt quoties terra in vrbe mouiſſet, ferias aduocata cōcione Prætor indiceret: vtque ob dira, aut in vrbe, aut in Capitolio viſa, obſecratio haberetur: eámque ipſe iure Max. Pont. cōmonito pro roſtris pop. Ro. præiret.* Plutarchus in Camillo Ἐξηγουμένου τοῦ Ἀρχιερέως ἐπευξάμενοι τοῖς θεοῖς. Et ita Heluidio Prætori in Capitolij dedicatione Pōtificem præiſſe verbis Cornel. Tacit. lib. XX. refert. Eóq; pertinet illud Iuuenal. Satyr. II. -- *Dictatáque verba pertulit.* Vbi vetus interpres, *Dictata* inquit, *à ſacerdote vel haruſpice.* Quod ille eadem loquendi figura dixit, qua Valer. Flacc. lib. I. Argonaut. *Dictat pia vota ſacerdos.* Agellius etiam lib. XIII. cap. XXI. ita ſcribit. *Comprecationes Deorum immortalium, quæ ritu Romano Diis fiunt, expoſitæ ſunt in libris ſacerdotum pop. Ro. & in pleriſque antiquis orationibus. In iis ſcriptum eſt Luciam Saturni, Salaciam Neptuni, Horam Quirini, Iuritem Quiritij, Maiā Volcani, Nerien Iunonis, Molas Martis, Nerienem quoque Martis.* Ibidémq; ex Cn. Gellij Annali tertio Herſiliam, cùm apud T. Tatium verba faceret, pacémq; oraret, ita precatā eſſe refert: NERIA MARTIS, TE OBSECRO PACEM DARE, VT LICEAT NVPTIIS PROPRIIS, ET PROSPERIS VTI, QVOD DE TVI CONIVGIS CONSILIO CONTIGIT, VTI NOS ITIDEM INTEGRAS RAPERENT, VNDE LIBEROS SIBI ET SVIS, POSTERIS, PATRIÆ PARARENT.

EX conceptis autem precationum antiquarum verbis hæc obſeruaui, POPVLO ROMANO QVIRITIBVS, ídque ex Feſti libris à Paulo in Epitomen contractis didici, in quibus eſt: *Mos erat dici Romanis in omnibus ſacrificiis, precibúſque,* POPVLO ROMANO QVIRITIBVSQVE, *quod eſt Curenſibus, quæ ciuitas Sabinorū potentiſſima fuit.* Proinde Liuius lib. XL. Religioni fuiſſe ait, quòd Latinis feriis populus Lanuuinus precatus non eſſet, POPVLO ROMANO QVIRITIBVS. Sic enim ex Paulo emendandum eſt. Eodémq; modo corrigendum eſt mendum, quod inſidet Formulis belli indicēdi & decernēdi, quæ ab eodem auctore libro I. referuntur: & Formulæ Deuotionis, quā idem lib. VIII. ponit. Quæ noſtra emendatio alio eiuſdem libri loco firmatur. Sic enim illic abſque vitio ſcriptū eſt. *Comparant inter ſe, vt ab vtra parte cedere Romanus exercitus cœpiſſet, inde ſe Conſul deuoueret,* PRO POPVLO ROMANO QVIRITIBVS. Vnde facilè adducor vt credā Liuium

uiũ lib. v. ita ſcripſiſſe: *Sunt, qui M. Fabio Pontifice Max. præfante carmen, deuouiſſe eos ſe* PRO POPVLO ROMANO QVIRITIBVSQVE *tradant*: licet in omnibus paſſim codicibus perperã, vt quidem cenſeo, contra receptũ certè olim loquendi morem, PRO PATRIA QVIRITIBVSQVE ROMANIS ſcriptum ſit. His congruenter, in rogatione de Vere Sacro apud eundem Liuium lib. XXII. rectè, *Res* POPVLI ROMANI QVIRITIVM legitur: At in conſequentibus illius Rogationis verbis, vitioſè, POPVLVS ROMANVS QVIRITIVM. Similiq; errato in Cenſoria tabula apud Varronem lib. v. de ling. Lat. ſcriptum eſt: POPVLO ROMANO QVIRITIVM. Eodem vitio laborãt Plinij codices, in quibus lib. XVI. Natur. hiſt. cap. XXXII. cõtra vulgarem ſcripturã proculdubio legẽdum eſt: *Factum* POPVLO ROMANO QVIRITIBVS *oſtẽtum Cimbricu belli*. Quod cùm dico, graues mihi aduerſarios cõſtitutos ſcio, qui in acie cõtra me tam manuſcriptos, quàm typis excuſos codices, ipſaq; adeo veterum monumentorum ſaxa, marmora, æraq; locabũt. Sed pro me ſtat nõ Paulus modò, cuius tanti apud me auctoritas non eſſet, verumetiã, vt illos Liuij è libro VIII. & XXII. mihi ſuffragãtes locos taceã, Agellius quoq; litem meam ſuã facit, apud quem in Veſtalis virginis capiendæ Formula, diſertis & quidem integris, nec vllatenus imminutis verbis ſcriptum extat: *quæ ſacra facias, quæ ius ſiet ſacerdotẽ Veſtalem facere*, PRO POPVLO ROMANO QVIRITIBVS. Ruſuſque lib. x. cap. XXIIII. In feriis, quæ Compitalia dicebantur, cõcipiendis Prætores his verbis vſos tradit: DIE NONI POPVLO ROMANO QVIRITIBVS *Cõpitalia erunt*. Firma inſuper rationè noſtra hæc emẽdatio nititur. Nam, vt à capite horũ verborum origo arceſſatur, Quiritium nomẽ populo Romano adiungi cœpiſſe, ex Feſto, aliiſq; auctoribus palàm eſt, poſtquã in vrbem Romanam Sabini commigrarunt, Curibus veniẽtes: Atque ita verba hæc, POPVLVS ROMANVS QVIRITES cõmunionem & ſocietatem vtriuſque pop. Ro. & Sabini factam poſt fœdus inter Romulum & Tatium percuſſum, indicant: nec repugnat veterum monumentorum fides, in quibus ſi recto caſu POPVLVS ROMANVS QVIRITIVM, aut tertio, & quarto, POPVLO ROMANO QVIRITIVM, vel POPVLVM ROMANVM QVIRITIVM ſcriptum eſſet, cederem vtique, ac victas manus porrigerẽ: verùm ſolo generandi caſu hoc loquendi genus in veteribus lapidibus legere mihi contigit, veluti in inſcriptione quadã Neapolitana, PONTIFICI MAIORI AVGVRI PVBLICO POPVLI ROMANI QVIRITIVM: & inſcriptione Capitolina, VESTA POPVLI ROMANI QVIRITIVM. Itaque hæc teſtimonia opinionem meam non euertunt, nec eorum auctoritate à ſententia deduci poſſum.

EX antiquis etiam precationũ verbis Feſtus hæc refert: SVB VOS PLACO, OB VOS SACRO. Item ex Augurũ precatione hæc, BENE SPONSIS, BENE VOLVERIS. Cic. lib. III. de Nat. Deor. *Et in Augurũ precatione Tiberinum, Spinonẽ, Anemonem, Nodinũ, alia propinquorum fluminũ nomina videmus*. Seruius in lib. XII. Æn. ad ea verba, *Eſto nunc ſol teſtis*, *Et hoc*, ait, *per ſpeciem augurij, quæ Precatio Maxima appellatur, dicit. Maxima autẽ precatio eſt, cùm plures Deos quàm in cæteris partibus auguriorum precatur, euentúſque rei bonæ poſcitur*, VT IN MELIVS IVVET: *quod his verſibus oſtenditur. Eſto nunc ſol mihi teſtis, & hæc mihi terra*. Idem ad verſum, *Et pater omnipotens. Ceterùm, ait, quod in precationibus dici ſolet*, VT MELIVS IVVET, MELIVS FORTVNET, *ſubiecit his verſibus:*

Si noſtrum annuerit nobis victoria Martem.

Idem in lib. III. Æneid. ad ea verba, *Dij prohibete minas, Hoc*, ait, *per ſpeciem Auguralem, quæ* INVOCATIO *appellatur, nonnulli dictũ putant*. INVOCATIO *autẽ eſt precatio*, VTI AVERTANTVR MALA. *Cuius rei cauſa id ſacrificium Augurale peragitur.*

AVGVRES *planè optabant* CERTA SIBI AC CLARA ET PROSPERA E CÆLO SIGNA DARI, quæ Deos eorũ precibus annuere teſtarẽtur. Et ita Romulũ, quũ Deos de regno conſuleret, precatum Dionyſ. Halicarn. refert lib. II: Στὰς δὲ ὑπαίθριος ἐν καθαρῷ χωρίῳ, καὶ προθύσας ἃ νόμος ἦν, εὔχετο Διΐ τε βασιλεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς, οὓς ἐποιήσατο τῆς ἀποικίας ἡγεμόνας, εἰ βουλομένοις αὐτοῖς ἐστὶ βασιλεύεσθαι τὴν πόλιν ὑφ' ἑαυτοῦ, σημεῖα οὐράνια φανῆναι καλά. Augurem etiam, quem Numa, vt auſpicatò, regnũ, ſicut Romulus, adipiſceretur, de ſe quoque conſuli iuſſerat, Liuius lib. I. precatũ narrat in hunc modum: IVPITER PATER SI EST FAS HVNC NVMAM POMPILIVM CVIVS EGO CAPVT TENEO, REGEM ROMÆ ESSE, VT TVA SIGNA NOBIS CERTA AC CLARA

SINT INTER EOS FINES QVOS FECI. Et hoc eſt quod Plutarchus in Numa, Ἐνταῦθα, ait, τῶν μαντέων, ὁ πρωτεύων, τὸν μὲν εἰς μεσημβρίαν τρέψας ἐγκεκαλυμμένον. αὐτὸς δὲ παραστὰς ἐξόπισθεν, καὶ τῇ δεξιᾷ τῆς κεφαλῆς ἐφαπτόμενος αὐτοῦ, κατηύξατο καὶ περιεσκόπει τὰ παρὰ τῶν θεῶν οἰωνοῖς, ἢ συμβόλοις προφαινόμενα, πανταχόσε τὰς ὄψεις περιφέρων. Harũ precationum formulas expreſſit Virgilius lib. III. Æneid. his verbis:

Quem ſequimur? quóve ire iubes? vbi ponere ſedes?

DA PATER AVGVRIVM, *atque animis illabere noſtris.*

Vbi Seruius in ſchedis. *Augurium eſt, modò oraculum, ſed vſurpatione Augurum, eſt exquiſita Deorum voluntas per conſultationem auium aut ſignorum, quod tunc peti debet, cùm id quod animo cogitamus, à Diis volumus impetratum, vt in hoc loco Æneas poſtquam omnia quæ voluebat animo, petiit, ait,* DA PATER AVGVRIVM. *Et eſt ſpecies iſta Augurij, quæ* LEGVM DICTIO *appellatur.* LEGVM DICTIO *autem eſt, quum conditio ipſius augurij certa nuncupatione verborum dicitur, quali conditione augurium peracturus ſit. Quod hic facit exequens formas petitionis verſibus ſuprà ſcriptis. Tunc enim quaſi legitimo iure legem adſcribit:* DA PATER AVGVRIVM. Sic & lib. IIII. Æneid.

Adſis ô placidúſque IVVES, ET SYDERA CÆLO

DEXTRA FERAS.— Plenius verò & fuſius lib. II. Æneid.

At pater, ait, *Anchiſes oculos ad ſydera lætus*

Extulit, & cælo palmas cum voce tetendit,

IVPITER OMNIPOTENS, PRECIBVS SI FLECTERIS VLLIS

ASPICE NOS, HOC TANTVM, ET SI PIETATE MEREMVR,

DA DEINDE AVXILIVM PATER, ATQVE HÆC OMINA FIRMA.

Vnde notandum eſt, Deos rogatos, VT OMINA FIRMARENT. Silius Italic. lib. IIII.

—Noſco te ſumme Deorum,

Adſis ô, FIRMESQVE *tuæ,* PATER, *alitis* OMEN.

Quod genus loquendi vſurpat idem Silius lib. XVI. his verſibus:

—FIRMEMVS *proſpera dixit,*

OMINA, *nec ſuperi votis concordibus abſint.* Vt & Cicero lib. I. de Diui.

Sic aquilæ clarum FIRMAVIT *Iupiter* OMEN.

Eodémque modo Ammianus Marcellinus lib. XXIII. *vt* OMEN *per hoſtias litando* FIRMARET. Quinctiam bono aliquo OMINE dato, animos ipſi quoque ſeſe firmare dicebant, teſte Virgilio lib. IIII. Georgic. Rogabantur quoque Dij, VT NVMINE SVO FIRMARENT, quæ optabantur. Virgil. lib. XII. Æneid.

Sin noſtrum annuerit nobis victoria Martem,

Vt potius reor, & potius DII NVMINE FIRMENT.

Cuius exemplo Valer. Flacc. lib. III. Argonautic.

Teſtor, ait, *& hoc omni, victor, tibi* NVMINE FIRMO.

At apud Virgil. lib. VIII. Æneas precationem ſuã ad Tiberinum patrem ita cõcludit:

ADSIS *ô tandem, & propius tua* NVMINA FIRMA.

Erat & certum euocationis Deorum carmen. Nam in oppugnationibus ante omnia ſolitum à ſacerdotibus Romanis EVOCARI Deum, cuius in tutela oppidum quod obſidebatur eſſet, PROMITTIQVE ILLI EVNDEM, AVT AMPLIOREM APVD RO. LOCVM, CVLTVMVE, Plinius lib. XXVIII. cap. II. ex Verrio Flacco tradit: additque, ideo occultatum in cuius Dei tutela Roma eſſet, ne qui hoſtium ſimili modo agerent. Huius certè Euocationis metu, alterum Romæ nomen (vt idem ipſe Plinius lib. III. cap. V. ſcribit, & nos ſuprà attigimus) dicere, arcanis cęrimoniarum nefas habebatur: quod optima & ſalutari, vt ille ait, fide abolitum cùm enuntiare auſus eſſet Valerius Soranus non impunè tulit, luítque mox pœnas. Nec alia de cauſa Romæ illud nomen perpetuo ſilẽtio damnatum docet C. Sempronius in lib. de Diuiſio. Ital. his verbis: *Alioquin, Romæ nomen, & nominis origo vulgata eſſet, atque manifeſta, quæ occulta eſſe ſaluberrima religio ſanxit: ne ſi origo nominis, & à quo deriuationem habet gentibus pateret, ea euocaretur, vt cæteri.* Sic & Plutarchus ἐν αἰτίοις τοῖς ῥωμαϊκοῖς, poſt quæſtionem propoſitam, cur ſiue Deum, ſiue Deam, in cuius tutela Roma eſt, nominare nefas habeatur, eius rei cauſam inueſtigans, πότερον, inquit, ὡς τῶν ῥωμαϊκῶν τινες ἱστορήκασι, ἐκκλήσεις εἰσὶ καὶ γοητεῖαι θεῶν

θεῶν, ὡς νομίζοντες καὶ αὐτοὶ θεοὺς τινὰς ἀπεληλύθεναι παρὰ τῶν πολεμίων, καὶ μεμηχανημένοι τοὺς αὐτοὺς, ἐφοβοῦντο τὸ αὐτὸ παθεῖν ὑφ' ἑτέρων. Huiuſmodi euocationis ipſamet concepta verba ponam: SI DEVS, SI DEA EST, CVI POPVLVS CIVITASQVE CARTHAGINIENSIS EST IN TVTELA, TEQVE MAXIME ILLE QVI VRBIS HVIVS POPVLIQVE TVTELAM RECEPISTI, PRECOR VENERORQVE, VENIAMQVE A VOBIS PETO, VT VOS POPVLVM CIVITATEM CARTHAGINIENSEM DESERATIS, LOCA, TEMPLA SACRA, VRBEMQVE EORVM RELINQVATIS, ABSQVE HIS ABEATIS, EIQVE POPVLO CIVITATI METVM, FORMIDINEM, OBLIVIONEM, INICIATIS, PRODITIQVE ROMAM AD ME, MEOSQVE VENIATIS, NOSTRÆQVE VRBIS LOCA, TEMPLA, SACRA, VRBS ACCEPTIOR PROBATIORQVE SIT, MIHIQVE POPVLOQVE ROMANO MILITIBVSQVE MEIS PRÆPOSITI SITIS, VT SCIAMVS INTELLIGAMVSQVE: SI ITA FECERITIS VOVEO VOBIS TEMPLA LVDOSQVE FACTVRVM. Cuius formulæ Macrobius lib. III. Saturnal. cap. xv. teſtem citat Sammonicum Serenum lib. v. Rerum reconditar. Apud Liuiũ verò lib. v. Camillus Iunonem è Veiis ita euocat: TE SIMVL IVNO REGINA, QVÆ NVNC VEIOS COLIS, PRECOR, VT NOS VICTORES IN NOSTRAM TVAMQVE MOX FVTVRAM VRBEM SEQVARE, VBI TE DIGNVM AMPLITVDINE TVA TEMPLVM ACCIPIAT.

SOLLEMNE vtique fuiſſe aliquod carmen precationis, quod in concionibus, quæ ad populum habebantur, magiſtratus præfari conſueuerant, Liuius lib. XXXIX. docet his verbis: *Ad hæc officia dimiſſis magiſtratibus Conſules in roſtra aſcenderunt, & concione aduocata,* CVM SOLLEMNE CARMEN PRECATIONIS, *quod præfari priuſquàm populum alloquantur, magiſtratus ſolent, peregiſſet Conſul, ita cœpit. Nulli vnquam concioni, Quirites, tam non ſolùm apta, ſed etiam neceſſaria* HÆC SOLLEMNIS DEORVM COMPRECATIO *fuit, quæ vos admoneret, hos eſſe Deos, quos colere, venerari, precarique maiores veſtri inſtituiſſent.* Hûc pertinet quod auctor Rhetoricor. ad Herenn. lib. I. refert de Graccho, qui concione aduocata, cùm DEOS INCIPERET PRECARI, percuſſus eſt, impetu in eum facto. Quod imitari ſtuduit Ouidius lib. XV. Metamorphoſ. qui de Cippo ad populum verba faciente hæc ait:

PRISCOQVE DEOS DE MORE PRECATVS,
Eſt, ait, hic vnus quem vos niſi pellitis vrbe *Rex erit.—*

FVISSE præterea ſollemnem quamdam Comitiorum precationem Cicero pro Muræna indicat, ſimúlque cuiuſmodi ea eſſet, breuiter declarat, inquiens: *Quæ precatus ſum à diis immortalibus, Iudices, more inſtitutóque maiorum, illo die, quo auſpicato Comitiis centuriatis L. Murænam Coſ. renuntiaui,* VT EA RES MIHI MAGISTRATVIQVE MEO, POPVLO PLEBIQVE ROM. BENE ATQVE FELICITER EVENIRET, *eadem precor ab iiſdem diis immortalibus.* Et paullo pòſt, *Quòd ſi illa ſollemnis Comitiorum precatio, conſularibus auſpiciis conſecrata, tantam habet in ſe vim & religionẽ, quantam Reip. dignitas poſtulat, idem ego ſum precatus, vt eis quoque hominibus, quibus hic conſulatus me rogante datus eſſet,* EA RES FAVSTE, FELICITER, PROSPEREQVE EVENIRET. Plinius in Panegyrico: *Nam quod precatus es, vt illa ipſa ordinatio Comitiorum* BENE AC FELICITER EVENIRET NOBIS REIPVBLICÆQVE, *nonne tibi tale eſt, vt nos hunc votorum ordinem conuertere debeamus?* Idq́ue & in omnibus rebus publicè adgrediendis, precari in more poſitum erat. Liuius lib. XXI. *Latum inde ad populum,* VELLENT, IVBERENT *populo Carthaginienſi bellum indici, eiúſque rei cauſa ſupplicatio per vrbem habita, atque adorati Dij,* VT BENE AC FELICITER EVENIRET, QVOD BELLVM POPVLVS ROM. IVSSISSET. Idem lib. XXXI. Senatum à P. Sulpitio Coſ. de bello cum Philippo Macedonum rege ineundo conſultum, decreuiſſe refert, vt Coſſ. maioribus hoſtiis rem diuinam facerent, cum precatione hac: QVAM REM S. P. Q. R. DE REPVB. DEQVE INEVNDO NOVO BELLO IN ANIMO HABERET, EA RES VTI POPVLO ROMANO, SOCIISQVE AC NOMINI LATINO BENE AC FELICITER EVENIRET. Secundum hoc Senatuſconſultum re diuina ritè perfecta P. Ælius Coſ. concione aduocata populum eodem libro alloquens, eúmq; vt hos

bellum iuberet, exhortans. *Huius, ait, vobis ſententiæ non Conſul modò auctor eſt ſed etiam Dÿ immortales, qui mihi ſacrificanti precantíque*, VT HOC BELLVM MIHI, SENATVI, VOBISQVE, ET SOCIIS, AC NOMINI LATINO, CLASSIBVS, EXERCITIBVSQVE NOSTRIS BENE AC FELICITER EVENIRET, *læta omnia proſperáque portendere*. Ac deinde cùm populus id bellum iuſſiſſet, ſupplicationem à Coſſ. in triduum indictam, obſecratóſq; circa omnia puluinaria Deos, QVOD BELLVM CVM PHILIPPO POPVLVS IVSSISSET, ID BENE AC FELICITER EVENIRET, idem Liuius lib. XXXI. narrat. Similitérque priuſquàm bellum aduerſus Perſeum Macedonum regem ſuſciperetur, Coſſ. deſignatis negotium à Senatu datum, vt qua die magiſtratum iniſſent, hoſtiis maioribus ritè mactatis precarentur, QVOD BELLVM POPVLVS ROM. IN ANIMO HABERET GERERE, VT ID PROSPERVM EVENIRET, idem lib. XLII. ſcriptum reliquit. Auctor eſt etiam, poſt initum à Pub Cornelio Scipione, & M. Acilio Glabrione Conſulatum, Senatum priuſquam de prouinciis ageretur, iuſſiſſe cos res diuinas maioribus hoſtiis facere, precarique, QVOD SENATVS DE NOVO BELLO IN ANIMO HABERET, VT EA RES SENATVI POPVLOQVE ROM. BENE AC FELICITER EVENIRET. Quinctiã poſtquã nuntiatum fuit L. Scipionẽm Coſ. exercitũ in Aſiam traieciſſe, ſupplicationẽ in vnũ diem decretã, QVOD EXERCITVS ROMANVS TVM PRIMVM IN ASIA POSVISSET CASTRA, VT EA RES PROSPERA ET LÆTA EVENIRET, idem Liuius lib. XXXVIII. ſcribit. Apud eundem quoque lib. XXX. Metellus Cenſores ita affatur: *Quod omnibus ferè precationibus nuncupabitis verbis*, VT EA RES MIHI COLLEGÆQVE MEO BENE AC FELICITER EVENIRET. Eiuſmodiq; fuiſſe illas Craſſi precationes credibile eſt, de quibus Dio lib. XXXIX. ait, Ἐν τῷ Καπιτωλίῳ τὰς εὐχὰς αὐτοῦ τὰς νομιζομένας ἐπὶ τῇ στρατείᾳ ποιουμένου. Sed & in aliis quibuſcumque rebus auſpicandis idem precari moribus Romanis comparatum erat. Salluſtius lib. II. Hiſtoriar. *Cæterùm* DEOS IMMORTALES OBTESTOR, VT QVOCVMQVE MODO AGES, EA RES TIBI REIPVBLICÆQVE PROSPERE EVENIAT. Cæſar lib. V. de bello Gallico: *Qui decimæ legionis aquilam ferebat, conteſtatus Deos*, VT EA RES LEGIONI FELICITER EVENIRET: *Deſilite inquit, commilitones*. Plaut. Trinummo Act. I. Sc. I.

NOBIS HÆC HABITATIO BONA, FAVSTA, FELIX, FORTVNATAQVE EVENIAT.

Cic. lib. IX. familiar. Epiſt. VIII. ad Varr. *Migrationem & emptionem* TIBI FELICITER EVENIRE VOLO. Sic apud eundem Epiſt. XXI. lib. XVI. Cicero filius ad Tironẽ: *Emiſſe te prædium vehementer gaudeo*, FELICITERQVE TIBI REM ISTAM EVENIRE CVPIO. Idem Epiſt. XIII. lib. IIII. Familiar. ad Plancium: *Alteris dicebas te velle, quæ egiſſem* BENE AC FELICITER EVENIRE. Petron. Arbit. in Satyrico: *His ita ordinatis*, QVOD BENE FELICITERQVE EVENIRET, *precati Deos, viam ingredimur*.

EADEM precatio hoc verborũ compẽdio ſtringebatur: QVOD BENE EVENIAT. Cato lib. de re Ruſt. cap. CXLI. *Impera Suouitaurilia circumagi cum* DIIS VOLENTIBVS, QVODQVE BENE EVENIAT, *mando tibi Mani*. Pomponius in Cretala, Nonio referente: BENE EVENIAT *ita ſit*: Cicero Epiſt. II. lib. VII. ad Attic. BENE EVENIAT, inquit *Carneades*. Petron. Arbit. in Satyrico: *Itaque* QVOD BENE EVENIAT, *expedite ſarcinulas*. Plaut. Trinum. Act. III. Sc. II. BENE QVOD AGAS EVENIAT TIBI.

IN eandem ſententiam dicere ſolebant, QVÆ RES VERTAT BENE. Qui modus loquendi Plauto familiaris eſt. Sic enim ille Aulular. Act. I. Sc. IIII.

QVÆ RES RECTE VORTAT *mihique tibique filiæque tuæ,*
Filiam mihi tuam vxorem poſco.

Item eiuſdem Comœd. Act. IIII. Sc. VI.

Nunc QVÆ RES *tibi & gnatæ tuæ*
BENE FELICITERQVE VORTAT.

Idem Captiueis Act. II. Sc. II.

QVÆ RES BENE VORTAT *mihi, meóque filio, vobíſque.*

Et in Perſa Act. III. Sc. I.

QVÆ RES BENE VORTANT *mihi & tibi & ventri meo.*

Itidémque

Itidémque in Trinum. Act.II.Sc.IIII.

Sine dote poſco tuam ſororem filio, QVÆ RES VORTAT BENE.

Idem in Prologo Aſinar.

Quæ quidem mihi atque vobis RES VORTAT BENE.

Idem Curcul. Act.V.Sc.vlt.

QVÆ RES BENE VORTAT *mihi,& vobis,ſpectatores Plaudite.*

Ennius Annalibus apud Nonium Marcel.

Mi reliquæ fidei,regno,vobíſque Quirites.

RES FORTVNATIM FELICITER AC BENE VORTAT.

Liuius lib.III.de Cincinnato. *Rogatus*, VT QVOD BENE VERTERET IPSI REIQVE PVBLICÆ,*togatus mandata Senatus audiret.* Idem lib.VII. *Nomine audito, extemplo agnouere virum,&,* QVOD BENE VERTERET,*acciri iuſſerunt.* Et lib. XXXIIII. *Titus Quintius Flaminius,* BENE VERTAT,*inquit,obſideamus Lacedæmonem.* Atque ita Suetonius in Nero.cap. XXXVII. cum in auſpicando opere Iſthmi,quem perfodere aggreſſus eſt magna frequentia,clarè, VT SIBI AC POPVLO ROMANO BENE RES VERTERET, optaſſe refert. Symmachus Epiſt.LVI.lib.IIII. QVÆ RES PROSPERE VORTAT VOBIS, *veſtræque pietati.*

INTERDVM optabant, VT DII BENE VERTERENT.

Plaut. Aulular. Act.I.Sc.III.

DII BENE VORTANT.

Rurſúsque eiuſdem Actus,Sc.V.

Filiam deſpondi ego hodie huic nuptum Megadoro dabo:

DII BENE VORTANT.

Idem Trinum. Act.II.Sc.IIII.

—DII BENE VORTANT.

Spondeo.—

Eadem precatione vtitur Harpax apud eumdem Pſeudolo, Act.II.Sc.II. At in Curcull. Act.V.Sc.II. paullo aliter, DEOS,inquit, VOLO BENE VERTERE. Terent. Phorm. Act.III.Sc.III.

—DII BENE VORTANT,*quod agas.*

Idem Adelph. Act.IIII.Sc.VII.

Puer natus eſt. M. DI BENE VORTANT.

Vbi Donatus: *Vide quàm facetè. Cùm ille (Puer natus eſt) ad argumentum mali attulerit, hic ita reſpondit,quemadmodum ſolent illi, quibus puellam naſci metuentibus, nuntiatur puerum eſſe natum. Nam in omnibus quæ cupitè venerint,* DII BENE VERTANT *dici ſolet, quia ſæpe homines ea optauerunt, quæ aliter atque expectauerunt,contigiſſent: quam poteſtatem rerum vertentium ſemet in vtramque partem, Vertumno Deo ſupereſſe veteres exiſtimauerunt.* Quod priùs quoque in eiuſdem Comœd. Act.II.Sc.I. idem Donatus attigerat. Liuius lib.X. DII BENE VERTERENT, *faceréntque quod ſe dignum quiſque ducerent.* Et aliâs, BENE HERCVLES VERTERET, *dicere Volumnius.* Idem lib.XXIX. *Iuberéntque,* QVOD DI BENE VERTERENT, *traiiceret.*

VETERES autem poëtæ in hac ſpecie VERRVNCANDI verbo vtebantur. Apud Nonium Marcell. Acc. Æneadis, aut Decio,

Te ſancte venerans precibus,inuicte inuoco,

Portenta vt populo patriæ VERRVNCENT BENE.

Ibidem Pacuuius Peribœa:

Precor,veniam petens, VT *quæ egi,ago axim*

VERRVNCENT BENE.

NONNVMQVAM verò precabantur Deos, VT FORTVNARENT. Cicer.lib.XV. Epiſtol. Famil. *Maxima ſum lætitia affectus, cùm audiui te Conſulem factum eſſe,* EVMQVE HONOREM TIBI DEOS FORTVNARE VOLO. Idem lib.II. earumdem Epiſt. ad Curionem, TIBI PATRIMONIVM DII FORTVNENT. Plautus Trinum. Act. II.Sc.vlt.

DI FORTVNABVNT *noſtra conſilia.*

Afranius Emancipato apud Nonium Marcell.

DEOS EGO OMNES VT FORTVNASSINT PRECOR.

EADEMQVE formula, eos qui concionem ad populum habebant, in fine vſos Liuius lib. VI. & lib. XXXIIII. declarat.

IN eamdem ſententiam apud poëtas inuenio, Deos orari, VT SECVNDENT. Virgil. lib. III. Æneid.

Rite SECVNDARENT *viſus, oménque leuarent.*

Et lib. VII.

--DII *noſtra incepta* SECVNDENT.

Apud Senecam Hercule Furen. Act. III. Sc. II. Amphitruo,

VOTVM, ait, SECVNDET, *qui poteſt noſtrum Deus,*
Rebúſque laſſis adſit.--

PLANE omnibus rebus agendis, QVOD BONVM FAVSTVM FORTVNATVMQVE ESSET, præfabantur: quemadmodum Cicero lib. I. de Diuinat. ſcriptum reliquit. Donat. in Phormion. Act. I. Sc. II. ad verſum QVOD ERIT MIHI BONVM ATQVE COMMODVM. *Sic enim veteres,* QVOD FAVSTVM FELIXQVE SIT, *dicebant aliquid aggreſſuri.* Plaut. Caſina Act. II. Sc. VI.

-- *Si hic literatus me ſinat,*

QVOD BONVM ATQVE FORTVNATVM MIHI SIT.

Liuius lib. I. *Tunc Interrex concione aduocata,* QVOD FAVSTVM FELIXQVE SIT, *Interregem create.* Idem lib. III. de Decemuiris *Propoſitis decem tabulis, populum ad concionem aduocauerunt,* & QVOD BONVM, FAVSTVM, FELIXQVE REIPVB. IPSIS, LIBERISQVE EORVM ESSET, *ire & legere leges propoſitas iuſſere.* Et aliâs eod. lib. *Legati pro concione,* QVOD BONVM, FAVSTVM FELIXQVE SIT VOBIS, REIQVE PVB. *redite in patriam ad Penates, coniuges liberóſque veſtros* Et lib. VIII. *Charilaus fuit, qui venit ad Philonem,* ET QVOD BONVM, FAVSTVM, FELIX *Palepolitanis populoque Rom. eſſet, tradere ſe ait mœnia ſtatuiſſe.* Idem lib. XLII. *Patres* QVOD FAVSTVM FELIXQVE ESSET POPVLO ROMANO *centuriatis comitiis primo quoque die ferre ad populum Conſules iuſſerunt.* Gracchum etiam Proconſulē, quum Volones libertate donaret, dixiſſe, QVOD BONVM FAVSTVM FELIXQVE REIPVB. IPSISQVE ESSET, *omnes eos liberos eſſe iubere,* idem lib. XXIIII. narrat. Decium quoque lib. X. ita dicentem inducit: *Ego hâc legem,* QVOD BONVM, FAVSTVM FELIXQVE SIT VOBIS AC REIPVB. *uti rogaſtis iubendam cenſeo.* Apud eundem lib. XXII. Minutius, Q. Fabio Max. Dictatori: ET QVOD, ait, TIBI, MIHIQVE, QVOD MEO EXERCITVI TVOQVE CONSERVATO, AC CONSERVATORI SIT FELIX, *ſub imperium auſpiciúmque tuum redeo, & ſigna hæc legionéſque reſtituo.* Cenſor quoque, quemadmodum à Varrone lib. V. de lingua Lat. memoriæ proditum eſt, præconi imperans, vt viros vocaret, hac præfatione vtebatur: QVOD BONVM, FORTVNATVM FELIXQVE SALVTAREQVE SIET POPVLO ROM. QVIRITIBVS, REIPVBLICÆQVE POPVLI ROM. QVIRITIVM, MIHI, COLLEGÆQVE MEO, FIDEI, MAGISTRATVIQVE NOSTRO, OMNES QVIRITES PEDITES, ARMATOS PRIVATOSQVE, CVRATORES OMNIVM TRIBVVM. SI QVID PRO SE, SVIS, ALTERO DARI RATIONEM VOLET VOCA INLICIVM HVC AD ME. Sueton. in Auguſto cap. LVIII. Valerium Meſſallam Senatus populique Rom. mandato, patris patriæ cognomen Auguſto his verbis detuliſſe refert: QVOD BONVM FAVSTVMQVE SIT TIBI, DOMVIQVE TVÆ CÆSAR AVGVSTE (SIC ENIM NOS PERPETVAM FELICITATEM REIP. ET LÆTA HVIC PRECARI EXISTIMAMVS) SENATVS TE CONSENTIENS CVM POPVLO ROM. CONSALVTAT PATRIÆ PATREM. Vopiſcus in Floriano Epiſtolam Senatus Rom. ad curiam Carthaginienſem ſcriptam ponit, cuius initium eſt: QVOD BONVM, FAVSTVM, FELIX SALVTAREQVE SIT REIP. ORBIQVE ROM. *dandi ius imperij, appellandi Principis, nuncupandi Auguſti, ad nos reuertit.* Silius Italic. lib. XVII.

Talibus accenſi patres, fatóque vocante,
Conſulis annuerant dictis, FAVSTVMQVE PRECATI,

Vt foret

Vt foret Auſoniæ, tranſmittere bella dederunt.

Ouid.lib.III.Faſtor.

VTILE SIT FAVSTVMQVE PRECOR *quod imagine ſomni*
Vidimus.—

Apuleius lib.II.de Aſino aur. *Denique ſæpe retrorſa reſpiciens, ſubſtitit,* QVOD BONVM, FELIX ET FAVSTVM SIT. Idem lib.X. eiuſdem argumenti, QVOD FELIX *itaque,* ait, AC FAVSTVM SALVTAREQVE TIBI SIT, *animo gaudenti, rurſum ſacra initiare, Diis magnis auctoribus.* Hoc Græci reddiderunt duobus his verbis, ΑΓΑΘΗι ΤΥΧΗι, vt ex Appiano lib.IIII.de bell.ciuilib.non vno loco liquet. Arrian.lib.I. Epict. cap.I. Petum Thraſeam renunciantu in Senatu de ſe iudicium fieri, ita reſpondentem facit, ΑΓΑΘΗι ΤΥΧΗι. Sic in Traiano adoptando Neruam hæc præfatum Xiphilinus ſcribit, ΑΓΑΘΗι ΤΥΧΗι τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ Μάρκον Οὔλπιον Νέρουαν Τραϊανὸν εἰσποιοῦμαι, quæ verba ex eo deſcripſerunt Zonaras II.tom. Tzetzes Chiliad.II.cap.XXXIIII. Dionyſ.verò Halicarn.lib.III.huius Formulę ſenſum ita expreſſit, Καὶ τοῖς θεοῖς ηὔξατο, ἐπὶ τῷ συμφέροντι τῆς Ῥωμαίων πόλεως τὴν ἀρχὴν αὐτὸν κατασχεῖν. Non ſecus ac Tiberius cùm Druſum ſummæ rei admoueret, principio literarum, quas ad Senatum de ea re mitit, Deos veneratus legitur, VT CONSILIA SVA REIPVB. PROSPERARENT, quemadmodum Tacitus lib.III.ſcribit:

EST & illa notanda precationis Formula, SIS BONVS, ET SIS FELIX: Virgilius Bucolic. Ecloga V.

Ipſa ſonant arbuſta, DEVS, DEVS, ILLE, *Menalca*
SIS BONVS Ò, FELIXQVE TVIS. *En quatuor aras.*

Idem lib.XII. Æneid.

—*Vos ô mihi* MANES
ESTE BONI—

Et lib.I. Æneid. Venerem Æneas ita precatur:

SIS FELIX, *noſtrúmque leues quæcumque laborem.*

Catullus quoque Mallio & amicæ bene precatur in hunc modum:

SITIS FELICES, *& tu ſimul & tua vita,*
Et domus ipſa in qua luſimus, & domina.

Tibull. Eleg.vlt.lib.III.

Quamuis nulla mei ſupereſt tibi cura, Neæra:
SIS FELIX, *& ſint candida fata tua.*

Eodem ſenſu nonnulli accipiunt apud Horat. Ode XXVII. verba hæc.

SIS *licet* FELIX, *vbicumque mauis,*
Et memor noſtri Galatea viuas.

NVNC aliquot è Catonis libris hauſtas precationum Formulas in medium adducā, in quibus plurima antiquitatis effigies lucet. Sic autem in lib.de re Ruſt. cap. CXXXIIII. in ſtrue Iano cōmouenda precandum tradit: IANE PATER, TE HAC STRVE COMMOVENDA BONAS PRECES PRECOR, VTI SIES VOLENS PROPITIVS MIHI, LIBERISQVE MEIS, DOMO, FAMILIÆQVE MEÆ. Ibidem dum Ioui fertum (quod libi genus fuiſſe Feſt. Pomp. duobus locis, & Cornut. in Perſij Satyr.II. docent) mouetur, ita precari præcipit: IVPITER TE HOC FERTO OBMOVENDO BONAS PRECES PRECOR, VTI SIES VOLENS PROPITIVS, MIHI, LIBERISQVE MEIS, DOMO FAMILIÆQVE MEÆ. In luco verò, Romano more, conlucando verba ſic concipi monet cap.CXXXIX. SI DEVS, SI DEA ES, QVOIVM ILLVD SACRVM EST, VTI TIBI IVS SIET PORCO PIACVLO FACERE, ILLIVSQVE SACRI COERCENDI ERGÔ, SIVE EGO, SIVE QVIS IVSSV MEO FECERIT, VTI ID RECTE FACTVM SIET: EIVS REI ERGÔ TE HOC PORCO PIACVLO IMMOLANDO BONAS PRECES PRECOR, VTI SIES VOLENS PROPITIVS MIHI, DOMO, FAMILIÆQVE MEÆ LIBERISQVE MEIS. HARVMCE RERVM ERGÔ MACTE HOC PORCO PIACVLO IMMOLANDO ESTO. Vt autem BONAS PRECES PRECARI Cato, ſic Ouid. lib. III. Triſt. Eleg. XIII.

ESSE VELIS.—

Vbi Seruius, *Secundum*, ait, *Hetruſcam diſciplinam loquutus eſt. Sic enim dicebant*, VOLENS PROPITIVSQVE SIS. Tibul. lib. III. Eleg. IIII.

Efficiat vanos noctis Lucina timores,
Et fruſtrà, immeritum, pertimuiſſe VELIT.

Idem lib. IIII. ad Priapum in dicatione templi:

Pro quibus officiis ſi fas eſt SANCTE *paciſcor,*
Aſsiduus cuſtos ruris vt eſſe VELIS.

Ouid. lib. III. de Arte Aman.

O ita, Phœbe, VELIS, *ita vos pia numina vatum.*

Plin. lib. x. Epiſtol. de ſollemnibus votis pro incolumitate Traiani ſuſceptis: *Precati*, ait, *ſumus Deos*, VT VELINT *ea ſemper ſolui, ſempérque ſignari*. Idem lib. VI. Epiſt. XI. *Quod gaudium vt perpetuò capiam*, DEOS ORO: *Ab iiſdem, teſte te*, PETO, *vt omnes qui me imitari tanti putabunt, meliores eſſe quàm me* VELINT.

ERAT & illis in ore religioſa hæc exceptio, SI DII VOLENT. Cicer. lib. IIII. Verrin. ex Epiſtola Timarchidis cuiuſdam liberti & accenſi Verris hæc verba profert: *Fac ſciat improbitatem aratorum. Ipſi ſudabunt*, SI DII VOLENT. Plautus Pœnulo Act. IIII. Sc. vlt.

Quin hercle collibertus meus faxo eris, SI DI VOLENT.

Suetonius in Calig. cap. VIII. ex Epiſtola quadam Auguſti citat hæc, *Puerum Caium* XV. *Kal. Iunij*, SI DII VOLENT, *vt ducerent Talarius & Aſellius heri cum iis conſtitui*. Eodem pertinet illa veterum locutio, CVM DIIS VOLENTIBVS, qua Plautus vtitur in Perſa Act. III. Sc. I. & in Milite glor. Act. IIII. Sc. VIII. Cato de re Ruſt. cap. CXLI. Ennius apud Ciceronem lib. I. de Offic. *Ducite, dóque* VOLENTIBVS CVM MAGNIS DIIS.

NON tantùm autem vt VOLENS PROPITIVSQVE ESSET DEVS is quem inuocabant, ſed & vt DEXTER ADESSET interdum rogabant. Quintilian. lib. IIII. cap. I. Domitiani numen inuocans, *Mihi quoque profectò poterit ignoſci, ſi quod initiò, quum primùm hanc materiam inchoaui, non feceram, nunc omnes in auxilium Deos, ipſúmque imprimis, quo neque præſentius aliud, neque ſtudiis magis propitium numen eſt, inuocem, vt quantum nobis expectationis adiecit, tantùm ingenij adſpiret*, DEXTERQVE AC VOLENS ADSIT. Ouid. lib. I. Faſtor.

Huic tibi deuoto numine, DEXTER ADES.

Idem eod. lib. Ianum ita precatur,

DEXTER ADES *ducibus, quorum ſecura labore*
Otia terra ferax, otia pontus habet:
DEXTER ADES *Patribuſque tuis, Populóque Quirini.*

Propert. lib. IIII. Eleg. IX.

SANCTE VELIS *libro* DEXTER *ineſſe meo.*

Statius lib. I. Thebaid.

ADSIS ô DEXTER.—

Apud Ouidium quoque lib. VI. Faſtor. Iuno rogatur, vt populo Rom. PROSPERA SEMPER ADSIT. Et lib. II. de Arte aman. Phœbus, vt cœptis SALVBER ADSIT.

VTIQVE autem præſentes Deos optabant, ideóque precabantur VT VENIRENT. Horat. Ode II. lib. I.

—*Tandem* VENIAS *precamur*
Nube candentes humeros amictus.
Augur Apollo.

Tibullus lib. II. Eleg. I.

BACCHE VENI.—

Et lib. IIII. ad Iunonem:

Annue, purpureáque VENI *pellucida palla.*

Idem lib.II. Eleg.I. ad Cupidinem, SANCTE VENI. Eiuſdémque libri Elegia V. ad Phœbum:

HVC age cum cithara, carminibúſque VENI.

Et lib.IIII. ad eundem Deum:

SANCTE VENI, *tecúmque feras quoſcumque ſapores.*

Eodémque lib. ad Martem:

Sulpitia eſt tibi culta tuis, MARS MAGNE, *Kalendis,*
Spectatum è cælo, ſi ſapis, ipſe VENI.

Ariadne in Catulli verſibus Eumenides inuocans:

HVC HVC, ait, ADVENTATE, *meas* AVDITE *querelas.*

Martial. lib. VII. Epigram. XXII.

PHOEBE VENI.—

IPSOSQVE adeò ſacris ſuis intereſſe Deos optabant. Tibull. Eleg. II. lib. II.

IPSE SVOS ADSIT GENIVS VISVRVS HONORES.

Inde Ouid. lib. V. Faſt. Martem fingit ad ſuos honores cælo deſcendere. Et lib. II. de Remed. Amor. Phœbum inuocatum aduenire cantat.

SANE paſſim & vulgò Deos orabant, VT ADESSENT. Virgil. lib. X. Æneid.

ADSIS *lætitiæ* BACCHVS *dator, &* BONA IVNO.

Et lib. I. Georgic.

ADSIS ô *Tegeæe* FAVENS.—

Rurſus lib. IIII. Æneid.

ADSIS ô,—

Horat. Satyr. VI. lib. II. Mercurium ita precatur:

—HAC PRECE TE ORO

Pingue pecus domino facias, & cætera præter
Ingenium: vtque ſoles CVSTOS, *mihi maximus* ADSIS.

Tibull. Eleg. I. lib. I.

ADSITIS *diui.*—

Idem Eleg. vlt. lib. III.

CANDIDE LIBER ADES.—

Et lib. IIII. Eleg. III.

HVC ADES, *& teneræ morbos expelle puellæ:*
HVC ADES, *intonſa* PHOEBE *ſuperbe coma.*

Ouid. lib. III. Amor. Eleg. II. ad Victoriam:

HVC ADES, *atque meus* FAC DEA *vincat amor.*

Idem lib. IIII. Faſtor. Romulum in vrbe condenda has preces fudiſſe refert:

—CONDENTI, IVPITER, VRBEM,
ET GENITOR MAVORS, VESTAQVE MATER ADES.

Similiter lib. VIII. Metamorphoſ.

HVC ADES, ATQVE AVDI PLACIDVS NEPTVNE PRECANTEM.

Apud eundem quoque lib. IIII. & lib. X. eiuſdem argumenti Bacchus & Apollo hoc verbo ADSIS, & lib. I. Triſtium Eleg. IX. Caſtor & Pollux hoc vocabulo ADESTE, inuocantur. Libri quoque primi Triſt. Eleg. I.

DII PRECOR, ait, *atque adeò (nec enim mihi turba roganda eſt)*
CÆSAR ADES VOTO MAXIME DIVE MEO.

Sed & à Virgilio lib. VIII. Æneid. precatio ad Tiberinum ita concipitur:

ADSIS Ô TANDEM, ET PROPIVS TVA NVMINA FIRMES.

Vbi Seruius Tiberinum ſic inuocatum ſcribit: ADESTO TIBERINE CVM TVIS VNDIS. Seneca in Medea Act. I. Sc. I.

—*Voce non fauſta* PRECOR,
ADESTE, ADESTE *ſceleris vltrices Deæ.*

Auctor incertus in Priapeis:

HVC ADES *& neruis tente* PRIAPE FAVE.

Nec poëtæ tantùm, verumetiam numerorum lege ſoluti eodem modo loquuntur. Apud Liuium namque lib. II. Aruns Tarquinius, DII, ait, REGVM VLTORES ADESTE. Arnob. lib. IIII. aduerſ. gent. *Finge enim ipſum incommoditatis alicuius & declinandi periculi gratia, horum cuipiam numinum ſupplicare, dicentem:* ADESTE, ADESTOTE DII PENATES, APOLLO, TVQVE NEPTVNE, OMNIAQVE HÆC MALA, QVIBVS VROR, TORREOR, VEXOR, VESTRI NVMINIS AVERRVNCATE CLEMENTIA.

VARIIS porrò verborum figuris precationes concipiebãtur. Interdum enim dicebãt: PRECOR VENERORQVE. Vocula certè apud Tacit. lib. XX. concionem ſuam precatione ita concludit: TE IVPITER OPTIME MAXIME, QVEM PER OCTINGENTOS VIGINTI ANNOS TOT TRIVMPHIS COLVIMVS, TE QVIRINE ROMANÆ PARENS VRBIS, PRECOR VENERORQVE, VT SI VOBIS NON FVIT CORDI, ME DVCE HÆC CASTRA INCORRVPTA ET INTEMERATA SERVARI, AT CERTE POLLVI FOEDARIQVE A TVTORE ET CLASSICO NE SINATIS: MILITIBVS ROMANIS AVT INNOCENTIAM DETIS, AVT MATVRAM ET SINE MORA POENITENTIAM. Sic in carmine Euocationis Deorum ſcriptum eſt, PRECOR VENERORQVE. Quæ verba etiam coniungit Cicero Orat. II. in Catilin. Ennius Annal. lib. I. citante Nonio:

TE QVIRINE PATER, VENEROR, HORAMQVE QVIRINI.

Plautus Rudente Act. I. Sc. IIII.

NVNC QVISQVIS EST DEVS, VENEROR,
VT NOS EX HAC ÆRVMNA EXIMAT MISERAS:
INOPES, ÆRVMNOSAS, ALIQVO AVXILIO VT ADIVVET.

Idem eiuſdem Comœdiæ Act. V. Sc. II.

ET ILLVM EGO ADVORSVM SI QVID PECCASSO, VENVS
VENEROR TE, VT OMNES MISERI LENONES SIENT.

Eodémque verbo vtitur Chryſalus ſeruus Apollinem ſalutans & orans Bacchidib. Act. II. Sc. I. Varro lib. I. de re Ruſt. cap. I. *Item* ADVENEROR *Mineruam & Venerem.* At eam precationem, quam in Orat. pro domo ſua facit, Cicero concipit his verbis, PRECOR, QVÆSO, OBTESTOR. QVOCIRCA, inquiens, TE CAPITOLINE, QVEM PROPTER BENEFICIA POPVLVS ROMANVS OPTIMVM, PROPTER VIM MAXIMVM NOMINAVIT, TEQVE IVNO REGINA, ET TE CVSTOS VRBIS MINERVA, QVÆ SEMPER ADIVTRIX CONSILIORVM MEORVM, TESTIS LABORVM EXTITISTI, PRECOR AC QVÆSO, VOSQVE QVI MAXIME ME REPETISTIS ATQVE REVOCASTIS, QVORVM DE SEDIBVS HÆC MIHI PROPOSITA EST CONTENTIO, PATRII PENATES, FAMILIARESQVE, QVI HVIC VRBI ET REIPVB. PRÆSIDETIS, VOS OBTESTOR. Apud Liuium lib. IX. Sp. Poſthumius, Vos, ait, DII IMMORTALES, PRECOR, QVÆSOQVE. Iiſdémque verbis Sp. Poſthumij & Scipionis precationes contexuntur ab eodem auctore lib. IX. & XXIX. Brutus in Epiſt. ad Ciceronem: DEOS QVÆSVMVS CONSILIA TVA REIPVB. SALVTARIA SINT. Terentius Andria Act. III. Sc. II.

DEOS QVÆSO, VT SIT SVPERSTES.

Idem Adelph. Act. II. Sc. IIII.

DEOS QVÆSO, ISTHÆC PROHIBEANT.

Plautus Ruden. Act. IIII. Sc. vlt.

At ego DEOS QVÆSO, *vt quicquid in illo vidulo'ſt*

Apud eundem Amphitr. Act. II. Sc. II. Alcmena,

DEOS QVÆSO, *vt ſalua pariam filium.*

Sic Euclio apud eundem Aulular. Act. II. Sc. V.

Apollo QVÆSO, SVBVENI.

Idem Rudent. Act. II. Sc. V.

DEOSQVE IMMORTALES QVÆSO, DVM VIVAS, VTI
OMNES TVI SIMILES HOSPITES HABEAS TIBI.

Idem Mercat. Act. V. Sc. II.

DATE DII, QVÆSO, *conueniendi mihi eius celerem copiam.*

Sic & Caſina Act. II. Sc. VI. ſemel atque iterum loquitur.

INTERDVM etiam orantes, IMPLORO ATQVE OBTESTOR, dicebant: qua verborum formula vtitur Cicero in fine libri quinti in Verrem. Hoc amplius in precationibus, verbum, INVOCO, vſurpabatur. Teſtimonio eſt ille verſus, quẽ ex Cicerone lib. V. Tuſcul. quæſt. producam: TE APOLLO SANCTE, FER OPEM, TEQVE OMNIPOTENS NEPTVNE INVOCO. Plaut. Moſtellar. Act. II. Sc. II. HERCVLES TE INVOCO. Idem Mercato. Act. V. Sc. II.

INVOCO VOS DIALES, VT ME BENE TVTETIS, LARES.

L. Attius in Prætextata, quæ Decius inſcribebatur:

TE SANCTE VENERANS PRECIBVS INVICTE INVOCO.

Seneca in Medæa Act. III. Sc. I.

O SANCTA, *ſi cælum incolis*
Iuſtitia, numen INVOCO, *ac teſtor tuum.*

Valer. Max. in Præfat. librorum ſuorum ad Tiberium, cui, vt Deo, blãditur: *Te igitur huic cœpto, penes quem hominum Deorúmque conſenſus, maris ac terræ regimen eſſe voluit, certiſſima ſalus patriæ Cæſar* INVOCO.

INTER recepta autem & comprobata antiquitus precationum verba erant hæc, DII FACIANT. Quintilian. Declamat. CCLIII. ITA DII FACIANT, *vt magnum exemplum poſteritati etiam pœna dare poſſim.* Et Declamat. CCLIX. DII FACIANT, *vt iſte ſit euentus, qui adhuc in hac domo omnium periculorum fuit.* Capitolinus in Diadumeno hæc ex Epiſtola quadam Macrini Opilij ad vxorem verba adfert, DII FAXINT ET BONA IVNO, *quam colis, vt & ille Antonini meritum effingat, & ego qui ſum pater.* Plaut. in Perſa Act. V. Sc. vlt.

DII FACIANT, *vt id bibatis quod nunquam tranſeat.*

Idem Amphitryon. Act. IIII. Sc. II.

[illegible]

Propert. lib. II. Eleg. [illegible]

DII FACIANT, *iſto capta fruare viro.*

Et lib. III. Eleg. XIIII.

DII FACIANT, *mea ne terra locet oſſa frequenti.*

Ouid. lib. IX. Metamorph.

Omnia DII FACERENT *eſſent communia nobis,*
Præter auos. —

Idem lib. II. de Remed. Amor.

DII FACIANT *poſſis dominæ tranſire relicta*
Limina. —

Et in Ibin:

Te quoque DII FACIANT *poſſis gaudere fideli*
Coniuge. —

Item lib. I. de Ponto Eleg. V.

O ego, DII FACIANT *talem te cernere poſſem.*

Rurſus lib. III. Eleg. I.

Tunc tibi DII FACIANT *adeundi copia fiat.*

Eodémque modo lib. IIII. Triſt. Eleg. VII.

DII FACIANT, *vt ſæpe tua ſit epiſtola dextra*
Scripta. —

Et lib. V. Triſt. Eleg. V.

DII FACERENT *vtinam talis ſtatus eſſet in illo.*
Rurſuſque eiuſdem lib. Eleg. XIIII.

DII FACIANT, *vt ſit temeraria noſtra querela.*

Quo genere precationis idem Ouidius vtitur lib. I. Triſt. Eleg. I. & lib. III. Eleg. XII. & lib. I. de Ponto Eleg. III. & lib. IIII. Eleg. XIIII. & Epiſt. III. & XIII. & XV. & XIX. Heroid. Planè cui fœlix fauſtúmque quid alius precatus erat, id ille ſibi euenire optans, reſpondere ſolebat, ITA DII FACIANT. Sic Lyconides apud Plaut. Aulul. Act. IIII. Sc. vlt. Euclionem admonet hæc verba, quæ ipſe præit, effari:

—Nunc QVÆ RES *tibi & gnatæ tuæ*

BENE FELICITERQVE VORTAT: ITA DII FAXINT, *inquito.*

Cui morem gerens Euclio reſpondet, ITA DII FACIANT. Contráque Lyconides, ET MIHI ITA DII FACIANT. Eiuſdémque Comœdiæ Act. I. Sc. III. cùm Eunomia orationem ita inchoaſſet, QVOD SEMPITERNVM *tibi ſalutare ſit procreandis liberis*, Megadorus ſtatim reſpondet, ITA DII FAXINT. Ruſúſque Scena ſequenti, cùm idem Megadorus dixiſſet, DII BENE VORTANT, Euclio ſubiecit, ITA DII FAXINT. Sunt & alia eiuſdē locutionis exempla in Perſa Act. IIII. Sc. IIII. & Ciſtellar. Act. I. Sc. I. & Moſtellar. Act. II. Sc. I. & Captiuis Act. I. Sc. II. & Pœnulo Act. IIII. Sc. vlt. Similiter apud Terent. Heautontim. Act. I. Sc. I. poſtquam Chremes ſperare ſe dixit filium ſaluum Menedemo propediem adfuturum, Menedemus ait, VTINAM DII ITA FAXINT: cui Chremes reſpondet, FACIENT. Idem Hecyra Act. II. Sc. II. ITA DI DEÆQVE FAXINT *ſi in rem eſt Bacchidis.* Et Act. III. Sc. II. S. *Saluane Philumena eſt?* Pam. *Meliuſcula eſt.* S. VTINAM ISTVC ITA DII FAXINT.

VERBVM quoque DA precationibus plerumque adhibebatur. Docet hoc non inelegans Hannonis Pœni precatio apud Plautum Pœnulo Act. V. Sc. IIII. quæ ſic habet:

IVPITER, QVI GENVS COLIS ALISQVE HOMINVM, PER QVEM VIVIMVS

VITALE ÆVVM: QVEM PENES SPES, VITÆQVE SVNT HOMINVM OMNIVM.

DA DIEM HVNC SOSPITEM, QVÆSO, REBVS MIS AGVNDIS.

Idem teſtantur Æneæ precationes ad Iouem lib. V. & VI. Æneid. & Aruntis ad Apollinē lib. XI. quarum prior ita concipitur,

—DA FLAMMAM EVADERE CLASSI.

Altera verò ſic,

—DA *(non indebita poſco*
Regna meis fatis) LATIO CONSISTERE TEVCROS.

Poſtrema in hunc modum:

DA PATER HOC NOSTRIS ABOLERI DEDECVS ARMIS.

Eodémque verbo vtuntur in precatione Venus & Pallas lib. X. Æneid.
Silius Italic. lib. II.

FER CÆLO AVXILIVM, ET FESSIS DA SVRGERE REBVS.

Idem lib. XII. Romanos inducit orantes hunc in modum:

—DA SVMME DEORVM,
DA PATER, *vt ſacræ Libys inter prælia cælo*
Concidat.—

Horat. in Carmine ſæculari, quód pro Imperij Rom. proſperitate precationem continet:

PHOEBE, SYLVARVMQVE POTENS DIANA,
LVCIDVM CÆLI DECVS, ô COLENDI
SEMPER, ET CVLTI, DATE QVÆ PRECAMVR
TEMPORE SACRO.

Idem Epiſt. XVI. lib. I. has preces argentariorum refert:

—PVLCHRA LAVERNA

DA MIHI FALLERE, DA IVSTVM SANCTVMQVE VIDERI.
Iuuenal. Sat. x.

DA SPATIVM VITÆ, MVLTOS DA IVPITER ANNOS.

Apud Lucanum quoque lib. IX. Cæſar ad aras Herceas ita precatur:

—DATE FELICES IN CÆTERA CVRSVS.

Perſius Sat. II.

Rem ſtruere exoptas cæſo boue, Mercuriúmque
Arceſſis fibra. DA FORTVNARE PENATES,
DA PECVS ET GREGIBVS FOETVM.—

Sed & apud Plautum Pœnulo Act. v. Sc. II. Hanno Pœnus Agoraſtocli bene precatur his verbis: DII TIBI DENT QVÆ VELIS. Sic & Gelaſimus Epignomo in Sticho Act. III. Sc. II.

Bene atque amicè dicis: DII TIBI DENT QVÆ VELIS.

Et Pœnulo Act. v. Sc. II.

DII DENT TIBI OMNES QVÆ VELIS.

Huic congruit illud Ruden. Act. I. Sc. I.

MVLTA TIBI DII DENT BONA.

Item Pœnulo Act. III. Sc. III.

DII DEÆQVE MVLTA VOBIS BONA DENT.

Et in Trinum. Act. II. Sc. IIII.

—DII DVINT
TIBI PHILTO QVÆCVMQVE OPTES.

ROGABANT etiam Deos, VT ANNVERENT. Ouidius in Ibin:

ANNVITE *optatis omnes ex ordine noſtris,*
Et pars ſit voti nulla caduca mei.

Idem lib. II. de Ponto Eleg. VIII.

ANNVITE *ô timidis mitiſſima numina votis.*

Idem lib. I. Faſtor.

ANNVE *conanti per laudes ire tuorum.*

Virgil. lib. IX. Æneid. ad Iouem:

—*Atque audacibus* ANNVE *cœptis.*

Sic Tibull. lib. II. Eleg. VI. Phœbum rogat, VT ANNVAT.
Idem eiuſdem libri Eleg. II. ad Genium:

ANNVAT *& Cerinthe tibi quodcunque rogabis.*

Et lib. IIII. Elegiar.

At tu Natalis, quoniam Deus omnia ſentis,
ANNVE.—

Ibidem ad Iunonem:

ADNVE, *purpureáque veni pellucida palla.*

Extat in veteri marmore huiuſmodi inſcriptio: PONTIFICIS VOTIS ANNVANT DII ROMANÆ REIPVB. Quo genere loquendi Liuius lib. XXXI. *Re diuina ritè perfecta, precationi* ANNVISSE DEOS, haruſpices RESPONDISSE ſcribit. Martial. lib. XXIIII. Epigr.

—*Quod ſi Deus ore ſereno*
ANNVERIT, *felix Candide ſolus eris.*

Plinius lib. III. Epiſt. XXII. *Supereſt* VT PROMISSIS DEVS ANNVAT.

INTERDVM autem hoc tibi ſumebant & adrogabant, vt euentura affirmarent quæ precabantur. Tibull. Eleg. II. lib.

EVENTVRA PRECOR: *viden' vt felicibus extis,*
Significet placidos nuntia fibra Deos?

Pedo Albinouanus in Carmine Conſolatorio ad Liuiam:

EVENTVRA PRECOR: *Deus excuſare priora*
Dum volet, à Druſo cætera læta dabit.

Ouid. lib. II. de Ponto Eleg. I.

DII TIBI DENT ANNOS, *à te nam cætera ſumes,*
Sint modò virtuti tempora longa tuæ.
QVOD PRECOR EVENIET: *ſunt quædam oracula vatum:*
Nam Deus optanti proſpera ſigna dedit.
Idem poſtquam Ibin deuouit,& multa ei imprecatus eſt,ſubijcit:
EVENIENT: *dedit ipſe mihi modò ſigna futuri*
Phœbus & à læua mœſta volauit auis.
Et paulo pòſt: *Hæc tibi quæ precibus iuſtis mea deuouet ira,*
EVENIENT, *aut his non leuiora malis.*

His congruenter,interdum AVGVRARI ſe dicebant, euentura & exitum habitura quæ precabantur. Tibull.lib.II.Eleg.II. ſacra Genij celebrans,
AVGVROR, ait, *vxori fidos optabis amores.*

Ouid.lib.I.de Arte amandi.
AVGVROR, EN, *vinces,votiuáque carmina reddam.*

VETVS planè Horatij interpres ad illa carminis ſæcularis verba, *Hæc Iouem ſentire: Ordo eſt,* ait, *Ego Chorus, Nos pueri puellæq; doctus dicere laudes Phœbi & Dianæ reporto domum ſpem bonam certámque,* IOVEM ET DEOS CVNCTOS HÆC SCIRE, HÆC VELLE, HÆC SENTIRE. *Hic enim finis ſacri carminis, & in hæc verba deuotio ſoluebatur, quando diceret Chorus,* IOVEM PRECES ET VOTA EXAVDIVISSE, ET CÆTEROS DEOS, ATQVE SPE CERTA DOMVM REVERTI.

NONNVNQVAM tamen precabantur, VT OPTATA EVENIRENT. Cic. Philipp.IIII. ITA *verò Quirites* VT PRECAMINI, EVENIAT. Ouid. lib. IIII. Faſtorum precationem ad Palem ita concludit,
QVÆ PRECOR EVENIANT, ET NOS FACIAMVS AD ANNVM.

Idem in Ibin:
EVENIANT *capiti vota ſiniſtra tuo.*

PLANE poſt Deos inuocatos & preces illis factas poëtis familiare eſt blanditias aliquas addere,quibus eos demulceant, & ad preces ſuas exaudiendas,tribuendáque quæ petuntur alliciant,delitias eis quodammodo facientes per earum rerum, quas illis gratas eſſe norunt, obteſtationem. Id quod ductu auſpicióq; voculæ huius, SIC, fieri ſolitum obſeruaui. Tibull.lib.II.Eleg.v.ad Phœbum:
ANNVE: SIC *tibi ſint intonſi Phœbe capilli,*
SIC *tua perpetuò ſit tibi caſta ſoror.*

Idem Eleg.vlt.lib.III.ad Bacchum:
CANDIDE LIBER ADES: SIC SIT TIBI MYSTICA VITIS
SEMPER, SIC *hedera tempora vincta feras.*

Ouid.lib.v.Triſt Eleg.III.
FER BONE LIBER OPEM: SIC *altam degrauet vlmum*
Vitis, & incluſo plena ſit vua mero:
SIC *tibi cum Bacchis Satyrorum gnaua iuuentus*
Adſit, & attonito non taceare ſono.
Oſſa bipenniferi SIC *ſint mala preſſa Lycurgi:*
Impia nec pœna Pentheos vmbra vacet.
SIC *micet æternum, vicináque ſydera vincat*
Coniugis in cælo clara corona tuæ.
HVC ADES, *& caſus releues* PVLCHERRIME *noſtros:*
Vnum de numero ſis memor eſſe tuo.

Martial.lib.IIII.Epigram.XLV.ad Phœbum:
FAC RATA VOTA PATRIS: SIC *te tua diligat vxor,*
Gaudeat & certa virginitate ſoror:
Perpetuo SIC *flore mices:* SIC *denique non ſint*
Tam longè Bromio, quam tibi Phœbe coma.

Idem lib.VII. Epigram.LXXIII.ad Mercurium:
Cyllenes, cælique decus facunde miniſter,

Aurea cui torto virga dracone viret.
SIC *tibi laſciui non deſit copia furti,*
Siue cupis Paphien, ſeu Ganymede cales.

Apud Senecam quoque Hippolyto Act.II.Sc.I.nutrix in precatione ad Dianam:

— Huc vires tuas
Intende. SIC *te lucidi vultus ferant,*
Et nube rupta cornibus puris eas.
SIC *te regentem frena nocturni ætheris*
Detrahere nunquam Theſſali cantus queant.

Atque ita Auguſto, cuius offenſam precibus placare ſtudebat, Ouidius non ſemel blanditur: veluti lib.II.Triſt.Eleg.I.his verſibus:

PER SVPEROS *igitur, qui dant tibi longa, dabúntque*
Tempora, Romanum ſi modò nomen amant:
PER PATRIAM, *quæ te tuta & ſecura parente eſt,*
Cuius & in populo pars ego nuper eram:
SIC *tibi, quem ſemper factis, animóque mereris,*
Reddatur gratæ debitus vrbis amor.
Liuia SIC *tecum ſociales impleat annos,*
Quæ, niſi te, nullo coniuge digna fuit.
Quæ ſi non eſſet, cælebs te vita deceret,
Nulláque, cui poſſes eſſe maritus, erat.
Soſpite SIC *te ſit natus quoque ſoſpes, & olim*
Imperium regat hoc cum ſeniore ſenex.
Vt faciúntque, tui ſidus iuuenile nepotes,
Per tua pérque tui facta parentis eant.
SIC *aſſueta tuis, ſemper victoria caſtris,*
Nunc quoque ſe præſtet, notáque ſigna petat.

Ac demum: PARCE, PRECOR, *fulménq; tuum fera tela reconde.*
Sed & Eleg.III.lib.V.

O decus, ô patriæ per te florentis imago:
O vir non ipſo, quem regis, orbe minor.
SIC *habites terram,* SIC *te deſideret æther,*
SIC *ad pacta tibi ſidera tardus eas.*

Liuiam quoque poſt Auguſtum ita precatur lib.II.de Ponto Eleg.VIII.

Tu quoque conueniens ingenti nupta marito,
ACCIPE *non dura ſupplicis aure* PRECES.
SIC *tibi vir ſoſpes,* SIC *ſint cum prole nepotes,*
Cúmque bonis nuribus quas peperere nurus.
SIC *quem dira tibi rapuit Germania, Druſus*
Pars fuerit partus ſola caduca tui:
SIC *tibi maturè fraterni funeris vltor*
Purpureus niueis filius inſtet equis.
ANNVITE *ô timidis mitiſſima numina votis.*

Idem quoque genus orandi vſurpat lib.IIII.Triſt.Eleg.V.& lib.IIII.de Ponto Eleg.XIII.& Epiſt.Phædræ ad Hippolytum. Quod & imitatus eſt Prudentius Periſteph. in Carmine de Paſſione Hippolyti martyris.

VARIA autem à Diis petebantur: in queis generalia hæc erant, VT SERVARENT, VT FAVERENT, VT FERRENT OPEM, & his ſimilia, de quibus ſigillatim dicam. PRIORIS generis exempla præbet Plautus. Sic enim Hegio Captiuis Act.V. Scena II. precatur.

SERVA IVPITER SVPREME, ET ME ET MEVM GNATVM MIHI.

Phanoſtrata quoque Ciſtellar. Act.IIII. Sc.I. Deorum fidem obſecrans, adijcit, SERVATE NOS. Rurſúſque eiuſdem Comœd.Act.II. Sc.III. SERVATE ME DII OBSECRO. Virgil.lib.II.Æneid.

DII PATRII SERVATE DOMVM, SERVATE NEPOTEM.

Idem lib.III. ad Apollinem:

— SERVA *altera Troiæ*

Pergama, relliquias Danaum, atque immitis Achilli. Et ibidem,

— Dy talem auertite caſum,

Et placidi SERVATE *pios.—*

Tibull. Eleg. vlt. lib. I.

Sed patrij SERVATE *Lares.—*

Sed & apud Terentium Glycerium & Pamphila in puerperio Iunonis Lucinæ opem expoſcentes, illa quidem Andr. Act. III. Sc. I. hæc verò Adelph. Act. IIII. Sc. III. addunt ambæ, SERVA ME OBSECRO. Martial. lib. VI. Epigramm. XXXVIII.

DII SERVATE PRECOR *matri ſua vota patrique.*

Idem lib. XI. Epigram. V. Deos pro Nerua Imp. ita precatur,

Hunc omnes SERVATE *Ducem,* SERVATE *Senatum:*

Moribus hic viuat principis, ille ſuis.

Quinetiam quibus Deorum beneficio ac munere aliquid præter ſpem obtingebat, ij gaudij teſtandi cauſa dicere ſolebant, DII ME SERVANT, vel Dij ME CVPIVNT SERVATVM. Eius rei fidem facit Plaut. Mercat. Act. V. Sc. IIII. Caſina, Act. IIII. Sc. III. Ruden. Act. IIII. Sc. IIII. Idem Trinummo Act. IIII. Sc. III.

DII ME SALVVM ET SERVATVM VOLVNT.

Apud eundẽ reperimus, IVPITER SVPREME SERVAS ME. Captiuis Act. IIII. Sc. I. Cui adfine eſt illud Moſtellar. Act. II. Sc. III. DII ME ADIVVANT. His quoq; quos ſaluos cupiebant, bene precabantur in hunc modum, DII TE SERVASSINT MIHI: Et, DII TE OMNES MIHI SERVENT, vt ex Plauto Pſeudo. Act. I. Sc. I. & Caſina Act. II. Sc. V. & Trinummo Act. II. Sc. II. patet. Sic & Antipho in Sticho Act. IIII. Sc. I. optat, SVAS SIBI DII SERVASSINT FILIAS. Extat etiam Menechmis Act. V. Sc. IX. precationis ſpecies huiuſmodi, IVPITER SVPREME SALVA ME.

HOC amplius Deos orabant, VT FAVERENT. Ouid. lib. VI. Metamorph.

Ecce lacu medio ſacrorum nigra fauilla

Ara vetus ſtabat tremulis circumdata cannis,

Reſtitit, & pauido, FAVEAS MIHI, *murmure dixit*

Dux meus: & ſimili, FAVEAS MIHI, *murmure dixi.*

Tibull. lib. II. Eleg. V.

PHOEBE FAVE, *nouus ingreditur tua templa ſacerdos.*

Idem lib. IIII.

PHOEBE FAVE: *Laus magna tibi tribuetur.—*

Eodémque lib. ad Iunonem,

Atm SANCTA FAVE.—

Virgil. Bucolic. Eclog. IIII.

CASTA FAVE LVCINA.—

Ouid. lib. III. Faſt.

BACCHE FAVE *vati, dum tua feſta cano.*

Idem lib. IIII. Faſt.

ALMA FAVE, *dixi, geminorum Mater amorum.*

Et lib. VI.

VESTA FAVE, *tibi nunc operata reſoluimus ora.*

Interdum VT FAVERENT VOTIS rogabant. Tibull. Eleg. III. lib. III.

ADSIS, *& timidis* FAVEAS SATVRNIA VOTIS.

Et lib. IIII. ad Genium,

— Cape tura libens, VOTISQVE FAVETO.

In veteri lapide Ro. huiuſmodi verſus hodiéque legitur:

ET FAVEANT VOTIS *numina cuncta tuis.*

Similitérque Deos FAVERE COEPTIS precabantur. Lucan. lib. I.

— Summique ô numinis inſtar

ROMA FAVE COEPTIS.—

Moris certè erat orare, VT COEPTA DII FORTVNARENT, EAQVE PROSPERARENT. In Capitolij quidem reſtauratione, quæ Veſpaſiano imperante facta eſt, Heluidium Priſcum Prætorem Cornel. Tacit. lib. xx. refert, Pontifice præeunte, precatum, Iouem, Iunonem, Mineruam, Præſidéſq; imperij Deos, VT COEPTA PROSPERARENT, SEDESQVE SVAS PIETATE HOMINVM INCHOATAS, DIVINA OPE ATTOLLERENT. Eodémque modo apud Virgil. lib. VII. Æneid. Latinus Deos precatur, IN COEPTA SECVNDARE: & lib. IX. Aſcanius, COEPTIS ANNVERE. Ouid. lib. I. Metamorphoſ.

—DII COEPTIS (*nam vos mutaſtis & illas*)
ASPIRATE MEIS.—

Idem lib. I. de Arte amandi,

Vera canam, COEPTIS MATER AMORIS ADES.

Et lib. II. de Remed. Amor.

VTQVE FACIS, COEPTIS PHOEBE SALVBER ADES.

Seneca in Hippolyto Act. II. Sc. I.

HECATE TRIFORMIS EN ADES COEPTIS FAVENS.

Nec COEPTIS modo DEOS FAVERE precabantur, ſed & QVÆ ACTA ERANT AB IIS APPROBARI optabant. Cicero lib. II. Epiſt. famil. ad Cœlium. QVOD ACTVM EST, DII APPROBENT. Salluſt. in libris Hiſtoriar. Quæ TIBI PLACVERVNT, EA DII IMMORTALES APPROBENT. Liuius lib. X. de Fabio *Tum demum conſenſu ciuitatis victus*, DII APPROBENT, *inquit*, QVOD AGITIS ACTVRIQVE ESTIS.

ROGABANTVR quandoque Dij, VT OPEM FERRENT. Quod vel ea parturientium precatio, quam ſuprà retulimus, verſúſque ille, quem Cic. lib. V. Tuſculan. Quæſt. adducit, abundè declarant, quibus hæc quæ ſequuntur cumuli loco accedent. Ouid. lib. I. Metamorph. Daphnem ſic precatam narrat:

FER PATER, *inquit*, OPEM, *ſi flumina numen habebis*.

Eodémque libro Deucalion & Pyrrha Themin precantes,

—MERSIS, aiunt, FER OPEM MITISSIMA REBVS.

Idem lib. V. Metamorph. Arethuſam inducit hás Dianæ preces facientem,

—FER OPEM, *deprehendimur*, *inquit*,
Armigeræ Dianæ tuæ. —

Eſt & lib. IX. eiuſdem argumenti huiuſmodi ad Iſidem precatio.

ISI *Parætonium, Mareoticáque arua, Pharónque*
Quæ colis, & ſeptem digeſtum in cornua Nilum,
FER PRECOR, *inquit*, OPEM, NOSTRÓQVE MEDERE TIMORI.

Sic & lib. XI.

Ceruleam Peleus Pſamathen, vt finiat iram
Orat, OPEMQVE PERAT.—

Idem lib. XIII.

Illæ tollentes etiamnum libera cælo
Brachia, BACCHE PATER FER OPEM, *dixere*—

Et lib. XV.

O cuius cælum bis ſex fecere labores,
FER PRECOR, *inquit* OPEM.—

Idem lib. V. Triſt. Eleg. IIII. ad Bacchum,

FER BONE LIBER OPEM.—

Silius Italic. lib. XIIII.

FER *pater afflictis*, FER, *ait*, *Garamantice vates*
Rebus OPEM.—

Auctor incertus in Priapeis,

Huic, dixi, FER OPEM, *Priape, parti*.

Valer. Flacc. lib. V. Argonautic.

Sed FER OPEM *Regina viris.*—

Denique OPEM FERRE DEOS inuocatos, ait Ouidius lib. II. de Ponto Eleg. IX. & lib. IX. Metamorphoſ. Vnde & EXPOSCERE OPEM à Diis, dicunt Horatius Epiſt. I. lib. II. & Ouidius lib. IX. & XI. Metamorphoſ. & lib. I. Triſt. Eleg. vlt.

AVXILIVM etiam Deorum veteres implorabant hac Formula, DII IMMORTALES OBSECRO VESTRAM FIDEM, qua Plautus vtitur in Amphit. Act. I. Sc. I. in Moſtellaria Act. I. Sc. I. & Act. II. Sc. vlt. & in Ciſtellaria Act. IIII. Sc. I. Fidei enim nomen in hac loquēdi figura opem & auxilium ſignificare, Donatus in Andr. Terēt. Act. IIII. Sc. III. notat. Interdúmque cōcisè dicebant, DII VESTRAM FIDEM, vt ex Plauto Captiuis Act. II. Sc. III. & Terent. Andr. Act. IIII. Sc. III. & Agellio lib. V. Noct. Attic. cap. V. liquet.

NONNVNQVAM certi alicuius Dei ſpecialiter fidem implorabant: veluti Curcul. Act. II. Sc. II. TVAM FIDEM VENVS. Idem Aulular. Act. IIII. Sc. VI. IVNO LVCINA TVAM FIDEM. Citatur & à Nonio Marcell. Varronis Satyra, inſcripta, HERCVLES TVAM FIDEM.

DEOS quoque precabantur, VT SVCCVRRERENT, SVBVENIRENT, ADIVVARENT. Tibull. lib. I. Eleg. III.

NVNC DEA NVNC SVCCVRRE MIHI: *nam poſſe mederi*
Picta docet templis multa tabella tuis.

Ouid. lib. I. de Remed. Amor. ad Apollinem,

TE PRECOR *ô vates, adſit tua laurea nobis,*
Carminis, & medicæ Phœbe repertor opis.
Et pariter vati, pariter SVCCVRRE *medenti.* Idem lib. VI. Faſt.
DIIQVE VIRIQVE *loci miſeræ* SVCCVRRITE *matri.*

Plaut. Aulular. Act. II. Sc. V.

APOLLO QVÆSO SVBVENI MIHI ATQVE ADIVVA.

Idem Ruden. Act. V. Sc. III.

--DII QVÆSO SVBVENITE.

Et eiuſdem Comœd. Act. II. Sc. I.

Nunc VENEREM HANC VENEREMVR BONAM, VT NOS LEPIDE ADIVVERIT *hodie.*— Virgil. lib. IIII. Æneid.
ADSIS Ô PLACIDVSQVE IVVES.—

Quinetiam Octauium Cæſarem Puteolis ſoluentem contra Pompeium, ſacrificaſſe, & è Prætoria naui libaſſe VENTIS SERENIS, ET NEPTVNO ASPHALIO, ET TRANQVILLO MARI, VT SIBI aduerſus paternos hoſtes AVXILIO ESSENT, Appian. lib. V. de Bell. ciuil. narrat. Arrian. lib. III. Epict. cap. XXI. *μὴ θύσας τοῖς θεοῖς, ἐπικαλέσας αὐτοὺς* ΒΟΗΘΟΥΣ.

FVIT & illa veteribus in ore loquendi Formula, DIIS BENE IVVANTIBVS. Sic enim Marius apud Salluſtiū in bello Iugurthino: *Et profectò*, ait, DIIS IVVANTIBVS *omnia matura ſunt.* Idem Salluſtius lib. I. Hiſtoriar. *Quæ ſi probatis, adeſte Quirites, &* BENE IVVANTIBVS DIIS, *M. Æmilium Cos. ducem & auctorem proſequimini.* Liuius libro VI. DIIS BENE IVVANTIBVS *ageret, quod è Repub. duceret.* Idem libro VII. *Perge, & nomen Romanum inuictum* IVVANTIBVS DIIS *præſta.* Et alibi: DIIS BENE IVVANTIBVS *nouum atq; integrum de Samnitibus triumphum mecum petite.* Apud eundem Scipio ad milites lib. XXVIII. *Proinde* DIIS BENE IVVANTIBVS *ſequerentur.* Quod genus loquendi etiam vſurpat lib. XXI. XXV. XXVI. XXVIII. XXIX. XXXIIII. XXXV. XLII. & XLIIII. Agell. cap. vlt. lib. XX. Noct. Attic. *Progreditur igitur, ait, numerus librorū,* DIIS BENE IVVANTIBVS, *cum ipſius vitæ quantuli quique fuerint progreſſibus.*

RESPICIENDI quoque verbum in precationibus ſedem habuiſſe indicat Ouidius, qui lib. IIII. Faſt. Venerem Verticordiam talibus precatur:

SEMPER AD ÆNEADAS PLACIDO PVLCHERRIMA VVLTV,
RESPICE: *tótque tuas* DIVA TVERE *nurus.*

Virgil. lib. II. Æneid.

IVPITER OMNIPOTENS, PRECIBVS SI FLECTERIS VLLIS,

ASPICE NOS.—

Vnde & Fortunam RESPICIENTIS cognomine, ad opem ferendam cõſecratam eſſe Cicero lib.II.de Legib. ſcribit. Quo in verbo ſcitus eſt iocus apud Plaut. Captiuis Act. IIII.Sc.I.quo loci Ergaſilus paraſitus Hegioni iubenti vt Reſpiceret, ita facetè reſpondet,

Fortuna quod nec tibi facit, nec faciet, hoc
Me iubes.

Hinc & DEOS RESPICERE dicebant. Idem Plaut Bacchidib. Act.IIII.Sc.III. *Tacè modò,* DEVS NOS RESPICIET ALIQVIS. Et Rudente Act. v. Sc.II. DII ME HOMINESQVE RESPICIVNT: *bene ego hinc prædatus ibo.* Terẽt.Andr. Act.IIII.Sc.I. *Et me & te imprudẽs niſi quid* DII RESPICIVNT, *perdidi.* Idem Phormio.Act.v.Sc.III.

— ô Iupiter,
DII NOS RESPICIVNT, *gnatam inueni nuptam cum tuo filio.*

SED vtrum ex Romanorum an ex Græcorum conſuetudine dixit Arrianus, Deum inuocantes rogare, ΚΥΡΙΕ ΕΛΕΗΣΟΝ, non abs re quæri poteſt. Nam vtriuſque populi inſtituta ac mores ab eo auctore perſtringi nemo neſcit: & quod obiter dictum ſit, hoc eum Lucianus in Alexandro ſeu Pſeudoman. elogio ornat. Ἀῤῥιανὸς ὁ τοῦ Ἐπικτήτου μαθητὴς, ἀνὴρ Ῥωμαίων ἐν τοῖς πρώτοις, καὶ παιδείᾳ παρ' ὅλον τοῦ βίου συγγενόμενος. Vt vt ſit, precarionis huius quam Eccleſia amplexa eſt, indicium profiteri, eiúſque fontes aperire gratum mihi ac volupe erit. Verba Arriani ex lib. II. Epicteti cap. II. hæc ſunt: νῦν δὲ χειμῶντες τὸ ὀρνιθάριον, κρατοῦμεν, καὶ τὸν θεὸν ἐπικαλούμενοι, δεόμεθα αὐτοῦ, ΚΥΡΙΕ ΕΛΕΗΣΟΝ, ἐπίτρεψόν μοι ἐξελθεῖν. Apud Virgilium quidem lib. XI. Æneid. legimus.

FAVNE PRECOR MISERERE.—

A quo loco non ante diſcedam, quàm hoc præterea moneam, obſeruandum eſſe in tanta licet Deorum multitudine, veritatẽ tamen plerumque vel ab inuitis gentibus, vnius Dei confeſſionem expreſſiſſe: cuius nomen plerumque in cottidianis ſermonibus eis in buccam veniebat. Quod, ne quid mihi alieni iuris arrogem, inuentum meum non eſt: ſed Tertulliano id acceptum fero, à quo ceu capite, alij poſtea riuulos duxerunt. Sic enim ille in lib. de Teſtimonio Animæ loquitur: *Nam te quoque palam & tota libertate, qua non licet nobis, domi ac foris audimus ita pronũtiare,* QVOD DEVS DEDERIT, &, SI DEVS VOLVERIT. Et mox: *Etiam quod penes Deum, bonitatis & benignitatis omnis benedictio, inter nos ſummum ſit diſciplinæ & conuerſationis ſacramentum,* BENEDICAT TE DEVS, *tam facilè pronuntias, quam Chriſtiano neceſſe eſt.* Et pòſt: *Hinc ergo tibi anima de conſcientia ſuppetit domi ac foris nullo irridente vel prohibente prædicare,* DEVS VIDET OMNIA, &, DEO COMMENDO, &, DEVS REDDET, &, DEVS INTER NOS IVDICABIT. Idem in Apologetico: ET, QVOD DEVS DEDERIT, *omnium vox eſt. Iudicem quoque conteſtatur illum,* DEVS VIDET, &, DEO COMMENDO, &, DEVS MIHI REDDET, &, QVOD DEVS VVLT, &, SI DEVS DEDERIT. Minutius Felix in Octauio de Deo loquens, *Quid quòd omnium de iſto habeo conſenſum? Audio vulgus, cùm ad cælum manus tendunt: nihil aliud quàm* DEVM, *dicunt:* &, MAGNVS EST, ET, DEVS VERVS EST, &, SI DEVS DEDERIT, *vulgi iſte naturalis ſermo eſt, an Chriſtiani confitentis oratio?* Lactantius lib. II. cap. I. *Cùm verò ipſos Deorum cultores ſæpe videamus* DEVM SVMMVM, *& confiteri & prædicare, quã ſibi veniam ſperare poßint impietatis ſuæ?* Et mox, *Nam & cùm iurãt, & cùm optant, & cùm gratias agunt, non Iouem aut Deos multos, ſed* DEVM *nominãt: adeo ipſa veritas cogente natura etiã ab inuitis pectoribus erumpit.* Et mox: *Ad* DEVM *confugiunt, à* DEO *petitur auxilium,* DEVS VT SVBVENIAT, *oratur.* Etiam ſtipem mẽdicantes eam PER DEVM flagitaſſe ibidem ita ſcribit: *Si quis ad extremam mendicandi neceßitatem deductus, victum precibus expoſcit,* DEVM *ſolum obteſtatur, &* PER *eius diuinum atq; vnicũ numen, hominum ſibi miſericordiam quærit.* Quibus Chriſtianis teſtibus ne quis fidem abroget, ipſiſmet Gentilium teſtimoniis in eaſdem eos voces erupiſſe comprobabo. Calliſtratus in L. Non intelligitur D. de Iu. fiſ. teſtamento ita cauiſſe quendam proponit, VOS ROGO, *vt in eo quod à vobis petij fidem præſtetis,* PERQVE DEVM, VT FACIATIS, ROGO. Plaut. Captiuis Act. II. Sc. II. EST PROFECTO DEVS, *qui quæ nos gerimus auditque & videt.* Qui me locus pungit, vt receptam olim Formulam adſcribam, qua DEOS ESSE exclamabant. Cuius rei accedet teſtis Liuius, qui nos duobus locis iuuabit. Prodit vnus ex

lib. III

lib.III. cum his verbis, *Dum pro ſe quiſque* DEOS ESSE, *& non negligere humana fremunt.* Alterè lib.VIII. procedit ſub Manlij Torquati perſona, in hæc verba, EST CÆLESTE NVMEN, ES MAGNE IVPITER. Sed & cùm in Germania, Chriſtiánorum militum orationibus ad Deum factis, imbres in ſiti cælitus Imp. Marcus impetraſſet, eorúmq; geniculationibus & ieiuniis ſiccitates eſſent depulſæ, exercitum acclamaſſo, IOVI DEO DEORVM, ET QVI SOLVS POTENS, Tertullianus in lib. ad Scapulam ſcriptũ reliquit, admonens tũc in Iouis nomine Deo noſtro teſtimonium à paganis redditũ fuiſſe.

PORRO vulgaribus verbis rogabantur Dij, VT AVDIRENT. Sic Ariadne apud Catullum, Eumenides SVAS AVDIRE QVERELAS precatur, & apud Ouidium lib. VIII. Metamorphoſ. Achelous Neptunum orat, VT PLACIDVS PRECANTEM AVDIAT. Horat. in carmine ſæcul.

Conditor mitis placidúſque telo
SVPPLICES AVDI PVEROS APOLLO,
Syderum regina bicornis, AVDI
LVNA PVELLAS.

Apud Liuium lib. VIII. Manlius cùm ei ſuperba & arrogans Annij Latinorum Prætoris in Senatu habita oratio ſtomachum mouiſſet, ad ſimulachrum Iouis conuerſus, AVDI IVPITER *hæc* SCELERA, *inquit,* AVDITE IVS FASQVE. Sic Plinius Panegyrico, in precatione ſua ad Iouem Capitolinũ pro Traiano: AVDISTI, ait, *quæ malo principi precabamur,* EXAVDI *quæ pro diſſimillimo optamus.* Eáque fuiſſe ſollemnia verba in bello indicendo, & fœdere iciendo aliâs demõſtrabo. Hinc AVDITAS vel NON AVDITAS PRECES dicebant. Liuius lib. I. de Romulo, *Hæc precatus, veluti ſenſiſſet* AVDITAS PRECES, *Hinc, inquit, Romani,* IVPITER OPT. MAX. *reſiſtere atque iterare pugnam iubet.* Cicero in Piſonem: *In quo* DII IMMORTALES *meas preces* AVDIVERVNT. Idem Epiſt. I. lib. II. ad Q. Fratrem: *Sed hæc vtinã non experiare, quod precarer Deôs, niſi meas* PRECES AVDIRE *deſiiſſent. Verũtamen precor,* VT HIS INFINITIS NOSTRIS MALIS CONTENTI SINT. Horat. lib. IIII. Carm. Ode XIII.

AVDIVERE *Lyce* DII MEA VOTA, DII
AVDIVERE *Lyce.*

CÆTERVM PACEM AC VENIAM à Diis peti conſueuiſſe teſtimoniis multis planum fit. Cicero pro Fonteio: *Illi in bellis gerendis* A DIIS IMMORTALIBVS PACEM AC VENIAM PETVNT. Idem pro Rabir. perduell. reo: AB IOVE OPT. MAX. *ceteriſque Diis Deabúſque immortalibus (quorũ ope & auxilio multo magis hæc Reſp. quàm ratione hominum gubernatur)* PACEM AC VENIAM PETO. Virgil. lib. I. Æneid.

ORANTES VENIAM *templum clamore petebant.*

Vbi Seruius, VENIAM interpretatur PACEM, & propriè verbum eſſe Pontificale ait: *Dicta autem,* inquit, VENIA *ad eliciendam miſericordiam: meretur enim beneuolentiam numinum, qui licet innocens ſit,* VENIAM, *tanquam peccauerit,* PETIT. Liuius lib. I. *Vnam opem ægris corporibus relictam, ſi* PAX ET VENIA AB DIIS IMMORTALIBVS IMPETRATA ESSET. Idem lib. XXXIX. PACEM VENIAMQVE PRECATI DEORVM IMMORTALIVM. Ouid. lib. I. Amor. Eleg. 11.

—VENIAM PACEMQVE ROGAMVS.

Quæ etiam coniũgit Arnobius lib. IIII. aduerſ. gent. Nonnunquam tamen ſeparatim ponũtur, & alterutrũ duntaxat expoſci inuenire eſt. VENIÆ quidem ſimpliciter petitæ exemplum eſt apud Valer. Flacc. lib. I. Argonautic. vbi Iaſon ita Neptunum precatur:

—O qui ſpumantia nutu
Regna quatis, terráſque ſalo complecteris omnes,
DA VENIAM.—

Liuius lib. III. VENIAM *irarũ cæleſtiũ, finémque peſti* EXPOSCVNT. Similiter PACIS duntaxat ſolius fit mentio in his Virgilij verſibus lib. IIII. Georgic.

— Tu munera ſupplex
Tende PETENS PACEM, *& faciles venerare Napæas.*

Vt & in illis lib. III. Æneid.

Sed votis, precibúſque, iubent EXPOSCERE PACEM.

EXORANT PACEM DIVVM. —

Quo loci Nonius pacis nomine propitiationem, ſuperiori verò verſu veniam ſignificari notat. Idem Virgil. lib. IIII. Æneid.

Principio delubra adeunt, PACEMQVE *per aras*
Exquirunt. —

Silius Italic. lib. xv.

Gramineas PACEM SVPERVM POSCEBAT *ad aras.*

Morbis vtique graſſantibus vel prodigiis nuntiatis quæ iratos Deos portenderent, PACEM DEVM EXPOSCI moris erat. Sic cùm latè vagaretur vis peſtis in vrbe, iuſſum populum cũ coniugibus ac liberis ſupplicatũ ire, & PACEM EXPOSCERE DEVM, indéque paulatim ſeu pace Deûm impetrata, ſeu grauiore tempore anni iam circumacto, defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe cœpiſſe, Liuius lib. III. ſcribit. Idem lib. VII. *Sulpitio Petico, & C. Licinio Stolone Coſſ. peſtilẽtia fuit, &* PACIS DEVM EXPOSCENDÆ *cauſa, tertiò poſt conditam vrbem lectiſternium fuit.* Sed & lib. III. *Poſt exercitum Romanum ab Æquis cæſum, cùm cælum ardere plurimo igni viſum eſſet, portentáque alia aut obſeruata oculis, aut vanas exterritis ſpecies oſtentaſſent, iis auertendis terroribus in triduum ferias indictas tradit: per quas omnia delubra* PACEM DEVM *expoſcentium virorum mulierúmque turba implebantur.* Et lib. XLII. placuiſſe ſenatui, prodigia expiari, PACEMQVE DEVM peti precationibus, quæ ex fatalibus libris editæ eſſent, narrat. Hinc Plaut. Curculio. Act. II. Sc. II. PACEM ab Æſculapio peti monet. Apud eundem Mercatore Act. IIII. Sc. I. Dorippa ita Apollinem precatur:

APOLLO QVÆSO TE, VT DES PACEM PROPITIVS,
SALVTEM ET SANITATEM NOSTRÆ FAMILIÆ,
MEÓQVE VT PARCAS GNATO: PARCE PROPITIVS.

Similiter Carthaginienſes cùm inter cætera mala peſte laborarẽt, aris impuberes admouiſſe, PACEM DEORVM SANGVINE EORVM EXPOSCENTES, Iuſtin. lib. XVIII. refert. Idémque lib. XX. Metapontinos, cùm peſte & ſeditione vexarentur, ex oraculo, Manium & Mineruæ PACEM ſacrificiis occupaſſe narrat. Aliâs quoque ſæpenumero hoc eodem genere precationis vtebantur. Plaut. Amphitr. Act. v, Sc. I.

VASA PVRA *iube actutum adornari mihi,*
Vt IOVIS SVPREMI, *multis hoſtiis,* PACEM EXPETAM.

Idem Pœnulo Act I. Sc. I.

Sunt hic omnia, quæ ad DEVM PACEM *oportet adeſſe?*

Liuius lib. VI. *Nunc, nos tanquam iam nihil* PACE DEORVM *opus ſit, omnes cæremonias polluimus.* Idẽ lib. VII. *Hoſtiáq; cæſa,* PACEM DEVM *adoraſſet.* Et lib. XXIIII. *Perpetratis, quæ ad* PACEM DEVM *pertinebant.* Et lib. XXVII. *Diúque non impetrata* PAX DEVM. Sic & DIVVM PACEM votis adire dicit Lucret. lib. v. Gratius in lib. de Venatio. ad Vulcanũ,

— PACEMQVE PRECAMVR
INCOLA SANCTE TVAM. —

Orabant etiam Deos vt PARCERENT, quemadmodum precatio Plautina ad Apollinem Mercat. Act. III. Sc. I. docet. Horat. lib. II. Carm. Ode XIX.

— *Euoe,* PARCE *Liber,*
PARCE *graui metuende thyrſo.*

Idem lib. IIII Carm. Ode I ad Venerem.

Intermiſſa Venus diu
Rurſus bella moues. PARCE PRECOR, PRECOR.

Cydippe ad Dianam Epiſt. XX. Heroid.

PARCE *laboranti picta Dea læta pharetra:*
Dáque ſalutiferam iam mihi fratris opem

Idem lib. II. Faſt.

PARCE PRECOR *grauidis facilis Lucina puellis.*

ILLVD compertum habeo, in menſa & inter ſcyphos & pocula, vbi libare Diis dapes & benè precari moris fuiſſe Liuius lib. XIX. ſcribit, iactari cõſueuiſſe vocem hanc, BENE. Nec dubito mihi Solem, vt ita dicam, manibus geſtãti aſſenſum omnes præbituros. Hoc certè ita perſpicuè demõſtrat Plautus, vt nullus relictus ſit dubitãdi locus. In Perſa namq; Act. v, Sc. I. inducuntur Toxilus, & Lemneſcellene accũbentes & natalem celebrantes,

brantes, inuicémque ſibi BENE precantes. Toxilus quidem prior ita infit:

Pæcnuim tardè cyathos mihi das.
Cedo ſanè, BENE MIHI, VOBIS, MEÆ AMICÆ, OPTATVS HIC MIHI
Dies datus hodie'ſt ab Diis, quia te liberam licet
Me amplecti.--

Cui reſpondens Lemneſelene:

Tua, inquit, *factum opera.* BENE OMNIBVS NOBIS: *hæ meæ*
Manus, tuæ poculum donant, vt amantem amanti decet.
T. *Cedo.* L. *accipe.* T. BENE *ei qui inuidet mihi, & ei qui hoc gaudio gaudet.*

Sed & in Sticho Act.v.Sc.IIII.conuiuium deſcribitur, in quo ille Sangarinum ita loquẽtem facit:

Vide quot cyathos hos bibimus. ST. *tot quot digiti ſunt tibi,*
In manu. Cantio eſt Græca, Καὶ πέντε πῖνε καὶ τρεῖς πῖνε ἢ μὴ τέτταρα:
Tibi propino decuma fonte, tibi tute inde, ſi ſapis. SA. BENE VOS,
BENE NOS, BENE TE, BENE ME, BENE NOSTRAM ETIAM STEPHANIVM. BIBE SI BIBIS.

Idipſum Tibullus & Ouidius perſpicuè teſtantur. Ille Eleg.I.lib.I.

Sed BENE, ait, MESSALAM, *ſua quiſque ad pocula dicat,*
Nomen & abſentis ſingula verba ſonent.

Hic verò lib.I.de Arte aman.amatori præſcribens vti ſeſe in cõuiuio gerere oporteat,

ET BENE, ait, DIC *Dominæ,* BENE, *cum quo dormiet illa.*

Idem lib. II.Faſt. *Larga precaturi ſumite vina manu.*

ET BENE NOS, BENE TE, *patriæ pater optime Cæſar,*
DICITE *ſuffuſo per ſacra verba mero.*

AC profectò quibus bona omnia optabant, cunctáq; ex animi ſententia ſuccedere ac proſperè euenire cupiebãt, precabantur, BENE SIT. Pompon. Cretala apud Nonium Marc. *Et* TIBI BENE SIT, *qui rectè ominas.* Plaut. Mercato. Act.II.Sc.III.

BENE *ambulato,* BENE *valeto,* BENE SIT TIBI.

Apud Terent. Phormio. Act.II. Sc.II. Dauus ad Getam, *Nunquid Geta aliud me vis?* cui Geta reſpondet, VT BENE SIT TIBI.--
Perſius Satyra IIII. *Ingemit,* HOC BENE SIT.--
In vetuſto quodam titulo monumenti legitur,

BENE SIT FILIIS, FILIABVS MEIS, QVI ME BENE COLVERVNT.

Eodem ſenſu Virgil. in Pharmaceutria dixit, BONVM SIT.
Et hoc erat, BENE DICERE, quod verbum idẽ omnino valet ac bene precari. Plaut. in Milite glorio. Act.IIII.Sc.VIII.

Conſerui, conſeruæque omnes, BENE VALETE ET VIVITE:
BENE, *quæſo,* DICATIS *inter vos, & mihi abſenti tamen.*

Idem Aſinar. Act.III.Sc.vlt.

Eia, BENE DICITE, *ite intrò.*
Valete.-- Et Caſina Act.II.Sc.V.
BENEDICITE, *Diis ſum fretus. Deos ſperauimus:* Sic & Aulular. Act.IIII.Sc. vlt.
Bono animo es, & BENEDICE.

Cicero pro Sextio, CVI BENE DIXIT *vnquam bono?* BENE DIXIT? *imo quem fortem & bonum ciuem non petulantiſſimè eſt inſectatus?*

Cui contrarium eſt MALEDICERE, quod nihil aliud ſonat quàm malè precari: Eáque aduerſa facit Plaut. Pœnulo Act.III. Sc.III.

Si BENEDICETIS *veſtra ripa vos ſequar:*
Si MALEDICETIS *veſtro gradiar limite.*

Sic & Ruden. Act.III. Sc.II. hæc duo opponũtur: ac BENE DICERE fertur is, qui bona exoptat, & vt bona eueniant precatur: & contrà MALEDICERE qui imprecatur.

IN hoc autem bonarũ precationũ genere verbis hiſce, DII TIBI BENEFACIANT, vtitur Plaut. Milite glorio. Act.II. Sc. vlt. & in Menech. Act. V. Sc.VII. & Perſa Act.IIII. Sc.III. vt & Terent. Adelph. Act.V. Sc.VIII.

VIDENTVR & inter bonas preces dixiſſe, BENE VIVAS. Ouid. lib. I. Am. Eleg. VIII.

Sæpe mihi dices, VIVAS BENE.—

EST & in hoc album referenda precatio hæc, DII OMNES TE PLVRIMVM AMENT. Cuius rei auctorẽ laudo Plautum Moſtellar. Act. III. Sc. II. Idẽ Pſeudolo Act. I. Sc. III. & Act. V. Sc. vlt. DII DEÆQVE AMENT TE. Sic & Aulular. Act. I. Sc. IIII. Itidémq; Ruden. Act. V. Sc. III. DII TE AMENT. Aliâs verò, vt in Milite glor. Act. II. Sc. II. dicit, TE IVPITER BENE AMET. Inde illud Liuij lib. I. SI NOS DII AMANT.

IAM vt præcipuas aliquot per veterum auctorũ libros fuſas & ſparſas precationes colligam, relatu digna eſt Scipionis oram è Sicilia ſoluentis & in Africam traijcientis precatio, quæ à Liuio lib. XXIX. in hæc verba ad ſollemnium precum ſimilitudinem efficta & accõmodata refertur: DIVI DIVÆQVE, QVI MARIA TERRASQVE COLITIS, VOS PRECOR QVÆSÓQVE, VTI QVÆ IN MEO IMPERIO GESTA SVNT, GERVNTVR, PÓSTQVE GERENTVR, EA MIHI, POPVLO, PLEBIQ. ROMANÆ, SOCIIS NOMINIQ. LATINO, QVI POPVLI RO. QVIQVE MEAM SECTAM, IMPERIVM AVSPICIVMQ. TERRA, MARI, AMNIBVSQ. SEQVVNTVR, BENE VERRVNCENT, EAQ. VOS OMNIA BENE IVVETIS, BONIS AVCTIBVS AVXITIS, SALVOS INCOLVMESQ. VICTIS PERDVELLIBVS VICTORES SPOLIIS DECORATOS, PRÆDA ONVSTOS, TRIVMPHANTESQVE MECVM DOMOS REDVCES SISTATIS, INIMICORVM HOSTIVMQ. VLCISCENDORVM COPIAM FAXITIS, QVÆQVE POPVLVS CARTHAGINENSIS IN CIVITATEM NOSTRAM FACERE MOLITVS EST, EA VT MIHI, POPVLÓQVE RO. IN CIVITATEM CARTHAGINENSIVM EXEMPLA EDENDI FACVLTATEM DETIS. Silius Italic. lib. XV.

Emicat: ac prima ſtans Scipio puppe profatur.

DIVE TRIDENTE POTENS, CVIVS MARIA IRE PER ALTA
ORDIMVR, SI IVSTA PARO, DECVRRERE CLASSI
DA PATER, ET NOSTROS NE SPERNE IVVARE LABORES.
PER PONTVM PIA BELLA VEHO.—

Idem Scipio vt in conſpectu terra Africa fuit, Deos precatus dicitur, VTI BONO REIPVB. SVÓQVE AFRICAM VIDERIT: quemadmodum Liuius eodem lib. XXIX. ſcriptum reliquit. Ex cuius libro quinto accepimus Camillum, cùm in exilium abiret, precatum ab Diis immortalibus, SI INNOXIO SIBI EA INIVRIA FIERET, PRIMO QVOQVE TEMPORE DESIDERIVM SVI, CIVITATI INGRATÆ FACERENT. Quod Plutarchus in Camillo his verbis expreſſit: Καὶ τὰς χεῖρας ἀτείνας πρὸς τὸ Καπιτώλιον ἐπηύξατο τοῖς θεοῖς, Εἰ μὴ δικαίως ἀλλ' ὕβρει δήμου καὶ φθόνῳ προπηλακιζόμενος ἐκπίπτει, ταχὺ ῥωμαίους μετανοῆσαι, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις φανεροὺς γενέσθαι δεομένους αὐτοῦ, καὶ ποθοῦντας Κάμιλλον. Idémque Camillus Veiis captis manus ad cælum tollens, Deos, teſte Liuio, orauit, VT SI CVI DEORVM HOMINVMQVE NIMIA SVA FORTVNA POPVLIQVE RO. VIDERETVR, VT EAM INVIDIAM LENIRE QVAM MINIMO SVO PRIVATO INCOMMODO, PVBLICÓQVE ROM. POPVLI LICERET. Id ipſum Valer. Max. referens lib. I. cap. V. precatum ait, VT SI CVI DEORVM NIMIA FELICITAS POPVLI RO. VIDERETVR, EIVS INVIDIA SVO ALIQVO INCOMMODO SATIARETVR. Plutarchus verò hanc precationem directis verbis conceptam ſic effert: Ἀνέσχε τὰς χεῖρας τοῖς θεοῖς, καὶ προσευχόμενος εἶπε. ΖΕΥ ΜΕΓΙΣΤΕ καὶ θεοὶ χρηστῶν ἐπίσκοποι καὶ πονηρῶν ἔργων, αὐτοί που σύνιστε ῥωμαίοις. ὡς οὐ παρὰ δίκην, ἀλλὰ κατ' ἀνάγκην ἀμυνόμενοι, μετερχόμεθα δυσμενῶν ἀνδρῶν καὶ παρανόμων πόλιν. εἰ δ' ἄρα τις ἔφη καὶ ἡμῖν ἀντίστροφος ὀφείλεται, τῆς παρούσης νέμεσις εὐπραξίας, εὔχομαι ταύτην ὑπέρ τε πόλεως καὶ στρατοῦ ῥωμαίων, εἰς ἐμαυτὸν ἐλαχίστῳ κακῷ τελευτῆσαι. Nec abſimili forma Spurium Poſthumiũ, qui in conſulatu fœdæ ſeu pacis ſeu ſponſionis ad Furculas Caudinas factæ auctor fuerat, cũ ſe dedi hoſtibus, vt populus religione exolueretur, Senatui placere cerneret, ita precatũ Liuius lib. IX. ſcribit. VOS DII IMMORTALES PRECOR QVÆSÓQVE, SI VOBIS NON FVIT CORDI POSTHVMIVM T. VETVRIVM COSS. CVM SAMNITIBVS PROSPERE BELLVM GERERE,

RERE, AT VOS SATIS HABEATIS VIDISSE NOS SVB IVGVM MISSOS, VIDISSE SPONSIONE INFAMI OBLIGATOS, VIDERE NVDOS VINCTÓSQVE HOSTIBVS DEDITOS, OMNEM IRAM HOSTIVM NOSTRIS CAPITIBVS EXCIPIENTES, NOVOS COSS. LEGIONESQVE ROMANAS ITA CVM SAMNITIBVS BELLVM GERERE, VT OMNIA ANTE NOS COSS. BELLA GESTA SVNT. Idem lib. IIII. auctor eſt Cincinnatum exacta iam ætate Dictatorem à Quintio Capitolino Cos. dictum, cùm abnuendo nihil egiſſet, victum tādem ab Diis immortalibus deprecatū, NE SENECTVS SVA IN TAM TREPIDIS REBVS, DAMNO DEDECORIVE REIP. ESSET. Cùm verò ex Fabia gēte ſex & trecenti contra Veientes egrederentur, populum Ro. precatum Liuius libro II. ſcribit, VT ILLVD AGMEN FAVSTVM ATQVE FELIX DII MITTERENT, SOSPITESQVE BREVI IN PATRIAM AD PARENTES RESTITVERENT. At cùm Titinius Genutiúſque Trib. militares profecti aduerſus Faliſcos Capenatéſque inſidiis hoſtium circumuenti eſſent, Romæq; nuntiatum eſſet, iam caſtra ad Veios oppugnari, iam partem hoſtium ad vrbem infeſto agmine tendere, matronarum, quas domo exciuerat, publicus pauor obſecrationes in templis factas Liuius lib. v. memorat, precibúſq; ab Diis petitum, VT EXITIVM AB VRBIS TECTIS TEMPLISQVE, AC ROMANIS MENIBVS ARCERENT. Neronis quoque exercitum aduerſus Aſdrubalem properantem fauſtis precibus populum Ro. proſequutum eſſe lib. XXVII. referens, *Deos*, ait, *Deáſque precabantur*, VT FAVSTVM ITER FELIXQVE PVGNA, MATVRA EX HOSTIBVS VICTORIA ESSET, DAMNARENTVRQVE VOTORVM, QVÆ PRO IPSIS SVSCEPISSENT. Similitérque Cn. Manlium & M. Fabium Coss. aduerſus Hetruſcos proficiſcētes votis & precibus Deos inuocaſſe Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. IX. ſcribit, τῆς ἐξόδου σφίσι γενέσθαι ἡγεμόνας. Poſt inſignē autē acceptam cladem matronas Ro. ſublatis ad cælū manibus oraſſe Deos, Liuius lib. XXXVI. auctor eſt, VT VRBEM ROMANAM E MANIBVS HOSTIVM ERIPERENT, MATRESQVE ROMANAS ET LIBEROS INVIOLATOS SERVARENT. Elegans autem eſt illa precatio, qua poſterius ſuum Hiſtoriæ Romanæ volumen Velleius Paterculus concluſit, in hunc modum. IVPITER CAPITOLINE ET AVCTOR ET STATOR ROMANI NOMINIS, GRADIVE MARS, PERPETVORVMQVE CVSTOS VESTA IGNIVM, ET QVIDQVID NVMINVM HANC ROMANI IMPERII MOLEM IN AMPLISSIMVM TERRARVM ORBIS FASTIGIVM EXTVLIT, VOS PVBLICA VOCE OBTESTOR ATQVE PRECOR, CVSTODITE, SERVATE, PROTEGITE HVNC STATVM, HANC PACEM: EIQ. FVNCTO LONGISSIMA STATIONE MORTALI DESTINATE SVCCESSORES QVAM SERISSIMOS, SED EOS QVORVM CERVICES TAM FORTITER SVSTINENDO TERRARVM ORBIS IMPERIO SVFFICIANT, QVAM HVIVS SVFFECISSE SENSIMVS. His & piam Valerij Coruini precationem adiungam, qui Dictator aduerſus milites qui ſeceſſerant, dictus, DEOS, inquit, vt eſt apud Liuium lib. VII. IMMORTALES, MILITES, VESTROS PVBLICOS, MEÓSQ. AB VRBE PROFICISCENS ITA ADORAVI, VENIAMQVE SVPPLEX POPOSCI, VT MIHI DE VOBIS CONCORDIÆ PARTÆ GLORIAM, NON VICTORIAM DARENT. Celebris inſuper eſt illa Tucciæ Veſtalis virginis precatio cuius Plin. lib. XXVIII. cap. II. mētionē facit. *Extat*, ait, *Tucciæ Veſtalis inceſtæ precatio, qua vſa aquā tulit in cribro*. Id quod Valer. Max. lib. VIII. cap. I. commemorans eam ita precatam refert: VESTA, SI SACRIS TVIS CASTAS SEMPER ADMOVI MANVS, EFFICE VT HOC CRIBRO HAVRIAM E TIBERI AQVAM, ET IN ÆDEM TVAM PERFERAM. Halicarnaſſ. verò lib. II. hæc tantùm, dum Tiberim peteret, precatā ait, ΗΓΕΜΟΝΑ ΤΗΝ ΘΕΟΝ ΤΗΣ ΟΔΟΥ ΓΕΝΕΣΘΑΙ. Idem eod. lib. ponit Æmiliæ Veſtalis virginis precationem, quæ ignis negligentius aſſeruati rea agebatur. Ἔνθα δή φασι τὴν Αἰμιλίαν ἀναίτιον μὲν οὖσαν, ἀπορουμένην δ' ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι, παρόντων τῶν ἱερέων, καὶ τῶν ἄλλων παρθένων τὰς χεῖρας ἐπὶ τὸν βωμὸν ἐκτείνασαν, εἰπεῖν· ΕΣΤΙΑ ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ πόλεως φύλαξ, εἰ μὲν ὁσίως καὶ δικαίως τετέλεκά σοι τὰ ἱερὰ χρόνον ὀλίγου δέοντα τριακονταετοῦς, καὶ ψυχὴν ἔχουσα καθαρὰν καὶ σῶμα ἁγνὸν ἐπιφάνηθί μοι, καὶ βοήθησόν γε καὶ μὴ περιίδῃς τὴν σεαυτῆς ἱέρειαν οἴκτιστον μόρον

ἀφαίνεται. Apud Ouidium lib. VI. Faſt. Metellus Pontifex Veſtam ex incendio rapiens lotis manibus & ad cælum ſublatis,

—IGNOSCITE, dixit,
Sacra vir intrabo non adeunda viro.
Si ſcelus eſt, in me commiſſi pœna redundet,
Sit capitis damno Roma ſoluta mei.

Claudiam verò tunc cùm nauem, qua ſacra Matris Deûm Ideæ vehebantur, obhærentem Tiberino vado, extraxit, propalam precatam, VT ITA DEMVM SE SEQVERETVR, SI SIBI PVDICITIA CONSTARET, Suet. in Tib. cap. I. auctor eſt. Quã Claudiæ precationem Ouidius lib. IIII. Faſt. verſibus ita concipit.

SVPPLICIS ALMA TVÆ GENITRIX FOECVNDA DEORVM,
ACCIPE *ſub certa conditione* PRECES.
Caſta negor, ſi tu damnas, meruiſſe fatebor:
Morte luam pœnas iudice victa Dea.
Sed ſi crimen abeſt, tu noſtræ pignora vitæ
Reddes, & caſtas caſta ſequere nurus.

Eandem precationem Silius Italic. lib. XVII. aliter his verſibus effert.

Hic priſca ducens Clauſorum ab origine nomen
Claudia, non æqua populi male credita fama,
In puppim verſis palmiſque oculiſque profatur.
CÆLICOLVM GENITRIX, NVMEN *quod numina nobis*
Cuncta creas, cuius proles terrámque fretúmque,
Syderáque, & manes regnorum ſorte gubernat:
Si noſtrum nullo violatum eſt crimine corpus,
TESTIS DIVA VENI, *& facili me abſolue carina.*

Sanè Publius Decius Coſ. contentione inter eum & Fabium collegam orta, vtrum Heturiam prouinciam inter ſe compararent ſortirentúrve, an verò extra ordinem ea Fabio decerneretur, in concione ad populum, Iouem Opt. Max. Deóſque immortales, vt eſt à Liuio lib. X. proditum, precatus fertur, VT ITA ſortem æquam ſibi cum collega darent, ſi eandem virtutem felicitatémque in bello adminiſtrando daturi eſſent. HIS ſubnectam quaſdã pro Cæſarum ſalute ſcriptas precationes, in quibus facilè principem locum tenet illa Senecæ, pro Claudio, quæ extat lib. I. Conſolat. ad Polyb. in hæc verba. DII ILLVM DEÆQVE OMNES TERRIS DIV COMMODENT, AC FACIANT, VT QVAMDIV MORTALIS ERIT, NIHIL EX DOMO SVA MORTALE ESSE SENTIAT: RECTOREM ROMANO IMPERIO FILIVM LONGA FIDE APPROBET, ET ANTE ILLVM CONSORTEM PATRIS QVAM SVCCESSOREM ACCIPIAT, SERA ET NEPOTIBVS DEMVM NOSTRIS DIES NOTA SIT, QVA ILLVM GENS SVA CÆLO ASSERAT. ABSTINE AB HOC MANVS TVAS FORTVNA, NEC IN ISTO POTENTIAM TVAM, NISI EA PARTE QVA PRODES, OSTENDERIS. PATERE ILLVM GENERI HVMANO IAM DIV ÆGRO ET AFFECTO MEDERI: PATERE QVIDQVID PRIORIS FVROR CONCVSSIT, IN LOCVM SVVM RESTITVERE AC REPONERE. SYDVS HOC, QVOD PRÆCIPITATO IN PROFVNDVM AC DEMERSO IN TENEBRAS ORBI REFVLSIT, PERLVCEAT. Extat vtiq; elegãs Auguſti pro ſeipſo precatio, poſtquã climactericum annũ euaſit, quã ex eius ad Caium nepotem ſuũ Epiſt. Agellius lib. XV. cap. VII. deſcripſit. Ea ſic habet. DEOS AVTEM ORO, VT MIHI QVANTVMCVNQVE SVPEREST TEMPORIS, ID SALVIS NOBIS TRADVCERE LICEAT, IN STATV REIPVB. FELICISSIMO ἀνδραγαθούντων ὑμῶν καὶ διαδεχομένων. Plinius etiam in extremo Panegyrici ſui pro Traiano ita Deos precatur. IN FINE ORATIONIS PRÆSIDES CVSTODESQVE IMPERII DEOS EGO CONSVL PRO REBVS HVMANIS AC TE PRÆCIPVE CAPITOLINE IVPITER PRECOR, VT BENEFICIIS TVIS FAVEAS, TANTISQVE MVNERIBVS ADDAS PERPETVITATEM. AVDISTI QVÆ MALO PRINCIPI PRECABAMVR, EXAVDI QVÆ PRO DISSIMILLIMO OPTAMVS. Et in nouiſſima

uiſſima clauſula: QVO MAIORE FIDVCIA IISDEM ILLIS VOTIS, QVÆ IPSE PRO SE NVNCVPARI IVBET, ORO ET OBTESTOR, SI BENE REMPVB. SI EX VTILITATE OMNIVM REGIT, PRIMVM VT ILLVM NEPOTIBVS NOSTRIS AC PRONEPOTIBVS SERVES: DEINDE VT QVANDOQVE EI SVCCESSOREM TRIBVAS, QVEM GENVERIT, QVEM FORMAVERIT, SIMILEMQVE FECERIT ADOPTATO: AVT, SI HOC FATO NEGATVR, IN CONSILIO SIS ELIGENTI, MONSTRESQVE ALIQVEM, QVEM ADOPTARI IN CAPITOLIO DECEAT. Idem Plin. lib.x. Epiſt. ad Traian. Vota priorum annorum à ſe & commilitonibus pro incolumitate perſoluta, aliáq; noua ſuſcepta ſcribens, PRECATI, ait, SVMVS DEOS, VT TE REMQVE PVBLICAM FLORENTEM ET INCOLVMEM EA BENIGNITATE SERVARENT, QVAM SVPER MAGNAS PLVRIMASQVE VIRTVTES PRÆCIPVA SANCTITATE CONSEQVI DEORVM HONORE MERVISTI. Eodémque lib. ob eiuſdem Principis diem natalem has literis ſuis preces inſerit: OPTO DOMINE, ET HVNC NATALEM ET PLVRIMOS ALIOS QVAM FELICISSIMOS AGAS, ÆTERNAQVE LAVDE FLORENTEM VIRTVTIS TVÆ GLORIAM ET INCOLVMIS ET FORTIS ALIIS SVPER ALIA OPERIBVS AVGEAS. Suá verò pro Conſtantino Imperatore precationem Iulius Firmicus lib.1. Matheſ. cap. vlt. ita concipit. SOL IGITVR OPTIME MAXIME, *qui mediam cæli poßides partem, mens mundi atque temperies, dux omnium, princépsque, qui cæterarum ſtellarum ignes flammiferarum luminis tui moderatione perpetuas:* TVQVE LVNA, *quæ in postremis cæli regionibus collocata, ad genitalium ſeminum perennitatem menſtruis ſemper incerta luminibus, ſolis auguſta radiatione fulgeſcis:* ET TV SATVRNE, *qui in ſummo cæli vertice conſtitutus, radiationem ſyderiis tui, pigro curſu, & tardis agitationibus prouehis:* ET TV IVPITER, *Tarpeiæ rupis habitator, qui mundum ac terras, ſalutari ſemper, ac benigna maieſtate lætificas, ſed ſecundi globi obtines principatum:* TV VERO GRADIVE, *rutilo horrore ſemper metuende, qui in tertiis cæli regionibus contineris:* VOS ETIAM FIDI COMITES, MERCVRI ET VENVS, *Conſtantinum maximum principem, & eius inuictißimos liberos, Dominos, & Cæſares noſtros, conſenſu veſtræ moderationis, & Dei ſummi obſequente iudicio, perpetuáque eis imperia decernente,* FACITE *etiam noſtris poſteris & poſterorum noſtrorum poſteris, infinitis ſæculorum continuationibus, imperare, vt omni malorum acerbitate depulſa, humanum genus quietæ felicitatis munera conſequatur.*

Adſcribam & verſibus conceptas aliquot eiuſdem generis precationes. Ouidius quidem pro ſalute Augusti Deos orat, lib.xv. Metamorph. in hæc verba:

DII PRECOR *Aeneæ comites, quibus enſis & ignes*
Ceſſerunt, Diíque indigetes, genitórque Quirine. & reliqua.
TARDA SIT ILLA DIES ET NOSTRO SERIOR ÆVO,
QVA CAPVT AVGVSTVM, QVEM TEMPERAT, ORBE RELICTO
ACCEDAT CÆLO, PAVEATQVE PRECANTIBVS ABSENS.

Et lib.1. de Ponto Eleg. III.

DII FACIANT *igitur, quorum illuſtrißimus ipſe eſt,*
Alma nihil maius Cæſare terra ferat,
Vtque diu ſub eo, ſic ſit ſub Cæſare terra,
Pérque manus huius tradita gentis eat.

Propert lib. IIII. Eleg.

—*Cape* ROMA *triumphum,*
ET LONGAM *Auguſto, ſalua,* PRECARE DIEM.

Pedo Albinou. in Carm. Conſolat. ad Liuiam hæc pro Tiberij ſalute precatur:

At tu qui ſuperes mæſtæ ſolatia matri;
Comprecor, illi ipſi conſpiciare ſenex.
Pérque annos diuturnus eas, fratríſque tuóſque,
Et viuat nato cum ſene mater anus:
EVENTVRA PRECOR:— Et mox,
Eſt tibi, ſitque, precor, multorum filius inſtar,

Párſque tui partus ſit tibi ſalua prior.

Martial.lib.x.Epigram.xxxiiii.ad Traianum:

DII TIBI DENT, QVICQVID PRINCEPS TRAIANE MERERIS,
ET RATA PERPETVO, QVÆ TRIBVERE VELINT.

ENIMVERO dum Congiarium dabatur, à plebe acclamari Imperatori ſolitum,

DE NOSTRIS ANNIS TIBI IVPITER AVGEAT ANNOS,

Tertullian.in Apologet. docet. Quorum verborum veſtigiis inſiſtens Ouidius lib.i. Faſtor. Auguſto longos annos precatur in hunc modum:

AVGEAT IMPERIVM NOSTRI DVCIS, AVGEAT ANNOS
Protegat & noſtras querna corona fores.

PLANE Auguſtus Druſum defunctum pro concione laudans, Deos precatus fertur, VT SIMILES EI SVOS CÆSARES FACERENT, ſibíque tam honeſtum quandoque exitum darent, quàm illi dediſſent: quemadmodum Suetonius in Claud. cap. i. ſcribit. Ipſemet quoque Auguſtus, vt in eius vita ab eodẽ Suetonio literis proditum eſt, quoties audiſſet citò ac nullo cruciatu quempiam defunctúm, SIBI ET SVIS ΕΥΘΑΝΑΣΙΑΝ (hoc enim verbo vti ſolebat) SIMILEM precabatur.

AD MENTIONEM vtique defunctorum teſtatos veteres MEMORIAM EORVM NON SOLLICITARI, auctor eſt Plin.lib.xxviii.cap.ii. Vnde Seneca in Octauia Act.i. Sc.iii.

Renouare LVCTVS *parce tuo fletu puer,*
MANES PARENTIS NEVE SOLLICITA TVÆ.

VVLGO autem mortuis precari ſolebant, VT EIS TERRA LEVIS ESSET. Tibullus lib.ii. Eleg.iiii.

Atque aliquis ſenior veteres veneratus amores,
Annua conſtructo ſerta dabit tumulo.
Et, BENE, *diſcedens, dicet,* PLACIDEQVE QVIESCAS,
TERRAQVE SECVRÆ SIT SVPER OSSA LEVIS.

Ouid.lib.iii. Amor. Eleg.viii.ad Tibulli manes:

OSSA QVIETA, PRECOR, TVTA REQVIESCITE IN VRNA,
ET SIT HVMVS CINERI NON ONEROSA TVO.

Pedo Albinouanus Eleg. in Mæcenatis obitum:

Nunc ego quid poſſum? TELLVS LEVIS OSSA TENETO,
Pendula librato pondus & ipſa tuum.

Propert.lib.i. Eleg.xvii.

Illa meo caros donaſſet funere crines,
Molliter & tenera poneret oſſa roſa.
Illa meum extremo clamaſſet puluere NOMEN,
VT MIHI NON VLLO PONDERE TERRA FORET.

Martial.lib.v.Epigrammat.

Mollia nec rigidus ceſpes tegat oſſa, NEC ILLI
TERRA GRAVIS FVERIS: *non fuit illa tibi.*

Idem lib.vi.in Epitaphio Pantagathi:

Sis licet inde ſibi, TELLVS PLACATA, LEVISQVE.

Et eod.lib.in Epigram. de morte Eutichi pueri:

Quidquid id eſt, ſubitæ quæcumque eſt cauſa rapinæ,
SIT PRECOR ET TELLVS MITIS, *& vnda tibi.*

Et lib.ix.in Epitaphio Philænis:

SIT TIBI TERRA LEVIS, *mollíque tegaris arena,*
Nec tua non poßint eruere oſſa canes.

Iuuenal.Sat.vii.

DII MAIORVM VMBRIS TENVEM ET SINE PONDERE TERRAM.

Sic in antiquo Epigrammate lapidi inciſo:

TE TELLVS SANCTOSQVE PRECOR PRO CONIVGE MANES,

VOS

VOS ITE PLACIDI: TV LEVIS OSSA TEGAS.

Et in alio Romano lapide:

Nunc vos conteſtor Manes, quibus oſſa relinquo,

TELLVS HVIC TVMVLO NE GRAVIS ESSE VELIS.

Item in alio:

Opto ſi qua fides remanet Telluris amicæ,

SIT TIBI PERPETVO TERRA LEVIS TVMVLO.

Extat & Irenes cuiuſdam Epitaphium in hæc verba:

D. M.

Seruilia Irene reuerens pia, caſta, pudica,

Bis quinos denos & ſex prouecta per annos,

SIT TIBI TERRA LEVIS, *cineres quoque flore tegantur.*

Chryſes B. M.

Et aliâs:

Filiola, SIT TIBI TERRA LEVIS.

Quod in vetuſtis monumentis ſignificatur hiſce notis, S. T. T. L. quæ ſunt in Hiſpanienſibus Epitaphiis frequentes. Viſitur etiam Romæ vetus Epicharidis Luciniæ Epitaphiũ ſenariis verſibus conſcriptũ, in queis poſtremus hic eſt: ROGO VT DISCEDENS TERRAM MIHI DICAS LEVEM. Eodem pertinet diſtichon è marmore quodam Taurinenſi deſcriptum,

TE LAPIS OBTESTOR LEVITER SVPER OSSA RESERVA,

Ne noſtro doleat conditus officio.

Atque hanc vulgi ſermone tritam fuiſſe precationem demonſtrat Iulianus Imp. in Epiſt. ad Hermogenem Ægypti præfectum, Ἐκείνῳ μὲν, inquiens, δὴ ἐπειδὴ μακαρίτης ἐγένετο, ΚΟΥΦΗ ΓΗ, κατὰ τὸν λόγον.

INTERDVM etiam precabãtur, VT PLACIDE QVIESCERENT, ET VT MOLLITER IACERENT. Tibul. Eleg. vlt. lib. II.

SIC BENE SVB TENERA PARVA QVIESCAT HVMO.

Ouid. lib. I. Amor. Eleg. VIII.

— ſæpe rogabis,

VT MEA DEFVNCTÆ MOLLITER OSSA CVBENT.

Idem lib. III. Triſt. Eleg. III.

At tibi, qui tranſis, ne ſit graue, quiſquis amaſti,

Dicere, NASONIS MOLLITER OSSA CVBENT.

Et Epiſt. Didus ad Æneam,

ET SENIS ANCHISÆ MOLLITER OSSA CVBENT.

Virgil. Bucol. Ecloga vlt.

— O MIHI TVM, QVAM MOLLITER OSSA QVIESCANT.

Tacit. in Iulij Agricolæ vita: *Si quis piorum manibus locus, ſi vt ſapientibus placet, non cum corpore extinguntur magnæ animæ,* PLACIDE QVIESCAS. In inſcriptione etiam cujuſdam Præneſtini monumenti ſcriptum eſt, OSSA TIBI BENE QVIESCANT.

CONTRA cui imprecabantur, EI GRAVEM ET ONEROSAM TERRAM OPTABANT. Seneca in Hippolyto Act. v. Sc. vlt.

— ISTAM TERRA DEFOSSAM PREMAT,

GRAVISQVE TELLVS IMPIO CAPITI INCVBET.

Et hoc nimirum Plinius ſignificat lib. II. Nat. hiſt. cap. LXIII. cùm de terra tractans ait: *Cuius numẽ vltimũ,* IAM NVLLIS IMPRECAMVR, IRATI GRAVE (ſic enim emẽdo) *tanquam neſciamus hanc eſſe ſolam, quæ nunquam iraſcatur homini:* Hoc namq; ſenſit Plinius ridiculè nos vita functis & ſitis TERRAM GRAVEM IMPRECARI, fruſtráque id eſſe, propterea quòd ea nunquàm iraſcatur homini. Quo ſenſu TERRAM GRAVEM dixit Martialis lib. XI. Epigram. XV.

Heredes nolite breuem ſepelire colonum:

Nam TERRA EST ILLI *quantulacumque* GRAVIS.

Huic adfinis eſt Tibulli imprecatio lib. I. Eleg. IIII.

Iam tua, qui Venerem docuiſti vendere primus,
Quiſquis es, INFELIX VRGEAT OSSA LAPIS.

Sed & Tiberio imprecantes, vt à Suetonio cap. LXXV. libri, quo eius Imperatoris vitam literis mandauit, proditum eſt, TERRAM MATREM, DEOSQVE MANES ORABANT, NE MORTVO SEDEM VLLAM NISI INTER IMPIOS DARENT. Quod imitatus Aurelius Victor in Hiſtoria Auguſta: *Cùm inruens*, ait, *vulgus pari clamore*, TERRAM MATREM DEOSQVE INFEROS PRECARETVR, SEDES IMPIAS VTI GALLIENO DARENT.

PRÆTEREA, Gratias Diis ob beneficia accepta, vel vbi res benè ac feliciter euenetant, agi moris erat. Plaut. Amphitr. Act. I. Sc. I.

DIIS, ADVENIENTEM, GRATIAS PRO MERITIS AGERE.

Liuius lib. VII. *Plena omnia templa Romanarum matrum*, GRATIAS DIIS AGENTIVM, *erant*. Idem lib. XXVII. *Cùm matronæ ampliſſima veſte cum liberis, perinde ac ſi debellatum foret, omni ſolutæ metu* DIIS IMMORTALIBVS GRATES AGERENT. Et eodem lib. *Diſcurſum inde ab aliis circa templa Deûm*, VT GRATES AGERENT. Et aliâs, *Veta in tam proſperis rebus* GRATES DIIS IMMORTALIBVS AGI. Idem lib. XLIIII. *Pars non minima triumphi eſt, victimæ præcedentes, vt appareat*, DIIS GRATES AGENTEM IMPERATOREM OB REMPVB. BENE GESTAM *redire*. Idem lib. XLV. *Iouique Opt. Max. in Capitolio ſacrificare, &* GRATES AGERE. Et paullo pòſt: GRATES DIIS *pro populi Rom. victoria apud ſuos penates* AGERET. Sic Scipio lib. XXXVIII. poſt commemoratas res à ſe præclarè geſtas: *Ego hinc extemplo, ait, in Capitolium ad Iouem Opt. Max. Iunonémque & Mineruam, ceteróſque Deos, qui Capitolio atque arci præſident, ſalutandos ibo;* HISQVE GRATIAS AGAM, *quòd mihi & hoc ipſo die & ſæpe aliâs egregiè Reipub. gerendæ mẽtem facultatémq; dederunt, veſtrum quoque quibus commodum, ite mecum Quirites, & orate Deos, vt mei ſimiles Principes habeatis*. Tacit. lib. XIIII. *Quoties fugas & cædes iuſſit Princeps, toties* GRATIAS DIIS ACTAS: *quæque* RERVM SECVNDARVM OLIM, *tum publicæ cladis inſignia fuiſſe*. Idem lib. XX. *Sed præcipuo Deorum* MARTI GRATIAS AGIMVS. In veteri inſcriptione, ÆSCVLAPIO SANCTO.

L. IVNIVS AGATHOPVS ET TERENTIA RVFINA GRATIAS AGENTES NVMINI TVO D. D.

Exempla huiuſmodi directarũ Gratulationũ ex Plauto proferam. Ac primùm in ea Comœdia, quæ Perſa inſcribitur, Act. V. Sc. I. Toxilus Diis ita gratulatur:

HOSTIBVS VICTIS, CIVIBVS SALVIS, RE PLACIDA, PACIBVS
PERFECTIS, BELLO EXTINCTO, RE BENE GESTA, EXERCITV
INTEGRO ET PRÆSIDIIS, CVM BENE NOS IVVISTI IVPITER,
DIIQVE ALII OMNES CÆLIPOTENTES, EAS VOBIS HABEO
GRATES, ATQVE AGO, QVIA PROBE SVM VLTVS INIMICVM
MEVM.

Eiuſdémque Comœdiæ Act. II. Sc. III.

IOVI OPVLENTO, INCLYTO, OPE GNATO, SVPREMO, VALIDO,
VIRIPOTENTI,
OPES, SPES BONAS, COPIAS COMMODANTI, LVBENS, VITVLORQVE MERITO.

Idem Pœnulo Act. V. Sc. IIII.

DI DEÆQ. OMNES VOBIS HABEO MERITO MAGNAS GRATIAS,
Quum hac me lætitia tanta, & tantis affeciſtis gaudiis,
Vt meæ gnatæ ad me redirent in poteſtatem meam.

Et ibidem:

—DIIS EST ÆQVVM GRATIAS
NOS AGERE SEMPITERNAS, *cùm noſtram pietatem approbant,*
Decorántque, DII IMMORTALES.—

Necnon Captiuis Act. V. Sc. I.

IOVI, DISQVE AGO GRATIAS MERITO MAGNAS, *quom te reducem*
Tuo patri reddiderunt.—

Paritérque

Paritérque Moſtellaria Act.II.Sc.II.

HABEO NEPTVNE GRATIAM MAGNAM TIBI,
Quom me amiſiſti vix à te viuam modò.

Et in Rudente Act.IIII.Sc.II.

NEPTVNE HAS AGO MEO PATRONO GRATIAS, *qui ſalſis,*
Locus incolit piſculentis, cùm me ex ſuis locis ornatum
Pulchrè expediuit templis reducem plurima præda onuſtum.

Idem Sticho Act.III.Sc.I.

Quom bene re geſta ſaluos conuortor domum,
NEPTVNO GRATES HABEO, ET TEMPESTATIBVS,
SIMVL MERCVRIO, QVI ME IN MERCIMONIIS
IVVIT, LVCRISQVE QVADRVPLICAVIT REM MEAM.

Apud eumdem Mercato. Act.v. Sc.I. Eutychus ita Fortunæ gratulatur:

DIVVM ATQVE HOMINVM QVÆ SPECTATRIX ATQVE HERA
EADEM ES HOMINIBVS
SPEM SPERATAM QVOM HANC OBTVLISTI MIHI, GRATES
AGO, Acroteleutium quoque in Mil.glor. Act IIII.Sc.VI.
—VENERI, ait, POL HABEO GRATIAM
TANDEMQVE EXORO ET QVÆSO, VT EIVS MIHI SIT COPIA
QVEM AMO, QVEMQVE EXPETISSO, BENIGNVSQVE ERGA MI
VT SIET.

Terēt.Andr.Act.IIII.Sc.v. DIIS POL HABEO GRATIAS. Idē Hecyra Act.III.Sc.II.
DIS HABEO GRATIAS.

Et Phormio.Act.v.Sc.VIII.

DIIS MAGNAS MERITO GRATIAS HABEO ATQVE AGO,
QVANDO EVENERE HÆC NOBIS FRATER PROSPERE.

ATQVE hac gratiarum actione Gratulari ſe Diuis dicebant, quemadmodum Nonius Marcellus exemplis ex Næuio & Afranio petitis cōprobat. Hinc preces & gratulationes in Deorum cultu & veneratione numerat Cic.lib.v.in Verrem.

PLERVMQVE etiam CVM GRATIARVM ACTIONE LAVDES coniungebant. Plautus Milite glor. Act.II.Sc.v.

Inde ignem in aram, vt EPHESIÆ DIANÆ LATAS LAVDES,
GRATESQVE AGAM.—

Idem Trinummo Act.IIII.Sc.I.

SALSIPOTENTI ET MVLTIPOTENTI IOVIS FRATRI TIBI
NEREI NEPTVNE,
LÆTVS, LVBENS LAVDES AGO, ET GRATES, GRATIASQVE
HABEO ET FLVCTIBVS SALSIS.

Liuius lib.VII. DIIS LAVDES GRATESQVE AGVNT: *Deciū in cælum ferunt.* Apud eumdem lib.XXVII. Marcellus ad milites, DIIS IMMORTALIBVS, *vt in tali re,* LAVDES GRATESQVE, *inquit,* AGO, *quòd victor hoſtis* &c. Tibull.lib.I.Eleg.III.

Biſque die reſoluta comas, TIBI DICERE LAVDES,
Inſignis turba debeat in Pharia.

Horat.in Carm.ſæcul.

Doctus, & PHOEBI, *chorus, &* DIANÆ
DICERE LAVDES.

Ouidius lib. II. Faſtor.

Vt cantant LAVDES, TERMINE SANCTE, TVAS.

INTERDVM etiam dicebant GRATIA DIIS. Terent.Adelph.Act.I.Sc.II.
Et eſt, DIIS GRATIA, *vnde hæc fiant.* Et mox. ET EST DIIS GRATIA *cùm ita, vt volo eſt.* Tibull. lib.I.Eleg.IIII.

GRATIA MAGNA IOVI.—

Ouid.lib.I.Faſt.

GRATIA DIIS *domuique tuæ.*—

IN ſumma diuinus gentilium cultus, qui quidem in verbis poſitus erat, precationibus potiſſimum, gratiarum actione & laudibus conſtabat.

CALENDIS porrò Ianuariis inuicem fauſta omnia precari ſolebant. Plin. lib. XXVIII. cap. II *Cur enim primum anni incipientis diem, lætis precationibus inuicem fauſtum ominamur?* Ouid lib. I. Faſt. ad Ianum:

At cur LÆTA *tuis* DICVNTVR VERBA *Calendis,*
Et damus alternas accipimúſque preces?

Id quod idem Ouid. ſignificat, cùm de Calendis Ianuar. lib. IIII. de Ponto Eleg. IIII. loquens,

Hæc vbi, ait, facundo ſua vox hilarauerit ore,
Vtque ſolet, tulerit PROSPERA VERBA, *dies.*

Et quæ ille LÆTA & PROSPERA VERBA ſuperioribus locis, eadem BONA VERBA vocat aliàs eod. lib. I. Faſtor. Meminit etiam huius moris Lucianus in libello qui ψευδολογιστὴς inſcribitur, his verbis: Ἦν μὲν ἡ τοῦ ἔτους ἀρχὴ, μᾶλλον δὲ ἡ ἀπὸ τῆς μεγάλης νουμηνίας τρίτη, ἐν ᾗ οἱ Ῥωμαῖοι κατά τι ἀρχαῖον, εὔχονταί τε αὐτοὶ ὑπὲρ ἅπαντος τοῦ ἔτους εὐχάς τινας, καὶ θύουσι Νουμᾶ τοῦ βασιλέως καταστησαμένου τὰς ἱερουργίας αὐτοῖς, καὶ πεπιστεύκασι τοὺς θεοὺς ἐν ἐκείνῃ μάλιστα τῇ ἡμέρᾳ χρηματίζειν τοῖς εὐχομένοις. Simili modo Herodian. lib. I. de iiſdem Calend. Ταύτης δὲ τῆς ἑορτῆς περιϊούσης, ἐν ᾗ μάλιστα Ῥωμαῖοι δεξιοῦνταί τε ἀλλήλους καὶ προσαγορεύουσι, νομισμάτων τε ἀντιδόσεσι, καὶ κοινωνίᾳ τῆς γῆς καὶ θαλάττης καλῶν, εὐφραίνουσιν αὐτούς.

IN NOVI quoque vini deguſtatione tritum antiquitus vulgi ſermone carmen adſcribam, quod à Varrone lib. V. de ling. Lat. & Feſto Pomp. literis proditum eſt. MEDITRINALIA, ait ille *dicta à medendo, quod, vt Flaccus Flamen Martialis dicebat, hoc die ſolitum vinũ nouum & vetus libari, & deguſtari, medicamenti cauſa. Quod facere ſolent etiam nunc multi, cùm dicant,* NOVVM VETVS VINVM BIBO, VETERI NOVO MORBO MEDEOR. Hic vero, MEDITRINALIA, *dicta*, inquit, *hac de cauſa. Mos erat Latinis populis, quo die quis primum guſtaret muſtum, dicere,* OMINIS GRATIA, VETVS NOVVM VINVM BIBO, VETERI NOVO MORBO MEDEOR. Huic non abſimilem ritum Athenienſium Plutarchus lib. IIII. Sympoſiac. tradit. Τοῦ νέου οἴνου Ἀθήνησι μὲν ἑνδεκάτῃ μηνὸς κατάρχονται Πιθοιγίαν τὴν ἡμέραν καλοῦντες, καὶ πάλαι γε, ὡς ἔοικεν, εὔχοντο τοῦ οἴνου πρὶν ἢ πίνειν ἀποσπένδοντες ἀβλαβῆ καὶ σωτήριον αὐτοῖς τοῦ φαρμάκου τὴν χρῆσιν γενέσθαι. Sic & ad primitias pomorũ, hæc, VETERA ESSE, dicebant, ALIA NOVA optabant, vt Plin. lib. XXVIII. cap. II. auctor eſt.

FAVSTIS autem OMINIBVS plerumque PROSEQVEBANTVR EOS, QVOS SALVOS ESSE CVPIEBANT. Cicero in Piſo. *Si minus frequentia ſua veſtrum egreſſum ornando atque celebrando, at* OMINIBVS SALTEM BONIS *vt Conſules,* NON TRISTISSIMIS *vt hoſtes, aut proditores* PROSEQVEBANTVR. Sueton. in Auguſto cap. LVII. *Reuertentem ex prouincia non ſolùm* FAVSTIS OMINIBVS, *ſed & modulatis carminibus* PROSEQVEBANTVR. Rurſúsque cap. XCVIII. *Fortè Puteolanum ſinum prætereuehenti, vectores nautæque de naui Alexandrina, quæ tunc quidem appulerat, candidati coronatique & tura libantes,* FAVSTA OMINA, *& eximias laudes congeſſerant:* PER ILLVM SE VIVERE, PER ILLVM NAVIGARE, LIBERTATE ATQVE FORTVNIS PER ILLVM FRVI. Quamquam illic ſunt qui legant FAVSTA OMNIA, vt apud Tacit. lib. XVIII. *Miles ipſi adeò paratus, vt præeuntem ſacramẽtum &* FAVSTA *Vitellio* OMNIA PRECANTEM *ſilentio audierint.* At ſine controuerſia eſt qui ſequitur Suetonij locus in Claudio cap. XXVII. FAVSTISQVE OMINIBVS, *eum acclamantium turba* PROSEQVEBATVR. Sic Cic. Philipp. XII. optat vt legati OPTIMIS OMINIBVS proficiſcantur. Senec. in Octauia Act. IIII. Sc. I. de Nerone:

Et ipſe lateri iunctus, atque hærens tuo,
Sublimis inter ciuium LÆTA OMINA
Inceſſit.—

SED & quæ bene ac feliciter euenire cupiebãt, BONIS OMINIBVS PROSEQVEBANTVR. Cic. Epiſt. XII. lib. III. Familiar. ad Appium: *Neque enim triſtius dicere quicquam debeo ea de re, quam tu ipſe* OMINIBVS OPTIMIS PROSEQVERIS. Cõtrà, quos perire

tire optabant, eos MALIS OMINIBVS PROSEQVEBANTVR. Cic. pro Sextio: *Exierunt* MALIS OMINIBVS *atque execrationibus duo vulturij paludati.*

VETERES certè ipſaſmet hominum voces, quæ OMINA appellabant, diligéter obſeruaſſe, quod eas valere crederent, Cic. lib. I. de Diuinat. ſcribit. Ideóq; BONA OMINA ſtudioſè amplectebantur, & ea ſe Accipere profitebantur. Docet hoc Cicero eodem lib. exempla aliquot OMINVM proferens: *L. Paullus*, ait, *Conſul iterum, cùm ei, bellum vt cum rege Perſe gereret, obtigiſſet, vt eo ipſo die domum ad veſperum rediit, filiolam ſuam Tertiam, quæ tum erat admodum parua, oſculans animaduertit triſticulam. Quid eſt, inquit, mea Tertia? quid triſtis es? Mi pater, inquit, Perſa perijt. Tum ille arctius puellam complexus,* ACCIPIO, *inquit,* OMEN *mea filia.* Idē lib. II. de Diuinat. *Aemilio Paullo Perſam periiſſe, quod* OMEN *pater* ACCEPIT. Quod & Plutarc. in Æmil. illos ipſos Ciceronis de Diuin. libros auctores laudās ita refert: Λέγεται δὲ αὐτὸν ὡς ἀνηγορεύθη, καὶ τοῦ Περσέως στρατηγὸς ὑπὸ τοῦ δήμου παντὸς, οἴκαδε προπεμφθέντα λαμπρῶς, εὑρεῖν τὸ θυγάτριον τὴν Τερτίαν δεδακρυμένην ἔτι παιδίον οὖσαν, ἀσπαζόμενον οὖν αὐτὴν, ἐρωτᾶν ἐφ᾽ ὅτῳ λελύπηται. τὴν δὲ περιβαλοῦσαν καὶ καταφιλοῦσαν. οὐ γὰρ οἶσθα εἰπεῖν, ὦ πάτερ ὅτι ἡμῖν ὁ Περσεὺς τέθνηκε, λέγουσαν κυνίδιον σύντροφον, οὕτω προσαγορευόμενον. Καὶ τὸν Αἰμίλιον, ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ, φάναι, ὦ θύγατερ, καὶ ΔΕΧΟΜΑΙ ΤΟΝ ΟΙΩΝΟΝ. ταῦτα μὲν οὖν Κικέρων ὁ ῥήτωρ ἐν τοῖς περὶ Μαντικῆς ἱστόρηκε. Liuius lib. I. *Dextra Hercules data,* ACCIPERE *ſe* OMEN, *impleturúmque fata.* Idem lib. V. *Qua voce audita & Senatus* ACCIPERE *ſe* OMEN *ex curia egreſſus conclamauit.* Idem lib. IX. ACCIPERE *ſe* OMEN *Conſules dicunt, & eam precari mentem hoſtibus, vt ne vallum quidem defendant.* Valer. Max. lib. I. cap. V. *Ea enim voce audita Senatus ſe* ACCIPERE OMEN *reſpondit.* Tacitus lib. II. ACCIPERE OMEN, *& matrimonia ac pecunias hoſtium prædæ deſtinare.* Ouid. lib. VII. Metamorph.

> ACCIPIO, *ſintque iſta* PRECOR *felicia mentis*
> *Signa tuæ, dixi, quæ das mihi, pignoris* OMEN.

Idem lib. I. Faſtor.

> ACCIPIO REVOCAMEN, *ait.*

Eadémque loquendi forma Valer. Flacc. lib. I. Argonautic. ACCIPERE AVGVRIVM dixit.

NEC ACCIPERE tantùm, ſed & ARRIPERE OMEN Latini auctores dicunt. Valerius lib. I. cap. V. illam Paulli Æmilij hiſtoriam referens: ARRIPVIT *igitur* OMEN *Paullus.* Spartianus in Seuero, *Sibi* OMEN *futuræ felicitatis* ARRIPVIT.

STERNVTANTES ETIAM OMINIS CAVSA SALVTARE MORIS ERAT. Plinius lib. XXVIII. cap. II. *Cur ſternutamentis ſalutamur? Quod etiam Tiberium Cæſarem triſtiſſimum (vt conſtat) hominum in vehiculo exegiſſe tradunt.* Apul. lib. IX. de Aſino aur. *Pone tergum eius maritus acceperat ſonum ſternutationis: quod cùm putaret ab ea profectum,* SOLITO SERMONE SALVTEM EI FVERAT IMPRECATVS: *& iterato rurſum & frequenter ſæpius.* Quod Græcis peræquè ſollemne fuiſſe Ariſtoteles indicat in Problemat. quærens, Διά τι τῶν μὲν ἄλλων πνευμάτων αἱ ἔξοδοι οἷον φύσης καὶ ἐρυγμῶν οὐχ ἱεραὶ, Η ΔΕ ΤΟΥ ΠΤΑΡΜΟΥ ΙΕΡΑ. Nam poſtquàm dixit, Τὸν πταρμὸν τῆς κεφαλῆς πνεῦμα eſſe, ſubiungit, Διὰ τὸ ἱερώτατον οὖν εἶναι τὸν τόπον ΚΑΙ ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ, ΩΣ ΙΕΡΟΝ ΠΡΟΣΚΥΝΟΥΣΙΝ. Et mox, Εἴτε ὡς σημεῖον ὑγιείας τοῦ ἀρίστου καὶ ἱερωτάτου τόπου ΠΡΟΣΚΥΝΟΥΣΙΝ, ὡς ἱερὸν καὶ φήμην ἀγαθὴν ποιοῦνται. Idem probat Epigramma Græcum hoc verſu:

> Οὐδὲ λέγει, ΖΕΥ ΣΩΣΟΝ ὅταν πταρῇ.

Inde & omina cepiſſe veteres Catullus oſtendit, cùm ait:

> *Hoc vt dixit amor ſiniſtra, vt antè,*
> DEXTRA STERNVIT APPROBATIONE.

Propert. lib. II. Eleg. III.

> *Num tibi naſcenti primis, mea vita, diebus*
> *Aridus argutum* STERNVIT OMEN *amor?*

Sed & Cicero lib. II. de Diuinatio. inter ea quæ vt ominoſa in rebus ſuſcipiendis ob-

ſeruanda monet, ſternutamenta ponit. Apud Xenophontem lib. III. *Ἀναβας. κύρ.* cùm Xenophon dixiſſet multa eſſe, quæ pulcherrimam ſalutis ſpem pollicerentur, accidit, hæc eo dicente, ſternutamentum alicuius, *Ἀκούσαντες δὲ*, ait, *οἱ στρατιῶται πάντες μιᾷ ὁρμῇ* ΠΡΟΣΕΚΥΝΗΣΑΝ ΤΟΝ ΘΕΟΝ. Idq; OMEN accipiens Xenophon, ſubiicit: *Δοκεῖ μοι, ὦ ἄνδρες, ἐπεὶ περὶ σωτηρίας ἡμῶν λεγόντων* ΟΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΔΙΟΣ *τοῦ σωτῆρος ἐφάνη, εὔξασθαι τῷ θεῷ τούτῳ θύσειν σωτήρια.*

ET QVONIAM ad hoc ventum eſt, non abs re fuerit ſubtexere, quæ boni OMINIS gratia ab antiquis ſuperſtitioſè magis quàm religioſè ſeruata deprehendi. In luſtranda certè colonia vt Cic. lib. I. de Diuinat. ſcribit, ab eo qui eã deduceret, & cùm Imperator exercitum, Cenſor populum luſtraret, bonis nominibus, qui hoſtias ducerent, eligebantur: quod idem in delectu Conſules obſeruabant, vt primus miles fieret bono nomine. Vnde Plinius lib. XXVIII. cap. II. *Cur publicis luſtris etiam* NOMINA VICTIMAS DVCENTIVM PROSPERA ELIGIMVS? In publicorum quoque vectigalium locatione, lacus Lucrinus propter lucri ſonum nomini inhærentem primus locabatur. Quod Feſtus tradit, aliiſque exemplis ominum religioſam obſeruationem cõfirmat: LACVS, inquiens, LVCRINVS *in vectigalibus publicis primus locatur fruendus* (ſic enim legendum contendo) OMINIS BONI GRATIA, *vt in delectu cenſúve primi nominantur,* VALERIVS, SALVIVS, STATORIVS. Eiuſmodi fuiſſe veriſimile eſt eorum militum nomina quos Tacit. in Capitolij dedicatione adhibitos ita lib. XX. ſcribit: *Ingreſſi milites, quibus* FAVSTA NOMINA, FELICIBVS RAMIS. Ad bona etiam nomina & omina pertinet, quod Feſt. alibi ſcribit in hunc modum: GAIA CÆCILIA *appellata eſt, vt Romam venit, quæ antea Tanaquil vocata erat, vxor Tarquinij Priſci regis Romanorum: quæ tantæ probitatis fuit, vt id nomen,* OMINIS BONI CAVSA, *frequentent nubentes. quam ſummam aſſeuerant lanificam fuiſſe.* Idem aliâs, REGILLIS, *tunicis albis & reticulis luteis, vtriſque rectis textis ſuſum verſum à ſtantibus pridie nuptiarum diem, virgines indutæ cubitum ibant* OMINIS CAVSA, *vt etiam in togis virilibus dandis obſeruari ſolet.* Præterea de Strenæ etymo idem auctor tradit hæc: STRENAM *vocamus, quæ datur die religioſo,* OMINIS BONI GRATIA, *à numero quo ſignificatur alterum tertiúmque venturum, ſimilis commodi: veluti Trenam præpoſita S, litera, vt in loco & lite ſolebant antiqui.* Macrobius lib. I. Saturnal. cap. III. *Inde Mane, dum dies clarus: Mane autem dictum, aut quòd ab inferioribus locis, id eſt à Manibus, exordium lucis emergat, aut (quod verius mihi videtur)* AB OMINE BONI NOMINIS. *Nam & Lanuuini Mane pro bono dicunt. ſicut apud nos quoque contrarium eſt Immane, vt Immanis bellua, vel Immane facinus, & hoc genus cætera pro non bono.* Eadémque ratione innuere videtur Feſtus Deos Inferos, MANES dictos, pro bonis, à ſuppliciter eos venerantibus propter metum mortis. Auguſto vtique apud Accium deſcendenti in aciem OMEN victoriæ feciſſe fertur Agaſonis, cui Eutychus, cum aſino cui Nicon nomen erat, occurſus: vt à Suetonio in Aug. cap. XCVI. notatum eſt. Quod & Plutarchus in Antonio ita refert: *Καίσαρι δὲ λέγεται μὲν ἔτι σκότους ἀπὸ τῆς σκηνῆς κύκλῳ περιιόντι πρὸς τὰς ναῦς, ἄνθρωπος ἐλαύνων ὄνον ἀπαντῆσαι· πυθομένῳ δὲ τοὔνομα, γνωρίσας αὐτὸν εἰπεῖν. Ἐμοὶ μὲν Εὔτυχος ὄνομα, τῷ δὲ ὄνῳ Νίκων. Διὸ καὶ τοῖς ἐμβόλοις τὸν τόπον κοσμῶν ὕστερον ἔστησε χαλκοῦν ὄνον καὶ ἄνθρωπον.*

VVLGO autem credebant OMINA PRINCIPIIS OMNIBVS INESSE: quod Ouidius teſtatur, exemplíſque illuſtrat in hunc modum lib. I. Faſt.

OMINA PRINCIPIIS, *inquit*, INESSE SOLENT.
AD PRIMAM VOCEM *timidas aduertimus aures,*
ET PRIMVM VISAM CONSVLIT AVGVR AVEM.

Suetonius etiam in Auguſto cap. XCII. hæc de eius Imperatoris ſuperſtitione ſcribit: *Obſeruabat & dies quoſdam, ne aut poſtridie nundinas quoquam proficiſceretur: aut Nonis quidquam rei ſeriæ inchoaret: nihil in hoc quidem aliud deuitans, vt ad Tiberium ſcribit, quam δυσφημίαν* OMINIS.

NOMINVM planè *δυσφημίαν* ſedulò vitaſſe veteres docent EPIDAMNI in DYRRACHIVM, & MALEVENTI in BENEVENTVM mutatæ appellationes. Illius enim

mutationis

mutationis nullam aliam cauſam fuiſſe, quàm inauſpicatum nomen, & quod velut in DAMNVM ituris TRISTE ID OMEN viſum eſſet, teſtes ſunt Plinius lib. III. Natur. hiſt. cap. XXIII. & Pomponius Mela lib. II. cap. I. quod & Plautinus locus perſtringit Menechmis Act. II. Sc. I. Idémque perſpicuè Dio lib. XLI. tradit his verbis: Οἱ δ' ἕτεροι Δυῤῥάχιον αὐτονομασθῆναι, τὸ χωρίον ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων, πρὸς τὴν τῆς ῥαχῆς δυσχέρειαν, ἔφασαν, ὅτι ἡ τῆς Ἐπιδάμνου προσρησις, ζημιώδη δήλωσιν ἐν τῇ τῶν λατίνων γλώσσῃ ἔχουσα, δυσοιώνιστος σφίσιν ἐν τῷ περαιοῦσθαι ἐς αὐτὴν ἔδοξεν εἶναι. Alteram verò metamorphoſin eadem ratio ſuaſit. Nam quòd ominoſa eſſet, & ſiniſtri alicuius euentus prænuntia MALEVENTI vox, auſpicatius mutato nomine, BENEVENTVM eam coloniam appellatam, Plin. lib. III. Nat. hiſt. cap. XI. auctor eſt. Atq; adeò malis ominibus ab incœptis deterritos oſtendit Tibull. lib. I. Eleg. III. his verſibus,

Aut ego ſum cauſatus aues, aut OMINA DIRA
Saturni ſacra me tenuiſſe die.

TRISTIVM autem OMINVM exempla duo ſubieciſſe contentus ero. Vnum ex Liuio lib. XLI. & Valer. Max. lib. I. cap. VI. qui Q. Petilium Cos. narrant aduerſus Baliſtæ & Leti iugum, quod eos montes perpetuo dorſo inter ſe iungit, caſtra habuiſſe, ibíq; adhortantem pro concione milites immemorem ambiguitatis verbi dixiſſe, HODIE LETVM CAPIAM. Quod ei omen Leti fuit. Nam & eo die miſſili traiectus cecidit. Alterũ ex Plinio qui lib. XV. cap. XIX. auctor eſt M. Craſſo nauim aduerſus Parthos conſcendenti OMEN feciſſe vocem prædicantis venales Cauneas, quaſi (vt ego interpretor) hac ei voce denuntiaretur, CAVE NE EAS.

ATQVE VT BONA ſeu FAVSTA OMINA (quæ à Catullo in Epithalamio CANDIDA, ab Horatio verò lib. III. Carmin. Ode II. SECVNDA, à Silio Italico lib. XIII. DEXTRA, à Seneca in Octauia Act. IIII. Sc. I. LÆTA vocantur) ACCIPERE SE dicebant: ita MALA (quæ DIRA vocant Ouid. lib. V. Metamorphoſ. Tibull. lib. V. Eleg. III. Seneca lib. II. de Benefic. Sueton. in Auguſto cap. XIII. & INFAVSTA Ouid. lib. VI. Metamorphoſ. & SINISTRA idem Epiſt. XXIII. Heroid. & TRISTIA idem lib. III. Amor. Eleg. XI. & ADVERSA Sueton. in Vitell. cap. VIII. FVNESTA, Cicer. pro Cluent. & Tacit. lib. XVIII.) reſpuebãt, deteſtabantur & auerſabãtur. Pedo Albinouanus in Carm. Conſolator. ad Liuiam:

Tu letum optaſti, DIIS AVERSANTIBVS OMEN.

Qua in te, vſitata erant verba hæc, QVOD ABOMINOR. Cuius locutionis exempla in his qui mihi adoleſcenti exciderunt, De Verborum, quæ ad Ius pertinẽt, Significat. libris, protuli: quibus hæc addi velim. Ouid. lib. III. de Ponto Eleg. I.

Si mea mors redimenda tua, QVOD ABOMINOR, *eſſet.*

Idem lib. IX. Metamorph.

—QVOD ABOMINOR, *ergo*
Edita, fortè tuo fuerit ſi fœmina partu.

Plin. lib. VI. Epiſtol. ad Tytonem: *Deinde ſcias, ſi quis fortè te,* QVOD ABOMINOR, *fallat, paratam vltionem.* Q. Curtius lib. VII. *Hoc aut moderatè perferendum, aut,* QVOD ABOMINOR, *in te ruet.* Apud Dion. lib. LV. Liuia ad Auguſtum triſtem caſum ita abominatur, Δεινὸν δή τι παθόντος, Ο ΜΗ ΓΕΝΟΙΤΟ, συναπολοιμένη. Interdum verò, QVOD DII OMEN AVERTANT, in hac ſpecie dicebant. Cicero in Epiſtola ad Brutum: *Sin aliter,* ait, *fuerit,* QVOD DII OMEN AVERTANT, *Reipub. vicem dolebo.* Idem Philipp. III. *Quòd ſi iam,* QVOD DII OMEN AVERTANT, *fatum extremum Reipub. venit.* Liuius lib. XXVIII. *Quòd ſi,* QVOD OMNES DII OMEN AVERTANT, *& dicere etiam reformidat animus, ſed quæ acciderunt, etiam accidere poſſunt, victor Annibal ire ad vrbem pergat.* His finitimum eſt, quod Cicero lib. IX. Epiſt. ad Attic. *Contrà igitur,* DII, *inquit,* AVERRVNCENT.

NONNVNQVAM verò dicebant, QVOD IVPITER OMEN AVERTAT. Cic. Epiſt. ad Brutum: *Nihil adfertur quo minus ſumma ſupplicia, ſi,* QVOD IVPITER OMEN AVERTAT, *pater puerorum vicerit, nobis ſubeunda ſint.* Idem Philipp. XI. *Quid Beſtiam, qui*

Conſulatum in Bruti locum ſe petere profitetur? ATQVE HOC QVIDEM DETESTABILE OMEN AVERTAT IVPITER. Seneca in Hippolyto Act.II.Sc.III.

—SVMMVS HOC OMEN DEVS
AVERTAT.—

Idem in Octauia Act.I.Sc.II.

Heu quàm nefandum proſpicit noſter timor
Scelus, QVOD VTINAM NVMEN AVERTAT DEVM.

Interdum etiam aliis verborum figuris OMINA DIRA & TRISTIA AVERSABANTVR. Ouid.lib.I.Amor.Eleg.XIIII.

—PROCVL OMEN ABESTO.

Seneca Oedipo Act.IIII.Sc.III.

PROCVL SIT OMEN: *viuit, & viuat precor.*

Silius Italic.lib.II.

Iam tibi, ſed PROCVL HÆC AVERTANT FATA, *minatur.*

Aliâs etiam legimus dixiſſe eos, QVOD DII PROHIBEANT. Terentius Andr. Act.III.Sc.III.

Si eueniat, QVOD DII PROHIBEANT, *diſceſſio.*

Idem Adelph.Act.II.Sc.IIII.

—DEOS QVÆSO ISTHÆC PROHIBEANT.

Rurſus Hecyra Act.II.Sc.I.

—DII MALA PROHIBEANT.

Cicero pro Sex. Roſc. Amerino. DII PROHIBEANT, IVDICES, *vt hoc præſidium ſectorũ exiſtimetur.* Aſinius Pollio lib.X. Epiſt.famil. *Quæ ſi* QVOD DII PROHIBEANT, *vera ſunt.* Liuius libro VI. *Bene facitis* QVOD ABOMINAMINI, DII PROHIBEANT. Tacit. lib. XX. *Nam pulſis,* QVOD DII PROHIBEANT, *Romanis, quid aliud quàm bella omnium inter ſe gentium exiſtent?*

SÆPENVMERO etiam, abominantes hoc vtebantur loquendi genere, DII MELIORA. Cicero lib. de Senectute. *Bene Sophocles, cùm ex eo quidam iam affecta ætate quæreret, vteretúrne rebus venereis,* DII MELIORA, *inquit.* Quæ tranſcripſit Valer.Max. lib.IIII.cap.III. Idem Tull. Philipp.VIII. *Ergo habet Antonius quod ſuis polliceatur, nos num quid tale habemus?* DII MELIORA. Et Philipp.X. *Quæro igitur, eúmne Bruti ſimilem malis, an Antonij, ac permitto, vt de tribus Antoniis eligas quem velis.* DII MELIORA, *inquies* Liuius lib.IX. *Quid tamen ſi ſpopondiſſemus vrbem hanc relicturum populum Rom? ſi incenſurum, ſi magiſtratus, ſi Senatum, ſi leges non habiturum, ſi ſub regibus futurum?* DII MELIORA, *inquis.* Idem lib.XXXIX. *Id vbi mulier audiuit, perturbata,* DII MELIORA, *inquit.* Virgil.lib.III.Georgic.

DII MELIORA *piis, errorémque hoſtibus illum.*

Aliâs etiam dictum reperio, DII MELIVS. Valerius Maximus lib. VI.cap. I. DII MELIVS, *quod hunc animum viris earum in acie non dederunt.* M.Fab. Quintilian. Declamat. CCCXXI. *Hoc igitur primum veluti mentium, animiq; tentati veneno ſumus. Sed* DII MELIVS. Propert. lib.IIII.Eleg.

DII MELIVS, *quantum mulier foret vna triumphus.*

Ouid.lib.II.de Arte aman.

DII MELIVS, *vix hoc nupta tenere poteſt.*

Et lib.II.de Remed.amor.

DII MELIVS, *quàm nos moneamus talia quemquam.*

Idem in Ibin:

DII MELIVS, *quorum longè mihi maximus ille,*
Qui noſtras inopes non ſinit eſſe vias.

Idem lib.IX.Metamorphoſ.

—*An habent & omina pondus.*
DII MELIVS.—

Idem lib. II. Amor. Eleg. VII.

DII MELIVS, *quàm me ſi ſit peccare libido,*
Sordida contemptæ ſortis amica iuuet.

Idem Epiſt. III. Heroid.

DII MELIVS, *validóque* PRECOR *vibrata lacerto*
Tranſeat Hectoreum Pelias haſta latus.

Et Epiſt. XVI.

DII MELIVS, *ſimilis non fuit ille tui.*

Lucanus lib. II.

DII MELIVS, *belli tulimus quòd damna priores.*

Et lib. III.

DII MELIVS, *quòd non Latias Eous in oras*
Nunc furor incubuit.—

Interdum verò abſolutè DII MELIVS, vel DII MELIORA, dicebant: interdum verbum aliquod addebant. Tibull. lib. III. Eleg. IIII.

DII MELIORA FERANT.—

Pacuuius in Chryſe, Nonio referente, DII MOVERINT MELIORA, *atque amentiam auerruncaſsint tuam.* Symmach. lib. II. Epiſt. LV. DII MELIORA PROCVRENT. Sic &, DII MELIVS FACIANT, apud Plaut. Pſeud. Act. I. Sc. III. & Bacchidib. Act. IIII. Sc. III. Caſina Act. III. Sc. IV. ET MELIVS FAXINT, apud eundem Mercat. Act. II. Sc. II. Necnon apud Terent. Phormione Act. V. Sc. vlt. Nauſiſtrata, ex Phormione audiens virum alteram vxorem duxiſſe,

—*Mi homo*, ait, DII MELIVS DVINT.

INTERDVM directis verbis à diis precabantur, VT MALA OMINA AVERTERENT. Cicero Philip. IIII. O DII IMMORTALES AVERTITE ET DETESTAMINI QVÆSO HOC OMEN. Ouid. Epiſt. XIII. Heroid.

DII, PRECOR, A NOBIS OMEN REMOVETE SINISTRVM.

Virgil. lib. III. Æneid.

Et pater, ait, *Anchiſes paſſis de littore palmis,*
Numina magna vocat, meritóſque indicit honores:
DII PROHIBETE MINAS, DII TALEM AVERTITE CASVM.

Et rurſus eod. lib.

—DII TALEM TERRIS AVERTITE PESTEM.

QVANDOQVE etiam dicebant, MELIVS OMINARE. Cuius dicti exempla ſuppeditant Plaut. Ruden. Act. II. Sc. III. Cicero in Bruto, ſeu de Clar. Orat. & Apuleius lib. I. de Aſino aur.

SED iam ad Votorum formulas tranſeamus, in quibus ſollemne fuiſſe verbum, VOVEO, non eſt ignotum. Romulum quidem ſiſtendæ ſuorum fugæ cauſa Ioui Statori templum ita vouentem Liuius lib. I. inducit: TV PATER *Deum hominúmque, hinc ſaltem arce hoſtes, deme terrorē Romanis, fugámque fœdam ſiſte:* HIC EGO *tibi templū Statori Ioui, quod monumentum ſit poſteris tua præſente ope ſeruatam vrbem eſſe*, VOVEO. Idem lib. X. auctor eſt, Appium in medio pugnæ diſcrimine, ita vt inter prima ſigna manibus ad cælum ſublatis aſpiceretur, vota ſuſcepiſſe, in hunc modū: BELLONA, SI HODIE NOBIS VICTORIAM DVIS, AST EGO TEMPLVM TIBI VOVEO. Sic & in carmine euocationis Deorum apud Macrobium votum ſuſcipitur his verbis: SI ITA FECERITIS, VOVEO VOBIS TEMPLA LVDOSQVE FACTVRVM. Sed & Pomponius egregius Attellanarum ſcriptor in Gallis Tranſalpinis, teſtibus Agell. lib. XVII. cap. VI. & Macrobio lib. VI. Saturnal. cap. IX. ſcripſerat, MARS TIBI VOVEO FACTVRVM, SI VNQVAM REDIERO, BIDENTI VERRE. Annua etiam vota eodem verbo ſuſcipi ſolita, docet Tertullian. in lib. de Corona milit. *Ecce*, inquiens, *annua votorum nūcupatio, quid videtur? Prima in principiis, ſecunda in Capitolio: Accipe poſt loca, & verba*, HVNC TIBI IVPITER BOVEM CORNIBVS AVRO DECORATIS VOVEMVS ESSE FVTVRVM. Simili modo Camillum Dictatorem vrbe egreſſum, cùm edixiſſet vt anna milites

capeient, Liu. lib. v. in hæc verba vouiſſe refert: TVO DVCTV, PYTHICE APOLLO TVOQ. NVMINE INSTINCTVS, PERGO AD DELENDAM VRBEM VEIOS, TIBIQVE HINC DECIMAM PARTEM PRÆDÆ VOVEO. Cuius voti mentionẽ faciunt Valer. Max. lib. v. cap. vi. & Plutarch. in Camillo. At idem Liuius lib. xxxvi. alia verborum figura conceptam voti nuncupationem ſuppeditat. A Conſule enim, præeunte P. Licinio Pontifice Max. votum ita nuncupatum fuiſſe tradit: SI DVELLVM QVOD CVM REGE ANTIOCHO SVMI POPVLVS IVSSIT, ID EX SENTENTIA SENATVS P. Q. R. CONFECTVM ERIT, TVM TIBI IVPITER POPVLVS ROM. LVDOS MAGNOS DIES X. CONTINVOS FACIET, DONAQVE AD PVLVINARIA DABVNTVR DE PECVNIA, QVANTAM SENATVS DECREVIT. QVISQVIS MAGISTRATVS EOS LVDOS QVANDOQVE FAXIT, HI LVDI RECTE FACTI, DONAQVE DATA RECTE SVNTO. Cui loco adiungenda eſt extrema clauſula ſollemnis illius carminis, quo hoſtes deuouebantur, quæ ita habet: SI HÆC FAXITIS, VT EGO SCIAM, SENTIAM INTELLIGAMQVE: TVM QVISQVIS VOTVM HOC FAXIT, RECTE FACTVM ESTO. Idem Liuius lib. xxxi. de Conſule loquens, *Tanta pecunia, quantam tum, cum ſolueretur, Senatus cenſuiſſet,* LVDOS DONAQVE FACTVRVM VOVIT. Adiiciam & ex Petronij Arbitri Satyrico aliam voti formam: *Itaque, ait, ſimidiſſimo murmure votum feci: &* DOMINA, *inquam,* VENVS, SI EGO HVNC PVERVM BASIAVERO, ITA VT ILLE NON SENTIAT, CRAS ILLI PAR COLVMBARVM DONABO. Votorum etiã exempla aliquot numeris adſtricta, verſibúſque concluſa ſubiicere non erit inutile. Cloãthum certè manus ad cælum tendentem Virgil. lib. v. refert Deos in vota ita vocaſſe:

DII QVIBVS IMPERIVM PELAGI, QVORVM ÆQVORA CVRRO,
VOBIS LÆTVS EGO, CANDENTEM, IN LITTORE, TAVRVM
CONSTITVAM ANTE ARAS, VOTI REVS, EXTAQVE SALSOS
PORRICIAM IN FLVCTVS, ET VINA LIQVENTIA FVNDAM.

Idem lib. ix. Æneid. Aſcanium vota facientem inducit ſub hac verborum formula:

IVPITER OMNIPOTENS, AVDACIBVS ANNVE COEPTIS:
IPSE TIBI AD TVA TEMPLA FERAM SOLLEMNIA DONA,
ET STATVAM ANTE ARAS AVRATA FRONTE IVVENCVM
CANDENTEM, PARITERQVE CAPVT CVM MATRE FERENTEM.

Ouidius etiam lib. v. Faſtor. Auguſti votum, quod in Philippenſi bello pro vltione paterna ſuſcepto, Marti Vltori nuncupaſſe eum Sueton. narrat, verſibus ſic concipit:

SI MIHI BELLANDI PATER EST, VESTÆQVE SACERDOS
AVCTOR, ET VLCISCI NVMEN VTRVMQVE PARO:
MARS ADES, ET SATIA SCELERATO SANGVINE FERRVM,
STETQVE FAVOR CAVSA PRO MELIORE TVVS.
TEMPLA FERES, ET ME VICTORE VOCABERIS VLTOR.

Idem lib. IIII. Faſt. Ioui ab Ænea factum votum referens,

Hoſtica; ait, *Tyrrheno vota eſt vindemia regi:*
IVPITER, E LATIO PALMITE MVSTA FERES.

Eſt verò longè elegantiſſimum votum, quod Veneri pro Æneide ſua ſeſe nuncupaſſe, & in tabula ſuſpendiſſe, Virgilius in Catalectis ſuis teſtatum reliquit, his verſibus:

SI MIHI SVSCEPTVM FVERIT DECVRRERE MVNVS,
O PAPHON, Ô SEDES QVÆ COLIS IDALIAS,
TROIVS ÆNEAS ROMANA PER OPPIDA, DIGNO
IAM TANDEM VT TECVM CARMINE VECTVS EAT:
Non ego ture modò, aut picta tua templa tabella
Ornabo, & PVRIS *ſerta feram* MANIBVS:
Corniger hos aries humilis, & Maxima taurus
Victima, ſacratos tinget HONORE *focos.*
Marmoreúſque tibi, aut digne co loribus ales
In morem picta ſtabit amor pharetra.

Adſis

ADIIS Ô CYTHEREA: *tuus te Cæſar Olympo*
Et Sirentini littoris ora vocat.

Extat & apud Valer. Flacc. lib. I. Argonaut. voti formula, ad hunc modum:

—Tendénsque pias ad ſydera palmas:

OMNIPOTENS REGINA, inquit, & reliqua.

DA SCYTHIAM PHASIMQVE MIHI: TVQVE INNVBA PALLAS
ERIPE ME: VESTRIS EGOMET TVNC VELLERA TEMPLIS
ILLA DABO: DABIT AVRATIS ET CORNIBVS IGNI
COLLA PATER, NIVEIQVE GREGES ALTARIA CINGENT.

Annibal verò apud Sil. Italic. lib. VIII. templa ſignáque ita vouet.

NYMPHA DECVS GENERIS, QVO NON SACRATIVS VLLVM
NVMEN, *ait*, NOBIS FELIX OBLATA SECVNDIS:
AST EGO TE COMPOS PVGNÆ, CARTHAGINIS ARCE
MARMOREIS SISTAM TEMPLIS: IVXTAQVE DICABO
ÆQVEVAM GEMINO SIMVLACRI NVMINE DIDO.

At apud Virgilium lib. I. Æneid. Veneri Æneas votum facit his verbis,

MVLTA TIBI ANTE ARAS NOSTRA CADET HOSTIA DEXTRA.

Propertius quoque lib. IIII. Eleg. X. Romulum in pugna aduerſus Acronem, his Iouem votis occupaſſe, fingit.

IVPITER HÆC HODIE TIBI VICTIMA CORRVET ACRON.

ENIMVERO in ea votorum nuncupatione, quæ à Cēſoribus luſtrum condentibus fiebat, inuenio ante Scipionis ætatem ſollemni carmine Deos oratos, VT POPVLI RO. RES MELIORES AMPLIORESQVE FACERENT. Quod ab Africano emendatum, inſtitutúmque deinceps rogari, VT EAS RES PERPETVO INCOLVMES SERVARENT, Valerius Max. lib. IIII. cap. I. me docuit, cuius ipſámet verba apponam. *Africanus cùm Cenſor luſtrum conderet, in quo ſolito ſacrificio ſcriba ex publicis tabulis ſollemne ei precationis carmē præiret, quo Dij immortales,* VT POPVLI RO. RES MELIORES FACERENT, *rogabātur: Satis, inquit, bonæ & magnæ ſunt. Itaque,* PRECOR, VT EAS PERPETVO INCOLVMES SERVENT. *Ac ſane in tabulis publicis ad hunc modū ſcribi iuſſit: qua votorū verecundia Cenſores in condendis luſtris vſi ſunt.* Et idipſum niſi vnius Valerij Maximi eſſet teſtimonio cognitum, hoc vetuſtas, vt alia multa, obliuione obruiſſet. Atq; hæc nimirum vota ſunt, quæ in proximum luſtrum nuncupari, & ſuſcipi moris fuiſſe, Suet. in Auguſto cap. XCVII. ita tradit. *Cùm luſtrū in cāpo Martio magna populi frequentia conderet, vota, quæ in proximū luſtrū ſuſcipi mos eſt, collegam ſuum Tiberium nuncupare iuſſit. Nā ſe quāquā conſcriptis, paratiſque iam tabulis negauit ſuſcepturum, quæ non eſſet ſoluturus.* Liuius lib. XXX. *Vouit in eadem verba Cos. præeunte Pontifice Max. quibus antea,* QVINQVENNALIA VOTA SVSCIPI *ſolita erant.* Planè bello Punico ſecundo poſt Romanos equeſtri prælio ad Ticinum amnem victos, iterúmque exercitu Romano ad flumen Trebiam fuſo, Caius Atilius Serranus Prætor vota ſuſcipere iuſſus eſt in hæc verba, SI IN DECEM ANNOS RESP. EODEM STETISSET STATV, quēadmodum à Liuio lib. XXI. memoriæ proditum eſt. Idem lib. XXX. M. Claudio Marcello & T. Quintio Coſſ. imperatum refert, vt priuſquam ab vrbe proficiſcerentur, ludos magnos facerent, quos T. Manlius Dictator in quintum annū vouiſſet, SI EODEM STATV RESPVB. STARET. Eiuſdem generis erant Ciceronis vota, quæ à ſe ſub hac formula, SI RESPVB. STETISSET, facta ipſemet lib. XV. Epiſt. ad Attic. ſcribit. Quin etiam cū populus Romanus in animo haberet bellum aduerſus Perſeum Macedonum regem gerere, decreuiſſe Senatum Liuius lib. XLII. refert, *vt C. Popilius Cos.* LVDOS PER DECEM DIES IOVI OPT. MAX. VOVERET, DONAQVE CIRCA OMNIA PVLVINARIA DARI, SI RESPVB. DECEM ANNOS IN EODEM STATV FVISSET. Cùm verò Flaminius Cos. inſidiis ab Annibale circumuentus, & ad Thraſimenū lacum exercitus Ro. fuſus eſſet, Decemuiri, vt idem Liuius lib. XXII. teſtatur, libros Sibyllinos adire iuſſi, VER SACRVM vouendum, SI BELLATVM PROSPERE ESSET, RESQVE PVBLICA IN EODEM, QVO ANTE BELLVM FVISSET, STATV PERMANSISSET, patribus retulerunt. Ideóq; populus de Vere ſacro vouendo in hæc verba rogatus eſt. VELITIS

IVBEATIS, SI RESP. POPVLI RO. QVIRITIVM AD QVINQVENNIVM PROXIMVM, SICVT VELIM EAM, SALVA SERVATA ERIT HISCE DVELLIS, DATVM DONVM DVIT, POPVLVS RO. QVIRIT. QVOD DVELLVM POPVLO ROM. CVM CARTHAGINIENSI EST, QVAQVE DVELLA CVM GALLIS SVNT, QVI CIS ALPES SVNT: QVOD VER ATTVLERIT EX SVILLO, OVILLO, CAPRINO GREGE, QVÆQVE PROFANA ERVNT, IOVI FIERI, EX QVA DIE SENATVS POPVLVSQVE IVSSERIT: QVI FACIET QVANDO VOLET, QVAQVE LEGE VOLET FACITO. QVOMODO FAXIT, PROBE FACTVM ESTO. SI ID MORITVR, QVOD FIERI OPORTEBAT, PROFANVM ESTO, NEQVE SCELVS ESTO. SI QVIS RVMPET OCCIDETVE INSCIENS, NE FRAVS ESTO. SI QVIS CLEPSIT, NE POPVLO SCELVS ESTO, NEVE CVI CLEPTVM ERIT. SI ATRO DIE FAXIT INSCIENS, PROBE FACTVM ESTO. SI NOCTE SIVE LVCE, SI SERVVS SIVE LIBER FAXIT, PROBE FACTVM ESTO. SI ANTE ID EA SENATVS POPVLVSQVE IVSSERIT FIERI, AC FAXIT, EO POPVLVS SOLVTVS LIBER ESTO. Plutarch. in Fabio. *προσαναλαβὼν δὲ ὁ Δικτάτωρ εἰς τὸν ὄχλον εὔξατο τοῖς θεοῖς, ἐνιαυτοῦ μὲν αἰγῶν καὶ συῶν καὶ προβάτων καὶ βοῶν ἐπιγονὴν, ὅσην Ἰταλίας ὄρη καὶ πεδία καὶ ποταμοὶ καὶ λειμῶνες εἰς ὥραν ἐσομένην θρέψουσι, καταθύσειν ἅπαντα.* Liuius lib. XXIIII. VER SACRVM M. Porcio & L. Valerio Coſſ. factum fuiſſe narrat: quod quoniã P. Licinius Pontifex non eſſe rectè factum denuntiarat, de integro faciẽdum arbitratu Pontificũ patres cẽſuerunt. VER autẽ SACRVM fuiſſe pecus quod natũ eſſet inter Cal. Martias & pridie Cal. Maias Pub. Cornelio Scipione & T. Sempronio Lõgo Coſſ. Quibus ex locis patet, cuiuſmodi VERIS SACRI VOTO, SESE ROMANOS OBSTRINXISSE AD EA PECORA, QVÆ VERE PROXIMO NASCERENTVR, IMMOLANDA. Pleniũs verò fuit Sabinorum illud votum, qui aduerſus Vmbros diutino bello conflictati, more quondã Græcorum, VOVERVNT SE EO ANNO NATA CONSECRATVROS, vt Strabo lib. v. refert his verbis: *διότι πολεμοῦντες Σαβῖνοι πολὺν χρόνον πρὸς τοὺς Ὀμβρικοὺς, εὔξαντο καθάπερ τῶν Ἑλλήνων τινὲς, τὰ γενόμενα τοῦ ἔτους τούτου καθιερῶσαι· νικήσαντες δὲ, τῶν γενομένων τὰ μὲν κατέθυσαν, τὰ δὲ καθιέρωσαν· ἀφορίας δὲ γενομένης, εἶπέ τις, ὡς ἐχρῆν καθιερῶσαι καὶ τὰ τέκνα. οἱ δ' ἐποίησαν τοῦτο, καὶ τοὺς γενομένους τότε παῖδας Ἄρεως ἐπεφήμισαν.* De cuiuſmodi voto hæc Siſenna lib. IIII. hiſtoriar. ſcripſerat. *Quondã Sabini feruntur* VOVISSE, SI RES COMMVNIS MELIORIBVS LOCIS CONSTITISSET, SE VER SACRVM FACTVROS. *Quo voto damnati factum omnem dicuntur eius anni ſtatim conſecraſſe.* quæ quidẽ ex duobus Siſennæ locis à Nonio adductis in verb. *Damnare*, & in verbo *Ver ſacrum* in hunc modum aptè ni fallor, cõſarcinari poſſunt. Cuius voti etiã meminit Plinius li. III. Nat. hiſtor. cap. XIII. quo de Picentibus hæc dicit: *Orti ſunt à Sabinis*, VOTO VERE SACRO. Illum etiam Veris ſacri morem Græcis & Barbaris olim vſitatũ Dionyſ. Halic. lib. I. explicat his verbis. *Ὁπότε γὰρ εἰς ὄχλου πλῆθος ἐπίδοιεν αἱ πόλεις, ὥστε μηκέτι τὰς οἰκείας τροφὰς ἅπασιν διαρκεῖν, ἢ ἡ γῆ κακωθεῖσα ταῖς οὐρανίαις μεταβολαῖς ἐνδεεστέρους τοὺς καρποὺς ἐξενέγκαι, ἢ τοιόνδε τι πάθος ἄλλο τὰς πόλεις κατασχὸν, ἀμείνονος ἢ χείρονος αἰτίαν ἐπιστήσειε μειώσεως τοῦ πλήθους, θεῶν ὅτῳ δὴ καθιερώσαντες ἀνθρώπων ἐτείους γονὰς ἐξέπεμπον ὅπλοις κοσμήσαντες ἐκ τῆς σφετέρας.* Atq; ex huiuſmodi voto Sacranos appellatos, Reate ortos, qui ex Septimõtio Ligures, Siculóſque exegerunt, Feſtus Põp. memoriæ prodidit, nimirũ quòd Vere ſacro nati eſſent. Seruius quoque in VII. Æn. ad ea verba, *Et Sacranæ acies, Alij, ait, Sacranas acies Ardeatium volunt, qui aliquando cũ peſtilentia laborarent,* VER SACRVM VOVERVNT, VNDE SACRANI DICTI SVNT. VER AVTEM SACRVM IMMOLATIONIS GENVS EST. *Mos enim Italis fuit, vt magnis in periculis addicti*, VOVERENT QVÆCVNQVE PROXIMO VERE NATA ESSENT APVD SE ANIMALIA IMMOLATVROS. Quin etiam vt Feſtus Pomp. in voce *Mamertum*, ſcriptũ reliquit, *Cùm toto Samnio grauis incidiſſet peſtilentia, Sthenius Metius eius gentis Princeps, conuocata ciuium ſuorum concione, expoſuit ſe vidiſſe in quiete præcipientem Apollinem, vt ſi vellent eo malo liberari,* VER SACRVM VOVERENT, *id eſt*, quemadmodum ille interpretatur, QVÆCVMQVE VERE PROXIMO NATA ESSENT SIBI, IMMOLATVROS. Denique vt huic ſacrano ſpicilegio finem imponã, Seruius in mem-

branis ad ea verba lib.III. Æneid. *Auri ſacra fames*, VER SACRVM, interpretatur, deuotum. Planè Cymbrico Marſicóque bello, aliter ac ſuperiora, de quibus hactenus, vota nuncupata didici. Auctor eſt enim Suet. in Auguſt. cap.XXIII. Ioui Opt. Max. ea nũcupata, SI REMPVB. IN MELIOREM STATVM VERTISSET. Eadémque verborũ formula poſt Varianam cladem ludos magnos Ioui vouiſſe Auguſtum ibidem memorat. Inuenitur & in veteribus nummis huiuſmodi inſcriptio. IOVI OPT. MAX. S. P. Q. R. VOTVM SOLVIT PRO SALVTE IMPERATORIS CÆSARIS, QVOD PER EVM RESPVB. IN AMPLIORI ATQVE TRANQVILIORI STATV ESSET.

NVNC varia votorũ genera & exempla in medium proferam, ex quibus diuerſas eorum conceptiones conditionéſque, cuiuis colligere liceat. Variè namq; è re nata & pro imminẽtibus impendentibúſq; periculis, aut aduerſis quibus premebantur caſibus, ea ſuſcipi ſolebant: eiúſque rei ergò interdum ædes ſacras, interdum ludos, nonnunquam etiã Ver ſacrum, Dona, Maiores hoſtias & Decimam prædæ voueri moris erat. Exempla cuiuſque generis adſcribam: & vt de his primùm dicam, quæ pro felici belli exitu & victoriæ aduerſus hoſtes adipiſcendæ cauſa, facta accepimus, Attilium aduerſus Samnites pugnantem Ioui Statori templum vouiſſe, SI CONSTITISSET A FVGA Romana acies, redintegratóque prælio cæcidiſſet, viciſſétq; legiones Samnitum, Liuius lib. X. auctor eſt. Idem lib. XXIX. Conſulem principio pugnæ ædem Fortunæ Primigeniæ vouiſſe refert, SI EO DIE HOSTES FVDISSET. Eodémque modo Cornelium Cõſulem aduerſus Inſubres miſſum principio pugnæ, ædẽ Soſpitæ Iunoni, SI EO DIE HOSTES FVSI FVGATIQVE ESSENT, vouiſſe, idem Liuius lib. XXXII. narrat. Fuluium etiam Flaccum ob Celtiberos in fugam Equitũ virtute verſos ac cæſos, Fortunæ Equeſtri ædẽ vouiſſe idem auctor lib. XL. memorat. Nec in hac votorum ſpecie, in qua conſiſtimus, ſilendum eſt, L. Papyrij Cos. celebre, & hiſtoriarum monumentis ad teſtãdam temporum frugalitatem conſignatum votum. Is enim aduerſus Samnites dimicaturus, in ipſo diſcrimine, quo tẽpla Diis voueri mos erat, vouit Ioui Victori, SI VICISSET, LEGIONESQVE HOSTIVM FVDISSET, POCILLVM MVLSI, PRIVSQVAM TEMETVM BIBERET, SE ESSE FACTVRVM. Quod cùm Liuio lib. X. prædicat etiam Plinius lib. XIIII. Natural. hiſtor. cap. XIII. Sed & Q. Seruilium Halam Dictatorem, ex auctoritate patrum, SI PROSPERE BELLVM CONTRA GALLOS EVENISSET, ludos magnos vouiſſe Liuius lib. VII. refert. Idem lib. VI. auctor eſt ædem Martis Gallico bello votam. Eodémque libro legimus, Camillum Dictatorem belli cauſa contra Veios dictum, omnibus ad id bellum paratis, ludos magnos Veijs captis ſe facturum, ex Senatuſconſulto vouiſſe. Marcus quoque Fuluius Prætor, quemadmodum idem Liuius lib XXXIX. perſtringit, ludos magnos Ioui Opt. Max. vouit eo die, quo Ambraciam cepit. Quinetiam cùm in eo eſſet Marcellus, vt manum conſereret cum Gallis, & eorum duce Virdomaro, vouiſſe eum Ioui Feretrio Plutarchus refert, τὸ κάλλιςον τῶν παρὰ τοῖς πολεμίοις ὅπλων καθιερώσειν. Idẽ in Camillo, votũ eius refert huiuſmodi. πρῶτον μὲν εὐχὰς ἐποιήσατο, τῆς ἀρχῆς ἐπὶ τῷ πολέμῳ τέλος εὐκλεὲς λαβὼν, τὰς μεγάλας θέας ἄξειν, καὶ νεὼν θεᾶς, ἣν μητέρα Ματοῦταν καλοῦσι Ῥωμαῖοι, καθιερώσειν. Idem in Mario: Εὔξατο δὲ καὶ Κάτλος ὁμοίως ἀνασχὼν τὰς χεῖρας, καθιερώσειν τὴν τύχην τῆς ἡμέρας ἐκείνης. Bello quoque Gallico ad Claſtidium Marcellus templũ Honori & Virtuti vouit, vt Liuius lib. XXVII. Valer. Max. lib. I. cap. I. & Plutarch. in eius vita ſcribunt. Bellis verò Punicis Repub. multum afflicta & ob aſſiduas calamitates crebráſque clades acceptas valde attonitis & ſtupefactis ciuium mentibus, ædem Menti librorum Sibyllinorum monitu votam præter Liuium lib. XXII. teſtis eſt Ouidius lib. VI. Faſt. his verſibus:

Mens quoque numen habet: Menti delubra videmus
Vota, metu belli perfide Pœne tui.
Pœne rebellabas, & leto Conſulis omnes
Attoniti, Mauras pertimuere manus.
Spem metus expulerat, cùm MENTI VOTA SENATVS
SVSCIPIT, *& melior protinus illa venit.*

Flanium etiam Cõcordiæ ædem vouiſſe, SI RECONCILIASSET POPVLO ORDI-

NES, Plinius lib. XXXI. cap. I. literis prodidit. Sanè, PRO VALETVDINE POPVLI, peſte graſſante, ædẽ Apollini votam à Liuio lib. IIII. ſcriptum extat. Idem lib. XL. refert, ob peſtem, quæ iam tertium annum vrbem Romanam atque Italiam vaſtabat, Conſulem Apollini, Æſculapio, Saluti vota vouere, & dare ſigna inaurata iuſſum, quæ vouit deditque. Eodem teſte lib. XLI. populus Ro. Q. Martio Philippo verba præeunte in foro votum concepit, SI MORBVS PESTILENTIAQVE EX AGRO ROMANO EMOTA ESSET, BIDVVM FERIAS AC SVPPLICATIONEM SE HABITVRVM. Eáque eſt ſupplicatio, quam priore anno VALETVDINIS POPVLI CAVSA, vocatm idem lib. XLII. ſcribit. Qua loquendi figura idem lib. XXXVIII. SVPPLICATIO *inde*, ait, *ex Decemuirorum decreto* PRO VALETVDINE POPVLI, *fuit per triduũ: quia graui peſtilentia vrbem atque agros vaſtabat*. Et lib. XXV. *Hæc eſt origo ludorum Apollinarium, victoriæ, non* VALETVDINIS ERGO, *vt pleriqúe rentur, votorum*.

PLANE pro ægrorum ſalute, vota interdum ſuſcipiebantur. Suet. in Claud. cap. XLV. QVASI PRO ÆGRO VOTA ADHVC SVSCEPTA ſunt. Tacit. lib. III. *Inceſſit deinde religio, quonam in templo locandum foret* DONVM, QVOD PRO VALETVDINE AVGVSTÆ EQVITES RO. VOVERANT EQVESTRI FORTVNÆ. Liuius lib. XXXIX. *Adoleſcentulum appellat*: SE PRO ÆGROTO VOVISSE, *vbi primùm conualuiſſet, Bacchis eum ſe initiaturum*. Sic & pro Vero ad Parthicum bellum Senatu conſentiente miſſo, cùm eum Canuſij ægrotare rumor eſſet, vota ſuſcepta Capitolin. in M. Antonino philoſopho ſcribit. Propertius lib. II. Eleg. VII.

Hæc mihi VOTA TVAM PROPTER SVSCEPTA SALVTEM.

Denique in lapidibus monimentiſque & inſcriptionibus antiquis huiuſmodi generis votorum frequens eſt mentio. Cæterùm, pro Pompeij ſalute, cùm is in Campania aduerſa valetudine laboraret, vota ab vniuerſa Italia ſuſcepta fuiſſe legimus, quod poſt hominum memoriam nunquam antea factum erat. Id quod Velleius Patercul. obiter attigit his verbis. *Qui ſi ante biennium quàm ad arma itum eſt, perfectis muneribus theatri, & aliorum operum, quæ ei circumdedit, grauiſſima tentatus valetudine, in Campania, quo quidem tempore vniuerſa Italia* VOTA PRO SALVTE EIVS PRIMO OMNIVM CIVIVM SVSCEPIT. De quibus votis hæc Dio lib. XLI. ſcribit. Τοσαύτην γὰρ εὔνοιαν αὐτοῦ πᾶσαι, ὡς εἰπεῖν, αἱ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ πόλεις εἶχον ὥστε ἐπειδὴ ἤκουσαν αὐτὸν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐπικινδύνως νοσοῦντα, ΣΩΤΗΡΙΑ αὐτοῦ δημοσίᾳ θύειν εὔξασθαι. Et hoc eſt, quod Iuuenalis Satyra X. ſignificat.

Prouida Pompeio dederat Campania febres
Optandas, ſed multæ vrbes, & PVBLICA VOTA
Vicerunt.—

Poſtea verò inualuit mos, vt ineunte anno pro Cæſarum ſalute vota publicè nuncuparentur. Quod, vt alios taceam, Caius noſter in L. ſi caluitur D. de verbor. ſignific. tradit. Pro æternitate quoque imperij & pro principum ac ciuium ſalute nuncupari vota conſueuiſſe Plinius in Panegyr. tradit. Tertullian. in lib. ad Scapul. *Sed ÿdẽ ipſi, qui* PER GENIOS EORVM *pridie vſque* CVRAVERANT, *qui* PRO SALVTE EORVM HOSTIAS ET FECERANT, ET VOVERANT, *qui Chriſtianos ſæpe damnauerant, hoſtes eorum ſunt reperti*. Idem in Apologetico teſtatur, crimini datum Chriſtianis, læſæq́ maieſtatis eos accuſatos, quòd pro ſalute Imperatorum vota nõ facerent. Martial. lib. VIII. Epigrammat. ad Cæſarem Domitian.

Quantus Io Latias mundi conuentus ad aras
SVSCIPIT, ET SOLVIT PRO DVCE VOTA SVO!

Cornel. Tacit. lib. III. *Pontifices eorúmque exemplo cæteri ſacerdotes* CVM, PRO INCOLVMITATE PRINCIPIS VOTA SVSCIPERENT, *Neronem quoque & Druſum iiſdem Dis cõmendauere*. Quod vbi Tiberius comperit, egiſſe eum cum Senatu Suetonius auctor eſt, non debere talia illis præmia tribui. Huiuſmodi vota Dio lib. LVIII. appellat. τὰς εὐχὰς, τὰς κατ' ἔτος ἀπὸ τῶν ἀρχόντων καὶ ἀπὸ τῶν ἱερέων ὑπὲρ τοῦ αὐτοκράτορος καὶ ὑπὲρ τοῦ δημοσίου ποιουμένας. Imperatorum certè, exceptis Tiberio & Caio, mentionem factam fuiſſe in votis annuis, eodem lib. ita ſcribit. Καὶ τῆς γερουσίας ἀτιμῶσαι τὸν Γάϊον ἐθελησάσης, ψηφισθῆναι μὲν αὐτὸς ἐκώλυσεν, ἰδίᾳ δὲ τὰς εἰκόνας αὐτοῦ πάντας ἀπάσας ἠφάνισε, καὶ διὰ ταῦτα τὸ μὲν ὄνομα

μὴ ὄνομα αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν αὐτοκρατόρων, ὧν μνήμην ἐπί τε τοῖς ὅρκοις καὶ ἐπὶ ταῖς εὐχαῖς ποιούμεθα, ὥσπερ οὐδὲ τοῦ Τιβερίου. Traianus Conſul creatus (quod Plinius in Panegyrico miris in cælum laudibus effert) in fine votorum, quæ ſuſcipi quotannis moris erat, adiecit: VT ITA PRECIBVS EIVS DII ADNVERENT, SI IVDICIVM SENATVS MERERI PERSEVERASSET. Item, VT ITA DEMVM EVM DII SERVARENT, SI BENE REMPVB. ET EX VTILITATE COMMVNI REXISSET. Et vice verſa ſumma populi votorũ hæc fuit, VT POPVLVM SIC AMARENT DII, SICVT EVM PRINCEPS. Idem Plinius Bithyniam proconſulari imperio obtinens, ſollemnia pro eiuſdem Imperatoris incolumitate à ſe & militibus ac prouincialibus ſuſcepta vota his verbis Epiſt. x. memorat: SOLEMNIA VOTA PRO INCOLVMITATE TVA, *qua publica ſalus cõtinetur &* SVSCEPIMVS PARITER ET SOLVIMVS, PRECATI DEOS VT VELINT EA SEMPER SVSCIPI, SEMPERQ. SIGNARI. Eodémque lib. ob diem imperij eiuſdem principis, præeunte ſe à militibus & prouincialibus vota concepta ita oſtendit. *Diem,* DOMINE, *quo ſeruaſti imperium, dum ſuſcipis, quanta mereris lætitia celebrauimus*: PRECATI DEOS, VT TE GENERI HVMANO, CVIVS TVTELA ET SECVRITAS SALVTI TVÆ COMMISSA EST, INCOLVMEM FLORENTEMQVE PRÆSTARENT. Idem ibidem pro eiuſdem Traiani incolumitate vota facta, ſoluta, & noua rurſus ſuſcepta ſcribens: PRECATI, ait, DEOS, VT TE REMQ. PVBLICAM FLORENTEM ET INCOLVMEM EA BENIGNITATE SERVARENT, QVAM SVPER MAGNAS PLVRIMASQVE VIRTVTES, PRÆCIPVA SANCTITATE CONSEQVI DEORVM HONORE MERVISTI.

CÆTERVM ludos votiuos pro Auguſti ſalute factos Plinius lib. VII. Natur. hiſtor. cap. XLVIII. indicat. Suetonius etiã in Aug. cap. LIX. auctor eſt quoſdã ciues morientes iuſſiſſe pro ſe vota ſolui, QVOD AVGVSTVM SVPERSTITEM RELIQVISSENT. Sed & pro Germanici incolumitate, cùm eum morbo leuatum, recreatúmq; fama ferret, vota reddita, Cornel. Tacit. lib. II. & Sueton. in Calig. cap. VI. ſcribunt.

Præterea VOTA, PRO eorum qui peregrè proficiſcebantur REDITV ſuſcipi conſueuerant. Plaut. Amphitruo. Act. III. Sc. II.

Iube verò VASA PVRA *adornari mihi,*
Vt quæ apud legionem, VOTA VOVI, SI DOMVM
REDISSEM SALVVS, *ea ego exoluam omnia.*

Virgil. lib. II. Æneid.

VOTVM PRO REDITV *ſimulant.* —

Tibull. lib. III. Eleg. IIII.

At ſi PRO DVLCI REDITV *quæcumque* VOVENTVR.

Ouid. lib. II. Amor. Eleg. XI.

— PRO REDITV VICTIMA VOTA CADET.

Sueton. in Calig. cap. XIIII. *Cùm deinde paucos poſt dies in proximas Campaniæ inſulas traiecisſet,* VOTA PRO REDITV SVSCEPTA SVNT. Cornel. Tacit. lib. III. *Decreuere patres* VOTA PRO REDITV EIVS. Martial. Epigram. XLI. lib. IX.

Tarpeias Diodorus ad coronas
Romam cùm peteret Pharo relicta,
VOVIT PRO REDITV VIRI *Philene.*

In inſcriptio. Ro. P. QVINTILIVS SEX. F. VARVS COS. LVDOS VOTIVOS PRO REDITV IMP. CÆS. DIVI AVGVSTI IOVI OPT. MAXIMO FECIT CVM CLAVDIO NERONE CONLEGA. Ouid. lib. V. Faſtor. ludos Floræ Deæ votos, SI BENE FLORESCERENT SEGETES, ipſius Deæ ore canit.

Conuenere patres, & ſi BENE FLOREAT ARVVS,
Numinibus noſtris ANNVA VOTA VOVENT.

Ludorũ quoque VOTIVORVM meminit Liuius lib. XXV. & lib. XL. & XLII. Puellæ verò ſuæ votum refert Catullus his verſibus:

Nam SANCTÆ *Veneri, Cupidiníque*

VOVIT, SI SIBI RESTITVTVS ESSEM,
Dediſſemque truces vibrare Iambos,
Electiſſima peſſimi poëtæ
Scripta, tardipedi Deo daturam,
Infelicibus vſtulanda lignis.

Ad extremum verò rogat Venerem voti ſolutione contenta ſit:

Nunc ô cæruleo creata ponto, & reliqua.

ACCEPTVM PACE REDDITVMQVE VOTVM.

SANE VOTIS factis, EA VT RATA ESSENT, precabantur. Ouidius libro VIII. Metamorphoſ.

— Duráſque ad ſydera ſupplex
Creſſa manus tollens, RATA SINT SVA VOTA, PRECATVR.

Idem lib. III. Amor. Eleg. II.

SINT MEA SINT DOMINÆ FAC RATA VOTA MEÆ.

Martial. lib. IIII. Epigram. ad Phœbum.

FAC RATA VOTA PATRIS.—

Idem lib. X. Epigrammat.

DII TIBI DENT QVICQVID PRINCEPS TRAIANE MERERIS,
ET RATA *perpetuò, quæ tribuere,* VELINT.

VNDE RARA VOTA dicunt Propertius lib. IIII. Eleg. X. & Ouidius in Ibin: Similiter quæ euenire ac re ipſa firmari cupiebant, ea vt RATA ESSENT optabant. Ouid. lib. I. Triſt. Eleg. I.

Nos quoque quiſquis erit, NE SIT MISER IPSE, PRECAMVR,
Placatos miſeris qui volet eſſe Deos.

QVÆQVE VOLET, RATA SINT.—

Idem lib. II. de Ponto Eleg. V.

Quæ RATA SINT CVPIO: *rebúſque vt comprobet omen.*

Idem lib. I. Faſtorum.

EFFICIATQVE RATAS VTRAQVE DIVA PRECES.

Eodémque modo RATA VERBA VT ESSENT, precabantur. Ouidius lib. II. Faſtorum.

SINT RATA DICTA IOVIS.—

Proinde apud eundem poëtam lib. XV. Metamorphoſ. Mars Iouem ita alloquitur:

Dixiſti: RATA SIT VERBORVM SVMMA TVORVM.

Sic & apud Senecam OEdipo Act. III. Sc. I.

AVDIOR, *vates ait,* RATA VERBA FVDI.

EX diuerſo quæ abominabantur EA NE RATA ESSENT optabant: Ouid. lib. IX. Metamorphoſ.

— Quid vult ſibi noctis imago
QVAM NOLIM RATA SIT.—

VOTIS autem RATIS, IRRITA, aduerſantur. Ouid. lib. IIII. Faſt.

IRRITA, *decepti,* VOTA, *colentis erant.*

Pedo Albinouanus in carmine conſolator. ad Liuiam:

Iámque precaturus, quid ego iam credulus, inquit,
SVSCIPIAM, *in nullos,* IRRITA VOTA *Deos?*

Lucanus lib. IX.

VOTAQVE *turicremos* NON IRRITA *fudit in ignes.*

Eodémque ſenſu IRRITA TVRA, Ouid. lib. VII. Metamorphoſ. & lib. II. de Pōto Eleg. IX. & IRRITA PRÆSAGIA, lib. III. de Ponto Eleg. IIII. ſicut IRRITAS PRECES Plinius in Panegyrico. Eadem vota & CADVCA vocat Ouid. in Ibin. vt CADVCAS PRECES idem lib. I. Faſtor. his verſibus:

— Nec lingua CADVCAS
Concipit vlla PRECES:—

VOTA

VOTA enim VALERE, & vice verſa, CADERE, dicebant. Ouid. lib. IIII. Faſt.

VOTA VALENT *meliora.*— Tibull. lib. II. Eleg. II.

VOTA CADVNT: *utinam ſtrepitantibus aduolet alis.*

Propert. lib. I. Eleg. XVII. —*Ingrato litore* VOTA CADVNT.

CÆTERVM vota quæ fiebant, CONCIPI, SVSCIPI, NVNCVPARI, dicebãtur. Quarum locutionum exẽpla, quòd paſſim in ſingulis ferè auctoribus occurrant, nulla adferam: nam diligentiam ex ſuperuacuis affectare non eſt noſtrum. Illud adnotatu dignum eſt, eos qui vota fecerant, REOS VOTI, eorúmque compotes factos, quoad promiſſa ſoluiſſent DAMNATOS VOTI, appellatos. Macrob. lib. III. Saturnal. cap. II. expendens hunc Virgilij verſum, *Conſtituam ante aras* VOTI REVS: *Hæc vox*, ait, VOTI REVS, *propria eſt ſacrorum*, VT REVS *vocetur, qui ſuſcepto voto ſe numinibus obligat*: DAMNATVS *autem, qui promiſſa non ſoluat.* Seruius in ſchedis, DAMNARE, *eſt damno afficere, id eſt, debito liberare. Ideò & cùm vota ſuſcepimus*, REI VOTI *dicimur, donec conſequamur beneficium, & donec condemnemur, id eſt promiſſum ſoluamus*, vt Virgilius Bucolic. Ecloga VI. —DAMNABIS TV QVOQVE VOTIS. Liuius lib. V. *Camillus idẽtidem omnibus locis concionabatur, haud mirum id quidem eſſe: furere ciuitatem, quæ* DAMNATA VOTI, *omnium rerum potiorem curam, quàm religione ſe exoluendi habeat.* Idem lib. VII. de L. Furio Dictatore, *Inter ipſam dimicationẽ ædem Iunonis Monetæ vouit, cuius* DAMNATVS VOTI, *cùm victor Romam reuertiſſet, Dictatura ſe abdicauit.* Et lib. X. *Vt ædem etiam fieri Senatus iuberet, bis eiuſdem* VOTI DAMNATA *Repub. in religionem venit.* Idem lib. XXXIX. DAMNATAM VOTI *Deûm benignitate exoluere id velle.* Et lib. XXVII. DAMNARENTVRQVE VOTORVM *quæ pro ipſis ſuſcepiſſent.* Nonius Marcellus, DAMNARE *& condemnare pro liberare poſitũ eſt.* Titinnius Veliterna, *Fortaſſe notum fuiſſe, quo die liber foret. Nũc* EIVS VOTI CONDEMNATVS *immolauit hoſtiam.* Turpilius Leucadia, *Et amplius illam apparere condecet. Quandoquidem* VOTI CONDEMNATA EST. Siſenna hiſtor. lib. IIII. QVO VOTO DAMNATI FOETVM *omnem dicuntur eius anni ſtatim conſecraſſe.*

VOTA verò SOLVI & REDDI dicebantur. Vnde Macrobius lib. III. Saturnal. cap. V. ad illum Virgilij verſum lib. V. Æneid.

Hanc tibi Eryx meliorem animam, pro morte Daretis,

PERSOLVO, eorum verborum proprietatem obſeruans, adnotat Virgilium, vt NVNCVPATA VOTA ſignificaret, dixiſſe PERSOLVO: quod de voto propriè dicitur. Sic & apud Ouid. lib. V. Faſtor. Flora de ludis ſibi ex voto ſuſcepto factis,

Annuimus, ait, *votis: Conſul cum Conſule* LVDOS

Poſthumio Lenas PERSOLVERE MIHI.

Valer. Max. lib. I. cap. I. *Item matri Deûm ſæpenumero Imperatores noſtri compotes victoriarum,* SVSCEPTA VOTA *Peſsinuntem profecti* SOLVERVNT. Feſtus Pomp. *Minuitur luctus, cùm* VOTVM PVBLICE SVSCEPTVM SOLVITVR. Et certè voto, patresfa. puberes, ſui iuris, obligari, ex eáque cauſa debitores effici, ac proinde quæ votorum compotes facti ſoluebant vota, ea, vt DEBITA SOLVI, ET REDDI, cenſebant. Liuius lib. V. de decima prædæ Veientanæ, quã Camillus vouerat, *Haud facilè, ait, inibatur ratio iubẽdi referre prædam populũ*, VT *ex ea pars* DEBITA, *in ſacrũ ſecerneretur.* Valer. Max. lib. I. cap. I. *Cùm Marcellus quintũ Conſulatum gerẽs, templũ* HONORI ET VIRTVTI, *Claſtidio prius, deinde Syracuſis potitus*, NVNCVPATIS VOTIS DEBITVM *conſecrare vellet.* Virgil. in Ceiri.

DEBITA *cùm caſtè* SOLVVNTVR VOTA *Mineruæ.*

Horat. lib. I. Carm. Ode XXXVI.

Et ture & fidibus iuuat

Placare, & vituli SANGVINE DEBITO

Cuſtodes Numidæ Deos.

Vbi vetus interpres, *Sanguine*, ait, *debito*, id eſt, *votis pactis.* DEBETVR ENIM HOSTIA, *dum votis ſuſceptis promittitur.* Eodemq; antiqui Grammatici referunt eiuſdem poëtæ ex lib. II. Car. Ode VII. verba hæc, *Ergo obligatam* REDDE *Ioui dapẽ.* Propert. lib. I. Eleg. XVI.

DEBITAQVE *occultis* VOTA *tuli manibus.* Idem Eleg. XIX. lib. II.

Tu quoniam es, mea lux, magno demiſſa periclo,

Munera DIANÆ DEBITA REDDE, *choros.*

REDDE *etiam excubias diuæ nunc, antè iuuencæ:*

VOTIVAS NOCTES *& mihi* REDDE *decem.*

Tibull. lib. IIII. ad Apollinem.

Iam celeber, iam lætus eris, quum DEBITA REDDET

Certatim ſanctis lætus vterque focis. Ouid. lib. I. de Ponto Eleg. v.

Turáque Cæſaribus cum coniuge Cæſare digna,

Dis veris, memori DEBITA *ferre manu.*

In veteri inſcriptio. Ro. RVSTICEELA M. L. CYTHERIS DEBITVM REDDIDIT XII. KAL. SEPT. MALVGINENSE ET BLÆSO COS. Eodem pertinet quod Cicero III. in Catilin. Oratio. *Multi*, ait, *ſæpe* HONORES DIIS IMMORTALIBVS *iuſti habiti ſunt, ac* DEBITI.

ATQVE adeo non tantùm vt DEBITA, ſed & MERENTIBVS, ſeu MERITIS DIIS, REDDI VOTA dicebantur. Ouidius lib. v. Faſt. de voto ab Ænea ſoluto, quo vinum vouerat:

Venerat Autumnus calcatis ſordidus vuis,

REDDVNTVR MERITO DEBITA VINA IOVI.

Idem lib. IIII. Triſt. Eleg. II.

Cúmque bonis nuribus pro ſoſpite Liuia nato

MVNERA DAT MERITIS *ſæpe datura Deis.* Et aliâs:

ET DABITVR MERITO LAVREA VOTA IOVI.

Idem lib. I. Triſt. Eleg. IX.

Hæc ſi contigerint, MERITÆ CADET AGNA MINERVÆ.

Hinc Tibullus lib. I. Eleg. x. — VENERI MERENTI *fixam palmam dicit.* Sed & in veteri inſcriptionum Romanarum verſu, Fortunæ MERENTI dona conſecrari dicuntur. Hinc & MERITOS HONORES dixit Virgil. lib. III. Æneid. & MERITAS ARAS, Seneca in Hercule Furen. Act. IIII. Sc. I. Liuius lib. XLV. *Ad eoſdem Deos, quibus vota nuncupauit*, MERITA DONA *populi Ro. traducit.*

Enimuero qui vota ſoluebant, ea ſe ſoluiſſe teſtabantur hiſce ſollemnibus verbis, VOTVM SOLVIT LIBENS MERITO, quæ his notis V. S. L. M. ſignificabantur, quẽadmodum Valerius Probus edidit. Cuius generis exempla propè innumera è lapidibus Romanis excerpta, deſcripta ſunt in libris, qui in hoc argumento verſantur: quæ quia legentibus obuia ſunt, in his congerendis opera non abutar. Inuenitur & in vetuſtis lapidibus numiſque eiuſdem teſtationis Formula huiuſmodi EX VOTO SVSCEPTO. Quò pertinent Suetonij verba hæc in Auguſto cap. LVII. *Omnes ordines in lacum Curtij quotannis,* EX VOTO, PRO SALVTE EIVS, *ſtipem iaciebant.* Horat. lib. I. Serm. Satyr. v.

— DONASSET *iamne catenam*

EX VOTO, *Laribus, quærebat.* —

PVBLICORVM vtique votorum ipſa nuncupatio in tabulas referebatur. Feſt. Põp. NVNCVPATA *dicuntur*, VOTA, *quæ Conſules, Prætores cùm in prouinciam proficiſcuntur faciunt. Ea in tabulas præſentibus multis referuntur.* Huiuſmodi tabularum meminit & Suetonius in Aug. cap. x[illegible]ii. cùm ait: VOTA, *quæ in proximũ luſtrum* SVSCIPI *mos eſt, collegam ſuum Tiberium* NVNCVPARE *iuſſit. Nam ſe quanquam conſcriptis paratiſque iam tabulis negauit* SVSCEPTVRVM, *quæ non eſſet* SOLVTVRVS.

Similique modo cùm vota ſoluebantur, eius rei ergô tabulæ figi conſueuerãt. Vtrumque teſtatur lapis nuper Romæ effoſſus illi, quem ſuprà protuli de fratrum Arualium ſacris cohærens, cuius verba hæc ſunt.

SVLPICIVS CAMERINVS, MAGISTER COLLEGII FRATRVM ARVALIVM NOMINE, VOTA NVNCVPAVIT PRO SALVTE NERONIS CLAVDI, DIVI CLAVDI F. GERMANICI CÆSARIS N. TIB. CÆS. AVG. PRO DIVI AVG. ABN. CÆSARIS AVG. GERMANICI PONT. MAX. TRIB. POT. VII. COS. IIII. ET OCTAVIÆ CONIVGIS VICTIMIS IMMOLATIS IN CAPITOLIO, QVÆ SVPERIORIS ANNI MAGISTRI VOVERANT, PERSOLVIT, ET IN PROXIMVM ANNVM NVNCVPAVIT, PRÆEVNTE M. APONIO SATVRNINO: IOVI B. MARES II, IVNONI VACCAS II. MINERVÆ VAC-

CAS

CAS II. SALVTI PVBLIC. VACCAS II. IN TEMPLO NOVO DIVO AVG. B. MARES II. DIVÆ AVG. VACCAS II. DIVO CLAVDIO B. MAR. II. IN COLLEGIO ADP. SVLPICIVS CAMERINVS MAGISTER, A. VITELLIVS, L. PISO L. F. M. APONIVS SATVRNINVS, P. MEMNIVS REGVLVS, L. SALVIVS, OTHO TITIANVS.

Circumfertur etiam Tabula quædam voti à plebe Narbonenſi pro Auguſti numine ſuſcepti, quæ ita habet.

T. STATILIO TAVRO L. CASSIO LONGINO COS. X. KAL. OCTOBR.
NVMINI AVGVSTI VOTVM SVSCEPTVM A PLEBE NARBONENSIVM IN PERPETVOM.

QVOD BONVM, FAVSTVM FELIXQVE SIT IMP. CÆSARI DIVI F. AVGVSTO PP. PONTIFICI MAXIMO, TRIB. POTEST. XXXIIII. CONIVGI, LIBERIS GENTIQVE EIVS, SENATVI POPVLOQVE ROMANO, ET COLONIS INCOLISQVE C. I. P. N. M. QVI SE NVMINI EIVS IN PERPETVVM COLENDO OBLIGAVERVNT, PLEBS NARBONENSIVM ARAM NARBONE IN FORO POSVIT, AD QVAM QVOTANNIS VIIII. K. OCTOB. QVA DIE EVM SECVLI FELICITAS ORBI TERRARVM RECTOREM EDIDIT TRES EQVITES ROMANI A PLEBE, ET TRES LIBERTINI HOSTIAS SINGVLAS IMMOLENT, ET COLONIS ET INCOLIS AD SVPPLICANDVM NVMINI EIVS THVS ET VINVM DE SVO EA DIE PRÆSTENT, ET VIII. K. OCTOB. THVS VINVM COLONIS ET INCOLIS ITEM PRÆSTENT. K. QVOQVE IANVAR. THVS ET VINVM COLONIS ET INCOLIS PRÆSTENT. VII. QVOQVE IDVS IANVAR. QVA DIE PRIMVM IMPERIVM ORBIS TERRARVM AVSPICATVS EST THVRE VINO SVPPLICENT, ET HOSTIAS SINGVL. IMMOLENT, ET COLONIS INCOLISQVE THVS VINVM EA DIE PRÆSTENT.

ET PRIDIE K. IVNIAS, QVOD EA DIE T. STATILIO TAVRO, M. ÆMYLIO LEPIDO COS. IVDICIA PLEBIS DECVRIONIBVS CONIVNXIT, HOSTIAS SINGVL. IMMOLENT, ET THVS ET VINVM AD SVPPLICANDVM NVMINI EIVS COLONIS ET INCOLIS PRÆSTENT. EXQVE IS TRIBVS EQVITIBVS ROMA LIBERTINIS VNV.***

SVNT & in vetuſtis marmoribus & numiſ. quamplurimæ votorum pro Salute & Reditu ſuſceptorum teſtes inſcriptiones. E quarum turba, vt cum delectu modum ſeruem, aliquot ſubijciam: In vna eſt, EX VOTO SVSCEPTO PRO SALVTE IMP. CÆSARIS M. AVRELIANI ANTONINI AVG. PII, FELICIS SEX. POMP. PRIVAT. CVM M. VIRRIO STRVTI F. COLVMNAS CVM EPISTILIO DEO MAGNO SERAPI IN INTROITVM EXORNAVERVNT. Altera ſic habet, SVRIÆ DEÆ SACRVM EX VOTO SVSCEPTO PRO SALVTE. Et aliâs, PRO SALVTE D. D. N. N. AVGG. HERCVLI GENIO CENTVRIÆ EX VOTO POSVIT L. DOMITIVS VALERIANVS, & reliqua. E numiſmat. etiam Auguſti hæc deprompſi. S. P. Q. R. IMP. CÆSARI CÆSAR AVGVST. VOT. SVSC. PRO SAL. ET RED. I. O. M. SACR. Ex altero verò hæc, IOVI VOT. SVSC. PRO SAL. CÆS. AVG. S. P. Q. R. L. MESCINIVS RVFVS S. P. Q. R. V. PRO RED. CÆS. Et alia hæc, CÆSARI AVGVSTO VOT. P. SVSC. PRO SALVTE ET REDITV I. O. M. SACRVM. Eſt & in Romano marmore inciſum, HERCVLI INVICTO PRO SALVTE D. D. N. N. IMPP. CÆS. M. AVREL. ANTONINI P. P. AVG. ET M. AVR. ALEXANDRI NOBILISSIMI CÆS. TOTIVSQVE DOMVS DIVINÆ EORVM COH. X. PR. P. V. ANT. VIL MARCIANI MASCVLINVS VALENS B. F. PR. DR. FEMININA ET AVR. FABIANVS. SIGNIFER. ET VAL. FIRMINVS OPTIO VII. QVOD PROPICISCENTES EXPEDITIONIBVS SACRIS VOVERANT REGRESSI CVM COMMANIPVLIS LIBENTES VOTVM SOLVERVNT.

Tudertino quoque lapidi inſculpta ſunt quæ ſequuntur. PRO SALVTE COLONIÆ ET ORDINIS DECVRIONVM ET POPVLI TVDERTIS IOVI OPT. MAX.

CVSTODI CONSERVATORI, QVOD IS SCELERATISSIMI SERVI PVBLICI INFANDO LATROCINIO DEFIXA MONVMENTIS ORDINIS DECVRIONVM NOMINA NVMINE SVO ERVIT AC VINDICAVIT ET METV PERICVLORVM COLONIAM CIVESQVE LIBERAVIT, L. CANCRIVS CLEMENTIS LIB. PRIMIGENIVS SEX. VIR. II. AVGVSTALIS ET FLAVIALIS PRIMVS OMNIVM HIS HONORIBVS AB ORDINE DONATVS VOTVM SOLVIT. Item Murtiæ in Hiſpania huiuſmodi inſcriptio viſitur, CASTORI ET POLLVCI DIIS MAGNIS SVLPITIA Q. SVLPITII F. VOTVM OB FILIVM SALVTI RESTITVTVM. Alibi in eadem regione, PLVTONI DEO IN LOCO SVB TERRA CONC. PERICVLO OCEANI LIBERATVS ARAM POSVIT FAB. VICELLIANVS EX VOTO. Et in Luſitania, NYMPHVS AVITVS PROCVLI F. PRO SALVTE FLACCILLÆ FLACCI V. C. F. VXORIS SVÆ VOTVM LIB. AN. SOL. Aliâs etiam legimus, C. PVLLIDIVS CELLIOR SENEX NVMINI SILVANI GRATIARVM AGENDARVM CAVSA VOTVM SOLVIT. Item in alio lapide, DEO SANCTO APOLLINI PACIFERO EX VOTO LIBENS SOLVIT MILES COHORT. X. PRÆTOR.

EXTAT verò tabulæ votiuæ, ſed valde corruptæ & luxatæ exemplum apud Liuium lib. XL. vbi M. Æmylium Cenſorem ædem Larium Permarinûm dedicaſſe ait, quam quadraginta antè annis L. Æmylius Regillus vouerat nauali prælio aduerſus præfectos regis Antiochi: ſupra cuius templi valuas tabula fixa erat cum huiuſmodi titulo. DVELLO MAGNO REGIBVS DIRIMENDO CAPVT SVBIGENDIS PATRANDÆ PACIS HÆC PVGNA EXEVNTI L. ÆMYLIO M. ÆMYLII FILIO AVSPICIO, IMPERIO, FELICITATE DVCTVQVE EIVS INTER EPHESVM CAMVCVMQVE INSPECTANTE COS. IPSO ANTIOCHO, EXERCITV OMNI, EQVITATV ELEPHANTISQVE CLASSIS REGIS ANTIOCHI ANTEA SIC VICTA, FVSA, CONTVSA FVGATAQVE EST, IBIQVE EO DIE NAVES LONGÆ CVM OMNIBVS SOCIIS CAPTÆ QVADRAGINTA DVÆ. EA PVGNA PVGNATA REX ANTIOCHVS REGNVMQVE EIVS: EIVS REI ERGO ÆDEM LARIBVS PERMARINIS VOVIT. De cuius tabulæ ſanitate & integritate neque repromittere neque præſtare quidquam poſſum: quandoquidem iis morbis & vitiis laborat, quæ abſque manuſcriptorum librorum auxilio curare difficile eſſet. Ego planè Dauum me eſſe non OEdipum ingenuè profiteor. Certis quidem numeris & pedibus ſupraſcriptum carmen conſtare, atque adeo verſibus Saturniis ſcriptum adfirmare non dubito Attilij Fortunatiani auctoritate fretus, cuius hæc ſunt in lib. de Arte, verba. *Apud noſtros autem in tabulis antiquis, quas triumphaturi duces in Capitolio figebant, memoriæque ſuæ titulum Saturniis verſibus perſequebantur, talia reperi exempla: Ex Regilli tabula,* DVELLO MAGNO DIRIMENDO REGIBVS SVBIGENDIS. Quod initium à Liuiani Codicis ſcriptura paullulum differt. Saturniorum autem verſuum meminit Varro lib. VI. de Lingua Lat. Cuiuſmodi verſus ſolutos fuiſſe & liberos oſtendit Seruius in lib. II. Georgic. ad ea verba: *Verſibus incomptis ludunt: Incomptis,* inquiens, *id eſt carminibus Saturnio metro compoſitis, quod ad rythmum ſolùm vulgares componere cõſueuerant.* Feſtus Pomp. in verbo, *Saturnus: Verſus quoque antiquiſſimi, quibus Faunus fata cecinisse hominibus videtur, Saturnij appellantur, quibus & à Næuio bellum Punicum ſcriptum eſt, & à multis aliis plura compoſita ſunt.* Aſconius Pædianus in Orat. II. in Verrem: *Antiquum Næuij eſt, Fato Metelli Romæ fiunt Conſules: cui tunc Metellus Cos. iratus, verſu reſponderat ſenario hypercatalecto, qui & Saturninus dicitur, Dabunt malum Metelli Næuio poetæ.* De quo verſuum genere latè & copioſè differit Marius Victorinus lib. IIII. de Ortograph. & de Metrorum ratione cap. vlt. Illius porrò voti etiam meminit Macrob. lib. I. Saturnal. cap. X. dicens, *Vndecimo autem Kalendarum feriæ ſunt Laribus dedicatæ, quibus ædem, bello Antiochi, Æmylius Regillus Prætor in campo Martio curandam vouit.*

ALIVD præterea votiuæ tabulæ exemplum reperi apud Plin. lib. VII. Natur. hiſtor. cap. XXVI. quo loci Pompeiũ in delubro Mineruæ, quod ex manubiis dicauit, huiuſmodi tabulam fixiſſe refert. CN. POMPEIVS MAGNVS IMP. BELLO XXX. ANNORVM CONFECTO, FVSIS, FVGATIS, OCCISIS, IN DEDITIONEM ACCEPTIS

HOMINVM

HOMINVM CENTIES VICIES SEMEL LXXXIII. M. DEPRESSIS AVT CAPTIS NAVIBVS DCCCXLVI. OPPIDIS, CASTELLIS MDXXXVIII. IN FIDEM RECEPTIS, TERRIS A MÆOTIS LACV AD RVBRVM MARE SVBACTIS, VOTVM MERITO MINERVÆ.

SED & cùm votiua dona & munera Diis figebantur, ponebantúrque, Titulos adſcribere mos erat, quemadmodum Liuius lib. XXIII. oſtendit. Ouidius lib. VIII. Metamorphoſ.

—DANT MVNERA TEMPLIS,

ADDVNT ET TITVLOS: TITVLVS *breue carmen habebat:*

VOTA PVER SOLVIT, QVÆ FOEMINA VOVERAT IPHIS.

Ouid. lib. II. Amor. Eleg. XIII.

Ipſe ego TVRA DABO *fumoſis candidus aris,*

Ipſe feram ante tuos, MVNERA VOTA, *pedes.*

ADIICIAM TITVLVM, SERVATA NASO CORINNA:

TV MODO FAC TITVLO MVNERIBVSQVE LOCVM.

Sueton. in Calig. cap. XIIII. *Vt verò in aduerſam valetudinem incidit, pernoctantibus cunctis circa palatium, non defuerunt qui depugnaturos ſe* PRO SALVTE ÆGRI, QVIQVE CAPITA SVA, TITVLO PROPOSITO VOVERENT. Huc pertinet quod idē in Auguſto cap. LIX. *Nonnulli, ait, Patrumfamiliàs, teſtamento cauerunt, vt ab heredibus ſuis,* PRÆLATO TITVLO *victimæ in Capitolium ducerentur,* VOTVMQVE PRO SE SOLVERETVR, QVOD SVPERSTITEM AVGVSTVM RELIQVISSENT. Propertius Eleg. III. lib. III.

Armáque cùm tulero portæ VOTIVA *Capenæ,*

Subſcribam, SALVO GRATA PVELLA VIRO.

Idem lib. II. Eleg. XIX.

Pro quibus optatis ſacro me carmine damno,

Scribam ego, PER MAGNVM SALVA PVELLA IOVEM.

VOTA porrò non tantū tabellis mandari, ſed & cera figi, & quidē plerumq; in femore genúve Deorū annulo obſignari conſueuiſſe indicio eſt quod Apul. Apolog. I. VOTVM, ait, *in alicuius ſtatuæ femore* ADSIGNASTI. *igitur magus es: aut cur ſignaſti?* Philoſtrat. quoq; de quodam ſimulacro: Καὶ τὴ Δία ἀλείφοντες τέ καὶ ἐπισφραγιζόμενοι τὰς εὐχὰς ἐξηλλάχασι τοῦ εἴδους. Plin. Epiſt. ad Traian. lib. X. *Sollemnia vota pro incolumitate tua, qua publica ſalus continetur, &* SVSCEPIMVS *Domine, pariter &* SOLVIMVS, *precati Deos,* VT *velint ea ſemper* SOLVI *ſempérque* SIGNARI. Et huc pertinet quod Iuuenal. Sat. X. ſcribit:

Ergo ſuperuacua, aut perniciosa petuntur,

Propter quæ fas eſt GENVA INCERARE DEORVM.

Illic enim vetus interpres, *Incerare, inſignare, vota facere,* interpretatur. Ad hāc rē faciūt etiā hæc Luciani in Philopſeude verba: πολλοὶ ἦδ' ὅσ' ἔκειντο ὀβολοὶ πρὸς τοῖν ποδοῖν αὐτοῦ καὶ ἄλλα νομίσματα ἔνια ἀργυρᾶ πρὸς τὸν μηρὸν κηρῷ κεκολλημένα, καὶ πέταλα ἐξ ἀργύρου, εὐχαί τινος, ἢ μισθὸς ἐπὶ τῇ ἰάσει, ὁπόσοι δι' αὐτὸν ἐπαύσαντο πυρετῷ ἐχόμενοι. Sed & qui ſalui è naufragio euaſerant vnà cum tabula veſtes ſuas ex voto ſuſpendere ſolebant. Virgil lib. XII. Æn.

Seruati ex vndis vbi FIGERE DONA *ſolebant*

Laurenti diuo, & VOTAS SVSPENDERE VESTES.

Horat. lib. I. Car. Ode V.

Me TABVLA *sacer—*

VOTIVA *paries indicat vuida*

SVSPENDISSE POTENTI

VESTIMENTA MARIS DEO.

Vbi vetus interpres notat, naufragos veſtes, cùm quibus euaſerant in templo Neptuni aut alterius Dei marini ex pariete ſuſpendere conſueuiſſe ad voti ſolutionem.

ATQVE adeo pingi plerumque in his votiuis tabulis naufragorum caſus & pericula ſolebant. Cic. lib. III. de Nat. Deor. *Tu qui Deos putas humana negligere, nónne animaduertis ex tot* TABELLIS PICTIS, *quàm multi* VOTIS *vim tempeſtatis effugerint, in portúmque ſalui peruenerint.* Quò alluſit Horat. lib. II. Sermon. Saty. I. cùm ait,

VOTIVA, *pateat, veluti* DESCRIPTA TABELLA,

Vita ſenis. —

Quemadmodum bellè explicat vetus interpres his verbis. VOTIVA TABVLA EST, *quæ ex voto poſita eſt in templo aut aliquo loco publico, in qua deſcripta, hoc eſt,* DEPICTA EST *fortuna alicuius. Ita ſolent naufragi, ſuum naufragium in tabella depictum circumferre, & in templis alicui Deo conſecratum ſuſpendere.* Pictarum etiam tabularum, quas in templis ponebant, qui è morbo conualuerant, meminit Tibull. lib. I. Eleg. III.

Nunc Dea, nunc ſuccurre mihi: nam poſſe mederi

PICTA *docet templis multa* TABELLA TVIS.

EX hoc porrò votorum figendorum, rerúmque votiuarum ſuſpendarum ritu manat, quod ait idem Tibull. lib. II. Eleg. V.

PENDEBATQVE *vagi paſtoris in arbore* VOTVM,

Garrula ſilueſtri fiſtula ſacra Deo.

Item quod Propert. lib. IIII. Eleg. III.

Omnibus heu portis PENDENT *mea noxia* VOTA.

SED antequam ab hoc votorum ſermone digrediar, è re eſſe puto, ſollemnes quoſdam in votis faciendis ſeruatos ritus adnotare. A magiſtratibus certè & populo, vota PRÆEVNTE PONTIFICE MAX. ſuſcipi & nuncupari conſueuiſſe non eſt ignotum. Hoc palàm facit Liuius lib. XXX. quô loci Conſulem præeunte Pontif. Max. vouiſſe narrat. Et lib. XXXVI. vbi à Cos. votum præeunte Pontif. Max. nuncupatū ſcribit. Item lib. XL. Q. Martio Philippo verba præeunte populum Ro. votum ſuſcepiſſe refert. Idem lib. XLII. *In Capitolio,* ait, *vouit Conſul ludos fieri donariáque dari quanta ex pecunia decreuiſſet Senatus, cùm cētum & quinquaginta non minus adeſſent:* PRÆEVNTE VERBA LEPIDO PONTIF. MAX. ID VOTVM SVSCEPTVM EST. Vnde Valer. Max. lib. VIII. cap. XIII. Metellum, cùm admodū ſenex Pontifex creatus eſſet, tutelam tamē cæremoniarum per duos & viginti annos ore in votis nuncupandis minimè hæſitante geſſiſſe ſcribit. Et hoc eſt quod Valer. Flacc. lib. I. Argonautic. *Sacerdotem ait* DICTARE PIA VOTA.

ATQVE adeò in ſollemnibus votis non modò de ſcripto præiſſe aliquem, verū etiam adhibitos appoſitóſq; cuſtodes & obſeruatores vota nuncupantibus, qui attenderēnt. Plinius lib. XXVIII. Natur. hiſtor. cap. II. docet. Quo ſenſu CVSTODIS nomen accipiēdum eſt apud Senecam lib. I. de Clement. cùm ait. *Quid pulchrius eſt quàm viuere optantibus cunctis, &* VOTA NON SVB CVSTODE NVNCVPANTIBVS? Publicis etiam ſacerdotibus mandata fuiſſe vota quæ fierent, idem Seneca indicat Controuerſ. II. lib. I. *Pro libertate,* inquiens, *vota facienda ſunt, captiuæ mandabitis? pro pudicitia vota facienda ſunt, proſtitutæ mandabitis? pro militibus vota facienda ſunt, iſti mandabitis?*

PRÆTEREA illud, priuſquam à votis abeam, admonebo, eundem voüētium, quem & precantium habitum corporis fuiſſe. Vota namque SVBLATIS IN CÆLVM MANIBVS ſuſcipi & nuncupari conſueuiſſe, tàm verum eſt, quàm quod veriſſimum. Sic Liuius lib. X. *Inter hæc Cōſul* MANVS AD CÆLVM ATTOLLENS, *voce clara ita vt exaudiretur, templum Ioui Statori vouit.* Idem lib. XXX. *Quæ vota ſingulorum vniuerſorúmque fuiſſe? quoties in conciliis voces* MANVS AD CÆLVM PORRIGENTIVM *auditas? En vnquam ille dies futurus eſſet, quo vacuam hoſtibus Italiam, bona pace florentem viſuri eſſent?* Ouid. lib. XI. Metamorphoſ.

— *Hic votis numen adorat,*

BRACHIAQVE AD CÆLVM, *quod non videt, irrita* TOLLENS

POSCIT OPEM. —

Sic in ſuprà citatis Virgilianis & Ouidianis votis Cloanthus *palmas vtraſque porrò tendere,* & Aſcanius, *diuerſa brachia ducere,* Auguſtus verò, MANVS TENDERE, dicuntur. Et apud Plutarchum in Mario, πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνέχειν τὰς χεῖρας dicuntur Marius & Catullus, dum vouent. Seneca lib. II. de Benefic. *Hoc dicit, qui non exaudit precātium voces, & vndique* SVBLATIS IN CÆLVM MANIBVS VOTA FACIENTIVM *priuata ac publica.* Hoc etiam ſignificat Virgilius in Ceiri, cùm ait,

— *Et altum*

Suſpicit ad culti nutantia ſydera mundi,

Non accepta pius promittens munera Diuis.

Inde

Inde eſt quod ait Velleius Patercul. volum. poſterio. *Lætitiam illius diei concurſumque ciuitatis & vota penè inſerentium cælo manus.* Denique in numiſmate quodam Hadriani votum publicum exprimitur figura ſtolata ſtante, vtramque manum in ſublime attollente. Opi verò, quæ eadem Terra credebatur, SEDENTES vota concepiſſe, terrámque de induſtria tetigiſſe, Macrob. lib. I. Saturnal. cap. X. notat. Idémque ex Varrone D. Auguſt. lib. VII. de Ciuit. Dei tradit.

PLANE Græci tam precationes quàm vota communi vocabulo ΕΥΧΑΣ appellāt. Valerius tamen Maximus lib. I. cap. I. vota ſic à precationibus diſtinguit, vt dicat, Veteres cùm aliquid EXPOSCENDVM erat, VOTO; cùm COMMENDANDVM, PRECATIONE vſos. Quo expoſcendi verbo priſci auctores non rarò in hac re vtuntur. Virgil. lib. III. Æneid.

Sed VOTIS PRECIBVSQVE *iubent* EXPOSCERE PACEM.

Liuius lib. II. PACEM DEVM *veniámque irarum cæleſtium & finem peſti* EXPOSCVNT. Ouid. lib. IX. Metamorph.

Cogor OPEMQVE *tuam timidus* EXPOSCERE VOTIS.

ENIMVERO vt precationum & votorum, ita & deuotionum, imprecationum, dirarum & execrationum certam fuiſſe conceptionem conſtat. Certa planè fuiſſe & ſollemnia verba, quibus Dictatores, Coſs. Prætores ſeſe hoſtiúmque legiones deuouebant, oſtendit Cicero lib. II. de Nat. Deor. *At verò,* inquiens, *apud maiores tanta religionis vis fuit, vt quidā Imperatores etiam ſe ipſos Diis immortalibus* CAPITE VELATO, VERBIS CERTIS PRO REPVB. DEVOVERENT.

QVO in loco perperam recentiores quidam, verbis conceptis, emendarunt, vocémque, vt ita dicam, ſexagenariam de ponte, id eſt antiqua ſua poſſeſſione deiectam, quæ ſede ſua pulſa iure cū his interdicto vnde vi experiretur. Sollēnia enim legitima & cōcepta verba, CERTA vocaſſe veteres non eſt ignotum. Cicero lib. II. de Legib. *Sūt* CERTA LEGVM VERBA, *neque ea priſca.* Idem lib. II. de Inuent. *Cùm in* CERTA VERBA IVRENT *Iudices.* Idem lib. I. de Oratore: *Si iudicaretur* CERTIS *quibuſdam* VERBIS, *non nouis nuptiis fieri cum ſuperiore diuortium.* Varro lib. V. de ling. Lat. *Hinc Faſti dies, quibus* CERTA VERBA LEGITIMA *ſine piaculo Prætoribus licet fari.* Sic & Sext. Pōpon. Pontificem, dum dedicat, CERTA VERBA fari ait, in verbo *Fanum.* Et templa loca eſſe CERTIS VERBIS definita, in verbo *Minora.* Eiuſmodique verba Theophilus ΤΥΠΙΚΑ vocat. §. I. Inſtit. de Legat. I §. procurator. Inſtit. de his per quos ag. poſſ. & §. vlt. de adſignand. libert. §. in has De verbor. obligat. §. I. quib. mod. toll. obligat. ΟΙΚΕΙΑ ΡΗΜΑΤΑ tit. de Interdict. ΟΙΚΕΙΑ ΓΡΑΜΜΑΤΑ titul. de literar. obligat. Quæ ſtrictim obiterque interfatus, ad deuotionum ſollennia verba reuertar. Seneca Epiſt. LXVIII. lib. IX. *Decius ſe pro Repub. deuouit, & in medios hoſtes concitato equo mortem petens irruit. Alter poſt hunc fraternæ virtutis æmulus,* CONCEPTIS SOLLEMNIBVS *ac iam familiaribus* VERBIS *in aciem confertiſſimam irruit.* Plinius lib. XXVIII. Natur. hiſtor. cap. II. *Durat immenſo exemplo Deciorum patris & filij, quō* SE DEVOVERE, CARMEN. Auctor lib. de Vir. Illuſtrib. cap. XXVII. de P. Decio filio agens: *Exemplum,* ait, *patris imitatus aduocato M. Liuio Pontifice, haſtæ inſiſtens, &* SOLLEMNIA VERBA *reſpondens, ſe & hoſtes Diis manibus* DEVOVIT.

QVALE verò id carmen eſſet, aperit Liuius lib. VIII. qui Deciū in prælio contra Latinos his verbis præeunte Pontifice Maximo ſe deuouiſſe, narrat. IANE, IVPPITER, MARSPITER, QVIRINE, BELLONA, LARES, DIVI NOVENSILES, DII INDIGETES, DIVI QVORVM EST POTESTAS NOSTRORVM, HOSTIVMQVE, DIIQVE MANES, VOS PRECOR, VENEROR, VENIAM PETO, FEROQVE, VTI POPVLO ROM. QVIRITIBVS VIM VICTORIAMQVE PROSPERETIS, HOSTESQVE POPVLI ROM. QVIRITIVM TERRORE, FORMIDINE, MORTEQVE AFFICIATIS. SICVT VERBIS NVNCVPAVI, ITA PRO REPVB. QVIRITIBVS, EXERCITV, LEGIONIBVS, AVXILIIS POPVLI ROM. QVIRITIVM, LEGIONES AVXILIAQVE HOSTIVM MECVM DIIS MANIBVS TELLVRIQVE DEVOVEO. Quibus adiicit licuiſſe Conſulibus & Dictatoribus, cùm legiones hoſtium deuouerēt, non vtique ſe, ſed quem

vellent, ex legione Romana ſcripta, ciuem deuouere. Idem Liuius lib. x. *Hæc loquutus, M. Liuium Pontificem, quem deſcendens in aciem, digredi vetuerat ab ſe, praire iuſsit verba, quibus ſe legionéſque hoſtium pro exercitu populi Rom Quiritium* DEVOVERET. *Deuotus inde eadem precatione eodémque habitu, quo pater P. Decius ad Veſerim bello Latino ſe iuſſerat* DEVOVERI: *cùm ſecundum ſollemnes precationes adiecisſet,* PRÆ SE AGERE SESE FORMIDINEM AC FVGAM, CÆDEMQVE AC CRVOREM CÆLESTIVM, INFERNORVM IRAS CONTACTVRVM FVNEBRIBVS DIRIS, SIGNA, TELA, ARMA HOSTIVM, LOCVMQVE EVMDEM SVÆ PESTIS ET GALLORVM AC SAMNITIVM FORE, *hæc execratus in ſe hoſtéſque, quà confertisſimam cernebat Gallorum aciem, concitat equum: inferénſque ſe ipſe, infeſtis telis interfectus eſt.* Et hoc eſt carmen, quod Pontificem Maximum præfatum idem auctor lib. v. ſcribit his verbis: *Sunt qui M. Fabio Pontifice Max. præfante carmen,* DEVOVISSE *eos ſe pro P. R. Quiritibúſque tradant.*

VRBES verò antiquitus, quemadmodum Macrob. lib. III. Saturnál. cap. IIII. expoſuit, ſollemni carmine deuouebantur, in hunc modum: DIS PATER, VEIOVIS, MANES, SIVE VOS QVO ALIO NOMINE FAS EST NOMINARE, VT OMNES ILLAM VRBEM CARTHAGINEM, EXERCITVMQVE, QVEM EGO ME SENTIO DICERE, FVGA, FORMIDINE, TERRORE COMPLEATIS, QVIQVE ADVERSVM LEGIONES, EXERCITVMQVE NOSTRVM ARMA TELAQVE FERENT, VTI VOS EVM EXERCITVM, EOS HOSTES, EOSQVE HOMINES, VRBES, AGROSQVE EORVM, ET QVI IN HIS LOCIS, REGIONIBVSQVE, AGRIS, VRBIBVSVE HABITANT, ABDVCATIS, LVMINE SVPERO PRIVETIS: EXERCITVMQ. HOSTIVM, VRBES, AGROSQVE EORVM, QVOS ME SENTIO DICERE, VTI VOS EAS VRBES, AGROSQVE, CAPITA, ÆTATESQVE EORVM DEVOTAS, CONSECRATASQVE HABEATIS, OLLIS LEGIBVS, QVIBVS QVANDOQVE SVNT MAXIME HOSTES DEVOTI: EOSQVE EGO VICARIOS PRO ME, FIDE, MAGISTRATVQVE MEO, ET PRO POPVLO ROM. EXERCITIBVS, LEGIONIBVSQVE NOSTRIS DO, DEVOVEO, VT ME MEAMQVE FIDEM, IMPERIVMQVE LEGIONES, EXERCITVMQVE NOSTRVM, QVI IN HIS REBVS GERVNDIS SVNT, BENE SALVOS SIVERITIS ESSE: SI HÆC ITA FAXITIS, VT EGO SCIAM, SENTIAM, INTELLIGAMQVE, TVNC QVISQVIS VOTVM HOC FAXIT, VBI VBI FAXIT, RECTE FACTVM ESTO: OVIBVS ATRIS TRIBVS, TELLVS MATER, TEQVE IVPITER OBTESTOR.

DIRARVM quoque & execrationum certam fuiſſe conceptionem ex ea Atteij obnuntiatione patet, quæ à Plutarcho in Craſſo refertur, ex quo Appianus multa ad verbum, in ſuum Παρθικῶν librum diſſimulata Plutarchi mentione tranſtulit: quod illiberale furtum, indicio meo nunc primùm detectum & proditum credo. Et vt hâc quoque à ſtudioſis gratiam ineam, inſuper monebo ex Plutarcho replendam eſſe lacunam, quæ apud Appianum aſteriſco notatur, vicisſimque eſſe multa in Plutarchi codice, quæ in Appiano ſecus & interdum emendatius leguntur, vt non inutilem laborem capturus ſit, qui exemplo meo vtrumque conferre non grauatè feret. Sed ne temerè plagij huius indicium profiteri, Appianúmque per calumniam reum agere videar, doceam neceſſe eſt, Plutarchum Appiano antiquiorem. Cuius rei probatio non longè petenda eſt: Plutarchum enim Traiani temporibus floruiſſe nemini eſt ignotum: Appianum verò poſt Adrianum vixiſſe, ex ipſomet apparet. Libro namque primo de bell. Ciuilib. hæc ſcribit: Ὧν Ἀδριανὸς ἄρα μεμνημένος ὕστερον χρόνῳ πολλῷ τὸν Αὐτοκράτορα Ῥωμαίοις ἡγούμενος, ἀρχήν τινα καὶ μετ᾽ αὐτὸν ἐπέμπετο ἐς βραχύ. Item in Ἰβηρικῇ. Καὶ πατρίς ἐστι Τραϊανῷ τε καὶ Ἀδριανῷ τῶν ὕστερον Ῥωμαίοις ἀρξάντων τὴν αὐτοκράτορα ἀρχήν.

IGITVR vt ad diras redeamus, Craſſo expeditionem aduerſus Parthos paranti Atteium Tribunum pl. obnuntiaſſe dirarum execratione adhibita, memoriæ quoque prodiderunt Cic. lib. I. de Diuinat. Velleius Patercul. lib. II. Dio lib. XXXIX. Et hoc eſt quod Lucanus ait lib. IIII.

— *Craſsúmque in bella ſecutæ*

Sæua

Sæua Tribunorum VOVERVNT *prelia* DIRÆ.

FVISSE etiam ſollemnes quaſdam execrationes indicat Liuius lib.xxxi.cùm ait: *Præeuntibus* EXECRABILE CARMEN *ſacerdotibus*. Idémq; lib.x. dirum quoddam EXECRATIONVM CARMEN Samnitium memorat. Plin.lib.viii.cap.vii. Populus Pompeio diras,quas ille mox luit,pœnas imprecatum ſcribit. Idem lib. xxviii. cap. ii. *Defigi quidem* DIRIS DEPRECATIONIBVS *nemo non metuit*. Velleius Paterc. lib. ii. de Merula: *Inciſis venis,ſuperfuſóque altaribus ſanguine, quos ſæpe pro ſalute Reip. flamen Dialis precatus erat, Deos* IN EXECRATIONEM *Cinnæ, partiúmque eius tum precatus, optimè de Repub. meritum ſpiritum reddidit*. Suetonius in Claud. cap. xii. *Quaſi parricidam* DIRIS EXECRATIONIBVS *inceſſere*. Tacitus lib. v. Druſi deficientis voces exceptas memorat,queis primò alienationem mentis ſimulans quaſi per dementiam funeſta Tiberio,mox vbi expes vitæ fuit, meditatas compoſitáſque Diras imprecabatur. Extant & Diræ Valerij Catonis in Battarum, Horatij in Canidiam in lib. Epodon, Ouidij in Ibin, Propertij in Cynthiam Eleg.vlt.lib.ii. Spartianus in Didio Iuliano: *In curiam* DIRAS IMPRECATI SVNT. Carminum etiam Deuotionúmq; à Cornel. Tacit. lib. ii. & lib. iiii. & Sueton. in Caligula cap. iii. fit mentio. Apuleius lib.ii. de Aſino aur. *An non putas* DEVOTIONIBVS MEIS *poſſe* DIRAS INNOVARI?

VT autem in votis vtebantur verbo VOVEO, ita & in deuotionibus & execrationibus, verbo, DEVOVEO. Ouid. in Ibin:

Illum ego DEVOVEO, *quem mens intelligit, Ibin.*

Et ibidem:

Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin,
Hoc ego DEVOVEO *téque tuóſque malo.*

Idem lib.v. Triſt. Eleg. viii.

Quamuis interdum, quæ me læſiſſe recordor,
Carmina DEVOVEO, *Pieridéſque meas.*

Et lib.xiii. Metamorphoſ.

— *Meúmque*
DEVOVEAS *ſine fine caput.* —

SANE quibus imprecabantur, iis DEOS IRATOS exoptabant. Plaut. Amphitruo. Act. ii. Sc. ii.

-- TE SVMME IVPITER,
QVÆSO, AMPHITRVONI VT SEMPER IRATVS SIES.

Quam imprecationem Alcmena abominans reſpondet, AH PROPITIVS POTIVS. Afranius Depoſito apud Non. Marcell.

DII SINT IRATI TIBI
Qui conciere cogites tantum mali.

Cic.lib.iii. de Diuinat. *Ergo*, inquit, *mihi Alabandus*, TIBI HERCVLES IRATVS SIT. Idem lib.iiii. Epiſt. ad Atticum. *De Apollonio quod ſcribis*, QVI ILLI DII IRATI *homini Græco*. Liuius lib. ii. in execratione, iuriſiurandi ſanciendi cauſa, Iouem Patrem, Gradiuúmque Martem, alióſque IRATOS DEOS, M. Flauoleium Centurionem inuocaſſe ſcribit. Idem lib.v. *Pro certo ſe habere, neminem in concione ſtare, qui illo die non* CAPVT, DOMVM, FORTVNASQVE L. VIRGINII AC MARCI SERGII SIT EXECRATVS DETESTATVSQVE. *Minimè conuenire, quibus* IRATOS *quiſque* DEOS PRECATVS SIT, *in his ſua poteſtate cùm liceat & oporteat, non vti*. Tertullian. in lib. de Idololatr. *Scio quemdam, cui Dominus ignoſcat, cùm illi in publico per litem dictũ eſſet*, IVPITER TIBI SIT IRATVS, *reſpondiſſe*, IMO TIBI. Sic & Ouid. lib.iii. de Arte aman. in ludò, in quo ſæpe furiis quibuſdam mentes agitantur:

Crimina, ait, dicuntur, reſonat clamoribus æther.
Inuocat IRATOS *& ſibi quiſque* DEOS.

IRATOS autem DEOS PROPITIIS opponi non eſt incognitum. Cicero in Piſo. *Quæ Dij negligunt, qui (vt noſter diuinus ille dixit Epicurus) neque* PROPITII *cuiquam eſſe ſolent, neque* IRATI. Seneca lib. ii. Natural. quæſt. *Mors omnes æquè vocat*, IRATIS DIIS, PROPITIISQVE *moriendum eſt*. Tertullianus Apologet. *Ne pro manu eſſet iure libertatis*

dicere, NOLO MIHI IOVEM PROPITIVM. *Tu quis es? Me conueniat* IANVS IRATVS, *ex qua volet fronte.*

AC planè, quemadmodum quibus imprecabantur his DEOS IRATOS; ita quibus bonam & ſanam mentem optabant, his DEOS PROPITIOS ET FACILES precabantur. Seneca Epiſt. CXI. lib. XV *Iubeo te habere mentem bonã, hoc eſt,* PROPITIOS DEOS *omnes, quos habet placatos & fauentes quiſquis ſibi ſe propitiauit.* Idem Seneca Epiſt. I. lib. XVII. turpiſſimum Mæcenatis de prorogando vitæ ſpatio votum ridens, QVID *huic optes*, ait, NISI DEOS FACILES? Votum autem illud Mæcenatis, cui Seneca eô loci alludit, certis adſtrictum fuiſſe numeris, non dubium eſt: quos ego, ſi mihi bona Formularũ noſtrarum pace ac venia, aliquantulum de ſpatio curriculóq; deflectere liceat, in aliquem Glyconiorũ verſuum ordinem redigam, ſimúlque in integrum reſtituere eos, manuſcriptorũ Nicolai Fabri codicum ope, conabor. Viam ſaltem ad abſolutã eorũ emendationem ſagacioribus præmonſtrabo: quibus vice cotis Horatianæ hac in parte fungi, & vel rudem atque impolitam obliteratorum verſuum formam proponere, præclarum ducerẽ. Sic ergo diſtinguendi videntur:

> *Debilem facito manu,*
> *Debilem pede, coxa,*
> *Tuber adſtrue gibberum,*
> *Lubricos quate dentes,*
> *Vita dum ſupereſt, bene eſt;*
> *Hanc mihi, vel acuta*
> *Si ſedeam cruce, ſuſtine.*

Verùm ne vt emanſor à ſignis abſim longius, apud Terentiũ Phormio. Act. IIII. Sc. III. Antipho dubitans vtrùm inſaniret aliquis, *Satin'*, ait, *illi* DII SVNT PROPITII? Liuius lib. XXXIX. *Eiectus à matre, quòd probus adoleſcens* (DII PROPITII ESSENT) *obſcœnis, vt fama eſſet, ſacris initiari nollet.* Et his quidem, quorum optatis fortuna reſpondebat DEOS PROPITIOS. Inſanientibus verò, infelicibus atque ærumnoſis DEOS IRATOS eſſe credebant. Plaut. Amphitruo. Act. IIII. Sc. II.

> TIBI IVPITER, DIIQVE OMNES IRATI CERTO SVNT.

Idem Ruden. Act. IIII. Sc. IIII.

> TIBI HERCLE DEOS IRATOS *eſſe oportet quiſquis es.*

Et Pœnulo Act. III. Sc. III.

> *Hunc chlamydatum quem vides,*
> EI MARS IRATVS EST.

Terent. Andr. Act. IIII. Sc. I.

> *Niſi mihi* DEOS *ſatis*
> *Scio fuiſſe* IRATOS, *qui auſcultauerim.*

Cicero in Orat. pro Cœlio: *Huic homini ego fortaſſe & pauci* DEOS PROPITIOS, *plerique autem* IRATOS *putabunt.* Apud Plaut. Mil. glor. Act. III. Sc. I. Paleſtrio fortunas Periplectomeni laudans, DII TIBI, ait, SVNT PROPITII.

MENDICI quidẽ certè gentiliũ, his qui eleemoſynã largiebantur, aliíque his, à quibus beneficium accipiebant, DEOS PROPITIOS precabantur. Auctorem habeo Tertullian. lib. de Idololatr. cuius ipſamet verba ponam: *Si dedero eleemoſynam, vel aliquid præſtitero beneficij, & ille mihi* DEOS SVOS *vel* COLONIÆ GENTIVM PROPITIOS IMPRECATVR. Eodem modo PROPITIVM quoque Cæſarem precatos, oſtendit Plinius Epiſt. V. lib. VI.

EST & illa peruulgata, crebriſque comicorum vſurpata ſermonibus imprecationis ſpecies, DII TE PERDANT, qua Plaut. vtitur Mercato. Act. V. Sc. IIII. & Pſeudolo Act. IIII. Sc. VII. Milite glor. Act. II. Sc. III. Caſina Act. III. Sc. IIII. Epidico Act. I. Sc. I. & Menechm. Act. II. Sc. II. &, IVPITER TE PERDAT, Ruden. Act. II. Sc. vlt. vel, IVPITER TE MALE DISPERDAT. Curculio. Act. V. Sc. II. &, IVPITER TE PERDVIT. Epidico Act. I. Sc. I. vt &, TE BONVS MERCVRIVS PERDAT, Caſina Act. II. Sc. III.

ATQVE vt in bonis precibus Deos Deáſque confuſè precabantur, quemadmodum ex Plauto Pſeud. Act. I. Sc. III. & Act. V. Sc. vlt. itidémque Pœnulo Act. III. Sc. III. & Act. V. Sc. IIII.

v.Sc.IIII.planum fit: Sic etiam, cùm imprecabãtur, Deos Deáſque generaliter, VT PERDERENT, rogabant. Plaut. Moſtellar. Act. III. Sc. I.

DII TE DEÆQVE OMNES FVNDITVS PERDANT.

Idem Caſina Act. II. Sc. III. & Sc. IIII.

DII ILLVM OMNES PERDANT, DEÆQVE.

Et Mercato Act. IIII. Sc. IIII. TE DII DEÆQVE PERDVINT. Cuiuſmodi imprecationis Formula extat in Moſtellar. Act. II. Sc. II. Curculio Act. V. Sc. vlt. & Menæchm. Act. II. Sc. II. Terentius Eunucho Act. II. Sc. III.

VT DII ILLVM DEÆQVE SENIVM PERDANT.

Idem Heautontimor. Act. IIII. Sc. V.

VT TE QVIDEM OMNES DII, DEÆ, *quantum eſt, Syre,*
Cum tuo iſto inuento, cúmque incœpto, PERDVINT.

Et Hecyra Act. I. Sc. II.

AT TE DII DEÆQVE PERDVINT *cum iſthoc odio Laches.*

His finitimum eſt illud Phormio. Act. V. Sc. VIII.

MALVM QVOD ISTI DII DEÆQVE OMNES DVINT.

INTERDVM nominatim Iouem in hoc genere, dein alios Deos inuocabant. Plautus Moſtellar. Act. I. Sc. I.

TE IVPITER DIIQVE OMNES PERDANT.

Idem Captiu. Act. IIII. Sc. I.

IVPITER TE DIQVE PERDANT.

Ibidémque Act. IIII. Sc. IIII.

DIESPITER TE DIIQVE ERGASILE PERDANT.

Similes imprecationes lector deprehendet Menæchm. Act. V. Sc. V. Curculio. Act. I. Sc. III. & Ruden. Act. IIII. Sc. IIII. Seneca etiam lib. de Conſolat. ad Albin. DII ISTOS DEÆQVE PERDANT, *quorum luxuria tam inuidioſi imperij fines tranſcendit.*

Ex Formulis imprecationum eſt hæc quoque, DII TE INFELICITENT. Cæcilius Nauclero apud Nonium, VT TE DII OMNES INFELICITENT, *cum malè monita memoria.* Plautus Pœnulo Act. II. Sc. II. & Mercato Act. I. Sc. III.

DII ILLVM INFELICITENT.

Idem Caſina Act. II. Sc. II.

DII ME ET TE INFELICITENT.

Et Epidico Act. I. Sc. I.

DII IMMORTALES TE INFELICITENT.

NEC prætermittenda eſt illa Terentiana imprecatio, DII TE ERADICENT, cuius exempla habemus Andr. Act. IIII. Sc. V. & Heautontimor. Act. III. Sc. II.

IN vſu etiam erat hæc loquendi formula, QVÆ RES TIBI VERTAT MALE, quam in Plauti Curculio. Act. II. Sc. II. & Terent. Adelph. Act. II. Sc. I. & Phormio. Act. IIII. Sc. III. legere me memini. Virgilius Bucolic. Ecloga vlt.

Hos illi, QVOD NEC BENE VERTAT, *mittimus agnos.*

OBSERVANDVM inſuper eſt imprecãtes dixiſſe, MALE SIT. Plaut. Curcul. Act. IIII. Sc. vlt. MALE VALE, MALE SIT TIBI. Ouid. lib. I. de Arte aman.

Sed MALE SIT, *tacita mente,* PRECARE, VIRO.

Plautinus vtique Phædromus Palinuro ſeruo in Curcul. Act. I. Sc. II. ita imprecatur, MALE TIBI DII FACIANT. Cicer. lib. XI. Epiſtol. familiar. ad Brutum: DII ISTI *Segulio* MALE FACIANT *homini nequiſſimo.* Nec ignota eſt illa Comicorum imprecatio, I. vel ABI IN MALAM CRVCEM. Cuius exempla ſi quis requirat, inueniet in Plauti Pſeud. Act. III. Sc. vlt. & Pœn. Act. I. Sc. II. & Moſtellar. Act. III. Sc. III. & Caſina Act. III. Sc. IIII. & V. & ABI IN MALAM REM, apud Terent. Andr. Act. II. Sc. I. & Phormione Act. V. Sc. VII. Dici quoque ab imprecantibus ſolitum, VÆ CAPITI TVO, Plaut. teſtis eſt Amphitruo. Act. II. Sc. II. & Mil. glorio. Act. II. Sc. III. & Menæch. Act. III. Sc. II. itidémque Act. V. Sc. II. Addit idem Ruden. Act. II. Sc. III. VÆ CAPITI ATQVE ÆTATI TVÆ.

DISCEDENTIBVS verò ac peregrè proficiſcētibus malè precātes, VIAM ILLAM PERPETVAM, vel ITER ILLVD PERPETVVM imprecabantur. Turpilius apud Nonium in verbo, *Itiner*: *Age, age, egredere, atque vtinam iſtuc* PERPETVVM ITINER SIT TIBI. Cicero in Piſo. *Quod tibi in prouinciam proficiſcenti euenit, vt omnes execrarentur,* MALE PRECARENTVR, VNAM TIBI ILLAM VIAM: ET PERPETVAM ESSE VELLENT. Et hoc eſt quod idem in Seſtiana, poſtquam Piſonem & Gabinium paludatos malis ominibus exiſſe dixit, addit: *Quibus vtinam eueniſſent ea quæ homines precabantur.*

IMPRECATIONES planè in ſe vel in alios, de quorum ſalute ſolliciti erant, factas, ita auertere ſolebant, VT IN EORVM QVI MALE PRECATI ERANT, CAPITA REIICERENT. Sic apud Plaut. Pœnul. Act.III. Sc.III. cū aduocati dixiſſent Lyco Martem iratum eſſe, Lycus ſubiicit, CAPITI VESTRO ISTHVC QVIDEM. Sic & Acontius Epiſt.XIX. Heroid. IN CAPVT SVVM periuria amicæ EVENIRE optat. Quinetiam ſi cui imprudenti maledictum excidiſſet, quod alterius animum offendiſſet, aut ſi quid cui imprecatus eſſet, cuius ſibi gratiam fieri, veniámque dari poſtularet, IN CAPVT SVVM RECIDERE precabatur ea, quæ alij euenire optauerat. Tibull. Eleg.II. lib.I.

Et mala ſi qua tibi dixit dementia noſtra,
Ignoſcas: CAPITI SINT PRECOR ILLA MEO.

Exempla duo ſuppeditat Seneca: vnū lib.III. de Benefic. alterum lib.IIII. eiuſdem argumenti. Priore loco narrat Rufum virum ordinis Senatorij, cùm inter cœnam optaſſet, ne Cæſar ex ea peregrinatione, quam parabat, ſaluus rediret, poſtridie à ſeruo admonitum, quantum ſibi periculi immineret ob ea quæ inter pocula, ebrius dixerat, Cæſari deſcendenti occurriſſe, ſeſeque ipſum vltrò detuliſſe, & cùm MALAM MENTEM habuiſſe ſe pridie iuraſſet, ID VT IN SE ET FILIOS SVOS RECIDERET, optaſſe. Poſteriore verò loco refert, Mamercum quemdam, qui Aſinium Pollionē verbo quodam obſcœno offenderat, placandi eius cauſa dixiſſe, QVIDQVID MALI DIXI, MIHI ET CAPITI MEO. Cicero lib.VIII. Epiſt. ad Attic. *Multa mala cùm dixiſſet*, SVO CAPITI, *vt aiunt*. Idem Philipp.XI. *A qua cùm ſit alienus*, SVO CAPITI, *ſaluis nobis*, OMINETVR. Cœlius Epiſt.I. ad Cicer. lib.VIII. Familiar. *Te ad IX. Kal. Ianuar. ſubroſtrani* (QVOD ILLORVM CAPITI SIT) *diſſiparant periiſſe*. Liuius lib.XXXIX. *Et* IN CAPVT *eorum deteſtari minas periculáque qui ſuaſiſſent*. Virg. lib.VIII. Æneid.

DII CAPITI *ipſius generique reſeruent.*

Seneca in lib. de Conſolat. ad Martiam: *Quis non ſi admoneatur, vt de ſuis cogitet, tamquam dirū omen reſpuat, &* IN CAPITA INIMICORVM, *aut ipſius intempeſtiui monitoris abire illa iubeat?*

PLERVMQ. enim HOSTIBVS EVENIRE optabant ea, quæ auerſabantur. Ouid. lib.III. de Arte aman.

HOSTIBVS EVENIAT *tam fœdi cauſa pudoris,*
Inque nurus Parthas dedecus illud eat.

Idem Epiſt.XV. Heroid.

HOSTIBVS EVENIANT *conuiuia talia noſtris.*

Et Epiſt.XIX.

HOSTIBVS, *& ſi quis ne fias noſtra, repugnat,*
SIC SIT *vt inualida te ſolet eſſe mihi.*

Idem lib.III. Amor. Eleg.X.

EVENIAT *noſtris* HOSTIBVS *ille pudor.*

Pedo Albinouan. in Carmine conſolator. ad Liuiam:

Vrbs gemit, & vultum miſerabilis induit vnum
GENTIBVS ADVERSIS FORMA SIT ILLA PRECOR.

Idem ibid.

HOSTIBVS EVENIAT *longa ſenecta metu.*

Propert. Eleg.VII. lib.III.

HOSTIBVS

HOSTIBVS EVENIAT *lenta puella meis.*

Idem lib. III. Odę XXVII.

HOSTIVM *uxores puerique, cæcos*
Sentiant motus orientis Auſtri.

Sic apud Senecam in Octauia Act. IIII. Sc. I. Poppæa mala & triſtia ſomnia ſacrificiis expiare conſtituens optat, VT TERROR IN HOSTES SVOS RECIDAT.

EXTREMVM illud erit, cùm maledictis ac probris ſeri ocimum conſueuiſſe. Quod Plinius lib. XIX. cap. VII. ita memorat; *Nihil ocimo fœcundius. Cùm maledictis ac probris ſerendum præcipiunt: lætius proueniet. Satum etiam pauitur terra adacta cauminum, & qui ſerunt,* PRECANTVR NE EXEAT.

IAM VERO, vt ad ea quæ reſtant pergamus, Dedicationes quoque certis & ſollemnibus verbis factas Paulus in Feſti Epitome indicat, cùm Fanum à Fano dictum, ſiue à fando tradit: eò quòd, DVM PONTIFEX DEDICAT, CERTA VERBA FATVR. Similiter Varro lib. v. de ling. Latina: *Hinc,* ait, *Fana nominata, quòd Pontifices, in ſacrando,* FATI SVNT FINEM. Iſidorus quoque lib. VI. Origin. *Omne,* ait, *quod Deo datur, aut Dedicatur aut Conſecratur. Quod Dedicatur* DICENDO *datur, unde & appellatur.* Apertius verò hoc ipſum Cicero Orat. pro domo ſua oſtendit, cùm domus ſuæ dedicationem, vt non ritè ac legitimè factam exagitat. *Ego verò,* inquit, *ſi omnia ſollemnibus verbis veteribus & priſcis inſtitutis acta eſſe dicerem, tamen me Reipub. iure defenderem.* Et poſtea: *An* SI POSTEM TENVERIT PONTIFEX, *& verba ad religionem Deorum immortalium compoſita, ad perniciem ciuium tranſtulerit, valebit ad iniuriam nomen ſanctiſſimum religionis?* Et ibidem: *Si is Q. Cæpionis inimici ſui* POSTEM ÆDIVM TENVISSET, *& pauca verba feciſſet, ædes Cæpionis eſſent dedicatæ.* Valerius Maximus lib. V. cap. X. *Horat. Puluillus cùm in Capitolio Ioui Opt. Max. ædem Pontifex dedicaret,* INTERQVE NVNCVPATIONEM SOLLEMNIVM VERBORVM, POSTEM TENENS, *mortuum eſſe filium ſuum audiuiſſet, neque manum à poſte remouit, ne tanti templi dedicationem interrumperet.* Seneca lib. de Conſolation. ad Marciam, *Puluillus hoc fecit Pontifex,* CVI POSTEM TENENTI, ET CAPITOLIVM DEDICANTI *mors filij nuntiata eſt: quam ille exaudiſſe diſſimulans, & ſollemnia Pontificalia verba accepit, gemitu non interrumpente precationem, & ad filij ſui nomen Ioue propitiato.* Et hæ nimirum ſunt, quas Plutarch. in Publicola νενομισμένας ἐπὶ τῇ καθιερώσει φωνὰς appellat. Ex quo, non minùs quàm ex illis Ciceronis, Valerij & Senecæ locis, obſeruandum obiter moneo, in templorũ dedicationibus poſtẽ teneri cõſueuiſſe. Hoc enim Plutarc. apertè tradit his verbis: Ἠθροισμένων ἁπάντων εἰς τὸ Καπιτώλιον, ὁ μὲν Ὡράτιος σιωπῆς γενομένης, τά τε ἄλλα δράσας καὶ τῶν θυρῶν ἁψάμενος, ὥσπερ ἔθος ἐστὶν, ἐφθέγγετο τὰς νενομισμένας ἐπὶ τῇ καθιερώσει φωνάς. Quod & Liuius lib. II. ſignificat: *Ægrius,* inquiens, *quàm dignum erat, tulere Valerij neceſſarij, tam inclyti templi Horatio dari: poſtquam alia fruſtra iam tentata erãt,* POSTEM IAM TENENTI CONSVLI *inter precationem Deûm, nuntium incutiunt.*

VERBIS porrò ſollemnibus præibant Pontifices in Dedicatione. Liuius lib. IX. de Cn. Flauio: *Ædem Concordiæ in area Vulcani ſumma inuidia nobilium dedicans, coactúſque cõſenſu populi Cornelius Barbatus Pontifex Max. verba præire, cùm more maiorum negaret, niſi Conſulem aut Imperatorem poſſe templum dedicare.* Varro lib. v. de lingua Lat. *Sic enim ædes ſacræ à Magiſtratu Pontifice præeunte dedicatur.* Vſos verò eos DEDICANDI verbo in hac te demonſtrat Liuius lib. I. quo Romulum ita loquentem inducit: IVPITER FERETRI, HÆC TIBI VICTOR ROMVLVS REX REGIA ARMA FERO, TEMPLVMQVE IIS REGIONIBVS, QVAS MODO ANIMO METATVS SVM, DEDICO, SEDEM OPIMIS SPOLIIS, QVÆ REGIBVS DVCIBVSQVE HOSTIVM CÆSIS, ME AVCTOREM SEQVENTES POSTERI FERENT. Apud eumdem lib. X. *Virginius,* HANC, ait, EGO ARAM PLEBEIÆ PVDICITIÆ DEDICO. Tibull. lib. IIII. Elegiar.

VILLICVS *ærari quondam, nunc cultor agelli,*
HÆC TIBI PERSPECTVS TEMPLA PRIAPE DICO.

Vnde idem Eleg.x.

HANC TIBI FALLACI RESOLVTVS AMORE TIBVLLVS
DEDICAT, ET GRATA SIS, DEA, MENTE ROGAT.

Idem etiam probat inſcriptio Capitolina his verſibus:

ALCIDÆ SACRI GENERIS DECVS, HOC TIBI PRÆTOR
ET IOVIS ANTISTES DEDICO PERPETVVS.

Solebant autem Magiſtratus ædes aráſve dedicaturi, rem priùs ad collegium Pontificum referre, quibus vt adeſſent, denuntiari ſolebat ea verborum formula, quæ eſt à Cicerone Oratio. pro domo ſua poſita, ADES, ADES, LVCVLLE SERVILI, DVM DEDICO ÆDEM HANC, VT MIHI PRÆEATIS, POSTEMQVE TENEATIS. Sed & bonorum Conſecrationes, quæ à Tribuniſplebis foculo poſito, adhibito tibicine fiebant, ſua habuiſſe ſollemnia verba, Idem Cicero eadem declarat: *Si Tribunuſpl.* ait, *verbis non minus priſcis, & penè ſollemnibus bona ciuis cuiuſpiam conſecrarit.* Et mox: *An Conſecratio nullum habet ius, Dedicatio eſt religioſa? Quid ergo illa tum obteſtatio tibicinis? Quid foculus? quid preces? quid priſca verba voluerunt?*

NEC tamen VERBIS modò, ſed ET MANV conſecrationes fieri dicebantur. Cicero lib. II. de Legib. *Bene verò quod mens, pietas, virtus,* FIDES CONSECRATVR MANV: *quarum omnium Romæ* DEDICATA *publicè* TEMPLA *ſunt*. Idem in Orat. pro domo ſua: *Cùm ſuis* DICAT SE MANIBVS CONSECRASSE, *quæ tua fuit Conſecratio?* Ouid. lib. I. Faſt.

Sacra vocant Auguſta patres: Auguſta vocantur
TEMPLA, *ſacerdotum ritè* DICATA MANV.

Ædium autem ſacratum dedicationi leges dici ſolitas, Plinius lib. x. Epiſtolarum ad Traianum indicat: *An putes*, ait, *ædem*, CVI NVLLA LEX DICTA EST, *ſalua religione poſſe transferri?* Cui ſic reſpondet Traianus: *Nec te moueat, quòd* LEX DEDICATIONIS *nulla reperitur*. Exemplum inſigne ex Salonæ vrbis monumento, quod hodiéque Patauij viſitur, proferam. Id autem eſt huiuſmodi: L. ÆLIO CÆSARE IMP. P. CÆLIO. P. F. BALBINO VIBVLIO PIO COSS. VII. ID. OCTOBRES CN. DOMITIVS VAL. II. VIR. I. D. PRÆEVNTE C. IVLIO SEVERO PONTIFICE LEGEM DIXIT, IN EA VERBA, QVÆ INFRA SCRIPTA SVNT. IVPITER OPTIME MAX. QVANDOQVE TIBI HODIE ARAM DABO DEDICABOQVE OLLIS LEGIBVS, OLLISQVE REGIONIBVS DABO, DEDICABOQVE, QVAI HIC HODIE PALAM DIXERO: VT INFIMVM SOLVM HVIVS ARÆ EST, SI QVIS HIC HOSTIA SACRVM FAXIT, QVOD MAGMENTVM NEC PROTOLLAT, ITCIRCO TAMEN PROBE FACTVM ESTO. CETERÆ LEGES HVIC ARÆ EÆDEM SVNTO, QVÆ ARÆ DIANÆ SVNT IN AVENTINO MONTE DICTÆ. HISCE LEGIBVS, HISCE REGIONIBVS, SICVTI DIXI, HANC TIBI ARAM IVPITER OPTIME MAX. DICO DEDICOQVE, VTI SIES VOLENS PROPITIVS MIHI, COLLEGIBQVE MEIS, DECVRIONIBVS, COLONIS, INCOLIS COLONIÆ MARTIÆ, IVLIÆ SALONÆ, CONIVGIBVS, LIBERISQVE NOSTRIS. Cui ſimile aliud è Narbonis Martij antiquo lapide deſcriptum monumentum ταυτολογίας reprehenſionem minimè veritus ſubiungendum cenſui, propter eam quæ inter vtramque inſcriptionem intercedit varietatem. Sic autem habet:

NARBONESIS NVMINI AVGVSTI DEDICAVIT LEGIBVS IIS. Q. I. SS. NVMEN CÆSARIS AVG. P. P. QVANDO TIBI HODIE HANC ARAM DABO DEDICABOQ. HIS LEGIBVS, HISQ. REGIONIBVS DABO DEDICABOQVE, QVAS HIC HODIE PALAM DIXERO VTI INFIMVM SOLVM HVIVSQVE ARÆ TITVLORVMQVE EST. SI QVIS TERGERE, ORNARE, REFICERE VOLET, QVOD BENEFICII CAVSA FIAT

IVS

IVS FASQVE ESTO, SIVE QVIS HOSTIA SACRVM FAXIT, QVI MAGMENTVM NEC PROTOLLAT, IDCIRCO TAMEN PROBE FACTVM ESTO. SI QVIS HVIC ARÆ DONVM DARE AVGEREQVE VOLET, LICETO, EADEMQVE LEX EI DONO ESTO, QVÆ ARÆ EST. CETERÆ LEGES HVIC ARÆ, TITVLISQVE EÆDEM SVNTO, QVÆ SVNT ARÆ DIANÆ IN AVENTINO. HISCE LEGIBVS, HISQ. REGIONIBVS, SIC VTI DIXI, HANC TIBI ARAM PRO IMP. CÆSARE AVG. P. P. PONTIFICE MAXIMO TRIBVNITIA POTESTATE XXXV. CONIVGE, LIBERIS, GENTEQVE EIVS SENATV POPVLOQVE ROM. COLONIS INCOLISQVE COL. IVL. PATERN. NARB. MART. QVI SE NVMINI EIVS IN PERPETVVM COLENDO OBLIGAVERVNT, DOQVE, DEDICOQVE VTI SIES VOLENS PROPITIVM.

QVIBVS in inſcriptionibus notanda eſt haud vulgaris MAGMENTI vox, cuius & à Varrone lib. IIII. de ling. Lat. & Arnob. lib. VII. aduerſus Gent. & Feſto aut potius Paullo fit mentio. Et Varro quidem MAGMENTVM interpretatur eſſe ex immolata hoſtia deſectum in iecore imponendo, augendi cauſſa, & ita appellatum à Magis, quod ad religionem pertinet. Gloſſarium verò vetus MAGMENTVM explicat, Ἐφ' ὃ τὰ σπλάγχνα τιθέμενα τοῖς βωμοῖς προσφέρονται. Sed inſtitutum proſequamur. Aliam quoque formulam legis dictæ in Dedicatione habemus in Tabula, quæ Romæ conſpicitur, in hæc verba: EX VOTO SVSCEPTO, QVOD DIV ERAT NEGLECTVM NEC REDDITVM, INCENDIOR. ARCENDORVM CAVSA, QVANDO VRBS PER NOVEM DIES ARSIT NERONIANIS TEMPORIBVS, ET HAC LEGE DEDICATA EST, NE CVI LICEAT INTRA HOS TERMINOS ÆDIFICIVM EXTRVERE, MANERE, NEGOTIARI, ARBOREM PONERE, ALIVDVE QVID SERERE, ET VT PRÆTOR, CVI HÆC REGIO SORTI OBVENERIT, LITATVRVM SE SCIAT, ALIVSVE QVIS MAGISTRATVS VOLCANALIB. X. K. SEP. OMNIBVS ANNIS VITVLO ROBIO ET VERRE.

IN aliquot planè ſacellis ſcriptum, Varrone teſte, habebatur, NE QVID SCORTEVM ADHIBERETVR. Quod idcirco cautum ille lib. VI. de ling. Lat. tradit, ne morticinium quid adeſſet. Vnde Ouid. lib. I. Faſt.

SCORTEA NON ILLI FAS EST INFERRE SACELLO,
NE VIOLENT PVROS EXANIMATA FOCOS.

ARIS etiam titulos inſcribi conſueuiſſe, qui cauſam continebant, ób quám eæ poſitæ eſſent, demonſtrat Suetonius in Calig. cap. VIII. *Addit etiam*, inquiens, *pro argumento, aras ibi oſtendi inſcriptas*, OB AGRIPPINÆ PVERPERIVM. Atq; ita ARA ADOPTIONIS, intelligi debet apud Tacitum lib. I. quæ nimirum adoptionis ergô poſita erat. Extat & Romæ inſcriptio huiuſmodi:

L. O. M. D. PRO SALVTE AVGG. NN. SEPTIMI SEVERI PII PERTINACIS ET M. AVRELI ANTONII PII FELICIS AVG. ET IVLIÆ AVG. ET S. P. Q. R. SENNIVS AVGG. NN. OPTIO TABELLARIORVM STATIONIS MARMORVM. ARAM POSVIT.

Ibidem alia viſitur his verbis:

C. MARCIVS C. F. SALVIANVS NORBA. GENIO CENTVRIÆ COH. X. PR. P. MARI BASSI IN QVA MILITAVIT ANN. XIIX. VOTO SVSCEPTO MISSVS HONESTA MISSIONE PRID. NON. IANVAR. Q. FABIO CATVLLINO, M. FLAVIO APRO COS. ANIMO LIBENS ARAM SVA PECVNIA POSVIT.

A Liuio etiam lib. XXVIII. memoriæ proditum eſt Annibalem in Iunonis Laciniæ templo aram condidiſſe, dedicaſſéque cum ingenti rerum abs ſe geſtarum Tirulo Punicis Græciſque literis inſculpto. Sed & quibus Diuis poſitæ eſſent, adſcribi ſolitum oſtēdit Valerius lib. II. cap. V. *Cùm ad XX. pedum altitudinem*, ait, *humo egeſta perueniſſent, animaduerterunt* ARAM DITI PATRI, PROSERPINÆ, INSCRIPTAM. In numo quodam

Tiberij ara ſculpta eſt cum hac inſcriptione, PROVIDENTIÆ AVGVSTI. In Hiſpania lapis extat cum inſcriptione hac, DEO FVLGVRATORI ARA. Sic & Athenis ara inſcripta erat ΑΓΝΟΣΤΩι ΘΕΩι: vt ex Act. Apoſtol. cap. XVII. patet. Quod Lucianus in Dialogo, qui φιλόπατρις inſcribitur, & Philoſtrat. lib. VI. de vita Apollon. confirmant.

Deorum quoque SIGNIS inſcriptiones addebantur. Plutarchus in Cic. Καὶ τὸ μὲν ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς, ὃ πολὺν χρόνον ἔχων ἐπὶ τῆς οἰκίας ἱδρυμένον ἐτίμα διαφερόντως, εἰς Καπιτώλιον κομίσας, ἀνέθηκεν ἐπιγράψας, ΑΘΗΝΑι ΡΩΜΗΣ ΦΥΛΑΚΙ. Eóque veriſimile eſt Ciceronem reſpexiſſe Epiſt. III. lib. VII. ad Attic. cùm ait: TAMEN ILLA QVAM SCRIBIS CVSTOS VRBIS ME PRÆCLARÆ INSCRIPTIONIS *memorem eſſe cogeret*. Signorum planè vulgaris inſcriptio erat hæc, IOVI, puta, VEL IVNONI, VEL HERCVLI SACRVM: qua frequentior alia nulla in vetuſtis lapidibus occurrit: in quibus præter ſuprà citatas, has quoque deprehendimus, SILVANO SANCTO SACRVM. LIBERO PATRI SACRVM. ISIDI AVGVSTÆ SACRVM. Aliâs etiam inueniuntur hæc verba, LIBERI PATRIS SIGNVM.

PLERVMQVE autem Signis eorum nomen inſcribebatur, qui ea dedicarant, poſuerant, ſtatuerant. Liuius lib. XXXVIII. *Eo anno in ædem Herculis* SIGNVM DEI *ipſius, ex Decemuirorum reſponſo, & ſeiuges in Capitolio aurati, ab Cn. Cornelio poſiti*: CONSVLEM DEDISSE *inſcriptum eſt*. Scæuola in L. Titia teſtamento. §. vlt. D. de auro arg. leg. caput teſtamenti refert, quo cauebat teſtatrix SIGNVM DEI fieri ex libris centum, & in æde patriæ ſuæ ſtatui CVM SVBSCRIPTIONE NOMINIS SVI.

INTERDVM vnde pecunia redacta eſſet, inſcriptione declarabatur. Liuius lib. II. *Peculiúmque filij Cereri conſecraſſe*, SIGNVM *inde factum eſſe, & inſcriptum*, EX CASSIA FAMILIA FACTVM ESSE. Quod & Dionyſ. Halicarn. lib. VIII. recenſet his verbis: Ἔπειτα δέ μοι αὐτόθεν τεκμήρια ὄντα οὐκ ἐλάχιστα, καὶ πρὸς τὴν ἑτέραν ἄγει συγκατάθεσιν, ὅτι μετὰ τὸν θάνατον τοῦ Κασσίου, ἥ τε οἰκία κατεσκάφη, καὶ μέχρι τοῦδε ἀνεῖται ὁ τόπος αὐτῆς αἴθριος, ἔξω τοῦ νεὼ τῆς γῆς, ὃν ὕστερον ἡ πόλις κατεσκεύασε χρόνοις ἐν μέρει τινὶ αὐτῆς, καὶ τὴν ἐπὶ Καρίνας φέρουσαν ὁδόν, καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ τὸ κοινὸν ἀπέλαβεν, ἐξ ὧν ἀπαρχὰς ἐν ἄλλοις τε ἱεροῖς ἀνέθηκε, καὶ δὴ καὶ τῇ Δήμητρι τοὺς χαλκοῦς ἀνδριάντας, ἐπιγραφὰς δηλούσας ἀφ' ὧν εἰσὶ χρημάτων ἀπαρχαί. Itaque inſcriptionem, quæ Romæ extat in hæc verba, IMP. DIVI F. AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS. IMP. XIII. COS. XI. TRIB. POTEST. XV. EX STIPE QVAM POPVLVS ROMANVS ANNO NOVO ABSENTI CONTVLIT NERONE CLAVDIO DRVSO, T. QVINCTIO CRISPINO COSS. VOLCANO, credibile eſt ex baſi ſigni cuiuſdam ab Auguſto conſecrati auulſam eſſe. Hoc enim quia nobis non conſtat, pro certo ponendum non videtur, ſed coniiciendi copiam præbet Suetonius, qui Auguſto Kalendis Ianuariis ſtrenam in Capitolio etiam abſenti omnes Romæ ordines iecíſſe narrat, ex qua ſumma Deorum precioſiſſima ſigna mercatus vicatim dedicabat.

SIMILITERQVE DONIS quæ figebantur, dicabãtur, ſacrabantur, inſcriptiones addi conſueuiſſe oſtendit Tacitus lib. XV. *Ipſe eum pugionem*, inquiens, *apud Capitolium ſacrauit, inſcripſitque*, IOVI VINDICI. Suetonius quoque in Caligula cap. XXIIII. eum tres gladios innecem ſuam præparatos MARTI VLTORI, addito elogio, conſecraſſe ſcribit. Sic & Solinus refert Iulium Cæſarẽ VENERI GENITRICI Thoracem gemmis Britannicis factum ſubiecta inſcriptione dedicaſſe. Ouid. lib. I. Amor. Eleg. XI.

Non ego victrices lauro redimire Tabellas,
Et VENERIS *media* PONERE IN ÆDE *morer.*
Subſcribam, VENERI FIDAS SIBI NASO TABELLAS
DEDICAT.—

Propert. lib. II. Eleg. XI.

Magna ego DONA *tua* FIGAM *Cytherea columnis,*
Taléque ſub noſtro MVNERE *carmen erit.*
HAS PONO ANTE TVAM TIBI DIVA PROPERTIVS ÆDEM
EXVVIAS, TOTA NOCTE RECEPTVS AMANS.

Huiuſmodi

Huiuſmodi inſcriptionũ ſollénia verba erant hæc, DONVM DEDIT, vel DONVM POSVIT, quibus antiqui lapides abundant, ac plerumque notis hiſce perſcribuntur D.D. & D.P. Sed enim huius generis inſcriptiones aliquot oculis ſubiicere ſatius fuerit. Ex earum ergo turba has ſelegi: HERCVLI INVICTO M. CASSIVS, HORTENSIVS PAVLINVS PR. VR. XV. VIR SACRIS FACIVNDIS DONVM DEDIT.

Q. NVMMMIVS ALEXANDER DONVM DEDIT IOVI SABAZIO.

EVMOLPVS CÆSARIS A SVPELLLECTILE DOMVS AVRIF. ET CLAVDIA PALLAS SOLI ET LVNÆ DONVM POSVERVNT.

POMPEIVS APPIVS FAVSTINVS V. C. PR. VR. N. D. D. FELICITER IN CAPITOLIO HERCVLI VICTORI, POLLENTI, POTENTI, INVICTO DONVM DEDIT. LIB. MER. Sed & aræ cuidam Romanæ huiuſmodi Titulus inſcriptus eſt, ANNÆVS PLACIDIVS HERCVLI DONVM DEDI.

QVINETIAM cauſa doni dati titulo plerumque cõprehẽdebatur. Quod ſignificat Tibull. lib. I. Eleg. X. cũ ait, —VENERIQ. MERENTI, FIXA, NOTET CASVS AVREA PALMA MEOS. Id quod ſequens inſcriptio teſtatur: MINERVÆ MEMORI COELIA IVLIANA INDVLGENTIA MEDICINARVM EIVS INFIRMITATE GRAVI LIBERATA D.P. Et alibi: SOLI SACRVM PRO SALVTE CL. IVLIANI PR. VR. PRÆF. ANNONÆ TI. IVLIVS BALBILLVS S. SOL. DED. XIII. KAL. FEBR. L. ANNIO FABIANO M. NONIO MVCIANO COSS. Item hæc: IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS IMP. III. COS. XI. TRIB. POT. XIV. ÆGYPTO IN POTESTATEM POPVLI ROM. REDACTA SOLI DONVM DEDIT. Refertur & à Liuio lib. XL. huiuſmodi DONI TABVLA: TIB. SEMPRO. GRACCHI COS. IMPERIO, AVSPICIOQVE, LEGIO, EXERCITVSQVE POPVLI ROM. SARDINIAM SVBEGIT. IN EA PROVINCIA HOSTIVM CÆSA AVT CAPTA SVPRA LXXX. MILLIA. REPVB. FELICISSIME GESTA, ATQVE LIBERATIS VECTIGALIBVS, EXERCITVM SALVVM ATQVE INCOLVMEM PLENISSIMVM PRÆDÆ DOMVM REPORTAVIT: ITERVM TRIVMPHANS ROMAM REDIIT. CVIVS REI ERGO HANC TABVLAM DONO IOVI DEDIT. In inſcriptione quadam Rom. legimus: IOVI SOLI INVICTO SERAPIDI T. ÆLIVS ANTIPATER PROC. AVGG. CVM VMBRICIA BASSA CONIVGE GRATIAS AGENTES POSVERVNT.

ET quidem ſi ex voto ſuſcepto Signa ponerentur, exprimi id titulo addito ſolebat. Liuius lib. XXIII. *Statua loricata, amicta toga, velato capite, & tria Signa cum* TITVLO *lamina ærea inſcripto:* MVNITIVM PRO MILITIBVS QVI CASILINI IN PRÆSIDIO FVERANT, VOTVM VOVISSE. Romæ huiuſmodi inſcriptio viſitur. SILVANO SANCTO C. ACTVRNIVS MEDICVS LVD. GALLIC. PORTICVM ET EXEDRAM ET SIGNVM ÆNEVM VOTO SVSCEPTO LIBENS MERITO DEDIT. KAL. MAII L. MARTIO ET SEX. COSS. Et alibi: GENIO FORINARVM ET CVLTORIBVS HVIVS LOCI TERENTIA NICE *& cæt.* SIGNVM ET BASIM VOTO SVSCEPTO DE SVO POSVIT. In Hiſpania verò extat huiuſmodi inſcriptio: Q. SERVILIVS VVLNERE SERVATVS, HERCVLI DEO INVICTO SIGNVM ÆREVM EX VOTO POSVIT PROPE MARTEM ARGENTEVM IN MAGNA ARA. Romæ item hæc: T. AVRELIVS AVG. LIB. DIOSCORVS VOTVM ÆSCVLAPIO SANCTO OB PROCESSVS SVOS CVM VALERIA NICE CONIVGE, ET AVRELIO DIOSCORO • • • • • VICTORINÆ FILIO D. D. Et aliâs: LIBERO PATRI SANCTO SACR. SEX. COELIVS PRIMITIVVS ET PVBLICIA ANTVLLA VOTO SVSCEPTO.

NEC VERÒ Pontificias Formulas tacitus præterire poſſum, quarum familiam ducet ea, qua Pontifex in virgine Veſtali capienda vtebatur, quam Agellius lib. I. Noct. Atticãr. cap. II. ex Fabij Victoris lib. I. excerptam ab obliuionis iniuria vindicauit. Ea erat huiuſmodi: SACERDOTEM VESTALEM QVÆ SACRA FACIAS,

QVÆ IVS SIET SACERDOTEM VESTALEM FACERE PRO POPVLO ROM. QVIRITIBVS, VT QVOD OPTIMA LEGE FIAT, ITA TE AMATA CAPIO. Nam quæ legebantur Veſtales, CAPI propriè dicebantur: cui verbo peculiarem in hac re locum fuiſſe Chirius Fortunatian. lib. III. Rhetoricor. notat: *Vt ſi, ait, Dictatorem* DICTVM *dicas, Flaminem* PRODITVM, VESTÆ VIRGINEM CAPTAM: cuius loquutionis aliquot exẽpla lib. III. De Verbor. quæ ad ius pertinent Significat. attuli, quibus & hæc quæ ſequuntur accedent. Tacitus lib. II. *Poſt quæ retulit Cæſar* CAPIENDAM VIRGINEM *in locum Occiæ.* Idem lib. IIII. *Decretum Corneliæ virgini, quæ in locum Scantiæ* CAPIEBATVR. Et lib. XV. *Defunctáque virgo Veſtalis Lælia, in cuius locum Cornelia ex familia Coſſorum* CAPTA EST. Suetonius in Auguſto cap. XXXI. *Sed & commoda auxit præcipuè Veſtalium virginum, cúmque in demortuæ locum aliam* CAPI *oporteret.* Prudent. lib. II. contra Symmach.

Ac primùm paruæ teneris CAPIVNTVR *ab annis.*

Quamquam & VESTALEM LEGERE, Liuius lib. I. ſemel atque iterum dixit. Sed & CAPI FLAMEN à Pontifice Max. dicebatur, & ita Liu. lib. XXVII. & Valerius Max. lib. VI. cap. IX. loquuntur: Quem & INAVGVRATVM fuiſſe Liuius lib. XXVII. & XL. & Agellius lib. XV. cap. XXVII. docent. Pontificẽ verò Max. in puluinaribus verba hæc vſurpaſſe, VIGILASNE DEVM GENS? Seruius in lib. II. Æneid. notat. Idem in X. Æneid. ad eum verſum: *—Vigiláſne Deum gens? Verba, ait, ſunt ſacrorum. Nam virgines Veſtæ certa die ibant ad Regem ſacrorum, & dicebant,* VIGILASNE REX? VIGILA. Idem in lib. VIII. Æneid. ad ea verba, *—Vtque impulit arma, Hoc, ait, ad pedites pertinet: Eſt autem ſacrorum. Nam is qui belli ſuſceperat curam, ſacrarium Martis ingreſſus, primò Ancilia commouebat poſt haſtam ſimulachri ipſius, dicens,* MARS VIGILA.

PLANE in feriis imperandis, VT LITIBVS ET IVRGIIS ABSTINERETVR, per præconem edici ſolitum Cicero lib. I. de Diuinat. docet. Proinde Ouid. lib. I. Faſtor. de feriis Calend. Ianuariar. agens:

LITE, ait, VACENT AVRES, INSANAQVE PROTINVS ABSINT
IVRGIA, DIFFER OPVS LIVIDA LINGVA TVVM.

Martial. lib. [illegible] Epigrammat.

NATALEM COLIMVS, TACETE LITES.

Vnde Liuius lib. V. in primis lectiſterniis, quæ in vrbe Romana per octo dies facta ſunt, cùm inimicis quoque benignè & comiter ſermones habitos, IVRGIISQVE ET LITIBVS TEMPERATVM fuiſſe ſcribit. Apud eumdem lib. XXXVIII. Scipio, *Hoc die, inquit, Tribuni pleb. vóſque Quirites, cum Hannibale & Carthaginienſibus ſignis collatis in Africa bene ac feliciter pugnaui. Itaque* HODIE CVM LITIBVS ET IVRGIIS SVPERSEDERE ÆQVVM SIT: *ego hinc extemplo in Capitolium ad Iouem Opt. Max. Iunonémque ac Mineruam ceteróſque Deos, qui Capitolio atque arci præſident, ſalutandos ibo.* Quocirca Cicero in iis, quas edit legibus, hoc caput ponit lib. II. FERIIS IVRGIA AMOVENTO. Eodémque lib. FERIARVM, ait, FESTORVMQVE DIERVM RATIO IN LIBERIS REQVIEM HABET LITIVM ET IVRGIORVM. Quorum vocabulorum coniunctio obſeruanda eſt. Varro lib. VI. *Quod, ait, iurgio, id eſt litibus.* Et mox: *Ex quo licet videre* IVRGARE *ab iure dictum, cùm quis iure litigaret.* Cicero de Repub. lib. IIII. *Si* IVRGANT, inquit: *Beneuolorum concertatio, non lis inimicorum* IVRGIVM DICITVR. Et mox; IVRGARE *igitur lex putat, vicinos non litigare.*

QVIN ETIAM feriis publicis ante Flamines quoſdam inceſſiſſe, qui opere abſtinere monerent, Sext. Pomp. lib. XIIII. tradit. PRÆCIAMITATORES, ait, *vel vt alij legunt, Præclamitatores dicuntur, qui Flaminibus Diali, Quirinali, Martiali antecedentes exclamant,* FERIIS PVBLICIS VT HOMINES ABSTINEANT SE OPERE, *quia his opus facientem videre, irreligioſum eſt.* Idem ibidem: *Præcias dicebant, qui à Flaminibus præmittebantur, vt denuntiarent opificibus,* MANVM ABSTINERENT AB OPERE: *ne ſi vidiſſet ſacerdos facientem opus, ſacra pollueruntur.* Seruius integer ad illum Virgilij verſum lib. I. Georgic.

Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus.

Sunt enim, ait, *aliqua quæ ſi feſtis diebus fiant, ferias polluant: Quapropter & Pontifices ſacrificaturi præmittere Calatores ſuos ſolent, vt ſicubi viderint opifices adſidentes, opus fieri prohibeant, ne pro negotio ſuo & ipſorum oculos & Deorum ceremonias attaminēt. Feriæ enim operæ Deorum creditæ ſunt.* Quod Macrob. quoque lib. I. Saturnal. cap. XVI. memorat his verbis. *Adſirmabant autem ſacerdotes pollui ferias, ſi indictis conceptiſque opus aliquod fieret. Præterea Regem ſacrorum Flamineſque non licebat videre feriis opus fieri, & ideo per præconem denuntiabant, ne quid tale ageretur, & præcepti negligens mulctabatur.* Plutarchus inſtituta Numæ recenſens in eius vita: Ἐν δὲ ταῖς προπομπαῖς, ait, καὶ ὅλως τῶν ἱερέων ταῖς πομπαῖς προηγοῦντο κήρυκες ἀνὰ τὴν πόλιν, ἐλινύειν κελεύοντες καὶ τὰ ἔργα καταπαύοντες. Cuius rei rationē mox reddens, ὥστε χρῆναι τοὺς πολίτας μήτε ἀκούειν τι τῶν θείων μήτε ὁρᾶν ἐν παρέργῳ καὶ ἀμελῶς, ἀλλὰ σχολὴν ἄγοντας καὶ προσέχοντας τὴν διάνοιαν. ὡς πράξει μεγίστῃ τῇ περὶ τὴν εὐσέβειαν ψόφων τε καὶ παταγῶν καὶ στεναγμῶν καὶ ὅσα τοιαῦτα τοῖς ἀναγκαίοις καὶ βαναύσοις πόνοις ἕπεται καθαρὰς τὰς ὁδοὺς ταῖς ἱερουργίαις παρέχοντας. Ex quorum locorum collatione efficitur, quos Feſtus Pomp. PRÆCLAMITATORES, VEL PRÆCIAMITATORES vocat, eos à Seruio CALATORES, à Macrobio PRÆCONES, à Plutarcho κήρυκας appellari.

PONTIFICVM etiam ſollemnia verba hæc erant, NAPVRAS NECTITO. quo dicto funiculos ex ſtramentis factos Feſtus Pomp. ſcribit. In vrbe quoque condenda, SISTERE FANA, cùm dicebant, ſignificabant loca in oppido futurorum fanorum conſtituere, vel lectiſternia certis locis & Diis habere. Ex Pontificum autem commentariis Plinius lib. XVIII. cap. II. hæc verba citat, AVGVRIO CANARIO AGENDO DIES CONSTITVANTVR PRIVSQVAM FRVMENTA VAGINAS EXVANT, ET ANTEQVAM IN VAGINAS PERVENIANT.

COMPITALIORVM verò ferias, quas quotannis concipi ſolitas Varro lib. v. de ling. Lat. ſcribit, quibúſnam verbis olim Prætor cōciperet, Agell. lib. x. cap. XXIIII. docet. *Ius autem erit*, ait, *perpetuæ veterum conſuetudinis demonſtrandæ gratia, verba ſollemnia Prætoris ponere, quibus more maiorum ferias concipere ſolet, quæ appellantur Compitalia: Ea verba hæc ſunt*, DIE NONI POP. RO. QVIRITIBVS COMPITALIA ERVNT, QVANDO CONCEPTA FVERINT NEFAS. Idem ipſum Macrob. lib. I. Saturnal. cap. IIII. paullò diuerſis verbis refert. Reliquas etiam ferias conceptiuas certis ac ſollemnibus verbis, quæ LEGITIMA Ouid. appellat, concipi conſueuiſſe apparet ex his verſibus lib. II. Faſt.

> *Curio* LEGITIMIS *tunc* FORNACALIA VERBIS
> MAXIMVS INDICIT, *nec ſtata ſacra facit.*

Varro lib. v. de ling. Lat. REX CVM FERIAS *menſtruas nonis Februariis* EDICIT, *hunc diem* (videlicet Lupercaliorum) FEBRVATVM *appellat.* Ad feriarū, quoque ſollemnia verba, pertinet, quæ Arnob. lib. VII. aduerſus Gent. velut ex communi Gentilium ſermone, recitat. LAVATIO DEVM MATRIS EST HODIE: IOVIS EPVLVM CRAS EST: ÆSCVLAPII GERITVR, CELEBRATVRQVE VINDEMIA: LECTISTERNIVM CERERIS ERIT IDIBVS PROXIMIS: TELLVRIS NATALIS EST. D. Ambroſ. in Epiſt. ad Corinth. I. cap. VI. *Aut iudicem publicū, cui dici ſolet:* HODIE DIES SACRORVM EST, IVS DICI NON POTEST. Quin & menſiū Nonas certis & conceptis verbis calari ſolitas Varro lib. v. de lingua Lat. docet. *Primi*, inquiens, *dies menſium nominati Calendæ, ab eo quod his diebus* CALENTVR *eius menſis Nonæ à Pontificibus*, QVINTANÆ NE AN SEPTIMANÆ *ſint futuræ in Capitolio, in curia Calabra ſic dictæ*, QVINQVE (aut vt alij legunt) QVINQVIES KALO IVNO NOVELLA: SEPTEM (aut vt alij legūt) SEPTIES KALO IVNO NOVELLA. Sunt tamē quibus placeat ita emendari, DIES TE QVINQVE KALO IVNO NOVELLA, SEPTEM DIES TE KALO IVNO NOVELLA.

ALIA quoque plurima è Pontificum adytis prompta verba Arnob. lib. VII. aduerſ. Gent. in medium profert. Denique nomina ſacrorum locorum ſub congrua proprietate proferre, Pontificalem obſeruationem eſſe, Macrobius lib. III. cap. IIII. tradit. Locorum verò ſacrorum has ex Varrone, Agellio, Feſto, Macrob. Cornelio Fronto. & aliis, differētias obſeruaui. Dicebant enim ÆDES, TEMPLA, DELVBRA, FANA, SACELLA,

CELLAS, SACRARIA, TESCA, FAVISSAS. Collegij etiam Pontificum decretum quoddam Agell. lib. IIII. cap. VI. ex quinto librorum Atteij Capitonis, quos de iure Pontificio ſcripſerat, literis conſignatum reliquit.

EX Augurali verò diſciplina illud animaduerti, Augures cùm de cælo ſeruarent, & aliquid comperirent, quod rem ſuſceptam dirimeret, id duobus his verbis, ALIO DIE, denuntiaſſe. Cicero II. in Anton. Oratio. *Confecto negotio bonus Augur, Lælium diceres,* ALIO DIE, *inquit.* Et paullò pòſt: *Sed ſi nihil eſt cùm Augur his verbis nuntiat, quibus nuntiaſti, confiteor te, cùm,* ALIO DIE, *dixeris, ſobrium non fuiſſe.* Cic. lib. II. de Legibus: *Quid grauius quam rem ſuſceptam dirimi, ſi vnus Augur* ALIO DIE *dixerit?* Liuius lib. VIII. *Nec quẽquã mortalium extare, qui ſe vidiſſe, aut audiuiſſe, quid dicat quod* AVSPICIVM DIRIMERET.

HIS conſequens eſt, vt Augurium quod SALVTIS vocabatur, attingam: cuius Cicero lib. I. de Diuinatio. meminit. Quod longo tempore intermiſſum Auguſtus teſtibus Suetonio cap. XXXI. & Dione lib. LI. reſtituit. Tacitus etiã lib. XII. idem Auguriũ quinq; & viginti annis omiſſum repeti ac continuari placuiſſe tradit. De quo Dionis è lib. XXXVII. verba, quæ ad eius cognitionem explicationémque pertinent, ſubijciam. τὸ οἰώνισμα, ait, τῆς ὑγιείας ὠνομασμένον μαντείας τις τρόπος ἐστί. πυνθάνονται εἰ δὲ ἐπιτρέπειν σφισὶν ὁ θεὸς ὑγίειαν τῷ δήμῳ αἰτῆσαι, ὡς οὐχ ὅσιον ὂν οὐδὲ αἴτησιν αὐτῆς πρὶν συγχωρηθῆναι, γενέσθαι. In eius porrò Formula adſcripta fuiſſe hęc verba, PRÆTORES MAIORES MINORESQVE, nõ malè colligere videor, ex eo quod Feſt. Pomp. lib. XI. ſcribit, *Pro collegio Augurum decretum eſt, quòd in* SALVTIS *augurio* PRÆTORES MAIORES ET MINORES *appellentur, non ad ætatem, ſed ad vim imperij pertinere.*

ERAT & Augurum ſollemnis pronuntiatio, VITIO MAGISTRATVM CREATVM, VITIO DIEM DICTAM, VITIO TABERNACVLVM CAPTVM. Donat. in Prolog. Hecyræ ad ea verba: *Vitiũ & calamitas, Benè ait ſecũdũ Augures.* VITIVM *enim eſt ſi tonet tantùm,* VITIVM ET CALAMITAS *ſi tonet & grandinet ſimul & etiam fulminet.* Et mox: *Tranſlatio eſt ab Augurio, vt* VITIO CREATI *dicuntur* CONSVLES. Liuius lib. XXIII. de Marcello: *Cui ineunti Conſulatũ cùm tonuiſſet, vocati Augures* VITIO CREATVM VIDERI *pronuntiarunt.* Idẽ lib. IIII. *Non tamen pro firmato iam ſtetit* MAGISTRATVS *eius, quia tertio menſe quàm inierunt, Augurum decreto, proinde ac* VITIO CREATI, *honore abiere, quòd C. Curiatius qui comitiis eorum præfuerat,* NON RECTE TABERNACVLVM CEPISSET? Idem lib. VIII. *Nec tamen a Dictatore comitia ſunt habita, quia* VITIONE CREATVS ESSET *in diſquiſitionem venit. Conſulti Augures* VITIOSVM VIDERI DICTATOREM *pronuntiarunt.* Idem lib. XLI. *In Petilio* ID VITIO FACTVM *poſtea Augures reſponderunt.* Et lib. XLV. *Iam primùm cum legionibus ad conueniendum diem dixit, non auſpicato templum intrauit:* VITIO DIEM DICTAM ESSE *Augures, cùm ad eos eſſet relatum, decreuerunt.* Cicero in Oratio. de Haruſpic. reſpõſis: *Augures interrogabat, quæ ita lata eſſent: Illi* VITIO *lata eſſe dicebant.* Idem lib. IIII. de Diuinatio. *Quidquod apud te ſcriptum eſt de Tiberio Graccho, nõ & Augurum & Auſpicum diſciplinã comprobat, qui cùm* TABERNACVLVM VITIO CEPISSET, *imprudens quòd inauſpicato Pomœrium tranſgreſſus eſſet, comitia Conſulibus rogandis habuit.* Idem lib. II. *At Tiberij Gracchi literis Scipio & Figulus, quòd tum Augures indicaſſent* VITIO CREATOS ESSE, *magiſtratu abdicauerunt.* Hoc ipſum Valer. Max. lib. I. cap. I. refert his verbis: *A Tiberio enim Graccho ad collegium Augurũ literis ex prouincia miſſis, quibus ſignificabat ſe cùm libros ad ſacra populi pertinẽtes legeret, animaduertiſſe* VITIO TABERNACVLVM CAPTVM *comitiis Conſularibus, quæ ipſe feciſſet, eáque re ab Auguribus ad Senatũ relata iuſſu eius C. Figulus è Gallia, Scipio Naſica è Corſica Romam redierunt, & ſe Conſulatu abdicauerunt.* Id quod paullò plenius ac fuſius Plutarchus in Marcello enarrat in hunc modum. Τιβέριος οὖν, Σεμπρώνιος ἀπέδειξε μὲν διαδόχους Σκιπίωνα Νασικᾶν, καὶ Γάϊον Μάρκιον: ἤδη δὲ ἐχόντων αὐτῶν ἐπαρχίας καὶ στρατεύματα, ὑπομνήμασιν ἱερατικοῖς ἐντυχὼν εὗρεν ἠγνοημένον ὑφ' αὐτοῦ τι τῶν πατρίων, ἦν δὲ τοιοῦτον. Ὅταν ἄρχων ἐπ' ὄρνισι καθεζόμενος, ἔξω πόλεως οἶκον καὶ σκηνὴν μεμισθωμένην ὑπ' αἰτίας τινὸς ἀναγκασθῇ μήπω γεγονότων σημείων βεβαίων ἐπανελθεῖν εἰς πόλιν, ἀφεῖναι ἔχρην τὸ προμεμισθωμένον οἴκημα καὶ λαβεῖν ἕτερον ἐξ οὗ ποιήσεται τὴν θέαν αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς τοῦτο δ' ἔλαθεν, ὡς ἔοικε, τὸν Τιβέριον, καὶ δὶς τῷ αὐτῷ χρησάμενος ἀπέδειξε τοὺς εἰρημένους ὑπάτους. ὕστερον δὲ γνοὺς τὸ ἡμαρτημένον ἀνήνεγκε πρὸς τὴν σύγκλητον,

σύγκλητοι, ἡ δὲ οὐ κατεφρόνησε τοῦ κατὰ μικρὸν οὕτως ἐλλείμματος, ἀλλ' ἔγραψε τοῖς ἀνδράσι, καὶ ἐκεῖνοι τὰς ἐπαρχίας ἀπολιπόντες ἐπανῆλθον εἰς ῥώμην ταχὺ καὶ κατέθεντο τὴν ἀρχήν. Quem Plutarchi locum eo lubentius retuli, quòd inde maculam eluere tentabo, quæ in eo penitus inſedit atque inueterauit. Nam quem ſenſum habent hæc, καὶ στρατιωματικοῖς ὑπομνήμασιν ἐντυχών? Perſpicuum ſiquidem eſt hoc ſentire Plutarchum, Sempronium augurales libros inſpexiſſe: Quod & Cic. lib. II. de Nat. Deor. de ipſo loquens, teſtatur. *Poſt autem*, inquiens, *ex prouincia literas ad collegium miſit, ſe, cùm legeret libros, recordatū eſſe*, VITIO SIBI TABERNACVLVM CAPTVM *fuiſſe in hortis Scipionis, quod cùm pomœrium poſtea intraſſet habendi Senatus cauſa, in redeundo cùm idem pomœrium tranſiret, auſpicari eſſet oblitus. Itaque* VITIO CREATOS *eſſe Coſſ. Augures rem ad Senatum. Senatus vt abdicarent Conſules: abdicauerunt*. Quod tamen illis verbis non ſignificatur. Deinde quis non videt quàm incongruè copula, καὶ, ad eam orationem coniungendam ſit interpoſita? Quamobrem ſic dilucide emendo, mutatione penè nulla, ἤδη δ' ἐχόντων αὐτῶν ἐπαρχίας καὶ στρατὸν, μαντικοῖς ὑπομνήμασιν ἐντυχών. Nam Gracchum Augurem fuiſſe vel vnus Cicero lib. II. Epiſt. ad Q. Frat. idoneus & locuples teſtis eſt. Huic adfine erratum in Dione olim deprehendi lib. XXXVII. quo de adoptione Claudij agens, ideò eam reprobatā ait, quòd more maiorum facta non eſſet: cuius rei hanc rationem reddit: εἰ γὰρ τῇ ἐσφορᾷ τοῦ στρατιωτικοῦ νόμου μόνως ἐξῆν γίνεσθαι. vbi interpres στρατιωτικοῦ legit, atq; ita vertit. Equidem Curiata lege adoptionem factā aliâs legi, militari nuſquam. Sueton. in Auguſto cap. LXV. *Tertium nepotem Agrippam, ſimúlq; priuignū Tiberium adoptauit in foro* LEGE CVRIATA. Tacit. lib. VII. *Si te priuatus* LEGE CVRIATA *apud Pontifices, vt moris eſt, adoptarem*. Agellius lib. V. cap. XIX. *Sed adrogationes non temerè nec inexploratè committūtur: Nam* COMITIA *etiam arbitris Pontificibus præbentur, quæ* CVRIATA *appellantur*. Itaque legendum eſſe non dubito φρατριατικοῦ νόμου. Quod alter eiuſdem auctoris locus lib. XXXIX. liquidò & perſpicuè cōprobat, in quo ita eſt. τὴν γὰρ ἐσφορὰν τοῦ φρατριατικοῦ νόμου, παρ' ὃν ἐκ τῶν εὐπατριδῶν ἐς τὸ πλῆθος ἐπεποίητο, διαβάλλων, ὡς οὐκ ἐν τοῖς ὡρισμένοις ἐκ τῶν πατρίων χρόνοις ἐκτεθέντος, αὐτήν τε τὴν δημαρχίαν τοῦ Κλωδίου πᾶσαν, ἐν ᾗ καὶ τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν ἐδέδοκτο, κατέλυε λέγων, οὐχ οἷόν τε εἶναι τῆς μεταστάσεως αὐτοῦ τῆς εἰς τὸν ὅμιλον παρανόμως γεγενημένης, ὑγιές τι τῶν ἐν αὐτῇ πραχθέντων νομίζεσθαι· καὶ ἔπεισε διὰ τούτου τοὺς ποντίφικας τὸ ἔδαφός οἱ, ὡς καὶ ὅσιον καὶ βέβηλον ὄν, ἀποδοῦναι. Quibus verbis Ciceronis orationem pro domo ſua ad Pontifices habitam, quæ hodiéq; extat, Dio deſignat, in qua ille adoptionē Clodij valde inſectatur, in eáq; facienda non eſſe morem à maioribus traditum obſeruatum, nec cauſæ cognitionem, quæ adhiberi apud Pontifices debuerat interceſſiſſe, oſtendit. *Quod eſt*, ait, *Pontifices ius adoptionis? nempe vt is adoptet qui neque procreare iam liberos poſſit, & cùm potuerit, ſit expertus: quæ deinde cauſſa cuique ſit adoptionis, quæ ratio generum ac dignitatis, quæ ſacrorum quæri à Pontificum collegio ſolet. Quid eſt horum in iſta adoptione quæſitum?* Et paullo pòſt: *Quo die de te* CVRIATA LEX *lata eſſe dicatur, audes negare de cælo eſſe ſeruatum?* Appianus lib. III. Bell. ciuil. de Octauio Cæſare. Ἀπὸ δὲ τῆς θυσίας ἑαυτὸν εἰσεποιεῖτο τῷ πατρὶ αὖθις κατὰ νόμον Κυριάτιον. ἔστι δ' ἐπὶ τοῦ δήμου γίγνεσθαι τὴν θέσιν. Κυρίας γὰρ ἐς μέρη τὰς φυλὰς ἢ τοὺς δήμους διαιροῦντες καλοῦσιν, ὡς Ἕλληνας εἰκάζοντι φάναι φατρίας, ἐννομώτατος δ' ἐστὶ ῥωμαίοις ὁ τρόπος οὗτος ἐπὶ τῶν ἀπατόρων καὶ δύνανται μάλιστα αὐτοὶ ἴσα τοῖς γνησίοις παισὶν ἄγειν τοὺς συγγενεῖς τῶν θεμένων καὶ ἀπελευθέρους. At quam ille Κυριάτιον, eandem Dio vbique φρατριατικὸν appellat. Sic enim aliâs: ὁ γὰρ Κλώδιος ὅπως ἐπὶ πλεῖον ποιοίη, οὐκ εἴα τὸν ΦΡΑΤΡΙΑΤΙΚΟΝ ΝΟΜΟΝ εἰσενεχθῆναι. Idem lib. XLI. Αἴτιον δ' ὅτι ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ οἱ ὕπατοι ΤΟΝ ΦΡΑΤΡΙΑΤΙΚΟΝ οὐκ ἐσενηνέχεσαν. Et lib. XLV. Καὶ τὸν ΝΟΜΟΝ ΤΟΝ ΦΡΑΤΡΙΑΤΙΚΟΝ ἐσφερόμενον καθ' ὃν τὴν εἰσποίησιν αὐτοῦ τὴν ἐς τὰ τοῦ Καίσαρος γενέσθαι ἔδει.

ALIA porrò Auguralis ſcientiæ verba Cicero lib. I. de Diuinat. nos docet. *Huic ſimile eſt*, ait ille, *quod nos Augures præcipimus*, NE IVGE AVSPICIVM OBVENIAT, VT IVMENTA IVBEANT DISIVNGERE. Erant & in Auſpiciis trita verba hæc, ADDIXIT, AVIS, quibus lætum euentum prædixiſſe auem ſignificabant. Seneca lib. vnico de Breuitate vitæ: *Hoc ſcire magis prodeſt, quàm Auentinum montem extra pomœrium eſſe, vt ille affirmabat propter alteram ex duabus cauſis: aut quòd plebs eo ſeceſſiſſet, aut quòd Remo auſpicante illo loco* AVES NON ADDIXISSENT. (ſic enim legendū) Liuius lib. XXVII. *Fabio auſpicanti, priuſquam egrederetur ab Tarento*, AVES *ſemel atque iterum non* ADDIXE-

RVNT. Idem lib. XXII. *Paullus, cùm ei ſua ſponte cunctanti, pulli quoque* AVSPICIO NON ADDIXISSENT. Feſtus Pompeius in verbo *Prætor: Itaque quo anno Romanos Imperatores ad exercitum mitti oporteret iuſſu nominis Latini, complures noſtros in Capitolio à ſole oriente auſpiciis operam dare ſolitos. Vbi* AVES ADDIXISSENT, *militem illum qui à communi Latio miſſus eſſet, illum quem* AVES ADDIXERANT, *Prætorem ſalutare ſolitum.* Hinc addicentibus auſpiciis dixit Cornel. Tacit. lib. II. Cicero etiã ex Augurali diſciplina hæc in Orat. in Vatin. profert. *Vtrum decreturus fueris, id quod Augures omnes vſque à Romulo decreuerunt,* IOVE FVLGENTE AGI CVM POPVLO NEFAS ESSE. Idem lib. II. de Diuinat. *Itaque in noſtris Commentariis ſcriptum habemus,* IOVE TONANTE FVLGVRANTE COMITIA POPVLI HABERE NEFAS ESSE. Idem lib. II. de Nat. Deor. *Hunc etiã Augures noſtri cùm dicunt,* IOVE FVLGENTE TONANTE. Erant & Auguralia verba RATVM FECIT. Cic. lib. I. de Diuinat. *Quid Augur, cur à dextra coruus, à ſiniſtra cornix* FACIAT RATVM? Idem lib. II, *Cur autem aliis à dextra, aliis à læua datum eſt auibus,* VT RATVM AVSPICIVM FACERE POSSINT? Paulus: *Auguſtus locus ſanctus ab auium geſtu, id eſt quia ab auibus ſignificatus eſt ſic dictus: ſiue ab auiũ guſtatu, quia aues paſtæ* ID RATVM FECERE. Eóque alluſiſſe Chæream in Caligulæ cæde non dubito: Nam cũ Sabinus ſubmota per conſcios centuriones turba ſignũ more militiæ, à Caio petiiſſet, Caiúſque Iouem daret, exclamaſſe Chærea fertur, ACCIPE RATVM, vt eſt à Suetonio in Caligula cap. LVIII. relatũ. Ex Auguralibus autem Formulis fragmenta quædã hinc inde collecta adſcribã. Varro lib. V. de lingua Lat. *Sic Augures dicunt,* SI MIHI AVCTOR ES VERBI. Chariſius Soſipater lib. I. *Porphyrio ex Verrio & Feſto, In Auguralibus,* inquit, *libris ita eſt,* SANE SARCTEQVE. Ex quibus Chariſij verbis iuncta Pauli Epitome, aliquatenus expleri Feſti lacuna poteſt. Templum etiam, id eſt locum Augurij cauſa captũ, certis conceptíſque quibuſdam verbis finitum fuiſſe Varro lib. II. de lingua Lat. teſtatur: Conceptum autem verbis non iiſdem vſquequaque idem auctor tradit, eorúmq; Formulam quandam adfert, in cuius emendatione aquã mihi hærere fateor. Feſt. Pomp. *Minora templa fiunt ab Auguribus, cùm loca aliqua tabulis aut linteis ſapiuntur, ne vno amplius hoſtio pateant,* CERTIS VERBIS DEFINITA. *Itaque templum eſt locus ita* EFFATVS *aut ita ſeptus, vt ea vna parte pateat, angulóſque habeat ad fixos ad terram.* Seruius in membranis: *Alij Templum dicunt, non ſolum quod poteſt claudi, verumetiam quod palis aut haſtis ſuſtentatum, aut aliqua tali re & linteis aut loris & ſimili re ſeptum eſt. quod effatum eſt, amplius vno exitu eſſe non oportet, cùm ibi ſit cubiturus auſpicans.* Vnde apparet Auguralia verba fuiſſe EFFARI & EFFATA. Varro lib. III. de ling. Lat. Hinc EFFATA *dicuntur, quòd Augures finem auſpiciorum cæleſtium extra vrbem agris ſunt* EFFATI. *Hinc* EFFARI *templa dicuntur ab Auguribus,* ADFATVS *cùm in his fines fiunt.* Liuius lib. X. *Sed fanum tantùm, id eſt locus* TEMPLO EFFATVS, *ſacratus fuerat.* Seruius etiam in VI. Æneid. ait Augurum preces EFFATA appellari. Cicer. lib. XIII. Epiſt. ad Atticum. *Orat Lepidus vt veniam (opinor Augures nihil habere) ad templum* EFFANDVM. Idem lib. II. de Legib. *Vrbémque & agros & templa* LIBERATA & EFFATA *habento.* Sed & Augures cùm templum facerent, CONSPICIONIS & CORTVMIONIS verba vſurpaſſe Varro lib. VI. docet. Auguralia etiam verba fuiſſe, MANALIS FONS ET NEGRITV, Feſtus docet. Idem Manes Deos ab Auguribus inuocatos ſcribit. Sed & in Augurum libris DIVIPOTES ſcriptum, ſignificarique eos, qui in Samothrace θεοὶ δυνατοὶ vocantur, Varro lib. IIII. de lingua Lat. ſcribit. Eiuſdémque libri alio loco varia, ex Augurum diſciplina, agrorum nomina & genera recenſet. Vocem EXTEMPLO ex Augurum ſermone ductam Seruius in lib. I. Æneid. monet. SPECTIONEM quoque in Auguralibus pro inſpectione & nuntiato poni Feſtus notat. Nec non SPICERE auem in Augurijs dixiſſe veteres Varro lib. V. de lingua Lat. teſtatur. Paulus, *Auſpicium*, ait, *ab aue ſpicienda. Nam quod nos cum præpoſitione dicimus Aſpicio, apud veteres ſine præpoſitione Spicio dicebatur.* Reſpici quoque AVIS in auſpicando Feſto auctore dicebatur.

AVIVM verò diuerſas vt ſpecies, ita & appellationes habebant. Illis enim quædam ORE, quædam VOLATV, auſpicium faciebant. Et hoc eſt quod Ouidius lib. I. Triſt. Eleg. VIII. LINGVAM. & PENNAM auis obſeruatam ſignificat hoc verſu,

LINGVA *vt* SERVATÆ, PENNA *vt dixit* AVIS.

Seruatæ

Seruatæ enim *auis* dixit eadem forma, qua Cicero lib.I.de Diuinat.

Hinc Remus auſpicio ſe deuouet, atque ſecundam
Solus AVEM SERVANS.--

Et hæc quidem quæ ORE auſpicium faciebat, OSCINES, vt Varro lib. V. de lingua Lat. tradit, dicebantur. Quo ex genere SVPERVAGANEAS ab Auguribus appellatas AVES, quæ ex ſummo cacumine vocẽ emiſerant, Feſtus auctor eſt. Quæ verò alis, ac volatu, ex ALITES, aut etiã cùm proſperrimi augurij & auſpicij erant, PRÆPETES vocabantur. Vtriuſque generis ſpecies & nomina enumerat Feſtus, OSCINES AVES, inquiens, *Appius Claudius eſſe ait, quæ ore canentes faciant auſpicium, vt Coruus, Cornix, Noctua.* ALITES *autem, quæ alis ac volatu, vt Buteo, Sanqualis, Aquila, Immuſſulus, Vulturius. Picus autem Martius, Feroniúſque & Parra, & in Oſcinibus & in Alitibus habetur.* Quæ verba vti à nobis deſcripta ſunt recta eſſe indicat Paulus in voce, *Alites*, his verbis. ALITES *volatu auſpicia facientes iſtæ putabantur, Buteo, Sanqualis, Immuſſulus, Aquila, Vulturius.* Seruius in membranis, poſtquam PRÆPETES aues definiuit eſſe, quæ ſecundo auſpicio ante eum volant qui auſpicatur, *Aues ait, aut* OSCINES *ſunt, aut* PRÆPETES: OSCINES *ſunt, quæ ore futura prædicunt:* PRÆPETES *quæ volatu augurium ſignificant, cùm ſint proſpera.* Higinius certè referente Agellio lib. VI. cap. VI. PRÆPETES ab Auguribus appellari cẽſebat aues, quæ aut opportunè præuolarent, aut idoneas ſedes caperent. Sed nec ipſas tãtum aues, quæ proſperius præuolarent, verumetiam locos, quos capiebant, quòd idonei felicéſque eſſent, PRÆPETES dictos Agellius exiſtimat. PRÆPETES autẽ aues quidam, vt ex Feſto diſcimus, inde dictas credebant, quòd ſecundum auſpicium facerent, præuolantes, ſeque ante auſpicantem ferentes: alij quòd antea indicarent, quàm peteretur: Alij quòd præteruolarent. Atque de Sanquale & Immuſſulo Paulus & Feſtus ſuis ſingillatim locis tractant, quibus addenda ſunt quæ Plinius lib. X. Natur. hiſt. cap. VII. tradit in hæc verba, SANQVALEM AVEM ATQVE IMMVSSVLVM *Augures Romani magnæ quæſtionis habent.* IMMVSSVLVM *aliqui vulturis pullum arbitrantur eſſe, &* SANQVALEM *Oſſifragæ: Maſurius Sanqualem Oſſifragam dicit eſſe: Immuſſulum autem pullum aquilæ priuſquam albicet cauda.* BVTEONEM verò, idem eiuſdem libri cap. VIII. accipitris genus eſſe ſcribit, Triorchen dictum à numero teſtium, familiámq; Romæ ex eo cognominatam, cùm proſpero auſpicio in ducis naui ſediſſet. TITIAS etiam AVES in Auguriis certis, Titij ſodales obſeruare ſolitos Varro lib. IIII. de lingua Latina teſtatur. Et erant quidem nonnullæ aues proſperrimi auſpicij, quales aliquot Plinius libro X. cap. VIII. & XVIII. commemorat. Quædam inauſpicatæ, quales ſunt de quibus eiuſdẽ lib. cap. XII. & XIII. & in his INCENDIARIA, quod etiã Iul. Obſeq. in lib. de Prodig. & Lamprid. in Commodo confirmant. Præpetibus vtique contrarias aues, INFERAS appellatas, Agellius lib. VI. cap. VI. ex Nigidio Figulo ſcribit. E Seruij quoque in III. Æneid. ſchedis hæc quæ ſequuntur deſcripſi. *Certa auium genera ab Auguribus appellantur, quæ pinnis vel volatu omina poſſunt facere: quæ ſi fuerint proſpera,* PRÆPETES; *ſi aduerſa,* INFERÆ *dicuntur.* Idem alibi: Sed PRÆPETES, *aut ſuperiora tenent, &* PRÆPETES *vocantur: aut inferiora, & dicuntur* INFERÆ. Cæterùm in Auguriis auſpiciiſque, Aues, quæ conſulentem iubebant, hortabantúrve ad agendum quod animo propoſuerat, ADMISSIVÆ ab Auguribus dicebantur: At quæ vetabant, prohibebántve quid fieri, ARCVLÆ, & INEBRÆ: Quæ verò acturum aliquid remorari compellebant, REMORES vocabantur: Quorum verborum proprietates Feſto & Paulo me acceptas ferre ingenuè profiteor. CLIVINAM etiam, aut, vt vetus codex, CLIVIAM AVEM ab antiquis nominatam Labeo Prohibitoriam dicebat, teſte Plinio lib. X. cap. XIIII. Et certè CLIVIA appellata AVSPICIA, quæ aliquid fieri prohibebant, Paulus ſcribit. In Auguriis verò, ALTERA AVIS, vt idem Paulus auctor eſt, cùm appellabatur, proſperum non eſſe ſignificabatur. Contrà, SINISTRÆ AVES & SINISTRA AVSPICIA dicebantur, quæ ſinebant aliquid fieri. Feſtus SINISTRÆ AVES SINISTRVMQVE AVSPICIVM, *id eſt, quod ſinat fieri. Varro lib. V. Epiſtolicar. quæſtionum, ait: A Deorũ ſede cùm in meridiem ſpectes, ad ſiniſtram ſunt partes mundi exorientes, ad dextram occidentes, factum arbitror, vt Siniſtra meliora auſpicia, quàm dextra eſſe exiſtimentur. Idem ferè ſentiunt Sinnius Capito & Cin-*

dicere, NOLO MIHI IOVEM PROPITIVM. *Tu quis es? Me conueniat* IANVS IRATVS, *ex qua volet fronte.*

Ac planè, quemadmodum quibus imprecabantur his DEOS IRATOS; ita quibus bonam & ſanam mentem optabant, his DEOS PROPITIOS ET FACILES precabantur. Seneca Epiſt. CXI. lib. XV. *Iubeo te habere mentem bonã, hoc eſt,* PROPITIOS DEOS *omnes, quos habet placatos & fauentes quiſquis ſibi ſe propitiauit.* Idem Seneca Epiſt. I. lib. XVII. turpiſſimum Mæcenatis de prorogando vitæ ſpatio votum ridens, QVID *huic optes,* ait, NISI DEOS FACILES? Votum autem illud Mæcenatis, cui Seneca eô loci illudit, certis adſtrictum fuiſſe numeris, non dubium eſt: quos ego, ſi mihi bona Formulariũ noſtrarum pace ac venia, aliquantulum de ſpatio curriculóq; deflectere liceat, in aliquem Glyconiorũ verſiuum ordinem redigam, ſimúlque in integrum reſtituere eos, manuſcriptorũ Nicolai Fabri codicum ope, conabor. Viam ſaltem ad abſolutã eorũ emendationem ſagacioribus præmonſtrabo: quibus vice cotis Horatianæ hac in parte fungi, & vel rudem atque impolitam obliteratorum verſuum formam proponere, præclarum ducerẽ. Sic ergo diſtinguendi videntur:

Debilem facito manu,
Debilem pede, coxa,
Tuber adſtrue gibberum,
Lubricos quate dentes,
Vita dum ſupereſt, bene eſt;
Hanc mihi, vel acuta
Si ſedeam cruce, ſuſtine.

Verùm ne vt emanſor à ſignis abſim longius, apud Terentiũ Phormio. Act. IIII. Sc. III. Antipho dubitans vtrùm inſaniret aliquis, *Satin',* ait, *illi* DII SVNT PROPITII? Liuius lib. XXXIX. *Eiectus à matre, quòd probus adoleſcens* (DII PROPITII ESSENT) *obſcœnus, vt fama eſſet, ſacris initiari nollet.* Et his quidem, quorum optatis fortuna reſpondebat DEOS PROPITIOS. Inſanientibus verò, infelicibus atque ærumnoſis DEOS IRATOS eſſe credebant. Plaut. Amphitruo. Act. IIII. Sc. II.

TIBI IVPITER, DIIQVE OMNES IRATI CERTO SVNT.

Idem Ruden. Act. IIII. Sc. IIII.

TIBI HERCLE DEOS IRATOS *eſſe oportet quiſquis es.*

Et Pœnulo Act. III. Sc. III.

Hunc chlamydatum quem vides,
EI MARS IRATVS EST.

Terent. Andr. Act. IIII. Sc. I.

Niſi mihi DEOS *ſatis*
Scio fuiſſe IRATOS, *qui auſcultauerim.*

Cicero in Orat. pro Cœlio: *Huic homini ego fortaſſe & pauci* DEOS PROPITIOS, *plerique autem* IRATOS *putabunt.* Apud Plaut. Mil. glor. Act. III. Sc. I. Paleſtrio fortunas Periplectomeni laudans, DII TIBI, ait, SVNT PROPITII.

Mendici quidẽ certè gentiliũ, his qui eleemoſynã largiebantur, aliique his, à quibus beneficium accipiebant, DEOS PROPITIOS precabantur. Auctorem habeo Tertullian. lib. de Idololatr. cuius ipſamet verba ponam: *Si dedero eleemoſynam, vel aliquid præſtitero beneficij, & ille mihi* DEOS SVOS *vel* COLONIÆ GENTIVM PROPITIOS IMPRECATVR. Eodem modo PROPITIVM quoque Cæſarem precatos, oſtendit Plinius Epiſt. V. lib. VI.

Est & illa peruulgata, crebríſque comicorum vſurpata ſermonibus imprecationis ſpecies, DII TE PERDANT, qua Plaut. vtitur Mercato. Act. V. Sc. IIII. & Pſeudolo Act. IIII. Sc. VII. Milite glor. Act. II. Sc. III. Caſina Act. III. Sc. IIII. Epidico Act. I. Sc. I. & Menechm. Act. II. Sc. II. &, IVPITER TE PERDAT, Ruden. Act. II. Sc. vlt. vel, IVPITER TE MALE DISPERDAT. Curculio. Act. V. Sc. II. &, IVPITER TE PERDVIT. Epidico Act. I. Sc. I. vt &, TE BONVS MERCVRIVS PERDAT, Caſina Act. II. Sc. III.

Atqve vt in bonis precibus Deos Deáſque confusè precabantur, quemadmodum ex Plauto Pſeud. Act. I. Sc. III. & Act. V. Sc. vlt. itidémque Pœnulo Act. III. Sc. III. & Act. V. Sc. IIII.

v.Sc.IIII.planum fit: Sic etiam, cùm imprecabãtur, Deos Deáſque generaliter, VT PERDERENT, rogabant. Plaut. Moſtellar. Act.III.Sc.I.

DII TE DEÆQVE OMNES FVNDITVS PERDANT.

Idem Caſina Act.II.Sc.III.& Sc.IIII.

DII ILLVM OMNES PERDANT, DEÆQVE.

Et Mercato Act.IIII.Sc.IIII. TE DII DEÆQVE PERDVINT. Cuiuſmodi imprecationis Formula extat in Moſtellar. Act. II.Sc. II. Curculio Act.v. Sc.vlt.& Menæchm. Act.II.Sc.II. Terentius Eunucho Act. II.Sc. III.

VT DII ILLVM DEÆQVE SENIVM PERDANT.

Idem Heautontimor. Act.IIII.Sc.v.

VT TE QVIDEM OMNES DII, DEÆ, *quantum eſt, Syre,*
Cum tuo iſto inuento, cúmque incœpto, PERDVINT.

Et Hecyra Act.I.Sc.II.

AT TE DII DEÆQVE PERDVINT *cum iſthoc odio Laches.*

His finitimum eſt illud Phormio. Act.v.Sc.VIII.

MALVM QVOD ISTI DII DEÆQVE OMNES DVINT.

INTERDVM nominatim Iouem in hoc genere, dein alios Deos inuocabant. Plautus Moſtellar. Act.I.Sc.I.

TE IVPITER DIIQVE OMNES PERDANT.

Idem Captiu. Act.IIII.Sc.I.

IVPITER TE DIQVE PERDANT.

Ibidémque Act.IIII.Sc.IIII.

DIESPITER TE DIIQVE ERGASILE PERDANT.

Similes imprecationes lector deprehendet Menæchm. Act.v.Sc.v. Curculio. Act. I.Sc. III.& Ruden. Act.IIII.Sc.IIII. Seneca etiam lib. de Conſolat. ad Albin. DII ISTOS DEÆQVE PERDANT, *quorum luxuria tam inuidioſi imperij fines tranſcendit.*

EX Formulis imprecationum eſt hæc quoque, DII TE INFELICITENT. Cæcilius Nauclero apud Nonium, VT TE DII OMNES INFELICITENT, *cum malè monita memoria.* Plautus Pœnulo Act.II.Sc.II.& Mercato Act.I.Sc.III.

DII ILLVM INFELICITENT.

Idem Caſina Act.II.Sc.II.

DII ME ET TE INFELICITENT.

Et Epidico Act.I.Sc.I.

DII IMMORTALES TE INFELICITENT.

NEC prætermittenda eſt illa Terentiana imprecatio, DII TE ERADICENT, cuius exempla habemus Andr. Act.IIII. Sc.v.& Heautontimor. Act.III.Sc.II.

IN vſu etiam erat hæc loquendi formula, QVÆ RES TIBI VERTAT MALE, quam in Plauti Curculio. Act.II.Sc.II.& Terent. Adelph. Act.II.Sc.I. & Phormio. Act. IIII.Sc.III. legere me memini. Virgilius Bucolic. Ecloga vlt.

Hos illi, QVOD NEC BENE VERTAT, *mittimus agnos.*

OBSERVANDVM inſuper eſt imprecãtes dixiſſe, MALE SIT. Plaut. Curcul. Act. IIII.Sc.vlt, MALE VALE, MALE SIT TIBI. Ouid.lib.I.de Arte aman.

Sed MALE SIT, *tacita mente,* PRECARE, VIRO.

Plautinus vtique Phædromus Palinuro ſeruo in Curcul. Act.I.Sc.II. ita imprecatur, MALE TIBI DII FACIANT. Cicer.lib.XI.Epiſtol.familiar.ad Brutum: DII ISTI *Segulio* MALE FACIANT *homini nequiſſimo.* Nec ignota eſt illa Comicorum imprecatio, I. vel ABI IN MALAM CRVCEM. Cuius exempla ſi quis requirat, inueniet in Plauti Pſeud. Act.III.Sc.vlt.& Pœn. Act.I.Sc.II.& Moſtellar. Act.III.Sc.III. & Caſina Act.III. Sc.IIII.& v. & ABI IN MALAM REM, apud Terent. Andr. Act.II. Sc.I.& Phormione Act. v. Sc. VII. Dici quoque ab imprecantibus ſolitum, VÆ CAPITI TVO, Plaut. teſtis eſt Amphitruo. Act.II. Sc. II.& Mil.glorio. Act.II. Sc.III.& Menæch. Act. III. Sc.II. itidémque Act.v. Sc. II. Addit idem Ruden. Act. II. Sc.III. VÆ CAPITI ATQVE ÆTATI TVÆ.

DISCEDENTIBVS verò ac peregrè proficiſcẽtibus malè precãtes, VIAM ILLAM PERPETVAM, vel ITER ILLVD PERPETVVM imprecabantur. Turpilius apud Nonium in verbo, *Itiner*: *Age, age, egredere, atque vtinam iſtuc* PERPETVVM ITINER SIT TIBI. Cicero in Piſo. *Quod tibi in prouinciam proficiſcenti euenit, vt omnes execrarentur*, MALE PRECARENTVR, VNAM TIBI ILLAM VIAM ET PERPETVAM ESSE VELLENT. Et hoc eſt quod idem in Seſtiana, poſtquam Piſonem & Gabinium paludatos malis ominibus exiſſe dixit, addit: *Quibus vtinam eueniſſent ea quæ homines precabantur.*

IMPRECATIONES planè in ſe vel in alios, de quorum ſalute ſolliciti erant, factas, ita auertere ſolebant, VT IN EORVM QVI MALE PRECATI ERANT, CAPITA REIICERENT. Sic apud Plaut. Pœnul. Act. III. Sc. III. cũ aduocati dixiſſent Lyco Martem iratum eſſe, Lycus ſubiicit, CAPITI VESTRO ISTHVC QVIDEM. Sic & Acontius Epiſt. XIX. Heroid. IN CAPVT SVVM periuria amicæ EVENIRE optat. Quinetiam ſi cui imprudenti maledictum excidiſſet, quod alterius animum offendiſſet, aut ſi quid cui imprecatus eſſet, cuius ſibi gratiam fieri, veniámque dari poſtularet, IN CAPVT SVVM RECIDERE precabatur ea, quæ alij euenire optauerat. Tibull. Eleg. II. lib. I.

Et mala ſi qua tibi dixit dementia noſtra,
Ignoſcas: CAPITI SINT PRECOR ILLA MEO.

Exempla duo ſuppeditat Seneca: vnũ lib. III. de Benefic. alterum lib. IIII. eiuſdem argumenti. Priore loco narrat Rufum virum ordinis Senatorij, cùm inter cœnam optaſſet, ne Cæſar ex ea peregrinatione, quam parabat, ſaluus rediret, poſtridie à ſeruo admonitum, quantum ſibi periculi immineret ob ea quæ inter pocula, ebrius dixerat, Cæſari deſcendenti occurriſſe, ſeſeque ipſum vltrò detuliſſe, & cùm MALAM MENTEM habuiſſe ſe pridie iuraſſet, ID VT IN SE ET FILIOS SVOS RECIDERET, optaſſe. Poſteriore verò loco refert, Mamercum quemdam, qui Aſinium Pollionẽ verbo quodam obſcœno offenderat, placandi eius cauſa dixiſſe, QVIDQVID MALI DIXI, MIHI ET CAPITI MEO. Cicero lib. VIII. Epiſt. ad Attic. *Multa mala cùm dixiſſet*, SVO CAPITI, *vt aiunt*. Idem Philipp. XI. *A qua cùm ſit alienus*, SVO CAPITI, *ſaluis nobis*, OMINETVR. Cœlius Epiſt. I. ad Cicer. lib. VIII. Familiar. *Te ad IX. Kal. Ianuar. ſubroſtrani* (QVOD ILLORVM CAPITI SIT) *diſſiparant periiſſe*. Liuius lib. XXXIX. *Et* IN CAPVT *eorum deteſtari minas periculáque qui ſuaſiſſent*. Virg. lib. VIII. Æneid.

DII CAPITI *ipſius generique reſeruent.*

Seneca in lib. de Conſolat. ad Marciam: *Quis non ſi admoneatur, vt de ſuis cogitet, tamquam dirũ omen reſpuat, &* IN CAPITA INIMICORVM, *aut ipſius intempeſtiui monitoris abire illa iubeat?*

PLERVMQ. enim HOSTIBVS EVENIRE optabant ea, quæ auerſabantur. Ouid. lib. III. de Arte aman.

HOSTIBVS EVENIAT *tam fœdi cauſa pudoris,*
Inque nurus Parthas dedecus illud eat.

Idem Epiſt. XV. Heroid.

HOSTIBVS EVENIANT *conuiuia talia noſtris.*

Et Epiſt. XIX.

HOSTIBVS, *& ſi quis ne fias noſtra, repugnat,*
SIC SIT *vt inualida te ſolet eſſe mihi.*

Idem lib. III. Amor. Eleg. X.

EVENIAT *noſtris* HOSTIBVS *ille pudor.*

Pedo Albinouan. in Carmine conſolator. ad Liuiam:

Vrbs gemit, & vultum miſerabilis induit vnum
GENTIBVS ADVERSIS FORMA SIT ILLA PRECOR.

Idem ibid.

HOSTIBVS EVENIAT *longa ſenecta metu.*

Propert. Eleg. VII. lib. III.

HOSTIBVS EVENIAT *lenta puella meis.*

Idem lib. III. Odę XXVII.

HOSTIVM *vxores puerique, cæcos*
Sentiant motus orientis Auſtri.

Sic apud Senecam in Octauia Act. IIII. Sc. I. Poppæa mala & triſtia ſomnia ſacrificiis expiare conſtituens optat, VT TERROR IN HOSTES SVOS RECIDAT.

EXTREMVM illud erit, cùm maledictis ac probris ſeri ocimum conſueuiſſe. Quod Plinius lib. XIX. cap. VII. ita memorat: *Nihil ocimo fœcundius. Cùm maledictis ac probris ſerendum præcipiunt: lætius proueniet. Satum etiam pauitur terra adacta cuminum, & qui ſerunt,* PRECANTVR NE EXEAT.

IAM VERO, vt ad ea quæ reſtant pergamus, Dedicationes quoque certis & ſollemnibus verbis factas Paulus in Feſti Epitome indicat, cùm Fanum à Fano dictum, ſiue à fando tradit: eò quòd, DVM PONTIFEX DEDICAT, CERTA VERBA FATVR. Similiter Varro lib. V. de ling. Latina: *Hinc*, ait, *Fana nominata, quòd Pontifices, in ſacrando*, FATI SVNT FINEM. Iſidorus quòque lib. VI. Origin. *Omne*, ait, *quod Deo datur, aut Dedicatur aut Conſecratur. Quod Dedicatur* DICENDO *datur, vnde & appellatur.* Apertius verò hoc ipſum Cicero Orat. pro domo ſua oſtendit, cùm domus ſuæ dedicationem, vt non ritè ac legitimè factam exagitat. *Ego verò*, inquit, *ſi omnia ſollemnibus verbis veteribus & priſcis inſtitutis acta eſſe dicerem, tamen me Reipub. iure defenderem.* Et poſtea: *An* SI POSTEM TENVERIT PONTIFEX, *& verba ad religionem Deorum immortalium compoſita, ad perniciem ciuium transtulerit, valebit ad iniuriam nomen ſanctiſſimum religionis?* Et ibidem: *Si is Q. Cæpionis inimici ſui* POSTEM ÆDIVM TENVISSET, *& pauca verba feciſſet, ædes Cæpionis eſſent dedicatæ.* Valerius Maximus lib. V. cap. X. *Horat. Puluillus cùm in Capitolio Ioui Opt. Max. ædem Pontifex dedicaret*, INTERQVE NVNCVPATIONEM SOLLEMNIVM VERBORVM, POSTEM TENENS, *mortuum eſſe filium ſuum audiuiſſet, neque manum à poſte remouit, ne tanti templi dedicationem interrumperet.* Seneca lib. de Conſolation. ad Martiam, *Puluillus hoc fecit Pontifex*, CVI POSTEM TENENTI, ET CAPITOLIVM DEDICANTI *mors filij nuntiata eſt: quam ille exaudiſſe diſſimulans, & ſollemnia Pontificalia verba accepit, gemitu non interrumpente precationem, & ad filij ſui nomen Ioue propitiato.* Et hæc nimirum ſunt, quas Plutarch. in Publicola νενομισμένας ἐπὶ τῇ καθιερώσει φωνὰς appellat. Ex quo, non minùs quàm ex illis Ciceronis, Valerij & Senecæ locis, obſeruandum obiter moneo, in templorũ dedicationibus poſtẽ teneri cõſueuiſſe. Hoc enim Plutarc. apertè tradit his verbis: Ἠθροισμένων ἁπάντων εἰς τὸ Καπιτώλιον, ὁ μὲν Ὡράτιος σιωπῆς γενομένης, τά τε ἄλλα δράσας καὶ τῶν θυρῶν ἁψάμενος, ὥσπερ ἔθος ἐστὶν, ἐφθέγγετο τὰς νενομισμένας ἐπὶ τῇ καθιερώσει φωνάς. Quod & Liuius lib. II. ſignificat: *Ægrius*, inquiens, *quàm dignum erat, tulere Valerij neceſſarij, tam inclytæ templi Horatio dari: poſtquam alia fruſtra iam tentata erãt*, POSTEM IAM TENENTI CONSVLI *inter precationem Deûm nuntium incutiunt.*

VERBIS porrò ſollemnibus præibant Pontifices in Dedicatione. Liuius lib. IX. de Cn. Flauio: *Ædem Concordiæ in area Vulcani ſumma inuidia nobilium dedicans, coactúſque cõſenſu populi Cornelius Barbatus Pontifex Max. verba præire, cùm more maiorum negaret, niſi Conſulem aut Imperatorem poſſe templum dedicare.* Varro lib. V. de lingua Lat. *Sic enim ædes ſacra à Magiſtratu Pontifice præeunte dedicatur.* Vſos verò eos DEDICANDI verbo in hac re demonſtrat Liuius lib. I. quo Romulum ita loquentem inducit: IVPITER FERETRI, HÆC TIBI VICTOR ROMVLVS REX REGIA ARMA FERO, TEMPLVMQVE IIS REGIONIBVS, QVAS MODO ANIMO METATVS SVM, DEDICO, SEDEM OPIMIS SPOLIIS, QVÆ REGIBVS DVCIBVSQVE HOSTIVM CÆSIS, ME AVCTOREM SEQVENTES POSTERI FERENT. Apud eumdem lib. X. *Virginius*, HANC, ait, EGO ARAM PLEBEIÆ PVDICITIÆ DEDICO. Tibull. lib. IIII. Elegiar.

VILLICVS *ærari quondam, nunc cultor agelli,*
HÆC TIBI PERSPECTVS TEMPLA PRIAPE DICO.

Vnde idem Eleg.x.

HANC TIBI FALLACI RESOLVTVS AMORE TIBVLLVS
DEDICAT, ET GRATA SIS, DEA, MENTE ROGAT.

Idem etiam probat inſcriptio Capitolina his verſibus:

ALCIDÆ SACRI GENERIS DECVS, HOC TIBI PRÆTOR
ET IOVIS ANTISTES DEDICO PERPETVVS.

Solebant autem Magiſtratus ædes aráſve dedicaturi, rem priùs ad collegium Pontificum referre, quibus vt adeſſent, denuntiari ſolebat ea verborum formula, quæ eſt à Cicerone Oratio. pro domo ſua poſita, ADES, ADES, LVCVLLE SERVILI, DVM DEDICO ÆDEM HANC, VT MIHI PRÆEATIS, POSTEMQVE TENEATIS. Sed & bonorum Conſecrationes, quæ à Tribuniſplebis foculo poſito, adhibito tibicine fiebant, ſua habuiſſe ſollemnia verba, Idem Cicero eadem declarat: *Si Tribunuſpl.* ait, *verbis non minus priſcis, & penè ſollemnibus bona ciuis cuiuſpiam conſecrant.* Et mox: *An Conſecratio nullum habet ius, Dedicatio eſt religioſa? Quid ergo illa tum obteſtatio tibicinis? Quid foculus? quid preces? quid priſca verba voluerunt?*

NEC tamen VERBIS modò, ſed ET MANV conſecrationes fieri dicebantur. Cicero lib. II. de Legib. *Bene verò quod mens, pietas, virtus,* FIDES CONSECRATVR MANV: *quarum omnium Romæ* DEDICATA *publicè* TEMPLA *ſunt.* Idem in Orat. pro domo ſua: *Cùm ſuis* DICAT SE MANIBVS CONSECRASSE, *quæ tua fuit Conſecratio?* Ouid. lib. I. Faſt.

Sacra vocant Auguſta patres: Auguſta vocantur
TEMPLA, *ſacerdotum ritè* DICATA MANV.

Ædium autem ſacrarum dedicationi leges dici ſolitas, Plinius lib. x. Epiſtolarum ad Traianum indicat: *An putes*, ait, *ædem,* CVI NVLLA LEX DICTA EST, *ſalua religione poſſe transferri?* Cui ſic reſpondet Traianus: *Nec te moueat, quòd* LEX DEDICATIONIS *nulla reperitur.* Exemplum inſigne ex Salonæ vrbis monumento, quod hodiéque Patauij viſitur, proferam. Id autem eſt huiuſmodi: LÆLIO CÆSARE IMP. P. CÆLIO. F. P. SALBINO VIBVLIO PIO COSS. VII ID. OCTOBRES CN. DOMITIVS VAL. II. VIR. I. D. PRÆEVNTE C. IVLIO SEVERO PONTIFICE LEGEM DIXIT, IN EA VERBA, QVÆ INFRA SCRIPTA SVNT. IVPITER OPTIME MAX. QVANDOQVE TIBI HODIE ARAM DABO DEDICABOQVE OLLIS LEGIBVS, OLLISQVE REGIONIBVS DABO, DEDICABOQVE, QVAS HIC HODIE PALAM DIXERO: VT INFIMVM SOLVM HVIVS ARÆ EST, SI QVIS HIC HOSTIA SACRVM FAXIT, QVOD MAGMENTVM NEC PROTOLLAT, ITCIRCO TAMEN PROBE FACTVM ESTO. CETERÆ LEGES HVIC ARÆ EÆDEM SVNTO, QVÆ ARÆ DIANÆ SVNT IN AVENTINO MONTE DICTÆ. HISCE LEGIBVS, HISCE REGIONIBVS, SICVTI DIXI, HANC TIBI ARAM IVPITER OPTIME MAX. DICO DEDICOQVE, VTI SIES VOLENS PROPITIVS MIHI, COLLEGISQVE MEIS, DECVRIONIBVS, COLONIS, INCOLIS COLONIÆ MARTIÆ, IVLIÆ SALONÆ, CONIVGIBVS, LIBERISQVE NOSTRIS. Cui ſimile aliud è Narbonis Martij antiquo lapide deſcriptum monumentum ταυτολογίας reprehenſionem minimè veritus ſubiungendum cenſui, propter eam quæ inter vtramque inſcriptionem intercedit varietatem. Sic autem habet:

NARBONESIS NVMINI AVGVSTI DEDICAVIT LEGIBVS IIS. Q. I. SS. NVMEN CÆSARIS AVG. P. P. QVANDO TIBI HODIE HANC ARAM DABO DEDICABOQ. HIS LEGIBVS, HISQ. REGIONIBVS DABO DEDICABOQVE, QVAS HIC HODIE PALAM DIXERO VTI INFIMVM SOLVM HVIVSQVE ARÆ TITVLORVMQVE EST. SI QVIS TERGERE, ORNARE, REFICERE VOLET, QVOD BENEFICII CAVSA FIAT

IVS

IVS PASQVE ESTO, SIVE QVIS HOSTIA SACRVM FAXIT, QVI MAGMENTVM NEC PROTOLLAT, IDCIRCO TAMEN PROBE FACTVM ESTO. SI QVIS HVIC ARÆ DONVM DARE AVGEREQVE VOLET, LICETO, EADEMQVE LEX EI DONO ESTO, QVÆ ARÆ EST. CETERÆ LECES HVIC ARÆ, TITVLISQVE EÆDEM SVNTO, QVÆ SVNT ARÆ DIANÆ IN AVENTINO. HISCE LECIBVS, HISQ. RECIONIBVS, SIC VTI DIXI; HANC TIBI ARAM PRO IMP. CÆSARE AVG. P. P. PONTIFICE MAXIMO TRIBVNITIA POTESTATE XXXV. CONIVCE, LIBERIS, GENTEQVE EIVS SENATV POPVLOQVE ROM. COLONIS INCOLISQVE COL. IVL. PATERN. NARB. MART. QVI SE NVMINI EIVS IN PERPETVVM COLENDO OBLICAVERVNT, DOQVE, DEDICOQVE VTI SIES VOLENS PROPITIVM.

QVIBVS in inſcriptionibus notanda eſt haud vulgaris MAGMENTI vox, cuius & à Varrone lib. IIII. de ling. Lat. & Arnob. lib. VII. aduerſus Gent. & Feſto aut potius Paullo fit mentio. Et Varro quidem MAGMENTVM interpretatur eſſe ex immolata hoſtia deſectum in iecore imponendo, augendi cauſſa, & ita appellatum à Magis, quod ad religionem pertinet. Gloſſarium verò vetus MAGMENTVM explicat, Εφ' ὃ τὰ σπλάγχνα πέμματα τοῖς βωμοῖς προσφέρονται. Sed inſtitutum proſequamur. Aliam quoque formulam legis dictæ in Dedicatione habemus in Tabula, quæ Romæ conſpicitur, in hæc verba: EX VOTO SVSCEPTO, QVOD DIV ERAT NEGLECTVM NEC REDDITVM; INCENDIOR. ARCENDORVM CAVSA, QVANDO VRBS PER NOVEM DIES ARSIT NERONIANIS TEMPORIBVS, ET HAC LEGE DEDICATA EST, NE CVI LICEAT INTRA HOS TERMINOS ÆDIFICIVM EXTRVERE, MANERE, NEGOTIARI, ARBOREM PONERE, ALIVDVE QVID SERERE, ET VT PRÆTOR, CVI HÆC REGIO SORTI OBVENERIT, LITATVRVM SE SCIAT, ALIVSVE QVIS MAGISTRATVS VOLCANALIB. X. K. SEP. OMNIBVS ANNIS VITVLO ROBIO ET VERRE.

IN aliquot planè ſacellis ſcriptum, Varrone teſte, habebatur, NE QVID SCORTEVM ADHIBERETVR. Quod idcirco cautum ille lib. VI. de ling. Lat. tradit, ne morticinium quid adeſſet. Vnde Ouid. lib. I. Faſt.

SCORTEA NON ILLI FAS EST INFERRE SACELLO,
NE VIOLENT PVROS EXANIMATA FOCOS.

ARIS etiam titulos inſcribi conſueuiſſe, qui cauſam continebant, ob quam eæ poſitæ eſſent, demonſtrat Suetonius in Calig. cap. VIII. *Addit etiam*, inquiens, *pro argumento, aras ibi oſtendi inſcriptas*, OB AGRIPPINÆ PVERPERIVM. Atq; ita ARA ADOPTIONIS, intelligi debet apud Tacitum lib. I. quæ nimirum adoptionis ergô poſita erat. Extat & Romæ inſcriptio huiuſmodi:

I. O. M. D. PRO SALVTE. AVGG. NN. SEPTIMI SEVERI PII PERTINACIS ET M. AVRELI ANTONII PII FELICIS AVG. ET IVLIÆ AVG. ET S. P. Q. R. SENNIVS AVGG. NN. OPTIO TABELLARIORVM STATIONIS MARMORVM. ARAM POSVIT.

Ibidem alia viſitur his verbis:

C. MARCIVS C. F. SALVIANVS NOREA. GENIO CENTVRIÆ COH. X. PR. P. MARI BASSI IN QVA MILITAVIT ANN. XIIX. VOTO SVSCEPTO MISSVS HONESTA MISSIONE PRID. NON. IANVAR. Q. FABIO CATVLLINO, M. FLAVIO APRO COS. ANIMO LIBENS ARAM SVA PECVNIA POSVIT.

A Liuio etiam lib. XXVIII. memoriæ proditum eſt Annibalem in Iunonis Laciniæ templo aram condidiſſe, dedicaſſéque cum ingenti rerum abs ſe geſtarum Titulo Punicis Græcíſque literis inſculpto. Sed & quibus Diuis poſitæ eſſent, adſcribi ſolitum oſtēdit Valerius lib. II. cap. V. *Cùm ad XX. pedum altitudinem*, ait, *humo egeſta perueniſſent, animaduerterunt* ARAM DITI PATRI, PROSERPINÆ, INSCRIPTAM. In numo quodam

Huiuſmodi inſcriptionũ ſollẽnia verba erant hæc, DONVM DEDIT, vel DONVM POSVIT, quibus antiqui lapides abundant, ac plerumque notis hiſce perſcribuntur D.D. & D.P. Sed enim huius generis inſcriptiones aliquot oculis ſubiicere ſatius fuerit. Ex earum ergo turba has ſelegi: HERCVLI INVICTO M. CASSIVS, HORTENSIVS PAVLINVS PR. VR. XV. VIR SACRIS FACIVNDIS DONVM DEDIT.

Q. NVMMMIVS ALEXANDER DONVM DEDIT IOVI SABAZIO.

EVMOLPVS CÆSARIS A SVPELLECTILE DOMVS AVRIF. ET CLAVDIA PALLAS SOLI ET LVNÆ DONVM POSVERVNT.

POMPEIVS APPIVS FAVSTINVS V. C. PR. VR. N. D. D. FELICITER IN CAPITOLIO HERCVLI VICTORI, POLLENTI, POTENTI, INVICTO DONVM DEDIT. LIB. MER. Sed & aræ cuidam Romanæ huiuſmodi Titulus inſcriptus eſt, ANNÆVS PLACIDIVS HERCVLI DONVM DEDI.

QVIN ETIAM cauſa doni dati titulo plerumque cõprehẽdebatur. Quod ſignificat Tibull. lib. I. Eleg. x. cũ ait, —VENERIQ. MERENTI, FIXA, NOTET CASVS AVREA PALMA MEOS. Id quod ſequens inſcriptio teſtatur: MINERVÆ MEMORI COELIA IVLIANA INDVLGENTIA MEDICINARVM EIVS INFIRMITATE GRAVI LIBERATA D.P. Et alibi: SOLI SACRVM PRO SALVTE CL. IVLIANI PR. VR. PRÆF. ANNONÆ TI. IVLIVS BALBILLVS S. SOL. DED. XIII. KAL. FEBR. L. ANNIO FABIANO M. NONIO MVCIANO COSS. Item hæc: IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS IMP. III. COS. XI. TRIB. POT. XIV. ÆGYPTO IN POTESTATEM POPVLI ROM. REDACTA SOLI DONVM DEDIT. Refertur & à Liuio lib. XL. huiuſmodi DONI TABVLA: TIB. SEMPRO. GRACCHI COS. IMPERIO, AVSPICIOQVE, LEGIO, EXERCITVSQVE POPVLI ROM. SARDINIAM SVBEGIT. IN EA PROVINCIA HOSTIVM CÆSA AVT CAPTA SVPRA LXXX. MILLIA. REPVB. FELICISSIME GESTA, ATQVE LIBERATIS VECTIGALIBVS, EXERCITVM SALVVM ATQVE INCOLVMEM PLENISSIMVM PRÆDÆ DOMVM REPORTAVIT: ITERVM TRIVMPHANS ROMAM REDIIT. CVIVS REI ERGO HANC TABVLAM DONO IOVI DEDIT. In inſcriptione quadam Rom. legimus: IOVI SOLI INVICTO SERAPIDI T. ÆLIVS ANTIPATER PROC. AVGG. CVM VMBRICIA BASSA CONIVGE GRATIAS AGENTES POSVERVNT.

ET quidem ſi ex voto ſuſcepto Signa ponerentur, exprimi id titulo addito ſolebat. Liuius lib. XXIII. *Statua loricata, amicta toga, velato capite, & tria Signa cum* TITVLO *lamina ærea inſcripto*: MVNITIVM PRO MILITIBVS QVI CASILINI IN PRÆSIDIO FVERANT, VOTVM VOVISSE. Romæ huiuſmodi inſcriptio viſitur. SILVANO SANCTO C. ACTVRNIVS MEDICVS LVD. GALLIC. PORTICVM ET EXEDRAM ET SIGNVM ÆNEVM VOTO SVSCEPTO LIBENS MERITO DEDIT. KAL. MAII L. MARTIO ET SEX. COSS. Et alibi: GENIO FORINARVM ET CVLTORIBVS HVIVS LOCI TERENTIA NICE *& cet.* SIGNVM ET BASIM VOTO SVSCEPTO DE SVO POSVIT. In Hiſpania verò extat huiuſmodi inſcriptio: Q. SERVILIVS VVLNERE SERVATVS, HERCVLI DEO INVICTO SIGNVM ÆREVM EX VOTO POSVIT PROPE MARTEM ARGENTEVM IN MAGNA ARA. Romæ item hæc: T. AVRELIVS AVG. LIB. DIOSCORVS VOTVM ÆSCVLAPIO SANCTO OB PROCESSVS SVOS CVM VALERIA NICE CONIVGE, ET AVRELIO DIOSCORO . . . . . VICTORINÆ FILIO D. D. Et aliâs: LIBERO PATRI SANCTO SACR. SEX. COELIVS PRIMITIVVS ET PVBLICIA ANTVLLA VOTO SVSCEPTO.

NEC VERÒ Pontificias Formulas tacitus prætetire poſſum, quarum familiam ducet ea, qua Pontifex in virgine Veſtali capienda vtebatur, quam Agellius lib. I. Noct. Atticar. cap. II. ex Fabij Victoris lib. I. excerptam ab obliuionis iniuria vindicauit. Ea erat huiuſmodi: SACERDOTEM VESTALEM QVÆ SACRA FACIAS,

QVÆ IVS SIET SACERDOTEM VESTALEM FACERE PRO POPVLO ROM. QVIRITIBVS, VT QVOD OPTIMA LEGE FVIT, ITA TE AMATA CAPIO. Nam quæ legebantur Veſtales, CAPI propriè dicebantur: cui verbo peculiarem in hac re locum fuiſſe Chirius Fortunatian. lib.III. Rhetoricor. notat: *Vt ſi, ait, Dictatorem* DICTVM *dicat*, *Flaminem* PRODITVM, VESTÆ VIRGINEM CAPTAM: cuius loquutionis aliquot exẽpla lib.III. De Verbor. quæ ad ius pertinent Significat. attuli, quibus & hæc quæ ſequuntur accedent. Tacitus lib. II. *Poſt quæ retulit Cæſar* CAPIENDAM VIRGINEM *in locum Occiæ*. Idem lib.IIII. *Decretum Corneliæ virgini, quæ in locum Scantiæ* CAPIEBATVR. Et lib.XV. *Defunctáque virgo Veſtalis Lælia, in cuius locum Cornelia ex familia Coſſorum* CAPTA EST. Suetonius in Auguſto cap.XXXI. *Sed & commoda auxit præcipuè Veſtalium virginum, cúmque in demortuæ locum aliam* CAPI *oporteret*. Prudent.lib.II.contra Symmach.

Ac primùm paruæ teneris CAPIVNTVR *ab annis.*

Quamquam & VESTALEM LEGERE, Liuius lib.I.ſemel atque iterum dixit. Sed & CAPI FLAMEN à Pontifice Max. dicebatur, & ita Liu. lib. XXVII. & Valerius Max. lib. VI. cap. IX. loquuntur: Quem & INAVGVRATVM fuiſſe Liuius lib. XXVII. & XL. & Agellius lib. XV. cap. XXVII. docent. Pontificẽ verò Max. in puluinaribus verba hæc vſurpaſſe, VIGILASNE DEVM GENS? Seruius in lib. II. Æneid. notat. Idem in X. Æneid. ad eum verſum: —*Vigilaſne Deum gens? Verba, ait, ſunt ſacrorum. Nam virgines Veſtæ certa die ibant ad Regem ſacrorum, & dicebant*, VIGILASNE REX? VIGILA. Idem in lib. VIII. Æneid. ad ea verba, —*Vtque impulit arma, Hoc, ait, ad pedites pertinet: Eſt autem ſacrorum. Nam is qui belli ſuſceperat curam, ſacrarium Martis ingreſſus, primò Ancilia commouebat poſt haſtam ſimulachri ipſius, dicens*, MARS VIGILA.

PLANE in feriis imperandis, VT LITIBVS ET IVRGIIS ABSTINERETVR, per præconem edici ſolitum Cicero lib.I. de Diuinat. docet. Proinde Ouid. lib.I. Faſtor. de feriis Calend. Ianuariar. agens:

LITE, ait, VACENT AVRES, INSANAQVE PROTINVS ABSINT
IVRGIA, DIFFER OPVS LIVIDA LINGVA TVVM.

Martial. lib. X. Epigrammat.

NATALEM COLIMVS, TACETE LITES.

Vnde Liuius lib. V. in primis lectiſterniis, quæ in vrbe Romana per octo dies facta ſunt, cùm inimicis quoque benignè & comiter ſermones habitos, IVRGIISQVE ET LITIBVS TEMPERATVM fuiſſe ſcribit. Apud eumdem lib. XXXVIII. Scipio, *Hoc die, inquit, Tribuni pleb. vóſque Quirites, cum Hannibale & Carthaginienſibus ſignis collatis in Africa bene ac feliciter pugnaui. Itaque* HODIE CVM LITIBVS ET IVRGIIS SVPERSEDERE ÆQVVM SIT: *ego hinc extemplo in Capitolium ad Iouem Opt. Max. Iunonémque ac Mineruam ceteróſque Deos, qui Capitolio atque arci præſident, ſalutandos ibo.* Quocirca Cicero in iis, quas edit legibus, hoc caput ponit lib. II. FERIIS IVRGIA AMOVENTO. Eodémque lib. FERIARVM, ait, FESTORVMQVE DIERVM RATIO IN LIBERIS REQVIEM HABET LITIVM ET IVRGIORVM. Quorum vocabulorum coniunctio obſeruanda eſt. Varro lib. VI. *Quod, ait, iurgio, id eſt litibus.* Et mox: *Ex quo licet videre* IVRGARE *ab iure dictum, cùm quis iure litigarit.* Cicero de Repub. lib. IIII. *Si* IVRGANT, inquit: *Beneuolorum concertatio, non lis inimicorum* IVRGIVM DICITVR. Et mox; IVRGARE *igitur lex putat, vicinos non litigare.*

QVINETIAM feriis publicis ante Flamines quoſdam inceſſiſſe, qui opere abſtinere monerent, Sext. Pomp. lib. XIIII. tradit. PRÆCIAMITATORES, ait, *vel vt alij legunt, Præclamitatores dicuntur, qui Flaminibus Diali, Quirinali, Martiali antecedentes exclamant*, FERIIS PVBLICIS VT HOMINES ABSTINEANT SE OPERE, *quia his opus facientem videre, irreligioſum eſt.* Idem ibidem: *Præcias dicebant, qui à Flaminibus præmittebantur, vt denuntiarent opificibus*, MANVM ABSTINERENT AB OPERE: *ne ſi vidiſſet ſacerdos facientem opus, ſacra pollueerentur.* Seruius integer ad illum Virgilij verſum lib.I. Georgic.

Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus.

Sunt enim, ait, aliqua quæ ſi feſtis diebus fiant, ferias polluant: Quapropter & Pontifices ſacrificaturi præmittere Calatores ſuos ſolent, vt ſicubi viderint opifices adſidentes, opus fieri prohibeant, ne pro negotio ſuo & ipſorum oculos & Deorum cæremonias attaminēt. Feriæ enim operæ Deorum creditæ ſunt. Quod Macrob. quoque lib. I. Saturnal. cap. XVI. memorat his verbis. *Adfirmabant autem ſacerdotes pollui ferias, ſi indictis conceptiſque opus aliquod fieret. Præterea Regem ſacrorum Flamineſque non licebat videre feriis opus fieri, & ideo per præconem denuntiabant, ne quid tale ageretur, & præcepti negligens mulctabatur.* Plutarchus inſtituta Numæ recenſens in eius vita: Ἐν δὲ ταῖς προπομπαῖς, ait, καὶ ὅλως τῶν ἱερέων ταῖς πομπαῖς προεπορεύοντο κήρυκες ἀνὰ τὴν πόλιν, ἐλινύειν κελεύοντες καὶ τὰ ἔργα καταπαύοντες. Cuius rei rationē mox reddens, ᾤετο δεῖν τοὺς πολίτας μήτε ἀκούειν τι τῶν θείων μήτε ὁρᾶν ἐν παρέργῳ καὶ ἀμελῶς, ἀλλὰ σχολὴν ἄγοντας καὶ προσέχοντας τὴν διάνοιαν. ὡς πράξει μεγίστῃ τῇ περὶ τὴν εὐσέβειαν ψόφων τε καὶ παταγῶν καὶ στεναγμῶν καὶ ὅσα τοιαῦτα τοῖς ἀναγκαίοις καὶ βαναύσοις πόνοις ἕπεται καθαρὰς τὰς ὁδοὺς ταῖς ἱερουργίαις παρέχοντας. Ex quorum locorum collatione efficitur, quos Feſtus Pomp. PRÆCLAMITATORES, VEL PRÆCIAMITATORES vocat, eos à Seruio CALATORES, à Macrobio PRÆCONES, à Plutarcho κήρυκας appellari.

PONTIFICVM etiam ſollemnia verba hæc erant, NAPVRAS NECTITO. quo dicto funiculos ex ſtramentis factos Feſtus Pomp. ſcribit. In vrbe quoque condenda, SISTERE FANA, cùm dicebant, ſignificabant loca in oppido futurorum fanorum conſtituere, vel lectiſternia certis locis & Diis habere. Ex Pontificum autem commentariis Plinius lib. XVIII. cap. II. hæc verba citat, AVGVRIO CANARIO AGENDO DIES CONSTITVANTVR PRIVSQVAM FRVMENTA VAGINAS EXVANT, ET ANTEQVAM IN VAGINAS PERVENIANT.

COMPITALIORVM verò ferias, quas quotannis concipi ſolitas Varro lib. V. de ling. Lat. ſcribit, quibuſnam verbis olim Prætor cōciperet, Agell. lib. X. cap. XXIIII. docet. *Ius autem erit, ait, perpetuæ veterum conſuetudinis demonſtrandæ gratia, verba ſollemnia Prætoris ponere, quibus more maiorum ferias concipere ſolet, quæ appellantur Compitalia: Ea verba hæc ſunt,* DIE NONI POP. RO. QVIRITIBVS COMPITALIA ERVNT, QVANDO CONCEPTA FVERINT NEFAS. Idem ipſum Macrob. lib. I. Saturnal. cap. IIII. paullò diuerſis verbis refert. Reliquas etiam ferias conceptiuas certis ac ſollemnibus verbis, quæ LEGITIMA Ouid. appellat, concipi conſueuiſſe apparet ex his verſibus lib. II. Faſt.

> *Curio* LEGITIMIS *tunc* FORNACALIA VERBIS
> MAXIMVS INDICIT, *nec ſtata ſacra facit.*

Varro lib. V. de ling. Lat. REX CVM FERIAS *menſtruas nonis Februariis* EDICIT, *hunc diem* (videlicet Lupercaliorum) FEBRVATVM *appellat.* Ad feriarū quoque ſollemnia verba pertinet, quæ Arnob. lib. VII. aduerſus Gent. velut ex communi Gentilium ſermone, recitat. LACATIO DEVM MATRIS EST HODIE: IOVIS EPVLVM CRAS EST: ÆSCVLAPII GERITVR, CELEBRATVRQVE VINDEMIA: LECTISTERNIVM CERERIS ERIT IDIBVS PROXIMIS: TELLVRIS NATALIS EST. D. Ambroſ. in Epiſt. ad Corinth. I. cap. VI. *Aut iudicem publicū, cui dici ſolet:* HODIE DIES SACRORVM EST, IVS DICI NON POTEST. Quin & menſiū Nonas certis & conceptis verbis calari ſolitas Varro lib. V. de lingua Lat. docet. *Primi,* inquiens, *dies menſium nominati Calendæ, ab eo quod his diebus* CALENTVR *eius menſis Nonæ à Pontificibus,* QVINTANÆ NE AN SEPTIMANÆ *ſint futuræ in Capitolio, in curia Calabra ſic dictæ,* QVINQVE (aut vt alij legunt) QVINQVIES KALO IVNO NOVELLA: SEPTEM (aut vt alij legūt) SEPTIES KALO IVNO NOVELLA. Sunt tamē quibus placeat ita emendari, DIES TE QVINQVE KALO IVNO NOVELLA, SEPTEM DIES TE KALO IVNO NOVELLA.

ALIA quoque plurima è Pontificum adytis prompta verba Arnob. lib. VII. aduerſ. Gent. in medium profert. Denique nomina ſacrorum locorum ſub congrua proprietate proferre, Pontificalem obſeruationem eſſe, Macrobius lib. III. cap. IIII. tradit. Locorum verò ſacrorum has ex Varrone, Agellio, Feſto, Macrob. Cornelio Fronto. & aliis, differētias obſeruaui. Dicebant enim ÆDES, TEMPLA, DELVBRA, FANA, SACELLA,

CELLAS, SACRARIA, TESCA, PAVISSAS. Collegij etiam Pontificum decretum quoddam Agell.lib.IIII. cap VI. ex quinto librorum Atteij Capitonis, quos de iure Pontificio ſcripſerat, literis conſignatum reliquit.

EX Augurali verò diſciplina illud animaduerti, Augures cùm de cælo ſeruarent, & aliquid comperirent, quod rem ſuſceptam dirimeret, id duobus his verbis, ALIO DIE, denuntiaſſe. Cicero II. in Anton. Oratio. *Confecto negotio bonus Augur, Lælium diceres,* ALIO DIE, inquit. Et paullò pòſt: *Sed ſi nihil eſt cùm Augur his verbis nuntiat, quibus nuntiaſti, confiteor te, cùm,* ALIO DIE, *dixeris, ſobrium non fuiſſe.* Cic. lib II. de Legibus: *Quid grauius quam rem ſuſceptam dirimi, ſi vnus Augur* ALIO DIE *dixerit?* Liuius lib VIII. *Nec quẽquã mortalium extare, qui ſe vidiſſe, aut audiuiſſe, quid dicat quod* AVSPICIVM DIRIMERET.

HIS conſequens eſt, vt Augurium quod SALVTIS vocabatur, attingam: cuius Cicero lib. I. de Diuinatio. meminit. Quod longo tempore intermiſſum Auguſtus teſtibus Suetonio cap. XXXI. & Dione lib. LI. reſtituit. Tacitus etiã lib. XII. idem Auguriũ quinq; & viginti annis omiſſum repeti ac continuari placuiſſe tradit. De quo Dionis è lib. XXXVII. verba, quæ ad eius cognitionem explicationémque pertinent, ſubijciam. τὸ οἰώνισμα, ait, τῆς ὑγιείας ὀνομαζόμενον μαντείας τις τρόπος ἐστί. πεῖράν τινα ἔχει εἰ δὴ ἐπιτρέπειεν σφίσιν ὁ θεὸς ὑγίειαν τῷ δήμῳ αἰτῆσαι, ὡς οὐχ ὅσιον ὂν οὐδὲ αἰτῆσαι αὐτῆς πρὶν συγχωρηθῆναι, γενέσθαι. In eius porrò Formula adſcripta fuiſſe hęc verba, PRÆTORES MAIORES MINORESQVE, nõ malè colligere videor, ex eo quod Feſt. Pomp. lib. XI. ſcribit, *Pro collegio Augurum decretum eſt, quòd in* SALVTIS *augurio* PRÆTORES MAIORES, ET MINORES *appellentur, non ad ætatem, ſed ad vim imperij pertinere.*

ERAT & Augurum ſollemnis pronuntiatio, VITIO MAGISTRATVM CREATVM, VITIO DIEM DICTAM, VITIO TABERNACVLVM CAPTVM. Donat. in Prolog. Hecyræ ad ea verba: *Vitiũ & calamitas, Benè ait ſecũdũ Augures.* VITIVM *enim eſt ſi tonet tantùm,* VITIVM ET CALAMITAS *ſi tonèt & grandinet ſimul & etiam fulminet* Et mox: *Tranſlatio eſt ab Augurio, vt* VITIO CREATI *dicuntur* CONSVLES. Liuius lib. XXIII. de Marcello: *Cui ineunti Conſulatũ cùm tonuiſſet, vocati Augures* VITIO CREATVM VIDERI *pronuntiarunt.* Idẽ lib. IIII. *Non tamen pro firmato iam ſtetit* MAGISTRATVS *eius, quia tertio menſe quàm inierunt, Augurum decreto, proinde ac* VITIO CREATI, *honore abiere, quòd C Curiatius, qui comitiis eorum præfuerat,* NON RECTE TABERNACVLVM CEPISSET? Idem lib. VIII. *Nec tamen a Dictatore comitia ſunt habita, quia* VITIÓNE CREATVS ESSET *in diſquiſitionem venit. Conſulti Augures* VITIOSVM VIDERI DICTATOREM *pronuntiarunt.* Idem lib. XLI. *In Petilio* ID VITIO FACTVM *poſtea Augures reſponderunt.* Et lib. XLV. *Iam primùm cum legionibus ad conueniendum diem dixit, non auſpicato templum intrauit:* VITIO DIEM DICTAM ESSE *Augures, cùm ad eos eſſet relatum, decreuerunt.* Cicero in Orano. de Haruſpic. reſpõſis: *Augures interrogabat, quæ rea lata eſſent: Illi* VITIO *lata eſſe dicebant.* Idem lib. IIII. de Diuinatio. *Quid quod apud te ſcriptum eſt de Tiberio Graccho, nõ & Augurum & Auſpicum diſciplinã comprobat, qui cùm* TABERNACVLVM VITIO CEPISSET, *imprudens quòd inauſpicato Pomœrium tranſgreſſus eſſet, comitia Conſulibus rogandis habuit.* Idem lib. II. *At Tiberij Gracchi literis Scipio & Figulus, quòd tum Augures iudicaſſent* VITIO CREATOS ESSE, *magiſtratu abdicauerunt.* Hoc ipſum Valer. Max. lib. I. cap. I. refert his verbis: *A Tiberio enim Graccho ad collegium Augurũ literis ex prouincia miſſis, quibus ſignificabat ſe cùm libros ad ſacra populi pertinẽtes legeret, animaduertiſſe* VITIO TABERNACVLVM CAPTVM *comitiis Conſularibus, quæ ipſe feciſſet, eáque re ab Auguribus ad Senatũ relata iuſſu eius C. Figulus è Gallia, Scipio Naſica è Corſica Romam redierunt, & ſe Conſulatu abdicauerunt.* Id quod paullò plenius ac fuſius Plutarchus in Marcello enarrat in hunc modum. Τιβέριος οὖν, Σεμπρώνιος ἀπέδειξε μὲν διαδόχους Σκηπίωνα Νασικᾶν, καὶ Γάϊον Μάρκιον· ἤδη δὲ ἐχόντων αὐτῶν ἐπαρχίας καὶ στρατεύματα, ὑπομνήμασιν ἐντυχὼν εὗρεν ἠγνοημένον ὑφ' αὐτοῦ τι τῶν πατρίων, ἦν δὲ τοιοῦτον. Ὅταν ἄρχων ἐπ' ὄρνισι καθεζόμενος, ἔξω πόλεως οἶκον καὶ σκηνὴν μεμισθωμένην ὑπ' αἰτίας τινὸς ἀναγκασθῇ μήπω γεγονότων σημείων βεβαίων ἐπανελθεῖν εἰς πόλιν, ἀφεῖναι ἔδει τὸ προμεμισθωμένον οἴκημα καὶ λαβεῖν ἕτερον, ἐξ οὗ ποιήσεται τὴν θέαν αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς. τοῦτο δ' ἔλαθεν, ὡς ἔοικε, τὸν Τιβέριον, καὶ δὶς τῷ αὐτῷ χρησάμενος ἀπέδειξε τοὺς εἰρημένους ὑπάτους. ὕστερον δὲ γνοὺς τὸ ἡμαρτημένον ἀνήνεγκε πρὸς τὴν σύγκλητον,

σύγκλητον, ἡ δὲ οὐ κατεφρόνησε τοῦ κατὰ μικρὸν οὕτως ἐλλείμματος, ἀλλ' ἔγραψε τοῖς ἀνδράσι, καὶ ἐκεῖνοι τὰς ἐπαρχίας ἀπολιπόντες ἐπανῆλθον εἰς ῥώμην ταχὺ καὶ κατέθεντο τὴν ἀρχήν. Quem Plutarchi locum eo lubentius retuli, quòd inde maculam eluere tentabo, quæ in eo penitus inſedit atque inueterauit. Nam quem ſenſum habent hæc, καὶ στρατιωτικοῖς ὑπομνήμασιν ἐντυχών? Perſpicuum ſiquidem eſt hoc ſentire Plutarchum, Sempronium augurales libros inſpexiſſe: Quod & Cic. lib. II. de Nat. Deor. de ipſo loquens, teſtatur. *Poſt autem*, inquiens, *ex prouincia literas ad collegium miſit, ſe, cùm legeret libros, recordatũ eſſe,* VITIO SIBI TABERNACVLVM CAPTVM *fuiſſe in hortis Scipionis, quod cùm pomœrium poſtea intraſſet habendi Senatus cauſa, in redeundo cùm idem pomœrium tranſiret, auſpicari eſſet oblitus. Itaque* VITIO CREATOS *eſſe Coſſ. Augures rem ad Senatum. Senatus vt abdicarent Conſules: abdicauerunt.* Quod tamen illis verbis non ſignificatur. Deinde quis non videt quàm incongruè copula, καὶ, ad eam orationem coniungendam ſit interpoſita? Quamobrem ſic dilucidè emendo, mutatione penè nulla, ἤδη δ' ἐχόντων αὐτῶν ἐπαρχίας καὶ στρατὸν, μαντικοῖς ὑπομνήμασιν ἐντυχών. Nam Gracchum Augurem fuiſſe vel vnus Cicero lib. II. Epiſt. ad Q. Frat. idoneus & locuples teſtis eſt. Huic adfine erratum in Dione olim deprehendi lib. XXXVII. quo de adoptione Claudij agens, ideò eam reprobatã ait, quòd more maiorum facta non eſſet: cuius rei hanc rationem reddit: ἐν γὰρ τῇ εἰσφορᾷ τοῦ στρατιωτικοῦ νόμου μόνως ἐξῆν γίνεσθαι. vbi interpres στρατιωτικοῦ legit, atq; ita vertit. Equidem Curiata lege adoptionem factã aliâs legi, militari nuſquam. Sueton. in Auguſto cap. LXV. *Tertium nepotem Agrippam, ſimúlq; priuignũ Tiberium adoptauit in foro* LEGE CVRIATA. Tacit. lib. VII. *Si te priuatus* LEGE CVRIATA *apud Pontifices, vt moris eſt, adoptarem.* Agellius lib. V. cap. XIX. *Sed adrogationes non temerè nec inexploratè committũtur: Nam* COMITIA *etiam arbitris Pontificibus præbentur, quæ* CVRIATA *appellantur.* Itaque legendum eſſe non dubito φρατριατικοῦ νόμου. Quod alter eiuſdem auctoris locus lib. XXXIX. liquidò & perſpicuè cõprobat, in quo ita eſt. τὴν γὰρ εἰσφορὰν τοῦ φρατριατικοῦ νόμου, παρ' ἣν ἐκ τῶν εὐπατριδῶν ἐς τὸ πλῆθος ἐπεποίητο διαβάλλων, ὡς οὐκ ἐν τοῖς ὡρισμένοις ἐκ τῶν πατρίων χρόνοις ἐκτεθέντος αὐτοῦ, τὴν δημαρχίαν τοῦ Κλωδίου πᾶσαν ἐν ᾗ καὶ τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν ἐδέδοκτο κατέλυε λέγων, οὐχ οἷόν τε εἶναι τῆς μεταστάσεως αὐτοῦ τῆς εἰς τὸν ὅμιλον παρανόμως γεγενημένης, ὑγιές τι τῶν ἐν αὐτῇ πραχθέντων νομίζεσθαι· καὶ ἔπεισε διὰ τούτου τοὺς ποντίφικας τὸ ἔδαφός οἱ, ὡς καὶ ὅσιον καὶ βέβηλον ὄν, ἀποδοῦναι. Quibus verbis Ciceronis orationem pro domo ſua ad Pontifices habitam, quæ hodiéq; extat, Dio deſignat, in qua ille adoptionẽ Clodij valde inſectatur, in eáq; facienda non eſſe morem à maioribus traditum obſeruatum, nec cauſæ cognitionem, quæ adhiberi apud Pontifices debuerat interceſſiſſe, oſtendit. *Quod eſt*, ait, *Pontifices ius adoptionis? nempe vt is adoptet qui neque procreare iam liberos poßit, & cùm potuerit, ſit expertus: quæ deinde cauſſa cuique ſit adoptionis, quæ ratio generum ac dignitatis, quæ ſacrorum quæri à Pontificum collegio ſolet. Quid eſt horum in iſta adoptione quæſitum?* Et paullo pòſt: *Quo die de te* CVRIATA LEX *lata eſſe dicatur, audes negare de cælo eſſe ſeruatum?* Appianus lib. III. Bell. ciuil. de Octauio Cæſare. Ἀπὸ δὲ τῆς θυσίας ἑαυτὸν εἰσεποιεῖτο τῷ πατρὶ αὖθις κατὰ νόμον Κυριάτιον. ἔστι δ' ἐπὶ τοῦ δήμου γίγνεσθαι τὴν θέσιν. Κυρίας γὰρ ἐς μέρη τὰς φυλὰς ἢ τοὺς δήμους διαιροῦντες καλοῦσιν, ὡς Ἕλληνας εἰκάζοντι φάναι φατρίας. ἐπινομώτατος δ' ἐστὶ ῥωμαίοις ὁ τρόπος οὗτος ἐπὶ τῶν ἀπατόρων· καὶ δύνανται μάλιστα αὐτοὶ ἴσα τοῖς γνησίοις παισὶν ἄγειν τοὺς συγγενεῖς τῶν θεμένων καὶ ἀπελευθέρους. At quam ille Κυριάτιον, eandem Dio vbique φρατριατικὸν appellat. Sic enim aliâs: ὁ γὰρ Κλώδιος ὅπως ἐπὶ πλεῖον ποιοίη, οὐκ εἴα τὸν ΦΡΑΤΡΙΑΤΙΚΟΝ ΝΟΜΟΝ εἰσενεχθῆναι. Idem lib. XLI. Αἴτιον δ' ὅτι ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ οἱ ὕπατοι ΤΟΝ ΦΡΑΤΡΙΑΤΙΚΟΝ οὐκ ἐσενηνόχεσαν. Et lib. XLV. Καὶ τὸν ΝΟΜΟΝ ΤΟΝ ΦΡΑΤΡΙΑΤΙΚΟΝ ἐσφερόμενον καθ' ὃν τὴν εἰσποίησιν αὐτοῦ τὴν ἐς τὰ τοῦ Καίσαρος γενέσθαι ἔδει.

ALIA porrò Auguralis ſcientiæ verba Cicero lib. I. de Diuinat. nos docet. *Huic ſimile eſt*, ait ille, *quod nos Augures præcipimus*, NE IVGE AVSPICIVM OBVENIAT, VT IVMENTA IVBEANT DISIVNGERE. Erant & in Auſpiciis trita verba hæc, ADDIXIT, AVIS, quibus lætum euentum prædixiſſe auem ſignificabant. Seneca lib. vnico de Breuitate vitæ. *Hoc ſcire magis prodeſt, quàm Auentinum montem extra pomœrium eſſe, vt ille affirmabat propter alteram ex duabus cauſis: aut quòd plebs eo ſeceſſiſſet, aut quòd Remo auſpicante illo loco* AVES NON ADDIXISSENT. (ſic enim legendũ) Liuius lib. XXVII. *Fabio auſpicanti, priuſquam egrederetur ab Tarento,* AVES *ſemel atque iterum non* ADDIXERVNT.

RVNT. Idem lib. XXII. *Paullus, cùm ei ſua ſponte cunctanti, pulli quoque* AVSPICIO NON ADDIXISSENT. Feſtus Pompeius in verbo *Prætor: Itaque quo anno Romanos Imperatores ad exercitum mitti oporteret iuſſu nominis Latini, complures noſtros in Capitolio à ſole oriente auſpiciis operam dare ſolitos. Vbi* AVES ADDIXISSENT, *militem illum qui à communi Latio miſſus eſſet, illum quem* AVES ADDIXERANT, *Prætorem ſalutare ſolitum.* Hinc addicentibus auſpiciis dixit Cornel. Tacit. lib. II. Cicero etiã ex Augurali diſciplina hæc in Orat. in Vatin. profert. *Vtrum decreturus fueris, id quod Augures omnes vſque à Romulo decreuerunt,* IOVE FVLGENTE AGI CVM POPVLO NEFAS ESSE. Idem lib. II. de Diuinat. *Itaque in noſtris Commentariis ſcriptum habemus,* IOVE TONANTE FVLGVRANTE COMITIA POPVLI HABERE NEFAS ESSE. Idem lib. II. de Nat. Deor. *Hinc etiã Augures noſtri cùm dicunt,* IOVE FVLGENTE TONANTE. Erant & Auguralia verba RATVM FECIT. Cic. lib. I. de Diuinat. *Quid Augur, cur à dextra coruus, à ſiniſtra cornix* FACIAT RATVM? Idem lib. II, *Cur autem aliis à dextra, aliis à læua datum eſt auibus,* VT RATVM AVSPICIVM FACERE POSSINT? Paulus: *Auguſtus locus ſanctus ab auium geſtu, id eſt quia ab auibus ſignificatus eſt ſic dictus: ſiue ab auiũ guſtatu, quia aues paſtæ* ID RATVM FECERE. Eóque alluſiſſe Chæream in Caligulæ cæde non dubito: Nam cũ Sabinus ſubmota per conſcios centuriones turba ſignũ more militiæ, à Caio petiiſſet, Caiúſque Iouem daret, exclamaſſe Chærea fertur, ACCIPE RATVM, vt eſt à Suetonio in Caligula cap. LVIII. relatũ. Ex Auguralibus autem Formulis fragmenta quædã hinc inde collecta adſcribã. Varro lib. V. de lingua Lat. *Sic Augures dicunt,* SI MIHI AVCTOR ES VERBI. Chariſius Soſipater lib. I. *Porphyrio ex Verrio & Feſto, In Auguralibus,* inquit, *libris ita eſt,* SANE SARCTEQVE. Ex quibus Chariſij verbis iuncta Pauli Epitome, aliquatenus expleri Feſti lacuna poteſt. Templum etiam, id eſt locum Augurij cauſa captũ, certis conceptíſque quibuſdam verbis finitum fuiſſe Varro lib. II. de lingua Lat. teſtatur: Conceptum autem verbis non iiſdem vſquequaque idem auctor tradit, eorúmq; Formulam quandam adfert, in cuius emendatione aquã mihi hærere fateor. Feſt. Pomp. *Minora templa fiunt ab Auguribus, cùm loca aliqua tabulis aut lineis ſæpiuntur, ne vno amplius hoſtio pateant,* CERTIS VERBIS DEFINITA. *Itaque templum eſt locus ita* EFFATVS *aut ita ſeptus, vt ex vna parte pateat, angulóſque habeat ad fixos ad terram.* Seruius in membranis: *Alij Templum dicunt, non ſolum quod poteſt claudi, verumetiam quod palis aut haſtis ſuſtentatum, aut aliqua tali re & lineis aut loris & ſimili re ſeptum eſt. quod effatum eſt, amplius vno exitu eſſe non oportet, cùm ibi ſit cubiturus auſpicans.* Vnde apparet Auguralia verba fuiſſe EFFARI & EFFATA. Varro lib. III. de ling. Lat. Hinc EFFATA *dicuntur, quòd Augures finem auſpiciorum cæleſtium extra vrbem agris ſunt* EFFATI. *Hinc* EFFARI *templa dicuntur ab Auguribus,* ADFATVS *cùm in his fines ſiunt.* Liuius lib. X. *Sed fanum tantùm, id eſt locus* TEMPLO EFFATVS, *ſacratus fuerat.* Seruius etiam in VI. Æneid. ait Augurum preces EFFATA appellari. Cicer. lib. XIII. Epiſt. ad Atticum. *Orat Lepidus vt veniam (opinor Augures nihil habere) ad templum* EFFANDVM. Idem lib. II. de Legib. *Vrbémque & agros & templa* LIBERATA & EFFATA *habento.* Sed & Augures cùm templum facerent, CONSPICIONIS & CORTVMIONIS verba vſurpaſſe Varro lib. VI. docet. Auguralia etiam verba fuiſſe, MANALIS FONS ET NEGRITV, Feſtus docet. Idem Manes Deos ab Auguribus inuocatos ſcribit. Sed & in Augurum libris DIVIPOTES ſcriptum, ſignificarique eos, qui in Samothrace θεοὶ δυνατοὶ vocantur, Varro lib. IIII. de lingua Lat. ſcribit. Eiuſdémque libri alio loco varia, ex Augurum diſciplina, agrorum nomina & genera recenſet. Vocem EXTEMPLO ex Augurum ſermone ductam Seruius in lib. I. Æneid. monet, SPECTIONEM quoque in Auguralibus pro inſpectione & nuntiato poni Feſtus notat. Nec non SPICERE autem in Auguriis dixiſſe veteres Varro lib. V. de lingua Lat. teſtatur. Paulus, *Auſpicium,* ait, *ab aue ſpicienda. Nam quod nos cum præpoſitione dicimus Aſpicio, apud veteres ſine præpoſitione Spicio dicebatur.* Reſpici quoque AVIS in auſpicando Feſto auctore dicebatur.

AVIVM verò diuerſas vt ſpecies, ita & appellationes habebant. Illis enim quædam ORE, quædam VOLATV, auſpicium faciebant. Et hoc eſt quod Ouidius lib. I. Triſt. Eleg. VIII. LINGVAM & PENNAM auis obſeruatam ſignificat hoc verſu,

LINGVA *ve* SERVATÆ, PENNA *ve dixit* AVIS.

Seruatæ

Seruatæ enim *auis* dixit eadem forma, qua Cicero lib. I. de Diuinat.

Hinc Remus auſpicio ſe deuouet, atque ſecundam

Solus AVEM SERVANS.--

Et hæ quidem quæ ORE auſpicium faciebat, OSCINES, vt Varro lib. v. de lingua Lat. tradit, dicebantur. Quo ex genere SVPERVAGANEAS ab Auguribus appellatas AVES, quæ ex ſummo cacumine vocẽ emiſerant, Feſtus auctor eſt. Quæ verò alis, ac volatu, eæ ALITES, aut etiã cùm proſperrimi augurij & auſpicij erant, PRÆPETES vocabantur. Vtriuſque generis ſpecies & nomina enumerat Feſtus, OSCINES AVES, inquiens, *Appius Claudius eſſe ait, quæ ore canentes faciant auſpicium, vt Coruus, Cornix, Noctua.* ALITES *autem, quæ alis ac volatu, vt Buteo, Sanqualis, Aquila, Immuſſulus, Vulturius. Picus autem Martius, Feroniúſque & Parra, & in Oſcinibus & in Alitibus habetur.* Quæ verba vti à nobis deſcripta ſunt recta eſſe indicat Paulus in voce, *Alites*, his verbis. ALITES *volatu auſpicia facientes iſtæ putabantur, Buteo, Sanqualis, Immuſſulus, Aquila, Vulturius.* Seruius in membranis, poſtquam PRÆPETES aues definiuit eſſe, quæ ſecundo auſpicio ante eum volant qui auſpicatur, *Aues ait, aut* OSCINES *ſunt, aut* PRÆPETES: OSCINES *ſunt, quæ ore futura prædicunt:* PRÆPETES *quæ volatu augurium ſignificant, cùm ſint proſpera.* Higinius certè referente Agellio lib. VI. cap. VI. PRÆPETES ab Auguribus appellari cẽſebat aues, quæ aut opportunè præuolarent, aut idoneas ſedes caperent. Sed nec ipſas tãtum aues, quæ proſperius præuolarent, verumetiam locos, quos capiebant, quòd idonei felicéſque eſſent, PRÆPETES dictos Agellius exiſtimat. PRÆPETES autẽ aues quidam, vt ex Feſto diſcimus, inde dictas credebant, quòd ſecundum auſpicium facerent, præuolantes, ſeque ante auſpicantem ferentes: alij quòd antea indicarent, quàm peteretur: Alij quòd præteruolarent. Atque de Sanquale & Immuſſulo Paulus & Feſtus ſuis ſingillatim locis tractant, quibus addenda ſunt quæ Plinius lib. x. Natur. hiſt. cap. VII. tradit in hæc verba, SANQVALEM AVEM ATQVE IMMVSSVLVM *Augures Romani magnæ quæſtionis habent.* IMMVSSVLVM *aliqui vulturis pullum arbitrantur eſſe, &* SANQVALEM *Oſſifragæ: Maſurius Sanqualem Oſſifragam dicit eſſe: Immuſſulum autem pullum aquilæ, priuſquam albicet cauda.* BVTEONEM verò, idem euſdem libri cap. VIII. accipitris genus eſſe ſcribit, Triorchen dictum à numero teſtium, familiámq; Romæ ex eo cognominatam, cùm proſpero auſpicio in ducis naui ſediſſet. TITIAS etiam AVES in Auguriis certis, Titij ſodales obſeruare ſolitos Varro lib. IIII. de lingua Latina teſtatur. Et erant quidem nonnullæ aues proſperrimi auſpicij, quales aliquot Plinius libro x. cap. VIII. & XVIII. commemorat. Quædam inauſpicatæ, quales ſunt de quibus eiuſdẽ lib. cap. XII. & XIII. & in his INCENDIARIA, quod etiã Iul. Obſeq. in lib. de Prodig. & Lamptid. in Commodo confirmant. Præpetibus vtique contrarias aues, INFERAS appellatas, Agellius lib. VI. cap. VI. ex Nigidio Figulo ſcribit. E Seruij quoque in III. Æneid. ſchedis hæc quæ ſequuntur deſcripſi. *Certa auium genera ab Auguribus appellantur, quæ pinnis vel volatu omina poſſunt facere: quæ ſi fuerint proſpera,* PRÆPETES; *ſi aduerſa,* INFERÆ *dicuntur.* Idem alibi: Sed PRÆPETES, *aut ſuperiora tenent, &* PRÆPETES *vocantur: aut inferiora, & dicuntur* INFERÆ. Cæterùm in Auguriis auſpiciiſque, Aues, quæ conſulentem iubebant, hortabantúrve ad agendum quod animo propoſuerat, ADMISSIVÆ ab Auguribus dicebantur: At quæ vetabant, prohibebántve quid fieri, ARCVLÆ, & INEBRÆ: Quæ verò acturum aliquid remorari compellebant REMORES vocabantur: Quorum verborum proprietates Feſto & Paulo me acceptas ferre ingenuè profiteor. CLIVINAM etiam, aut, vt vetus codex, CLIVIAM AVEM ab antiquis nominatam Labeo Prohibitoriam dicebat, teſte Plinio lib. x. cap. XIIII. Et certè CLIVIA appellata AVSPICIA, quæ aliquid fieri prohibebant, Paulus ſcribit. In Auguriis verò, ALTERA AVIS, vt idem Paulus auctor eſt, cùm appellabatur, proſperum non eſſe ſignificabatur. Contrà, SINISTRÆ AVES & SINISTRA AVSPICIA dicebantur, quæ ſinebant aliquid fieri. Feſtus SINISTRÆ AVES SINISTRVMQVE AVSPICIVM, *id eſt, quod ſinat fieri. Varro lib. v. Epiſtolicar. quæſtionum, ait: A Deorũ ſede cùm in meridiem ſpectes, ad ſiniſtram ſunt partes mundi exorientes, ad dextram occidentes, factum arbitror, vt Siniſtra meliora auſpicia, quàm dextra eſſe exiſtimentur. Idem ferè ſentiunt Sinnius Capito & Cin-*

cius. Seruius in lib. II. Æneid. ad verſum, *Intonuit læuum, Siniſtrum*, ait, *proſperum, quia cœleſte eſt. Siniſtrum autem à ſinendo dicitur, quãtum ad Augurium pertinet, quod nos agere aliquid ſinat. Vnde alibi, – Si quem Numina læua ſinunt &c. Seniſtras autẽ Septentrionales eſſe Augurum diſciplina conſentit. Et ideo ex ipſa parte ſignificatur eſſe fulmina altiora & viciniora domicilio Iouis.*

NEC tantùm quæ auium cantu vel volatu, ſed & quæ extis, aut hoſtiarum ab altaribus fuga, aut diris mugitibus, triſtia, ſacrificantibus, portendebant, PIACVLARIA ET PESTIFERA AVSPICIA, DICTA Feſt. Põp. ſcribit, PEDESTRIA etiã AVSPICIA, eodem auctore, appellabant, quæ à vulpe, lupo, ſerpente, equo cæteriſque animalibus quadrupedibus dabantur. IVGIS verò auſpicij Cicero in lib. de Diuinat. meminit. Id erat, ſi modò Pauli ſcripta pondus habent, cùm iunctum iumentũ ſtercus fecerat. Idem Cicero PERENNIA auſpicia memorat. Cuius vocis idoneum & locupletem interpretem Feſtum dabo prolatis eius ipſiſmet verbis, quę ita habent. PERENNE *dicitur* AVSPICARI, *qui* AMNEM AVT AQVAM, QVÆ EX SACRO ORITVR, AVSPICATO TRANSIT. Idem aliâs, *Petronia amnis eſt in Tiberim profluens, quam magiſtratus auſpicatò tranſeunt, cùm in campo quid agere volunt: quod genus auſpicij* PERENNE *vocatur. Amnem autem femininè antiqui pronuntiabant*. Fit etiam auſpicij ex acuminibus mentio apud Ciceronem. CÆLESTIA AVGVRIA vocata, cùm fulminaret aut tonaret, Paulus auctor eſt.

SANE Auguriorum non vnum genus fuiſſe ſciendum eſt. Quædam enim OBLATIVA, quædam IMPETRITA, quædam STATIVA dicebãtur. Seruius manuſcriptus in VI. Æneid. AVGVRIA, ait, *aut* OBLATIVA *ſunt, quæ non poſcuntur: aut* IMPETRITA, *quæ optata eueniunt*. Idem in XII. Æneid. ad ea verba, *Accipioque Deos. Modo*, ait, *quaſi de* OBLATIVO *loquitur. Nam in* OBLATIVIS AVGVRIIS, *in poteſtate videntis eſt, vtrum id ad ſe pertinere velit, an refutet, & abominetur. Ergò nunc dicit ſe augurium libenter amplecti, & adgnoſcere circa ſe fauorem Deorum*. Idem in lib. II. Georgic. ad verbum, *Templa Dei ſaxo. Hoc iuxta Augurij genus, quod* STATIVVM *dicitur, retulit, in quo conſiderantur quo in loco Auguria peragi debeant*. Idem in lib. III. Æneid. Speciem quandam Augurij fuiſſe ſcribit, quæ LEGVM DICTIO vocaretur. Ibidémque ad verba, *- Tremere omnia viſa repentè*, in Augurali diſciplina, TRIPVDIVM SONIVIVM appellatum ſcribit à ſono: ad quod pertinebat, ſi arbor ſpõte radicibus caderet, ſi terra tremeret. Præterea in eundem lib. III. ad ea verba, *Tertia lux, Hoc idem*, ait, *iuxta Auguralem ſpeciem poſitum tradunt, quæ appellatur*, CONDICTIO, *id eſt denuntiatio, vt ante diem certum quis ad inaugurandum adſit.* Augures autẽ, vt Varro lib. V. de ling. Lat. notat, AVGVRIVM AGERE dicebantur, licet in eo plura dicerent quàm facerent. Supremum verò augurij tempus, TEMPESTATEM in Augurum libris appellari idem eodem lib. ſcribit. Ex iiſdémque libris Feſtus vocem, PALVDATI, citat & explicat. AVGVRACVLVM etiam Paulus teſtis eſt antiquos appellaſſe, quàm nos arcem dicimus: quod ibi Augures publicè auſpicarentur.

CAPIENTES porrò auguria ſedebant. Plutarchus in Marcello: ὅτ᾽ ἂν ἀρχὼν ἐπ᾽ ὄρνισι καθεζόμενος ἔξω πόλεως οἶκον, ἢ σκηνὴν μεμισθωμένην, ὑπ᾽ αἰτίας τινὸς ἀναγκασθῇ, μήπω γεγονότων σημείων βεβαίων ἐπανελθεῖν εἰς πόλιν. Seruius in illud Virgilij, *Sacrata valle ſedebat. Secũdum Augures*, ait, SEDERE, *eſt augurium captare. Namque poſt deſignatas cæli partes, à ſedentibus captantur auguria. Quod & ſupra ipſe oſtendit latenter, inducens Picum ſolum ſedentem.*

ERAT plane Romæ Augurum collegium, qui AVGVRES PVBLICI vocabantur. Cicero II. de Legib. AVGVRES PVBLICI *interpretes Iouis Opt. Max*. Idem lib. VI. Epiſtol. ad Cæcin. *Quare vt Augures & Aſtrologi ſolent, ego quoque* AVGVR PVBLICVS. Feſt. Pomp. *Quinque genera ſignorum obſeruant* AVGVRES PVBLICI, *ex cælo, ex auibus, ex quadrupedibus, ex diris*. Sic enim lacunam in Feſto ſupplendam, vnico verbo mutila & quaſi decurtata Epitome arguit. Fertur & vetus inſcriptio Neapoli hodiéque extare in hæc verba. C. MÆTIO MEMNIO, FVRIO, BALBVRIO, CÆCILIANO, PLACIDO C. V. PONTIFICI MAIORI, AVGVRI PVBLICO POPVLI RO. QVIRITIVM. Liuius lib. I. *Inde ab* AVGVRE, *cui deinde honoris gratia* PVBLICVM *id perpetuúmque ſacerdotium fuit*. Atque in id collegium COOPTARI dicebantur. Et ita Cic. II. Orat. in Rull. & Philipp. XIII. & in lib. de Clar. Oratorib. & lib. III. Epiſt. ad Attic. & aliâs

loquitur. INAVGVRARI etiam dicebantur: quo genere loquendi idem Cicero II. Philipp. & in Bruto, & Varro lib. IIII. de lingua Latina, & Suetonius in Caligul. cap. XII. vtuntur. Qui verò inaugurabatur, iureiurando adigebatur ſe nihil è myſteriis enuntiaturum. Plutarch. ἐν Αἰτίοις ἢ κατεπλημμελοῦν ὅρκοις τὸν Αὔγουρα, μηδενὶ φράσειν τὰ τῶν ἱερῶν, ἀπολῦσαι τῶν ὅρκων οὐ θέλουσιν ἰδιώτην γενόμενον.

SOLLEMNIA verò, quibus in Auſpicus vtebantur verba, Cic. lib. II. de Diuinat. memoriæ prodidit. Primū enim is qui auſpicabatur, dicebat, Q. FABI TE MIHI IN AVSPICIO ESSE VOLO. Ille verò qui in auſpicium adhibebatur, reſpondebat, AVDIVI. Tum is qui auſpicabatur, ita imperabat, DICITO SI SILENTIVM ESSE VIDEBITVR. Statim reſpondebat alter, SILENTIVM ESSE VIDETVR. Tum ille, DICITO, SI PASCVNTVR AVES. Hic reſpondebat, PASCVNTVR. Ille, QVÆ, AVT VBI? Reſpondebat hic, ATTVLIT IN CAVEA PVLLOS PVLLARIVS. In cauea enim incluſos pullos adferebat is, qui ex eo ipſo nominabatur PVLLARIVS, cuius opera in auſpiciis veteres vſos fuiſſe oſtendit idem Cicero Epiſt. XII. lib. X. famil. & in Orat. ad populum contra Rullum, & Liu. lib. VIII. Is pullis de cauea exeuntibus, offam pultis offerebat, vt paſcerentur. Hi plerumque fame enecti in offam protinus inuadebant, & ſi aliquid ex ore cecidiſſet, tum, auſpicanti, TRIPVDIVM SOLLISTIMVM nuntiabatur: quod erat egregium & lætum auſpicium. Liuius libro X. *Tertia vigilia noctu, iam relatis literis à collega, Papyrius* SILENTIO FACTO SVRGIT, & PVLLARIVM IN AVSPICIVM MITTIT. Et mox: *Nam cùm pulli non paſcerentur,* PVLLARIVS *auſpicium mentiri auſus*, TRIPVDIVM SOLLISTIMVM CONSVLI NVNTIAVIT: *Conſul lætus*, EGREGIVM AVSPICIVM ESSE, & DEIS AVCTORIBVS, REM GESTVROS PRONVNTIAT, *ſignúmque pugnæ proponit.* Ibidémque paullo pòſt: *Mihi quidem* TRIPVDIVM NVNTIATVM *populo Rom. exercituique* EGREGIVM AVSPICIVM eſt. Plinius lib. X. cap. XXI. de Gallis gallinaceis agens, quos victoriarum omnium toto orbe partarum auſpices facit, *Horum*, ait, *ſunt* TRIPVDIA SOLLISTIMA. Minutius Felix in Octauio, *Clodius ſcilicet, Flaminius, & Iunius ideò exercitus perdiderunt, quòd* PVLLORVM SOLLISTIMVM TRIPVDIVM *expectandum non putauerunt.* Origo autem & ratio illorum nominum hæc traditur, quòd cùm neceſſe erat ex ore paſcentium pullorum aliquid cadere & terram PAVIRE, id eſt ferire, Terripauium primo, pòſt Terripudiū, dein TRIPVDIVM dictū: & quia in ſolidū cadebat, SOLLISTIMVM id appellabatur. Paulus ex Feſto, *Puls, ait, potiſſimū dabatur pullis in auſpiciis, quia ex ea neceſſe erat aliquid decidere, quod* TRIPVDIVM *faceret, id eſt Terripauium:* PAVIRE *enim ferire eſt. Bonum enim augurium eſſe putabant, ſi pulli per quos auſpicabantur, comediſſent, præſertim ſi eis edentibus aliquid ab ore decidiſſet: ſin autem omnino non ediſſent, arbitrabantur periculum imminere.* Idem alio loco: SOLLISTIMVM *Appius Pulcher, in Auguralis diſciplinæ libro primo, ait, eſſe tripudium, quod aui excidit, ex eo quod illa fert, ſaxúmve ſolidū, aut arbos viuiradix ruit, quæ nec præ vitio humanis cædantúrve iaciantur, pellanturve.* Vnde apparet falli eos, qui apud Cicer. in SOLLISTIMI TRIPVDII explicatione, *ſolum* pro *ſolido* ſubſtituerunt: nec eorum opinioni ſuffragatur SOLLISTIMI vox, cuius ſonus eos in fraudem illexit. SOLLVM namque Oſcorum lingua ſolidum ſignificare, idem Feſt. Pomp. auctor eſt. Tripudiorum porrò SOLLISTIMORVM & SONIVIORVM meminit Cic. Epiſt. VI. lib. VI. Familiar. ad Cæcinam.

CÆTERVM ſi cauea non exirent pulli, vel cauea educti fugerent & euolarent, aut paſci renuerent, triſte hoc atque dirum auſpicium erat. Quam obſeruationem euētu ipſo, quotieſcunque ita caſus tulit, comprobatam, magnámque eius neglectum ducibus Romanis cladem calamitatémque inuexiſſe, hiſtoriarum monumenta teſtantur: cuius rei exempla ſi quis requirat, ea Ciceronis lib. I. & II. de Diuinat. & lib. II. de Nat. Deor. Valerij Max. lib. I. cap. IIII. & VI. Epitomes Liuij lib. XIX. Polybij lib. I. Suetonij in Tiberio cap. II. & in Galba, cap. XVIII. & Iulij Obſeq. lib. de Prodig. lectio ſuggeret. Teſtimoniū etiam non detrectabit Silius Italic. qui hoc idem ſubobſcurè verborū ambitu ſignificat lib. V. his verſibus, quibus caligine omni depulſa lux clara, noſtra ope nūc affulget:

Tunc ales priſcum populis de more Latinis
Auſpicium, cùm bella parant, mentéſque Deorum

Explorant ſuper euentu, ceu præſcia luctus
Damnauit veſci, planctúque alimenta refugit.

Hoc verò cùm obſeruaſſent pullarij, AVSPICIA SECVNDA ET EGREGIA VEL TRISTIA NVNTIABANT. Liuius lib. IX. Papyrium hæc Tarentinis dixiſſe refert, AVSPICIA SECVNDA ESSE, *Tarentini*, PVLLARIVS NVNTIAT: LITATVM PRÆTEREA EST EGREGIE: AVCTORIBVS DIIS, *vt videtu, ad rem gerendam proficiſcimur*. Idem lib. XLI. *Super tam euidentem* TRISTIS OMINIS *euentum, etiam ex* PVLLARIO *auditum eſt* VITIVM IN AVSPICIO ESSE.

AVSPICIORVM porrò ſpecies duas IVGIS & PERENNIS nominibus diſtinctas, Cicero in libris de Diuinat. commemorat, cui Feſtus ſubſcribit, qui hæc præterea auſpiciorum genera recenſet, CADVCA, PEDESTRIA, DEXTERA, PIACVLARIA, eorúmque verborum vim & poteſtatem ſuis locis explicat.

SILENTIVM etiam Auſpiciorum proprium verbum erat, eóque nomine, prout Cicero interpretatur, appellabant quod omni vitio carebat. Feſtus, Inter SINISTRVM auſpicium & SILENTIVM hoc intereſſe ex Atteio Capitone ſcribit: quòd SINISTRVM in auſpicando lætum & proſperum auſpicium ſignificet: at SILENTIVM, vbi duntaxat vacat VITIO. Igitur SILENTIO SVRGERE cùm dicitur, ſignificat non interpellari quo minùs rem gerat: SINISTRVM verò hortari quoque auſpicia ad agendum quod animo quis propoſuerit.

SORICVM AVTEM OCCENTV DIRIMI AVSPICIA inualuerat teſte Plinio lib. VIII. cap. LVII. Porrò non tantùm qui cæleſtia auguria, ſed & qui pedeſtria bipedum, ex pullorum nimirum paſtu, auſpicia capiebat, pullariúmque in auſpicium mittebat, AVSPICARI dicebatur, vt ex Cicero. lib. II. de Diuinat. intelligimus. Suetonius in Nerone cap. XLVI. AVSPICANTI, *Sporus anulum muneri obtulit*. Idem in Galba cap. XVIII. *Obſeruatum eſt etiam Calendis Januar. ſacrificanti coronam excidiſſe*, AVSPICANTI *pullos euolaſſe*. Iul. Obſeq. in lib. de Prodig. de M. Æmylio & C. Hoſtilio Mancino Coſs. *Quum*, ait, *Lauinij* AVSPICARENTVR, *pulli è cauea in ſyluam Laurentinam euolarunt*. Cato in Orat. de ſacrilegio commiſſo, referente Feſto: *Domi cùm* AVSPICAMVR, HONOREM ME DEVM IMMORTALIVM *velim habuiſſe*.

INTERDVM verò cubantes auſpicabantur. Paulus CVBANS AVSPICATVR, qui in lecto quærit augurium. Seruius in ſchedis, quo loci Templi ſignificationes exequitur, in eo loco ſepto CVBARE conſueuiſſe AVSPICANTES indicat.

NEC VERÒ de Haruſpicum reſponſis ſilendum arbitror. Haruſpices namq; CONSVLI, & conſulti RESPONDERE dicebantur, & quæ edebant ac pronuntiabant, RESPONSA appellabantur. Sueton. in Tiberio cap. LXIII. *Haruſpices ſecretò, ac ſine teſtibus* CONSVLI *vetuit*. Virgil. lib. II. Georgic.

Nec RESPONSA *poteſt* CONSVLTVS *reddere* VATES.

Illic enim vt & apud Plinium lib. X. cap. XVIII. & Lucanum lib. I. VATIS nomine Haruſpex proculdubio exaudiendus eſt. Atque ita RESPONSA VATVM accipiẽda ſunt apud Cornel. Tacit. lib. XVIII. Liuius lib. XXXIX. *Hac eos religione innumerabilia decreta Pontificum, Senatuſconſulta*, HARVSPICVM *denique* RESPONSA *liberant*. Ex huiuſmodi verò reſponſ. Cicero Oratione quæ de Haruſp. reſponſ. inſcribitur, vnum profert conceptum in hæc verba, quæ diſperſa in vnum cõtuli. QVOD IN AGRO LATINIENSI AVDITVS EST STREPITVS CVM PREMITV, EXAVDITVS IN AGRO PROPINQVO ET SVBVRBANO STREPITVS QVIDAM RECONDITVS ET HORRIBILIS PREMITVS ARMORVM, DE EA RE SCRIPTVM EST POSTVLATIONES ESSE IOVI, SATVRNO, NEPTVNO, TELLVRI, DIIS CÆLESTIBVS OB LVDOS MINVS DILIGENTER FACTOS, POLLVTÓSQVE, ORATORES CONTRA IVS FASQVE INTERFECTOS, FIDEM ET IVSIVRANDVM NEGLECTVM, SACRIFICIA VETVSTA, OCCVLTAQVE DISCORDIAM DISSENSIONEMQ. PATRIBVS, PRINCIPIBVSQVE CÆDES PERICVLAQVE CREENTVR, AVXILIISQ. DIMINVTIS EFFICIATVR, QVARE AD VNIVS IMPERIVM RES REDEAT, EXERCI-

EXERCITVSQVE PVLSVS AD DIMINVTIONEM ACCEDAT, NE DETERIORIBVS REPVLSISQVE HONOS AVGEATVR. Liuius libro XLII. Cùm roſtrata columna bello Punico poſita tota ad imum fulmine diſcuſſa eſſet, HARVSPICES RESPONDISSE *refert*, IN BONVM VERSVRVM ID PRODIGIVM, PROLATIONEMQVE FINIVM ET INTERITVM PERDVELLIVM PORTENDI, QVOD EX HOSTIBVS SPOLIA FVISSENT, EA ROSTRA QVÆ TEMPESTAS DISIECISSET. Valer. Max. lib. I. cap. VI. Marcelli fatum narrans. *Cùm ſummo*, inquit, *ſtudio niteretur, vt Pœnorum exercitum, aut in Italia proſterneret, aut Italia pelleret, ſollemnique ſacrificio voluntates Deorum exploraret, quæ prima hoſtia ante foculum decidit, eius* IECVR SINE CAPITE *inuentum eſt: proxima* CAPVT IECINORIS DVPLEX *habuit: quibus* INSPECTIS, HARVSPEX, *triſti vultu*, NON PLACERE *ſibi* EXTA, *quia prima tam* TRISTIA, *ſecunda* NIMIS LÆTA *apparuiſſent*, RESPONDIT. Iul. Obſeq. lib. de Prodig. *Peyræum Sylla cùm oppugnaret, vnus miles eius aggerem ferens, exanimatus fulmine.* HARVSPEX RESPONDIT, DIVTVRNO LABORE, QVÒD CAPVT IACENTIS IN OPPIDVM VERSVM ESSET, INTROITVM ET VICTORIAM ROMANIS SIGNIFICARE. Quo in libello & alia multa Haruſpicum reſponſa quæ breuitatis cauſa prætermitto, referuntur. Aliud etiam Haruſpicum reſponſum Liuius lib. XXXI. commemorat, quo continebatur, PRECATIONI ANNVISSE DEOS, LÆTAQVE EXTA FVISSE, ET PROLATIONEM FINIVM VICTORIAMQVE ET TRIVMPHVM PORTENDI. Idem libro XXXVI. *Ea omnia ſacrificia* LÆTA *fuerunt: primiſque hoſtiis* PERLITATVM eſt. *Et ita* HARVSPICES RESPONDERVNT, EO BELLO TERMINOS POPVLI RO. PROPAGARI, VICTORIAM AC TRIVMPHVM OSTENDI. Idem lib. XLII. HARVSPICES ITA RESPONDERVNT, SI QVID REI NOVÆ INCIPERETVR, ID MATVRANDVM ESSE. VICTORIAM, TRIVMPHVM, PRÆROGATIVVM IMPERII PORTENDI. Plinius lib. XI. cap. XXXVIII. *Diuo Auguſto Spoleti ſacrificanti primo poteſtatis ſuæ die, ſex victimarum iecinora replicata intrinſecus ab ima fibra reperta ſunt:* RESPONSVMQVE, DVPLICATVRVM INTRA ANNVM IMPERIVM. Sueton. in Auguſto cap. XCIIII. *Velitris antiquitus tacta de cælo muri parte*, RESPONSVM EST, OPPIDI CIVEM, QVANDOQVE RERVM POTITVRVM. Ibidem cap. XCVIII. *Sub idem tempus ictu fulminis ex inſcriptione ſtatuæ eius prima litera nominis effluxit:* RESPONSVMQVE EST CENTVM SOLOS DIES POSTHAC VICTVRVM, QVEM NVMERVM C. LITERA NOTARET. Et in Galba cap. IIII. *Auo eius* FVLGVR PROCVRANTI, *cùm exta de manibus aquila rapuiſſet, & in frugiferam quercum contuliſſet*, SVMMVM, SED SERVM IMPERIVM PORTENDI FAMILIÆ, RESPONSVM EST. Fit & huiuſmodi Reſponſorum mentio apud Ciceronem lib. I. de Diuinatio. Liuium lib. VIII. & lib. XXXI. Plinium lib. VII. cap. XVI. Cornelium Tacitum libro XIII. & Aurel. Victor. in hiſtor. Aug. Huic loco duo Martij vatis carmina inſerere non alienum fuerit, quorum vtrumque à Liuio lib. XXV. alterum à Macrobio lib. I. Saturnal. cap. XVII. citatur. Priore carmine Cannenſis clades in hæc verba prædicta erat: AMNEM TROIVGENA CANNAM ROMANE FVGE, NE TE ALIENIGENÆ COGANT IN CAMPO DIOMEDIS CONSERERE MANVS: SED NEQVE CREDES TV MIHI, DONEC COMPLERIS SANGVINE CAMPVM, MVLTAQVE MILLIA OCCISA TVA DEFERET AMNIS IN PONTVM MAGNVM EX TERRA FRVGIFERA PISCIBVS ATQVE AVIBVS FERISQVE, QVÆ INCOLVNT TERRAS, IIS FIAT ESCA CARO TVA. NAM MIHI ITA IVPITER FATVS EST. Alterum carmen emendatius & plenius in Liuij, quàm Macrobij codicibus, ita habet: HOSTEM ROMANI SI EXPELLERE VVLTIS, VOMICAMQVE, QVÆ GENTIVM VENIT LONGE, APOLLINI VOVENDOS LVDOS CENSEO, QVI QVOTANNIS COMITER APOLLINI FIANT. CVM POPVLVS DEDERIT EX PVBLICO PARTEM, PRIVATI. VTI CONFERANT PRO SE, SVISQVE. HIS LVDIS FACIENDIS PRÆ-

RIT PRÆTOR IS, QVI IVS POPVLO PLEBIQVE DABIT SVMMVM. DECEMVIRI, GRÆCO RITV SACRA FACIANT. HÆC SI RECTE FAXITIS, GAVDEBITIS SEMPER, FIETQVE RES VESTRA MELIOR: NAM IS DIVVS EXTINGVET PERDVELLES VESTROS, QVI VESTROS CAMPOS PASCVNT PLACIDE. Apud Liuium lib. XXIII. Q. Fabius Prætor legatus à Delphis Romam reuerſus reſponſum Pythiæ ex ſcripto recitauit, in quo erant Diui, quibus quóque modo ſupplicaretur. Dein addebatur, TVM SI ITA FAXITIS ROMANI, VESTRÆ RES MELIORES, FELICIORESQVE ERVNT: MAGIS EX SENTENTIA RESPVB. VESTRA VOBIS PROCEDET: VICTORIAQVE DVELLI POPVLI RO. ERIT PYTHIO APOLLINI, REPVB. VESTRA BENE GESTA SERVATAQVE, LVCRIS MERITIS, DONVM MITTITOTE, DEQVE PRÆDA, MANVBIIS, SPOLIISQVE HONOREM HABETOTE. Aliud etiam reſponſum Delphicum Latinis itidem verbis cõceptum Liuius lib. V. refert. Porro Haruſpicum verba quædam perſtringit Varro lib. VI. de lingua Lat. *Vt cùm*, inquiẽs, *Haruſpex præcipit*, VT SVO QVISQVE RITV SACRIFICIVM FACIAT. Haruſpices etiã PRONVNTIARE dicebantur. Sueton. in Iulio cap. LXI. de equo Cæſaris, *quem natũ apud ſe cùm* HARVSPICES IMPERIVM ORBIS TERRÆ SIGNIFICARE DOMINO PRONVNTIARENT, *magna cura aluit.* Iul. Obſeq. lib. de Prodig. HARVSPICES, *ſacra* APOLLINIS LITANDA, ET DE LEGE QVÆ FEREBATVR SVPERSEDENDVM PRONVNTIARVNT. Hic etiam dubium licet Cornuti locum adſcribam, qui ad ea verba Perſij Saty. II. *Nutrici non mando vota. Verbo*, ait, *vſus eſt Haruſpico: cùm enim dicitur*, MANDO TIBI, VT MAXIMVM IOVEM AVDIAS, *vt quemadmodum* PROCVRATIONIS *aſſertio fit, ita fiat & in ſacris & in prece.* Ex Haruſpicum verò diſciplina, PORTENTA, OSTENTA, FVLGVRA, PROCVRARI, EXPIARIQVE DICEBANTVR: vt Cicero lib. II. de Legib. Valer. Max. lib. I. cap. I. Liuius lib. XXVI. Seneca libro II. Natural. quæſt. Agell. lib. IIII. cap. V. Arnobius lib. V. aduerſ. Gent. teſtantur. Prodigiis, namque & fulguribus denuntiata & ſignificata pericula expiationibus, procurationibúſque auerti credebant: cui ſcientiæ præerãt haruſpices, qui vt de extis, ita de fulguribus, terræ motibus, portentis, oſtentis, monſtris, prodigiis conſulebantur. Liuius lib. V. *Prodigia interim multa nuntiata ſunt, quorum pleraque, & quia ſinguli auctores erant, parum credita, ſpretáque, & quia, hoſtibus Hetruſcis, per quos ea* PROCVRARENT, HARVSPICES, non erant. Vnde & illud notandum eſt, Prodigia NVNTIARI conſueuiſſe, vt ex Liuij compluribus locis & Plinio lib. VIII. cap. XLV. liquet.

FVLMINVM vtique varia illis genera erant. Quædã enim CONSILIARIA, quædã POSTVLATORIA, ſeu POSTVLARIA, quædã MONITORIA, alia PESTIFERA, FALLACIA, DEMPTALIA, PEREMPTALIA, ſeu PEREMPTORIA, ADTESTATA, ATTERRANEA, OBRVTA, REGALIA, INFERNA ſeu INFERA, HOSPITALIA, FAMILIARIA, AVXILIARIA, PROVORSA, vocabantur, quemadmodum Seneca lib. II. Natur. quæſt. Plin. lib. II. Natur. hiſt. cap. LII. Feſt. Pomp. & Ammian. Marcell. lib. XXIII. & Seruius in lib. I. Æneid. docent. DIVM quoque FVLGVR, ET RENOVATIVVM, Feſtus explicat. MANVBIAS etiam TRINAS IOVIS idem exponit. Seruius in I. Æneid. ad ea verba, *Diſiecítque rates*, FVLMINVM *genera ſunt quatuor*, ait: *vnũ quod dicitur*, DISSICIENS, *idẽ quod fragoſum: alterum*, TRANSFIGENS: *tertium*, CORRIPIENS: *quartum*, INFIGENS. *Quæ omnia hîc attigit, dicens primum, Diſiecitq; rates: ſecundum, Illum expirantem transfixo pectore: tertium, Turbine corripuit: quartum, Scopulo infixit acuto.*

POSTREMÒ ne Salios intactos relinquam, eorum carmina quædã fuiſſe Cic. lib. III. de Orat. indicat. Eis verò inſeri ſolita nomina eorũ, quibus honorem eximium haberi volebant, oſtendit Cornel. Tacit. lib. II. qui hunc inter cæteros Germanico honorem decretum ſcribit, vt nomen eius SALIARI CARMINE CANERETVR. Capitolinus in M. Antonino Philoſopho, quem octauo anno in collegium Saliorum relatum narrat, *Fuit*, inquit, *in eo ſacerdotio & præſul & vates & magiſter, & multos* INAVGVRAVIT *atque* EXAVGVRAVIT, *nemine* PRÆEVNTE, *quòd ipſe* CARMINA *cuncta didiciſſet.*

Et paullo

Et paullo pòſt: *Iuſſitque vt ſtatua tantummodo filio mortuo decernerētur, & imago aurea Circenſibus per pompā ferenda: & vt* SALIARI CARMINI *nomen eius inſereretur.* Et ea quidem carmina, quæ à Saliis in vniuerſos homines componebantur, AXAMENTA dicta, Paulus ſcribit. Nam in Deos ſingulos verſus facti à nominibus eorum appellabantur, vt IANVALII, IVNONII, MINERVII. Inter eos autem, quorum nomina carmine Saliari celebrabantur, MAMVRIVS VETVRIVS numeratur. Varro lib. v. de ling. Lat. *Itaque Salij,* QVI CANTANT MAMVRIVM VETVRIVM, *ſignificant veterem memoriam.* Ouid. lib. III. Faſt.

Quis mihi nunc dicet, quare cæleſtia Martis
Arma ferant Salij, MAMVRIVMQVE CANANT?

Plutarch. in Numa: Τῷ δὲ Μαμουρίῳ λέγουσι μισθὸν γενέσθαι τῆς τέχνης ἐκείνης, μνήμην τινὰ δι᾽ ᾠδῆς ὑπὸ τῶν Σαλίων ἅμα τῇ πυρρίχῃ διαπεραινομένης. Οἱ δὲ Οὐετούριον Μαμούριον οὐ γάρ φασι τὸν ᾀδόμενον, ἄλλοι οὐέτερεμ μεμορίαμ, ὅπερ ἐστὶ παλαιὰν μνήμην. Feſt. Pomp. MAMVRII VETVRII *nomen frequenter in cantibus Romani frequentabant hac de cauſa. Numa Pompilio regnante è cælo fertur cecidiſſe ancile, id eſt, ſcutum breue: quod ideò ſic appellatum eſt, quia ex vtroque latere erat reciſum, vt ſummum infimúmque eius latus medio pateret. Vnáque edita vox, omnium potentiſſimam fore ciuitatem, quamdiu id in ea manſiſſet. Itaque facta ſunt eiuſdem generis plura, quibus id miſceretur, ne internoſci cæleſte poſſet: probatum eſt opus maximè Mamurij Veturij, qui præmij loco petiit, vt ſuum nomen* INTER CARMINA SALII CANERENT. Varro etiam libro VIII. MANIAM MATREM LARVM, ET LVCIAM VOLVMNIAM Saliorū carminibus appellatas tradit. Macrobius lib. I. Saturnal. cap. IX. de Iano, SALIORVM *quoque antiquiſſimis* CARMINIBVS, DEORVM DEVS CANITVR. Feſtus Pompeius: MANVOS IN CARMINIBVS SALIARIBVS, *Ælius Stilo ſignificare, ait, bonos.* Paulus ex Feſto: In CARMINE SALIARI CERVS MANVS, *intelligitur creator bonus.* In Saliorū vtique exultationibus, verba, REDANTRVARE ET AMPIRVARE vſu trita fuiſſe Feſtus auctor eſt. Varro lib. IIII. de ling. Lat. INSICIA *ab eo quòd inſecta caro, & vt in* CARMINE SALIORVM *eſt.* Idem lib. v. *In libris* SALIORVM, *quorum cognomina* AGONENSIVM, *forſitan hic dies, ideò appellatur potius* AGONIA. Idem lib. VI. *Pro quo in* SALIARI CARMINE *ſcriptum eſt,* CANTE, *hoc verſu,* DIVVM EXTA CANTE, DIVVM DEO SVPPLICE CANTE. Ibidem, in carmine Saliorum fuiſſe ſcribit hæc, COSAVLI, DOLOSI, ESO, CVSIATVM, MVSES, RVSE, DVMQVE IANVS VENET.

Ex eodē carmine Feſtus Pomp. hæc verba ducit. PILVMNOE, POPLOE, PROMENERVAT, PROMONET, PENNATAS, IMPENNATASQVE, AGNAS ET AGNAS NOVAS, PRÆCEPTAT, PESCIA. Quintilianus lib. I. cap. XI. *Nec vtique ab vltimis etiam obliteratis repetita temporibus, qualia ſunt topper, & antegerio, & exanclare, & proſapia, &* SALIORVM CARMINA *vix ſacerdotibus ſuis ſatis intellecta: ſed illa mutari vetat religio, & conſecratis vtendum eſt.* Hinc & Symmachus libri III. Epiſt. XLIIII. quendam Archaiſmi affectatorem ridens, *Si tibi,* ait, *vetuſtatis tantus eſt amor, pari ſtudio in verba priſca redeamus, quibus* SALII CANVNT.

EXTREMA libri huius clauſula erit ea, qua Ianum à ſe clauſum Imperatores teſtatum relinquebant. Quod huiuſmodi elogio fieri ſolitum didici, PACE TERRA MARIQVE PARTA IANVM CLVSIT. Liuius lib. I. *Bis deinde poſt Numæ tempora Ianus clauſus fuit: ſemel T. Manlio Conſule, poſt Punicum primum perfectum bellum: iterum, quod noſtræ ætati Dij dederunt, vt videremus, poſt bellum Actiacum ab Imp. Cæſare Auguſto,* PACE TERRA MARIQVE PARTA. Sueton. in Auguſto cap. XXII. *Ianum Quirinum ſemel atque iterum à condita vrbe ante memoriam ſuam clauſum, in multo breuioris temporis ſpatio* TERRA MARIQVE PACE PARTA, TER CLAVSIT. Qua de re extat Emeritæ Auguſtæ in Hiſpania inſcriptio hæc, IMP. CÆS. DIVI F. AVGVSTI PONT. MAX. COS. XI. TRIBVNIC. POTEST. X. IMP. VIIII. ORBE MARI ET TERRA PACATO, TEMPLO IANI CLVSO ET REP. PR. OPTIMIS LEGIBVS ET SANCTISSIMIS INSTITVTIS REFORMATA VIAM SVPERIOR. COS. TEMPORE INCHOATAM ET MVLTIS LOCIS INTERMISSAM PRO DIGNITATE IMPERII POP. ROM. LATIOREM LONGIOREMQVE GADEIS

VSQVE PROMOVIT. Reperitur & in veteribus Neronis numis, NERO CÆS. AVGVSTVS PACE PO. RO. VBIQVE PARTA IANVM CLVSIT. Et in aliis, PACE POP. ROM. TERRA MARIQVE PARTA IANVM CLVSIT. Alij verò ſic habent. IMP. NERO CLAVD. CÆS. AVG. GERM. PACE POP. ROM. VBIQ. PARTA IANVM CLVSIT S.C. Et alibi, IMP. NERO CÆS. AVG. PONTIF. MAX. TRIB. POT. P. P. PACE POP. ROM. TERRA MARIQVE PARTA IANVM CLAVSIT S. C. Rurſus aliâs, NERO CLAVD. CÆSAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. PACE POP. ROM. TERRA MARIQVE PARTA IANVM CLVSIT S. C. Ac de iis quidem quæ ad ius diuinum pertinent hactenus: Nunc ad Comitiorum, Legum, Senatuſconſultorúmque Formulas mutata velificatione contendam.

BARN. BRISSONII
REGII CONSISTORII CONSILIARII, AMPLISSIMIQVE SENATVS PARISIENSIS PRÆSIDIS,

DE FORMVLIS ET SOLLEMNIBVS Populi Romani verbis,

LIB. II.

VT QVI è portu ſoluunt, quamdiu oram litoris legunt, minus commouentur: ſed poſtquam in altum prouecti, iam terram non vident, & quacumque oculos vertunt, pontum vndique & vndique pontum conſpiciunt, toto tunc animo perturbari & corpore cohorreſcere incipiunt: ſic ego vaſtum hoc æquor, Formularum expiſcandarum cauſa ingreſſus, quò longius à conſpectu terra recedit, eò vehementius afficior, nauigationiſq; longæ & minimè portuoſæ periculo terreor. Verùm

Serò reſpicitur tellus, vbi fune ſoluto
Currit in immenſum panda carina ſalum.

Nunc ergo quocumque ferar, vela nimirum danda ſunt: Deus faciat, vt nauis ſecundis ventis curſum teneat ſuum. A propoſito certè ne aberrem, néve ordinis (quo nulla res plus in animus hominum valet) perturbatione peccem, hoc libro de Comitiorum, Legum, Senatuſconſultorúmque Formulis dicam. Hæc enim quaſi materia, quam tractet, & in qua verſetur, huic libro ſubiecta eſt. Ordiar autem ab iis potiſſimum ſollemnibus verbis, quibus populus Rom. de Bello, Pace, Legibus iubendis vel vetandis, Magiſtratibus mandandis, Votis ſuſcipiendis, Supplicationibus, Triumphis, Quæſtionibus publicis decernendis rogari ſolebat.

ROGATIONVM planè omnium communia verba hæc erant, VELITIS IVBEATIS QVIRITES? Plenus eſt exemplorum Liuius, in quibus colligendis ſi cui tempus terere graue moleſtúmque ſit, præcipua hinc inde conquiſita ſubieci. De bello quidem populum ita rogatum, VELITIS IVBEATIS QVIRITES, BELLVM INDICI? Liuius oſtendit lib. XXI. Illic enim de bello Punico latum ad populum ſcribit, VELLENT IVBERENT POPVLO CARTHAGINIENSI BELLVM INDICI. Idem lib. XXXI. de bello Macedonico P. Sulpitium Cos. rogationem in hæc verba promulgaſſe refert: VELLENT IVBERENT, PHILIPPO REGI MACEDONIBVSQVE QVI SVB REGNO EIVS ESSENT, OB INIVRIAS ARMAQVE ILLATA SOCIIS POPVLI ROM. BELLVM INDICI. Simili modo lib. XXXVI. Patres ad populum ferri iuſſiſſe ſcribit, VELLENT IVBERENT, CVM ANTIOCHO REGE, QVIQVE

SECTAM EIVS SEQVVTI ESSENT, BELLVM INIRI. Idem lib. XLIIII. *Prætor, cuius inter ciues & peregrinos iuriſdictio erat, Rogationem ferret*, VELLENT IVBERENT RHODIIS BELLVM INDICI. Sic & lib. XXXVIII. *Non ad populum ferri*, VELINT IVBEANTNE CVM GALLIS BELLVM GERI? De Pace verò ita populum rogatum lib. XXXIII. narrat, VELLENT IVBERENT CVM REGE PHILIPPO PACEM ESSE. Idem lib. XXX. *Tum M. Attilius & Q. Minutius Tribuni pl. ad populum tulerunt*, VELLENT IVBERENT SENATVM DECERNERE, VT CVM CARTHAGINIENSIBVS PAX FIERET, ET QVEM EAM PACEM DARE, QVEMQVE EX AFRICA EXERCITVM DEPORTARE IVBERENT.

EADEMQVE verborum formula Rogationes de quæſtionibus decernendis concipiebantur. Docet hoc, ob interuerſam pecuniam, quæ ab Antiocho capta erat, promulgata Rogatio, quam Liuius lib. XXXVIII. talem fuiſſe teſtatur, VELITIS IVBEATIS QVIRITES (ſic enim emendandum crediderim) QVÆ PECVNIA CAPTA, ABLATA, COACTA AB REGE ANTIOCHO EST, QVIQVE SVB EIVS IMPERIO FVERVNT, QVOD EIVS IN PVBLICVM RELATVM NON EST, VTI DE EA RE SERVIVS SVLPIT. PRÆTOR VRBANVS AD SENATVM REFERAT, QVEM EAM REM VELIT SENATVS QVÆRERE DE IIS QVI PRÆTORES NVNC SVNT? Cicero lib. I. de Finib. *Ita apertè cepit pecunias ob rem iudicandam, vt anno proximo P. Scæuola Trib. pleb. ferret ad plebem*, VELLENTNE DE EA RE QVÆRI. Nec diuerſa erat aliarum Rogationum conceptio. Nam quæ de Cicerone in exilium pellendo, ad populum lata lex eſt, eam ipſemet in Orat. pro domo ſua ita conceptam fuiſſe memorat: VELITIS IVBEATIS QVIRITES, VT M. TVLLIO AQVA ET IGNI INTERDICTVM SIT? Idem in Piſonem: *At hoc ego nunquam opinor fuiſſe ſcriptum in illo elogio, quod te auctore in ſepulchro Reipub. inciſum eſt*, VELITIS IVBEATIS, VT QVOD M. CICERO VERSVM FECERIT, SED QVOD VINDICARIT? Sed & de vere ſacro vouendo populum à L. Cornelio Lentulo Pontifice Max. in hæc verba rogatum fuiſſe Liuius lib. XXII. auctor eſt, VELITIS IVBEATIS HOC SIC FIERI? Rogationis etiam ad populum, quo auctore adrogationes fiebant, hanc fuiſſe formulam Agellius lib. V. cap. XIX. tradit, VELITIS IVBEATIS, VTI L. VALERIVS L. TITIO TAM IVRE LEGEQVE FILIVS SIET, QVAM SI EX EO PATRE MATREQVE FA. EIVS NATVS ESSET? Tribunitiæ vtique Rogationis carmen integrum extat apud Liuium lib. XXVI. *Lucius*, ait ille, *Attilius Tribunus pl. ex auctoritate Senatus plebem in hæc verba rogauit.* OMNES CAMPANI, ATTELLANI, CALATINI, SABATINI, QVI SE DEDIDERVNT IN ARBITRIVM DITIONEMQVE POPVLI ROM. FVLVIO PROCONSVLI QVÆQVE VNA SECVM DEDIDERE, AGRVM VRBEMQVE, DIVINA HVMANAQVE VTENSILIAQVE, SIVE QVID ALIVD DEDIDERVNT: DE HIS REBVS QVID FIERI VELITIS IVBEATIS, ROGO, QVIRITES? *Plebs ſic iuſsit*, QVOD SENATVS MAXIMA PARS CENSEAT, QVI ADSIDETIS ID VOLVMVS IVBEMVSQVE. Ex quo loco duo notanda ſunt: Vnum eſt, Rogationibus adiectum fuiſſe verbum ROGO: Quod Adrogationis, quæ apud populum fiebat, Formula comprobat, cuius teſte Agellio hæc erãt verba, in extremo, HOC ITA VT DIXI, ITA VOS QVIRITES ROGO. Hoc & aliâs indicat Liuius lib. VI. his verbis: *Rogatio qualis eſt, quam à vobis antiquatam indignantur? ſermoni Quirites ſimillima*: CONSVLES, *inquit*, ROGO, NE VOBIS QVOS VELITIS, FACERE LICEAT. *An aliter* ROGAT, *qui vtique alterum ex plebe fieri conſulem iubet, nec vobis nec duos patritios creandi vobis poteſtatem permittit?* Cuius verbi interpretationem hanc Feſtus tradit: ROGAT, *eſt cõſulit populum, vel petit ab eo, vt id ſciſcat quod ferat: Vnde nos quoque in conſuetudine habemus pro petere & orare.* Alterum quod ex illo Liuij loco efficitur, eſt, populum, cùm rogationem acciperet, reſpondiſſe, VOLVMVS IVBEMVSQVE: Id quod etiam confirmat Cicero in Oratione pro domo ſua, cùm ait: *Vt ſi Tribuno pl.* ROGANTE, VELITIS IVBEATIS, *Sedulij centum, ſe* VELLE AC IVBERE *dixerint.* Quorũ verborũ differentiã hanc ſtatuit Donatus Andr. Act. III. Sc. I. VOLVMVS *animo*, IVBEMVS *verbis*. Liu. lib. IIII. *Oportet licere populo Ro.* SI VELIT IVBERE LEGEM.

Ac planè

Ac planè proprium erat POPVLI IVBERE, VT PLEBIS SCISCERE, SENATVS CENSERE. Cicero pro Flacco: QVÆ SCISCERET PLEBS, AVT QVÆ POPVLVS IVBERET. Liuius lib. x. *Bellum Samnitibus* ET CENSVERE PATRES, ET POPVLVS IVSSIT. Apud eumdem lib. XXXI. *Sulpitius Conſul populum concione aduocata alloquens*, QVÆ PATRES, ait, CENSVERVNT, VOS IVBETE.

ET QVIDEM AVCTORITAS ERAT IN SENATV, POTESTAS IN POPVLO, vt Cic. lib. II. de legib. loquitur. Liuius lib. VIII. *Bellum* EX AVCTORITATE PATRVM POPVLVS *aduerſus Veſtinos* IVSSIT. Et lib. I. *Regem* POPVLVS IVSSIT, PATRES AVCTORES FACTI. *Ibidem*, DECREVERVNT, *vt cùm* POPVLVS *Regem* IVSSISSET, *id ſic ratum eſſet*, SI PATRES AVCTORES FIERENT. Idem lib. XXVI. de Martio, qui dux ab exercitu lectus abſque populi ſuffragio Proprætoris titulo literas ad Senatū ſcripſerat. *Titulus honoris, quod imperio non* POPVLI IVSSV, NON EX AVCTORITATE PATRVM *dato Propretor Senatui ſcripſerat, magnam partem hominum offendebat.* Hinc & DECRETA PATRVM, & POPVLI IVSSA. Liuius lib. XXXVIII. *Nutus eius* PRO DECRETIS PATRVM, PRO POPVLI IVSSIS ESSE. Denique lex ad populum lata GENERALE IVSSVM POPVLI definitur ab Agellio lib. x. cap. xx.

IVBERE autem & è contrario VETARE POPVLVS dicebatur. Titius apud Macrobium lib. III. Saturnal. cap. XVI. *Quod in foro geſtum ſit*, QVI SVASERINT, QVI DISSVASERINT, QVOT TRIBVS IVSSERINT, QVOT VETVERINT. Cicero lib. I. de Orat. *Num* APVD POPVLVM DE LEGIBVS IVBENDIS ATQVE VETANDIS. Idem lib. III. de Legib. de Tabellariis legibus diſſerens: *Carbonis eſt tertia*, IVBENDIS LEGIBVS AC VETANDIS. Vnde IVSSA, VETITA POPVLI INSCISCENDIS SVFFRAGIIS dixit idem lib. II. de Legib.

ADMONENDI autem ſumus directam rogandi Formulam ἀσυνδέτως ita conceptam fuiſſe, VELITIS IVBEATIS: Proinde vocula NE, quæ librariorū incuria, huic Formulæ ſeſe ſociam & comitem adiunxit, apud Liuium lib. XXII. reiicienda & expungenda eſt. Quam tamen ab obliquis Rogauonibus non arceo, quibuſcum ei bellè conuenit. Liuius lib. I. *Auſus eſt ferre ad populum* VELLENT IVBERENTNE *ſe regnare*. Et lib. XXX. *Tribuni pleb. ad populum tulerunt*, VELLENT IVBERENTNE, *Senatum decernere*, Et lib. XXXVIII *non ad populum ferri*, VELINT IVBEANTNE. Cicero lib. I. de Finib. *ferret ad plebem*, VELLENTNE *de ea re quæri*. Idem pro Seſtio, de Tribuno pleb. *Concionem interrogare ſolebat*, VELLETNE *me redire*.

HVIVSMODI verò Rogationibus POPVLVS CONSVLI dicebatur. Liuius lib. XXII. *L. Cornelius Pont. Max. conſulente collegio Pontificum omnium primum* POPVLVM CONSVLENDVM *de vere ſacro cenſet*. Cicero pro Milone: *Nihil de eius morte* POPVLVS CONSVLTVS EST. Idem pro domo ſua, *Si populus Rom. de iſta re* CONSVLTVS EST. Varro lib. IIII. de ling. Lat. *Conſul nominatus, quòd* CONSVLERE POPVLVM ET SENATVM *debet*. Proinde Feſtus ROGATIONEM definit eſſe, cùm POPVLVS CONSVLITVR de vno pluribúſve hominibus, quod non ad omnes pertineat, & de vna pluribúſve rebus, de quibus, non omnibus ſanciatur.

ROGATIONIS porrò cuiuſdam clauſulam Liuius lib. III. citat, qua continebatur: SI TRIBVNVS PLEB. DECEM ROGABO, SI QVI VOS MINVS HODIE DECEM TRIBVNOS PLEB. FECERINT, HI TVM VTIQVE QVOS SIBI COLLEGAS COOPTASSENT, VT ILLI LEGITIMI EADEM LEGE TRIBVNI PLEBEI SINT, VT ILLI, QVOS HODIE TRIBVNI PLEBEI FECERITIS. Apud eumdem lib. XXII. integra de vere ſacro Rogatio habetur. Idem lib. XLIII. ROGATIONIS meminit ſub vnius Tribuni nomine promulgatæ his verbis: *Quæ* PVBLICA VECTIGALIA, VLTRO TRIBVTA C. CLAVDIVS ET TIBER. SEMPRONIVS LOCASSENT, EA RATA LOCATIO NE ESSET, DE INTEGRO LOCARENTVR, ET VT OMNIBVS REDIMENDI ET CONDVCENDI PROMISCVE IVS ESSET. Idem lib. XLII. *Et* ROGATIONEM, ait, *quam de Liguribus deditis promulgare in animo haberent, in Senatu*

recitarunt. Sanciebatur, QVI EX STATELLIS DEDITIS IN LIBERTATEM RESTITVTVS ANTE KALENDAS SEXTILES PRIMAS NON ESSET, CVIVS DOLO MALO IS IN SERVITVTEM VENISSET, VT IVRATVS SENATVS DECERNERET, QVI EAM REM QVÆRERET ANIMADVERTERETQVE.

LEGE autem ita propoſita, promulgata, recitata, prodibant in medium, qui populum ad eam accipiendam vel antiquandam concione habita cohortarentur: Quod erat SVADERE vel DISSVADERE LEGEM. Liuius lib.XXXIIII. *Tribunipl. legem Oppiam tuebantur: nec eam ſe abrogari paſſuros aiebant*: AD SVADENDVM DISSVADENDVMQVE *multi nobiles prodibant*. Et paullo pòſt: *Si priuati tantùmodo ad* SVADENDVM, DISSVADENDVMQVE, *id quod à nobis* ROGATVR, *proceſsiſſent*. Sic Cato apud Ciceronem in lib. de Senect. ſe quinque & ſexaginta annos natũ legẽ Voconiam magna voce & bonis lateribus SVASISSE gloriatur. Ibidémque Qu. Fabium Maximum admodum ſenem SVASOREM legis Cinciæ de donis & muneribus fuiſſe ſcribit. Idem in lib. de Clar. Orator. Catonem dum legem SVADERET, in Galbam multa dixiſſe. Eodémque libro Piſonem ait & cauſas egiſſe, & multarum legum aut AVCTOREM, aut DISSVASOREM fuiſſe. Ibidémque legis Seruiliæ SVASIONEM memorat. Feſtus etiam Pomp. Catonem citat in DISSVASIONE, NE LEX BÆBIA DEROGARETVR. Item in SVASIONE NE LEGI ORCHIÆ DEROGARETVR. Et in SVASIONE legis Voconiæ, & in DISSVASIONE de rege Attalo & vectigalibus Aſiæ. Agellius lib.XI.cap.X. Gracchi orationem citat, qua is legem Aufeiam DISSVASIT. ex qua verba aliquot ſelegi, quæ hîc adſcribenda cenſui: Ea ſic habent: *Qui prodeunt* DISSVASVRI *ne hanc legem* ACCIPIATIS, *petunt non honorem à vobis, verùm à Nicomede pecuniã: Qui* SVADENT VT ACCIPIATIS, *ij quoq; petunt non à vobis bonam exiſtimationẽ*. Idem lib.X.cap.III. eiuſdem Gracchi orationem de legibus promulgatis laudat. Soſipater Chariſius eiuſdem Gracchi orationem citat, VTI LEX PAPIRIA ACCIPIATVR, & aliam habitam IN ROGATIONE CN. MARII CENSORINI. Extant & in Ciceronis Orationibus legis Maniliæ SVASORIA, & legis Agrariæ DISSVASORIÆ conciones. Vt apud Liuium lib.XXXIIII. de promulgata legis Oppiæ abrogatione contrariæ M. Portij Catonis Cos. & L. Valerij Tribunipl. conciones: ex quarum priore colligitur in quæ verba extrema clauſula eiuſmodi orationum concipi cõſueuerat. Sic enim illic Cato: *Ego nullo modo abrogandam legem* OPPIAM CENSEO: VOS QVOD FAXITIS, DEOS OMNES FORTVNARE VELIM. Simili modo Appius Claudius Craſſus Decemuiri nepos ſuam Rogationis de plebeio Conſulatu promulgatæ DISSVASIONEM, ita apud eumdem Liuium lib. VII. concludit. OMNIVM RERVM CAVSA VOBIS ANTIQVANDAS CENSEO ISTAS ROGATIONES: QVOD FAXITIS DEOS VELIM FORTVNARE. Apud eumdem lib.X. P. Decius Mus legem SVADENS his verbis perorat: EGO HANC LEGEM, QVOD BONVM FAVSTVM, FELIXQVE SIT VOBIS AC REIPVB. VTI ROGASTIS, IVBENDAM CENSEO.

ILLVD in iiſdem Orationibus obſeruandum eſt, eos qui ad populum verba faciebãt, dixiſſe, QVIRITES. Quod à Strabone lib.V. Geograph. notatum reperio his verbis: Κύρεις δὲ νυνὶ μὲν κώμιόν ἐστι· ἦν δὲ πόλις ἐπίσημος, ἐξ ἧς ὥρμηντο οἱ τῆς Ρώμης βασιλεύσαντες Τῖτος Τάτιος, καὶ Νῦμας Πομπίλιος. Ἐντεῦθεν δὲ καὶ ΚΥΡΙΤΑΣ ὀνομάζουσιν οἱ δημηγοροῦντες, τοὺς Ρωμαίους. Patet hoc ex Concionibus Volteronis, Canuleij, & Sextij Tribunorumpl. Camilli, & Appij Claudij, apud Liuium lib.II.III.IIII.V.& VI. Duronij & Poſthumij Manlij apud Valer. Max. lib.II.cap.IX.& lib.VI.cap.IIII. vt & Cippi apud Ouid. lib. XV. Metamorph. Quintilian. Declamat. CCLIIII. necnõ Scipionis, & Metelli Numidici, M. Catonis & C. Gracchi apud Agell. lib.IIII.cap.XVIII.& lib.VI.cap.XI. lib.X cap.XIIII. lib.XI.cap.X.& lib.XII. cap. IX. Ciceronis II.& III. orat. in Catilin. pro C. Rabir. perduell. reo, poſt reditũ ad populũ & Philipp.IIII.& VI. Furij Creſini apud Plin. lib.XVIII. Natur. hiſtor. cap.VI.

NEC aliter Conſul ipſe concione aduocata populum alloquebatur, vt Conſulum

Quintij,

Quintij, Valerij, Sulpitij, Æmilij, & M. Portij Catonis conciones teſtantur, quæ à Liuio lib. III. XXXI. & XXXIIII. & XLIIII. referuntur. Hoc eodem nomine Populum compellat Lentulus Conſul apud Valer. Max. lib. VI. cap. II.

AST vbi legis ferendæ dies venerat, is qui comitia habebat, Tribus & Centurias in ſuffragium mittebat, his fermè verbis. ITE IN SVFFRAGIVM BENE IVVANTIBVS DIIS. Hanc ego, ne quis fide mea temere in creditum abeat, ex Liuio coniecturam capio, apud quē lib. XXXI. Sulpitius Cos. ita populum affatur, ITE IN SVFFRAGIVM BENE IVVANTIBVS DIIS: ET QVÆ PATRES CENSVERVNT, VOS IVBETE.

SVFFRAGIORVM etiam ferendorum cauſa iubebatur Populus DISCEDERE. Aſconius in Orationem pro Cornel. Balbo: *Cùm id ſolum ſupereſt, vt Populus ſententiam ferat, iubet vnum quemque is qui fert legem,* DISCEDERE. *Quod verbum non hoc ſignificat, quod in communi conſuetudine eſt, de eo loco vbi lex fertur, ſed* IN SVAM TRIBVM DISCEDAT, *in qua ſuffragium eſt laturus. Populus enim confuſus, vt ſemper aliàs, ita & in concione.* Proinde apud Dionyſ. Halicarnaſſ. Brutus populum in ſuffragium mittit, his verbis: Ταύτην εἰ βουλομένοις ὑμῖν ἐστὶ, τὴν γνώμην εἶναι κυρίαν, διαστάντες κατὰ φράτρας ψῆφον ἐπενέγκατε. Et hinc eſt, quod Liuius lib. XXV. ait: *Tanto fauore ad ſuffragium ferendum* IN TRIBVS DISCVRSVM EST. Inde certè IRE IN SVFFRAGIVM, & INIRE SVFFRAGIVM Tribus dicebantur. Plinius lib. XVIII. cap. VI. *Cùm* IN SVFFRAGIVM TRIBVS *oporteret* IRE. Liuius lib. XXXIIII. *Quorum alterum ad nos Coss. reliquóſque magiſtratus, alterum ad vos, Quirites magis pertinet. Nam vtrum è Republica ſit, nec ne, id quod ad vos fertur, veſtra exiſtimatio eſt,* QVI IN SVFFRAGIVM ITVRI ESTIS. Cicero in Seſtiana: *Quis eſt, qui cùm contra me ferebatur,* INIISSE *ſe* SVFFRAGIVM *confiteatur?* Liuius lib. I. *Priuſquam* POPVLVS SVFFRAGIVM INEAT *in incertum comitiorum euentum patres auctores fiunt.* Idem lib. III. *Alij Quirites* SVFFRAGIVM INEVNT. Rurſus eodem lib. *Iámque editis teſtibus, cùm Tribus vocari, &* POPVLVM INIRE SVFFRAGIVM *oporteret.* Idem lib. XXIIII. *Eadem vos cura, qua in aciem armati deſcenditis,* INIRE SVFFRAGIVM *ad creandos Coss. decet.* Et mox: *Interim* PRÆROGATIVA SVFFRAGIVM INIT. Et lib. XXXVI. *Iuſſi deinde* INIRE SVFFRAGIVM *ad vnum omnes non modò Centuriæ, ſed etiam homines, qui* PVB. SCIPIONI IMPERIVM ESSE IN HISPANIA IVSSERVNT. Inuenitur & hæc loquendi Formula, aliis quoque locis, quos recenſere omnes, ne nimis longum ſit, nō oportet. Ac ſuperiore illa verborum Formula MITTI IN SVFFRAGIVM Centuriæ dicebantur, vt idem Liuius lib. XXXI. indicat, cùm ait: *Conſul in campo Martio comitiis habitis priuſquam Centurias* IN SVFFRAGIVM MITTERET. Et paullo pòſt: *Ab hac oratione* IN SVFFRAGIVM MISSI. Et lib. III. *Pugnaréntque collegæ, vt liberùs* TRIBVS IN SVFFRAGIVM MITTERET.

QVIN ETIAM, in Centuria, quæ iam ſuffragium tulerat, reuocanda his verbis, REDITE IN SVFFRAGIVM, vſos veriſimile facit ea Manlij Torquati Oratio, quæ lib. XXVI. Liuij legitur.

VIDETVR & in Suffragiis rogandis SISCENDI verbum locum habuiſſe. Feſtus namque Pomp. explicans quæ eſſet Centuria NI QVI SCIVIT, addit hæc: *Nam* SCISCITO *ſignificat Sententiam dicito, ac Suffragium ferto. Vnde & Scita plebis.*

SVFFRAGII autem, cùm Rogatio accipiebatur, Formula erat huiuſmodi; VTI ROGAS IVBEO. Cicero lib. II. de Legib. SVADE *igitur, ſi placet,* ISTAM LEGEM, VT *ego,* VTI ROGAS, *poßim dicere.* Liuius lib. VI. *Et* VTI ROGARENT *primæ Tribus dicerent.* Idem lib. XXXIII. *Ea Rogatione in Capitolio ad plebem lata,* OMNES QVINQVE ET TRIGINTA TRIBVS, VTI ROGAS, IVSSERVNT. Idem lib. XXXI. *Ab hac oratione* IN SVFFRAGIVM MISSI, VTI ROGARAT, BELLVM IVSSERVNT. Et lib. XXX. *De pace* VTI ROGATÆ *omnes* TRIBVS *erant,* IVSSERVNT PVB. SCIPIONEM PACEM DARE, EVNDEM EXERCITVS DEPORTARE. Item lib. XXXVIII. *Tribunos auctoritate deterruit, ne aduerſarentur Rogationi. Remittentibus ergo his interceßionem,* OMNES TRIBVS, VTI ROGAS, IVSSERVNT.

SED & cùm per tabellas ſuffragia ex legum Tabellariarum præſcripto ferebantur,

duplicis generis Tabellas datas conſtat. In quarum altera, VTI ROGAS: in altera ANTIQVO, ſcriptum erat. Illam populus in ciſtam coniiciebat, ſi Rogatio accipienda: hanc, ſi reiicienda, reſpuenda & explodenda eſſe videbatur. Cicero Epiſt. XIIII. lib. I. ad Attic. *Piſo autem Conſul lator Rogationis, idem & diſſuaſor: operæ Claudianæ pontes occuparant. Tabellæ miniſtrabantur, ita vt nulla daretur,* VTI ROGAS. Idem Epiſt. XIII. eiuſdem lib. de Rogatione agens, quam ex S.C. de polluta à Clodio religione Coss. promulgarant: *In hac cauſa, ait, Piſo amicitia P. Clodij ductus, operam dat, vt ea Rogatio quam fert, & fert ex S.C. & de religione,* ANTIQVETVR. Et Epiſtol. XIIII. eiuſdem libri: *Nam cùm dies veniſſet Rogationi ex S.C. ferendæ, concurſabant barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinæ, duce filiola Curionis &* POPVLVM, VT ANTIQVARET, ROGABANT. Idem lib. III. de Legib. *Vos quidem, vt video,* LEGEM ANTIQVASTIS *ſine tabella.* Et lib. II. de Offic. *Cùm legem Agrariam ferret, quam tamen* ANTIQVARI *facilè paſſus eſt, in eo ſe vehemẽter moderatum præbuit.* Liuius lib. V. *Legem vnà plures tribus* ANTIQVARVNT, *quàm* IVSSERVNT. Idem lib. VIII. *Tribus omnes præter Polliam* ANTIQVARVNT LEGEM. Et lib. XXXI. *Rogatio de bello Macedonico primis Comitiis ab omnibus fermè Centuriis* ANTIQVATA EST. Propriè enim ANTIQVABATVR lex, quæ promulgata non accipiebatur: ABROGABATVR verò ea quæ poſtquam perlata erat, retractabatur. Vtrumque tamen à propria verborum ſignificatione recedens coniungit apud Liuium lib. XXII. Minutius, *Itaque,* inquiens, PLEBISCITVM, *quo oneratus magis, quàm honoratus ſum, primus* ANTIQVO, ABROGOQVE. Vt autem ANTIQVARI dicebatur Rogatio, quæ reiiciebatur & diſplicebat, ita ACCIPI, ea quæ populo probabatur, ac placebat.

CONSVLES porrò Comitia habituri edicta proponebant, quibus dies Comitiis habendis denuntiabatur. Liuius lib. XXVII. *Ipſe* COMITIA IN QVEM DIEM *primum potuit,* EDIXIT. Idem lib. XXXV. *M. Fuluius Prætor litteras mittit ad Conſulem Senatui placere Romam reuerti, & ex itinere præmittere* EDICTVM, QVO COMITIA CREANDIS CONSVLIBVS EDICERET. *Paruit his literis Conſul, & præmiſſo* EDICTO *Romã venit.* Et lib. XXVI. DIEM COMITIIS CONSVLES EDIXERVNT. Euiuſmodi edicti Agell. lib. XIII. cap. XIIII. verba quædam citat: *In Edicto, ait, Cõſulum, quo edicunt, quis dies Comitiis centuriatis futurus ſit, ſcriptum fuit,* NE QVIS MAGISTRATVS MINOR DE CÆLO SERVASSE VELIT. Ac profectò, non licuiſſe per leges, Comitiis de cælo ſeruare, & ſi qui ſeruaſſet, non Comitiis habitis, ſed priuſquàm haberentur, nuntiare debuiſſe Cicero Philipp. II. ſcribit. Comitia vtique, quemadmodum Varro lib. VI. de lingua Lat. auctor eſt, dicebantur AVE SINISTRA DICI: quo in genere loquendi, SINISTRVM, bonum auſpicium ſignificaſſe notat.

SCIENDVM eſt autem Comitiis Centuriatis, quæ Dionyſ. Halycarn. λοχῖτιν ἐκκλησίαν, Dio verò κατὰ λόχους ἀθροιζομένας ἐκκλησίας vocat, exercitum imperari conſueuiſſe, eiúſque rei gratia conueniſſe omnem multitudinem armatam in campum Martium ſub ſignis cum ſuis Centurionibus, quemadmodum ex illius Græci auctoris lib. VII. & huius lib. XXXVII. apparet. Exercitus is Accenſo imperabatur certis verbis, quæ ſunt à Varrone poſita lib. V. de ling. Lat. Accenſo quippe qui imperabat, dicebat ſic, CALPVRNI VOCA INLICIVM, OMNES QVIRITES HVC AD ME. Accenſus verò ſic, OMNES QVIRITES INLICIVM VISITE HVC AD IVDICES. C. Calpurnius dicebat: VOCA AD CONVENTIONEM OMNES QVIRITES HVC AD ME. Accenſus ita dicebat, OMNES QVIRITES ITE AD CONVENTIONEM HVC AD IVDICES. Deinde Conſul ad exercitum loquebatur, IMPERO QVA CONVENIT AD COMITIA CENTVRIATA.

ET in Centuriis quidem vnam fuiſſe à Seruio Tullio Rege conſtitutam, in qua liceret ei ſuffragium ferre, qui non tuliſſet in ſua, ne quis ciuis ſuffragij iure priuaretur, Feſtus Pomp. tradit: cui idcirco nomen erat, NI QVIS SCIVIT: quæ verba hoc valebant, NISI QVIS SCIVIT.

Ex Tribubus autem ac Centuriis quædam PRÆROGATIVÆ, quædam IVRE VOCATÆ appellabantur. Quæ verba Aſcon. Pædian. in Diuinat. Cicero. ita explicat. PRÆROGATIVÆ, *ſunt Tribus, quæ primæ ſuffragium ferunt ante* IVRE VOCATAS. *Mos enim fuerat, quo facilius in Comitiis concordia populi firmaretur, bina omnino de iiſdem candi-*

datis

datis Comitia fieri: quorum tribus primæ, PRÆROGATIVÆ *dicebantur, quòd* PRIMÆ ROGARENTVR, QVOS VELLENT COSS. FIERI *Secundæ* IVRE VOCATÆ, *quòd in his ſequente populo, vt ſæpè contigit, prærogatiuarum voluntatem, iure omnia complerētur.* Qua de re Liuij, & Auſonij in Panegyrico iam antè ab aliis obſeruata teſtimonia nō adferam.

ILLVD tantū ex Aſconij verbis notandum moneo, Comitiis Conſularibus, Cēturias rogatas, QVOS EX IIS QVI PETEBANT, CONSVLES FIERI VELLENT, IVBERENT. In Formula vtiq; Rogationis Prætorū cos COLLEGAS CONSVLVM nuncupatos, teſtis eſt Cic. lib. IX. Epiſt. ad Attic. *Prætores autē*, inquit ille, *ita rogentur*, VT COLLEGÆ CONSVLVM *ſint, quorum maius eſt imperiū.* Agell. lib. XIII. cap. XIIII. *Prætor etſi* COLLEGA CONSVLIS EST, *neq; Prætorem neq; Conſulem iure rogare poteſt.* Liu. lib. VII. *Prætorē quidē etiā iura reddentem, &* COLLEGAM CONSVLIBVS *atq; iiſdē auſpiciis creatū.* Præco planè magna voce ſingularū Centuriarū ſuffragia renuntiabat: ciúſq; renūtiationis Formulā hanc fuiſſe, OLLA CENTVRIA, id eſt illa Centuria. Varr. lib. v. de ling. Lat. ita ſcribit: *Olli valet dictum illi, ab olla & ollus, quod alterum Comitiis, cùm recitatur, à præcone dicitur,* OLLA CENTVRIA, *non illa.* Qua in te eos pronuntiaſſe, IVNIORVM SENIORVMQ. CENTVRIIS MAGISTRATVM MANDARI illi, cuius nomen edebant, & qui plura puncta ſuffragiorū tulerat, docet Cic. lib. VII. in Verrē his verbis: *Tu cùm Prætor renūtiatus es quoquo modo, mitto enim ac prætereo quid tum actū ſit, ſed cùm eſſes renūtiatus, vt dixi, non ipſa præconis voce excitatus es, qui te toties* SENIORVM IVNIORVMQVE CENTVRIIS ILLO HONORE AFFICI PRONVNTIAVIT. Suet. in Domitiano cap. X. *Flauiū Sabinum alterū ex patruelibus occidit, quòd eum Comitiorū Cōſulariū die deſtinatū perperam præco non* CONSVLEM AD POPVLVM, *ſed Imperatorē* PRONVNTIASSET.

RENVNTIABANTVR etiā qui ſuffragiis populi creabātur Magiſtratus. Cic pro lege Manilia: *Nā cū propter dilationē Comitiorū ter Prætor primus Centuriis cunctis* RENVNTIATVS *ſum.* Idē lib. II. de Orat. Maluginenſem M. Scipionē, ex Cēturia ſua RENVNTIASSE Acidinū Conſulē narrat, eiq; dixiſſe præconē, DIC DE L. MANLIO. Agel. lib. VII. cap. IX. ex Piſonis Annalib. hæc verba refert: *Eúmq;* PRIMÆ TRIBVS ÆDILEM CVRVLEM RENVNTIAVERVNT. Atq; adeò præco eos, qui plura ſuffragia tulerant, Cōſules vel Prætores vel Cenſores renūtiabat. Cic. Orat. II. in Rull. *Itaq; me non extremæ Tribus ſuffragiorū, ſed primi illi veſtri concurſus neq; ſingulares* VOCES PRÆCONVM, *ſed vna voce vniuerſus populus Ro.* CONSVLEM DECLARAVIT. Agell. lib. XII. cap. VIII. *Poſtea populus Ro. eos ſimul Cenſores facit. Atque illi vbi* VOCE PRÆCONIS RENVNTIATI SVNT.

QVINETIAM ipſamet Conſulū, qui Comitia habebant, voce Coss. deſignatos RENVNTIARI, DECLARARIQVE conſueuiſſe oſtēdit Cic. pro Muræna his verbis: *Illo die quo auſpicato Comitiis Centuriatis L. Murænam* CONSVLEM RENVNTIAVI. Et mox: *Vt* EIVSDEM *hominis* VOCE ET DECLARATVS CONSVL *& defenſus beneficiū populi Ro. cum veſtra atque omnium ciuium ſalute tueatur.* Velleius Paterc. lib. II. de C. Sentio: *Iurauit etiam ſi factus eſſet Cos. ſuffragiis populi, tamen ſe eum* NON RENVNTIATVRVM. Valer. Max. lib. III. cap. VIII. de C. Piſone Cos. *Pro roſtris*, ait, *Piſo collocatus, cū hinc atq; illinc eum ambiſſent, & an Palicanum ſuffragiis populi Conſulem creatum* RENVNTIATVRVS ESSET, *interrogaretur, primò reſpondit nō exiſtimare ſe tantis tenebris offuſam eſſe rempub. vt huc indignitatis veniretur: deinde cùm perſeueranter inſtarent ac dicerent, Age ſi ventum fuerit:* NON RENVNTIABO, *inquit.* Plin. in Panegyrico: *Tuo iudicio Conſules facti:* TVA VOCE RENVNTIATI SVMVS, *vt idem honoribus noſtris ſuffragator in Curia, in Campo declarator exiſteres.* Similitérq; Prætores RENVNTIABANTVR. Cic. pro domo ſua: *Is poſteaquam intellexit poſſe ſe interuerſa Aedilitate*, A L. PISONE CONSVLE PRÆTOREM RENVNTIARI.

CONSVLEM planè tum, cū deſignatū Cos. renūtiabat, more inſtitutóq; maiorum ab Diis immortalibus precatū, VT EA RES SIBI MAGISTRATVIQ. SVO POPVLO, PLEBIQ. ROMANÆ BENE ATQ. FELICITER EVENIRET, Cic. Orat. pro Mur. teſtatū reliquit.

SVFFRAGII verò, quo viua voce Conſul deſignabatur, hāc fuiſſe Formulā, SCIPIONEM verbi gratiā, CONSVLEM NOMINO, facilè adducor vt credā. Exiſtimādi copiā præbet Liu. lib. XXIIII. apud quē Qu. Fab. Max. quales viros Coss. creare deceret monēs, ſibi ſic quemque dicere debere ſuadet, ANNIBALI IMPERATORI PAREM CONSV-

LEM NOMINO. Sed & in ea re verbo, DICO, vſos idẽ auctor innuere videtur lib. x. nõ ſemel. *Cũ Qu. Fabiũ*, ait, CONSVLEM *non petentẽ* OMNES DICERENT CENTVRIÆ. Et mox: *Populus nihilominus ſuffragia iubat, & vt intro quæque vocata erat* CENTVRIA, CONSVLEM, *haud dubiè*, FABIVM DICEBAT. Rurſus ibid. *Cùm primò vocatæ Q. Fabiũ* CONSVLEM DICERENT OMNES CENTVRIÆ. Et paullo pòſt: *Q. Fabius omnium conſenſu deſtinabatur, eúmq; prærogatiuæ, & primò vocatæ* OMNES CENTVRIÆ CONSVLEM CVM L. VOLVMNIO DICEBANT. Sic ex lib. XXVIII. CENTVRIÆQVE OMNES *ingenti fauore P. Scipionem* CONSVLEM DIXERVNT. Et lib. XXIX. *Quo die illum* OMNES CENTVRIÆ PRIMVM CONSVLEM DIXISSENT.

SANE Candidati PROFITEBANTVR ſe petere, & nomina dabãt. Quod vt Liuiũ taceã, vel vnus Velleius Paterc. lib. II. ſatis ſuperq; cõprobat, his verbis: *Tũ in Comitiis habendis præcipuũ egit Conſulẽ. Nã & Quæſturã petentes, quos indignos iudicauit,* PROFITERI *vetuit, & cũ id facturos ſe perſeuerarent, Conſularẽ, ſi in campũ deſcendiſſent, vindictã minatus eſt. Et Egnatium florentem fauore publico, ſperantémq; vt Præturam Aedilitati, ita Conſulatum Preturæ ſe iuncturum* PROFITERI *vetuit.*

CANDIDATOS verò BONORVM VIRORVM elogio cõmendari conſueuiſſe ex Senec. lib. I. Epiſt. didici, cuius verba ſic habent: *Illũ dixiſti amicũ, & negaſti. Itaque ſic priore illo verbo quaſi publico vſus es, & ſic illũ amicũ vocaſti, quomodo omnes* CANDIDATOS BONOS VIROS DICIMVS. Eóq;, ni fallor, alluſit Maluginenſis Scipio in eo feſtiuo & vrbano dicto, quod à Cicer. lib. II. de Orato. refertur in hunc modũ: *Aiunt Maluginenſem illũ M. Scipionẽ, cum ex Centuria ſua renuntiaret Acidinum Conſulem, præcoq; dixiſſet: Dic de L. Mãlio.* VIRVM BONVM, *inquit, egregiúmq; ciuem eſſe* ARBITROR. Cæſar vtiq; Comitia cũ populo ita partitus, vt exceptis Conſulatus cõpetitoribus, de cætero numero Cãdidatorũ pro parte dimidia, quos populus vellet, pronũtiarẽtur; pro parte altera, quos ipſe edidiſſet, vnicuique tribui ſcriptura breui libellos mittebat, in hæc verba: COMMENDO VOBIS ILLVM ET ILLVM, VT VESTRO SVFFRAGIO DIGNITATEM SVAM TENEANT, vt eſt à Suet. memoriæ proditũ in Iul. cap. XLI. Apud Liu. lib. X. Fabius Max. ita ſuffragationem ſuã enunciat, P. DECIVM EXPERTVM MIHI CONCORDI COLLEGIO VIRVM DIGNVM VOBIS, DIGNVM PARENTE SVO, QVÆSO, MECVM CONSVLEM FACIATIS.

QVORVM autẽ petitio iuſta & legitima videbatur, eorũ NOMINA ab eo qui Comitiis præerat ACCIPI, eorúmq; RATIO HABERI, vt è cõtrario eorũ, qui repellebantur, nec admittebãtur, & quos etiãſi ſuffragiis populi crearẽtur, ſe nõ renũtiaturos teſtabatur, NOMINA nõ ACCIPI, *nec eorum* RATIO HABERI. Liu. lib. IX. de Cn. Flauio: *Inuenio in quibuſdã annalibus, cùm appareret Aedilibus, fieriq; ſe* PRO TRIBV *Aedilem videret,* NEQ. EIVS ACCIPI NOMEN, *quod ſcriptũ faceret, tabulã poſuiſſe, & iuraſſe ſe ſcriptũ nõ facturũ.* Quibus verbis crediderim Liuiũ Piſonis Annales notare, ex quorũ lib. III. Agell. cap. IX. hæc verba refert: *Cn. Flauius patre libertino natus ſcriptũ faciebat: iſq; in eo tempore Aedili Curuli apparebat, quo tẽpore Aediles ſubrogantur, eúmq; Aedilem Curulẽ* PRIMÆ TRIBVS RENVNTIAVERVNT. *At Aedilis,* QVI COMITIA HABEBAT, NEGAT ACCIPERE, *neque ſibi placere, qui ſcriptũ faceret eũ Aedilẽ fieri.* Idẽ lib. XXVII. *Itaque ſi* SVVM NOMEN *Dictator* ACCIPERET; SE COMITIIS INTERCESSVROS: *Si aliorũ præterquam ipſius,* RATIO HABERETVR, *Comitiis ſe morã nõ facere.* Idẽ lib. XXXIX. *L. Porcius Conſul primò in ea ſentẽtia eſſe ne* NOMEN EIVS ACCIPERET. Et poſt: *Vt haud dubius Prætor eſſet, ſi Cõſul* NOMEN ACCIPERE *vellet.* Cæſar lib. III. de bell. Ciuili: *Magnáq; inter eos in cõcilio fuit cõtrouerſia, oporteretne L. Hirtij, quòd is à Põpeio ad Parthos miſſus eſſet, proximis Comitiis Prætoriis* ABSENTIS RATIONEM HABERI. Liu. lib. III. *Principes plebis ea Comitia mallebãt, quib.* NON HABERETVR RATIO *ſui, quã quibus vt indigni præterirentur.* Idem lib. VII. de C. Martio Rutilo, qui Cẽſurã ſe petere profeſſus erat: *Ambo tũ fortè patritij Cõſules erãt,* QVI RATIONEM EIVS SE HABITVROS *negabant.* Idẽ lib. VIII. *Q. Publius Philo Prætor, primus de plebe aduerſante Sulpitio Cos.* QVI EIVS SE RATIONEM HABITVRVM *negabat, factus eſt.* Idẽ lib. XXV. Ædilitatem petenti Scipioni Tribunos obſtitiſſe refert, *Negãtes,* ait, RATIONEM EIVS HABENDAM ESSE, *quòd eius nõdũ ad petẽdũ legitima ætas eſſet.* Idẽ lib. XXXIX. *Pars Tribunorum plebis negare* RATIONEM EIVS HABENDAM ESSE, *quòd duos ſimul magiſtratus præſertim Curules vnus neq; capere poſſet, nec gerere.* Suet. in Iulio cap. XVIII. *Sed cũ edictis iã*

Comitiis

comitiis RATIO EIVS HABERI NON POSSET, *niſi priuatus introiiſſet vrbem.* Et aliâs: *Et ne abſentis* RATIO *comitiis* HABERETVR, *quando nec plebiſcito Pompeius poſtea abrogaſſet.* Idē Cic. Epiſt. ad Brutū: *Ciceronem noſtrū in veſtrum collegium cooptari volo: Exiſtimo omnino abſentium* RATIONEM, *ſacerdotum Comitiis* POSSE HABERI: *nam etiam factum eſt antea. C. enim Marius cùm in Cappadocia &c.* Sequitur poſtea. *Eſt etiam in lege Iulia, quæ lex eſt de ſacerdotiis proxima, his verbis,* QVI PETIT, CVIVSVE RATIO HABEBITVR, *apertè indicat* POSSE RATIONEM HABERI *etiā non præſentis.* Quo genere loquendi idem Tullius vtitur in Bruto, & Philipp. II. & V. & Epiſt. lib. VII. ad Attic. & Epiſt. XI. ad Tironē, lib. XVI. familiar. Valer. Max. lib. III. cap. vlt. & lib. IIII. cap. I. Velleius Paterc. lib. II. & Aſconi' cū de Catilina agit. Eóq; Cicero alluſiſſe videtur Epiſt. V. lib. V. ad Attic. cùm ait: *Sed tu aberis, & me abſente res:* HABEBIS MEI RATIONEM.

CONSVLES *porrò &* PRÆTORES FIERI, CREARI, DECLARARI, RENVNTIARI, DESIGNARI dicebantur: DICTATORES verò DICI: INTERREGES PRODI: SENATORES LEGI. Quæ monuiſſe ſat habeo, ne exemplorum congerie liber hic turgeſcat nimis.

IN magiſtratibus autem creandis adiici ſolitum, VT QVI OPTIMA LEGE FVERINT, Feſt. Pomp. auctor eſt. Cic. Orat. de l. Agrar. ad populum, ex lege Rulli hoc caput citat: TVM II DECEMVIRI EODEM IVRE SINT, QVO QVI OPTIMA LEGE. Et ibidem: *Vt ſine lege Curiata idem iuris habeant, quod haberent, ſi* OPTIMA LEGE A POPVLO ESSENT CREATI. Idem Philipp. V. SIT PRO PRÆTORE, EO IVRE, QVO QVI OPTIMO. Et Philipp. XI. *C. Caßium Procoſ. prouinciam Syriam obtinere,* VTI QVI EAM OPTIMO IVRE *prouinciam obtinuerit.* Liuius lib. IX. *An hūc, non, vt qui* OPTIMO IVRE CENSOR CREATVS ESSET, *populus creauit?* Et mox: *Amplexus regni nomen,* VT QVI OPTIMO IVRE REX ROMÆ CREATVS ſit, creatum ſe diceret. Quo alludens Seneca in ἀποκολοκυντώσει: CENSEO, ait, VT D. CLAVDIVS EX HAC DIE DEVS, ITA VTI ANTE EVM QVIS OPTIMO IVRE FACTVS SIT. Feſt. Pomp. OPTIMA LEX in *magiſtro populi faciendo, qui vulgò Dictator appellatur, quam pleniſſimum poſſet ius eſſe, ſignificabatur: vt fuit Manij Valerij, M. Fabij Voluſinæ gentis, qui primus Magiſter à populo creatus eſt: poſtquam verò prouocatio ab eo Magiſtratu ad populum data eſt, quæ antea non erat, deſitum eſt dici,* VT OPTIMA LEGE, *vt pote imminuto iure priorum magiſtratuum.* Sed & virginis Veſtalis capiendæ formula, quam ex Agellio libro ſuperiore protuli, hoc habebat, VTI QVÆ OPTIMA LEGE FIAT.

QVARVM autem Tribuum ſuffragiis creati erant magiſtratus, ij TRIBVS illas TVLISSE dicebantur. Cic. Philipp. XI. *Qui cùm longè omnes belli gloria, & virtute ſuperaret, duas tamen* TRIBVS SOLAS TVLIT. Sueton. in Iulio cap. XI. *Atque ita potētiſſimos duos competitores, multúmq; & ætate & dignitate antecedentes ſuperauit, vt plura ipſe in eorū tribubus ſuffragia, quàm vterq; in omnibus* TVLERIT. Cic. pro Plācio: *An vnà fieri potuerūt, ſi vna* TRIBVS NON TVLISSENT: *cùm nonnullas punctis penè totidem?* Et paullo pòſt: *Nam quòd queſtus es plures te teſtes habere de Voltinia, quàm quot in ea tribu* PVNCTA TVLERIS. Quo pertinet illud Horatij in arte: *Omne* TVLIT PVNCTVM.— Vetus Cōmentator Horatij in Eclog. II. lib. II. Satyr. in Sempronium Rufum, cùm in Prætura repulſam tuliſſet, tale Epigramma ſcriptum commemorat:

Ciconiarum Rufus iſte conditor,
Hic eſt duobus elegantior Plancis,
SVFFRAGIORVM PVNCTA NON TVLIT *ſeptem:*
Ciconiarum populus vltus eſt mortem.

CONTRA verò PERDIDISSE TRIBVM, vel NON TVLISSE dicebātur, qui eius ſuffragio repulſam paſſi erant. Cic. lib. II. Epiſt. ad Attic. *Fauonius meam* TRIBVM TVLIT *honeſtius, quàm ſuā, Luceij* PERDIDIT. Idem in Orat. pro domo ſua: *Qui ſe populo commiſerant, ita repellebantur, vt etiam Palatinam tuam* PERDERENT, *qui in iudicium venerāt ſiue accuſatores erant, ſine rei te deprecante damnabantur.* Idem pro Seſtio: *Aedilitatem petiuit cū bonis viris, & hominibus primis, ſed non præſtantiſſimus opibus & gratia* TRIBVM SVAM NON TVLIT: *Palatinam denique per quam omnes illæ peſtes populum Rom. vexare dicebantur,* PERDIDIT: *nec quicquam illis Comitiis, quod boni viri vellent, niſi repulſam tulit.* Idē in Va-

tin. Nec poſt Romã conditã præter tribulem quemquã TRIBVM SERGIAM PERDIDISSE.

REPVLSAM verò TVLISSE, vel paſſos candidatos, qui non adipiſcebãtur honores quos peterent, notius eſt quàm vt à me comprobari debeat.

IN COMITIIS porrò certum & ſollemne fuiſſe aliquod CARMEN, Plinius in Panegyrico indicat, cũ ait: *Perpeſſus es* LONGVM ILLVD CARMEN COMITIORVM, *nec iam irridendã moram. Tu Comitiis noſtris præſidere, tu nobis* SANCTISSIMVM ILLVD CARMEN *præire dignatus es.* Quod quale eſſet; tum ex ea Comitiorũ precatione, de qua libro ſuperiore diſſeruimus, intelligi poteſt; tum ex eo quòd deſignatos Conſules iureiurando adactos ab eo, qui Comitiis præerat, ibidem Plinius ſcribit.

LEGES autem ROGARI primùm, & FERRI AD POPVLVM, dein poſtquam à populo accipiebantur, PERFERRI ET PERROGARI, dicebantur. PERFERENDI verbo in hac re vtitur Liu. lib. II. & lib. IIII. & lib. XXX. & lib. XXXVIII. In PERROGANDI verò vocabulo mendum eſt apud Valer. Max. lib. I. cap. II. Vulgò enim illic ſcriptum eſt, *Traditas ſibi leges* PRÆROGABAT, cũ recta ſcriptura ſit PERROGABAT. Contrà rectè apud eũdẽ lib. VIII. cap. VI. *Tribunus pl. legẽ aduerſus interceſſionẽ collegarũ* PERROGAVIT.

FIGI QVOQVE LEGES dicebantur, vt Cic. lib. XIIII. Epiſt. ad Attic. & Virg. lib. VI. Æneid. docent: propterea quòd, vt illic Seruius notat, inciſæ in æreis tabulis, affigebãtur parietibus. Sic in poſte curiæ fixum quoddam caput legis à Clodio, Cic. lib. III. Epiſtol. ad Attic. refert.

ENIMVERO initio cuiuſque legis legitima & ſollemnia verba præponebantur hæc, CONSVL POPVLVM IVRE ROGAVIT, POPVLVSQVE IVRE SCIVIT. Docet hoc Cicero prima in Antonium Oratione: *Cedo*, inquit, *illa legitima* COSS. POPVLVM IVRE ROGAVERVNT *(hoc enim à maioribus accepimus ius rogandi)* POPVLVSQ. IVRE SCIVIT. Idipſum ex ea lege patet, quæ à Frontino lib. II. de Aquæduct. prioribus verbis valde corruptis & deprauatis refertur. Ea ſunt huiuſmodi: TITVS QVINTIVS CRISPINVS COS. POPVLVM IVRE ROGAVIT, POPVLVSQVE IVRE SCIVIT IN FORO PRO ROSTRIS ÆDIS D. IVLII POPVLI RO. ET IVLIÆ. Quæ verba apud Valer. Probum notis hiſce deſignata inueniuntur P. I. R. P. Q. I. S. I. F. P. R. E. A. D. P. Cuiuſmodi notarum cõpendio cùm poſtrema verba ſcripta eſſent in Frõtini codicibus, ex eorum vitioſa interpretatione ab imperito facta, nata ſunt monſtra hæc verborum, ÆDIS D. IVLII POPVLI RO. IVLII. Scriptum enim fuit in lege, ANTE DIEM PRIDIE. Quod genus loquendi adgnoſcit Cic. Epiſt. XIIII. lib. II. ad Attic. *Ni te in Formiano commodiſſimè expectari viderem dumtaxat* A. D. *prid. Non. Maij.* Liuius lib. XLV. *Latinæ edictæ ſunt in ante* IIII. *&* III. *&* *prid. Id. Nouembr.* Plin. lib. VIII. cap. XLV. *Ad pridie Nonas*, vbi legendum, *Ante diem pridie.* Nec verò initio dumtaxat legum à populo ad Conſulis rogationem latarum, ſed & plebiſcitorum quoque quæ à plebe Tribuno pl. interrogante ſciſcebantur, idem adſcribi moris erat, quemadmodum Liuius lib. III. planũ facit his verbis: M. DVILLIVS TRIBVNVS PL. PLEBEM ROGAVIT, PLEBSQVE ITA SCIVIT. Et lib. XXV. TRIBVNI PL. ROGAVERVNT, PLEBSQVE ITA SCIVIT, SI M. POSTHVMIVS, & reliqua. Idem lib. XXVII. TRIBVNI PLEBIS ROGARVNT, PLEBESQVE SCIVIT, *vt Quintus Fuluius, qui tunc ad Capuam erat, Dictator diceretur.* Extat etiam plebiſcitũ vetus, quo Thermeſes Piſidiæ populi, liberi immunéſq; facti ſunt, cuius prima verba ſic habent: C. ANTONIVS M. F. C. CORNELIVS F. • • • C. FVNDANIVS C. F. TR. PL. DESS. PLEBEM IVRE ROGARVNT, PLEBESQVE IVRE SCIVIT.

NEC eſt ſilentio prætermittendum, Legum initiis adſcribi ſolitam TRIBVM, quæ prima ad ſuffragium ferendum vocata erat, cui PRINCIPII nomen impoſitum inuenio: ſimúlque eius nomen adſcribebatur, qui PRO TRIBV PRIMVS SCIVISSET. Vtrunque ex illa Frontini Lege Aquaria patet, in qua eſt: TRIBVS SERGIA, PRINCIPIVM FVIT: PRO TRIBV SEXTVS LVCII FILIVS VARRO PRIMVS SCIVIT. Sic enim locum interpungendum & ſupplendum cẽſeo, ductus auctoritate legis Thoriæ, in qua eadem verba primum gradum obtinent. Prima ſiquidem eius clauſula ita habet: TRIBVS PRINCIPIVM FVIT: PRO TRIBV Q. FABIVS Q. F. PRIMVS SCIVIT. In eo quoque plebiſcito, quod paullo antè citaui, eſt, PRO TRIBV • • • • • PRIMVS SCIVIT. Vtriuſque verò loquendi generis

ri generis teſtem habemus Liuium, cuius è lib. IX. verba ſubieci: *Ex legem Curiatam de imperio ferenti, triſte omen diẽ diffidit, quod Fauciæ* CVRIÆ FVIT PRINCIPIVM, *duabus inſignis cladibus, captæ urbis & Caudinæ pacis: quod vtroque anno eiuſdem* CVRIÆ FVERAT PRINCIPIVM. Eodémque libro de Cn. Flauio Scriba: *Cùm appareret Aedilibus, fieríque ſe* PRO TRIBV *Aedilem videret.*

VVLGARIS autem fuiſſe videtur hæc legum clauſula, SI QVID DE ITA RE AD POPVLVM PLEBEMVE LATI OPVS EST, COSS. PRÆTT. TRIBVNI PL. QVI NVNC SVNT, QVOD EIS VIDEBITVR, AD POPVLVM PLEBEMVE FERANT. Quæ verba Valerius Probus notis hiſce perſcribi ſolita tradit, S. Q. D. E. R. A. P. P. V. L. O. E. COSS. PRÆTT. TR. PL. Q. N. S. Q. E. V. A. P. P. V. F. T. H.

OMNIBVS planè legibus duo adſcribi ſollemnia capita moris erat. Vnum erat de impunitate, ſi quid contra alias leges eius legis ergô quæ promulgabatur, factum eſſet. Quod caput in ea rogatione adiectum, quæ ab octo Tribunis pl. de reditu ſuo promulgata eſt, Cicero TRANSLATITIVM idcirco vocat lib. III. Epiſt. ad Attic. Alterum erat huiuſmodi, SI QVID SACRI SANCTIQVE EST, QVOD IVS NON SIT ROGARI, EIVS HAC LEGE NIHIL ROGATVR. Quæ verba Valer. Prob. teſtatur hoc verborum compẽdio ſignificari conſueuiſſe, S. Q. S. S. Q. E. Q. I. N. S. R. E. H. L. N. R. Cicer. in Orat. pro Cæcina: *At enim, ait, Sylla legem tulit: Vt nihil de illo tẽpore, nihil de calamitate Reip. querar, hoc tibi reſpondeo, adſcripſiſſe eundem Syllam in eandem legem;* SI QVID IVS NON ESSET ROGARE, EIVS EA LEGE NIHILVM ROGATVM. *Quid eſt, quod* IVS NON SIT? *quod populus* IVBERE *aut* VETARE *non poßit? Vt ne longius abeam, declarat iſta adſcriptio eſſe aliquid: nam niſi eſſet,* HOC IN OMNIBVS LEGIBVS NON ADSCRIBERETVR. Idem pro Domo ſua: *Quæ tua fuit conſecratio? Tuleram, inquit, vt mihi liceret. Quid, non exceperas,* VT SI QVID IVS NON ESSET ROGARI, NE ESSET ROGATVM? Eſt & in hac vulgari legum clauſula arguta & ſubtilis concertatio apud Cicer. in Orat. pro Lucio Cornel. Balbo, his verbis: *Vbi eſt igitur exceptum fœdere Gaditano, ne quem populus Ro. Gaditanum recipiat in ciuitatem? Nuſquam: ac ſicubi eſſet, lex videlicet Gellia & Cornelia, quæ definitè poteſtatem Pompeio ciuitatem donandi dederat, ſuſtuliſſet.* EXCEPTVM EST, *inquit,* FOEDVS, SIQVIDEM SACROSANCTVM EST. *Ignoſco tibi, ſi neque Pœnorum iura calles: reliqueras enim ciuitatem tuam: neque noſtras potuiſti leges inſpicere: ipſæ enim te à cognitione ſua iudicio publico repulerunt. Quid fuit in Rogatione ea quæ de Pompeio à Gellio & à Lentulo Coſſ. lata eſt, in qua aliquid* SACROSANCTVM *videretur? Primũ enim* SACROSANCTVM *eſſe nihil poteſt, niſi quod populus plebéſve ſanxiſſet: deinde Sanctiones ſacrandæ ſunt, aut genere ipſo, aut obteſtatione legis, aut pœna, cùm* CAPVT EIVS, *qui* CONTRA FACIT, CONSECRATVR. *Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere; eiuſmodi? vtrũ capitis conſecratione, an obteſtatione legis ſacroſanctum eſſe confirmas? Nihil omnino vnquam de iſto fœdere ad populum, nihil ad plebem, neque lege, neque pœna latum eſſe dico. De quibus etiã ſi latum eſſet, ne quẽ ciuem reciperemus: tamen id eſſet, quod populus poſtea iußiſſet, ratum, neque quicquã illis verbis, nec ſi quid* SACROSANCTVM *eſſet, exceptum eſſe videretur. De his cùm populus Ro. nihil vnquam iuſſerit quicquam, audes dicere,* SACROSANCTVM *fuiſſe?* Quo ex loco apparet in hac legum exceptione SACROSANCTVM id demum habitum, quod per populum plebémve ſancitum erat. Vnde fœdus Gaditanum ſacroſanctum cenſeri non poſſe concludit, cùm populus de eo ſententiam non tuliſſet, qui iniuſſu ſuo nullo pacto poterat religione obligari. Vt autem planior huius loci ſententia fiat, ſciendum eſt Cn. Cornelium Balbum Gadibus ortum fœderato populo, ciuitate Rom. virtutis ergô donatum à Cn. Pompeio, cui hæc poteſtas lege Gellia & Cornelia data conceſſáq; fuerat. Is poſtea accuſatus fuit non iure ciuis factus eſſe, eiq; non rectè datam ciuitatem contendebat aduerſarius, propterea quòd Gaditanis fœdere cũ illis icto adempta fuerat ciuitatis Rom. communicatio. Quod ita refellit Cicero: primùm vt neget, fœdere Gaditano id comprehenſum: deinde fingens & concedens ita eſſe, adiicit, vt ita ſit, tamen fœderi Gaditano derogatum eſſe lege poſteriùs lata à L. Gellio & Cn. Cornelio, qua cautum erat, vti ciues Romani eſſent ij, quos Cn. Pompeius de conſilij ſententia ſingillatim ciuitate donauiſſet. Replicabat accuſator non eſſe fœderi Gaditano derogatum lege Gellia, quinimo id exceptum mente & ſententia clauſulæ iſtius, SI QVID SACRI

SANCTIQVE ESSET, EIVS EA LEGE NIHIL ROGATVM. Cui obiectioni Cicero reſpondens,fœdus Gaditanum negat ea generali exceptione contineri,propterea quòd nihil in eo SACROSANCTVM eſſet, quod ea lege exceptum videri poſſet, quandoquidem abſque populi iuſſu fœdus id à L. Martio primipili centurione ictum fuerat; poſt deinde renouatum cùm hoc Gaditani à Senatu poſtulaſſent: ideóque cùm nihil de eo populus iuſſiſſet, ſciuiſſet, in ea cauſa non eſſe eiuſmodi fœdus, vt exceptione legis Gelliæ, Corneliæ conſeruatum cenſeretur. Idem Cicero lib.III.Epiſtol.ad Attic. vt nouum & antea inauditum reprehendit à Tribuniſpl. in ea quam de ſuo reditu promulgarant rogatione,poſitum caput hoc: SI QVID IN HAC ROGATIONE SCRIPTVM EST, QVOD PER LEGES PLEBISVE SCITA, *hoc eſt quod per legem Clodiam* PROMVLGARE, ABROGARE, DEROGARE, OBROGARE SINE FRAVDE SVA NON LICEAT, NON LICVERIT: QVODVE EI QVI PROMVLGAVIT, ABROGAVIT, DEROGAVIT, OBROGAVIT, POENÆ MVLTÆVE SIT. E. H. L. M. R. Nam eo modo luſoriam eſſe omnem eam promulgationem & inutilem,nec ab illis quidquam actum oſtendit: propterea quòd ea exceptione lex Clodia conſeruaretur, quam abrogari neceſſe erat. Hæc autem verba, *hoc eſt, quod per legem Clodiam*, à ceteris, apicum varietate diſtinxi, ideo quod Ciceronis hoc gloſſema eſt, quod ille de ſuo ad Tribunitiæ rogationis contextum addit, inconſideratam Tribunorum vecordiam ridẽs, qui menti propoſitóque quod in animo habebant, repugnans caput adſcripſerant, quo lex Clodia vi ipſa excipiebatur: qua ſalua & manente Cicero ab exilio reuocari non poterat: ac proinde vt effectum haberet rogatio, & res ad exitum perduceretur,ei legi nominatim derogari, obrogari, abrogari neceſſe erat. Nec verò moueri eos, aut terreri debuiſſe ait, hoc colore quòd Clodius ſanxerat, VT VIX AVT OMNINO NON POSSET NEC PER SENATVM NEC PER POPVLVM INFIRMARI SVA LEX. Bellè enim hoc argumentum ſoluit,dicens nunquam obſeruatas fuiſſe ſanctiones earum legum quæ abrogarentur,propterea quòd ſi id eſſet,nulla ferè abrogari poſſet. Neque enim vlla eſt,ait,quæ non ipſa ſe ſæpiat difficultate abrogationis: ſed cùm lex abrogatur, illud ipſum abrogatur,quod eam abrogari prohiberet. Itaque nulla in lege,tale caput eſſe,quale illud octo Tribunorum, rectè notat: eáque de cauſa Atticum rogat,vt illud inueſtiget quis attulerit, & quo cõſilio & à quo ſit ſcriptum, propterea quòd contra ſe ſcriptum ſit.

IN Sanctionibus certè Legum,de difficultate abrogationis caueri ſolitum ex eo loco intelligimus:cuiuſmodi ſanctionum particulam hanc Feſt.Pomp.profert, NEVE PER SATVRAM ABROGATO AVT DEROGATO. Id habebat hanc vim,vt ne vna rogatione multis coniunctis rebus lex abrogaretur, vt aliâs in libris noſtris Significationum verborum quæ ad ius pertinent expoſui. SANCTIONES autem Cic.in Orat.pro Cornel.Balbo SACRATAS fuiſſe ſcribit,aut genere ipſo,aut obteſtatione legis, aut pœna, cùm CAPVT eius,qui contrà faceret, CONSECRARETVR. Nam in pleriſque legibus ita ſanciebatur, QVI ALITER, *vel* SECVS FAXIT, SACER ESTO. Feſt.Pomp. SACRATÆ LEGES SVNT, ait, QVIBVS SANCTVM EST, QVI QVID ADVERSVS EAS FECERIT, SACER ALICVI DEORVM SIT, CVM FAMILIA PECVNIAQVE. Sic enim Feſtum ex Paulo emẽdo. Quam ſanctionem in legibus Regiis & in XII.Tab. frequentem fuiſſe inuenio. Feſtus enim in verbo *Plorare* ex Romuli & Tatij legibus hæc citat, NVRVS SACRA DIVIS PARENTVM ESTO. Eiuſdem Romuli lege cauebatur, PATRONVS SI CLIENTI FRAVDEM FECERIT, SACER ESTO, quemadmodum Seruius ſcribit in VI.Æneid.ad ea verba: *Aut fraus innexa clienti.* Ex Numæ vero Põpilij legibus Feſt. Põp.in verbo, *Aliuta*, hoc caput adfert, SI QVIS ALIVTA FAXIT, IPSOS IOVI SACER ESTO. Ex Seruij vero Tullij legibus caput hoc, SI PARENTEM PVER VERBERIT, AST ILLE PLORASSET PARENTES, PVER DIVIS PARENTVM SACER ESTO. Quorum verborũ ſententiã idẽ Feſt.ſic explicat: HOMO SACER *eſt is, quẽ populus iudicauit ob maleficiũ: neq; fas eſt eum immolari: ſed qui occidit, parricidij non damnatur. Nam lege Tribunitia prima cauetur,* SI QVIS EVM QVI EO PLEBISCITO SACER SIT OCCIDERIT, PARICIDA NE SIT.

Qua in lege obſeruandum eſt *Paricidæ* nomen. Nam vt idem Feſtus explicat, PARICIDA *non vtique is qui parentem occidiſſet, dicebatur, ſed qui qualemcunque hominem. Id autem, ait, fuiſſe indicat lex Numæ Pompilij Regis his compoſita verbis*, SI QVIS HOMINEM DOLO SCIENS MORTI DVIT, PARICIDA ESTO. Illam autem Sanctionem hanc vim habuiſſe, vt impunè is homo occidi poſſet, & qui occidiſſet cædis crimine minimè teneretur, Dionyſius Halicarnaſſeus declarat lib. V. cùm in lege Valeria de prouocatione, hanc ipſam appoſitam ſanctionem refert. Ὁ κυρωθεὶς ὑφ' ἑνὸς ὑπάτων, Ποπλίου Οὐαλερίου τοῦ κληθέντος Ποπλικόλα νόμος, περὶ δὲ κατ' ἀρχὰς ἔφην ὅτι τὰς τῶν ὑπάτων γνώμας ἀκύρους ἐποίησε μὴ τιμωρεῖσθαί τινα πρὸ δίκης, ἐπιτρέψας τοῖς ἀγομένοις ἐπὶ τὰς κολάσεις, ἀπ' αὐτῶν προκαλεῖσθαι ἐπὶ τὴν διάγνωσιν τοῦ δήμου, καὶ ἕως ἂν ἡ πληθὺς ἐνέγκῃ ψηφίζουσα ὑπὲρ αὐτῶν, σώματί τε καὶ βίοις τὸ ἀσφαλὲς ἔχειν. τὸν δὲ παρὰ ταῦτα τι ποιεῖν ἐπιχειροῦντα νηποινὶ τεθνάναι κελεύων. Eiuſdémq; libri alio loco. Νόμους τε φιλανθρωποτάτους ἔθετο, βοηθείας νέμοντας τοῖς δημοτικοῖς, ἕνα μὲν ἐφ' ᾧ διαρρήδην ἀπεῖπεν, Ἄρχοντα μηδένα εἶναι Ῥωμαίων, ὃς ἂν μὴ παρὰ τοῦ δήμου λάβῃ τὴν ἀρχήν, θάνατον ἐπιθεὶς ζημίαν, ἐάν τις παρὰ ταῦτα ποιῇ καὶ τὸν ἀποκτείναντα τούτων τινα ποιῶν ἀθῷον. De quibus legibus hæc Liuius lib. II. ſcribit. *Latæ deinde leges, non ſolùm quæ regni ſuſpicione Conſulem abſoluerent, ſed quæ adeo in cõtrarium vetarent, vt popularem etiam facerent. Inde cognomen factum Publicolæ eſt. Ante omnes de prouocatione aduerſus Magiſtratus ad Populum*, SACRANDOQVE CVM BONIS CAPITE *eius, qui regni occupandi conſilia iniſſet*. Plutarch. in Publicola: Ἔγραψε γὰρ νόμον ἄνευ κρίσεως κτεῖναι τὸν βουλόμενον τυραννεῖν. Κτείναντα δὲ φόνου καθαρὸν ἐποίησεν. Macrob. lib. III. Saturnal. cap. VII. *Hoc loco non alienum videtur de conditione eorum hominum referre, quos leges* SACROS ESSE CERTIS DIIS *iubent: Quia non ignoro quibuſdam mirum videri, quòd cùm cætera ſacra violari nefas ſit*, HOMINEM SACRVM *ius fuerit occidi*. Eiuſmodi verò ſanctione ſepta fuit Numæ lex de termino moto vel exarato. Sic enim Dionyſ. Halic. lib. II. Εἰ δέ τις ἀφανίσειεν ἢ μεταθείη τοὺς ὅρους, ΙΕΡΟΝ ἐνομοθέτησεν εἶναι τοῦ ΘΕΟΥ, τὸν τούτων τι διαπραξάμενον, ἵνα τῷ βουλομένῳ κτείνειν αὐτὸν ὡς ἱερόσυλον ἥ τε ἀσφάλεια καὶ τὸ καθαρὸν μιάσματος εἶναι προσῇ. Addit Feſt. Põp. non caput tantum, ſed & boues eius qui terminos exaraſſet, Numã lege ſua ſacrauiſſe. *Termino*, inquit, *ſacrificabant, quòd in eius tutela fines agrorũ eſſe putabant. Denique Numa Pompilius ſtatuit, eum, qui terminum exaraſſet*, ET IPSVM ET BOVES SACROS ESSE. Vetuſtis enim legibus plerumque is, qui aduerſus eas commiſerat, cum PECVNIA SVA SACER eſſe iubebatur. Id quod ea lege, qua Tribuni pl. ſacroſancti facti ſunt, comprehẽſum fuiſſe Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. VI. ita memorat. Δήμαρχον ἄκοντα ὥσπερ ἕνα τῶν πολλῶν μηδεὶς μηδὲν ἀναγκαζέτω δρᾶν, μηδὲ μαστιγούτω μηδ' ἐπιτατέτω μαστιγοῦν ἑτέρῳ, μηδὲ ἀποκτιννύτω, μηδ' ἀποκτείνειν κελευέτω. Ἐὰν δέ τις ἀπηγορευμένων τι ποιήσῃ ἐξάγιστος ἔστω, καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ Δήμητρος ἱερά. Καὶ ὁ κτείνας τινὰ τῶν ταῦτα εἰργασμένων, φόνου καθαρὸς ἔστω. καὶ ἵνα μὴ εἰς τὸ λοιπὸν τῷ δήμῳ ἐξουσία γένηται καταπαῦσαι τὸν δι' αὐτὸν νόμον, ἀλλ' εἰς πάντα τὸν χρόνον ἀκίνητος διαμένῃ, πάντας ἐτάχθη Ῥωμαίους ὀμόσαι καθ' ἱερῶν, ἦ μὴν χρήσεσθαι τῷ νόμῳ καὶ αὐτοὺς καὶ ἐγγόνους τὸν ἀεὶ χρόνον. ἀρά τε τῷ ὅρκῳ προσετέθη, τοῖς μὲν ἐμπεδοῦσι τοὺς θεοὺς οὐρανίους ἵλεως εἶναι, καὶ δαίμονας τοὺς καταχθονίους, τοῖς δὲ παραβαίνουσιν ἐναντία καὶ τὰ παρὰ θεῶν γίνεσθαι καὶ τὰ παρὰ δαιμόνων, ὡς ἄγει τῷ μεγίστῳ ἐνόχοις. Ἐκ τούτου κατέστη τοῖς Ῥωμαίοις ἔθος τὰ τῶν δημάρχων σώματα ἱερὰ εἶναι καὶ παναγῆ, καὶ μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου διαμένει. Idem lib. VII. Ἦν δὲ τοιόσδε ὁ νόμος, Δημάρχου γνώμην ἀγορεύοντος ἐν δήμῳ, μηδεὶς λεγέτω μηδὲν ἐναντίον, μηδὲ μεσολαβείτω τὸν λόγον. Ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα ποιήσῃ, διδότω τοῖς Δημάρχοις ἐγγυητὰς αἰτηθεὶς εἰς ἔκτισιν, ἧς ἂν αὐτῷ ἐπιθῶσι ζημίας. ὁ δὲ μὴ διδοὺς ἐγγυητὴν θανάτῳ ζημιούσθω καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ ἱερὰ ἔστω. Liuius lib. III. de L. Valerio & M. Horatio Coſſ. *Aliam deinde*, ait, *Conſularem legem de prouocatione vnicum præſidium libertatis, Decemuirali poteſtate euerſam non reſtituunt modò, ſed etiam in poſterum muniunt, ſanciendo nouam legem*, NE QVIS VLLVM MAGISTRATVM SINE PROVOCATIONE CREARET: QVI CREASSET, EVM IVS FASQVE ESSET OCCIDI, NEVE EA CÆDES CAPITALIS NOXÆ HABERETVR. *Et cùm plebem hinc prouocatione, hinc Tribunitio auxilio ſatis firmaſſent, ipſis quoque Tribunis, vt ſacroſancti viderẽtur, (cuius rei propè iam memoria aboleuerat) relatis quibuſdam ex magno interuallo cæremoniis, renouarunt: & cum religione inuiolatos eos tum lege etiam fecerũt: ſanciendo*, VT QVI TRIBVNIS PL. ÆDILIBVS, IVDICIBVS, DECEMVIRIS, NOCVISSET,

EIVS CAPVT IOVI SACRVM ESSET: FAMILIA AD ÆDEM CERERIS, LIBERI, LIBERÆQVE VENVM IRET. Dio lib. LIII. de Tribunitia poteſtate verba faciens: Ἥ τε ἐξουσία Δημαρχικὴ καλουμένη ἣν οἱ πάνυ ποτὲ ἀνθήσαντες ἔσχον, δίδωσί σφισι τά τε ἐπιγιγνόμενα ὑφ᾽ ἑτέρου τινὸς, ἂν μὴ συνεπαινῶσι, παύειν, καὶ μὴ καθυβρίζεσθαι· κἂν ἄρα τι καὶ τὸ βραχύτατον μὴ ὅτι ἔργῳ ἀλλὰ καὶ λόγῳ ἀδικεῖσθαι δόξωσι, καὶ ἄκριτον τὸν ποιήσαντα αὐτὸ ὡς καὶ ἐναγῆ, ἀπολλύναι. Et hoc eſt quod idem Dio lib. XLIX. ſignificat, cùm ait, Τήν τε συνοικίαν αὐτῷ ἐψηφίσαντο, καὶ τὸ μήτε λόγῳ, μήτε ἔργῳ τι ὑβρίζεσθαι. εἰ δὲ μὴ, τοῖς αὐτοῖς τὸν τοιοῦτόν τι δράσαντα ἐνέχεσθαι, οἷσπερ ἐπὶ τῷ Δημάρχῳ ἐτέτακτο.

Eadem ſanctione munita fuit illa lex Antonij, qua teſte Appiano lib. III. Bellor. ciuil. caueb atur, τὸν ἐκ τῶνδε τινος ὑπεριδόντα, ΝΗΠΟΙΝΕΙ ΠΡΟΣ ΤΩΝ ΕΝΤΥΧΟΝΤΩΝ ΑΝΑΙΡΕΙΣΘΑΙ. Modeſtior vtique fuit legis Valeriæ ſanctio, quam Liuius lib. X. memorat his verbis: *Valeria lex,* CVM EVM QVI PROVOCASSET, VIRGIS CÆDI, SECVRIQVE NECARI VETVISSET, SI QVIS ADVERSVS EA FECISSET, NIHIL VLTRA QVAM IMPROBE FACTVM, *adiecit: id, qui tum pudor hominum erat, viſum credo vinculum ſatis validum legis.* Atque hinc leges ſanctas appellatas Vlpianus ſcribit in L. ſanctum D. de rer. diuiſ. quod ſanctionibus eiuſmodi eſſent ſubnixæ.

Verum vt manifeſtius appareat, quo ſtudio, cura, diligentiáque leges ſcriberentur, gratum me facturum antiquitatis ſtudioſis credo, ſi paucarum legum, quæ è reliquarum naufragio enatarũt, exempla congeram, vnde earum effigies velut in tabula picta oculis ſubijciatur. Me quidem illa antiquitatis imago mirificè delectat, quam nõ ampleċtor ſolùm, ſed & religioſè colo & veneror. Vnam autem è priſcis legibus nobis Frontinus lib. II. de Aquæ ductib. ſed pleriſque in locis corruptam ſuppeditat, quam vti reſtituendam ſemper cenſui ſubiungam. In ea ita eſt:

TITVS Q. CRISPINVS COS. POPVLVM IVRE ROGAVIT. POPVLVSQVE IVRE SCIVIT IN FORO PRO ROSTRIS A. D. P. R. R. L. TRIBVS SERGIA PRINCIPIVM FVIT: PRO TRIBV SEX. L. F. VARRO. QVICVNQVE POST HANC LEGEM ROGATAM RIVOS, SPECVS, FORNICES, FISTVLAS, CASTELLA, TVBVLOS, LACVS, AQVARVM PVBLICARVM, QVÆ AD VRBEM DVCVNTVR, EARVMVE, QVAM SCIENS DOLO MALO FORAVERIT, RVPERIT, FORARE, RVMPEREVE CVRAVERIT, PEIOREMQVE FECERIT, QVOMINVS EA AQVA, EARVMVE QVA, IN VRBEM ROMAM IRE, CADERE, FLVERE, PERVENIRE, DVCI, POSSINT, QVÓVE MINVS IN VRBE ROMA, ET IN HIS ÆDIFICIIS, QVÆ VRBI CONTINENTIA SVNT, ERVNT, IN HISQVE HORTIS, PRÆDIIS, LOCIS, QVORVM HORTORVM, PRÆDIORVM, LOCORVM, DOMINIS, POSSESSORIBVSVE AQVA DATA VEL ATTRIBVTA EST, VEL ERIT VT SALIAT, DISTRIBVATVR, DIVIDATVR, IN CASTELLA, LACVS, IMMITTATVR, IS POP. RO. C. MILLIA DARE DAMNAS ESTO. ET QVI CLAM QVID EORVM ITA FECERIT, ID OMNE SARCIRE, REFICERE, RESTITVERE, ÆDIFICARE, PONERE, DEMOLIRI DAMNAS ESTO, SINE DOLO MALO. ATQVE ITA OMNINO VT QVICVNQVE CVRATOR AQVARVM EST, ERIT, AVT SI CVRATOR AQVARVM NEMO ERIT, TVM IS PRÆTOR, QVI INTER CIVES ET PEREGRINOS IVS DICIT, MVLCTA, PIGNORIBVS, COGITO, COERCETO, EIQVE CVRATORI, AVT SI CVRATOR NON ERIT, TVM EI PRÆTORI EO NOMINE COGERE ET COERCERE, MVLCTÆQVE DICENDÆ SIVE PIGNORIS CAPIENDI IVS, POTESTASQVE ESTO. SI QVID EORVM SERVVS FECERIT, DOMINVS EIVS CENTVM MILLIA POPVLO DET. SI QVIS CIRCA RIVOS, SPECVS, FORNICES, FISTVLAS, TVBVLOS, CASTELLA, LACVS AQVARVM PVBLICARVM, QVÆ AD VRBEM ROMAM DVCVNTVR, ET DVCENTVR, TERMINATVS STETERIT: NEQVE QVIS EO LOCO POST HANC LEGEM ROGATAM QVID OPPONIT, MOLIT, OBSEPIT, FIGIT,

GIT, STATVIT, PONIT, COLLOCAT, ARAT, SERIT, NEVE IN EVM LOCVM QVID IMMITTIT, PRÆTERQVAM EORVM FACIENDORVM REPONENDORVM CAVSSA, PRÆTERQVAM QVIDEM HAC LEGE LICEBIT OPORTEBIT. QVI ADVERSVS EA QVID FECERIT, ET ADVERSVS EA OBREPSERIT, SIREMPS LEX EI IVS CAVSSAQVE OMNIVM RERVM ESTO, VTIQVE ATQVE VTI ESSET ESSEQVE OPORTERET, SI IS ADVERSVS HANC LEGEM RIVVM, SPECVM, RVPISSET, FORASSETVE, QVIQVE SPECVM FORASSET, RVPISSETVE. QVO MINVS IN EO LOCO PASCERE HERBAM, FOENVM SECARE, SENTES, VEPRES, CAPRIFICOS, CVRATORES AQVARVM, QVI NVNC SVNT, QVIQVE ERVNT CIRCA FONTES ET FONTIVM ET MVRORVM CVRAM, RIVOS ET SPECVS TERMINATOS, ARBORES, VITES, VEPRES, SENTES, RIPÆ, MACERIA, SALICTA, HARVNDINETA EXCIDANTVR, TOLLANTVR, EFFODIANTVR, EXCORTICENTVR: VTIQVE RECTE FACTVM ESSE VOLET, EÓQVE NOMINE IIS PIGNORIS CAPIO MVLCTÆ DICTIO COERCITIO VTIQVE ESTO: IDQVE IIS SINE FRAVDE SVA FACERE LICEAT, IVS POTESTAS ESTO. QVOMINVS VITES, ARBORES, QVÆ VILLIS, ÆDIFICIIS, MACERIISVE INCLVSÆ SINT, MACERIÆQVE, QVAS CVRATORES AQVARVM CAVSSA COGNITA NE DEMOLIRENTVR, DOMINIS PERMISERVNT, QVIBVS INSCRIPTA INSCVLPTAQVE ESSENT IPSORVM, QVI PERMISISSENT, CVRATORVM NOMINA MANEANT, HAC LEGE NIHIL ABROGATVR. QVO MINVS EX HIS FONTIBVS, RIVIS, SPECVBVS, FORNICIBVS, AQVAM HAVRIRE, SVMERE, IIS QVIBVSCVNQVE CVRATORES AQVARVM PERMISERVNT PRÆTERQVAM ROTA, CALICE, MACHINA LICEAT, DVM NEQVE PVTEVS, NEQVE FORAMEN NOVVM FIAT. EIVS HAC LEGE NIHIL ROGATVR.

OBSERVANDA eſt autẽ hac in lege vulgaris clauſula, SIREMPS LEX EI IVS CAVSAQVE OMNIVM RERVM ESTO, quam notis hiſce S. L. E. I. C. Q. O. R. E. ſcribi ſolitam Valerius Probus teſtis eſt. Et de hac quidem voce SIREMPS ad ea, quæ ab aliis notata ſunt, Chariſij Soſipatri locum addam, qui lib. I. inſtitut. Grammaticar. *Alia*, ait, *nominatiuum & ablatiuum habent, vt Tabes, Pluris, Siremps, facit ab hac tabe, plure, Sirempſe. Cinna autem in Smyrna dixit, huius Tabis, nullo auctore Sirempſe legitur.* Idem alio eiuſdem libri loco, *Siremps*, ait, *tantum per nominatiuũ & ablatiuum declinatur: vt tabes & pluris, ab hac Sirempſe, tabe, plure.* Errant igitur qui legere maluerũt, *Similiter lex eſto.* Nam ita locus valde corruptus reſtitui poſſe videtur. Sic in ea legis antiquæ de viatorum præconúmque decuriis Tabula quæ Romæ extat, SIREMPS QVE EIS VIATORIBVS, DEQVE EIS VIATORIBVS, QVÆSTORE OMNIVM RERVM IVS, LEXQVE ESTO. Et legis Thoriæ fragmento, DE EO AGRO SIREMPS LEX ESTO.

Verùm vtriuſque legis fragmenta, quæ Caroli Sigonij viri de Antiquitate Ro. optimè meriti, beneficio in lucem exierunt, ſubijcere ſatius fuerit, quod ad huius libri inſtitutum plurimum faciant, venerandámq; illam priſcarũ Legum maieſtatem, cum ſuis ſollemnibus verbis exprimant & referant. Legis quidem de viatoribus verba ſic habent.

COS. QVEI. NVNC. SVNT. IEI. ANTE. K. DECEMBREIS. PRIMAS. DE. EIS. QVEI. CIVES. ROMANEI. SVNT. VIATOREM. VNVM. LEGVNTO. QVEI. IN. EA. DECVRIA. VIATOR. APPAREAT. QVAM. DECVRIAM. VIATORVM. EX. NONEIS. DECEMBRIBVS. PRIMIS. QVÆSTORIBVS. AD. ÆRARIVM. APPARERE. OPORTET. OPORTEBIT. EIDEM. COSS. ANTE. K. DECEMBR. PRIMAS. DE. EIS. QVEI. CIVES. ROMANEI. SVNT. PRÆCONEM. VNVM. LEGVNTO. QVEI. IN. EA. DECVRIA. PRÆCO. APPAREAT. QVAM. DECVRIAM. PRÆCONVM. EX. NONEIS. DECEMBRIBVS. PRIMEIS. QVÆSTORIBVS. AD. ÆRARIVM. APPARERE. OPORTET. OPORTEBIT. DEINDE. EIDEM. COS. ANTE.

K. DECEMBREIS. PRIMAS. VIATOREM. VNVM. LEGVNTO. QVEI. IN. EA.
DECVRIA. VIATOR. APPAREAT. QVAM. DECVRIAM. VIATORVM. EX.
NONEIS. DECEMBRIBVS. SECVNDEIS. QVÆSTORIBVS. AD. ÆRARIVM.
APPARERE. OPORTET. OPORTEBIT. EIDEM. COS. ANTE. K. DECEM-
BREIS. PRIMAS. PRÆCONEM. VNVM. LEGVNTO. QVEI. IN. EA. DECV-
RIA. PRÆCO. APPAREAT. QVAM. DECVRIAM. PRÆCONVM. EX. NO-
NEIS. DECEMBRIBVS. TERTIEIS. QVÆSTORIBVS. AD. ÆRARIVM. APPA-
RERE. OPORTET. OPORTEBIT. EÓSQ. VIATORES. EÓSQ. PRÆCONES.
OMNEIS. QVOS. EO. ORDINE. DIGNOS. ARBITRABVNTVR. LEGVN-
TO. QVAM. IN. QVISQVE. DECVRIAM. ITA. VIATOR. LECTVS. ERIT.
IS. IN. EA. DECVRIA. VIATOR. ESTO. ITEM. VTI. EI. CETEREI. EIVS.
DECVRIÆ. VIATORES. ERVNT. QVAMQVE. IN. QVISQVE. DECVRIAM.
ITA. PRÆCO. LECTVS. ERIT. IS. IN. EA. DECVRIA. PRÆCO. ESTO.
ITA. VT. EI. CETEREI. EIVS. DECVRIÆ. PRÆCONES. ERVNT. SI-
REMSQVE. EIS. VIATORIBVS. DEQVE. EIS. VIATORIBVS. QVÆSTO-
RI. OMNIVM. RERVM. IVS. LEXQVE. ESTO. QVASEI. SEI. EI. VIATO-
RES. IN. EAM. DECVRIAM. IN. TRIBVS. VIATORIBVS. ANTEA. LE-
CTEI. SVBLECTEI. ESSENT. QVAM. IN. QVISQVE. DECVRIAM. EORVM. EX.
HAC. LEGE. VIATOR. LECTVS. ERIT. SIREMPSQ. EIS PRÆCONIBVS. DE-
QVE. EIS. PRÆCONIBVS. QVÆSTORI. OMNIVM. RERVM. IVS. LEXQ. ES-
TO. QVASEI. SEI. EI. PRÆCONES. IN. EAM. DECVRIAM. IN. TRIBVS. PRÆ-
CONIBVS. ANTEA. LECTEI. SVBLECTEI. ESSENT. QVAM. IN. QVISQVE.
DECVRIAM. EORVM. EX. HAC. LEGE. PRÆCO. LECTVS. ERIT. QVOS-
CVNQVE. QVÆSTORES. EX. HAC. LEGE. PLEBEIVE. SCITO. VIATO-
RES. LEGERE. SVBLEGERE. OPORTEBIT. EI. QVÆSTORES. HOC. IV-
RE. EA. LEGE. VIATORES. III. LEGVNTO. SVBLEGVNTO. QVO. IVRE.
QVA. LEGE. QVEI. NVNC. SVNT. VIATORES. III. LEGERVNT. SVB-
LEGERVNT. QVOSQVE. QVOCVMQVE. QVÆSTORES. EX. LEGE. PLE-
BEIVE. SCITO. PRÆCONES. SVBLEGERE. OPORTEBIT. EI. QVÆSTO-
RES. EO. IVRE. EA. LEGE. PRÆCONES. IIII. LEGVNTO. SVBLEGVNTO.
QVO. IVRE. QVA. LEGE. QVÆSTORES. QVEI. NVNC. SVNT. PRÆCO-
NES. III. LEGERVNT. SVBLEGERVNT. DVM. NI. QVEM. IN. EIS. VIA-
TORIBVS. PRÆCONIBVS. LEGVNDEIS. SVBLEGVNDEIS; IN. EIVS. VIA-
TORIS. PRÆCONIS. LOCVM. VIATOREM. PRÆCONEM. LEGANT. SVB-
LEGANT. QVO. IVS. IN. LOCVM. PER. LEGES. PLEBEIVE. SCITA. VIA-
TOREM. PRÆCONEM. LEGEI. SVBLEGEI. NON. LICEBIT. ITAQVE.
DE. EIS. QVATTVOR. VIATORIBVS. QVÆSTOR. QVEI. QVOMQVE. E-
RIT. VIATORES. SVMITO. HABETO. VTEI. ANTE. HANC. LEGEM. RO-
GATAM. DE. TRIBVS. VIATORIBVS. VIATORES. HABERE. SVMERE.
SOLITEI. ITAQVE. DE. EIS. QVATTVOR PRÆCONIBVS. QVÆSTOR.
QVEI. QVOMQVE. ERIT. PRÆCONES. SVMITO. HABETO. VTEI. ANTE
HANC. LEGEM. ROGATAM. DE. TRIBVS. PRÆCONIBVS. PRÆCONES.
HABERE. SVMERE. SOLITEI. SVNT. ITEMQ. EIS. VIATORIBVS. PRÆ-
CONIBVS. QVEI. EX HAC LEGE. LECTEI ERVNT. VICARIVM. DARE
SVBDERE. IVS. ESTO. LICETO. QVE. VTI. CETEREIS. VIATORIBVS.
PRÆCONIBVS. QVA. IN. QVISQVE. DECVRIA. EST. VICARIVM. DARE.
SVBDERE. IVS. ERIT. LICEBITQVE. ITEMQVE. QVÆSTORES. AB.
IEIS. VICARIOS. ACCIPIVNTO. VTI. A. CETEREIS. VIATORIBVS.
PRÆCONIBVS. VICARIOS. ACCIPI. OPORTEBIT. VIATORES. PRÆCO-
NES. QVEI. EX. HAC. LEGE. LECTEI. SVBLECTEI. ERVNT. EIS. VIATO-
RIBVS. PRÆCONIBVS. MAGISTRATVS. PROVE. MAG. MERCEDIS. I-
TEM. TANTVMDEM. DATO. QVANTVM. EI. VIATORI. PRÆCONEI.
DAREI. OPORTERET. SEI. IS. VIATOR. DE. TRIBVS. VIATORIBVS. IS-
QVE. PRÆCO. DE. TRIBVS. PRÆCONIBVS. ESSET. QVEI. ANTE. HANC

LEGEM

LEGEM. ROGATAM. VTEI. LEGERENTVR. INSTITVTEI. SVNT. QVAS. IN. DECVRIAS. VIATORVM. PRÆCONVM. COSVL. EX. HAC. LEGE. VIATORES. PRÆCONES. LEGERIT. QVORVM. VIATORVM. PRÆCONVM. NOMINA. IN. EIS. DECVRIEIS. AD. ÆDEM. SATVRNI. IN. PARIETE. INTRA. CAVEAS. PROXIME. ANTE. HANC. LEGEM.

Adſcribam etiam legis Thoriæ fragmenta, vti à Sigonio cum ſupplementis ſunt edita. Eius pars prior ſic habet.

SP. THORIVS..... F. TR. PL. PLEBEM. IVRE ROG. PLEBESQVE. IVRE. SCIVIT. TRIBVS. .... PRINCIPIVM. FVIT. PRO. TRIBV. Q. FABIVS. Q. F. PRIMVS. SCIVIT. QVEI. AGER. POPLICVS. POPVLI. ROMANEI. IN. TERRAM. ITALIAM. P. MVCIO. L. CALPVRNIO. *Cos. fuit. extra. eum. agrum. locum. quei. ex. lege. plebeive. ſc. a. vetere. poſſeſſore. poſſeſſus. ſit.*

de. eo. agro. loco. quem. quis. ſibi. AGRVM LOCVM. SVMPSIT. RELIQVITVE. QVOD. NON. MODVS. MAIOR. SIET. QVAM. QVANTVM. VNVM. HOMINEM. EX. LEGE. PLEBEIVE. SC. SIBEI. SVMERE. *relinquereve. oporteat.*

quod. QVOI. EIQVE. DE. EO. AGRO. LOCO. EX. L. PLEBEIVE. SC. III. VIR. SORTITO. CEIVI. ROMANO. DEDIT. ADSIGNAVIT. QVOD. NON. IN. EO. AGRO. LOCO. EST. QVOD *vltra. fineis. eius. agrei. locei. eſt.*

redditus. EST. QVEI. AGER. PVBLICVS. POPVLI. ROMANEI. IN. TERRA. ITALIA. P. MVVCIO. L. CALPVRNIO. COS. FVIT. EXTRA. EVM. AGRVM. QVEI. AGER. EX. LEGE. PLEBEIVE. SC. *a. vetere. poſſeſſore. poſſeſſus. ſit.*

Ager. locus. ædificium. omnis. qui. ſupra. ſcriptus. eſt. quod. VE. AGRI. LOCEI. PVBLICEI. IN. TERRA. ITALIA. QVOD. EIVS. EXTRA. VRBEM. ROMAM. EST. QVOD. EIVS. IN. VRBE. OPPIDO. VICO. EST. QVOD. EIVS. III. VIR. DEDIT. ADSIGNAVIT. QVOD. *eius. agrei. locei. neque. poſſeſſor. ipſe. abalienauit. abalienaueritve.*

extra. eum. agrum. locum. quei. ager. locus. ex. LEGE. PLEBIVE. SCITO. QVOD. C. SEMPRONII. TI. F. TR. PL. ROG. EXCEPTVM. CAVITVMVE. EST. NEI. DIVIDERETVR. QVOD. QVOI. EIQVE. DE. EO. AGRO. LOCO. AGRI. LOCEI. ÆDIFICII. *datum. aſſignatum. eſt.*

quod. eius. agri. loci. extra. eum. agrum. locum. quem. locum. agrum. IN TERRA. ITALIA. III. VIR. DEDIT. ADSIGNAVIT. RELIQVIT. INVE. FORMAS. TABVLASVE. RETVLIT. REFERRIVE IVSSIT. AGER. LOCVS. ÆDIFICIVM. OMNIS. QVEI. SVPRA. SCRIPTVS. *eſt.*

O. ITA. VTEI. CETERORVM. LOCORVM. AGRORVM. ÆDIFICIORVM. PRIVATORVM. EST. ESTO. CENSORQVE. QVEI. QVOMQVE. ERIT. FACITO. VTEI. IS. AGER. LOCVS. ÆDIFICIVM. QVEI. *ſupra. ſcriptus. eſt. eius. ſit. cuius. ex. Lege. plebeive. ſcito. eſſe. oportet.*

Quei. ager. locus. ædificium. datus. aſſignatus. EST. NEIVE. QVIS. FACITO. QVO. QVOIVS. EVM. AGRVM. LOCVM. ÆDIFICIVM. POSSESSIONEM. EX. LEGE. PLEBEIVE. SCITO. ESSE. OPORTET. OPORTEBITVE. EVM. AGRVM. *locum. ædificium. alius. habeat. poſſideat. vtatur. fruatur*

neive. queis. de. ea. re. ad. ſenatum. referto. Senator. iudexve. NEIVE. SENTENTIA. DEICITO. NEIVE. FERTO. QVO. QVIS. EORVM. QVOIVM. EVM. AGRVM. LOCVM. ÆDIFICIVM. POSSESSIONEM. EX. LEGE. PLEBEIVE. SCITO. ESSE. OPORTET. *oportebitve. eo. agro. loco. ædificio. poſſeſſione. ſpolietur*

Quem. agrum. locum. in. viaſieis. VICANEIS. QVEI. IN. TERRA. ITALIA. SVNT. DEDERVNT. ADSIGNAVERVNT. RELIQVERVNT. NEI. QVIS. FACITO. QVO. MINVS. EI. OETANTVR. FRVANTVR. HABEANT. *poſſideant.*

eumque. non. aliter. vendere. dare. reddereve. ius. eſto. ATQVE. EVM. AGRVM. QVEM.

EX. H. L. VENIRE. DARI REDDIVE. OPORTEBIT. QVEI. AGER. LOCVS. ÆDIFICIVM. EI. QVEM. IN. VIASIEIS. VICANISVE. EX. S. C. ESSE. OPORTET. OPORTEBIT. *venditus. erit*

Quo. minus. quod. in. hoc. capite. ſcriptum. eſt. ita. VTEI. EST. SIET. EX. H. L. N. R. QVEI. AGER. LOCVS. PVBLICVS. POPVLI. ROMANEI. IN. TERRA. ITALIA. P. MVVCIO. L. CALPVRNIO. COS. FVIT. EXTRA. EVM. AGRVM. QVEI. AGER. EX. LEGE. PLEBEIVE. *ſcito. a. vetere. poſſeſſore. poſſeſſus. ſit*

cuius. rei. cauſſa. IN EVM. AGRVM. AGRI. IVGRA. NON AMPLIVS XXX. POSSIDEBIT. HABEBITVE. S. AGER. PRIVATVS. ESTO. QVEI. IN AGRVM COMPASCVOM. PECVDES. MAIORES. NON. PLVS. X. PASCET. QVAI. *ex. eis. minus. annum. gnatæ. erunt. poſteaquam. gnatæ. erunt*

nihil. populo. neiue. publicano. neive. DATO. NEIVE. SOLVITO. AGER. PVBLICVS. POPVLI. ROMANEI. QVEI. IN. ITALIA. P. MVCIO. L. CALPVRNIO. COS. FVIT. QVOD. EIVS. AGRI. III. VIR. A. D. A. EX LEGE PLEBEIVE. SCITO. SORTITO. QVOI. CEIVI. ROMANO. *dedit. aſsignauit. eius. ſit. cuius. ex. hac. lege. plebeive. ſcito. eſſe. oportet.*

Pr. conſulve. quo. de. ea. re. ex. H. L. in ius. aditum. erit. ious. dicito. DECERNITOQVE. VTEI. POSSESSIONEM. SECVNDO. EVM. HEREDEMVE. EIVS. DET. QVOI. SORTI. IS. AGER. DATVS. ADSIGNATVSVE. FVERIT. QVOD EIVS AGRI NON ABALIENATVM. ERIT. ITA. VTEI. S. S. EST. *eſto.*

Quei. a. poſſeſſoribus. QVEIVE. AB. EORVM. QVEL EMIT. QVEI. EORVM. DE EA RE. ANTE. EIDVS. MARTIAS. PRIMAS. IN. IOVS. ADIERIT. AD. EVM. QVEM. EX. H. L. DE. EO. AGRO. IVS. DEICERE. OPORTEBIT. IS. DE. EA. RE. ITA. IVS. DEICITO. *decernitoque. vtei. ius. ſuum. conſequatur.*

quiquomque. ex. eo. agro. quei. ager. s. s. EX. POSSESSIONE. VI. EIECTVS. EST. QVOD. EIVS. IS. QVEI. EIECTVS. EST. POSSEDERIT, QVOD NEQVE. VI. NEQVE CLAM. NEQVE. PRECARIO. POSSEDERIT. AB. EO. QVEI. EVM. EA. POSSESSIONE. VI. EIECERIT. *ius. ſuum. perſequi. liceto*

quod. agri. locei. ædificij. ex. plebiſcito. EXVE. H. L. PRIVATVM. PACTVM. EST. ERITVE. PRO. EO. AGRO. LOCO. ÆDIFICIO. PROQVE. SCRIPTVRA. PECORIS. QVOD. IN. EO. AGRO. PASCITVR. POSTQVAM. VECTIGALIA. CONSTITERINT. QVÆ. POST. H. *L. rog. primum. conſtiterint. nei. quis. facito. quo*

quid. ob. eam. rem. populo. Ro. debeatur. QVOVE. QVID. OB. EAM. REM. POPVLO. AVT. PVBLICANO. DETVR. EXSIGATVRVE. NEIVE. QVIS. QVID. POSTEA. QVAM. VECTIGALIA. CONSISTENT. QVÆ. POST. H. L. ROG. PRIMVM. CONSTITERINT. OB. EOS. AGROS. *locos. ædificia. nomine. populi. aut. publicani. exigat*

E. A. D. XI. K. OCTOBRIS. QVOM. AGRVM. QVEI. TRANS. CVRIONE. EST. LOCAVERINT. QVEI. IN. EO. AGRO. LOCO. CEIVIS. ROMANVS. SOCIVMVE. NOMINISVE. LATINI. QVIBVS. EX. FORMVLA. TOGATORVM. *ibei. eſſe. licet. ſunt. nei. quis. eo. agro. loco. moneat*

quod. OPPIDVM. COLONIAMVE. EX. LEGE. PLEBEIVE. SC. CONSTITVIT. DEDVXSITVE. CONLOCAVITVE. QVEM. AGRVM. LOCVMVE. PRO. EO. AGRO. LOCOVE. DE. EO. AGRO. LOCO. QVEI. PVBLICVS. POPVLI. ROMANEI. *fuit. dedit. adſignauit*

QVOIVE. AB. EO. HEREDEVE. EIVS. IS. AGER. LOCVS. TESTAMENTO. HEREDITATI. DEDITIONIVE. OBVENIT. OBVENERITVE. EMIT. EMERITVE. QVEIVE. AB. EMPTORE. EIVS. EMIT. EMERITVE. S. AGER. PRIVATVS. ESTO. QVAM. *ſei. is. ager. P. Mucio. L. Calpurnio. cos. fuit. Pr. conſulve. quo. ex. hac. lege. in ious.*

aditum erit. jus. dicito. facitoque. vtei. poſſeſsionem. ſecundum. eum. HEREDEMVE. EIVS. DET. QVOI. III. VIR. EVM. AGRVM. LOCVM. PRO. EO. AGRO. LOCO. QVO.

CO. QVO. COLONIAM. DEDVXIT. DEDIT. REDDIDIT. ADSIGNAVITVE. PACITÓQVE. IS. PR. CONSOL. VE. QVO. DE. EA. RE. IN. IOVS. ADITVM. ERIT. *vtei.ius.ſuum.conſequantur* . . . . .

NEIVE. IS. AGER. COMPASCVOS. ESTO. NEIVE. QVIS. IN. EO. AGRO. AGRVM. OVPATVM. HABETO. NEIVE. DEFENDITO. QVO. MINVS. QVEI. VELIT. COMPASCERE. LICEAT. SEI. QVIS. PAXSIT. QVOTIENS. FAXIT. IN. AGRI. IVGRA. SINGVLA. . . . . . HS. *pendat* . . . . .

NVMERVS. PECVDVM. IN. H. L. SCRIPTVS. EST. LICETO. NEIVE. QVIS. QVOI. OB. EAM. REM. VECTIGAL. NEIVE. SCRIPTVRAM. dare. DEBETO. QVÔT. QVISQVE. PECVDES. IN. CALLEIS. VIASVE. PVBLICAS. ITINERIS. CAVSSA. INDVXERIT. *neiquid.populo.neíve.publicano.pecuniam ſcripturam. vectigálve. det.*

Quem.agrum.ex.publico.in.priuatum. COMMVTAVIT. QVO. PRO. AGRO. LOCO. EX PRIVATO. IN. PVBLICVM. TANTVM. MODVM. AGREI. LOCEI. COMMVTAVIT. *is. ager. locus.* OMNEIS. PRIVATVS. ITA. VTEI. QVI. OPTIMA. LEGE. PRIVATVS. EST. ESTO. QVEI. AGER. EX. PRIVATO. *inpublicum.commutatus. erit* . . . .

quem.alij.à. CENS. REDEMPTVM. HABENT. CENSORES. QVEICVMQVE. POST. HAC. FACTEI. ERVNT. EI. FACIVNTO. VTEI. QVEI. VOLENT. TANTIDEM. PRO. PATRITO. REDEMPTVM. HABEANT. P. P. SVBSIGNENT. II. VIRVM. QV. . . . .

quod. EX. H. L. ITA. VTEI. S. S. EST. IN. AGREIS. QVEI. IN. ITALIA. SVNT. QVEI. P. MVCIO. L. CALPVRNIO. COS. PVBLICEI. POPVLI. ROMANEI. FVERVNT. CEIVI. ROMANO. FACERE. LICEBIT. ITEM. LATINO. PEREGRINÓQVE. QVIBVS. M. LIVIO. L. CALPVRNIO. COS. *conſultum eſt.facere liceto* . . . . . .

QVISQVIS. QVOD. EVM. EX. H. L. FACERE. OPORTVERIT. NON. FECERIT. QVOD. VE. QVIS. EORVM. EX. H. L. OMISERIT. MAG. PROVE. MAG. QVO. DE. EA. RE. IN. IOVS. ADITVM. ERIT. QVOD. EX. H. L. PETETVR. ITEM. IVDICIVM. IVDICEM. *recuperatoreſve.dato.* I. V. E. E. R. P. F. V. S. V. E. *ius.dicito.decernitoque.*

SEIVE. QVEI. PRO. MOINICIPIEIS. COLONEIS. *ſociiſve.* NOMINISVE. LATINI. POPLICE. DEVE. SENATI. SENTENTIA. AGER. FRVENDVS. DATVS. EST.

quoíve.ab.eo.heredéve eius.is.ager.locus.teſtamento.hereditate.deditionéve. OBVENIT. OBVENERITVE. QVIBVS. ANTE. H. L. ROG. REDEMPTVM. CONDVCTVM. HABERE. FRVI. POSSIDERE. DEFENDERE. LICVIT. EXTRA. EVM. AGRVM. LOCVM. *ædificium.quem.agrum.locum* . . . . . .

QVEI. AGER. LOCVS. PVBLICVS. POPVLI. ROMANEI. IN. TERRA. ITALIA. P. MVCIO. L. CALPVRNIO. COS. FVIT. QVOD. EIVS. AGRI. LOCI. EX. LEGE. *plebeíve ſc.*

de.eo.agro.loco.nei.ious.dicito.neíve decernito. NEIVE. IVDICIVM. NEIVE. IVDICEM. NEIVE. RECVPERATORES. DATO. NISEI. COS. PR. VE. QVOD. VADIMONIVM. EIVS. RE. . . . . . .

SEI. QVID. DE. EO. AGRO. LOCO. AMBIGETVR. COS. PR. CENS. QVEIQVOMQVE. ERIT. DE. EA. RE. IVRIS. DICTIO. IVDICI. IVDICIS. RECVPERATORVM. DATIO. ESTO. I. V. E. E. R. P. F. S. V. E. *ius.dicito.decernitóque* . . . . ESSE. VIDEBITVR. QVO. MINVS. HVIC. L. INTERCEDAT. E. H. L. N. R. QVOI. PVBLICANO. E. H. L. PEQVNIA. DEBEBITVR. . . . . .

ſolui. DARIVE. OPORTERE. DECRETVM. ERIT. COS. PR. PROVE. PR. QVO. IN. IOVS. ADIERINT. IN. DIEBVS. X. PROXSVMEIS. QVEIBVS. *hæc.res.delata erit.decretum iudicatum.habeto* . . . .

QVÆ. RES. SOLVTA. NON. ERIT. EA. DECRETA. NON. SIET. IVDICATAVE. NON. SIET. QVOD. EIVS. PRÆVARICATIONIS. . . . .

SENTENTIA. . . . . REI. IOVDICANDÆ. MAXSVME. VERVM. ESSE. COMMPERRIT. FACITÓQVE. *utei.* . . . .
HABERE. POSSIDERE. FRVI. VETET. QVASVE. IN.LEGES. PL. VE. SC. DE. EA. RE. *relatum.erit.* . . . . .
nei. magiſtratum. QVEM. MINVS. PETERE. CAPERE. GERERE. HABEREQVE. LICETO. NEIVE. *quis* . . . . . .
*Quod.ei facere.ex.lege.*PL.SC.EXQVE.FOEDERE.LICVIT.SED.FRAVDE.SVA.FACERE.LICETO. IN. QVE. EAS. LEGES. PL. SC. DE. EA. RE. QVOD. EX. . . . VS. EST. DEDIT. ADSIGNAVITVE. QVEMVE. AGRVM. LOCVM. DE. EO. AGRO. LOCO. *quei publicus.populei.Romanei* . . . .
ADSIGNATVM. ESSE. FVISSEVE. IOVDICAVERIT. VTEI. IN. H. L. SC. EST. QVEI. L. . . . . .
AGRVM. LOCVM. QVEM. EX. H. L. COLONEI. EIVE. QVEI. IN. COLONEI. NVMERO. *ſunt.* . . . .
PRÆVIDES. PRÆDIAQVE. SOLVTI. SVNTO. EAQVE. NOMINA. MANCVPIS. . . . .
EMIT. IS. PRO. EO. AGRO. LOCO. PEQVNIA. NEIVE. PRÆVIDES. NEIVE. PRÆDIA. . . . . . .
MANCEPS. PRAESVE. FACTVS. EST. QVODQVE. PRÆDIVM. OE. . . . .
AGER. LOCVS. PRIVATVS. VECTIGALISQVE. . . . .
VECTIGALIA. IMPERARE. SOLENT. EIS. P. . . . . . .
QVEM. AGRVM. LOCVM. IN.
Quei. AGER. LOCVS. PVBLICVS. *populei.romanei.erit.*

Altera eius legis pars maximam temporum iniuria iacturam fecit: veruntamen quidquid ex ea fragmenti ſupereſt, id priori, velut capiti membrum, accedet.

quod. C.Sempronii.Ti.F.tr.pl.rog. EXCEPTVM. CAVITVMVE. *eſt.nei.diuideretur.*
IVDICIO. EVM. QVOIVM.
NEIVE. QVIS. DE. EA. RE. AD. SENATVM. *referto.* . . . .
habeat. POSSIDEATQVE. QVOVE. POSSESSIO. INVITO. MOR . . . .
AGRVM. NON. ABALIENAVERIT. EXTRA. EVM. . . . . .
. . *Is.* AGER. LOCVS. ÆDIFICIVM. PRIVATVS. SIET. QVOVE. MA. . .
EXTRAQVE. EVM. AGRVM. QVEM. VETVS. POSSESSOR. EX. LEGE. PLEBEIVE. *ſcito. habuit.poſſedit.vſus.fructus.que eſt.* . . . .
PASCET. QVÆQVE. EX. EIS. MINVS. ANNVM. GNATÆ. ERVNT. POST. EA. QVAM . . . .
neque.ipſe. ABALIENAVIT. ABALIENAVERITVE. NEQVE. HERES. EIVS. ABALIENAVIT. ABALIENAVERIT. *ve* . . . .
ERET. POSSESSIONEM. DEDIT. ADSIGNAVIT. REDDIDIT. QVODQVE. EIVS. AGRI. III. *vir coloniæ.deducendæ.dedit.aſſignauit.* . . . .
QVOI. IS. AGER. VETERE. PRQVE. VETERE. POSSESSORE. DATVS. ADSIGNATVSVE. QVEIVE. . . . . . .
ante.eidus. MARTIAS. QVÆ. POST. H. L. ROG. PRIMÆ. ERVNT. FACITO. VTEI. IS. QVEI. ITA. VI. EIECTVS. ERIT. *reſtituatur.* . . . . .
neiue.populo.neiue. PVBLICANO. PEQVNIA. SCRIPTVRAM. VECTIGALVE. DET. DARIVE. DEBEAT. NEIVE. QVIS. . . . . . .
qui. PASCETVR. POPVLO. AVT. PVBLICANO. DARE. DEBEAT. AGER. LOCVS. PVBLICVS. POPVLI. *Romanei.*
agrum. LOCVM. PVBLICVM. POPVLI. ROMANEI. DE. SVA. POSSESSIONE. VETVS. POSSESSOR. PROVE. VETERE. POSSESSORE.
extra. eum. AGRVM. LOCVM. QVEI. AGER. LOCVS. EX. LEGE. PLEBEIVE. SC. QVOD. C. SEMPRONI. TI. F. TR. PL. ROG. EXCEPTVM. *cauitúmque.eſt.nei.diuideretur.* . . . .

QVO

. QVO. COLONIAM. DEDVXSIT. ITA. VTEI. S. S. EST. AGRVM. LOCVM. ÆDIFICIVM. DEDIT. REDDIDIT. ADSIGNAVIT.

QVEI. AGER. LOCVS. QVEI. SVPRA SCRIPTVS EST. QVOD. EIVS. AGREI. LOCEI. POST. H. L. ROG. PVBLICVM. POPVLEI. ROMANEI. ERIT. EXTRA. EVM. AG. . . . .

nihil. DARE. DEBETO. EI. QVEIQVOMQVE. ID. PVBLICVM. FRVENDVM. REDEMPTVM. CONDVCTVMVE. HABEBIT. BOVES. EQVI QVIBVS. VIEIS. LOCIS. PVBLICEIS. PASTVM. IMPVLSVM. ITINERIS. CAVSA. ERIT. NEIQVID. POPVLO. NEIVE. PVBLICANO. PEQVNIA. *ſcripturam. vectigalve det. daréve. debeat*

quei. ager ex. PVBLICO. IN. PRIVATVM. COMMVTATVS. EST. DE. EO. AGRO. SIREMPS. LEX. ESTO. QVANSEI. IS. AGER. P. MVCIO. L. CALPVRNIO. *cos.*

PER. TERRAM. ITALIAM. P. MVCIO. L. CALPVRNIO. COS. FVERINT. EAS. FACIVNTO. PATEANT. VACVÆQVE. SIENT.

ex. lege. PLEBEIVE. SC. EXVE. FOEDERE. LICVIT. SED. FRAVDE. SVA. FACERE. LICETO. QVOD. EX. H. L. ITA. VTEI. S. S. EST. IN. AGREIS. QVEI.

ET. IN. EVM. IVDICIVM. IVDICEM. RECVPERATORESVE. EX. H. L. DARE. OPORTERET. SEIQVIS. DE. EA. RE. IVDICIVM. . . . .

neive. PRO COLONIA. MOINICIPIOVE. PROVE. MOINICIPIEIS. FRVENTVR. QVEI. IN. TRIENTABVLEIS. . . . . .

DARE. OPORTEBIT. ID VTEI. QVICQVID. QVOIEIQVE. ANTE. H. L. R. LICVIT. ITA. EI. HABERE. *liceat.*

. ſei. QVID. DE. EO. AGRO. LOCO. AMBIGETVR. COS. PR. QVEIQVOMQVE. ERIT. DE. EA. RE. IVRISDICTIO. *iudici. iudicis recuperatorum. datio. eſto.*

I. CAVSA. DECERNANT. EIVS. H. L. N. R. QVOD. IVDICIVM. IVDEX. RECVPERATORVE. *reddiderit. id ius. ratúmque. eſto.*

Pr. conſulve. nei de EO. AGRO LOCO. IOVS. DEICITO NEIVE. DECERNITO. NEIVE. IVDICIVM. *neive. iudicem neive recuperatores dato.* . . . . . .

EM. FACITO. QVO. QVIS. PRO. AGRO. MINVS. ALITERVE SCRIPTVRAM. VECTIGALVE. *det* . . . . . .

CIVIBVS. L. QVEI. CLASSIS. PRIMÆ. SIENT. XI. DATO. INDE. ALTERNOS. DVCITO. . . . . .

decretum. IVDICIVMVE FACTVM. NON. SIET. SEI. MAIOR. PARS. EORVM. RECVPERATORVM. *non. conſenſerit.* . . . . . .

RIT. SEDVLO. MN. VTEI. IS. QVEI. IVDICATVS. ERIT. DARE. OPORTEAT. . . . .

aliter habebit. POSSIDEBIT. FRVETVR. QVAM. EX. H. L. LICEBIT. EVM. AGRVM. QVEM. . . . . . .

SIQVÆ. LEX. PLEBEIVE. SC. EST. QVÆ. MAS. QVEM. EX. H. L. DECERNERE. OPORTEBIT. SED. FRAVDE. SVA. NEI. IOVRATO. NEIVE.

ex. PL. SC. QVOD. M. BÆBIVS. TR. PL. III. VIR. COLONIÆ. DEDVCENDÆ. *fecit.* . . . .

EXTRA. EVM. AGRVM. LOCVM. QVEI. AGER. LOCVS. IN. EA. CENTVRIA. . . . . .

. . . . . *oportet.* OPORTEBITVE. QVOD. EIVS. AGRI. LOCEI. QVOIEIQVE. EMPTVM. EST. . . . .

quaſtor. QVEI. ÆRARIVM. PROVINCIAM. OPTINEBIT. IN. TABLEIS. *publiceis. referat.* . . . . .

ob. eam. REM. QVOD. PRÆS. FACTVS. EST. POPVLO. OBLIGATVS. EST. . . . .

QVEI. AGER. LOCVS. IN. AFRICA. EST. QVEI. ROMÆ. PVBLICE. *venit. venieritve.*

datus. ASSIGNATVS. ERIT. QVOD. EIVS. AGRI. LOCEI. EXTRA. TERRAM. ITALIAM. EST . . . .

VE. AGRVM. LOCVM. QVEIQVOMQVE. HABEBIT. POSSIDEBIT. . . .

quei. AGER. LOCVS. IN. AFRICA. EST. QVOD. EIVS. AGRI. *locei.* . . .

diebus. proxſumis. quibus. FACTVS. CREATVSVE. ERIT. *facito* . . . .

PROFITEBITVR. COGNITO. . . . .

IQVE. IPSE. . . . .

Eiuſdem etiã Sigonij munere, legis Seruiliæ fragmenta duo ante lectorum oculos proponam. Quorum priùs ſic eſt ab eo cum aliquot additamentis diuulgatum, paucis duntaxat à me ex ocu'ata illorũ fide, quibus in re præſenti inſpiciẽdi copia fuit, immutatis.

C. SERVEILIVS. . F. PR. POPVLVM. IVRE. ROG. POPVLVSQVE. IVRE. SCIVIT. TRIBVS. . . PRINCIPIVM. FVIT. PRO. TRIBV. . PRIMVS. SCIVIT. DIC. COS. PR. MAG. EQ. CENS. QVEI. QVOI. CEIVI. RO. SOCIVMVE. NOMINISVE. LATINI. EXTERARVMVE. NATIONVM. QVOIVE. IN. ARBITRATV. DICIONE. POTESTATE. AMICITIA. VE. POPVLEI. ROMANEI. CONSTITVTO. PECVQVVNIÆ. QVOD. SIET. AMPLIVS. AVREORVM. CENTVM. ABSTVLERIT. DE. EA. RE. EIVS. PETITIO. NOMINISQVE. DELATIO. ESTO. PR. QVÆSTIO. ESTO

iudicium iudicatio litisque æſtumatio. queiquomque ioudicum ex. H. L. erunt. eorum H. L. eſto.

Quei. TR. PL. Q. III. vir. Cap. III. A D. A. TR. Mil. L. IIII. PRIMIS. ALIQVA. EARVM. FVERIT. QVEIVE. FILIVS. EORVM. QVOIVS. ERIT. QVOIVS. PATER. SENATOR. SIET. IN. ANNOS. SINGOLOS. PEQVVNIÆ. QVOD. SIET. AMPLIVS. *aureorum centum. dono. munere. ab. aliquo. priuato. acceperit. quodque.* . . . . . .

. . . . *.pequniæ. ab. aliquo. horum. priuato. alicui. parentíve. eius. filióve. eius.* QVOIVE. IPSE. PARENTEVE. SVOS. FILIVSVE. SVOS. HERES. SIET. ABLATVM. CAPTVM. COACTVM. CONCILIATVM. AVERSVMVE. SIET. DE. EA. RE. EIVS. PETITIO. NOMINISQVE. DELATIO. ESTO. PR. QVÆSTIO. ESTO. *ioudicium ioudicatio. litíſque æſtumatio. queiquomque iudicum.* . . . .

ex H L. erunt eorum H L. eſto. quod. quæ pecuniæ. . . . .

M. ESSE. VTEI. PETERET. DE. EA. RE. EIVS. PETITIO. NOMINISQVE. DELATIO. ESTO. PR. QVÆSTIO. ESTO. IVDICIVM. IOVDICATIO. LITISQVE. ÆSTIMATIO. QVEIQVOMQVE. IVDICVM. *ex. H. L. erunt eorum. H. L. eſto.* . . . .

Quoius ea res abiudicata. ERIT. AVT. QVOIVS. NOMEN. PRÆVARICATIONIS. CAVSSA. DELATVM. ERIT. AVT. QVOIVM. NOMEN. EX. H. L. EX. REIS. EXEMPTVM. ERIT. SEI. QVIS. EIVS. NOMEN. *apud. Pr. detulerit. eius. nomen. Pr. recipito.* *quodque.* . . . .

. . . . . *.de. ea. re. eius petitio. nominis delatio. eſto.* QVÆSTIO. EIVS. PR. ESTO. IVDICIVMVE. IVDICATIO. LITISQVE. ÆSTVMATIO. QVEICVMQVE. IVDICVM. EX. H. L. ERVNT. EORVM. H. L. ESTO. IS. EVM. VNDE. PETET. IN. IOVS. *educito noménque deferto.* . . . . . .

. QVOIVS. EORVM. ITA. NOMEN. EX. H. L. POST. K. SEPT. QVÆ. EO. ANNO FVERINT. DELATVM. ERIT. QVEI. EORVM. EO. IVDICIO. CONDEMNATVS. ERIT QVANTI. EIVS. REI. SLIS. *æſtumata fuerit tanti. reddere. dãnas. eſto.* . . .

Pr quei ex H. L. quæret. facito. quod iudicatum. ERIT. ID. VTEI. PRIVATO. SOLVATVR. QVEI. EORVM. PETET. DE. HISCE. DVM. MAG. AVT. INPERIVM. HABEBVNT. IVDICIVM. NON. FIET. DIC. COS. PR. MAG. EQ. *Cenſ. Aed. Tr. Pl Q. III. vir. A D A. Tr. Mil. L. IIII. Primis.* . . . .

De. his. in. ius. non. educitor. aſt. ubei. magiſtratu. inperioque. abierit. quominus. educi. liceat. nihil. impedimento. eſto.

De. patroneis. dandeis.

Quei. ex.

*Quei.ex.H.*L. PECVNIAM. PETET. NOMENQVE. DETVLERIT. QVOIVS. EORVM. EX.H.L.ANTE.K. SEPT. PETITIO. ERIT. SEI. EIS. VOLET. SIBIEI. PATRONOS. IN. EAM. REM. DAREI. PR. AD. QVEM. *eius nomen delatum erit.facito. vtei.det.dum.nequem.eorum.det.* . . . .

ſciens.dolo.malo.quoi.eis.quei.petet.gener.ſocer.vitricus.priuignusve.ſiet.queive.ei.ſobrinus.ſiet. PROPIVSVE. EVM. EA. COGNATIONE. ATTINGAT. QVEIVE. EIEI. SODALIS. SIET. QVEIVE. IN. EODEM. CONLEGIO. SIET. QVOIAVE. IN. FIDE. IS. ERIT. MAIORESVE. IN. MAIORVM. FIDE. *fuerint. neive. quei. quæſtione. iudicióque. publico.condemnatus.ſiet.*

QVEI. EX. H.L. IOVDEX. ET. IN. EAM. REM. ERIT. NEIVE. EVM. QVEI. EX. H.L. PATRONVS. DATVS. ERIT.

DE. PATRONO. REPVDIANDO.

QVEI. EX. H.L. PATRONVS. DATVS. ERIT. SEI. IS. MORIETVR. *tum. Pr. quei. ex.H.L.quæret.alium.patronum.eiei.quem.petierit.dato.* . . . .

DE. CDL. VIREIS. IN. EVM. ANNVM. LEGVNDEIS.

PR. QVEI. INTER. PEREGRINOS. IOVS. DEICET. IS. IN. DIEBVS. X. PROXVM. QVIBVS. H. L. POPVLVS. PLEBESVE. IOVSERIT. FACITO. VTEI. CDL. VIROS. LEGAT. QVEI. IN. HAC. CIVITATE. *iudicent. dum nequem. eorum. legat.ſciens.dolo.malo.quei. quæſtione. iudicióve.publico.* CONDEMNATVS. SIET. QVOD. CIRCA. EVM. IN. SENATVM. LEGI. NON. LICEAT. QVEIVE. MINOR. ANNEIS. XXX. MAIORVE. ANNOS. LX. GNATVS. SIET. QVEIVE. IN. VRBE. ROMA. PROPIVSVE. VRBEM. ROMAM. *V.mill.paſſ.non habitet. queiue.Tr.Pl. Q. III.vir. Cap.III.vir.A.D.A.Tr. Mil. L. IIII.primis. aliqua. earum. III.vir.A.D. A. ſiet.fueritve. in.ſenatu.ſiet.fueritve.* . . . .

QVEI. EX. H.L. CDL. VIREI. IN. EVM. ANNVM. LECTEI. ERVNT. EA. NOMENA. OMNIA. IN. TABVLA. IN. ALBO. ATRAMENTO. SCRIPTOS. PATREM. TRIBVM. COGNOMENQVE. TRIBVTIMQVE. DESCRIPTOS. HABETO. . . IOVDICES. EXÆSTVMAVERIT. ESSE. EOSQVE. CDL VIROS. QVOS. EX. H.L. LEGERIT. IS. PR. OMNIS. IN. TABOLEIS. PVPLICEIS. SCRIPTOS. IN. PERPETVO. HABETO. . . . . .

. . . . DE. CDL. VIREIS. QVOTANNIS. LEGVNDEIS. *Pr. qui. poſthac.inter.peregrinos.ious.dicet.vt.quiſque.eorũ.mag.coiperit.facito.*CDL.*viros.ita.legat.quei.in.hac.ciuitate.iudicẽt:* DVM. NE. QVEM. EORVM. LEGAT. QVEI. TR. PL. Q. III. VIR. CAP. TR. MIL. L. IIII. PRIMIS. ALIQVA. EARVM. TRIVMVIR. A.D.A. SIET. FVERITVE. QVEIQVE. IN. SENATV. SIET. FYERITVE. QVEIVE. MERCATOR. SIET. FVERITVE. QVEIVE. EIVS. QVEI. IN. SENATV. SIET. FVERITVE. PATER. FRATER. PILIVSVE. SIET. QVEIVE. TRANS. MARE. ERIT. QVOS. LEGERIT. EOS. PATREM. TRIBVM. COGNOMENQVE. IOVDICES. QVEIVE. EX. H.L. IN. EVM. ANNVM. *ſient.in.tabuleis.publiceis.ſcriptos.habeat.* . . . . . .

. . . . *ious.poteſtatémque.* SCRIBVNDI. QVEI. VOLET. FACITO. PR. QVEI. LEGERIT. IS. EOS. QVOS. EX. H.L.CDL. VIROS. LEGERIT. FACITO. IN. CONTIONE. RECITENTVR. IOVRATOQVE. SESE. EOS. EX. H.L. LEGISSE. DE. QVIBVS. SIBEI. CONSVL. . . . . *De.nominè.deferundo.*

Quei.pecuniam.ab.altero.petet.is.eum.vnde.petet.ex.pretoribus.quei.in. EVM. ANNVM. LECTEI. ERVNT. AD. IVDICEM. IN. EVM. ANNVM. QVEI. EX. H. L. FACTVS. ERIT. IN. IOVS. EDVCITO. NOMENQVE. EIVS. DEFERTO. SI. DEIVRAVERIT. CALVMNIÆ. CAVSA. NON. POSTVLARE.

De.nomine.recipiendo. *Pr.ad.quem.in.ious.aditum.erit facito ne.cuius. nomen.recipiat. eorum. quei. ei. quei. petet. patronus. ſocer. gener. vitricus.* PRIVIGNVSVE. SIET. QVEIVE. EI. SOBRINVS. SIET. PROPIVSVE. EVM. EA. COGNATIONE. ATTINGAT. QVEIVE. EI. SODALIS. SIET. QVEIVE. IN. EODEM. CONLEGIO. SIET. FACITOQVE. CORAM. APVD. SE. *iuret.palam.ſe.calumniæ. cauſſa. nomen.eius.non deferre.*

. . . . *De.iudicibus.in.eam.rem.legundis.* *Pr.ad quem.nomen.delatum.* ERIT. FACI-

TO. VTEI. IS. DIE. VICENSVMO. EX. EO. DIE. QVO. QVOIVSQVE. QVISQVE. NOMEN. DETOLERIT. C. VIROS. EX. EIS. QVEI. EX. H. L. CDL. VIREI. IN. EVM. ANNVM. LECTEI. ERVNT. QVEI. VIVANT. LEGAT. *edátve. dum. nequem. eorum. legat. edátve. quei. iudex. ſiet. queique. ei. quei petet gener. ſocer. vitricus priuignúſve. ſiet. queique. ei. ſobrinus propiúſve. eũ. cognatione. attingat.* QVEIVE. EI. SODALIS. SIET. QVEIVE. TR. PL. Q. III. VIR. CAP. TRIBVN. MIL. L. IIII. PRIMIS. ALIQVA. EARVM. III. VIR. A.D.A. SIET. FVERITVE. QVEIVE. IN. SENATV. SIET. FVERITVE. QVEIVE. . . . L. RVBR. . . . *aut. lege.* CALPVRNIA. AVT. LEGE. IVNIA. SACRAMENTO. ACTVM. SIET. AVT. QVOD. H. L. NOMEN. *delatum. ſiet.* QVOS. IS. C. VIROS. EX. H. L. EDIDERIT. DE. EIS. ITA. FACITO. IOVRET. PALAM. APVD. SE. CORAM. *ſe. eos. ſcientem. D. M. non legiſſe.*

vbei. is. ita. C. VIROS. EDIDERIT. IOVRARITQVE. TVM. EIS. PR. FACITO. VTEI. IS. VNDE. PETETVR. DIE. XX. *poſtquam.* EIVS. NOMEN. DELATVM. ERIT. QVOS. C. IS. QVEI. PETET. EX. H. L. EDIDERIT. DE. EIS. IVDICES. *L. legat. edátve. dũ. ne quẽ. eorũ. legat. edátve quei. ſibei. ſocer gener. vitricus. priuignúſve. ſiet. queique. ſobrinus. propiúſve eum. ea. cognatione. queive.* SODALITATE. ATTINGAT. QVEIVE. IN. EODEM. CONLEGIO. SIET. EX. H. L. NON. E. . . . . EVM. PR. ADVORSARIVMVE. MORA. NON. ERIT. QVO. MINVS. *legantur.* EDANTVRVE. *ſi. is. quei. nomen ex. H. L. detulerit. C. viros. H. L. non legerit ediderítve ſeive. eius. quoium. nomen. ex. H. L. delatum. erit. L. iudices. H. L. non legerit. ediderítve.*

. . . . . . *Pr. quei. ex. H. L quaeret iudices. legat. Quei ita lectei. erunt. eis in eam rem. iudices. ſunto. eorúmque. iudices. ſunto.* VTEI. SCRIPTA. IN. TABOLEIS. HABEANTVR.

PR. QVEI. EX. H. L. QVÆRET. FACITO. *vtei. L.* VIROS. QVOS. IS. QVEI. PETET. EI. VNDE. PETETVR. EX. H. L. LEGERINT. EDIDERINT. EOSQVE. PATRONOS. *quos quei. petiuerit. & vnde. petitum. erit. quei. eorum volet. ex. tabuleis publicis. deſcriptos. habeat.*

Vtei. EISDEM. IOVDICES. VNIVS. REI. IN. PERPETVOM. SIENT.

QVEI. IVDICES. *ab. eis. ita. lectei. erunt.* QVAM. IN. REM. EIS. IVDICES. LECTEI. ERVNT. *in. eam. in. perpetuum. iudices ſunto.* . . . . . .

NEIVE SENATV. MOVETO. NEIVE. EQVOM. ADIMITO. NEIVE. QVID. EI. EIVS. EAM. REM. FRAVDEI. ESTO. . . . . . SCRIPTA. SIENT. . . . . PR. QVEI. EX. H. L. *quaeret facito. vtei.* . . . .

. . . . *Si. quoium nomen. ex. H. L. delatum. erit. prius. vrbe. ceſſerit. aut in exilium.* ABIERIT. QVAM. EA. RES. IVDICATA. ERIT. PR. AD. QVEM. EIVS. NOMEN. DELATVM. ERIT. . . . . EAM. REM. AB. EIS. ITEM. QVÆRITO. *ad. quos. pequniam perueniſſe. conſtiterit.* *Pr. vtei. ioudicium. exerceat.* *Pr. quei. ex. H. L. quaeret quoium. nomen. ex H. L. ad. ſe. delatum. erit. facito. vtei ioudicium. publicum. exerceat.*

. QVOD. RECTE. FACTVM. ESSE. VOLET. DVM. NEIQVID. ADVORSVS. H. L. FIAT, *aut. actionem.* SECVNDAM. NEIVE. POST. H. L. ROG.

. . . . *subeátque. conqueri. in. terra. Italia. in oppidis foris.* CONCILIABOLEIS. VBEI. IOVRE. DEICVNDO. PRÆESSE. SOLENT. IN. QVIBVS. DIEBVS. *agatur.* PR. QVEI. EX. H. L. QVÆRET. *facito. vtei.* . . . .

De teſtibus. citandeis. *Pr. qui. ex. Hac. Lege quaeret. in. ſingulas. res. teſtimonium. denuntiare.* IVBETO. ET. QVOM. EI. RES. AGETVR. QVAM. IN. REM. QVISQVE. TESTIS. *erit. facito. vtei.* OMNES. ADSIENT. TESTIMONIO. *dicendo. & vtei. teſtium queis in. eam. rem. erunt. verba. audiat. vbei audierit. quod. eius. rei. quaerendae. cauſſa. cenſeant. referre.* . . . .

CAVSAM. DEICET. DVM. TAXAT. VNVM. QVEIVE. EIVS. PARENTISVE. EIVS. *propinquus. affiniſ*VE. SIET. DE. TABVLEIS. *proferendis.*

. . . . . QVAI. ITA. CONQVÆSIVERIT. ET. SEIQVAS. TABVLAS. LIBROS. LITERASVE. POP. *Rom. producere.* PROEERRIQVE. *oportuerit.* . . . .

. . . . PRÆTOR. VTEI. INTERROGET. AT. . . PR. QVEI. EX. H.L.
QVÆRET. *ſacito.vtei.* IVDICES. QVEI. IN. EAM. REM. ERVNT. OM-
NES. PRO. ROSREIS. IN. FORVM. *pronuntientur.*

. . . . . .EAM. REM. MINVS. IVDICET. NEISEI. SEIQVÆ. CAVSA.
ERIT. QVÆ. EIE.

*quei.ex.*EIS. C. IOVDICES. L. LECTEI. ERVNT. . . . IOVDEX. NEI-
QVIS. DISPVTET.

. . . . *.De.diſcrendo.vadimonio.* QVAM. REM. PR. EX. H.L. EGERIT.
SEI. EAM. REM. PROFERRE.*in.alium.diem.placuerit.ei.proferre.ious.ſiet.* . . .
FACITO. VT. EIS. AD SESE. VENIAT. AVT ADFERATVR. CORAM. EO.
QVEI. *petit.*

.De. QVE. EA. RE. HACE. LEGE. IOVDICIVM. LITISQVE. ÆSTVMA-
TIO. *eſto.*

. . . . . .DIEBVS. IN. CONTIONE. PRO. ROSTRIS. SENTEN . . .

De.ampliando.reo. *Si.Pr.quei.eam.rem.* QVÆRET. EX. H. L. CAVSAM. *non no-
uerit.ei.amplius.pronuntiare.ius.ſiet.* . . . . .

QVO. QVIS. SVÆ. ALTER.

. . . . . *Si Pr.quei.eam.rem.* QVÆRET. CAVSAM. . . . .

Poſterius fragmentum eſt eiuſmodi.

. . . . . . DEQVEI EO. HOMINE. D. . . . .
EIVS. ESTO. PR. QVEI. EX. H. L. Q
X. EO. MAG. INPERIOQVE. ABIERIT. QVOMIN . . . .
. . . . NEIQVEM. EORVM. DET. SCIENS. D.M. QVOIEI.
IS. Q . . . . . .
QVÆSTIONE. IOVDICIOVE. PVBLICO. CONDEMNATV . . . .
. . . . . VM. PR. QVEI. EX. H.L. QVÆRET. ALIVM. PATRONVM. EI-
EI. QVEM. . . . .
RVM. A.D.A. SIET. FVERITVE. QVEIVE. IN. SENATV. SIET. FVERIT-
VE. EIEI. QVEI. . . . .
. . . . E. ERIT. QVOS. LEGERIT. EOS. PATREM. TRIBVM.
COGNOMENQVE. IOVDICET. Q
X. H. L. CDL. VIROS. LEGERIT. FACITO. RECITENTVR. IN. CON-
TIONE. IVRATOQVE. SESE. . . . .
QVE. EORVM. EVM. MAG. COIPERIT. FACITO. VTEI. CDL. VIROS.
ITA. LEGAT. QVEI. HA . . . . .
. . . . . . NNOS. LX. GNATVS. SIET. QVEIVE. IN. VRBE. ROMÆ. PRO-
PIVSVE. VRBEM. ROM. . . . , ...
EM. TRIBVM. COGNOMENQVE. TRIBVTIMQVE. DISCRIPTOS. HA-
BETO. EOSQVE. PROPOSITOS. SVO . . . . .
DE. NOMINE. DEFERVNDO. IVDICIBVSQVE. LEGVNDEIS. QVEI.
EX. H.L. PEQVVNIAM. AB. A
. . . . RIT. DE. CDL. VIREIS. QVEI. IN. EVM. ANNVM. EX.
H. L. LECTEI. ERVNT. ADVORSARIO. EDAT. EOS. OM . . . . . .
NON. ATTIGERET. SCIENTEM. D. M. ITAQVE. IS. EDITO. COVRA-
TOQVE. VBEI. IS. ITA. EDIDERIT. TVM. IN. EA. . . . .
. . . . . . EX. SIET. QVOI. IS. QVEIQVE. QVEI. PETET. GENER.
SOCER. VITRICVS. PRIVIGNVSVE. SIET. QVEIVE. EI. SOBRI-
NV . . . .
ABERIT. QVEIVE. TRANS. MARE. ERIT. NEIVE. AMPLIVS. DE. VNA.
FAMILIA. VNVM. NEIVE. EVM. . . . . . .
NECESSITVDINE. ATTINGAT. QVÆ. SVPRA. SCRIPTA. SIENT.
Q. VNDE. PETITVM. ERIT. QVOM . . . .
. . . . EN. EX. H. L. DELATVM. ERIT. L. IVDICES. EX. HAC.

LEGE. NON. LEGERIT. EDIDERITVE. SEIVE. . . . .
EM. LEGAT. QVEI. ITA. LECTEI. ERVNT. EIS. IN. EAM. REM. IOVDICES. SVNTO. EORVMQVE. EIV . . . . .
. . . . QVEI. PETIVERIT. ET. VNDE. PETITVM. ERIT. QVEI. EORVM. VOLET. EX. TABOLEIS. POPLI . . . .
VEI. PEQVVNIAM. EX. . . . EVM. OB. EAM. REM. QVOD. PEQVVNIAM. EX. H.L. CEPER . . . .
. . . . . RIT. AVT. IN. EXILIVM. ABIERIT. QVOIVM. NOMEN. EX. H.L. DELATVM. ERIT. . . . .
NOMEN. EX. H.L. AD. SE. DELATVM. ERIT. FACITO. VTEI. IOVDICIVM. P . . . .
CONQVAERI. IN. TERRA. ITALIA. IN. OPPEDEIS. FOREIS. CONCILIA . . . .
. . . . . AVDIERIT. QVOD. EIVS. REI. QVAERVNDAE. CENSEANT. REFERRE. ET. C . . . .
VM. EIVS. FIDE. QVAERAT. QVEIVE. IN. FIDE. EIVS. SIET. MAIORESV. . . . .
. . . . . IT. SECVMVE. DVXERIT. DVM. TAXAT. HOMINES. III. EARVM. RERVM. . . . .
IVE. DE. EA. RE. VOLET. APVD. PR. IS. PRAETORI. MORAM. NE. FACITO.
M. REM. IVDICES. ERVNT. ANTEQVAM. PRIMVM. CAVSSA. D
. . . . LET. VTEI. TESTIVM. QVEI. EAM. REM. ERVNT. VERBA. AVDIAT. . . . .
ECITENTVR. PROSCRIPTA. PROPOSITAQVE. PALAM. APVD. FORVM. . . . .
. . . . E. IVDICIVM. ADESSE. POSSIT. DE. EA. RE. PR. QVEI. EX. H. L. . . . .
LET. QVOIVS. EX. H. L. NOMINIS. DELATIO. ERIT. EI. EIVS. REI. PE. . . . .
QVEI. EAM. REM. QVAERET. EX. H. L. CAVSSAM. NON. NOVER . . . .
. . . . . IVDICIVM. FIERI. OPORTEBIT. TER . . . . .
TE. QVAM. IBVNT. FACITO. IVRENT. SESE. . . . . .
ATVRVM. ESSE. IVDICE. . . . .
SATIONE. PRIMO. QVO. . . . .
. . . .
. . . .

Sed nec plebiſcitum illud prætermittam, in quo deſcribendo egregiam idem ipſe Sigonius operam nauauit.

C. ANTONIVS. M. F. CN. CORNELIVS. F. . . . . . . C. FVNDANIVS. C. F. TR. PL. DESS. PLEBEM. IVRE. ROGARVNT. PLEBESQVE. IVRE. SCIVIT. PRO. TRIBV . . . . PRIMVSSCIVIT. QVEI. THERMESES. MAIORES. PEISIDAE. FVERVNT. QVEIQVE. EORVM. LEGIBVS. THERMESIVM. MAIORVM. PISIDARVM. ANTE. K. APRIL. QVAE. FVERVNT. L. GELLIO. CN. LENTVLO. COSS. THERMESES. MAIORES. PISIDAE. FACTI. SVNT. QVEIQVE. AB . . . IEIS. PROGNATI. SVNT. ERVNT. IEI. OMNES. POSTEREIQVE. EORVM. THERMESES. MAIORES. PISIDAE. LEIBERI. AMICEI. SOCIEIQVE. POPVLI. ROMANI. SVNTO. EIQVE. LEGIBVS. SVEIS. ITA. VTVNTO. ITAQVE. IEIS. OMNIBVS. SVIS. LEGIBVS. THERMENSIS. MAIORIBVS. PISIDEIS. VTEI. LICETO. QVOD. ADVORSVS. HANC. LEGEM. NON. FIAT. QVEI. AGRI. QVAE. LOCA. AEDIFICIA. PVBLICA. PRIVATAV. THERMENSIVM. MAIORVM. PISIDARVM.

PISIDARVM. INTRA. FINEIS. EORVM. SVNT. PVERVNTVE. L. MARCIO. SEX. IVLIO. COS. QVÆQVE. INSVLÆ. EORVM. SVNT. FVERVNTVE. IEIS. CONSOLIBVS. QVEI. SVFRA. SCRIPTEI. SVNT. QVODQVE. EARVM. RBRVM. IEIS. CONSVLIBVS. IEI. HABVERVNT. POSSIDERVNT. VSEI. FVRCTEIVE. SVNT. QVÆ. DE. IEIS. REBVS. EO. . . . ANNO. VT. . . . . QVEIQVE. DE. IEIS. REBVS. . . . . HAC. NE. LOCENTVR. . . . . Æ. FACTA. EST. E. . . SIE. . . . . . EA. OMNIA. THERMENSES. MAIORES. PEISIDÆ. HABEANT. POSSIDEANT. IEISQVE. OMNIBVS. IEI. . . . VTANTVR. FRVANTVR. ITA. VTEI. ANTE. BELLVM. MITHRIDATIS. QVOD. PREIMVM. FVIT. HABVERVNT. POSSIDERVNT. VSEI. FRVCTEIVE. SVNT. QVÆ. THERMENSIVM. MAIORVM. PISIDARVM. PVBLICA. PREIVATAVE. PRÆTER. LOCA. AGROS. ÆDIPICIA. SVNT. FVERVNTVE. ANTE. BELLVM. MITRIDATIS. QVOD. PREIMVM. FACTVM. EST. QVODQVE. EARVM. RERVM. IEI. ANTEA. HABVERVNT. POSSEDERVNT. VSBI. FRVCTBIVE. SVNT. QVOD. EIVS. IPSEI. SVA. VOLVNTATE. AB. SE. NON. ABALIENARVNT. EA. OMNIA. THERMENSIVM. MAIORVM. PISIDARVM. VTI. SVNT. FVERVNT. ITA. SVNTO. ITEMQVE. IEIS. EA. OMNIA. HABERE. POSSIDERE. VVTEI. FRVIQVE. LICETO. QVOS. THERMENSES. MAIORES. PISIDÆ. LEIBEROS. SERVOSVE. BELLO. MITRIDATIS. AMEISERVNT. MAGISTRATVS. PROVE. MAGISTRATV. QVOIA. DE. EA. RE. IVRISDICTIO. ERIT. QVIN. DE. EA. RE. IN. IOVS. ADITVM. ERIT. ITA. DE. EA. RE. IOVS. DEICVNTO. IVDICIA. RECVPERATIONIS. DANTO. VTEI. IEI. EOS. RECVPERARE. POSSINT.

NEI. QVIS. MAGISTRATVS. PROVE. MAGISTRATV. LEGATVS. NEV. QVIS. ALIVS. MEILITES. IN. OPPIDVM. THERMESVM. MAIORVM. PISIDARVM. AGRVMVE. THERMENSIVM. MAIORVM. PISIDARVM. HIEMANDI. CAVSSA. INTRODVCITO. NEIVE. FACITO. QVO. QVIS. EO. MEILITES. INTRODVCAT. QVOVE. IBEI. MEILITES. HIEMENT. NISEI. SENATVS. NOMINATIM. VTEI. THERMESVM. MAIORVM. PISIDARVM. IN. HIBERNACVLA. MEILITES. DEDVCANTVR. DECREVERIT. NEIVE. QVEIS. MAGISTRATVS. PROVE. MAGISTRATV. LEGATVS. NEV. QVIS. ALIVS. FACITO. NEIVE. IMPERATO. QVO. QVID. MAGIS. IEI. DENT. PRÆBEANT. AB. IEISVE. AVFERATVR. NISEI. QVOD. ED. S. EX. LEGE. FORTIA. DARE. PRÆBERE. OPORTET. OPORTEBIT. QVÆ. LEGES. QVODQVE. IOVS. QVÆQVE. CONSVETVDO. L. MARCIO. SEX. IVLIO. COS. INTER. CIVEIS. ROMANOS. ET. TERMENSES. MAIORES. PISIDAS. FVIT. EÆDEM. LEGES. EIDEMQVE. IOVS. EADEMQVE. CONSVETVDO. INTER. CIVES. ROMANOS. ET. TERMENSES. MAIORES. PISIDAS. ESTO. QVODQVE. QVIBVSQVE. IN. REBVS. LOCEIS. AGRBIS. ÆDIFICIEIS. OPPIDIS. IOVRIS. TERMENSIVM. MAIORVM. PISIDARVM. IEIS. CONSVLIBVS. QVEI. SVPRA. SCRIPTEI. SVNT. PVIT. QVOD. EIVS. PRÆTER. LOCA. AGROS. ÆDIFICIA. IPSEI. SVA. VOLVNTATE. AB. SE. NON. ABALIENARVNT. IDEM. IN. EISDEM. REBVS. LOCEIS. AGREIS. ÆDIFICEIS. OPPIDEIS. TERMENSIVM. MAIORVM. PISIDARVM. IOVS. ESTO. ET. QVO. MINVS. EA. QVÆ. IN. HOC. CAPITE. SCRIPTA. SVNT. ITA. SINT. FIANT. BIVS. HAC. LEGE. NIHILVM. ROGATVR. QVAM. LEGEM. PORTORIEIS. TERRESTRIBVS. MARITVMEISQVE. TERMENSES. MAIORES. PISIDÆ. CAPIVNDIS. INTRA. SVOS. FINEIS. DIXERINT. EA. LEX. IEIS. PORTORIEIS. CAPIVNDIS. ESTO. DVM. NEIQVID. PORTORI. AB. IEIS. CAPIATVR. QVEI. PVBLICA. POPVLI. ROMANI. VECTIGALIA. REDEMPTA. HABEBVNT. QVOS. PER. EORVM. FINBIS. PVBLICANEI. EX. EO. VECTIGALI. TRANSPORTABVNT.

Citantur & aliquot legis Mamiliæ & Peduceæ capita in ea congerie variorum auctorum, qui de limitibus agrorũ ſcripſerunt. Ex tertio quidem capite verba hæc producũtur.

QVÆ. COLONIA. HAC. LEGE. DEDVCTA. QVODVE. MVNICIPIVM. PRÆ-

PECTVRA. FORVM. CONCILIABVLVM. CONSTITVTVM. ERIT. QVI. AGER. INTRA. FINES. EORVM. ERIT. QVI. TERMINI. IN. EO. AGRO. STATVTI. ERVNT. QVO. IN. LOCO. TERMINVS. NON. EXTABIT. IN. EO. LOCO. IS. CVIVS. AGER. ERIT. TERMINVM. RESTITVENDVM. CVRATO. VTIQVE. RECTE. FACTVM. ESSE. VELIT. IDQVE. MACISTRATVS. QVI. IN. EA. COLONIA. MVNICIPIO. PRÆFECTVRA. PORO. CONCILIABVLO. IVRE. DICVNDO. PRÆERIT. FACITO. VT. FIAT. Quartū verò eius legis caput erat, huiuſmodi. QVI. LIMITES. DECVMANI. QVI. HAC. LEGE. DEDVCTI. ERVNT. QVÆCVMQVE. FOSSÆ. LIMITES. IN. EO. AGRO. ERVNT. QVI. AGER. HAC. LEGE. DATVS. ASSICNATVS. ERIT. NE. QVIS. EOS. LIMITES. DECVMANOS. OBSÆPITO. NEVE. QVID. IN. EIS. IMMMOLITVM. NEVE. QVID. IBI. POSITVM. HABETO. NEVE. EOS. ARATO. NEVE. EAS. FOSSAS. OBTVRATO, NEVE. QVIS. SÆPITO. QVO. MINVS. SVO. ITINERE. AQVA. IRE. FLVERE. POSSIT. SI. QVIS. ADVERSVS. EA. QVID. FECERIT. IN. RES. SINCVLAS. QVOTIESCVNQVE. FECERIT. HS. IIII. COLONIS. MVNICIPIBVSVE. EIS. IN. QVORVM. ACRO. ID. FACTVM. ERIT. DARE. DAMNAS. ESTO. PECVNIÆ. QVI. VOLET. PETITIO. HAC. LECE. ESTO. Capite quinto hoc cauebatur. QVI. HAC. LECE. COLONIAM. DEDVXERIT. MVNICIPIVM. PRÆFECTVRAM. FORVM. CONCILIABVLVM. CONSTITVERIT. IN. EO. AGRO. QVI. AGER. INTRA. FINES. EIVS. COLONIÆ. MVNICIPII. FORI. CONCILIABVLI. PRÆFECTVRÆ. ERIT. LIMITES. DECVMANIQVE. VT. FIANT. TERMINIQVE. STATVANTVR. CVRATO. QVIQVE. FINES. ITA. STATVERIT. SI. FINES. EORVM. SVNT. DVM. NE. EXTRA. AGRVM. COLONICVM. TERRITORIVM. FINES. DVCAT. QVIQVE. TERMINI. HAC. LECE. STATVTI. ERVNT. NE. QVIS. QVEM. EORVM. EIICITO. NEVE. COMMOVETO. SCIENS. DOLO. MALO. SI. QVIS. ADVERSVS. EA. FECERIT. IS. IN. TERMINOS. SINCVLOS. QVOS. EIECERIT. LOCOVE. MOVERIT. SCIENS. DOLO. MALO. HS. XXV. IN. PVBLICVM. EORVM. QVORVM. INTRA. FINES. IS. AGER. ERIT. DARE. DAMNAS. ESTO. DEQVE. EA. RE. CVRATORIS. QVI. HAC. LEGE. ERIT. IVRISDICTIO. RECIPERATORVMQVE. DATIO. ADDICTIO. ESTO. CVM. CVRATOR. HAC. LEGE. NON. ERIT. TVNC. QVICVMQVE. MACISTRATVS. IN. EA. COLONIA. MVNICIPIO. PRÆFECTVRA. PORO. CONCILIABVLO. IVRE. DICVNDO. PRÆERIT. EIVS. MACISTRATVS. DE. EA. RE. IVRISDICTIO. IVDICISQVE. DATIO. ADDICTIO. ESTO. IN. EAMQVE. REM. IS. QVI. HAC. LECE. IVDICIVM. DEDERIT. TESTIBVS. PVBLICE. DVNTAXAT. IN. RES. SINGVLAS. X. DENVNTIANDI. POTESTATEM. FACITO. ITA. VT. E. REPVB. FIDEQVE. SVA. VIDEBITVR. ET. SI. IS. VNDE. EA. PECVNIA. PETITA. ERIT. CONDEMNATVS. ERIT. EAM. PECVNIAM. AB. EO. DEVE. BONIS. EIVS. PRIMO. QVOQVE. DIE. EXICITO. EIVSQVE. PECVNIÆ. QVOD. RECEPTVM. ERIT. PARTEM. DIMIDIAM. EI. CVIVS. VNIVS. OPERA. MAXIME. IS. CONDEMNATVS. ERIT. PARTEM. DIMIDIAM. IN. PVBLICVM. REDICITO. QVO. EX. LOCO. TERMINVS. ABERIT. SI. QVIS. IN. EVM. LOCVM. TERMINVM. RESTITVERE. VOLET. SINE. SVA. FRAVDE. LICET. FACERE. NEVE. QVID. CVI. IS. OB. EAM. REM. HAC. LECE. DAMNAS. ESTO.

In tabula quoque baſilicæ Lateranenſis, pars hæc legis quæ de Veſpaſiani Imperio lata eſt, in æs inciſa conſpicitur.

FOEDVSQVE. CVM. QVIBVS. VOLET. FACERE. LICEAT. ITA. VTI. LICVIT. DIVO. AVC. TI. IVLIO. CÆSARI. AVC. TIBERIOQVE. CLAVDIO. CÆSARI. AVC. CERMANICO. VTIQVE. EI. SENATVM. HABERE. RELATIONEM. FACERE. REMITTERE. SENATVSCONSVLTA. PER. RELATIO-

RELATIONEM. DISCESSIONEMQVE. FACERE. LICEAT. ITA. VTI. LICVIT. DIVO. AVG. TI. IVLIO. CÆSARI. AVGV. TI. CLAVDIO. CÆSARI. AVGVSTO. GERMANICO.

VTIQVE. CVM. EX. VOLVNTATE. AVCTORITATEVE. IVSSV. MANDATVVE. EIVS. PRÆSENTEVE. EO. SENATVS. HABEBITVR. OMNIVM. RERVM. IVS. PERINDE. HABEATVR. SERVETVR. AC. SI. E. LEGE. SENATVS. EDICTVS. ESSET. HABERETVRQVE.

VTIQVE. QVOS. MAGISTRATVM. POTESTATEM. IMPERIVM. CVRATIONEMVE. CVIVS. REI. PETENTES. SENATVI. POPVLOQVE. ROMANO. COMMENDAVERIT. QVIBVSVE. SVFFRAGATIONEM. SVAM. DEDERIT. PROMISERIT. EORVM. COMITIS. QVIBVSQVE. EXTRA. ORDINEM. RATIO. HABEATVR.

VTIQVE. EI. FINES. POMERII. PROFERRE. PROMOVERE. CVM. EX. REPVBLICA. CENSEBIT. ESSE. LICEAT. ITA. VTI. LICVIT. TI. CLAVDIO. CÆSARI. AVG. GERMANICO.

VTIQVE. QVÆCVMQVE. EX. VSV. REI. PVBLICÆ. MAIESTATE. DIVINARVM. HVMANARVM. PVBLICARVM. PRIVATARVMQVE. RERVM. ESSE. E. CENSEBIT. EI. AGERE. FACERE. IVS. POTESTASQVE. SIT. ITA. VTI. DIVO. AVG. TIBERIOQVE. IVLIO. CÆSARI. AVG. TIBERIOQVE. CLAVDIO. CÆSARI. AVG. GERMANICO. FVIT.

VTIQVE. QVIBVS. LEGIBVS. PLEBEIVE. SCITIS. SCRIPTVM. FVIT. NE. DIVVS. AVG. TIBERIVSVE. IVLIVS. CÆSAR. AVG. TIBERIVSQVE. CLAVDIVS. CÆSAR. AVG. GERMANICVS. TENERENTVR. IIS. LEGIBVS. PLEBEISQVE. SCITIS. IMP. CÆSAR. VESPASIANVS. SOLVTVS. SIT. QVÆQVE. EX. QVAQVE. LEGE. ROGATIONE. DIVVM. AVGV. TIBERIVMVE. IVLIVM. CÆSAREM. AVG. GERMANICVM. FACERE. OPORTVIT. EA. OMNIA. IMP. CÆSARI. VESPASIANO. AVG. FACERE. LICEAT. VTIQVE. QVÆ. ANTE. HANC. LEGEM. ROGATAM. ACTA. GESTA. DECRETA. IMPERATA. AB. IMPERATORE. CÆSARE. VESPASIANO. AVG. IVSSV. MANDATVVE. EIVS. A. QVOQVE. SVNT. EA. PERINDE. IVSTA. RATAQVE. SINT. AC. SI. POPVLI. PLEBISVE. IVSSV. ACTA. ESSENT.

SI. QVIS. HVIVSCE. LEGIS. ERGO. ADVERSVS. LEGES. ROGATIONES. PLEBISVE. SCITA. SENATVSVE. CONSVLTA. FECIT. FECERIT. SIVE. QVOD. CVM. EX. LEGE. ROGATIONE. PLEBISVE. SCITO. S. VE. C. FACERE. OPORTEBIT. NON. FECERIT. HVIVS. LEGIS. ERGO. ID. EI. NE. FRAVDI. ESTO. NEVE. QVID. OB. EAM. REM. POPVLO. DARE. DEBETO. NEVE. QVID. OB. EAM. REM. POPVLO. DARE. DEBETO. NEVE. CVI. DE. EA. RE. ACTIO. NEVE. IVDICATIO. ESTO. NEVE. QVIS. DE. EA. RE. APVD. SE. IVS. DICI. SINITO.

Circumfertur & vetuſtæ cuiuſdam legis caput huiuſmodi.

Q. VRB. QVEI. ÆRARIVM. PROVINCIAM. OPTINENT. EAM. MERCEDEM. DEFERTO. QVÆSTORQVE. QVEI. ÆRARIVM. PROVINCIAM. OPTINEBIT. EAM. PEQVNIAM. EI. SCRIBÆ. SCRIBEISQVE. HÆREDIVE. EIVS. SOLVITO. IDQVE. EI. SINE. FRAVDE. SVA. FACERE. LICETO. QVOD. SINE. DOLO. MALO. PEQVLATV. PIAT. OLLEISQVE. HOMINIBVS. EAM. PEQVNIAM. CAPERE. LICETO.

Et quoniam vetuſtarum legum, quæ triſte & acerbum ſui deſiderium nobis reliquerunt, oſſa legere cœpimus, addemus duo ignotarum legum fragmenta, vti ab optimo doctiſſimóque Senatore CL. Puteano exſcripta ſunt. In vno ita eſt:

. . . . . . IVDICIVM. . . . . . .

. . . O . . . . . DE. R. . . . . .

. . . . . . SEI. PLVRIMÆ. ERVNT. GONDEMNO. PR. QVEI . . . .

. . . . ÆSTVMANDEIS. AVT. NISI. DE. SANCTIONI HVIVSCE. LE-CIS. ACTIO. NEI. EX.

. . PRÆDES. DATI. NON. ERVNT. BONA. EIVS. FACITO. PVPLICE. POS-SIDEANTVR. CONQ. . . . . . .

. . . ACI. LEGE. CONDEMNATVS. ERIT. AB. EO. QVOD. QVISQVE. PE-TET. QVOIVS. EX. HACCE. LEGE . . . . . .

. . . 2. CAPTVM. COACTVM. ABLATVM. AVORSVM. CONCILIATVM-VE. ESSE. DVPLI. IDQVE. AD. QV . . . . .

. . . TIS. FECERIT. REGIS. POPVLEIVE. CEIVISVE. SVEI. NDMINE. LITEM. ÆSTVMATAM. ESSE. SIBEIQ. . . . .

. . . EX. HACE. LEGE. SDLVATVR. NEIVE. QVIS. IVDEX. NEIVE. QVÆ-STOR. FACITO. SCIENS. DOLO. MALO. . . . . .

. . . RIT. REDACTA. ERIT. IVDEX. QVEI. EAM. REM. QVÆSIERIT. QVEIVE. IVDEX. EX. HACE. LEGE. FACTVS. ERIT.

. . . VTO. SERVANDO . . . . VBEI. EA. DIES. VENERIT. QVO. DIE. IVSSEI. ERVNT. ADESSE. IVDEX. QVEI.

. . . IN. ÆRARIO. SIET. . . . QVOD. EORVM. NOMINE. QVI. NON. ADERIT. TRIBVTVS. FACTVS. . . . . . .

. . . MAIORE. PARTE. DIEI. AD. EAM. DIEM. DONEC. SOLVTVM. E-RIT. APVD. FORVM . . . .

. . . POST. QVINQVENNIVM. POPVLEI. FIET . . . . QVÆ. PEQV-NIA. EX . . . .

. . . EOQVE. DIE. PECVNIA. EXIGATVR . . . PEQVNIA. IN . . . .

. . . RECTE. FACTVM. ESSE. VOLET. FACITO. IN. DIEBVS. V. PRO-XVMEIS . . . .

. . PROVINCIAM. OPTINEBIT. SED. FRAVDE. SVA. EX . . . . .

Ex altero verò hæ reliquiæ ſuper ſunt.

. . . . ATVS. Æ. . . . .

. . . . . . OQVE. EIVS. AGREI. LOCEI. ANTE. . . . . .

. . . . T. PLANVM. FACIET. FECERITVE. EMPTVM. ESSE. Q. . . . . .

. . . . . DDITO. QVOD. IS. EMPTVM. HABVERIT. QVOD. EIVS. PVBLI-CE. NON. VENIER. . . . .

. . . . . ACTVS. ERIT. HS. N. I. EMPTVS. ESTO. ISQVE. AGER. LOCVS. PRI-VATVS. VECTIGALISQVE. III . . . . . .

. . . AGRO. LOCO. QVEI AGER. LOCVS. IN. AFRICA. EST. QVOD. EIVS. PVBLICI. NON. VENIEIT. EI. HE . . . .

. . . EVE. COMPERIETVR. HÆREDESVE EIVS. DE. AGRO QVEI. ACER. IN. AFRICA. EST. PRO. EO. ACRO. . . . .

. . . . S. ADIVDICAVERIT. TVM. TANTVNDEM. MODVM. ACRI. EI. QVOI. ITA. EMPTVM. ESSE. COMPERIE. . . . .

. . . PEQVNIÆ. ADSIGNATVM. DISCRIPTVM. ADSIGNATVMVE. IN. TA-BVLEIS. PVBLICEIS. EST. ERIT . . . .

VTEIQVE. IN. H. L. S. E. NEIVE. PRO. MAG. FACITO. NEIVE. QVIS. SENA-TOR. DECERNITO. O . . . .

VENIERIT POPVLO. SOLVTA. NON. ERIT. IS. PRO. ED. AGRO. LOCO. IN. DIEBVS. CXX PROXSVMEIS. EA . . . .

PRÆDIVM. ANTE. EA. OB. EVM. AGRVM. LOCVM. IN. PVBLICO. OBLI-GATVM. ERIT. IN. PVBLICV . . . . .

IN. AFRICA. EST. QVEI. ROMÆ. PVBLICE. VENIEIT. VENIERITVE. QVOD. EIVS AGRI . . . . . .

. . . VTVM. AGRI. LOCI. QVOIVSQVE. IN. POPVLI. LEIBEREI. INVE. EO. AGR. . . . .

PROXSVMEIS.

. . . PROXSVMEIS.QVIBVS.FACTVS.CREATVSVE.ERIT.FACITO.QVAN . . .

. . . SIGNETVR. IDQVE. IN. FORMAS. PVBLICAS. FACITO. VTEI . . .

. . . INTRA FINIS. POPVLORVM. LEIBERORVM. VTICENSIVM . . .

. . . . . . AGER. LOCVS. REDDITVS. COMMVTATVSVE . . . . .

. . . . EI. OPPODV . . . .

Atque vt ſuam cum Italia ſymbolam Gallia noſtra conferat, proferam ex ænea Regiæ bibliothecæ tabula, excerptum priſcæ cujuſdam legis vnum & item alterum fragmentũ: Illud his, quæ quidem legi poſſunt, verbis conſtat.

. . . . MVLTAM. SVPREMA. DEI. . . . .

. . . . . QVE. DIE. DEFERATVR. ISQVE. QVAESTO . . . .

. . . . . DEIXERIT. PRÆTOR. EX. H. L. QVERET. ITA. PRO. NON . . .

. . . OLCARE. IS. H. S. N. A. QVOTIENS. QVOMQVE. AMPLIVS. BIS . . .

. . . IN. VNO. IVREIS. QVOMODO. IVDICETVR. VBEI. DVAE. PARTES. IVDICVM . . . .

. . . QVEI. ADEI. REM. AGITO. TVM. PRÆTOR. QVOM. SOVEIS. VIATORIBVS . . . .

. . . APPARITORIBVSQVE. NEI. DEIQVE. IVDICIS. IS. PRAETOR. SORTICOLAM . . . .

. . . VNAM. BVXEAM LONGAM. DIGITOS. IIII. EAMQVE. SORTEM. EX. HACE . . . .

. . . LEGE. APERTAM. BRACIOQVE. APERTO. LITIERAM. DIGITEIS. OPERTAM. PALA . . . .

. . . CVNDA. CAVSA. AD. SITELLAM. SORTI. VENIET. IS. IN. EAM. SITELLAM. MANVM . . . .

. . . DEMITITO. ITEAM. DEVEXAM. POPVL. DEMNO. VBEI. NIHIL. SCRIPTVM. ERIT . . . .

. . . SEINE. SVFRACIO. EX. QVA. SORTI. PRONVNTIARIT. EAM. SORTEM. PROXSVMO. IVD . . . .

. . . CVNDA. CAVSA. AD. SITELLAM. SORTI. VENIET. IS. IN. EAM. SITELLAM. MANVM. DEMITITO . . . .

. . . ITEAM. DEVEXAM. POPVL. OD. PRÆVARICATIONIS. CAVSA. FACTVM. NON. ERIT. IS. EX HACE. LEGE. . . . .

. . . EIVS. REI. APSOLVTVS. ESTO. DE. REO. CONDEMNAN. AVT. APSOLVTVS. ERIT. QVOM. EO. FI. L. NISEI. QVOD . . . . . .

. . . POST. EA. FECERIT. AVT. NISEI. QVOD. PRÆVARICATIONIS. CAVSA. FACTVM. ERIT. AV. M. QVEI. EX. H. L. CONDEMNATVS . . . . . .

. . . ERIT. Q. PRAEDES. FACITO. DET. DE. CONSILI. MAIORIS. PARTIS. SENTENTIA. QVANT. LEIS. CENSVER. RIPTVM . . . .

. . . TRANSPITO. QVASTOR. ACCIPITO. ET. IN. TABOLEIS. POBLICEIS. SCRIPTVM. HABETO. DE. LITIBVS. AESTVMANDEIS . . . . .

. . . ABLATVM. AVORSVM. CONCILIATVMVE. ESSE. EA. RES. OMNIS. SIMPLI. CETERAS. RES. OMNIS. QVOS. POST. HANCE. LEGEM. ROGATAM. CC. . . .

. . . O. PARENTISVE. SVEI. QVOIVE. IPSE. PARENSVE. SVOS. HERES. SIET. LEITEM. AESTVMATAM. ESSE. QVEIVE. EIEI. IVDICEI. CONSILIOQVE. EIVS. MAIORI. . . . . . .

. . . HACE. LEGE. IN. ÆRARIO. POSITA. ERIT. OB. EAM. REM. QVOD. EO. NOMINE. LIS. ÆSTVMATA. ERIT. IN. TRIDVO. PROXVMO. QVO. ITA. SATIS. . . . .

. . . EX. EX. HACE. LEGE. PEQVNIAM. OMNEM. AD. QVAESTOREM. REDIGERE. NON. POTVERIT. TVM. IN. DIEBVS. X. PROXVMEIS. QVIBVS . . . .

. . . ÆSTIMATÆ. ERVNT. QVOIVS. REGIS. POPVLOVE. NOMINE. LIS. ÆSTVMATA. ERIT. LEGATI. ADESSINT. DVM. NEI. LONGIVS. C. DIES. IDAT . . . . . .

. . . EGERIT. EI. PRIMO. QVOQVE. DIE. QVÆSTOREM. SOLVERE. IVBETO. QVÆSTORQVE. EAM. PEQVNIAM. EIS. SED. FRVDE. SVA. SOLVITO . . . .

. . . VERO. REX. HACE. LEGE. TRIBVENDEI. CAVSA. PRODEIXERIT. IS. VTEI. QVOD. RECTE. FACTVM. ESSE. VOLET. QVOD. EIVS. IS. REVS. NON. SOLVERIT . . . . .

. . . AB. EIS. PR. STVMAVERIT. ET. VNDE. EA. PEQVNIA. REDACTE. SIET. QVAN-

TVMQVE. IN. EO. FISCO. SIET. QVÆSTOR. QVEI. QVOM. . . . .
. . . QVOD SINE. MALO. PEQVLATVM. FIAT. PR. QVEI. EX. HACE. LEGE.
QVÆRET. DARET. SOLVI. IVS. ERIT. ID. QVÆTOP . . . . . .
. . . RI. OPORTEBIT. QVOM. EX. HACE. LEGE. FIERI. OPORTEBIT. NEI.
QVIS. MAGISTRATVS. PROVE. MAGISTRATV. PROVE . . . . . .
. . . OVCITO. NEIVE. ABDVCIER. IVBETO. NEIVE. FACITO. QVO. QVIS.
EORVM. MINVS. AO. ID. IVDICIVM. ADESSE. POSS . . . .
. . . TRA. QVAM. SEI. QVID. IN. SATVRAM. FERETVR. SEI. IS. PRÆTOR.
QVEI. EX. HACE. LEGE. QVÆRI. SE.
. . . QVOD. EX. HACE. LEGE. FACTVM. NON. ERIT. FACIANT. FIANT-
QVE. QVÆ. EX. HACE. LEGE. FIERI. OPORTERES . . . .
. . . PVRNIVS. L. F. TR. PL. ROGAVIT. EX. VE. LEGE. QVAM. M. IVNIVS.
D. F. TR. PL. ROGAVIT. QVEI. FORVM. EO . . . .
. . . DE PRÆVARICATIONE. . . . . . . PRÆTOR. QVEI. EX. HACE.
LEGE. QVÆRET. QVA. DE. RE. EI. PRÆ . . . .
. . . M. QVEI. CEIVIS. ROMANVS. NON. ERIT. EX. HACE. LEGE. ALTERI. NOMEN . . .
. . . M. EI. EI. FILIO, GNATEIS. CEIVEIS. ROMANEI. IVSTEI. SVNTO . . .
. . . ZQVE. DANOA . . . . . . SEI. QVIS. EORVM. QVEI . . . . .
. . . ATATE. IVDEX. DEINCEPS. FACIAT. PR. . . . .
. . . VOLET. FACITO. VTEI. EA. OMNIA . . . .
. . . TRIBVNVS. PLEBEI. ROGAC . . . .
. . . . CTIO. NEI. . . . .

In altera tabulæ facie hæc ſunt.

. . . ALO. QVEI AC . . . .
. . . IN. BIDVO. PROXSVMO. OV. . . . .
. . . M. ADSIGNATVM. SIET. IDQVE. QVON . . . .
. . . C CALPVRNI. COS. FACTA. SIET. QVOD. EIVS. POSI . . . . .
. . . MERO. SCRIPTVS. EST. DATVS. ADSIGNATVS. EST. QVODVE. EIV . . .
. . . O. EOICTO. VTEI. IS. QVEI. AB. BONORVM. EMTORE. MAGISTRO. CVRATO . . .
. . . CVM. NEIVE. EMPTVM. NEIVE. ADSIGNATVM. ESSE. NEIVE. FVISSE. IVDICATO. Q . . .
. . . VE. AGER. PVBLICE. NON. VENIET. DARE. REDDERE. COMMVTARE-
QVE. LICETO. . . . II. VIR. Q . . . .
. . . ET NEIVE. VNIVS. HOMINIS. NOMINE. QVOI. EX. LEGE. RVBRIA.
QVÆ. FVIT. COLONO. EIVS. QVEI. . . . .
. . . MERO. SCRIPTVS. EST. AGRVM. QVEI. IN. AFRICA. EST. DARE. O-
PORTEBIT. LICVITVE. AMPLIVS. IVG. CC. IN . . . .
. . . CENOAE. IN. AFRICA. HOMINVM. IN. COLONIAM. COLONIASVE.
DEDVCI. OPORTVIT. LICVLTVE. II. VIR. QVEI. . . . .
. . . S. AGRI. EX. H. LEGE. ADIOVDICARI. LICEBIT. QVOD. ITA. COMPE-
RIETVR. ID. EI. HEREDEIVE. EIVS. ADSIGNATO. ESSE. IVDICATO . . .
. . . EST. AB. EO. QVOIVS. EIVS. AGRI. LOCEI. HOMINVS. PRIVATI. VEN-
DITIO. FVIT. TVM. QVOM. IS. EVM. AGRVM. LOCVM. EMIT. QVI . . . . .
. . . NEQVE. HERES. EIVS. NEQVE. QVOI. IS. HERES. ERIT. ABALIENAVE-
RIT. QVOD. EIVS. AGRI LOCEI. ITA. PLANVM. FACTVM. ERIT. II. VIR. ITA . . .
. . . AGER. LOCVS. QVEI. EI. EMPTVS. FVERIT. PVBLICE. VENIEIT. TAN-
TVNDEM. MODVM. AGRI. LOCEI. DE. EO. AGRO. LOCO. QVEI. AGER. LO . . .
. . . SCRIPTVM. EST. ESTO. QVOI. COLONO. EIVE. QVEI. IN. COLONEI.
NVMERO. SCRIPTVS. EST. AOER. LOCVS. IN. EA. CENTVRIA. SVPSI-
CIVOV . . . .
. . . VS. II. VIR. QVEI. EX. H. LEGE. FACTVS. CREATVSVE. ERIT. RED-
DITO. . . . . QVOI. COLONO. EIVE. QVEI. IN. COLONEI. NVMERO.
SCRIPTVS. EST. FVITVE . . . .
. . . . . TO. QVOI. EIQVE. ITA. REDDIDERIT. EI. ADSIGNATVM.
FVISSE. IVDICATO. QVOI. AGRVM. DE. EO. AGRO. QVEI. AGER. IN. A-

FRICA.

PRICA. EST. QVEI. COLONO. E . . . .

. . . . VS. PROCVRATOREVE. EIVS. HEREDIVE. QVOIVS. EORVM. DE.
EO. AGRO. QVEI AGER. IN. AFRICA. EST. PRO. EO. AGRO. H. VIR. RED-
DITO. QVOI. ITA. REDDIDERIT . . . .

. . . . . NIAM. POPVLO. EX. EID. MART. QVÆ. POST. EA. QVAM.
VECTIGALIA. CONSTITENT. QVE. POST. H. L. R. PRIMVM. CONSISTENT.
PRIMÆ. ERVNT. . . . .

. . . . . IE. IN. H. L. S. E. IS. QVEI. PEQVNIAM. POPVLO. DARE. DEBE-
BIT. EI. QVEI. EO. NOM. NE. AB. POPVLO. MERCASSITVR. OB. EAM. REM.
PEQVNIAM. EI. NEI . . . .

. . . . QVÆ. PRO. AGREIS. LOCEIS. ÆDIFICIEIS. QVEI. S. S. S. POPV-
LO. DEBETVR. DEBEBITVRVE. ALITER. EXSIGATVR. ATQVE. VTEIQVE.
IN. H. L. S. EST. . . . .

. . . . . . VÆ. S. S. S. ARB. PR. QVEI. IN. TE. CEIVES. TVM. ROMÆ.
IVS. DEICET. SATIS. SVPSIGNATO. . . . . PR. QVEI. INTER.
CEIVES. ROMÆ IOVS. DE. . . . .

. . . . . . E. AGRVM. LOCVM. QVO. PRO. AGRO. LOCO. SATIS. EX. H. L.
ARB. PR. SVBSIGNATVM NON. ERIT. PEQVNIA. PRESENTI. VENDI-
TO . . . . . QVE . . . .

. . . . . . ZIS. LIBEREIS. IN. AFRICA. SVNT. QVEI. S. ORVM. AMEICI-
TIAM. POPVLI. ROMANEI. BELLO. POLNICIO. PROXSVMO. MANSE-
RVNT. QVEIVE. . . . .

. . . . . OCVS. PERFVGIS. ASSIGNAL. VSVE. ESL. CIVIS. ROMANEI. EX.
H. L. PACTVM. ERIT QVO. PRO. AGRO. LOCO. AGER. LOC. . . . . . .

. . . . . . LEGE. LIVIA. FACTEI. CREATIVE. SVNT. PVERVNTVE. EIS.
HOMINIBVS. AGRVM. IN AFRICA. DEDERVNT. ADSIGNAVERV. . . .

. . . . . . Q. E. E. V. . . . . II. VIR. QVEI. EX. H. L. PA-
CTVS. CREATVSVE. ERIT. IS. PACITO. IN. DIEBVS. CC. L. PROXSV-
MEIS. QVIBVS. H. . . . .

. . . . . AMPSITANORVM. LEPTITANORVM. AQVILITANORVM.
VSALLITANORVM. TEVBALENSIVM. QVOM. IN. AMEICITIAM. P. . . .

. . . . QVE. EVM. AGRVM. LOCVM. QVEM. II. VIREI. EX. H. L.
STIPENDIARIEIS. DEDERIT. ADSIGNAVERITVE. QVOD. EX. H. L. . . .
IN EO. . . . .

. . . . . E. EVM. AGRVM. LOCVM. QVEM. X. VIREI. QVEI. EX. H. L.
LIVIA. FACTI. CREATIVE. FVERVNT. VTI. CENSIBVS. RELIQVE . . . .

. . . . . . POSSIDEBIT. PRVETVRVE. PRO. EO. AGRO. LOCO NEIVE
VECTIGAL. NEIVE. DECVMAS. NE SCRIPTVRAM. QVOD. POST. . . .

. . . . M. AGRVM. LOCVM. CEIVIS. ROMANVS. EX. H. L. POSSIDE-
BIT. DARE. OPORTEBIT. PR. QVOIVS. ARB. PRO. AGRO. LOCO . . .

. . . SIT. QVOMINVS. EX. H. L. PRÆDIVM. QVEI. QVOMQVE. VELIT.
SVPSIGNET. PEQVNIAMVE. SOLVAT. PRAESQVE. QVE. . . . .

. . . . S. AGRI. ÆDIFICI. LOCI. VECTIGALIBVSVE. PVBICEIS.
FRVENDEIS. LOCANDEIS. VENDVNDEIS. LEGEM. DEIX . . . . . .

. . . . . . IN. EO. AGRO. PASCITO. . . . . . QVE. VECTIGALIA. IN. A-
FRICA. PVBLICA. POPVLI. ROMANI. SVNT. QVA. . . . .

. . . . . . PVBLICA. POPVLI. ROMANI. IN. AFRICA. SVNT. ERVNTVE.
VECTIGALIA. PRVENDA LOCABIT. VENDETVE. . . . .

. . . . M. DEIXERINT. NEIVE. QVOI. IN. EIS. AGREIS. PEQVS. IN-
CETVR. SCRIPTVRÆ. PECORIS. LEGE. DE . . . .

. . . . . . AGRO. ANTE. QVAM. CARTAGO. CAPTA. EST. FVERVNT.
EAE. . . . .

. . . . NEIVE. REDDITO. NEIVE. ADIVDICATO. QVEI. EAM.
REM. . . . .

. . . . . MODVS. AGRI. D. L. EO. AGRO. QVEI. EIS. PVBLICE.
. . . . . . §. EVM. AGRVM. LOCVM. POSSESSIONE. . . . . .
. . . . . A. RE. IMIOVS. ADITVM. ERIT . . . . .
. . . . . DARI. REDDI. ADSIGNAR . . . .
. . . . S. FRVCTVS. . . . .

Nec inutile fuerit legum antiquarũ particulas quaſdã per libros fuſas colligere: inde enim vetus earum conceptio magis ac magis illuceſcet. Feſtus planè Pomp. in verbo, *Sacramentum*, legis à L. Papyrio Tribuno pl. latæ hæc verba refert: QVICVMQVE, PRÆTOR POSTHAC. FACTVS ERIT, QVI INTER CIVES IVS DICET, TRES VIROS POPVLVM ROGATO, IIQVE TRES VIRI QVICVMQVE FACTI ERVNT, SACRAMENTA EXIGVNTO, IVDICANTOQVE, EODEMQVE IVRE SVNTO, VTI EX LEGIBVS, PLEBISQVE SCITIS EXIGERE, IVDICAREQVE, ESSEQVE OPORTET. Idem in verbo *Publica pondera*, aliud quoque plebiſcitum citat de ponderibus, in quo poſt definitam ponderum quantitatem poſtremo capite hæc habebantur. SI QVIS MAGISTRATVS ADVERSVS HÆC D. M. PONDERA MODIOSQVE VASAQVE PVBLICA, MODICA, MINORA, MAIORAVE FAXIT, IVSSITVE RE FIERI, DOLVMVE ADDVIT, QVOD EA FIANT, EVM QVIS VOLET MAGISTRATVS MVLTARETVR, DVM MINORE PATRISFAMILIAS TAXAT, LICETO: SIVE QVIS IN SACRVM IVDICARE VOLVERIT, LICETO. Cenſorinus etiam in lib. de die Natali cap. XIX. auctor eſt. M. Plectorium Tribunum pl. ſcitum tuliſſe in quo ſcriptum erat, PRÆTOR VRBANVS QVI NVNC EST, QVIQVE POSTHAC FVERIT DVOS LICTORES APVD SE HABETO: VSQVE SVPREMAM, (ſic enim legendum videtur) AD SOLIS OCCASVM IVS INTER CIVES DICITO. Legis verò Agrariæ à P. Seruilio Rullo Trib. pl. propoſitæ Cicero in ſuis de ea lege Orationibus hæc verba cõmemorat. *Primo capite iubebat* TRIBVNVM PL. QVI EAM LEGEM TVLISSET, CREARE DECEMVIROS PER TRIBVS SEPTEM DECEM, VT QVEM NOVEM TRIBVS FECISSENT, IS DECEMVIR ESSET. Aliis capitibus iubebat COMITIA DECEMVIRIS CREANDIS HABERE IPSVM, QVI LEGEM TVLISSET, DECEMVIRVM ETIAM PROFITERI *iubebat*, *legéque Curiata Decemuiros ornabat*, *eámque legem ab* EO PRÆTORE QVI ESSET PRIMVS FACTVS, FERRI *iubebat*, VT II DECEMVIRATVM HABERENT, QVOS PLEBS DESIGNASSET. Eius legis caput præcipuum ita concipiebatur, QVÆ POST C. MARIVM, CN. PAPYRIVM CARBONEM COSS. PVBLICE DATA, ADSIGNATA, VENDITA, CONCESSA, POSSESSA SVNT, EA OMNIA EO IVRE SINT, QVO QVÆ OPTIMO IVRE PRIVATA SVNT. Alio capite etiam cauebatur, QVI AGRI, QVÆ LOCA, QVÆ ÆDIFICIA, ALIVDVE QVID EXTRA ITALIAM QVOD POPVLI RO. FACTVM SIT L. SYLLA, ET POMPEIO COSS. AVT POSTEA, DECEMVIRIS VENDERE LICEAT. vbi obſeruanda ſunt verba hæc, AGRI LOCA, ÆDIFICIA, quæ & in plebiſcito Thermenſi & in vtroq; legis Thoriæ fragmento coniunguntur. Sed & veteris cuiuſdam legis fragmentum hoc Frontinus lib. II. de Aquæduct. recitat: NE QVIS AQVAM OLETATO DOLO MALO VBI PVBLICE SALIT: SI QVIS OLETARIT, SESTERTIORVM X. MILLIVM MVLTA ESTO. In Epiſtola quoque Cælij ad Ciceronẽ caput legis refertur, in quo erat, QVOD EORVM IVDICVM MAIOR PARS IVDICARIT, ID IVS RATVM ESTO. Necnõ legis Aquiliæ capita duo Caius & Vlpianus memorant, ille in L. 2. hic in L. ſi ſeruus §. huius legis D. ad L. Aquil. quibus cauebatur, QVI SERVVM SERVAMVE ALIENVM ALIENAMVE, QVADRVPEDEM VEL PECVDEM INIVRIA OCCIDERIT, QVANTI ID IN EO ANNO PLVRIMI FVIT, TANTVM ÆS DOMINO DARE DAMNAS ESTO. ADVERSVS INFICIANTEM IN DVPLVM ACTIO ESTO. CETERARVM RERVM PRÆTER HOMINEM ET PECVDEM OCCISOS, SI QVIS ALTERI DAMNVM FAXIT, QVOD VSERIT, FREGERIT, RVPERIT

RIT

RIT INIVRIA, QVANTI EA RES ERIT IN DIEBVS TRIGINTA PROXIMIS, TANTVM ÆS DOMINO DARE DAMNAS ESTO.

Legis etiam Falcidiæ Paulus duo capita recenſet: primo capite liberam legandi facultatem dabat vſque ad dodrantem, in hunc modum,

QVI CIVES RO. SVNT, QVI EORVM POST HANC LEGEM ROGATAM TESTAMENTVM FACERE VOLET, VT EAM PECVNIAM EASQVE RES QVIBVSQVE DARE LEGARE VOLET, IVS POTESTASQVE ESTO, VT HAC LEGE SEQVENTI LICEBIT. Secũdo verò cap. modũ legatorũ conſtituebat his verbis, QVICVMQVE CIVIS RO. POST HANC LEGEM ROGATAM TESTAMENTVM FACIET, IS QVANTAM CVIQVE CIVI ROMANO PECVNIAM IVRE PVBLICO DARE LEGARE VOLET, IVS POTESTASQVE ESTO, DVM ITA DETVR LEGATVM, NE MINVS QVAM QVARTAM PARTEM HEREDITATIS EO TESTAMENTO HEREDES CAPIANT. EIS QVIBVS QVID ITA DATVM LEGATVMVE ERIT EAM PECVNIAM SINE FRAVDE SVA CAPERE LICETO, ISQVE HÆRES QVI EAM PECVNIAM DARE IVSSVS, DAMNATVS ERIT, EAM PECVNIAM DEBETO DARE QVAM DAMNATVS EST.

Legis Corneliæ de veneficiis Cicero in Orat. pro Cluent. hæc verba adducit.

IVDEX QVÆSTIONIS CVM HIS IVDICIBVS QVI EI OBVENERINT, QVÆRITO DE VENENO, QVICVMQVE FECERIT, VENDIDERIT, EMERIT, HABVERIT, DEDERIT, DEQVE EIVS CAPITE QVÆRITO, QVI TRIBVNVS MILITVM LEGIONIBVS QVATVOR PRIMIS, QVIVE QVÆSTOR TRIBVNVSVE PL. QVIVE IN SENATV SENTENTIAM DIXIT, DIXERIT, QVI EORVM COIIT, COIERIT, CONVENIT, CONVENERIT QVO QVIS IVDICIO PVBLICO CONDEMNARETVR.

Ex lege Iulia de maritandis ordinibus Paulus in L. lege Iulia D. de ritu nuptiarum caput citat, quo cauebatur,

QVI SENATOR EST, QVIQVE FILIVS NEPOSVE EX FILIO, PRONEPOSVE EX FILIO NATO CVIVS EORVM EST, ERIT: NE QVIS EORVM SPONSAM VXOREMVE SCIENS DOLO MALO HABEAT LIBERTINAM, AVT EAM QVÆ IPSA, CVIVSVE PATER MATERVE ARTEM LVDICRAM FACIT, FECERIT, NEVE SENATORIS FILIA, NEPTISVE EX FILIO, PRONEPTISVE EX NEPOTE FILIO NATO, NATA, LIBERTINO EIVS QVI IPSE CVIVSVE PATER MATERVE ARTEM LVDICRAM FACIT, FECERIT, SPONSA NVPTAVE SCIENS DOLO MALO ESTO: NEVE QVIS EORVM DOLO MALO SCIENS SPONSAM VXOREMVE EAM HABETO.

Idem in L. qui libertinus D. de oper. libert. aliud eiuſdem Legis Iuliæ & Papiæ caput adfert in hæc verba,

QVI LIBERTINVS DVO PLVRESVE A SE GENITOS NATASVE IN SVA POTESTATE HABEBIT: PRÆTER EVM QVI ARTEM LVDICRAM FECERIT, QVIVE OPERAS SVAS, VT CVM BESTIIS PVGNARET, LOCAVERIT: NE QVIS EORVM OPERAS DONI, MVNERIS, ALIVDVE QVIDQVAM LIBERTATIS CAVSA PATRONO, PATRONÆ, LIBERISVE EORVM DE QVIBVS IVRAVERIT, VEL PROMISERIT, OBLIGATVSVE ERIT, DARE, FACERE. PRÆSTARE DEBETO. ET SI NON EODEM TEMPORE DVO IN POTESTATE HABVERIT, VEL VNVM QVINQVENNEM, LIBERABITVR OPERARVM OBLIGATIONE.

Legis etiam Iuliæ de adulteriis hæc à Iureconſultis ſub Tit. ad L. Iul. de adulter. capita referuntur.

NE QVIS POSTHAC STVPRVM ADVLTERIVM FACITO SCIENS DOLO MALO.

PATER QVI IN POTESTATE HABET, SI IN FILIA ADVLTERVM DEPREHENDERIT, DOMI SVI, GENERIVE SVI IVS OCCIDENDI HABET, DVM INCONTINENTI FILIAM OCCIDAT.

VIRO DEPREHENSVM DOMI SVÆ, IN ADVLTERIO VXORIS EVM QVI LENO FVERIT, QVIVE ARTEM LVDICRAM ANTE FECERIT, IN VE SCENAM SALTANDI CANTANDIVE CAVSA PRODIERIT, IVDICIOVE PVBLICO DAMNATVS, NEQVE IN INTEGRVM RESTITVTVS ERIT, QVIVE LIBERTVS EIVS MARITI, VXORISVE PATRIS, MATRIS, FILII, FILIÆ, VTRIVS EORVM FVERIT, QVIVE SERVVS ERIT, IMPVNE OCCIDERE LICETO. MARITVS QVI HORVM QVEM OCCIDERIT VXOREM SINE MORA DIMITTAT.

VIRO ADVLTERVM IN VXORE SVA DEPREHENSVM QVEM AVT NOLIT, AVT NON LICEAT OCCIDERE, RETINERE HORAS DIVRNAS NOCTVRNASQVE CONTINVAS NON PLVS QVAM VIGINTI TESTANDÆ EIVS REI CAVSA SINE FRAVDE SVA IVRE LICEAT.

MARITO QVI ADVLTERVM IN DOMO DEPREHENSVM DIMISERIT, VXOREMQVE RETINVERIT, QVIVE QVESTVM EX VXORIS ADVLTERIO FECERIT HAC LEGE TENETOR.

ADVLTERII DAMNATAM SI QVIS VXOREM DVXERIT HAC LEGE TENETOR.

QVI PRETIVM PRO COMPERTO STVPRO ACCEPERIT, DOMVMVE SVAM, VT STVPRVM ADVLTERIVMVE CVM ALIENA MATREFAM. VEL CVM MASCVLO FIERET SCIENS PRÆBVERIT, HAC LEGE TENETOR.

SI SERVVS ADVLTERII ACCVSETVR, ET ACCVSATOR IN EO QVÆSTIONEM HABERI VELIT, DVPLVM PRETIVM DOMINO PRÆSTET.

NE QVIS INTER REOS REFERAT EVM, QVI TVM SINE DETRECTATIONE REIPVB. CAVSA ABERIT.

In fragmentis quoque Iureconſultorum cum Moſis legibus collatis quædam extant veterum legum reliquiæ: Vlpiani quidem lib. VII. de officio Proconſulis, ſub titulo de ſicariis & veneficis verba hæc ſunt: *Capite primo legis Corneliæ de ſicariis cauetur,*

VT IS PRÆTOR IVDEXVE QVÆSTIONIS CVI SORTE OBVENERIT QVÆSTIO DE SICARIIS, EIVS QVOD IN VRBE ROMA PROPIVS MILLE PASSVS FACTVM SIT, VTI QVÆRAT CVM IVDICIBVS, QVI EI EX LEGE SORTE OBVENERINT, DE CAPITE EIVS QVI CVM TELO AMBVLAVERIT HOMINIS NECANDI, FVRTIVE FACIENDI CAVSA, HOMINEMVE OCCIDERIT, CVIVS ID DOLO MALO FACTVM FVERIT. Ex eodem Vlpiano lib. IX. de officio Proconſulis ad L. Iuliam de vi publica & priuata hæc citantur. *Eadem lege quibuſdam teſtimonium omnino, quibuſdam interdicitur inuitis: Capiti octogeſimo & VII & cap octogeſimo octauo in hæc verba,*

HOMINIBVS HAC LEGE IN REVM TESTIMONIVM DICERE NE LICETO, QVI SE AB EO PARENTEVE EIVS LIBERTOVE, CVIVS EORVM LIBERTVS LIBERTAVE ERIT, QVIVE IMPVBES ERIT, QVIVE EORVM IN INTEGRVM RESTITVTVS NON EST, QVIVE IN VINCVLIS CVSTODIAQVE PVBLICA ERIT, QVIVE DEPVGNANDI CAVSA AVCTORATVS ERIT, QVIVE BESTIAS DEPVGNARE LOCAVIT, LOCAVERIT PRÆTERQVAM QVI IACVLANDI CAVSA AD VRBEM MISSVS EST, ERIT, PALAMVE CORPORE QVÆSTVM FACIET, FECERIT: QVIVE OB TESTIMONIVM DICENDVM PECVNIAM ACCEPISSE IVDICATVS ERIT, NEVE QVIS EORVM HAC LEGE IN REVM TESTIMONIVM DICAT. HOMINES INVITI TESTIMONIVM NE DICANT, QVI SOBRINVS EST EI REO PROPIOREVE COGNATIONE CONIVNCTVS, QVIVE SOCER, GENER, VITRICVS, PRIVIGNVSVE EIVS ERIT.

Cui coniungenda ſunt quæ Calliſtratus in l.3.§.lege. D. de teſtib. ita ſcribit, *Lege Iulia de vi cavetur*, NE HAC LEGE IN REVM TESTIMONIVM DICERE LICEAT, QVI SE AB EO PARENTEVE EIVS LIBERAVERIT: QVIVE IMPVBERES ERVNT, QVIQVE IVDICIO PVBLICO DAMNATVS ERIT, QVI EORVM IN INTEGRVM RESTITVTVS NON ERIT, QVIVE IN VINCVLIS CVSTODIAVE PVBLICA ERIT: QVIVE AD BESTIAS VT DEPVGNARET SE LOCAVERIT, QVÆVE PALAM QVÆSTVM FACIET, FECERIT, QVIVE OB TESTIMONIVM DICENDVM VEL NON DICENDVM PECVNIAM ACCEPISSE IVDICATVS VEL CONVICTVS ERIT.

Eiuſdem planè legis Iuliæ de vi publica veſtigia, in his quæ ſubieci Iureconſultorũ verbis agnoſci poſſunt.

Lege Iulia, aiunt illi, tenetur, QVI ARMA, TELA, DOMI SVÆ, AGROVE, IN VILLA, PRÆTER VSVM VENATIONIS VEL ITINERIS VEL NAVIGATIONIS COEGERIT. QVI TVRBÆ SEDITIONISVE FACIENDÆ CONSILIVM INIERIT, SERVOSVE, AVT LIBEROS HOMINES IN ARMIS HABVERIT. QVI PVBES CVM TELO IN PVBLICO FVERIT. QVI PESSIMO EXEMPLO CONVOCATV, SEDITIONE VILLAS EXPVGNAVERIT, ET CVM TELIS ET ARMIS BONA RAPVERIT. QVI EX INCENDIO RAPVERIT ALIQVID PRÆTER MATERIAM. QVI PVERVM VEL FEMINAM VEL QVEMQVAM PER VIM STVPRAVERIT. QVI IN INCENDIO CVM GLADIO AVT TELO RAPIENDI CAVSA FVIT, VEL PROHIBENDI DOMINVM RES SVAS SERVARE. QVI HOMINIBVS ARMATIS POSSESSOREM DOMO AGROVE SVO, AVT NAVI SVA DEIECERIT, EXPVGNAVERIT CONCVRSV, VTIVE ID STARET HOMINES COMMODAVERIT. QVI COETV, CONVERSV, TVRBA, SEDITIONE INCENDIVM FECERIT, QVIQVE HOMINEM DOLO MALO INCLVSERIT, OBSEDERIT, QVIVE FECERIT QVO MINVS SEPELIATVR, QVO MAGIS FVNVS DIRIPIATVR, DISTRAHATVR: QVIVE PER VIM SIBI ALIQVEM OBLIGAVERIT, QVI VACANTEM MVLIEREM RAPVERIT, VEL NVPTAM. QVI CVM IMPERIVM POTESTATEMVE HABERET, CIVEM RO. ADVERSVS PROVOCATIONEM NECAVERIT, VERBERAVERIT, IVSSERITVE QVID FIERI, AVT QVID IN COLLVM INIECERIT VT TORQVEATVR. QVI LEGATOS ORATORES, COMITESVE PVLSAVERIT, SIVE ILLIS INIVRIAM FECERIT. QVI DOLO MALO FECERIT, QVO MINVS IVDICIA TVTO EXERCEANTVR, AVT IVDICES VT OPORTET IVDICENT. VEL QVI POTESTATEM IMPERIVMVE HABEBT ALITER QVAM EI IVS ERIT DECERNAT, IMPERET, FACIAT. QVI LVDOS PECVNIAMVE AB ALIQVO INVITO POLLICERI PVBLICE PRIVATIMVE PER INIVRIAM EXEGERIT. QVI CVM TELO DOLO MALO IN CONCIONE FVERIT, AVT VBI IVDICIVM PVBLICE EXERCEBITVR. QVI CONVOCATIS HOMINIBVS VIM FECERIT QVO QVIS VERBERETVR ET PVLSETVR, NEQVE HOMO OCCISVS SIT. NE QVIS REVM VINCIAT IMPEDIATVE QVOMINVS ROMÆ INTRA CERTVM DIEM ADSIT.

Ex L. Iulia de vi priuata hæc in libris noſtris reſtant. *De vi priuata damnati pars tertia bonorum, Lege Iulia de vi priuata, publicatur: & cautum eſt*, NE SENATOR SIT, NE DECVRIO, AVT VLLVM HONOREM CAPIAT, NEVE IN EVM ORDINEM SEDEAT, NEVE IVDEX SIT.

Paulus etiam ex lege Iulia iudiciaria hæc refert in L. lege Iulia D. de teſtib.

LEGE IVLIA IVDICIORVM PVBLICORVM *cavetur*, NE INVITO DENVNTIETVR VT TESTIMONIVM LITIS DICAT ADVERSVS SOCERVM, GENERVM, VITRICVM, PRIVIGNVM, SOBRINVM, SOBRINAM, SOBRINO GNATVM, EOSVE QVI PRIORE GRADV SINT. ITEM NE LI-

BERTO IPSIVS LIBERORVM EIVS, PARENTIVM, VIRI, VXORIS, ITEM PATRONI PATRONÆ: ET VT NE PATRONI PATRONÆ ADVERSVS LIBERTOS, NEQVE LIBERTI ADVERSVS PATRONVM COGANTVR TESTIMONIVM DICERE.

Sollemnia alia legum verba in illis quæ ſuprà protuli exemplis facilè quilibet minimè ſupinus & dormitans lector obſeruabit. Ac ne quid ex toto hoc genere prætereatur, illud addam, vtriuſque legis Corneliæ de Sicariis & Falſis multa capita ab iiſdem Iureconſultis deſcribi ſub Tit. ad L. Cornel. de Sicar. & de falſ. Itidemque legis Pompeiæ de Parricidiis verba quædam haberi in L. 1. D. de L. Pomp. de Parricid. ſed & legis Iuliæ repetũdarum & peculatus & de annona ipſamet verba referri ſub Rubricis earum legũ. Ad has etiam legum formulas pertinent quæ Agellius lib. VII. cap. III. ex oratione Catonis, quæ inſcribebatur pro Rhodienſibus, citat. *Quid nunc & quæ tandem lex eſt tam acerba, quæ dicat:* SI QVIS ILLVD FACERE VOLVERIT, MILLE NVMIS DIMIDIVM FAMILIÆ MVLTA ESTO. SI QVIS PLVS QVINGENTA IVGERA HABERE VOLVERIT, TANTA POENA ESTO. SI QVIS MAIOREM PECVDVM NVMERVM HABERE VOLVERIT, TANTVM DAMNAS ESTO. Huc etiam ſpectant quæ Cicero in Orat. pro C. Rabirio Poſth. ita ſcribit: *Glaucia ſolebat homo impurus, ſed tamen acutus, populum monere, vt cùm lex aliqua citaretur, primum verſum attenderet: Si eſſet,* DICATOR, CONSVL, PRÆTOR, MAGISTER EQVITVM, *nihil laboraret, ſciret legem nihil ad ſe pertinere: ſin eſſet,* QVICVMQVE POST HANC LEGEM, *videret, ne qua noua quæſtione alligaretur.* Qua verborũ varietate ipſa quoq; Senatuſconſulta diſtincta fuiſſe idoneis auctoribus euincam. De priore enim ſpecie teſtis eſt Liuius lib. XLI. cùm ait, *Ad legem & edictũ Coſ. S. C. adiectum eſt:* VT DICTATOR, COS. INTERREX, CENSOR, PRÆTOR QVI NVNC ESSET APVD FORVM, DARENT OPERAM, VT QVI MANVMITTERETVR IN LIBERTATEM VINDICARETVR, VT IVSIVRANDVM DARET QVI EVM MANVMITTERET, CIVITATIS MVTANDÆ CAVSA MANV NON MITTERE: QVI ID NON IVRARET, EVM MANVMITTENDVM NON CENSVERVNT. De poſteriore verò teſtis eſt Cicero lib. IIII. Epiſt. ad Attic. *Senatuſconſultum quod hic Coſſ. de prouinciis fecerũt,* QVICVMQVE POSTHAC, *notum tibi.* Fragmenta etiam Clodianæ legis qua Cicero vrbe pulſus eſt non omittam. Rogationem quidem fuiſſe huiuſmodi, VELITIS IVBEATIS QVIRITES VT M. TVLLIO IGNI, AQVA, TECTO INTERDICTVM SIT? Cicero in Orat. pro Domo ſua teſtatur. Ipſius vero legis ſententiam Plutarchus in Cicerone ita perſtringit. Ἐπήγαγεν αὐτῷ φυγῆς ψῆφον ὁ Κλώδιος, καὶ διάγραμμα προὔθηκε, εἴργειν πυρὸς καὶ ὕδατος τὸν ἄνδρα καὶ μὴ παρέχειν στέγην ἐντὸς μιλίων πεντακοσίων Ἰταλίας. Plenius Dio lib. XXXVIII. Καὶ ἥ τε οὐσία αὐτοῦ (de Cicerone loquitur) ἐδημεύθη, καὶ ἡ οἰκία ὥσπερ τινὸς πολεμίου κατεσκάφη, τό τε ἔδαφος αὐτῆς ἐς ναὸν Ἐλευθερίας ἀνέθηκεν. Αὐτῷ τε ἐκείνῳ ἥ τε φυγὴ ἐπετιμήθη καὶ ἡ ἐν τῇ Σικελίᾳ διατριβὴ ἀπερρήθη· τρισχιλίους τε γὰρ καὶ ἑπτακοσίους καὶ πεντήκοντα σταδίους ὑπὲρ τὴν Ῥώμην ὑπερωρίσθη, καὶ προσεπεκηρύχθη, ἵν᾽ εἰ δή ποτε ἐντὸς αὐτῶν φανείη, καὶ αὐτὸς καὶ οἱ ὑποδεξάμενοι αὐτὸν ἀνατὶ διόλωνται. Ad quam poſtremam clauſulam reſpicit Cicero Epiſt. IIII. lib. III. ad Attic. ſcribẽs ea rogatione cautum fuiſſe, vt ei vltra quadringenta millia liceret eſſe. Eidem verò rogationi additum fuiſſe, NE AVSPICIA VALERENT, NE QVIS OBNVNTIARET, NE CONCILIO AVT COMITIIS, NEVE LEGI INTERCEDERE LICERET, VT OMNIBVS FESTIS DIEBVS LEGEM FERRI LICERET, NE QVIS AD SENATVM REFERRET, NE QVIS DECERNERET, NE QVIS DISPVTARET NE LOQVERETVR, NE PEDIBVS IRET, NE SCRIBENDO ADESSET, Cicero pro Sextio & Orat. poſt reditum in Senatu queritur: idque vt indignum facinus inſectatur, quòd omnia iura religionum, auſpiciorum, poteſtatum, omnes leges quæ erant de iure & de tempore legum rogandarum factio Clodiana deleuiſſet. Hoc & Dio. lib. XXXVIII. attigit his verbis. Εἰσηνέγκε, ΜΗΔΕΝΑ ΤΩΝ ΑΡΧΟΝΤΩΝ ἐν ταῖς ἡμέραις, ἐν αἷς ψηφίσασθαί τι τὸν δῆμον ἀναγκαῖον εἴη, τὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ γινόμενα παρατηρεῖν.

Sed de legibus ſatis. Ad Senatuſconſultorũ formulas tranſeamus, in quas antequã ingrediar, prius eſt vt Curiæ fores aperiam, receptáque in Senatu conuocando, relationibus

bus Conſulum, rogandis dicendíſque ſententiis, & aliis quæ in Senatu habendo contingebant, verba exponam. Cõſtat, Edicto vt plurimum Senatores in Curiam vocatos. Cornel. Tacit. lib. I. de Tiberio, *Ambiguus imperandi, ne Edictum quidem quo Patres in Curiã vocabat, niſi Tribuniciæ poteſtatis præſcriptione poſuit.* Eius verò Edicti primis Reipub. temporibus ſollemnia verba hæc fuiſſe inuenio, QVI PATRES QVIQVE CONSCRIPTI: poſtea verò additum, QVIBVSQVE IN SENATV SENTENTIAM DICERE LICET. Liuius lib. II. *Inde fertur, vt in Senatum vocarentur,* QVI PATRES QVIQVE CONSCRIPTI ESSENT: *Conſcriptos videlicet in nouum Senatum lectos appellabãt.* Feſt. Pomp. lib. XV. QVI PATRES, QVI CONSCRIPTI, *vocati ſunt in Curiam, quo tempore regibus vrbe expulſis P. Valerius Conſul propter inopiam Patriciorum ex plebe adlegit in numerum Senatorum trecentorum, & duo genera appellata ſunt.* Poſtea verò mutatam formulã, & dici cœptum, QVI SENATORES QVIBVSQVE IN SENATV SENTENTIAM DICERE LICET, idem Feſtus in verbo, *Senatores,* tradit his verbis. SENATORES *à ſenectute dici ſatis conſtat: quos initio Romulus elegit centum, quorum conſilio Rempub. adminiſtraret. Itaque etiam* PATRES *appellati ſunt: & nunc cùm* SENATORES ADESSE *iubentur,* QVIBVSQVE IN SENATV SENTENTIAM DICERE LICET: *quia ij qui poſt luſtrum conditum ex iunioribus magiſtratum ceperunt, & in Senatu ſententiam dicunt, & non vocantur Senatores antequam in ſenioribus ſint cenſi.* Liuius lib. XXXIII. *Coſſ. edixerunt, quoties Senatum vocaſſent,* VT SENATORES QVIBVSQVE IN SENATV SENTENTIAM DICERE LICERET, *ad portam Capenam conuenirent.* Quo translatitio edicto Conſules cùm in Curiam vocabant Senatores, priſcæ conſuetudinis ſeruãdæ cauſſa, ſuis etiamnum temporibus vſos fuiſſe Agellius lib. IIII. cap. XVIII. docet. Eodem porrò loquendi genere & in aliis edictis vtebantur. Liuius lib. XXXVI. Pub. Cornelium Conſulem edixiſſe refert, vt QVI SENATORES ESSENT, QVIBVSQVE IN SENATV SENTENTIAM DICERE LICERET, QVIQVE MINORES MAGISTRATVS ESSENT, NE QVIS EORVM LONGIVS AB VRBE ROMA ABIRET, QVAM VNDE EO DIE REDIRE POSSET. Edici verò ſolitum, vt ADESSENT, & interdum vt ADESSENT FREQVENTES, præſcribique cõſueuiſſe diẽ quo adeſſent, his quæ ſubieci teſtimoniis planũ fiet. Cic. in Epiſt. ad Brutum. *Cùm Tribuni pl. edixiſſent,* SENATVS ADESSET AD XIII. KAL. IANVAR. Idẽ I. in Anton. Orat. *Ecce enim,* KAL. IVNIIS, QVIBVS VT ADESSEMVS EDIXERAS, *mutata omnia.* Rurſus III. Philipp. *Cùm tot edicta propoſuiſſet, edixerit,* VT ADESSET SENATVS FREQVENS AD VIII. KAL. DECEMBR. Quo loco etiam recenſet clauſulam quandam edicti Antoniani. Sequitur enim, *At quomodo edixit? Hæc ſunt opinor verba in extremo,* SI QVIS NON ADFVERIT HVNC EXISTIMARE OMNES POTERVNT, ET INTERITVS MEI ET PERDITISSIMORVM CONSILIORVM AVCTOREM FVISSE. Et aliquo poſt interuallo, *Ac ne ſine cauſſa videretur edixiſſe,* VT SENATVS ADESSET, CVM DE REPVB. RELATVRVS FVISST. Idem Cic. lib. IX. Epiſt. ad Attic. *Senatum velle ſe* FREQVENTEM ADESSE, *etiam Formiis proſcribi iuſſit.* Liuius lib. XXVIII. *Inde præmiſſo edicto,* VT TRIDVO POST FREQVENS SENATVS AD ÆDEM BELLONÆ ADESSET. Interdum verò Edicto ſignificabatur, qua de re patres cõſulendi erãt. Cuius generis edictum Sueton. in Iulio cap. XXVIII. ita memorat. *M. Cl. Marcellus Conſul, edicto præfatus,* DE SVMMA SE REP. ACTVRVM, *retulit ad Senatum vt ei ſuccederetur ante tempus: quoniam bello confecto pax eſſet, ac dimitti deberet victor exercitus.* Accedat Tiberij edictum quo poſt Auguſti exceſſum Senatores in Curiam vocauit, de quo ita Tacitus lib. I. *Verba edicti fuere pauca, & ſenſu permodeſto,* DE NONORIBVS PARENTIS CONSVLTVRVM: NEQVE ABSCEDERE A CORPORE: IDQVE VNVM EX PVBLICIS MVNERIBVS VSVRPARE.

Sollemne autem fuiſſe in relationibus Conſulũ ita præfari, QVOD BONVM, FAVSTVM, FELIX FORTVNATVM AC SALVTARE SIT, indicat Tranquillus in Calig. cap. XV. narrans auctorem fuiſſe Caligulam vt relationibus Cõſulum adiiceretur, Quod BONVM, FAVSTVM FELIXQVE SIT CAIO CÆSARI, SORORIBVSQVE EIVS. Id quod omnibus rebus agendis præfari veteres conſueuiſſe lib. I. demõſtrauimus.

ſtrauimus. Atque ita Liuius lib. XLII. *Patres*, ait, QVOD FAVSTVM FELIXQVE POPVLO RO. ESSET, CENTVRIATIS COMITIIS PRIMO QVOQVE DIE AD POP. FERRE COSS. *iuſſerunt*. Relationis vtiq; Conſularis formula erat, QVID FIERI PLACET? Indicat Liuius lib. VIII. Conſulē ita loquentē faciēs, QVONIAM AVCTORES DEFECTIONIS MERITAS POENAS ET AB DIIS IMMORTALIBVS ET A VOBIS HABENT, PATRES CONSCRIPTI, QVID PLACET DE INNOXIA MVLTITVDINE FIERI? Salluſt. in bello. Catilinar. *Conſul vbi ea parari cognouit, diſpoſitis præſidiis, vti res atque tempus monebat, conuocato Senatu, refert*, QVID DE IIS FIERI PLACEAT, QVI IN CVSTODIAM TRADITI ERANT. Idem in bello Iugurthino. *Senatus à Beſtia conſultus eſt*, PLACERETNE LEGATOS IVGVRTHÆ RECIPI MOENIBVS. Cic. III. in Catil. Orat. *Indiciis expoſitis, atque editis*, QVIRITES, *Senatum conſului* DE SVMMA REP. QVID FIERI PLACERET. Liuius lib. II. *Omnium actionum in Senatu primam habuit pro victore populo, retulítque*, QVID DE NEXIS FIERI PLACERET. Idem lib. IIII. *Et cùm magno certamine obtinuiſſet*, VT CONSVLERENTVR PATRES, *Conſulúmne an Tribunorum* PLACERET COMITIA HABERI. Iulius Capitolinus in Maximinis. *Item Coſ. retulit*. P. C. DE MAXIMINIS QVID PLACET? *Reſponſum eſt*, HOSTES, HOSTES. Eadémque verborum figura Liuius lib. VIII. Latinorum Prætorum relationē concipit. Nam cùm illi Romā euocati eſſent, priuſquā proficiſcerentur concilio habito euocatos ſe ab Senatu Ro. & quæ ſecū actū iri crederēt docuerūt, & quidnā ad ea reſponderi placeret retulerunt. Dein cùm aliud alij cenſerent, tum Annium vnum ex Prętoribus, qui relationis auctor erat, dixiſſe Liuius narrat, *Quanquam ipſe ego retuli*, QVID RESPONDERI PLACERET. Plin. Epiſt. v. lib. VI. de Licinio Nepote, *Addidit etiā petendū à Coſſ. vt referrent ſub exemplo legis ambitus, de lege repetundarū*, AN PLACERET IN FVTVRVM AD EAM LEGEM ADIICI, VT SICVT ACCVSATORIBVS INQVIRENDI TESTIBVSQVE DENVNTIANDI POTESTAS ESSET EX EA LEGE, ITA REIS QVOQVE FIERET. Qu. Curtius lib. VI. *Conſilium Græcorum*, QVID FIERI PLACERET, *conſulit*.

Interdum etiam his verbis vtebantur, QVID VIDETVR? vt oſtendit Capitolinus in Maximinis, cū ait, *Itē Conſul dixit*, DE AMICIS MAXIMINI QVID VIDETVR? *Acclamatū eſt*, HOSTES, HOSTES. Trebell. Pollio in Valeriano Senatuſconſultum citat, in quo Prætoris relatio eſt huiuſmodi. QVID VOBIS VIDETVR PATRES CONSCRIPTI DE CENSORE DELIGENDO? Idem in Probo. *Die III. Non. Februar. in æde Concordiæ inter cætera Ælius Scorpianus Conſul dixit*, AVDISTIS P. C. LITERAS AVRELII VALERII PROBI, DE HIS QVID VIDETVR?

Erat & alia relationum formula huiuſmodi, REFERIMVS AD VOS P. C. Cuius exēpla aliquot è Senatus actis prōpra Trebelli⁹ Pollio ſuppeditat. In Tacito nāque hæc legūtur, *Die VII. Kal. Octob. cùm in Curia Pōpiliana ordo ampliſſimus conſediſſet, Velleius Cornificius Gordianus Cōſul dixit*, REFERIMVS AD VOS P. C. QVOD SÆPE RETVLIMVS: IMPERATOR EST DELIGENDVS: EXERCITVS SINE PRINCIPE RECTE DIVTIVS STARE NON POTEST, SIMVL QVIA COGIT NECESSITAS. Idem in Aureliano, *Die III. Id. Ianuar. Sabinus Prætor vrbis dixit*: REFERIMVS AD VOS P. C. PONTIFICVM SVGGESTIONEM ET AVRELIANI PRINCIPIS LITERAS, QVIBVS IVBETVR, VT INSPICIANTVR FATALES LIBRI, QVIBVS SPES BELLI RENVNTIANDI SACRATO DEORVM IMPERIO CONTINENTVR. Quibus congruit quod Liuius lib. XXXIX. de L. Porcio Cos. ita ſcribit: *Conuocatis patribus* REFERRE SE AD EOS, *dixit*, QVOD NEC IVRE VLLO NEC EXEMPLO TOLERABILI LIBERÆ CIVITATI ÆDILIS CVRVLIS DESIGNATVS PRÆTVRAM PETERET. Titus quoque Quintius in conuentu ſociarum Græciæ ciuitatum tali apud Liuium lib. XXXIIII. oratione vtitur: REFERO AD VOS VTRVM AGROS SICVT SCITIS IPSI, AB NABIDE OCCVPATOS PATI VELITIS SVB DITIONE EIVS ESSE, AN ÆQVVM CENSEATIS NOBILISSIMAM VETVSTISSIMAMQVE CIVITATEM IN MEDIA GRÆCIA SITAM REPETI IN LIBERTATEM. Eiusdē: DE HAC

RE VOS CONSVLO STATVRVS EO QVOD PLVRES CENSVERITIS. Idem lib. XLIIII. *Legatis auditis tunc* DE BELLO REFERRE SESE *L. Aemylius dixit.* Aliam prætereà relationis formulam idem memorat lib. XXII. quô loci Dictatorē retuliſſe narrat, QVIBVS, QVOTVE LEGIONIBVS VICTORI HOSTI OBVIAM EVNDVM ESSE PATRES CENSERENT. Similique formula Cic. IIII. in Catilin. oratio. vſus eſt. *Sed ego,* ait, *inſtitui* REFERRE AD VOS P. C. *tanquam integrum & de facto quid iudicetis, & de pœna,* QVID CENSEATIS. Eodémque modo Camillus Senatū per literas conſuluiſſe dicitur à Liuio lib. v. De eo enim loquens, *Literas,* ait, *ad Senatū miſit, Deûm immortaliū benignitate, ſuis conſiliis & patientia militum, Veios iam fore in poteſtate populi Ro.* QVID DE PRÆDA FACIENDVM CENSERENT. *Duæ Senatum diſtinebant ſententiæ.* Idem lib. VII. Camilli relationem de Latinis populis refert, in cuius extremo eſt: NOSTRVM FVIT EFFICERE, *vt omnium rerum vobis ad conſulendum poteſtas eſſet.* VESTRVM EST DECERNERE QVOD OPTIMVM VOBIS REIQVE PVBLICÆ SIT.

Conſules porrò aut ipſimet vltrò, aut Senatoribus ſuggerētibus ac flagitātibus ad Senatū referebāt. Poſtulabatur autē hoc à Senatoribus his verbis, CONSVL REFER, vel CONSVL CONSVLE. Cicero. I. in Catilin. oratio. REFER *inquis,* AD SENATVM. *Id enim poſtulas.* Sic in acclamationibus poſt Cōmodi cædē apud Lāprid. in eius vita. DE PARRICIDA REFER, REFER, PERROGA. Cic. ad Plancū Epiſt. XVI. lib. X. Famil. *Flagitare Senatus inſtituit Cornutum,* VT REFERRET STATIM DE TVIS LITERIS: *ille ſe cōſiderare, ait velle.* Et pro Sextio, *Flagitabatur ab his* (nimirum Cōſulibus) *quotidie cum querelis bonorum omnium, tum etiam precibus Senatus, vt meam cauſam ſuſciperent, agerent aliquid, denique* AD SENATVM REFERRENT. Liuius lib. XXIX. IVSSISQVE REFERRE CONSVLIBVS *decreuerunt &c.* Idem lib. XXX. *Conclamatum deinde ex omni parte Curiæ eſt,* VTI REFERRET P. ÆLIVS PRÆTOR. Et lib. XLII. *Fremitus igitur in Curia ortus eſt: ex omnibus partibus poſtulabatur,* VT COSS. EAM REM AD SENATVM REFERRENT. Idem lib. XXXI. *Cùm primùm Senatum habuit, vniuerſis poſtulantibus* NE QVAM PRIVS REM QVAM DE PHILIPPO SOCIORVMQVE QVERELIS AGERET, *relatum extemplo eſt.* Salluſt. in bello Catilin. *Plerique Craſſo ex negotiis priuatis obnoxij conclamant,* INDICEM FALSVM ESSE: DEQVE EA RE *poſtulāt,* VTI REFERATVR. Trebellius Pollio hoc Senatuſconſultum Piſonis vitæ inſerit: DIE SEPTIMO KAL. IVL. CVM ESSET NVNTIATVM PISONEM A VALENTE INTEREMPTVM, IPSVM VALENTEM A SVIS OCCISVM, AVRELIVS FVSCVS CONSVLARIS PRIMÆ SENTENTIÆ, QVI IN LOCVM VALERIANI SVCCESSERAT, AIT, CONSVL CONSVLE. Sic Spurius Poſthumius apud Liuium lib. IX. in ſententia ſua, *Quod ad Tribunos pl. attinet,* CONSVLITE, *vtrum præſens deditio eorum fieri poſſit, an in diem differatur.* Idem Liuius lib. XXVI. *Poſtulatū a Coſſ. eſt vt de permutandis prouinciis* SENATVM CONSVLERENT. CONSVLI enim SENATVS dicebatur, vbi de eo quod Cos. retulerat, Senatores ſentētias ordine rogabātur. Cic. lib. II. Epiſt. ad Qu. fratr. SENATVS NIHIL CONSVLITVR. Idem in Orat. pro domo ſua. *Quotieſcunque* SENATVS *de me* CONSVLTVS EST. Liuius lib. II. *Eam rem Conſules rati, vt erat, pernicioſam, ad patres referunt: ſed delatam* CONSVLERE *ordine non licuit.* Et mox: *Prius itaque, quam vltima experirentur,* SENATVM *iterum* CONSVLERE *placuit.* Idem lib. III. *A Virginio* SENATVS *in æde Quirini* CONSVLITVR. Et lib. XXII. SENATVS *ſummotis arbitris* CONSVLI *ceptus.* Idem lib. XXIIII. *Coſſ.* ait, SENATVM *de bello ac prouinciis ſuis Prætorúmque & de exercitibus quibus quique præeſſent,* CONSVLVERVNT. Et lib. XLI. *Alij* CONSVLENDVM *prius* SENATVM *cenſebant.* Trebell. Poll. in Piſone Tyran. *Primæ ſententiæ Conſularis* A CONSVLE CONSVLTVS. Agell. lib. XIIII. cap. VII. Pompeium narrat cùm primum cōſulatum initurus foret, quoniam per militiæ tempora iuris Senatorij expers fuit, rogaſſe M. Varronem vti commentarium εἰσαγωγικὸν faceret, ex quo diſceret, quid facere diceréque deberet, cùm SENATVM CONSVLERET. Et poſtea Magiſtratus enumerat, qui IVS CONSVLENDI SENATVS haberent.

Varia autem erant relationum Conſularium argumēta: Interdum enim de Religio-

ne;interdum de Repub. nonnunquam de Prouinciis,aliàs verò de Bello déque Exercitibus ſcribendis Conſules referebant. De Religione referre dicebantur, cum prodigiis & oſtẽtis nuntiatis,de iis quæ ad pacem Deorum & ad auertẽdas eorum iras pertinebant,vel quæ librorum Sibyllinorum monitu fieri debebant,Senatum conſulebãt. Cic. Epiſt. I. ad Lentul. de Marcellino Coſ. *Quod inſtituit* REFERRE DE RELIGIONE, *& ſæpe iam retulit, ab eo deduci non poteſt*. Liuius lib. XXII. de prodigiis quæ ex pluribus ſimul locis nuntiata erant, *His,ait, ſicut erant nuntiata, expoſitis,auctoribúſque in Curiam introductis*, CONSVL DE RELIGIONE PATRES CONSVLVIT.

De Repub. verò referre dicebãtur cùm de eo quòd ad ſtatum publicum & ſalutẽ cõmunem pertinebat,referebant. Agell. lib. XIIII. cap. VII. ex Varrone lib. IIII. Epiſtolicar. quæſt. hæc adſcribit, *De rebus quoque diuinis, priuſquam humanis, ad Senatum referendum eſſe,tum porrò referri oportere,aut infinitè* DE REPVB. *aut de ſingulis rebus finitè*. Liuius lib. XXII. *Ita rebus diuinis peractis, tum* DE BELLO, REQVE PVBLICA *Dictator* RETVLIT. Rurſus eod. lib. *Per idem tempus Cn. Seruilius Romæ Idibus Martiis magiſtratum iniit. Ibi cùm* DE REPVB. RETVLISSET, *redintegrata in C. Flaminium inuidia eſt.* Idẽ lib. XXIIII. *Perpetratis quæ ad pacem Deûm pertinebãt,* DE REPVBLICA *belloque gerendo & quantũ copiarũ, & vbi quæque eſſent*, COSS. AD SENATVM RETVLERVNT. Alioq; eiuſdẽ libri loco, DE REPVBLICA *tamen primùm ac de prouinciis ambo* COSS. AD SENATVM RETVLERE. Et lib. XXVIII. *Tum* DE REPVB. *de exercitibus ſcribẽdis,de prouinciis* RELATVM. Similitérq; lib. XXXVIII. *Itaque Cõſulibus nouis,quo die de prouinciis &* DE REPVB. RETVLERVNT, *Senatus vtriſque Ligures prouinciam decreuit*. Cæſar lib. I. Commentar. de Bello ciu. REFERVNT COSS. DE REPVB. *in ciuitate*. Sic in S. C. Opimiano quod à Cicerone Philipp. VIII. refertur. QVOD L. OPIMIVS VERBA FECIT DE REPVB. Idẽ Philipp. III. *Ac ne ſine cauſa videretur edixiſſe,vt Senatus adeſſet cùm* DE REPVB. RELATVRVS *fuiſſet*. Et Philipp. V. DE REPVB. QVO AD RETVLISTIS, *ſatis decreuiſſe mihi videor*. Necnõ Philipp. VI. *Cauſa fortiſſimis optimiſque Coſſ. Calend. Ianuar.* DE REPVB. PRIMVM REFERENDI *fuit, ex eo quod Senatus XIII. Cal. Ian. me auctore decreuit*. Idem pro Sextio, *Vir incredibili fide,magnitudine animi,conſtantia, L. Mummius*, AD SENATVM DE REPVB. RETVLIT, SENATVSQVE FREQVENS VESTEM PRO MEA SALVTE MVTANDAM CENSVIT.

Et hoc modo Senatus CONSVLI DE REPVB. dicebatur. Cicero lib. I. de Diuinatio. *Nunc quoniam* DE REPVB. CONSVLI *cœpti ſumus*. Agell. lib. VII. cap. III. *Alia namque principia conducunt reos apud Iudices defendenti, & clementiam miſericordiámque vndique indaganti, alia, cùm* SENATVS DE REPVB. CONSVLITVR. Liuius lib. XXVI. CONSVLES, *cùm Idibus Martiis Magiſtratum iniiſſent, Senatu in Capitolium vocato,* DE REPVB. DE ADMINISTRATIONE BELLI, DE PROVINCIIS, EXERCITIBVSQVE, PATRES CONSVLVERVNT. & lib. XXXI. *Secũdum rem diuinam, precationẽque, vt* DE REPVB. DEQVE PROVINCIIS SENATVM CONSVLERENT. Idẽ lib. XXXVIII. de Meſſala & Liuio Salinatore Coſs. *Conſulatum Idib. Martiis cùm iniiſſent,* DE REPVB. *déque prouinciis & exercitibus* SENATVM CONSVLVERVNT. Quinetiam de SVMMA REPVBLICA quandoque CONSVLI dicebantur: Cic. lib. II. de Inuentio. SENATVM CONSVLVIT DE SVMMA REPVB. Idẽ. III. in Catilin. oratio. SENATVM CONSVLVI DE SVMMA REPVBLICA. Sueton. in Iulio cap. XXVIII. *Conſul edicto præfatus,* DE SVMMA SE REPVB. ACTVRVM. Atque hoc in genere ſententiam dicere, erat DE REPVB. vel DE SVMMA REPVB. DICERE. Cic. li. I. Epiſt. ad Attic. *Rogatus ego ſententiã, multa* DIXI DE SVMMA REPVBLICA. Idem I. in Anton. oratio. *Antequam* DE REPVB. P. C. DICAM, *ea quæ dicenda hoc tempore arbitror*. Et mox: *Priuſquam* DE REPVB. DICERE *incipiam, pauca querar*. Idem Philipp. III. *Nec verò de legione Martia, quoniam longo interuallo nobis* LOQVI DE REPVB. LICET *ſileri poteſt*. Sed & in extremo quartæ orationis in Catilinam, hortatur Patres Conſcriptos, fortiter ac diligenter, vt inſtituerant, de ſumma ſalute publica, déque VNIVERSA REPVB. DECERNERE. Sueton. in Aug. cap. LIIII. *Interdum ob immodicas altercationes diſceptantium è Curia per irã*

ſe proripienti

ſe proripienti quidam ingeſſerunt, LICERE OPORTERE SENATORIBVS DE REPVB. LOQVI. Atque adeo interdum ipſi Senatores poſtulabant, vt ſibi DE REPVB. LICERET DICERE. Liuius lib. III. *Conſurgit P. Scaptius.* & SI LICET, *inquit*, CONSVLES, DE REPVB. DICERE. Idem eodem lib. *Proditum memoriæ eſt Potitũ poſt relationẽ Appÿ Claudÿ, priuſquam ſententiæ rogarentur, poſtulando*, VT DE REPVB. LICERET DICERE; *prohibentibus minaciter Decẽuiris proditurũ ſe ad plebem denuntiantem, tumultum excitaſſe.* Et aliàs: *Ferociores iterum coorti Valerius Horatiúſque vociferari*, VT DE REPVB. LICERET DICERE: *Dicturos ad populum ſi in Senatu per factionem non liceat.* Id enim moris erat Senatoribus ſi quid è Repub. crederent, pro ſententia dicere. Tacit. lib. II. *Exceſſit Fronto, ac poſtulauit modum argento, ſuppellectili, familiæ. Erat quippe adhuc frequens Senatoribus, ſi quid* E REPVB. *crederent, loco ſententiæ promere.* Et hoc eſt quod apud eundem auctorem Tiberius ſentit, cùm ait: *Nec ſane ideo à maioribus conceſſum eſt eg[illegible]di aliquando relationem, & quod in commune conducat, loco ſententiæ proferre, vt priuata negotia & res noſtras familiares ſic augeamus.* Vnde Cato omni Senatu, etiam cũ de alijs rebus conſuleretur, cenſere ſe dicebat, delendã eſſe Carthaginẽ: quemadmodum Annæus Flor. lib. II. & Plutarchus in Cato. Plinius quoque lib. XV. Natur. hiſtor. cap. XVIII. memoriæ prodiderunt. Ex his nemini dubium relinquitur vitioſè in Liuio lib. XXVI. ſcriptum, IBI DE SVMMA REIPVB. *conſultatum*: reſcribendúmque, DE SVMMA REPVB. Sed ad inſtituta pergamus.

Conſules planè de eo quod retulerant, VERBA FECISSE dicebantur. Patet hoc ex Senatuſconſultorum primis verbis, quæ vt plurimum ita concipiebãtur, QVOD COSS. VERBA FECERVNT, vt ex Senatuſconſultis quæ à Frontino lib. II. de Aquæductib. & à Cælio lib. VIII. Epiſt. famil. & ex Opimiano S. C. quod à Cicerone VIII. Philipp. citatur, necnon ex S. C. Velleiano, & de Petitione hæreditatis, quæ à Iureconſultis referuntur, & ex eo Senatuſconſulto quod à Suetonio in lib. de clar. Rhetor. adfertur, liquet. Erátque idem loquendi genus commune cum his omnibus qui ſiue ſententiæ loco, ſiue legatione fungentes, ſermonem de re aliqua in Senatu habebant. Proinde apud Salluſtium in bello Catilin. M. Cato in ſententia, SÆPENVMERO, ait, P. C. MVLTA VERBA IN HOC ORDINE FECI. Liuius lib. XLIII. *Frater eius* VERBA IN SENATV FECIT, *queſtus Alpinorum populorum agros ſociorum ſuorum depopulatum C. Caßium eſſe.* Agell. lib. V. cap. XVII. ex Verrio Flacco. *Vrbe*, inquit, *à Gallis Senonibus recuperata, L. Attilius in Senatu* VERBA FECIT, Q. SVLPICIVM TRIBVNVM MILITVM AD ALLIAM ADVERSVS GALLOS PVGNATVRVM, REM DIVINAM DIMICANDI GRATIA POSTRIDIE IDVS FECISSE. Eodémq; ſenſu, MENTIONEM *facere*, nonnunquam dicebant. Cicero Epiſt. XIIII. lib. I. ad Attic. *Credo enim te audiſſe, cùm apud Cæſarem* PRO POPVLO FIERET, *veniſſe eo muliebri veſtitu virum, idque ſacrificium cùm virgines inſtauraſſent*, MENTIONEM A Q. CORNIFICIO IN SENATV FACTAM. *Is fuit princeps: ne tu forte aliquem noſtrum putes.* Idem lib. IIII. in Verrem: *Itaque in Senatu continuo* CN. LENTVLVS ET LVCVLLVS COSS. FACIVNT MENTIONEM, PLACERE STATVI, &c. Liuius lib. XXX. MENTIO *deinde abs ſenioribus* FACTA EST, *ſegnius homines bona ſentire quàm mala &c.* Idem lib. XXIII. *Q. Fab. Maximus, nunquam rei vllius alieniore tempore* MENTIONEM FACTAM IN SENATV, *dixit.*

Poſt relationem autem rogabantur ex ordine ſententiæ. Proinde apud Dionyſium Halicarn. lib. XI. Appius Decemuir cùm in Senatu verba feciſſet de bello quod ab Æquis & Sabinis inferebatur, orationem ita concludit. Περὶ δὲ τοῦ πολέμου, ὅντινα χρὴ τρόπον, ὡς τάχιστα καὶ κάλλιστα τοὺς ἐχθροὺς ἀμύνασθαι, Γνώμας ἀξιῶ παριόντας ὑμᾶς λέγειν, πρῶτον μὲν ὥσπερ ἔστι σύνηθες καὶ πρέπον ὑμῖν, τοὺς πρεσβυτέρους, ἔπειτα τοὺς μέσους, τελευταίους δὲ τοὺς νεωτάτους. Formula planè rogandarum ſententiarum erat, verbi gratia, DIC MARCE TVLLI. Hoc ego ex compluribus Ciceronis locis didici: ſic enim ille Epiſt. III. lib. VII. ad Attic. *Illud ipſum quod ais, quid fiet, cùm erit dictum*, DIC MARCE TVLLI *σύντομα. Cn. Pompeio aſſentio?* Et Epiſtol. I. eiuſdem lib. *Sed illa quæ tum agentur, cùm*

venero; ne ratio abſentis habeatur, vt exercitum dimittat, DIC MARCE TVLLI. *Quid dicam? expecta amabo te, dum Atticum conueniam.* Et turſus Epiſt. VII. eiuſdē lib. *Ἐμπολιτεύομαι σοι iamdudum & facerem diutius, niſi me lucerna deſereret: ad ſummam* DIC MARCE TVLLI. Idem Epiſt. v. lib. IX. earundem Epiſtol. *Hæc qui in villa mea non feram, cur tum in Curia potero ferre? Age, finge me quamuis ὡς ὁμολόγως hæc ferentem. Quid illa,* DIC MARCE TVLLI, *quem habebunt exitum?* Liuius lib. IX. Q. Publium Philonem & L. Papirium Curſorem Coſs. quo die creati ſunt, eo magiſtratum iniiſſe, ſollemnibúſque perfectis de pace Caudina retuliſſe ſcribit: & à P. Philone penes quē faſces tū erāt Sp. Poſthumium ignominioſæ illius pacis ſeu ſponſionis auctorem ſententiam ita rogatum, DIC SPVRI POSHVMI. Qui vbi ſurrexit, HAVD SVM IGNARVS, inquit, COSS. IGNOMINIÆ, NON NONORIS CAVSA ME PRIMVM EXCITATVM, IVSSVMQVE DICERE, NON TANQVAM SENATOREM, SED TANQVAM REVM, QVA INFOELICIS BELLI, QVA IGNOMINIOSÆ PACIS. EGO TAMEN, QVANDO NEQVE DE NOXA NOSTRA NEQVE DE POENA RETVLISTIS, OMISSA DEFENSIONE, QVÆ NON DIFFICILLIMA ESSET, APVD HAVD IGNAROS FORTVNARVM NVMANARVM NECESSATVMQVE, SENTENTIAM DE EO, DE QVO RETVLISTIS, PAVCIS PERAGAM. Sic & apud Terentium Phorm. Act. II. ſc. vlt. Demipho aduocatos ſententiam rogat in hunc modum, DIC HEGIO, DIC CRITO, DIC CRATINE. Quam formulam Græcè Plutarchus ita reddidit in Camillo: Καὶ τέλος δὲ τὸν πρῶτον ἱσταθέντα λέγειν γνώμην Λεύκιον Λουρίπιον ἀναστήσας, ἐκέλευσεν ΑΠΟΦΗΝΑΣΘΑΙ. Verùm diutius reticere non poſſum priſcam & archaiſmo ſuo illuſtrem formulam qua Rex patres de bello conſulebat, quam Liuius lib. I. nos docet. *Cùm hii,* inquiens, *nuntius Romam ad conſulendum redit, confeſtim ex his fermè verbis patres conſulebat:* QVARVM RERVM, LITIVM, CAVSARVM, CONDIXIT PATER PATRATVS POPVLI RO. QVIRITIVM, PATRI PATRATO PRISCORVM LATINORVM, NOMINIBVSQVE PRISCIS LATINIS, QVAS RES NEC DEDERVNT, NEC SOLVERVNT, NEC FECERVNT, QVAS RES DARI, FIERI, SOLVI OPORTVIT, DIC, *inquit, ei quem primùm ſententiam rogabat,* QVID CENSES? *Tum ille,* PVRO PIÓQVE DVELLO QVÆRENDAS CENSEO, ITAQVE CONSENTIO CONSCISCOQVE. Quo ex loco apparet togatas fuiſſe ſententias, his verbis, DIC, QVID CENSES? Eoque loquendi genere Tiberium à Coſ. interrogatum Tacit. lib. II. *ſcribit,* QVID DE HIS CENSERET QVÆ DE MATRE EIVS LOQVVTA SECVS ARGVERETVR. Eáque verba etiam in Relationibus vſurpata paulò antè docui.

Porrò illis Conſulis vocibus exciti, ad ſententiam dicendam Senatores conſurgebant: quam his verbis, DE EA RE ITA CENSEO, concipi conſueuiſſe Cicero nō ſemel docet: Veluti Philipp. III. QVAS OB RES QVOD TRIBVNI PL. V. F. &c. DE EA RE ITA CENSEO. Idē Philipp. X. *Quæ cùm ita ſint,* QVOD C. PANSA CONSVL V. F. DE LITERIS &c. DE EA RE ITA CENSEO. Aliàs verò breuius ſententiam pronuntiat, vt Philipp. V. *Hoc autem tempore* ITA CENSEO DECERNENDVM. Et mox: QVAM OB CAVSAM SC. HIS VERBIS CENSEO PERSCRIBENDVM. Ac poſtea: DE EXERCITV AVTEM CÆSARIS ITA CENSEO DECERNENDVM. Idem Philipp. XIIII. *Sed vt aliquando ſententia complectar,* ITA CENSEO. Philipp. verò VIII. & IX. ait, QVAS OB RES ITA CENSEO. At Philipp. XI. dumtaxat ait, CENSEO. Apud Senecam ἀποκολοκυντώσεως, Ianus in Deorum concilio ita ſententiam dicere fingitur, CENSEO NE QVIS POST NVNC DIEM DEVS FIAT, & reliqua. Ibidem Hercules ſententiam concludit his verbis, CENSEO VT DIVVS CLAVDIVS EX HAC DIE DEVS FIAT, & reliqua. Auguſtus quoque eodem libro, EGO, ait, PRO SENTENTIA MEA HOC CENSEO. Apud Liuium lib. XXII. Manlius Torquatus ſententiam peragit in hunc modum: EGO NON MAGIS ISTOS REDIMENDOS, PATRES CON-

SCRIPTI,

SCRIPTI, CENSEO QVAM ILLOS DEDENDOS ANNIBALI. Et Attilius Regulus in ſententia ſua apud eundem lib.XXVI. ITAQVE,ait, CENSEO CVM TRIBVNIS PL. AGENDVM ESSE &c. In fragmentis etiam quæ ex lib. I. hiſtoriarum Salluſtij ſuperſunt, extat L.Philippi ſententia eiuſmodi. QVARE ITA CENSEO, QVONIAM LEPIDVS EXERCITVM PRIVATO CONSILIO PARATVM CVM PESSIMIS ET HOSTIBVS REIPVB. CONTRA HVIVS ORDINIS AVCTORITATEM AD VRBEM DVCIT &c. Spartian. in Didio Iuliano: *Nam cum Conſul deſignatus de eo ſententiam dicens, ita pronuntiaſſet*, DIDIVM IVLIANVM IMPERATOREM APPELLANDVM ESSE CENSEO, *Iulianus ſuggeßit*, ANDE ET SEVERVM. Quo exemplo etiam Aduocati in ſuis quas dicunt ſentẽtiis apud Terent. Phorm. Act. II. Sc. vlt. vtũtur his verbis, CENSEO & MIHI SIC HOC VIDETVR, vel MIHI NON VIDETVR. Denique ibidem Hegio poſtquam ſententiam peregit, addit, DIXI. Plutarchus in M. Cato. refert ſolitum eum περὶ παντὸς οὗ δήποτε πράγματος ἀποφαινόμενον, προσεπιφωνεῖν οὕτως ΔΟΚΕΙ ΔΕ ΜΟΙ ΚΑΙ ΚΑΡΧΗΔΟΝΑ ΜΗ ΕΙΝΑΙ. τοὐναντίον δὲ Πόπλιος Σκιπίων ὁ Νασικᾶς ἐπικαλούμενος, ἀεὶ διετέλει λέγων, καὶ ἀποφαινόμενος, ΔΟΚΕΙ ΜΟΙ ΚΑΡΧΗΔΟΝΑ ΕΙΝΑΙ. Quod Annæi Flori lib.II. verbis ſic interpretor, *Cato inexpiabili odio delendã eſſe Carthaginem & quum de alio conſuleretur pronuntiabat. Scipio Naſica ſeruandam.*

Interdum verò in ſententiis vtebantur verbo PLACET. In Senecæ, quidem certe Ἀποκολοκυντώσει ponitur ſentẽtia ex tabula recitata in hæc verba. PLACET MIHI IN EVM SEVERE ANIMADVERTI &c. Valer. Max.lib.VI. cap.IIII. de Scipione Æmyliano: *Idem cùm Ser. Sulpitius Galba & Aurelius Cotta Coſſ. in Senatu contenderent, vter aduerſus Viriatum in Hiſpaniam mitteretur, ac magna inter Patres Conſcriptos diſſenſio eſſet, omnibus quonam eius ſententia inclinaretur, expectantibus*, NEVTRVM, inquit, MIHI MITTI PLACET, QVIA ALTER NIHIL HABET, ALTERI NIHIL EST SATIS. Cicero Epiſt. VII. lib. VII. ad Attic. *Quid ergo? exercitum retinentis, cùm dies legis tranſierit, rationem haberi* PLACET? *mihi verò ne abſentis quidem: ſed cùm id datum eſt, illud vna datum eſt: annorũ enim decem imperiũ: & ita latum* PLACET? PLACET *igitur etiam me expulſum.* Idem Philipp. XIIII. PLACET IGITVR MIHI P. C. LEGIONIS MARTIÆ MILITIBVS ET IIS QVI VNA PVGNANTES OCCIDERVNT, MONVMENTVM FIERI QVAM AMPLISSIMVM. Apud Liuium lib. IX. Poſthumius ſententiam his verbis peragit: INTEREA CONSVLES EXERCITVM SCRIBERE, ARMARE, EDVCERE, PLACET. Et vt in directis, ita in obliquis ſententiis verbũ hoc non rarò occurrit. Cicero lib. IIII. in Verrem, *Itaque ſententiæ dicebantur*, CVM STHENIVS ABSENS REVS FACTVS ESSET, DE ABSENTE IVDICIVM NVLLVM FIERI PLACERE: ET SI QVOD ESSET FACTVM, ID RATVM ESSE NON PLACERE. Idem Epiſt. II. lib. IIII. ad Attic. *Cùm ſententiæ grauißimæ dicerentur*, SENATVI PLACERE *mihi domum reſtitui &c.* Et in Corneliana: *Idem niſi hæc ipſa lex, quam C. Cornelius tulit, obſtitiſſet*, DECREVISSEM, SENATVI NON PLACERE ID IVDICIVM DE SYLLÆ BONIS FIERI. Apud Liuium lib. III. L. Cornelius Maluginenſis pro ſententia hæc dicit, SIBI PLACERE DE EO QVOD VALERIVS HORATIVSQVE ANTE ID. MAIAS DECEMVIROS ABIISSE MAGISTRATV INSIMVLENT, BELLIS QVÆ IMMINEANT, PERFECTIS, REPVB. IN TRANQVILLVM REDACTA, SENATV DISCEPTANTE AGI: *Iam nunc ita ſeparare Appium Claudium, vt Comitiorum, quæ Decemuiris creandis Decemuir ipſe habuerit, ſciat ſibi rationem reddendam eſſe, vtrum in vnum annum creati ſint, an donec leges quæ deeſſent, perferrentur. In præſentia, omnia præter bellum omitti* PLACERE: *Cuius ſi vulgò famam vulgatam vanáque non nuntios ſolùm, ſed Tuſculanorum etiam legatos attuliſſe putent, ſpeculatores mittendos* CENSERE, *qui certius explorata referant.* Apud eundem libro XXIX. Quintus Fabius ſententiam hanc trucem orationi adieciſſe dicitur, PLEMINIVM LEGATVM VINCTVM ROMAM DEPORTARI PLACERE ET EX VINCVLIS CAVSAM DICERE. Eſt & hoc

verbum frequens in iis ſententiis quæ à Cicerone in Philippicis v. ix. & xi. dicuntur.

Sed & in ſententiis verbo, DECERNO, vſos veteres obſeruaui, idque tum maximè, cùm in alicuius honorem quid cenſebant. Cicero Philipp. ix. de honoribus quos Ser. Sulpitio in legatione mortuo habendos cenſet, ſententiam peragens, PEDESTREM, ait, EX ÆRE STATVAM TANQVAM EX EIVS AVCTORITATE ET VOLVNTATE DECERNO. Idem Philipp. XIIII. DECERNO IGITVR EORVM TRIVM NOMINE QVINQVAGINTA DIERVM SVPPLICATIONES. Liuius lib. XXI. quandam Annonis in Senatu Carthaginenſi dictam ſententiam ita concipit: TERTIAM LEGATIONEM AD RES SAGVNTINIS REDDENDAS DECERNO. Apud Capitolinum in Maximinis, extat Cuſpidij Celerini ſententia in hæc verba, PRINCIPIBVS NOSTRIS MAXIMO, BALBINO ET GORDIANO STATVAS CVM ELEPHANTIS DECERNIMVS: CVRRVS TRIVMPHALES DECERNIMVS: STATVAS EQVESTRES DECERNIMVS: TROPHÆA DECERNIMVS. Similiter Manlij Statiani ſententia ita in Vopiſci Probo concluditur: DECERNO IGITVR P.C. VOTIS OMNIVM CONCINENTIBVS, NOMEN CÆSAREVM, NOMEN AVGVSTVM, ADDO PROCONSVLARE IMPERIVM, PATRIS PATRIÆ REVERENTIAM, PONTIFICATVM MAXIMVM, IVS TERTIÆ RELATIONIS, TRIBVNITIAM POTESTATEM. Sic apud Trebellium Pollionem in Piſone Tyranno, Aurelius Fuſcus primæ ſententiæ Conſularis à Conſule conſultus, DIVINOS, inquit, HONORES PISONI DECERNO. Hoc ſenſu Cic. Philipp. II. L. Cottam SVPPLICATIONEM DECREVISSE verbis ampliſsimis, & Philipp. XI. L. Cæſarem, IMPERIVM DECREVISSE, ait. Idem Philipp. V. DE REPVB. *quoad retuliſtis, ſatis* DECREVISSE *mihi videor.* Et Philipp. XI. de Lucio Cæſare, *clariſsimo viro & innocentiſsimo* DECREVIT IMPERIVM. Idem Epiſt. I. ad Lentulum ſententiam in Senatu de Ptolemæo reducendo dictas recenſens, *Craſſus*, ait, *tres legatos* DECERNIT, *nec excludit Pompeium: Cenſet etiam ex iis, qui cum imperio ſunt. Bibulus tres legatos ex iis qui priuati ſunt: huic aſsentiuntur reliqui Conſulares præter Seruilium, qui omnino reduci negat oportere: & Volcatium qui Lupo referente, Pompeio* DECERNIT. Et lib. XV. Epiſt. IIII. ad Catonem: *Te denique memini, cùm cuidam clariſsimo atque optimo viro* SVPPLICATIONEM NON DECERNERES, *dicere te* DECRETVRVM, *ſi referretur,* OB EAS RES, QVAS IS CONSVL IN VRBE GESSISSET. *Tu idem mihi* SVPPLICATIONEM DECREVISTI *togato.* Salluſt. in bello Catilin. Iunij Syllani de coniuratis ſententiam referens, *De his*, ait, *qui cuſtodiis tenebantur, & præterea de L. Caßio, P. Furio, P. Vmbreno, Q. Annio, ſi deprehenſi forent, ſupplicium ſumendum* DECREVERAT. Donat. in Andr. Act. I. Sc. III. DECERNERE, ait, *eſt de magnis rebus certam proferre ſententiam. Vnde etiam Senatus* DECRETVM. Denique Cicero Senatores ad ſententias magno & forti animo dicendas ita cohortatur IIII. in Catilin. oratio. DE IMPERIO, DE LIBERTATE, DE SALVTE ITALIÆ DEQVE VNIVERSA REPVB. DECERNITE DILIGENTER, VT INSTITVISTIS, AC FORTITER.

In nouiſsimis planè ſententiarum clauſulis vſitata, peruulgatáque erant verba hæc, QVAS OB RES, QVARE, QVAPROPTER, vt ex Ciceronis Philipp. III. V. VIII. & IX. & M. Catonis, & L Philippi apud Salluſt. Herculis quoque & D. Auguſti apud Senecam Α τοχελοχιωτ. ſententiis apparet. Subdebatur deinde ratio, quam ab his vocibus, CVM, QVONIAM, QVANDOQVIDEM inchoabant, hoc modo. QVARE ITA CENSEO, CVM &c. vt ex illis iiſdem ſententiis liquet. Seruius ad hos Virgilij lib. X. Æned. verſus,

QVANDOQVIDEM *Auſonios coniungi fœdere Teucris*
Haud licitum eſt, nec veſtra capit diſcordia finem.

Bene, ait, ſententiæ dicendæ ordinem ſeruat. Nam ſicut in Salluſtio & in Philippicis legimus,

antequam

antequam dicatur ſententia. præmittitur ratio: quod hodie in vſu eſt. Seneca in Ἀποκολοκυντώσει ſententiam quandam ita concipit, QVANDOQVIDEM DIVVS CLAVDIVS OCCIDIT CONSOCERVM SVVM, &c.

Porrò qui in Senatu ſententiam dicebant, aut aliàs verba faciebant, vtebantur his verbis, PATRES CONSCRIPTI: eáque appellatione Senatum compellabant, non ad Conſulem, ſed ad vniuerſum ampliſſimum ordinem orationem dirigentes. Plutarchus in Romulo: Καὶ γὰρ ἄχρι νῦν τῶν ἐν συγκλήτῳ πολιτευομένων, οἱ μὲν ἔξωθεν, ἄνδρας ἡγεμόνας καλοῦσιν, αὐτοὶ δὲ ῥωμαῖοι, ΠΑΤΕΡΑΣ ΣΥΓΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΥΣ, τῷ μέγιστον μὲν ἀξίωμα καὶ τιμὴν, ἥκιστα δὲ φθόνον ἔχοντι χρώμενοι τῶν ὀνομάτων. Hoc ex Ciceronis Philipp. I. II. III. V. VII. IX. X. XI. XII. XIII. XIIII & I. & IIII. Catilinar. necnon ex Orat. de Prouinc. Conſul. & II. Agrar. in Rull. patet, quas omnes in Senatu habitas inde perſpicuum eſt. Cuius generis exempla ex Liuio affatim ſuppetunt: ſic enim apud eum lib. XXII. Manlius Torquatus, & lib. XXVIII. Q. Fab. Max. & Scipio, & lib. XXXVIII. Mãlius & alij lib XXII. & XXVI. Senatum alloquuntur: Et Cæſar & Cato in ſuis ſententiis quas in Senatu dicunt apud Salluſt. in bello Catilin. Sic & apud Liuium lib. VII. Campanorũ legati, & lib. XXVIII. legati Saguntinorum, & lib. XXIX legati Locrenſium & Eumenes & legati Rhodiorum lib. XXXVII. & lib. XLV. Senatum alloquuntur. Idem & ex Plinij dicto lib. III. Epiſt. IIII. patet. Conſules etiam Senatum eodem titulo affabantur, vt ex P. Seruili & Appij Claudij, Quintij & Marcelli Coſs. orationibus, quæ habentur lib. II. III. & XXVI. Liuij, & ex Capitolino in Maximinis, & ex Trebellio Pollione in Tacito, Aureliano & Probo apparet.

Nec aliter Impp. ipſi Senatum alloquebãtur, vt ex Sueton. in Auguſt. cap. LVIII. & in Tiber. cap. XXIX. & LXVII. & in Domitiano cap. XI. & ex Capitolino in Opilio Macrino liquet. Vnde formulam verborum quibus Impp. Senatum compellabant, ſibi quiſque parare poterit.

Illud præterea addam, interdum ab his verbis orationes quas in Senatu habebant, ſententiáſque quas dicebant veteres inchoaſſe. Ab hoc enim principio apud Senecam in Ἀποκολοκυντώσει Auguſtus ſententiã orditur: PATRES CONSCRIPTI, VOS TESTES HABEO EX QVO DEVS FACTVS SVM, NVLLVM VERBVM ME FECISSE. Liuius lib. V. Faliſcorum legatos, ad Senatum ita loquutos tradit: PATRES CONSCRIPTI, VICTORIA CVI NEC DEVS NEC HOMO QVISQVAM INVIDEAT, VICTI A VOBIS ET IMPERATORE VESTRO DEDIMVS NOS VOBIS. Idem lib. VIII. Camillum in Senatu verba facientem, ita orſum ſcribit: PATRES CONSCRIPTI, QVOD BELLO ARMISQVE IN LATIO AGENDVM FVIT, ID IAM DEVM BENIGNITATE AC VIRTVTE MILITVM AD FINEM VENIT. Eodem teſte lib. XXII. Iunius legationis captiuorum princeps in Senatum introductus, hæc prima verba miſiſſe dicitur: PATRES CONSCRIPTI, NEMO VESTRVM IGNORAT, &c. Apud Tacitum quoque lib. II. M. Hortalus Hortenſij nepos in Senatu verba faciẽs, ſic incipit: PATRES CONSCRIPTI, HOS QVORVM NVMERVM ET PVERITIAM VIDETIS, NON SPONTE SVSTVLI. Vetus interpres Iuuenalis ad illum è Sat. IIII. verſum

-Venit & Criſpi iucunda Senectus,

Criſpus, ait, *municeps Vercellenſis tyrocinio ſuo in Senatu ita cœpit*, PATRES CONSCRIPTI ET TV CÆSAR: *propter quod ſimul oratione pleniſſimè à Tiberio conlaudatus*. Capitolinus in Maximinis, Cuſpidium Celerinum ſententiam rogatum ita cœpiſſe ſcribit: PATRES CONSCRIPTI, ERASO NOMINE MAXIMINORVM, APPELLATISQVE DIVIS GORDIANIS, VICTORIÆ CAVSA PRINCIPIBVS NOSTRIS, MAXIMO BALBINO ET GORDIANO STATVAS CVM ELEPHANTIS DECERNIMVS. Idem in Gordianis Conſulẽ ſic orſum refert: PATRES CONSCRIPTI, *Gordiani duo pater & filius ambo ex Coſs. vnus veſter proconſul alter veſter legatus magno Afrorum conſilio Imperatores ſunt appellati*. Ponitur & ibidem relatio Conſulis in hæc verba: PATRES CONSCRIPTI DE MAXIMINIS QVID PLACET? Trebellius Pollio in Claudio Epiſtolã quãdã Claudij adfert: cuius hoc erat initiũ, P.C. *militantes audite quod verum eſt.* Ex diuerſo interdũ orationũ clauſulas hac προσφω-

vῶ finiebant: veluti Manlius apud Liuium lib. XXII. *Haberetis hodie viginti millia armatorum Canuſij fortia, fidelia*, PATRES CONSCRIPTI. Scipio quoque lib. XXVIII. *Si quemadmodum Q. Fabius meas res geſtas in Hiſpania eleuauit, ſic & ego contrà, gloriam eius eludere, & meam verbis extollere velim, neutrum faciam* PATRES CONSCRIPTI. Et legati Locrenſium lib. XXIX. *Quid ergo euenit*, PATRES CONSCRIPTI? Legati Rhodienſes in Oratione ſua lib. XXXVIII. *Huic veſtro exemplo quantum debeatis*, VIDETE PATRES CONSCRIPTI. Sic & C. Flaminius Coſ. lib. XXXVIII. NEGATVRVM AVT ME PRO M. FVLVIO, AVT IPSVM M. FVLVIVM CENSETIS PATRES CONSCRIPTI? Extrema deniq; verba orationis Cn. Manlij in Senatu ſunt hæc lib. XXXVIII. Liuij: *Veniam à vobis petitam impetratã velim*, PATRES CONSCRIPTI: Rhodiorum legati lib. XLV. *Velut*, inquiunt, *litem æſtimari veſtris inter vos ſermonibus* AVDIO PATRES CONSCRIPTI. Et mox, *Alÿ damnati à nobis in poteſtate veſtra erunt*, PATRES CONSCRIPTI.

Interdum verò ad Conſulem & Senatores ſimul ſermo dirigebatur: & ita Manlius apud Liuiũ lib. VI. *Offendit te*, ait, A. CORNELI, VOSQVE PATRES CONSCRIPTI, *circumfuſa turba lateri meo*. Similiter apud eundẽ lib. VIII. Annius Latinorũ Prætor: *Tempus erat*, T. MANLI, VOSQVE PATRES CONSCRIPTI, *tandem iam vos nobiſcum nihil pro imperio agere*. Interdum ad ſolos Conſules ambos ſermo conuertebatur. Sic apud Liuiũ lib. III. P. Scaptius, SI LICET, inquit, COSS. DE REPVB. DICERE, *errare ego populum in hac cauſa non patiar*. Apud eundẽ lib. IX. Sp. Poſthumius ſententiam rogatus à P. Philone Coſ. *Haud ſum ignarus*, ait, COSS. *ignominiæ non honoris cauſa, me primùm excitatum, iuſſúmque dicere*. Eodémq; libro Lentulus princeps legatorum, *Patrem meũ*, inquit, COSS. *ſæpe audiui*. Et ibidem Mænius, VOS QVÆSO COSS. *ſi vobis datum ab Senatu negotium fuerit*.

At ſi ad Conſulem alterum oratio conuerteretur, is proprio nomine vocabatur. Cicero Philipp. VIII. *Confuſius heſterno die eſt acta res*, C. PANSA, *quàm poſtulabat inſtitutum Conſulatus tui*. Idem Philipp. X. *Maximas tibi*, PANSA, *gratias omnes & habere & agere debemus*. Apud Liuium lib. XXII. Q. F. Max. L. Æmylium Conſulem proficiſcentem ſic alloquitur: *Si aut collegam, ſed quod mallem tui ſimilem*, L. ÆMYLI, *haberes, aut tu collegæ tui ſimilis eſſes, ſuperuacanea eſſet oratio mea*. Denique cùm è Cannenſis cladis reliquiis legati ad Marcellum Conſulem miſſi eſſent, ex his vnus poteſtate dicendi facta, quemadmodum Liuius lib. XXV. ſcribit, *Conſulem*, inquit, *te*, M. MARCELLE, *in Italiam adiuſſemus*. Et mox: *Vniuerſum Senatum mihi intueri videor, cùm te*, M. MARCELLE, *intueor*.

Tribunos pl. verò alloquebantur hoc nomine, TRIBVNI. Liuius lib. III. de P. Valerio Coſ. *Inde in templum ad Tribunos pl. venit. Quid hoc rei eſt, inquit*, TRIBVNI? Et alio eiuſdem libri loco, Quintius Conſul, *Hoc eſt*, TRIBVNI, *auxilium plebi ferre?* Seruilius apud eundem lib. XLV. *Reuocate*, SI VIDETVR, TRIBVNI, *ad ſuffragium tribus*. Et lib. IIII. *Q. Seruilius Priſcus*, VOS, inquit, TRIBVNI PLEBIS, *quoniam ad extrema ventum eſt, Senatus appellat*. Et lib. VIII. *Horum criminum vos reos in omnia ſecula offerte* TRIBVNI PLEBIS. Tribunos vero plebis & populum ſimul alloquens lib. XXXVIII. Scipio, *Hoc die*, ait, TRIBVNI PL. VOSQVE QVIRITES. Eodémque modo qui populum & Senatum ſimul alloquebantur, Quirites cum Patribus Conſcriptis coniungebant: veluti apud Liuium lib. VIII. Torquatus, *Quid ceſſatis*, ait, QVIRITES, VOSQVE PATRES CONSCRIPTI, *arma capere?* Ad Cenſores verò verba faciens Metellus lib. XL. Liuij, orationem ſic inchoat: *Non obliti ſumus* CENSORES, *vos paulò ante* &c. Sextus quoque Tullius verba pro exercitu ad C. Sulpitium Dictatorẽ faciens: *Scilicet* DICTATOR, inquit, *condemnatum ſe vniuerſus exercitus à te ignauiæ ratus, & prope ignominiæ cauſa deſtitutum ſine armis orauit me, vt ſuam cauſam apud te agerem*.

Verùm integrarum ſententiarum in Senatu dictarum largam nobis copiam ſuppeditant Ciceronis in M. Antonium Orationes, ex quibus illuſtria exempla ſubieci, vnde & veterum Senatuſconſultorum multa propria & ſollẽnia verba colligere licet. Etenim Philipp. III. ſententiam ſuam ita concipit: QVAS OB RES QVOD TRIB. PLEB.

PLEB. VERBA FECERVNT: VTI SENATVS KAL. IANVAR. TVTO HABERI SENTENTIÆQVE DE SVMMA REPVB. LIBERE DICI POSSINT, DE EA RE ITA CENSEO: VT C. PANSA, A. HIRTIVS CONSVLES DESIGNATI DENT OPERAM VTI SENATVS KAL. IAN. TVTO HABERI POSSIT: QVODQVE EDICTVM D. BRVTI IMPERATORIS CONSVLIS DESIGNATI OPTIME DE REPVB. MERITI. PROPOSITVM SIT, SENATVM EXISTIMARE D. BRVTVM IMPERATOREM CONSVLEM DESIGNATVM OPTIME DE REPVB. MERERI, CVM SENATVS AVCTORITATEM POPVLIQVE RO. LIBERTATEM IMPERIVMQVE DEFENDAT: QVODQVE PROVINCIAM GALLIAM CITERIOREM OPTIMORVM ET FORTISSIMORVM AMICORVMQVE REIPVBL. CIVIVM, EXERCITVMQVE IN SENATVS POTESTATE RETINEAT, ID EVM EXERCITVMQVE EIVS, MVNICIPIA, COLONIAS PROVINCIÆ GALLIÆ, RECTE ATQVE ORDINE, EXQVE REP. FECISSE, ET FACERE. SENATVM AD SVMMAM REMP. PERTINERE ARBITRARI, A D. BRVTO ET L. PLANCO IMPERATORE CONSVLIBVS DESIGNATIS, ITEMQVE A CETERIS, QVI PROVINCIAS OPTINENT, OPTINERI EX LEGE IVLIA, QVOAD EX S.C. CVIQVE EORVM SVCCCESSVM SIT: EOSQVE DARE OPERAM, VT EÆ PROVINCIÆ EXERCITVSQVE IN SENATVS POPVLIQVE POTESTATE PRÆSIDIOQVE REIPVB. SINT. CVMQVE OPERA, VIRTVTE, CONSILIO C. CÆSARIS, SVMMOQVE CONSENSV MILITVM VETERANORVM, QVI EIVS AVCTORITATEM SECVTI REIP. PRÆSIDIO SVNT ET FVERVNT, A GRAVISSIMIS PERICVLIS POPVLVS RO. DEFENSVS SIT, ET HOC TEMPORE DEFENDATVR: CVMQVE LEGIO MARTIA ALBÆ CONSTITERIT IN MVNICIPIO FIDELISSIMO ET FORTISSIMO: SESEQVE AD SENATVS AVCTORITATEM, POPVLIQVE ROM. LIBERTATEM CONTVLERIT: ET QVOD PARI CONSILIO EADEMQVE VIRTVTE LEGIO QVARTA VSA L. EGNATVLEIO DVCE CIVI EGREGIO SENATVS AVCTORITATEM POPVLIQVE RO. LIBERTATEM DEFENDAT, DEPENDERIT, SENATVI MAGNÆ CVRÆ ESSE AC FORE, VT PRO TANTIS EORVM IN REMP. MERITIS HONORES HIS HABEANTVR, GRATIÆQVE REFERANTVR: SENATVI PLACERE VTI C. PANSA, A. HIRTIVS COSS. DESIGNATI CVM MAGISTRATVM INISSENT, SI EIS VIDERETVR, PRIMO QVOQVE TEMPORE DE HIS REBVS AD HVNC ORDINEM REFERRENT, ITA VTI E REP. FIDEQVE SVA VIDERETVR.

Idẽ Philipp. v. ſentẽtiæ loco hæc dicit: QVIBVS DE CAVSIS EAS LEGES QVAS M. ANTONIVS TVLISSE DICITVR, OMNES CENSEO PER VIM ET CONTRA AVSPICIA LATAS, HISQVE LEGIBVS POPVLVM NON TENERI. SI QVAM LEGEM DE ACTIS CÆSARIS CONFIRMANDIS, DEVE DICTATVRA IN PERPETVVM TOLLENDA, DEVE COLONIS IN AGROS DEDVCENDIS TVLISSE, M. ANTONIVS DICITVR, EASDEM LEGES DE INTEGRO, VT POPVLVM TENEANT, SALVIS AVSPICIIS FERRI PLACET. Et paulò poſt: QVÆ QVANQVAM SI LEGES IRRITAS FECERITIS, RATA ESSE NON POSSINT, TAMEN SEPARATIM SVO NOMINE NOTANDA CENSEO, IVDICANDOSQVE NVLLOS SEPTEMVIROS FVISSE, NIHIL PLACERE RATVM ESSE QVOD AB IIS ACTVM DICERETVR. Ac poſtea: QVAMOBREM P. C. LEGATORVM MENTIONEM NVLLAM CENSEO FACIENDAM, REM ADMINISTRANDAM ARBITROR SINE VLLA MORA, ET CONFESTIM GERENDAM: TVMVLTVM CENSEO DECERNI, IVSTITIVM EDICI, SAGA SVMI DICO OPORTERE, DELECTVM HABERI, SVBLATIS VACATIONIBVS IN VRBE, ET IN ITALIA PRÆTER GALLIAM TOTAM. Deinde adiicit: QVAPROPTER NE MVLTA NOBIS COTIDIE DECERNENDA SINT, CONSVLIBVS TOTAM REMP.

COMMENDANDAM CENSEO, IISQVE PERMITTENDVM, VT REMP. DEFENDANT, PROVIDEANTQVE NE QVID RESPVBL. DETRIMENTI ACCIPIAT: CENSEOQVE VT IIS, QVI IN EXERCITV ANTONII SVNT, NE SIT EA RES FRAVDI, SI ANTE KALENDAS FEB. AB EO DISCESSERINT. Sequitur ibidē. QVAMOBREM HIS VERBIS PATRES CONSCRIPTI SC. FACIENDVM CENSEO: CVM D. BRVTVS IMP. COS. DESIGNATVS PROVINCIAM GALLIAM IN SENATVS POPVLIQVE RO. POTESTATE TENEAT: CVMQVE EXERCITVM TANTVM TAM BREVI TEMPORE SVMMO STVDIO MVNICIPIORVM, COLONIARVMQVE PROVINCIÆ GALLIÆ OPTIME DE REP. MERITÆ MERENTISQVE CONSCRIPSERIT, COMPARARIT: ID EVM RECTE ET ORDINE, EXQVE REP. FECISSE: IDQVE D. BRVTI PRÆSTANTISSIMVM MERITVM IN REMP. SENATVI POPVLOQVE RO. GRATVM ESSE ET FORE. ITAQVE SENATVM POPVLVMQVE RO. EXISTIMARE D. BRVTI IMP. COS. DESIGNATI OPERA, CONSILIO, VIRTVTE, INCREDIBILIQVE STVDIO ET CONSENSV PROVINCIÆ GALLIÆ REIP. DIFFICILLIMO TEMPORE ESSE SVBVENTVM. Et poſtea: ATQVE ETIAM M. LEPIDO PRO EIVS EGREGIIS IN REMP. MERITIS DECERNENDOS HONORES QVAM AMPLISSIMOS CENSEO. Nec multo poſt: QVAM OB CAVSAM IVSTAM ATQVE MAGNAM, ET QVOD PERICVLOSISSIMVM CIVILE BELLVM, MAXIMVMQVE HVMANITATE ET SAPIENTIA SVA M. LEPIDVS AD PACEM CONCORDIAMQVE CONVERTIT, SC. HIS VERBIS CENSEO PERSCRIBENDVM. CVM A M. LEPIDO IMP. PONT. MAX. SÆPENVMERO RESPVB. ET BENE ET FELICITER GESTA SIT, POPVLVSQVE RO. INTELLEXERIT EI DOMINATVM REGIVM MAXIME DISPLICERE. CVMQVE EIVS OPERA, VIRTVTE, CONSILIO, SINGVLARIQVE CLEMENTIA ET MANSVETVDINE BELLVM ACERBISSIMVM CIVILE SIT RESTINCTVM, SEXTVSQVE POMPEIVS GN. F. MAGNVS HVIVS ORDINIS AVCTORITATE AB ARMIS DISCESSERIT, ET A M. LEPIDO IMP. PONT. MAX. SVMMA SENATVS POPVLIQVE RO. VOLVNTATE CIVITATI RESTITVTVS SIT, SENATVM POPVLVMQVE RO. PRO MAXIMIS PLVRIMISQVE IN REMP. M. LEPIDI MERITIS MAGNAM SPEM IN EIVS VIRTVTE, AVCTORITATE, FELICITATE REPONERE, OTII, PACIS, CONCORDIÆ, LIBERTATIS: EIVSQVE IN REMP. MERITORVM SENATVM POPVLVMQVE RO. MEMOREM FORE: EIQVE STATVAM EQVESTREM INAVRATAM IN ROSTRIS, AVT QVO ALIO LOCO IN FORO VELLET, EX HVIVS ORDINIS SENTENTIA STATVI PLACERE.

Idem ibidem: HOC AVTEM TEMPORE ITA CENSEO DECERNENDVM: QVOD C. CÆSAR C. F. PONT. PRO PR. SVMMO REIP. TEMPORE MILITES VETERANOS AD LIBERTATEM POPVLI RO. COHORTATVS SIT, EOSQVE CONSCRIPSERIT: QVODQVE LEGIO MARTIA, QVARTAQVE SVMMO STVDIO OPTIMOQVE IN REMP. CONSENSV, C. CÆSARE DVCE ET AVCTORE, REMP. LIBERTATEM POPVLI RO. DEFENDANT, DEFENDERINT: ET QVOD C. CÆSAR PRO PRÆTORE GALLIÆ PROVINCIÆ CVM EXERCITV SVBSIDIO PROFECTVS SIT: EQVITES, SAGITTARIOS, ELEPHANTOS, IN SVAM POPVLIQVE RO. POTESTATEM REDEGERIT: DIFFICILLIMOQVE REIP. TEMPORE SALVTI DIGNITATIQVE POPVLI RO. SVBVENERIT: OB EAS CAVSAS SENATVI PLACERE C. CÆSAREM C. F. PONT. PRO PR. SENATOREM ESSE, SENTENTIAMQVE LOCO PRÆTORIO DICERE: EIVSQVE RATIONEM, QVEMCVMQVE MAGISTRATVM PETET, ITA HABERI, VT HABERI PER LEGES LICERET, SI ANNO SVPERIORE QVÆSTOR FVISSET. Et mox: NEC VERO DE L. EGNATVLEIO

FORTIS-

FORTISSIMO BT CONSTANTISSIMO CIVI, AMICISSIMOQVE REIP. SILENDVM ARBITROR, SED TRIBVENDVM TESTIMONIVM VIRTVTIS ECRECIÆ, QVOD IS LEGIONEM QVARTAM AD CÆSAREM ADDVXERIT, QVÆ PRÆSIDIO CONSVLIBVS, SENATVI POPVLOQVE REIQVE PVB. ESSET: OB EAM CAVSAM PLACERE, VTI L. EGNATVLEIO TRIENNIVM ANTE LBCITIMVM TEMPVS MACISTRATVS PETERE, CAPERE, CERERE LICEAT. DE EXERCITV AVTEM C. CÆSARIS ITA CENSEO DECERNENDVM. SENATVI PLACERE, MILITIBVS VETERANIS, QVI CÆSARIS PONTIFICIS, PRO·PRÆTORE, HORTATV, LIBERTATEM POPVLI RO. AVCTORITATEMQVE HVIVS ORDINIS DEFENDERINT ATQVE DEPENDANT, HIS, LIBERISQVE EORVM MILITIÆ VACATIONEM BSSE: VTIQVE C. PANSA, A. HIRTIVS COSS. ALTER, AMBOVE COCNOSCERENT, QVI AGER IIS COLONIIS ESSET, QVO MILITES VETERANI DEDVCTI ESSENT, QVI CONTRA LEGEM IVLIAM POSSIDERETVR, VT IS MILITIBVS VETERANIS DIVIDERETVR: DE ACRO CAMPANO SEPARATIM COCNOSCERENT, INIRENTQVE RATIONEM DE COMMODIS MILITVM VETERANORVM AVGENDIS, LEGIONIQVE MARTIÆ, ET LEGIONI QVARTÆ, ET IIS MILITIBVS, QVI DE LECIONE SBCVNDA, TRICESIMAQVINTA AD C. PANSAM, A. HIRTIVM COSS. VENISSENT, SVAQVE NOMINA DEDISSENT. QVOD HIS AVCTORITAS SENATVS POPVLIQVE RO. LIBERTAS CARISSIMA SIT ET PVERIT, VACATIONEM MILITIÆ IPSIS LIBERISQVE EORVM ESSE PLACERE, EXTRA TVMVLTVM CALLICVM ITALIAMQVE: EAS LEGIONES BELLO CONFECTO MISSAS FIERI, PLACERE. QVANTAMQVE PECVNIAM MILITIBVS EARVM LECIONVM IN SINCVLOS C. CÆSAR PONT. PROPR. POLLICITVS SIT, TANTAM DARI PLACERE: VTIQVE C. PANSA, A HIRTIVS COSS. ALTER AMBOVE RATIONEM ACRI HABEANT, QVI SINE INIVRIA PRIVATORVM DIVIDI POSSIT: ISQVE MILITIBVS LECIONIS MARTIÆ ET LECIONIS QVARTÆ ITA DARETVR, ASSIGNARETVR, VT QVIBVS MILITIBVS AMPLISSIME DATI, ASSICNATI ESSENT. DIXI AD EA OMNIA, CONSVLES, *de quibus retuliſtis.*

Idem Philipp. VIII. QVAS OB RES ITA CENSEO, EORVM QVI CVM M. ANTONIO SVNT, QVI AB ARMIS DISCESSERINT, ET AVT AD C. PANSAM, AVT AD HIRTIVM COSS. AVT AD D. PRVTVM IMP. COS. DESICNATVM, AVT AD C. CÆSAREM PROPR. ANTE IDVS MARTIAS PRIMAS ADIERINT, IIS FRAVDI NE SIT, QVOD CVM M. ANTONIO FVERINT. SI QVIS EORVM QVI CVM M. ANTONIO SVNT, FECERIT QVOD HONORE PRÆMIOVE DIGNVM ESSE VIDBATVR, VTI C. PANSA, A. HIRTIVS COSS. ALTER AMBOVE SI EIS VIDEATVR, DE EIVS HONORE PRÆMIOVE, PRIMO QVOQVE DIE AD SENATVM REFERANT. SI QVIS POST HOC S.C. AD ANTONIVM PROFECTVS ESSET PRÆTER L. VARIVM, SENATVM EXISTIMATVRVM EVM CONTRA REMP. FECISSE.

Idem Philipp. IX. QVAS OB RES ITA CENSEO: CVM SER. SVLPICIVS Q. F. LEMONIA RVFVS, DIPPICILLIMO REIP. TEMPORE, CRAVI PERICVLOSOQVE MORBO ADPECTVS, AVCTORITATEM SENATVS SALVTEM REIP. VITÆ SVÆ PRÆPOSVERIT, CONTRAQVE VIM, CRAVITATEMQVE MORBI CONTENDERIT, VT IN CASTRA M. ANTONII QVO SENATVS EVM MISERAT, PERVENIRBT, ISQVE, CVM IAM PROPE CASTRA VENISSET, VI MORBI OPPRESSVS, VITAM AMISERIT MAXIMO REIP. TEMPORE, EIVSQVB MORS CONSENTANEA VITÆ FVERIT SANCTISSIMB HONBSTISSIMEQVB ACTÆ, IN QVA SÆ-

DE MAGNO VSVI REIP. SER. SVLPICIVS ET PRIVATVS ET IN MAGISTRATIBVS FVERIT: CVM TALIS VIR OB REMP. IN LEGATIONE MORTEM OBIERIT, SENATVI PLACERE, SER. SVLPICIO STATVAM PEDESTREM ÆNEAM IN ROSTRIS EX HVIVS ORDINIS SENTENTIA STATVI: CIRCVMQVE EAM STATVAM LOCVM LVDIS, GLADIATORIBVSQVE LIBEROS POSTEROSQVE EIVS QVOQVO VERSVS PEDES QVINQVE HABERE, QVOD IS OB REMP. MORTEM OBIERIT: EAMQVE CAVSAM IN BASI INSCRIBI: VTIQVE C. PANSA, A. HIRTIVS COSS. ALTER AMBOVE, SI EIS VIDEATVR, QVÆSTORIBVS VRBANIS IMPERENT, VT EAM BASIM, STATVAMQVE FACIENDAM, ET IN ROSTRIS STATVENDAM LOCENT: QVANTIQVE LOCAVERINT, TANTAM PECVNIAM REDEMPTORI ATTRIBVENDAM SOLVENDAMQVE CVRENT. CVMQVE ANTEA SENATVS AVCTORITATEM SVAM IN VIRORVM FORTIVM FVNERIBVS. ORNAMENTISQVE OSTENDERIT, PLACERE EVM, QVAM AMPLISSIME SVPREMO SVO DIE EFFERRI: ET CVM SER. SVLP. Q. F. LEMONIA RVFVS ITA DE REP. MERITVS SIT, VT HIS ORNAMENTIS DECORARI DEBEAT, SENATVM CENSERE, ATQVE E REP. EXISTIMARE ÆDILEIS CVRVLEIS EDICTVM, QVOD DE FVNERIBVS HABEANT SER. SVLPICII, Q. F. LEMONIA RVFI FVNERI REMITTERE: VTIQVE LOCVM SEPVLCRO IN CAMPO EXQVILINO C. PANSA CONSVL, SEV QVO IN LOCO VIDEBITVR, PEDES TRIGINTA QVOQVO VERSVS ASSIGNET, QVO SER. SVLPICIVS INFERATVR, QVOD SEPVLCRVM IPSIVS, LIBERORVM, POSTERORVMQVE EIVS ESSET, VTI QVOD OPTIMO IVRE PVBLICE SEPVLCRVM DATVM ESSET.

Idem Philipp.x. circa finem. QVÆ CVM ITA SINT, QVOD C. PANSA COS. VERBA FECIT DE LITERIS, QVÆ A Q. CÆPIONE BRVTO PROCOS. ALLATÆ, ET IN HOC ORDINE RECITATÆ SVNT, DE EA RE ITA CENSEO. CVM Q. CÆPIONIS BRVTI PROCOS. OPERA, CONSILIO, INDVSTRIA, VIRTVTE, DIFFICILLIMO REIP. TEMPORE PROVINCIA MACEDONIA, ILLYRICVM, ET CVNCTA GRÆCIA ET LEGIONES, EXERCITVS, EQVITATVS IN CONSVLVM, SENATVS POPVLIQVE RO. POTESTATE SINT: IDQVE CÆPIONEM BRVTVM PROCOS. BENE, ET E REP. PRO SVA, MAIORVMQVE SVORVM DIGNITATE CONSVETVDINEQVE REIP. BENE GERENDÆ FECISSE: EAMQVE REM SENATVI, POPVLOQVE RO. GRATAM ESSE ET FORE. VTIQVE Q. CÆPIO BRVTVS PROCOS. PROVINCIAM MACEDONIAM, ILLYRICVM, CVNCTAMQVE GRÆCIAM TVEATVR, DEFENDAT, CVSTODIAT, INCOLVMEMQVE CONSERVET: EIQVE EXERCITVI, QVEM IPSE CONSTITVIT, COMPARAVIT, PRÆSIT: PECVNIAMQVE AD REM MILITAREM, SI QVA OPVS SIT, QVÆ PVBLICA SIT, ET EXIGI POSSIT, VTATVR, EXIGAT: PECVNIASQVE, A QVIBVS VIDEATVR, AD REM MILITAREM MVTVAS SVMAT, IMPERET, FRVMENTVMQVE: OPERAMQVE DET, VT CVM SVIS COPIIS QVAM PROXIME ITALIAM SIT: CVMQVE EX LITERIS Q. CÆPIONIS BRVTI PROCOS. INTELLECTVM SIT Q. HORTENSII PROCOS. OPERA ET VIRTVTE VEHEMENTER REMP. ADIVTAM, OMNIAQVE EIVS CONSILIA CVM CONSILIIS Q. CÆPIONIS BRVTI PROCOS. CONIVNCTA FVISSE, EAMQVE REM MAGNO VSVI REIP. FVISSE, Q. HORTENSIVM PROCOS. RECTE ET ORDINE EXQVE REP. FECISSE, SENATVIQVE PLACERE, Q. HORTENSIVM PROCOS. CVM QVÆSTORIBVS, PROVE QVÆSTORIBVS ET LEGATIS SVIS PROVINCIAM MACEDONIAM OBTINERE, QVOAD EI EX S.C. SVCCESSVM SIT.

Idem Philipp.xi. *Sed vt ea veſtra quoque auctoritate firmetur*, CENSEO: CVM P. DOLABELLA

LABELLA, QVIQVE EIVS CRVDELISSIMI ET TETERRIMI FACINORIS, MINISTRI, SOCII, ADIVTORES FVERVNT, HOSTES POPVLI RO. A SENATV IVDICATI SINT: CVMQVE SENATVS P. DOLABELLAM BELLO PERSEQVENDVM CENSVERIT: VT IS QVI OMNIA DEORVM, HOMINVMQVE IVRA NOVO, INAVDITO, INEXPIABILI SCELERE POLLVERIT, NEFARIOQVE PATRIÆ SE PARRICIDIO OBSTRINXERIT, POENAS DIIS HOMINIBVSQVE MERITAS DEBITASQVE PERSOLVAT: SENATVI PLACERE C. CASSIVM PROCOS. PROVINCIAM SYRIAM OBTINERE, VTI QVI EAM OPTIMO IVRE PROVINCIAM OBTINVERIT, EVMQVE A Q. MARCIO CRISPO PROCOS. L. STATIO MVRCO PROCOS. A. ALIENO LEGATO EXERCITVS ACCIPERE, EOSQVE EI TRADERE: CVMQVE HIS COPIIS, ET SI QVAS PRÆTEREA PARAVERIT, BELLO P. DOLABELLAM TERRA MARIQVE PERSEQVI: EIVS BELLI GERENDI CAVSA, QVIBVS EI VIDEATVR, NAVEIS, NAVTAS, PECVNIAM, CETERAQVE OMNIA, QVÆ AD ID BELLVM GERENDVM PERTINEANT, VT IMPERANDI IN SYRIA, ASIA, BITHINIA, PONTO IVS POTESTATEMQVE HABEAT: VTQVE QVAMCVMQVE IN PROVINCIAM EIVS BELLI GERENDI CAVSA ADVENERIT, IBI MAIVS IMPERIVM C. CASSII PROCOS. SIT, QVAM EIVS ERIT, QVI EAM PROVINCIAM TVM OBTINEBIT, CVM C. CASSIVS PROCOS. IN EAM PROVINCIAM VENERIT: REGEM DEIOTARVM PATREM ET REGEM DEIOTARVM FILIVM, SI, VT MVLTIS BELLIS SÆPENVMERO IMPERIVM POPVLI RO. IVVERINT, ITEM C. CASSIVM PROCOS. COPIIS SVIS, OPIBVSQVE IVVISSENT, SENATVI POPVLOQVE RO. GRATVM ESSE FACTVROS: ITEMQVE SI CETERI REGES TETRARCHÆ, DYNASTÆQVE FECISSENT. S. P. Q. R. EORVM OFFICII NON IMMEMOREM FVTVRVM: VTIQVE C. PANSA, A. HIRTIVS COSS. ALTER AMBOVE, SI EIS VIDERETVR, REP. RECVPERATA, DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS, PRÆTORIIS, AD HVNC ORDINEM, PRIMO QVOQVE TEMPORE REFERANT: INTEREA PROVINCIÆ AB IIS QVIBVS OBTINENTVR, OBTINEANTVR, QVOAD CVIQVE EX S.C. SVCCESSVM SIT.

Idem Philipp. XIII. circa finem: QVÆ CVM ITA SINT, DE MANDATIS LITERISQVE M. LEPIDI VIRI CLARISSIMI, SERVILIO ASSENTIOR: ET HOC AMPLIVS CENSEO, MAGNVM POMPEIVM CN. F. PRO PATRIS, MAIORVMQVE SVORVM ANIMO, STVDIOQVE IN REMP. SVAQVE PRISTINA VIRTVTE, INDVSTRIA, VOLVNTATE FECISSE, QVOD SVAM EORVMQVE, QVOS SECVM HABERET, OPERAM SENATVI POPVLOQVE RO. POLLICITVS ESSET: EAMQVE REM SENATVI POPVLOQVE RO. GRATAM ACCEPTAMQVE ESSE: EIQVE HONORI, DIGNITATIQVE EAM REM FORE. HOC VEL CONIVNGI CVM HOC S.C. LICET, VEL SEIVNGI POTEST, SEPARATIMQVE PERSCRIBI, VT PROPRIO S. C. POMPEIVS COLLAVDATVS ESSE VIDEATVR.

Idem Philipp. XIIII. DECERNO IGITVR EORVM TRIVM NOMINE LI DIERVM SVPPLICATIONES, QVAS VT HONORIFICENTISSIMIS VERBIS CONSEQVI POTERO, COMPLECTAR IPSA SENTENTIA: EST AVTEM FIDEI PIETATISQVE NOSTRÆ DECLARARE FORTISSIMIS MILITIBVS QVAM MEMORES SIMVS QVAMQVE GRATI. QVAMOBREM PROMISSA NOSTRA, ATQVE EA, QVÆ LEGIONIBVS BELLO CONFECTO TRIBVTVROS NOS SPOPONDIMVS, HODIERNO S.C. RENOVANDA CENSEO. Et ibidem: ATQVE ETIAM CENSEO P. C. QVÆ PRÆMIA MILITIBVS PROMISIMVS NOS REPVB. RECV-

PERATA TRIBVTVROS, EA VIVIS VICTORIBVSQVE CVMVLATE CVM TEMPVS VENERIT, PERSOLVENDA: QVI AVTEM EX IIS, QVIBVS ILLA PROMISSA SVNT, PRO PATRIA OCCIDERVNT, EORVM PARENTIBVS, LIBERIS, CONIVGIBVS, FRATRIBVS, EADEM TRIBVENDA CENSEO. SED VT ALIQVANDO SENTENTIA COMPLECTAR, ITA CENSEO. CVM C. PANSA COS. IMPERII INITIVM CVM HOSTIBVS CONFLIGENDI FECERIT, QVO PRÆLIO LEGIO MARTIA ADMIRABILI INCREDIBILIQVE VIRTVTE LIBERTATEM POPVLI RO. DEFENDERIT, QVOD IDEM LEGIONES TIRONVM FECERINT: IPSEQVE C. PANSA COS. IMP. CVM INTER MEDIA HOSTIVM TELA VERSARETVR, VVLNERA ACCEPERIT. CVMQVE A. HIRTIVS COS. IMP. PRÆLIO AVDITO ET COGNITO, FORTISSIMO, PRÆSTANTISSIMOQVE ANIMO EXERCITVM CASTRIS EDVXERIT, IMPETVMQVE IN M. ANTONIVM, EXERCITVMQVE HOSTIVM FECERIT, EIVSQVE COPIAS OCCIDIONE OCCIDERIT, SVO EXERCITV ITA INCOLVMI, VT NE VNVM QVIDEM MILITEM DESIDERAVERIT:

CVMQVE C. CÆSAR PROPR. IMP. CONSILIO DILIGENTIAQVE SVA CASTRA FELICITER DEFENDERIT, COPIASQVE HOSTIVM, QVÆ AD CASTRA ACCESSERANT, PROFLIGARIT, OCCIDERIT: OB EAS RES SENATVM EXISTIMARE, ET IVDICARE, EORVM TRIVM IMPERATORVM VIRTVTE, IMPERIO, CONSILIO, GRAVITATE, CONSTANTIA, MAGNITVDINE ANIMI, FELICITATE, POPVLVM RO. FOEDISSIMA CRVDELISSIMAQVE SERVITVTE LIBERATVM. CVMQVE REMP. VRBEM TEMPLA DEORVM IMMORTALIVM, BONA, FORTVNASQVE OMNIVM, LIBEROSQVE CONSERVARINT DIMICATIONE ET PERICVLO VITÆ SVÆ: VTI OB EAS RES BENE, FORTITER, FELICITERQVE GESTAS, C. PANSA, A. HIRTIVS COSS. IMPERATORES, ALTER AMBOVE, AVT SI ABERINT, M. CORNVTVS PRÆT. VRBANVS SVPPLICATIONES PER DIES L. AD OMNIA PVLVINARIA CONSTITVAT. CVMQVE VIRTVS LEGIONVM DIGNA CLARISSIMIS IMPERATORIBVS EXSTITERIT: SENATVM, QVÆ SIT ANTEA POLLICITVS LEGIONIBVS, EXERCITIBVSQVE NOSTRIS, EA SVMMO STVDIO REP. RECVPERATA PERSOLVTVRVM. CVMQVE LEGIO MARTIA PRINCEPS CVM HOSTIBVS CONFLIXERIT, ATQVE ITA CVM MAIORE HOSTIVM NVMERO CONTENDERIT, VT PLVRIMOS CÆDERENT, CAPERENT NONNVLLOS: CVMQVE SINE VLLA RETRACTATIONE PRO PATRIA VITAM PROFVDERINT, CVMQVE SIMILI VIRTVTE RELIQVARVM LEGIONVM MILITES PRO SALVTE ET LIBERTATE POPVLI RO. MORTEM OPPETIVERINT: SENATVI PLACERE, VT C. PANSA, A. HIRTIVS COSS. IMPER. ALTER AMBOVE, SI IIS VIDEATVR, IIS QVI SANGVINEM PRO VITA, LIBERTATE, FORTVNISQVE POPVLI RO. PRO VRBE, TEMPLISQVE DEORVM IMMORTALIVM PROFVDISSENT, MONVMENTVM QVAM AMPLISSIMVM LOCANDVM, FACIENDVM CVRENT, QVÆSTORESQVE VRBANOS AD EAM REM PECVNIAM DARE, ATTRIBVERE, SOLVERE, IVBEANT, VT EXTET AD MEMORIAM POSTERITATIS SEMPITERNAM, AD SCELVS CRVDELISSIMORVM HOSTIVM, MILITVMQVE DIVINAM VIRTVTEM: VTQVE QVÆ PRÆMIA SENATVS MILITIBVS ANTE CONSTITVIT, EA SOLVANTVR, EORVM QVI HOC BELLO PRO PATRIA OCCIDERVNT, PARENTIBVS, LIBERIS, CONIVGIBVS, FRATRIBVS: IISQVE TRIBVANTVR, QVÆ MILITIBVS IPSIS TRIBVI OPORTERET, SI ILLI VIXISSENT, QVI MORTE

VICE-

VICERVNT. Directas etiam duas in Senatu à Cæſare & Catone dictas ſententias Saluſtius in bello Catilinar refert, quæ prolixiores ſunt, quàm vt hic adſcribi debeant: Earum itaque poſtremas dumtaxat clauſulas ſubieci. Cæſar quidem hunc dicendi finem facit: PLACET IGITVR EOS DIMITTI ET AVGERI EXERCITVM CATILINÆ? MINIME: SED ITA CENSEO, PVBLICANDAS EORVM PECVNIAS, IPSOS IN VINCVLIS HABENDOS PER MVNICIPIA, QVÆ MAXVME OPIBVS VALENT: NEV QVIS DE HIS POSTEA AD SENATVM REFERAT, NEVE CVM POPVLO AGAT: QVI ALITER FECERIT, SENATVM EXISTIMARE EVM CONTRA REMP. ET SALVTEM OMNIVM FACTVRVM. Quam ſententiam Plutarchus in Cæſare ita expreſſit, Ὡς ἀποκτεῖναι μὲν ἀκρίτους ἄνδρας ἀξιώματι καὶ γένει λαμπροὺς, οὐ δοκεῖ πάτριον, οὐδὲ δίκαιον εἶναι μὴ μετὰ τῆς ἐσχάτης ἀνάγκης. Εἰ δὲ φρουροῖντο δεθέντες ἐν πόλεσι τῆς Ἰταλίας, ἃς ἂν αὐτὸς ἕληται Κικέρων, μέχρις οὗ καταπολεμηθῇ Κατιλίνας, ὕστερον ἐν εἰρήνῃ καὶ καθ' ἡσυχίαν περὶ ἑκάστου τῇ βουλῇ γνῶναι παρέξει. Dio verò lib. XXXVII. Ὁ γὰρ Καῖσαρ, πάντων τῶν πρὸ αὐτοῦ ψηφισαμένων ἀποθανεῖν σφᾶς, γνώμην ἔδωκε, ΔΗΣΑΙ ΤΕ ΑΥΤΟΥΣ, ΚΑΙ ΕΣ ΠΟΛΕΙΣ ἄλλους ἄλλῃ καταθέσθαι, τὴν οὐσίαν ἐστερημένους, ἐπὶ τῷ μήτε περὶ ἀδείας ἔτι αὐτῶν χρηματισθῆναί ποτε· κἂν διαδράσῃ τις, ΕΝ ΠΟΛΕΜΙΩΝ ΜΟΙΡΑ τὴν πόλιν ἐξ ἧς ἂν φύγοι εἶναι. Suetonius in Iul. cap. XIIII. *Prætor, ait, creatus, detecta coniuratione Catilinæ, Senatúque vniuerſo in ſocios facinoris vltimam ſtatuente pœnam, ſolus municipatim diuidendos, cuſtodiendóſque publicatis bonis cenſuit.* Catonis verò de iiſdem coniuratis ſententiæ ex venia apud Salluſtium verba ſunt hæc. QVARE ITA EGO CENSEO, CVM NEFARIO CONSILIO SCELERATORVM CIVIVM RESPVB. IN MAXVMA PERICVLA VENERIT, HIQVE INDICIO T. VOLTVRII, ET LEGATORVM ALLOBROGVM CONVICTI, CONFESSIQVE SINT, CÆDEM, INCENDIA, ALIAQVE FOEDA ATQVE CRVDELIA FACINORA IN CIVES PATRIAMQVE PARAVISSE, DE CONFESSIS, SICVTI DE MANIFESTIS RERVM CAPITALIVM, MORE MAIORVM SVPPLICIVM SVMENDVM. Liuius lib. XXVI. M. Attilium Regulum ſententiam interrogatum de Campanis, ita loquutum tradit. IN CONSILIO ARBITROR, ME FVISSE CONSVLIBVS CAPVA CAPTA, CVM QVÆRERETVR, ECQVIS CAMPANORVM DE REPVB. NOSTRA BENE MERITVS ESSET, DVAS MVLIERES COMPERTVM EST, VESTIAM OPPIAM ATTELANAM CAPVÆ HABITANTEM, ET FAVCVLAM CLVVIAM, QVÆ QVONDAM QVÆSTVM CORPORE FECISSET: ILLAM QVOTIDIE SACRIFICASSE PRO SALVTE ET VICTORIA POPVLI RO. HANC CAPTIVIS EGENTIBVS ALIMENTA CLAM SVPPEDITASSE: CETERORVM OMNIVM CAMPANORVM EVNDEM ERGA NOS ANIMVM, QVEM CARTHAGINIENSIVM FVISSE, SECVRIQVE PERCVSSOS A Q. FVLVIO FVISSE, MAGIS QVORVM DIGNITAS INTER ALIOS, QVAM QVORVM CVLPA EMINEBAT. PER SENATVM AGI DE CAMPANIS, QVI CIVES RO. SVNT, INIVSSV POPVLI NON VIDEO POSSE. IDQVE ET APVD MAIORES NOSTROS IN SVTRIANIS FACTVM EST, CVM DEFECISSENT, VT M. ANTISTIVS TRIBVNVSPLEBIS PRIVS ROGATIONEM FERRET, SCIRETQVE PLEBS, VTI SENATVI DE SVTRIANIS SENTENTIÆ DICENDÆ IVS ESSET. ITAQVE CENSEO CVM TRIBVNIS PLEBIS AGENDVM ESSE, VT EORVM VNVS, PLVRESVE ROGATIONEM FERANT AD PLEBEM, QVA NOBIS STATVENDI DE CAMPANIS IVS FIAT. Tenere etiam me non poſſum quin hic quoque apponam eam cuius iam ante bonam partem adduxi, Cornelij Maluginenſis ſententiam, quæ à Liuio lib. III. obliquis verbis ita concipitur. SIBI PLACERE DE EO, QVOD VALERIVS, HORATIVSQVE ANTE IDVS MAIAS DECEMVIROS ABISSE MAGISTRATV INSIMVLENT, BELLIS QVÆ IMMINEBANT PERFECTIS, REPVB. IN TRANQVIL-

ſ

LVM REDACTA, SENATV DISCEPTANTE AGI: ET IAM NVNC ITA SEPARARE APP. CLAVDIVM, VT COMITIORVM, QVÆ DECEMVIRIS CREANDIS DECEMVIR IPSE HABVERIT, SCIAT SIBI RATIONEM REDDENDAM ESSE, VTRVM IN VNVM ANNVM CREATI SINT, AN DONEC LEGES, QVÆ DEESSENT, PERFERRENTVR. IN PRÆSENTIA, OMNIA PRÆTER BELLVM OMITTI PLACERE. CVIVS SI FALSO FAMAM VVLGATAM, VARIAQVE NON NVNTIOS SOLVM, SED TVSCVLANORVM ETIAM LEGATOS ATTVLISSE PVTENT, SPECVLATORES MITTENDOS CENSERE, QVI CERTIVS EXPLORATA REFERANT. SIN FIDES ET NVNTIIS ET LEGATIS HABEATVR, DELECTVM PRIMO QVOQVE TEMPORE HABERI: DECEMVIROS QVO CVIQVE EORVM VIDEATVR, EXERCITVS DVCERE: NEC REM ALIAM PRÆVERTI. Ea verò, illa ipſa ſententia eſt quã ex L. Cornelij ore miſſã memorat Dionyſ. Halicarnaſ. lib. xi. Idẽ Liuius lib. x. Appium Claudium Prætorem hæc de bello Hetruſco, abſente Fabio Conſule, cenſuiſſe ſcribit: NON SVFFECTVRVM DVCEM VNVM, NEC EXERCITVM VNVM ADVERSVS QVATVOR POPVLOS. PERICVLOSVM ESSE, SIVE IVNCTI VNVM PREMANT, SIVE ID DIVERSI GERANT BELLVM, NE AD OMNIA SIMVL OBIRE VNVS NON POSSIT. DVAS SE IBI LEGIONES ROMANAS RELIQVISSE, ET MINVS QVINQVE MILLIA PEDITVM, EQVITVMQVE CVM FABIO VENISSE: SIBI PLACERE P. DECIVM CONSVLEM PRIMO QVOQVE TEMPORE IN HETRVRIAM AD COLLEGAM PROPICISCI: L. VOLVMNIO SAMNIVM PROVINCIAM DARI. SI CONSVL MALIT IN SVAM PROVINCIAM IRE, VOLVMNIVM IN HETRVRIAM AD CONSVLEM CVM EXERCITV IVSTO CONSVLARI PROFICISCI. Publium verò Decium cenſuiſſe, VT OMNIA INTEGRA AC LIBERA Q. FABIO SERVARENTVR: DONEC VEL IPSE, SI PER COMMODVM REIP. POSSET, ROMAM VENISSET, VEL ALIQVEM EX LEGATIS MISISSET, A QVO DISCERET SENATVS, QVANTVM IN HETRVRIA BELLI ESSET, QVANTISQVE ADMINISTRANDVM COPIIS, ET QVOT PER DVCES ESSET. Præterea ex eiuſdem lib. xxix. elegantes obliquarum duarum ſententiarum in Senatu à Q. Fabio, & Metello dictarum, Formulas deſcripſi. Nam cùm legati Locrenſium in Senatum introducti de Q. Pleminij, qui Pub. Scipionis legatus erat, iniuriis querentes auditi eſſent, iuſſis illis curia excedere, Q. Fabium ſententiæ loco hæc dixiſſe refert: PLEMINIVM LEGATVM VINCTVM ROMAM DEPORTARI PLACERE, ET EX VINCVLIS CAVSAM DICERE: AC SI VERA FORENT QVÆ LOCRENSES QVERERENTVR, IN CARCERE NECARI, BONAQVE EIVS PVBLICARI. P. SCIPIONEM, QVOD DE PROVINCIA DECESSERIT INIVSSV SENATVS, REVOCARI: AGIQVE CVM TRIBVNIS PLEBIS, VT DE IMPERIO EIVS ABROGANDO FERRENT AD POPVLVM. LOCRENSIBVS CORAM SENATVM RESPONDERE, QVAS INIVRIAS SIBI FACTAS QVERERENTVR, NEQVE SENATVM NEQVE POPVLVM ROMANVM FACTAS VELLE: VIROS BONOS SOCIOSQVE ET AMICOS EOS APPELLARI: LIBEROS, CONIVGES, QVÆQVE ALIA EREPTA ESSENT, RESTITVI. PECVNIAM QVANTA EX THESAVRIS PROSERPINÆ SVBLATA ESSET, CONQVIRI, DVPLAMQVE PECVNIAM IN THESAVRIS REPONI, ET SACRVM PIACVLARE FIERI: ITA VT PRIVS AD COLLEGIVM PONTIFICVM REFERRETVR, QVOD SACRI THESAVRI MOTI, APERTI, VIOLATIQVE ESSENT, QVÆ PIACVLA, QVIBVS DIIS, QVIBVS HOSTIIS FIERI PLACERET: MILITES, QVI LOCRIS ESSENT, OMNES IN SICILIAM TRANSPORTARI. QVATVOR COHORTES SOCIORVM LATINI NOMINIS IN PRÆSIDIVM LOCROS ADDVCI. Viciſſe tamen

men Q. metelli ſententiam ibidem ſcribit, qui de ceteris Fabio Maximo aſſenſus, de Scipionis cauſſa diſſenſit, & poſt cauſas redditas cur contrà ſentiret, dixit, SIBI PLACERE M. POMPONIVM PRÆTOREM, CVI SICILIA PROVINCIA SORTE EVENISSET, TRIDVO PROXIMO IN PROVINCIAM PROFICISCI: CONSVLES DECEM LEGATOS, QVOS IIS VIDERETVR EX SENATV LEGERE, QVOS CVM PRÆTORE MITTERENT, ET DVOS TRIBVNOS PLEBIS, ATQVE ÆDILEM. CVM EO CONSILIO PRÆTOREM COGNOSCERE, SI EA QVÆ LOCRENSES PACTA QVERERENTVR, IVSSV AVT VOLVNTATE P. SCIPIONIS FACTA ESSENT, VT EVM DE PROVINCIA DECEDERE IVBERENT: SI P. SCIPIO IAM IN AFRICAM TRAIECISSET, TRIBVNI PLEBIS ATQVE ÆDILIS, CVM DVOBVS LEGATIS, QVOS MAXIME PRÆTOR IDONEOS CENSVISSET, IN AFRICAM PROFICISCERENTVR: TRIBVNI ATQVE ÆDILIS, QVI REDVCERENT INDE SCIPIONEM: LEGATI, QVI EXERCITVI PRÆESSENT, DONEC NOVVS IMPERATOR AD EVM EXERCITVM VENISSET. SIN M. POMPONIVS ET LEGATI DECEM COMPERISSENT, NEQVE IVSSV NEQVE VOLVNTATE P. SCIPIONIS EA PACTA ESSE, VT IN EXERCITV SCIPIO MANERET, BELLVMQVE VT PROPOSVISSET, GERERET. Ponitur & lib. XVIII. Liuij, eiuſdem Q. Fabij in Senatu dicta ſententia, quam propter prolixitatem, & quod concioni ſit quàm Senatoriæ ſententiæ ſimilior, nec vlla ſollemnia vel obſeruatione digna verba contineat, transſcribendã non cenſui. Illas cõtrà ſententias, quas de pace à Carthaginienſibus petita dictas idem auctor lib. XXX. memorat, ſilentio prætermittere, fas non eſſet. Nã cum abſentibus Coss. Prætore vrbano Senatũ habente, legati Carthaginienſium ab Senatu petiiſſent, vti in ea pace quæ poſtremo cum Conſule Luctatio facta eſſet, manere liceret, illis è curia ſubmotis, inter ceteros M. Liuium de ea re ſententiam rogatum, cenſuiſſe ait, CN. SERVILIVM COS. QVI PROPIOR ESSET ACCERSENDVM, VT CORAM EO DE PACE AGERETVR. CVM DE RE MAIORE, QVAM QVANTA ESSET, CONSVLTATIO INCIDERE NON POSSET, NON VIDERI SIBI ABSENTE CONSVLVM ALTERO, AMBOBVSVE, EAM REM AGI, SATIS EX DIGNITATE POPVLI RO. ESSE. Quintum verò Metellum, qui triennio antè Conſul, Dictatórque fuerat, ita cenſuiſſe: CVM P. SCIPIO CÆDENDO EXERCITVS, AGROS POPVLANDO, IN EAM NECESSITATEM COMPVLISSET HOSTES, VT SVPPLICES PACEM PETERENT: ET NEMO OMNIVM VERIVS EXISTIMARE POSSET, QVA MENTE EA PAX PETERETVR, QVAM IS QVI ANTE PORTAS CARTHAGINIS BELLVM GERERET: NVLLIVS ALTERIVS CONSILIO, QVAM SCIPIONIS ACCIPIENDAM, ABNVENDAMQVE PACEM ESSE: At M. Valerius Læuinus, qui bis Conſul fuerat, SPECVLATORES, DIXIT, NON LEGATOS VENISSE: IVBENDOSQVE EOS ITALIA EXCEDERE, ET CVSTODES CVM IIS VSQVE AD NAVES MITTENDOS: SCIPIONIQVE SCRIBENDVM, NE BELLVM REMITTERET. Lælius, Fuluiúſque adiecerunt: ET SCIPIONEM IN EO POSITAM HABVISSE SPEM PACIS, SI ANNIBAL ET MAGO EX ITALIA NON REVOCARENTVR: CETERVM OMNIA SIMVLATVROS CARTHAGINIENSES, DVCES EOS, EXERCITVSQVE EXPECTANTES: DEINDE QVAMVIS RECENTIVM FOEDERVM, ET DEORVM OMNIVM OBLITOS, BELLVM GESTVROS. Eò magis in Læuini ſententiam diſceſſum, atque pace infecta, ac prope ſine reſponſo dimiſſi. Aliam etiam Q. Fabij Max. ſententiam tacitus præterire non poſſum, quæ ab eodem Liuio lib. XXIII. refertur. Nam cùm de Senatu legendo & ſupplendo ageretur, & Sp. Caruilius ob paucitatem ciuium, ex quibus in patres legerẽtur, pro magna re ſe ſuadere dixiſſet, vt ex populis Latinorum binis Senatoribus ciuitas daretur: Q. Fabius

Maximus cenſuit: NVMQVAM REI VLLIVS ALIENIORE TEMPORE MENTIONEM IN SENATV FACTAM, QVAM INTER TAM SVSPENSOS SOCIORVM ANIMOS, INCERTAMQVE FIDEM, ID TACTVM, QVOD INSVPER SOLICITARET EOS. EAM VNIVS HOMINIS TEMERARIAM VOCEM SILENTIO OMNIVM EXTINGVENDAM ESSE. ET SI QVID VNQVAM ARCANI SANCTIVE AD SILENDVM IN CVRIA FVERIT, ID OMNIVM MAXIME TEGENDVM, OCCVLENDVM, OBLIVISCENDVM, PRO NON DICTO HABENDVM ESSE. *Ita eius rei oppreſſa mentio eſt*. Seneca in ἀποκολοκυντώσει tres ponit ſententias in concilio Deorum dictas, quas ille ad earum quæ in Senatu dicebantur, ſimilitudinem effingit. Vna eſt Iani, qui ita perorat. ITAQVE, NE VIDEAR IN PERSONAM NON IN REM SENTENTIAM DICERE, CENSEO, NE QVIS POST HVNC DIEM DEVS FIAT, EX HIS QVI ΑΡΟΥΡΗΣ ΚΑΡΠΟΝ ΕΔΟΥΣΙΝ, AVT EX HIS, QVOS ALIT ΖΕΙΔΩΡΟΣ ΑΡΟΥΡΑ. QVI CONTRA HOC S. C. DEVS FACTVS, DICTVS, PICTVSVE ERIT, EVM DEDI LARVIS, ET PROXIMO MVNERE INTER NOVOS AVCTORATOS, FERVLIS VAPVLARE PLACET. Altera eſt Herculis, quem in hæc verba cenſentem facit: CVM D. CLAVDIVS DIVVM AVGVSTVM SANGVINE CONTINGAT, NEC MINVS DIVAM AVGVSTAM AVIAM SVAM, QVAM IPSE DEAM ESSE IVSSIT, LONGEQVE OMNES MORTALES SAPIENTIA ANTECELLAT, SITQVE E REPVB. ESSE ALIQVEM, QVI CVM ROMVLO POSSIT FERVENTIA RAPA VORARE, CENSEO, VT D. CLAVDIVS EX HAC DIE DEVS FIAT, ITA VTI ANTE EVM QVIS OPTIMO IVRE FACTVS SIT: EAMQVE REM AD ΜΕΤΑΜΟΡΦΩΣΕΙΣ OVIDII ADIICIENDAM. Poſtrema eſt Auguſti, cuius ſolam concluſionem adſcribam, propterea quod reliqua nihil ad Formulas. Sic igitur finiſſe ſententiam dicitur: EGO PRO SENTENTIA MEA HOC CENSEO: *atque ita ex tabella recitauit*. QVANDOQVIDEM DIVVS CLAVDIVS OCCIDIT CONSOCERVM SVVM, APPIVM SYLLANVM, GENEROS DVOS, POMPEIVM MAGNVM ANTONIÆ EX PETINA, L. SYLLANVM OCTAVIÆ EX MESSALINA, SOCERVM FILIÆ SVÆ CRASSVM FRVGI, HOMINEM TAM SIMILEM SIBI, QVAM OVO OVVM, SCRIBONIAM SOCRVM FILIÆ SVÆ, MESSALINAM VXOREM SVAM, ET CETEROS QVORVM NVMERVS INVENIRI NON POTVIT: PLACET MIHI IN EVM SEVERE ANIMADVERTI, NEC ILLI RERVM IVDICANDARVM VACATIONEM DARI, EVMQVE QVAMPRIMVM EXPORTARI, ET CÆLO INTRA DIES XXX. EXCEDERE, OLYMPO INTRA DIEM TERTIVM. Extant verò ſententiæ integræ Senatorum apud Iulium Capitolinum in Maximinis, & apud Vopiſcum in Aureliano, & in Tacito, & in Probo, ad quos, digitum ad fontes intendiſſe contentus, lectorem reiicio. At ſententiarum quæ in vetuſtioribus auctoribus inueniuntur, particulas quaſdam perſequar. Cic. Philipp. XI. Q. Fufij Caleni ſententiam referens: DIXIT, ait, HOSTEM DOLABELLAM: BONA CENSVIT PVBLICE POSSIDENDA: SI QVIS EORVM QVI POST SE ROGATI ESSENT, GRAVIOREM SENTENTIAM DIXISSET, IN EAM SE ITVRVM. Idē Epiſt. II. lib. IIII. ad Attic. *Cùm ſententiæ grauiſſimæ dicerentur*, SENATVI PLACERE, MIHI DOMVM RESTITVI, PORTICVM CATVLI LOCARI, AVCTORITATEM ORDINIS AB OMNIBVS MAGISTRATIBVS DEFENDI: SI QVÆ VIS ESSET FACTA, SENATVM EXISTIMATVRVM EIVS OPERA FACTVM ESSE, QVI SENATVSCONSVLTO INTERCESSISSET. Plinius Epiſt. XI. lib. II. de Marij & Martiani, qui repetundarum poſtulati fuerant, iudicio, *Cornutus*, ait, *Tertullus Conſul deſignatus cenſuit*, SEPTINGENTA MILLIA QVÆ ACCEPERAT MARIVS, ÆRARIO INFERENDA, MARIO VRBE ITALIAQVE INTERDICENDVM, MARTIANO HOC AMPLIVS AFRICA.

In fine

In fine ſententiæ adiecit, QVOD EGO ET TACITVS INIVNCTA ADVOCATIONE DILIGENTER FORTITERQVE FVNCTI ESSEMVS, ARBITRARI SENATVM, ITA NOS FECISSE, VT DIGNVM MANDATIS PARTIBVS FVERIT. *Aſſenſerunt Conſules deſignati, omnes etiam Conſulares vſque ad Pompeium collegam: Ille & SEPTINGENTA MILLIA, QVÆ ACCEPERAT MARIVS ÆRARIO INFERENDA, ET MARTIANVM IN QVINQVENNIVM RELEGANDVM, MARIVM REPETVNDARVM POENÆ, QVAM IAM PASSVS ESSET, CENSVIT RELINQVENDVM.* Idem Epiſt. XIIII. lib. V. de Nominati iudicio: *Abſolutus eſt ſententia deſignati Conſulis Afranij Dextri, cuius hæc ſumma*, MELIVS QVIDEM NOMINATVM ESSE FACTVRVM, SI CAVSAM VEICETINORVM EODEM ANIMO, QVO SVSCEPERAT, PERTVLISSET: QVIA TAMEN IN HOC GENVS CVLPÆ NON FRAVDE INCIDISSET, NIHILQVE DIGNVM ANIMADVERSIONE ADMISISSE CONVINCERETVR, LIBERANDVM, ITA VT VEICETINIS, QVOD ACCEPERAT, REDDERET. *Aſſenſerunt omnes præter Flauium Aprum: Is* INTERDICENDVM EI ADVOCATIONIBVS IN QVINQVENNIVM CENSVIT: *& quamuis neminem auctoritate traxiſſet, conſtanter in ſententia manſit: quinetiam Dextrum, qui primus diuerſum cenſuerat prolata lege de Senatu habendo, iurare coegit* E REPVB. ESSE, QVOD CENSVISSET, *cui quamquam legitimæ poſtulationi à quibuſdam reclamatum eſt, exprobrare enim cenſenti ambitionem videbatur. Sed priuſquam ſententiæ dicerentur, Nigrinus Tribunuſpleb. recitauit libellum diſertum & grauem, quo queſtus eſt venire aduocationes, venire etiam præuaricationes: in lites coiri, & gloriæ loco poni, ex ſpoliis ciuium magnos & ſtatos reditus: Recitauit capita legum, admonuit Senatuſconſulta: in fine dixit*, PETENDVM AB OPTIMO PRINCIPE, VT QVIA LEGES, QVIA SENATVSCONSVLTA CONTEMNERENTVR, IPSE TANTIS VITIIS MEDERETVR.

Extant & aliquot clauſulæ ſententiarum in Senatu dictarum apud Ciceronem pro Sextio, Dionyſium Halicarnaſſ. lib. XI. Cornel. Tacit. lib. I. III. XIIII. & XV. & Lampridiũ in Commodo.

Enimuerò qui alterius ſententiam ſequebantur, idémque cum eo cenſebant, vnico verbo, ASSENTIRI ſe illi dicebant. Cicero Epiſt. III. lib. VII. CN. POMPEIO ASSENTIOR. Et Epiſt. VII. eiuſdem lib. ASSENTIOR CN. POMPEIO. Idem Philipp. VII. ad Conſulem, QVIBVS DE REBVS REFERS, P. SERVILIO ASSENTIOR. Et Philipp. XI. NON ASSENTIOR SOLVM, *ſed & etiam gratias ago Q. Fuſio*. Et hoc erat, VERBO ASSENTIRI. Erat namque alia muti aſſenſus ſpecies, cùm pedibus in ſententiam ibatur. Salluſtius in bello Catilin. *Poſtquam Cæſar dicendi finem fecit, ceteri* VERBO, *alius alij*, *variè* ASSENTIEBANTVR. Liuius lib. III. Multíque ex Conſularibus VERBO ASSENSI ſunt. Idem lib. XXVII. de M. Liuio: *L. Veturius, & Licinius Cenſores eum tondere & ſquallorem deponere, & in Senatum venire, fungíque aliis publicis muneribus coegerunt, ſed tum quoque aut* VERBO ASSENTIEBATVR, *aut* PEDIBVS IN SENTENTIAM IBAT, *donec cognati hominis eum cauſa M. Liuij Macati, cùm de fama eius ageretur, ſtantem coegit in Senatu ſententiã dicere.* Vopiſcus in Aureliano: *Deinde aliis manum porrigentibus, aliis* PEDIBVS IN SENTENTIAM EVNTIBVS, *pleriſque* VERBO CONSENTIENTIBVS, *conditum eſt S. C.* Et vt hoc quoque ex abundanti adiungam, quemadmodum ſententiam dicturi conſurgebant, (ſtantes enim ſententiam dixiſſe conſtat) ita qui aſſentiebantur ſedentes, ſe idem cenſere, declarabant. Hanc ego coniecturam capio ex his Ciceronis ad Metellum lib. V. Famil. verbis: *Nulla eſt à me vnquam ſententia dicta in fratrem tuum: quotieſcunque eſt actum*, SEDENS ASSENSI *iis qui mihi ſemper leniſſimè ſentire viſi ſunt.*

Qui verò non omnino aſſentiebatur ſententiis iam antè dictis, ſed aliquid præterea addendum cenſebat, dicere ſolebat, HOC AMPLIVS CENSEO. Seneca lib. ſingulari de vita beata ad Gallionem. *Fortaſſe & poſt omnes citatus nihil improbabo ex his quæ priores decreuerunt, & dicam*, HOC AMPLIVS CENSEO. Cicero Philipp. XIII.

circa finem: QVÆ CVM ITA SINT, ait, DE MANDATIS LITERISQVE M. LEPIDI V. C. SERVILIO ASSENTIOR, ET HOC AMPLIVS CENSEO. Idem Epiſt. ad Brutum. *Cùm de iis qui hoſtes iudicati ſunt bello perſequendis, ſententiæ dicerentur, dixit Seruilius etiam de Ventidio, & vt Caſsius perſequeretur Dolabellam: Cui cùm eſſem aſſenſus*, DECREVI HOC AMPLIVS, VT TV, SI ARBITRARERE VTILE FORE, EQVE REPVB. ESSE, PERSEQVERERE DOLABELLAM BELLO. Dionyſius Halicarnaſſ. lib. XIII. Μετὰ τοῦτον ἀναςὰς ἕτερος, εἶπεν, Εμοὶ δὲ, ὦ βουλὴ, ΔΟΚΕΙ ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ ΕΤΙ ΠΡΟΣΘΗΝΑΙ ΤΗι ΓΝΩΜΗι.

QVOTIES autem ſententia ſua duas pluréſve res quis complectebatur, eæ ſi non omnes probarentur, poſtulabatur, VT DIVIDERETVR, id eſt vt de ſingulis rebus referretur. Non erat autem longa oratione vtendum ei, qui hoc poſtulabat, ac ne conſurgendum quidem. Multi enim ſedentes hoc vnum verbum pronuntiabant, DIVIDE: quo audito liberum erat ei qui faciebat orationem, diuidere, prout Aſconius in Milonianæ commentariis tradit, in qua DIVISÆ SENTENTIÆ fit mentio. Seneca Epiſt. XXI. lib. III. *Quod in Senatu fieri ſolet faciendum eſſe in philoſophia quoque exiſtimo. Cùm cenſuit aliquis, quod ex parte mihi placeat, iubeo illum* DIVIDERE SENTENTIAM, *& ſequor.* Idem lib. de beata vita ad Gallionem. *Eſt & mihi cenſendi vis. Itaque aliquem ſequar, aliquem iubebo* SENTENTIAM DIVIDERE. Huius moris, exemplum præbet Cicero Epiſt. II. lib. I. Familiar. in qua ſententias de rege Alexandrino reducendo in Senatu dictas narrans, poſtulatum fuiſſe ait, vt Bibuli SENTENTIA DIVIDERETVR, qui cenſuerat, vt tres legati regem reducerent. Quorum verborum vt planior ſenſus fiat, ſciendum eſt Sibyllinos libros monuiſſe, vt ſine exercitu, ſine multitudine, rex Ptolemæus reduceretur. Quod Bibulus quidem ita fieri debere cenſebat, ſed placebat ei per tres legatos eum reduci: cuius ſententia quia duas res complectebatur, diuiſa fuit. Nam quod ad religionem attinebat, quæ librorũ Sibyllinorum monitu obiecta erat, Bibulo omnes aſſenſerunt, de tribus verò legatis, in alia omnia frequentes ierunt. Quidam enim à Lentulo Spinthere, qui tum Ciliciam pro Conſule obtinebat ſine exercitu, alij à Pompeio cum duobus lictoribus reduci debere cenſuerunt, quemadmodum Dio lib. XXXIX. teſtatur. Et quod illic Cicero ait (*quatenus de religione dicebat*) ſic vt interpretati ſumus, accipiendum eſſe ex Epiſtol. I. & IIII. & VII. eiuſdem lib. I. Familiar. patet. Item ex eo quod Epiſtol. II. lib. II. ad Q. Fratr. ait, *De rege Alexandrino factum eſt S.C.* CVM MVLTITVDINE REDVCI, REIP. PERICVLOSVM VIDERI. *Reliqua cùm eſſet in Senatu contentio, Lentulúſne an Pompeius reduceret, obtinere cauſam videbatur Lentulus.* Quam quidem epiſtolam quiſquis cum epiſtolis ad Lentulum contulerit, quibus mirificè in hoc argumento conſentit, facilius totam de regis Alexandrini reductione contentionem aſſequetur. Nos certè hæc obiter inter ſatos eſſe non piget, quibus obſcurus Ciceronis locus illuſtratur. Eſt & aliud huius ſententiarum diuiſionis, exemplum apud Plinium lib. VIII. Epiſt. ad Ariſtonem, in qua ſcribit eum qui libertos relegandos, ſeruos ſupplicio afficiendos cenſuiſſet, coactum fuiſſe DIVIDERE SENTENTIAM, quia res duas comprehendebat.

Iam verò ſi quis ex Senatoribus impedimento volebat eſſe, quo minus Senatuſconſultum fieret, poſtulare poterat, VT SINGVLI CONSVLERENTVR, aut ſi tot non eſſent Senatores quot numero licebat perſcribi Senatuſconſultum, dicere licebat Conſuli, NVMERA SENATVM, quemadmodum Feſt. Pomp. ſcribit his verbis: NVMERA SENATVM, *ait quiuis Senator Conſuli, cùm impedimento eſſe vult, quo minus faciat Senatuſconſultum, poſtulátque* VT AVT RES QVÆ REFERVNTVR, DIVIDANTVR, AVT SINGVLI CONSVLANTVR, *aut ſi tot non ſint Senatores, quo numero liceat perſcribi* (ſic enim emendo) *Senatuſconſultum.* Cælius in Epiſtol. ad Cicer. lib. VIII. Famil. *Renuntiatum erat nobis Hirriũ diutius dicturum: præcidimus eũ: nõ modò nõ fecit, ſed cùm de hoſtibus ageretur & poſſet rem impedire, ſi,* VT NVMERARETVR, *poſtularet, tacuit.* Et ita Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. XI. diuerſis dictis ſententiis Lucium Cornelium ab Ap-

pio

pio decemuiro poſtulaſſe ſcribit, ΔΙΑΡΙΘΜΕΙΝ ΤΑΣ ΓΝΩΜΑΣ. Hinc Plinius in Panegyrico, *Conſulti omnes atque* DINVMERATI SVMVS, *vicitque ſententia non prima ſed melior.* Et huc fortè, nihil enim temerè affirmo, pertinet quod Cicero Epiſt. v. lib. v. ad Attic. ait, *Hactenus ne quid ad Senatum*, CONSVLE AVT NVMERA.

Dicebantur autem tum ſententiæ PRONVNTIARI cùm in ea varietate ſententiarum Conſul earum auctores & principes edebat. Cic. Epiſt. XII. lib. X. *Magna mihi fuit pro tua dignitate contentio cum Seruilio, qui cum gratia effeciſſet vt ſua ſententia prima* PRONVNTIARETVR. Et mox, *Meæque ſententiæ, quæ ſecunda* PRONVNTIATA *erat, cũ frequens aſſentiretur Senatus.* Idem Epiſt. II. lib. I. *Itaque cùm ſententia prima Bibuli* PRONVNTIATA *eſſet, vt tres legati regem reducerent: Secunda Hortenſij, vt ſine exercitu reduceres: Tertia Volcatij, vt Pompeius reduceret.* Cæſar lib. I. de bello ciuili: *Lentulus* (is Conſulatum gerebat) *Calidij ſententiam* PRONVNTIATVRVM *ſe omnino negauit.*

Sollemnibus porrò & lege præſcriptis verbis Diſceſſiones imperatas, & in contrarias partes vocatos eos qui ſententiis diſſidebant, iuſſóſque in hanc & illam partem diſcedere, Plinius tradit Epiſt. XIIII. lib. VIII. in hunc modum: *Quid lex, non apertè docet dirimi debere ſententiam occidentis, & relegantis, cùm ita diſceſſionẽ fieri iubet?* QVI HÆC SENTITIS, IN HANC PARTEM: QVI ALIA OMNIA, IN ILLAM PARTEM ITE QVA SENTITIS. *Examina ſingula verba & expende,* QVI HÆC CENSETIS, *hoc eſt qui relegandos putatis,* IN HANC PARTEM, *id eſt in eam, in qua ſedet, qui cenſuit relegandos. Ex quo manifeſtum eſt, non poſſe in eadem parte remanere eos qui interficiẽdos arbitrantur.* QVI ALIA OMNIA, *animaduertis, vt non contenta lex dicere,* ALIA, *addiderit* OMNIA. *Num ergo dubium eſt, alia omnia ſentire eos qui occidunt, quàm qui relegant:* IN ILLAM PARTEM ITE, QVA SENTITIS. *Nonne videtur ipſa lex eos, qui diſſentiunt, in contrariam partem vocare, cogere, impellere: num conſulere etiam vbi quiſque remanere, quo tranſgredi debeat, non tantùm ſollemnibus verbis, ſed manu geſtúque demonſtrat?* Feſt. Põp. ſub litera Q. hanc formulam ita conceptam fuiſſe ſcribit, QVI HOC CENSETIS ILLVC TRANSITE, QVI ALIA OMNIA IN HANC PARTEM: additq́; *His verbis præit, ominis videlicet cauſa, ne dicat,* QVI NON CENSETIS. Cuius formulæ verba vſurpans Cicero Epiſt. XII. lib. X. de Seruilio, *Frequens, ait, eum Senatus reliquit, &* IN ALIA OMNIA TRANSIIT. Idem Epiſt. II. lib. I. ad Lentul. *Quatenus de religione dicebat, cui quidem rei obſiſti non poterat, Bibulo aſſenſum eſt: de tribus legatis* FREQVENTES IERVNT IN ALIA OMNIA. Hirtius ſeu Oppius lib. VIII. Commẽtar. de bello Gall. *Sententiiſque dictis diſceſſionem faciente Marcello, qui ſibi omnem dignitatẽ ex Cæſaris inuidia quærebat,* SENATVS FREQVENS IN ALIA OMNIA TRANSIIT. Hunc diſceſſionum morem expreſſit Dio lib. XLI. cùm ait. Διαψηφίσεως δὲ ἐπὶ τούτοις οὐ κατ᾽ ἄνδρα (μὴ καὶ δι᾽ αἰδῶ ἢ καὶ φόβον τινὰ ἔξω τὰ δοκοῦντα σφίσιν ἀποφήνωνται) ἀλλ᾽ ΕΠΙ ΤΑΔΕ, ΚΑΙ ΕΠ᾽ ΕΚΕΙΝΑ ΤΟΥ ΒΟΥΛΕΥΤΗΡΙΟΥ ΜΕΤΑΣΤΑΣΕΙ γινομένης. Vt & Plutarch. in Pompeio, his verbis, Τοῦ Μαρκέλλου ὑπάτου λῃστὴν ἀποκαλοῦντος τὸν Καίσαρα, καὶ ψηφίζεσθαι πολέμιον κελεύοντος, εἰ μὴ καταθήσεται τὰ ὅπλα, Κουρίων ὅμως ἴσχυσε μετὰ Ἀντωνίου καὶ Πείσωνος ἐξελέγξαι τὴν σύγκλητον. ἐκέλευσε γὰρ ΜΕΤΑΣΤΗΝΑΙ, τοὺς Καίσαρα μόνον τὰ ὅπλα καταθέσθαι κελεύοντας, Πομπήϊον δὲ ἄρχειν: Καὶ μετέστησαν οἱ πλείους. αὖθις δὲ ΜΕΤΑΣΤΗΝΑΙ κελεύσαντος, ὅσοις ἀμφοτέρους ἀρέσκει τὰ ὅπλα καταθέσθαι καὶ μηδέτερον ἄρχειν, Πομπηΐῳ μὲν εἴκοσι καὶ δύο μόνον, Κουρίωνι δὲ πάντες οἱ λοιποὶ προσέθεντο. Atque ita dicebatur DISCESSIO FIERI IN SENTENTIAS, vt Cicero loquitur Epiſt. XXI. lib. XII. ad Attic. Epiſt. III. lib. I. Familiar. VI. in Verrem, & pro Sextio, & Philipp. VI. Tacit. lib. III. *In hanc ſententiã* FACTA DISCESSIO. Plin. Epiſt. XI. lib. II. Sed cùm fieret DISCESSIO, *qui ſellis Conſulum aſtiterant,* IN CORNVTI SENTENTIAM IRE COEPERVNT. *Tum illi qui ſe Collegæ adnumerari patiebantur, in diuerſum tranſierunt: Collega cum paucis relictus.* Sueton. in Tiberio cap. XXXI. *Cùm* S. C. PER DISCESSIONEM *fortè* FIERET, TRANSEVNTEM EVM IN ALTERAM PARTEM, *in qua pauciores erant ſecutus eſt nemo.* Agell. lib. XIIII. cap. VII. *Senatúſque Conſultum fieri duobus modis: aut per* DISCESSIONEM, *ſi conſentiretur: aut ſi res dubia eſſet, per ſingulorum ſententias exquiſitas.* Et quidem cùm Senatus conſultũ PER

DISCESSIONEM fiebat, vniuerſos Senatores pedibus in ſententiam iiſſe, eóque modo ſententiam tuliſſe idem Agell. lib. III. cap. XVIII. monet. Vnde manarunt hæc loquendi genera, IN SENTENTIAM DISCEDERE, & IRE IN SENTENTIAM, quæ Liuius lib. III. & XXVIII. & aliàs ſæpe vſurpat. ET PEDIBVS IRE IN SENTENTIAM, vt idem Liuius lib. XXII. & XXVII. Salluſt. in bello Catilinar. Seneca in ἀποκολοκυντώσει, Vopiſc. in Aurelia. cum Cicerone Epiſt. VII. lib. I. ad Attic. loquuntur.

Diſceſſione verò facta, dinumeratíſq; ſententiis, credibile eſt Conſulem eam ſententiam in quam plures pedibus ierant, pronuntiaſſe his verbis, HÆC PARS MAIOR VIDETVR. Qua de re ne auctorem vt penes eum fides ſit, laudo Senecam, qui in lib. de Beata vita ad Gallionem ita ſcribit. *Cùm de beata vita agitur, non eſt quod mihi illud diſceßionum more reſpondeas*, HÆC PARS MAIOR VIDETVR. Apud Dionyſium verò Halicarnaſſ. lib. XI. cum ſententiis variaretur, conſultis omnibus ac dinumeratis Senatoribus, Cornelij ſententiam cui maior pars acceſſiſſet, vincere Appius Decemuir Senatum habens eleganter ita pronuntiat. Τριῶν δὲ ἀποδειχθεισῶν γνώμας διαφόρους, Κλαυδίου τε καὶ Κορνηλίου καὶ Οὐαλερίου τελευταίου, διέγνωτε τοὺς περὶ αὐτῶν ὑμεῖς οἱ λοιποί, καὶ περὶ ὧν ἕκαστος ἀπεφήνατο πάντων ἀκουόντων, ᾗ προσετίθετο γνώμῃ. ἁπάντων δὲ γενομένων κατὰ νόμους, ἐπειδὰν τοῖς πλείοσιν ὑμῶν Κορνήλιος ἔδοξε τὰ κράτιστα ἀποφήνασθαι, τοῦτον ἀποφαινόμεθα νικᾶν, καὶ τὴν ἀποδειχθεῖσαν ὑπὸ τούτου γνώμην γράψαντες ἐκφέρομεν. Apud Dionem vtique lib. LVII. Conſul Senatorem vocans his verbis vtitur, Δεῦρο ἐλθέ.

Porrò SENTENTIÆ ROGARI, atque adeò SENATORES ipſi ROGARI ET INTERROGARI SENTENTIAS dicebantur. Omnes verò peragere ſententias erat, PERROGARE. Liuius lib. XXIX. PERROGARI *eo die* SENTENTIÆ, *accenſis ſtudiis pro Scipione & aduerſus Scipionem non potuere.* Tacit. lib. XX. *Cùm* PERROGARENT SENTENTIAS CONSVLES, *Vulcatius Tribunus pl. interceßit.* Sueton. in Auguſt. cap. XXXV. SENTENTIAS *de maiore negotio non more, neque ordine, ſed prout libuiſſet*, PERROGABAT. Nam ita rectius in antiquis quàm in recentioribus exemplaribus legitur. Iuſtin. lib. XXI. de Antiocho. *Quum frequenter de bello conſilium habuiſſet remoto Annibale, tandem eum vocari iußiſſe, non vt ex ſententia eius aliquid ageret, ſed ne per omnia eum ſpreuiſſe videretur: omnibúſque* PERROGATIS, *poſtremum interrogaſſe.* Quo verbo & Plinius vtitur in Panegyr. & Lampridius in Commodo: qui hoc nos præterea docet, Senatores Conſulibus, dum eos cohortarentur ad rogandas omnium Senatorum ſentẽtias, dixiſſe, PERROGA. Hoc enim in acclamationibus poſt Commodi cædem factis apud eum auctorem legimus.

VINCERE etiam dicebatur, variis & diuerſis ſententiis dictis, ea cui plures accedebant. Cicero Philipp. VIII. VICTA EST *igitur propter verbi aſperitatem, te auctore noſtra* SENTENTIA. VICIT *L. Cæſaris ampliſsimi viri, qui verbi atrocitate dempta, oratione fuit quàm ſententia lenior.* Liuius lib. XXIX. VICIT *tamen Metelli* SENTENTIA. & lib. XLI. VICIT SENTENTIA, *quæ diem non proferebat.* Et lib. XXI. *Hæc* SENTENTIA, *quæ tutißima videbatur*, VICIT.

Hoc loco altercationum quibus interdum diem in Senatu magna ex parte conſumptũ Cicero Epiſt. II. lib. I. Familiar. oſtendit, exempla aliquot proponere non erit iniucundum. Cicero Epiſtol. VII. lib. I. ad Attic. ita ſe cum Clodio altercatum narrat. *Surgit pulchellus puer: Obijcit mihi*, ME AD BAIAS FVISSE: FALSVM: SED TAMEN QVID HOC? SIMILE EST, *inquam*, QVASI IN OPERTO DICAS FVISSE. QVID, *inquit*, HOMINI ARPINATI CVM AQVIS CALIDIS? NARRA, *inquam*, PATRVO TVO, QVI ARPINATES AQVAS CONCVPIVIT: NOSTI ENIM MARINAS. QVOVSQVE, *inquit*, HVNC REGEM FEREMVS? REGEM APPELLAS, *inquam*, CVM REX TVI NVLLAM MENTIONEM FECERIT? *ille autem Regis hæreditatem ſpe deuorarat.* DOMVM, *inquit*, EMISTI? PVTES, *inquam*, DICERE, IVDICES EMISTI? IVRANTI, *inquit*, TIBI NON CREDIDERVNT. MIHI VERO, *inquam*, XX. IVDICES CREDIDERVNT: XXXI. QVONIAM NVMOS ANTE ACCEPERVNT, TIBI NIL CREDIDERVNT. *Magnis clamoribus afflictus conticuit, & concidit.* Idem Epiſt. I. lib. II. ad Qu. Frat. narrans quæ in Senatu acta erant de agro Cãpano, cuius cauſam accuratè Lupus egerat,

egerat, *Cauſa*, ait, *ſerò perorata*, SENTENTIAS SE ROGATVRVM NEGAVIT, NE QVOD ONVS SIMVLTATIS NOBIS IMPONERET: EX SVPERIORVM TEMPORVM CONVITIIS, ET EX PRÆSENTI SILENTIO, QVID SENATVS SENTIRET, SE INTELLIGERE, *dixit. Milo cœpit dimittere: Tum Marcellinus*, NOLI, *inquit*, EX TACITVRNITATE NOSTRA, LVPE, QVID AVT PROBEMVS HOC TEMPORE, AVT IMPROBEMVS IVDICARE. EGO QVOD AD ME ATTINET, IDEMQVE ARBITROR CETEROS, ICCIRCO TACEO, QVOD NON EXISTIMO, CVM POMPEIVS ABSIT, CAVSAM AGRI CAMPANI AGI CONVENIRE. *Tum ille*, SENATVM NEGAVIT TENERE. *Racilius ſurrexit, & de iudiciis referre cœpit: Marcellinum quidem primùm rogauit. Is cùm grauiter de Clodianis incendiis, trucidationibus, lapidationibus queſtus eſſet, ſententiam dixit*, VT IPSE IVDICES PER PRÆTOREM VRBANVM SORTIRETVR: IVDICVM SORTITIONE FACTA, COMITIA HABERENTVR: QVI IVDICIA IMPEDIVISSET, EVM CONTRA REMPVB. ESSE FACTVRVM. *Approbata valde ſententia. C. Cato contrà dixit, & Caßius, maxima acclamatione Senatus, cùm comitia iudiciis anteferret. Philippus aſſenſit Lẽtulo: poſtea Racilius de priuatis me primùm ſententiã rogauit: multa feci verba de toto, furore latrocinióque P. Clodij: eum tanquã reũ accuſaui multis, & ſecundis admurmurationibus cuncti Senatus Orationẽ meam collaudauit ſatis multis verbis, non mehercule indiſertè, Seuerus Antiſtius, iſque iudiciorum cauſam ſuſcepit*, ANTIQVISSIMAMQVE SE HABITVRVM, *dixit. Ibatur in eam ſententiam: Tum Clodius rogatus, diẽ dicendo eximere cœpit. Furebat à Racilio ſe contumaciter, urbanéque vexatum. Deinde eius operæ repente à Græcoſtaſi, & gradibus clamorem ſatis magnum ſuſtulerunt, opinor in Q. Seſtilium & amicos Milonis incitatæ: eo metu iniecto, repente magna omnium querimonia diſceßimus*. Sed & lib. II. earundem Epiſtolar. *Tyriis*, ait, *eſt Senatus datus frequens: frequentes contrà Syriaci publicani: vehementer vexatus Gabinius, exagitati tamen à Domitio publicani, quòd eum eſſent cum equis proſecuti. Noſter Lamia paulo ferocius, cùm Domitius dixiſſet*, VESTRA CVLPA HÆC ACCIDERVNT, EQVITES ROMANI: DISSOLVTI ENIM IVDICATIS. NOS IVDICAMVS, *inquit*, VOS LAVDATIS. *Actum eſt eo die nihil. Nox diremit.* Cæſar lib. I. de Bello Ciuili. REFERVNT CONSVLES DE REPVB. *in ciuitate. L. Lentulus Conſul*, SENATVI, REIQVE PVBLICÆ SE NON DEFVTVRVM POLLICETVR, SI AVDACTER AC FORTITER SENTENTIAS DICERE VELINT: SIN CÆSAREM RESPICIANT, ATQVE EIVS GRATIAM SEQVANTVR, VT SVPERIORIBVS FECERINT TEMPORIBVS, SE SIBI CONSILIVM CAPTVRVM, NEQVE SENATVS AVCTORITATI OBTEMPERATVRVM: HABERE SE QVOQVE AD CÆSARIS GRATIAM ATQVE AMICITAM RECEPTVM. *In eandem ſententiam loquitur Scipio*, POMPEIO ESSE IN ANIMO, REIPVB. NON DEESSE, SI SENATVS SEQVATVR: SI CVNCTETVR, ATQVE AGAT LENIVS, NEQVICQVAM EIVS AVXILIVM, SI POSTEA VELIT, SENATVM IMPLORATVRVM. *Hæc Scipionis oratio, quod Senatus in vrbe habebatur, Pompeiúſque aderat, ex ipſius ore Pompeij mitti videbatur. Dixerat aliquis leniorem ſententiam: vt primo M. Marcellus, ingreſſus in eam orationem*, NON OPORTERE ANTE DE EA RE AD SENATVM REFERRI, QVAM DELECTVS TOTA ITALIA HABITI, ET EXERCITVS CONSCRIPTI ESSENT, QVO PRÆSIDIO TVTO ET LIBERE SENATVS QVÆ VELLET DECERNERE AVDERET: *vt M. Calidius, qui cenſebat*; VT POMPEIVS IN SVAS PROVINCIAS PROFICISCERETVR, NE QVA ESSET ARMORVM CAVSA: TIMERE CÆSAREM ABREPTIS AB EO DVABVS LEGIONIBVS, NE AD EIVS PERICVLVM RESERVARE, ET RETINERE EAS AD VRBEM POMPEIVS VIDERETVR: *Vt M. Rufus, qui ſententiam Calidij paucis ferè mutatis verbis ſequebatur. Hi omnes conuitio L. Lentuli Conſulis correpti exagitabantur. Lentulus*, SENTENTIAM CALIDII PRONVNTIATVRVM SE, OMNINO NEGAVIT. *Marcellus perterritus conuitiis à ſua ſententia diſceßit. Sic vocibus Conſulis, terrore præſentis exercitus, minis amicorum Pompeij plerique compulſi, inuiti & coacti Scipionis ſententiam ſequuntur*, VTI ANTE CERTVM DIEM CÆSAR EXERCITVM DIMITTAT: SI NON

FACIAT, EVM ADVERSVS REMPVB. FACTVRVM VIDERI. *Intercedunt M. Antonius, Q. Caſſius, Tribuni pl.* REFERTVR CONFESTIM DE INTERCESSIONE TRIBVNORVM: *Dicuntur ſentētiæ graues: vt quiſque acerbiſſimè crudeliſſiméque dixit, ita quā maximè ab inimicis Cæſaris collaudatur. Miſſo ad veſperam Senatu &c.* Liuius lib. XXVIII. ſcribit cùm Africam nouam prouinciam extra ſortem P. Scipioni Conſuli deſtinari vulgatum eſſet, ipſéque præ ſe ferret, ſi apud Senatum non obtinuiſſet, vt ea ſibi decerneretur, ad populum extemplo laturum: idque conſilium haudquaquàm primoribus patrū placeret, per metum tamen aut ambitionem ceteri muſſarent, Q. Fabium Maximum longa habita oratione ei aduerſatum eſſe. Cui contrariam orationem itidem Scipio habuit. Tum Q. Fuluius, qui Conſul quater & Cenſor fuerat, à Scipione poſtulauit, VT PALAM IN SENATV DICERET, PERMITTERETNE PATRIBVS, VT DE PROVINCIIS DECERNERENT: STATVRVSQVE EO ESSET, QVOD CENSVISSENT, AN AD POPVLVM LATVRVS. Ad quæ Scipio reſpondit, SE QVOD E REPVBLICA ESSET, FACTVRVM: dein Fuluius, NON EGO IGNARVS QVID RESPONSVRVS FACTVRVSVE ESSES, QVÆSIVI: QVIPPE CVM PRÆ TE FERAS TENTARE MAGIS, QVAM CONSVLERE SENATVM, ET NI PROVINCIAM TIBI QVAM VOLVERIS EXTEMPLO DECERNAMVS, PARATAM ROGATIONEM HABEAS. ITAQVE A VOBIS, TRIBVNI PLEBIS, POSTVLO, inquit, VT SENTENTIAM MIHI IDEO NON DICENTI, QVOD SI IN MEAM SENTENTIAM DISCEDATVR, NON SIT RATVM HABITVRVS CONSVL, AVXILIO SITIS. Inde altercatio orta, cùm Conſul negaret, ÆQVVM ESSE TRIBVNOS INTERCEDERE QVO MINVS SVO QVISQVE LOCO SENATOR ROGATVS SENTENTIAM DICERET. Tribuni ita decreuerunt, SI CONSVL &c. Scipio, diem ad colloquendum cum collega petiit. Sueton. in Auguſt. cap. LIIII. *In Senatu verba facienti dictū eſt,* NON INTELLEXI: *& ab alio,* CONTRADICEREM TIBI SI LOCVM HABEREM. Et mox: *Antiſtius Labeo Senatus lectione, cùm Triūuirum legeret M. Lepidū hoſtē olim eius & tunc exulantē legit: interrogatúſque ab eo,* AN ESSENT ALII DIGNIORES, SVVM QVEMQVE IVDICIVM HABERE, *reſpondit.* Idem in Tiber. cap. XXIX. *Diſſentiens in Curia à Q. Haterio,* IGNOSCAS, *inquit,* ROGO, SI QVID ADVERSVS TE LIBERIVS, SICVT SENATOR DIXERO. *Et inde omnes alloquens dixit:* ET NVNC, ET SÆPE ALIAS P. C. BONVM ET SALVTAREM PRINCIPEM, QVEM VOS TANTA ET TAM LIBERA POTESTATE INSTRVXISTIS, SENATVI SERVIRE DEBERE, ET VNIVERSIS CIVIBVS SÆPE, ET PLERVMQVE ETIAM SINGVLIS, NEQVE ID DIXISSE ME POENITET: ET BONOS ET ÆQVOS ET FAVENTES VOS HABVI DOMINOS, ET ADHVC HABEO. Eſt & acris in Senatu iurgij inter Marcellum Eprium & Heluidiū Priſcum narratio lib. XX. Annal. Taciti. Nam eo Senatus die quo de Imperio Veſpaſiani actum eſt, cùm placuiſſet mitti ad principē legatos, Eprius ſorte legi eos, Priſcus contrà nominatim à Magiſtratibus iuratis eligi cenſuit: vnde paulatim per altercationem ad continuas & infeſtas orationes prouecti ſunt, quæ illic referuntur. Huiuſmodi etiam altercationum exemplū non inelegans habemus in Plinij Epiſt. XIII. lib. IX. his verbis. *Venio in Senatum,* IVS DICENDI *peto: dico pauliſper maximo aſſenſu: vbi cœpi crimen attingere, reum deſtinare, adhuc tamen ſine nomine, vndique mihi reclamari: Alius,* SCIAMVS QVI SIT DE QVO EXTRA ORDINEM REFERAS. *Alius,* QVIS EST ANTE RELATIONEM REVS? *Alius,* SALVI SVMVS QVI SVPERSVMVS. Et poſt, *Nouiſſime Conſul:* SECVNDÆ SENTENTIÆ LOCO DICES, SI QVID VOLVERIS. PERMISERIS, *inquam,* QVOD VSQVE ADHVC OMNIBVS PERMISISTI. *Reſido, aguntur alia interea. Me quidam ex Conſularibus amicis ſecreto accuratóque ſermone nimis fortiter cautéque progreſſum corripit, reuocat, monet vt deſiſtam: Adiecit etiam,* NOTABILEM TE FVTVRIS PRINCIPIBVS FECISTI. ESTO, *inquam,* DVM MALIS. *Vix ille diſceſſerat: Rurſus alter,* QVID AVDES? CVR RVIS? QVIBVS TE PERICVLIS OBIICIS? QVID PRÆSENTIBVS CONFIDIS INCERTVS FVTVRORVM?

FVTVRORVM? LACESSIS HOMINEM IAM PRÆFECTVM ÆRARII ET BREVI CONSVLEM. PRÆTEREA, QVA GRATIA, QVIBVS AMICITIIS FVLTVM? *nominat quendam qni tunc ad Orientem ampliſsimnm & famoſiſsimum exercitum non ſine magnis dubiiſque rumoribus obtinebat. Ad hæc ego*, OMNIA PERCEPI ATQVE ANIMO MECVM ANTE PEREGI: NEC RECVSO, SI ITA CASVS ATTVLERIT, LVERE POENAS OB HONESTISSIMVM FACTVM, DVM FLAGITIOSISSIMVM VLCISCOR. *Iam cenſendi tempus: Dicit Domitius Apollinaris Conſul deſignatns: Dicit Fabritius Veiento, Fabius Poſthumius Vectius Proculus collega Publicij Certi, de quo agebatur, vxoris autem meæ quam amiſeram vitricus. Poſt hos Annius Flaccus: Omnes Certum nondum à me nominatnm, vt nominatum defendunt: crimenque quaſi in medio relictum defenſione ſuſcipiunt. Dicunt contrà Auidius Quietus, Cornutus Tertullus. Quietus*, INIQVISSIMVM ESSE QVERELAS VOLENTIVM EXCLVDI: IDEOQVE ARRIÆ ET FANNIÆ IVS QVERENDI NON AVFERENDVM; NEC INTERESSE CVIVS ORDINIS QVIS SIT, SED QVAM CAVSAM HABEAT. *Cornutus*, DATVM SE A CONSVLIBVS TVTOREM HELVIDII FILIÆ, PETENTIBVS MATRE EIVS, ET VITRICO: NVNC QVOQVE NON SVSTINERE, DESERERE OFFICII SVI PARTES, IN QVO TAMEN, ET SVO DOLORI MODVM IMPONERE, ET OPTIMARVM FOEMINARVM PERFERRE MODESTISSIMVM AFFECTVM: QVAS CONTENTAS ESSE ADMONERE SENATVM PVBLII CERTI CRVENTÆ ADVLATIONIS: ET PETERE, SI POENA FLAGITII MANIFESTISSIMI REMITTATVR, NOTA CERTO QVASI CENSORIA INVRATVR. *Tum Satrius* Rnfus *medio ambiguóque ſermone*, PVTO, *inquit*, INIVRIAM FACTAM PVBLICIO CERTO, SI NON ABSOLVITVR: NOMINATVS EST AB AMICIS ARRIÆ ET FANNIÆ: NOMINATVS AB AMICIS SVIS: NEC DEBEMVS SOLLICITI ESSE. IDEM ENIM NOS, QVI BENE SENTIMVS DE HOMINE, IVDICATVRI SVMVS, SI INNOCENS EST, SICVTI ET SPERO, ET MALO, DONEC ALIQVID PROBETVR, CREDO POTERITIS ABSOLVERE. *Hæc illi quo quiſque ordine citabantur. Venitur ad me, conſnrgo, vtor initio quod in libro eſt: reſpondeo ſingulis. Mirum qua intẽtione quibns clamoribus omnia exceperint qui modo reclamabant: tanta conuerſio vel negotij dignitatem vel pronentum orationis, vel actoris conſtantiam ſubſequuta eſt. Finio. Incipit reſpondere Veiento. Nemo patitur, obturbatur, obſtrepitur: adeò quidem vt diceret*, ROGO PATRES C. NE ME COGATIS IMPLORARE AVXILIVM TRIBVNORVM. *Et ſtatim Muræna Tribunus*, PERMITTO TIBI VIR CLARISSIME VEIENTO DICERE. *Inter moras Conſul citatis nominibus, & peracta diſceſsione mittit Senatnm, ac penè adhnc ſtantem tentantémque dicere Veientonem reliquit.*

FIEBANT etiam nonnumquam Acclamationes in Senatu: quatum exempla aliquot proponam. Plinius Epiſtola IX. lib. IIII. *Cenſuit Bebius Macer Conſnl deſignatus*, LEGE REPETVNDARVM BASSVM TENERI: *Cæpio Hiſpo*, SALVA DIGNITATE IVDICES DANDOS: *vterqne rectè*. Et mox: *Præualuit ſententia Cæpionis. Quinimo conſnrgenti ei ad cenſendum*, ACCLAMATVM EST, *quod ſolet reſidentibus*. Idem in Panegyrico acclamationes quaſdam in Senatu factas Traiano memorat, quas ne qua interciperet obliuio, in publica acta mittendas & incidendas in ære Senatus cẽſuit: *Nihil*, ait, *magis poſſnm propriè dicere, qnàm quod dictnm eſt à cuncto Senatu*, Ô TE FELICEM, CREDE NOBIS, CREDE TIBI: SIC TE AMENT DII, QVEMADMODVM TV NOS: SIC NOS AMENT DII, QVEMADMODVM TV NOS: Ô NOS FELICES. Eutropius lib. VIII. *Traiani memoriæ tantùm delatum eſt, vt vſqne ad noſtram ætatem, non aliter in Senatn principibus acclamaretur, niſi*, FELICIOR AVGVSTO, MELIOR TRAIANO. Sext. Aurel. Victor de Pertinace: *Huic mortuo, Diui nomen decretnm eſt: ob cuius laudem ingeminatis adiſque defectum plauſibus*, ACCLAMATVM EST, PERTINACE IMPERANTE SECVRI VIXIMVS, NEMINEM TIMVIMVS, PATRI PIO, PATRI SENATVS, PATRI OMNIVM BONORVM. Sueton. in Nerone cap. XLVI. *Cùm ex oratione eius qua in Vindicem perorabat, recitaretur in Senatu*, DATVROS POENAS SCELERATOS, AC BREVI DIGNVM

EXITVM FACTVROS, *conclamatum eſt ab vniuerſis*, TV FACIES AVGVSTE. Auctor eſt Lampridius Acclamationes Senatus poſt mortem Commodi fuiſſe huiuſmodi, HOSTI PATRIÆ HONORES DETRAHANTVR, PARRICIDÆ HONORES DETRAHANTVR, PARRICIDA TRAHATVR. HOSTIS PATRIÆ, PARRICIDA, GLADIATOR IN SPOLIARIO LANIETVR. HOSTIS DEORVM, CARNIFEX SENATVS, HOSTIS DEORVM, PARRICIDA SENATVS: HOBTIS DEORVM, HOSTIS SENATVS: GLADIATOR IN SPOLIARIO:. QVI SENATVM OCCIDIT, IN SPOLIARIO PONATVR. QVI SENATVM OCCIDIT, VNCO TRAHATVR. QVI TE OCCISVRVS FVIT, VNCO TRAHATVR. NOEISCVM TIMVISTI, NOBISCVM PERICLITATVS ES. VT SALVI SIMVS, IVPITER OPTIME MAXIME, SERVA NOBIS PERTINACEM. FIDEI PRÆTORIANORVM FELICITER: PIETATI SENATVS FELICITER. PARRICIDA TRAHATVR. ROGAMVS AVGVSTE PARRICIDA TRAHATVR. HOC ROGAMVS PARRICIDA TRAHATVR. EXAVDI CÆSAR. DELATORES AD LEONEM, EXAVDI CÆSAR. SPERATVM AD LEONEM. VICTORIÆ POPVLI ROMANI FELICITER. FIDEI MILITVM FELICITER: FIDEI PRÆTORIANORVM FELICITER:. COHORTIBVS PRÆTORIIS FELICITER, HOSTIS STATVAS VNDIQVE, PARRICIDÆ STATVAS VNDIQVE, GLADIATORIS STATVAS VNDIQVE, GLADIATORIS ET PARRICIDÆ STATVÆ DETRAHANTVR. TE SALVO SALVI ET SECVRI SVMVS: VERE, VERE: MODO VERE, MODO DIGNE: MODO VERE, MODO LIBERE: NVNC SECVRI SVMVS, DELATORIBVS METVM. VT SECVRI SIMVS DELATORIBVS METVM: SALVI SIMVS, DELATORES DE SENATV. DELATORIEVS FVSTEM TE SALVO. DELATORES AD LEONEM TE IMPERANTE. DELATORIBVS FVSTEM. PARRICIDÆ, GLADIATORIS MEMORIA ABOLEATVR, GLADIATOREM IN SPOLIARIO. EXAVDI CÆSAR CARNIFEX VNCO TRAHATVR, CARNIFEX SENATVS MORE MAIORVM VNCO TRAHATVR. SÆVIOR DOMITIANO, IMPVRIOR NERONE, SIC FECIT, SIC PATIATVR. MEMORIÆ INNOCENTIVM SERVENTVR, HONORES INNOCENTIVM RESTITVAS. ROGAMVS PARRICIDÆ CADAVER VNCO TRAHATVR, GLADIATORIS CADAVER VNCO TRAHATVR: GLADIATORIS CADAVER IN SPOLIARIO PONATVR. PERROGA: PERROGA: OMNES CENSEMVS VNCO TRAHENDVM. QVI OMNES OCCIDIT, VNCO TRAHATVR. QVI OMNEM ÆTATEM OCCIDIT, VNCO TRAHATVR. QVI VTRVMQVE SEXVM OCCIDIT, VNCO TRAHATVR. QVI SANGVINI SVO NON PEPERCIT, VNCO TRAHATVR. QVI TEMPLA SPOLIAVIT, VNCO TRAHATVR. QVI TESTAMENTA DELEVIT, VNCO TRAHATVR. QVI VIVOS SPOLIAVIT, VNCO TRAHATVR. SERVIS SERVIVIMVS. QVI PRETIA VITÆ EXEGIT, VNCO TRAHATVR. QVI PRETIA VITÆ EXEGIT, ET FIDEM NON SERVAVIT, VNCO TRAHATVR. QVI SENATVM VENDIDIT, VNCO TRAHATVR. QVI FILIIS ABSTVLIT HÆREDITATEM VNCO TRAHATVR. INDICES DE SENATV, DELATORES DE SENATV, SERVORVM SVBORNATORES DE SENATV. ET TV NOBISCVM TIMVISTI, OMNIA SCIS, BONOS ET MALOS NOSTI: OMNIA SCIS, OMNIA EMENDA: PRO TE TIMVIMVS. O NOS FELICES TE VIRO IMPERANTE. DE PARRICIDA REFER, REFER, PERROGA: PRÆSENTIAM TVAM ROGAMVS: INNOCENTES SEPVLTI NON SVNT. PARRICIDÆ CADAVER TRAHATVR. PARRICIDA SEPVLTOS ERVIT: PARRICIDÆ CADAVER TRAHATVR. Idémque addit, Senatum vbi reſciuit Commodi cadauer ſepultum, acclamaſſe, QVO AVCTORE SEPELIERVNT? PARRICIDA SEPVLTVS ERVATVR, TRAHATVR. *Cingius Seuerus dixit*, INIVSTE SEPVLTVS EST. QVA PONTIFEX DICO: HOC COLLEGIVM PONTIFICVM DICIT, &c. Vulcatius in

tius in Auidio Caſſ. ait, Senatum M. Anton. Philoſophi in Auidij Caſſij liberos clementiam his laudibus proſecutum fuiſſe. ANTONINE PIE DII TE SERVENT: ANTONINE CLEMENS DII TE SERVENT: ANTONINE CLEMENS DII TE SERVENT. TV NOLVISTI QVOD LICEBAT, NOS FECIMVS QVOD DECEBAT. COMMODO. IMPERIVM IVSTVM ROGAMVS. PROGENIEM TVAM ROBORA. FAC SECVRI SINT LIBERI TVI, BONVM IMPERIVM NVLLA VIS LÆDIT. COMMODO ANTONINO TRIBVNITIAM POTESTATEM ROGAMVS, PRÆSENTIAM TVAM ROGAMVS, PHILOSOPHIÆ TVÆ, PATIENTIÆ TVÆ, DOCRINÆ TVÆ, NOBILITATIS TVÆ, INNOCENTIÆ TVÆ. VINCIS INIMICOS, HOSTES EXVPERAS, DII TE TVTENTVR, & reliqua. Lampridius in Alexandro Seuero ex actis vrbis refert, à Senatu in gratiam Alexandri Seueri acclamatum, AVGVSTE INNOCENS, DII TE SERVENT. ALEXANDER IMPERATOR DII TE SERVENT, DII TE NOBIS DEDERVNT, DII CONSERVENT. DII TE EX MANIBVS IMPVRI ERIPVERVNT, DII TE PERPETVENT. IMPVRVM TYRANNVM ET TV PERPESSVS ES, IMPVRVM ET OBSCOENVM ET TV VIDERE DOLVISTI. DII ILLVM ERADICAVERVNT, DII TE SERVENT. INFAMIS IMPERATOR RITE DAMNATVS. FELICES NOS IMPERIO TVO, FELICEM REMPVB. INFAMIS VNCO TRACTVS EST AD EXEMPLVM TIMORIS. LVXVRIOSVS IMPERATOR IVRE PVNITVS EST. CONTAMINATOR HONORVM IVRE PVNITVS EST. DII IMMORTALES ALEXANDRO VITAM, IVDICIA DEORVM HINC APPARENT. *Et cùm egiſſet gratias Alexander, acclamatum eſt:* ANTONINE ALEXANDER DII TE SERVENT. ANTONINE AVRELI, DII TE SERVENT. ANTONINE PIE DII TE SERVENT. ANTONINI NOMEN SVSCIPIAS ROGAMVS. PRÆSTA BONIS IMPERATORIBVS VT ANTONINVS DICARIS. NOMEN ANTONINORVM TV PVRIFICA. QVOD ILLE INFAMAVIT, TV PVRIFICA. REDDE IN INTEGRVM NOMEN ANTONINORVM. SANGVIS ANTONINORVM SE COGNOSCAT. INIVRIAM MARCI TV VINDICA. INIVRIAM VERI TV VINDICA. INIVRIAM BASSIANI TV VINDICA. PEIOR COMMODO SOLVS HELIOGABALVS, NEC IMPERATOR, NEC ANTONINVS, NEC CIVIS, NEC SENATOR, NEC NOBILIS, NEG ROMANVS. IN TE SALVS, IN TE VITA VT VIVERE DELECTET. ANTONINORVM ALEXANDRO VITAM, VT VIVERE DELECTET, ET ANTONINVS VOCETVR. ANTONINORVM TEMPLA ANTONINVS DEDICET. PARTHOS ET PERSAS ANTONINVS VINCAT. SACRVM NOMEN SACRATVS ACCIPIAT. SACRVM NOMEN CASTVS ACCIPIAT. ANTONINI NOMEN VT AGNOSCAT ANTONINORVM HONOREM. DII CONSERVENT IN TE OMNIA, PER TE OMNIA ANTONINE HABEAS. Et mox, pòſt gratias ab Antonino actas Senatui acclamatum ſcribit. HÆC SVSCEPISTI, ANTONINI NOMEN SVSCIPI MEREATVR, SENATVS ANTONINI MEREATVR. ANTONINE AVGVSTE DII TE SERVENT: DII TE ANTONINVM CONSERVENT: MONETÆ NOMEN ANTONINI REDDATVR. TEMPLA ANTONINORVM ANTONINVS CONSECRET. AVRELIVS ALEXANDER AVGVSTVS. Et poſt acclamatum ait, DII MALA PROHIBEANT. HÆC TE IMPERANTE NON TIMEMVS: DE HIS TE DVCE SECVRI SVMVS. VICISTI VITIA, VICISTI CRIMINA, VICISTI DEDECORA. ANTONINI NOMEN ORNAVISTI: CERTI SVMVS, BENE PRÆSVMIMVS, NOS TE ET A PVERITIA PROBAVIMVS ET NVNC PROBAMVS. Et mox acclamatum ſcribit, ALEXANDER AVGVSTE DII TE SERVENT VEREGVNDIÆ TVÆ, PRVDENTIÆ TVÆ, INNOCENTIÆ TVÆ, CASTITATI TVÆ. HINC INTELLIGIMVS QVALIS FVTVRVS SIS: HINC

PROBAMVS. TV FACIES VT SENATVS BENE PRINCIPES ELIGAT. TV FACIES OPTIMVM ESSE IVDICIVM SENATVS. ALEXANDER AVGVSTE DII TE SERVENT. TEMPLA ANTONINORVM ALEXANDER AVGVSTVS DEDICET. CÆSAR NOSTER, AVGVSTVS NOSTER, IMPERATOR NOSTER, DII TE SERVENT: VINCAS, VALEAS, MVLTIS ANNIS IMPERES. Et rurſus acclamatum refert: MAGNE ALEXANDER DII TE SERVENT. SI ANTONINI NOMEN REPVDIASTI, MAGNI PRÆNOMEN SVSCIPE. MAGNE ALEXANDER, DII TE SERVENT. Et mox: AVRELI ALEXANDER AVGVSTE, DII TE SERVENT. *Et reliqua ex more*. Idē ibidem poſt orationem habitam in Senatu ab Alexandro, qua decerni ſupplicationem ob res proſperè & fœliciter aduerſus Perſas geſtas poſtulabat, acclamatum ab vniuerſo Senatu refert, ALEXANDER AVGVSTE DII TE SERVENT: PERSICE MAXIME DII TE SERVENT. VERE PARTHICVS, VERE PERSICVS: TROPHÆA TVA ET NOS VIDEMVS, VICTORIAS ET NOS VIDEMVS. IVVENI IMPERATORI, PATRI PATRIÆ, PONTIFICI MAXIMO: PER TE VICTORIAM VNDIQVE PRÆSVMIMVS: ILLE VINCIT QVI MILITES REGIT: DIVES SENATVS, DIVES MILES, DIVES P. R. Iulius Capitolin. in Maximinis poſt literas Gordiani in Senatu à Iunio Syllano Conſule recitatas acclamaſſe cunctos refert, GORDIANE AVGVSTE DII TE SERVENT: FELIX IMPERES, TV NOS LIBERASTI: SALVVS IMPERES, TV NOS LIBERASTI: PER TE SALVA RESPVB. OMNES TIBI GRATIAS AGIMVS. *Item acclamatum eſt*: INIMICVS SENATVS IN CRVCEM TOLLATVR. HOSTIS SENATVS VBICVNQVE FERIATVR. INIMICI SENATVS VIVI EXVRANTVR. GORDIANI AVGVSTI, DII VOS SERVENT: AMBO FELICITER AGATIS, AMBO FELICITER IMPERETIS. NEPOTI GORDIANI PRÆTVRAM DECERNIMVS, NEPOTI GORDIANI CONSVLATVM SPONDEMVS. NEPOS GORDIANI CÆSAR APPELLETVR, TERTIVS GORDIANVS PRÆTVRAM ACCIPIAT. Ibidē recitatis in Senatu per Balbinum Auguſtum literis acclamaſſe Senatum narrat: HOSTES POPVLI ROMANI DII PERSEQVVNTVR: IVPITER OPTIME TIBI GRATIAS. APOLLO VENERABILIS TIBI GRATIAS. MAXIME AVGVSTE TIBI GRATIAS. BALBINE AVGVSTE TIBI GRATIAS. TIBI GRATIAS GORDIANE AVGVSTE. DIVIS GORDIANIS TEMPLA DECERNIMVS. MAXIMINI NOMEN OLIM ERASVM, NVNC ANIMIS ERADENDVM: HOSTIS PVBLICI CAPVT IN PROFLVENTEM ABIICIATVR: CORPVS EIVS NEMO SEPELIAT. QVI SENATVI MORTEM MINATVS EST, VT DEBEBAT INTEREMPTVS. SANCTISSIMI IMPERATORES GRATIAS VOBIS AGIMVS. MAXIME, BALBINE, GORDIANE, DII VOS SERVENT. VICTORES HOSTIVM OMNES DESIDERAMVS, PRÆSENTIAM MAXIMI OMNES DESIDERAMVS. BALBINE AVGVSTE DII TE SERVENT. PRÆSENTEM ANNVM COSS. VOS ORNETIS: IN LOCVM MAXIMINI GORDIANVS SVFFICIATVR. Idem Capitolinus in Gordianis poſt lectas à Conſule Gordianorum literas, Senatum acclamaſſe memorat, DII VOBIS GRATIAS. LIBERATI AB HOSTIBVS SVMVS, SI PENITVS LIBEREMVR. MAXIMINVM HOSTEM OMNES IVDICAMVS. MAXIMINVM CVM FILIO DIIS INFERIS DEVOVEMVS. GORDIANOS AVGVSTOS APPELLAMVS, GORDIANOS PRINCIPES AGNOSCIMVS. IMPERATORES DE SENATV DII CONSERVENT. IMPERATORES NOBILES VICTORES VIDEAMVS: IMPERATORES NOSTROS ROMA VIDEAT: HOSTES PVBLICOS QVI OCCIDERIT, PRÆMIVM MEREBITVR. Quas poſtremas voces à Patribus quoq; Cōſcriptis iactatas in Maximinos, & eorum amicos, quos vna voce HOSTES pronūtiabāt, idē ipſe Capitolin⁹ in Maximinis narrat: De illis enim ſemel atq; iterū acclamatū ait, QVI EOS OCCIDERIT, PRÆMIVM MEREBITVR.

Idem

Idem Capitolin. in Maximo & Balbino poſt ſententiam à Vegio Sabino dictam, acclamatum vno conſenſu à Senatu ſcribit, ÆQVVM EST, IVSTVM EST, SENTENTIÆ SABINI OMNES CONSENTIMVS, MAXIMB ET BALBINE AVGVSTI, DII VOS SERVENT, DII VOS PRINCIPES FECERVNT, DII VOS CONSERVENT. VOS SENATVM A LATRONIBVS VINDICATE: VOBIS BELLVM CONTRA LATRONES MANDAMVS. HOSTIS PVBLICVS MAXIMINVS CVM FILIO PEREAT: HOSTEM PVBLICVM VOS PERSEQVIMINI. FELICES VOS IVDICIO SENATVS, FELICEM REMPVB. VESTRO IMPERIO. QVOD VOBIS SENATVS DETVLIT, FORTITBR AGITE: QVOD VOBIS SENATVS DETVLIT, LIBENTER ACCIPITE. Trebellius Pollio in Claudio lectis literis Claudij principis, hæc in eum dicta ait, AVGVSTB CLAVDI, DII TE NOBIS PRÆSTENT. *dictum ſexagies*: CLAVDI AVGVSTE TB RESPVB. RBQVIREBAT: *dictum quadragies*. CLAVDI AVGVSTE TV FRATER, TV PATER, TV AMICVS, TV BONVS SENATOR, TV VERE PRINCEPS: *dictũ octuagies*, CLAVDI AVGVSTE, TV NOS AB AVREOLO VINDICA: *dictum quinquies*. CLAVDI AVGVSTB TV NOS A PALMYRENIS VINDICA: *dictum quinquies*. CLAVDI AVGVSTE, TV NOS A ZENOBIA ET A VICTORIA LIBERA: *dictum ſepties*. CLAVDI AVGVSTE, TETRICVS NIHIL FVIT: *dictum ſepties*. Vopiſcus in Tacito Imperatore, *Poſt relationem Conſulis, cùm Tacitus, qui erat primæ ſententiæ Conſularis, ſententiam, incertum quam, vellet dicere, omnis Senatus acclamauit*: TACITE AVGVSTE DII TE SERVENT: TE DELIGIMVS, TE PRINCIPEM FACIMVS, TIBI CVRAM REIP. ORBISQVE MANDAMVS: SVSCIPE IMPERIVM EX SENATVS AVCTORITATE: TVI LOCI, TVÆ VITÆ, TVÆ MENTIS EST QVOD MERERIS. PRINCEPS SENATVS RBCTE AVGVSTVS CREATVR: PRIMÆ SENTENTIÆ VIR RECTE IMPERATOR CREATVR: QVOD BONVM FAVSTVM SALVTAREQVE SIT: DIV PRIVATVS FVISTI. SCIS QVEMADMODVM DEBEAS IMPERARE, QVI ALIOS PRINCIPES PERTVLISTI. SCIS QVEMADMODVM DEBEAS IMPERARE, QVI DE ALIIS PRINCIPIBVS IVDICASTI. Cúmque Tacitus ætatis excuſatione vteretur, ſubiungit acclamatum fuiſſe, ET TRAIANVS AD IMPERIVM SENEX VENIT, *dixerunt decies*: BT ADRIANVS AD IMPERIVM SENEX VENIT, *dixerũt decies*: ET ANTONINVS AD IMPERIVM SENEX VENIT, *dixerunt decies*: ET TV LEGISTI, INCANAQVE MENTA RBGIS ROMANI, *dixerunt decies*. ET QVIS MELIVS QVAM SENEX IMPERAT? *dixerunt decies*: IMPERATOREM TE, NON MILITEM PACIMVS, *dixerunt vicies*: TV IVBE MILITES PVGNENT, *dixerunt tricies*. HABES PRVDENTIAM ET BONVM FRATREM, *dixerunt decies*. SEVERVS DIXIT, CAPVT IMPERARE NON PEDES, *dixerunt tricies*. ANIMVM TVVM NON CORPVS ELIGIMVS, *dixerunt vicies*. TACITE AVGVSTE, DII TE SERVENT. Trebellius Pollio in Valerianis, poſtquã Prætor retuliſſet de Cenſore deligendo, omnes vna voce dixiſſe ſcribit, VALERIANI VITA CENSVRA EST. ILLE DE OMNIBVS IVDICET QVI EST OMNIBVS MELIOR. ILLE DE SENATV IVDICET, QVI NVLLVM HABET CRIMEN. ILLE DE VITA NOSTRA SENTENTIAM FERAT, CVI NIHIL POTEST OBIICI. VALERIANVS A PRIMA PVERITIA CENSOR FVIT. VALERIANVS IN TOTA VITA SVA FVIT CENSOR: PRVDENS SENATOR, MODBSTVS SENATOR, GRAVIS SENATOR: AMICVS BONORVM, INIMICVS TYRANNORVM: HOSTIS CRIMINVM, HOSTIS VITIORVM. HVNC CENSOREM OMNES, HVNC IMITARI OMNES VOLVMVS. PRIMVS GENERE, NOBILIS SANGVINB, EMENDATVS VITA, DOCTRINA CLARVS, MORIBVS SINGVLARIS, EXEMPLVM ANTIQVITATIS.

Quæ cùm eſſent ſæpius dicta, addiderunt, OMNES. *Atque ita diſceſſum eſt.* Ab vniuerſis enim plerumque vna voce ita acclamatũ, Vopiſcus quoque oſtendit in Tacito. Metij namque Falconij oratione totum Senatorium ordinem concuſſum, ſtatimque acclamatum ſcribit, OMNES, OMNES. Similitérque in Probo, poſt dictam à Manlio Statiano ſententiam, acclamatum refert, OMNES, OMNES. Ibidem etiam poſt literas Probi lectas, acclamatum eſſe memorat, PROBE AVGVSTE DII TE SERVENT: OLIM DIGNVS, ET FORTIS, ET IVSTVS, BONVS DVCTOR, BONVS IMPERATOR. EXEMPLVM MILITIÆ, EXEMPLVM IMPERII, DII TE SERVENT. ASSERTOR REIPVB. FELIX IMPERES. MAGISTER MILITIÆ, FELIX IMPERES: TE CVM TVIS DII CVSTODIANT. ET SENATVS ANTEA TE DELEGIT. ÆTATE TACITO POSTERIOR, CETERIS PRIOR. QVOD IMPERIVM SVSCEPISTI, GRATIAS AGIMVS: TVERE NOS, TVERE REMPVB. BENE TIBI COMMITTIMVS, QVOS ANTE SERVASTI. TV FRANCICVS, TV GOTTHICVS, TV SARMATICVS, TV PARTHICVS, TV OMNIA: ET PRIVS FVISTI SEMPER DIGNVS IMPERIO, DIGNVS TRIVMPHIS: FELIX AGAS, FELICITER IMPERES. Sed & Trebellius Pollio auctor eſt, cùm nunciatum eſſet Claudium, priuſquam ad imperium perueniſſet, fortiter contrà gentes in Illyrico dimicaſſe, acclamaſſe Senatũ: CLAVDI DVX FORTISSIME HABEAS VIRTVTIBVS TVIS, DEVOTIONI TVÆ. CLAVDIO STATVAM OMNES DICAMVS, CLAVDIVM CONSVLEM OMNES CVPIMVS. QVI AMAT REMPVB. SIC AGIT: QVI AMAT PRINCIPES SIC AGIT. ANTIQVI MILITES SIC EGERVNT. FELICEM TE CLAVDI IVDICIO PRINCIPVM: FELICEM TE VIRTVTIBVS TVIS: CONSVLEM TE, TE PRÆFECTVM. VIVAS VALERIE, AMERIS A PRINCIPE. Capitolinus in Maximinis, poſtquam Conſul retuliſſet, QVID DE MAXIMINIS FIERI PLACERET, acclamatum refert, HOSTES, HOSTES. Et cùm ſubiunxiſſet ille, QVID DE EORVM MAXIMINORVM AMICIS VIDERETVR, itidem acclamatum, HOSTES, HOSTES.

Senatus vtique dimittendi formula erat, NIHIL VOS MORAMVR, PATRES CONSCRIPTI, qua permittebatur Senatoribus Curia excedere. Capitolinus in Antonino: *Neque vnquam receſſit è Curia, niſi Conſul dixiſſet*, NIHIL VOS MORAMVR P. C. Eodem pertinere quidam exiſtimant quod Cicero de Lupo Prætore Senatum habente, ait, Epiſt. I. lib. II. ad Q. Frat. *Tum Lupus*, SENATVM *negauit ſe* TENERE.

Dimittendæ verò concionis recepta verba erant hæc, SI VOBIS VIDETVR, DISCEDITE QVIRITES. Liuius lib. II. *Conſul Appius negare ius eſſe Tribuno in quenquam niſi in plebeium: non enim populi ſed plebis eum eſſe magiſtratum, nec illum ipſum ſummouere pro imperio poſſe, more maiorum, quia ita dicatur*, SI VOBIS VIDETVR, DISCEDITE QVIRITES. Idem lib. III. *Cùm* DISCEDERE POPVLVM *iuſſiſſent Tribuni, patres ſe ſummoueri haud ſinebant.* Cic. II. in Catilin. oratio. habita ad Quirites *Vos*, ait, QVIRITES, *quoniam iam nox, veneramini illum Iouem cuſtodem huius vrbis, ac veſtrum, atque in veſtra tecta* DISCEDITE.

Actorum porro Senatus, quorum conficiendorum auctorem Suetonius Iulium Cæſarem laudat, rudem aliquam formam colligimus ex Ammiani Marcellini verbis hiſce lib. XXII. *Et acta ſuper eo geſta non ſine magno legebantur horrore: Cùm id voluminis publici contineret exordium*, CONSVLATV TAVRI ET FLORENTII, INDVCTO SVB PRÆCONIBVS TAVRO.

Senatuſconſultis autem, vt ad ea tandem aliquando accedamus, præponi ſolebat dies, quemadmodum ex Senatuſconſultis quæ Cælij ad Ciceronem Epiſtolis lib. VIII. Familiar. inſeruntur, & ex Senatuſconſulto de petitione hæreditatis liquet. Vopiſcus etiam in Aureliano, exemplum Senatuſconſulti profert huiuſmodi: DIE TERTIO ID IANVAR. FVLVIVS SABINVS PRÆTOR VRBANVS DIXIT. &c. Ibidẽ: Cũ DIE TERTIO NON. FEBRVAR.

FEBRVAR. SENATVS AMPLISSIMVS IN CVRIAM POMPILIANAM CONVENISSET, AVRELIVS GORDIANVS CONSVL DIXIT. Trebell.Pollio in Valerianis : *Ponam Senatuſconſulta , quibus animaduertant omnes quid de illo Ampliſsimus ordo iudicauerit.* DVOBVS DECIIS COSS. VI. CALEND. NOVEMBR. DIE, CVM OB IMPERATORIS LITERAS IN ÆDE CASTORVM SENATVS HABERETVR, IRETVRQVE PER SENTENTIAS SINGVLORVM. Capitolin.in Maximinis:*Senatuſconſulti autē hoc fuit exēplum:* CVM VENTVM ESSET IN ÆDEM CASTORVM VI. CALEND. IVNIAS, *acceptas literas Iunius Syllanus Cōſul ex Africa Gordiani Imperatoris patris patriæ recitauit.* Vopiſcus in Tacito: DIE SEPTIMO CAL. OCTOB. *cùm in Curiam Pompilianam ordo ampliſsimus conſediſſet , &c.* Idem in Probo, S. C. citat,ita conceptum, DIE III. NON. FEBRVAR. *in æde Concordiæ inter cætera Aelius Scorpianus Coſ. dixit: literas Aurelij Valerij probi &c.*

Primis etiam Senatuſconſultorum, quæ libera Repub. fiebant , verſibus poni ſolebant nomina eorum qui ad ea conſcribenda adhibiti erant: qua in re vſu recepta erant verba hæc, SCRIBENDO AFFVERE. Teſtantur hoc Senatuſconſulta Cælianis epiſtolis annexa, Item Senatuſconſultū Græcū,inciſum in tabula ænea Romæ his verbis , ΓΡΑΦΟΜΕΝΩ ΠΑΡΗΣΑΝ. Et aliud apud Ioſeph.lib. XIIII. Antiq.Iud. cap.XVI.in quo eſt,ΓΡΑΦΟΜΕΝΩ ΤΩ ΔΟΓΜΑΤΙ ΠΑΡΗΣΑΝ. Cic. Epiſt.xxviij. lib.XII. Famil. *Quamquam erat nobis dictum,te exiſtimare alicui Senatuſconſulto quod contrà dignitatem tuam fieret ,* SCRIBENDO LAMIAM ADFVISSE, *qui omnino Conſulibus illis nunquam* ADEVIT SCRIBENDO. Idem Epiſt. I. lib. VII. ad Attic. *Cato autem &* SCRIBENDO ADFVIT, *& ad me de ſententia ſua iucundiſsimas literas miſit.* Et Epiſt.vlt. lib. IIII. *Et duos Conſulares qui ſe dicerent in ornādis prouinciis Cōſularibus,* SCRIBENDO ADFVISSE: *cùm omnino ne Senatus quidem fuiſſet.* Idē lib. III. de Orat. in principio, de Craſſo loquens, *Et eundem, id quod in auctoritatibus perſcriptis extat,* SCRIBENDO ADFVISSE. Similiter ad Pætum Epiſt. xv. lib. IX. Famil . *Senatuſconſulta ſcribuntur apud amatorem tuum , familiarem meum : & quidem cùm in mentem venit , ponor* ADFVISSE SCRIBENDO. Et in Orat. de Prouinc. Conſular. *Multa diſſentientibus reſpondi,* SCRIBENDO ADFVI. Idem in Orat. de Reſponſ. haruſp. *Cùm omnes Pontifices qui erant huius ordinis adeſſent, cùmque alij qui honoribus populi Ro. antecedebant, multa de collegij iudicio verba feciſſent, omnéſque iidē* SCRIBENDO ADESSENT. Præterea in Orat. qua Senatui gratias agit poſt reditum ſuum, ex Clodiana rogatione verba hæc adducit, *Ne quis decerneret, ne diſputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret, ne* SCRIBENDO ADESSET. Idem Epiſt. VI. lib. XV. ad Catonem : *Réſque ipſa declarat tibi illum honorem noſtrum ſupplicationis fuiſſe iucundum, quòd* SCRIBENDO ADFVISTI. *Hæc enim S. C. non ignoro ab amiciſsimis eius, cuius de honore agitur, ſcribi ſolere.* Lamprid. in Heliogabalo, *Vbi primùm diem Senatus habuit, matrem ſuam in Senatum rogari iuſsit, quæ cùm veniſſet rogata ad Conſulum ſubſellia,* SCRIBENDO ADFVIT, *id eſt ſenatuſconſulti conficiendi teſtis.* Veteribus vtique Senatuſconſultis vt Valer. Max. lib. II. cap. II. auctor eſt, T. litera ſubſcribi ſolebat: eáque nota ſignificabatur, ita Tribunos quóque cenſuiſſe.

At quotieſcunq; Senatuſcōſulta intercesſionibus impediebātur, moráq; iis fiebat, AVCTORITATES PERSCRIBI, ſolebant. Cicero lib. IIII. de Orat. *Id quod* IN AVCTORITATIBVS PERSCRIPTIS *extat.* Idem Epiſt. II. lib. V. ad Attic. *Nondum enim ſatis huc erat allatum , quomodo Cæſar ferret de* AVCTORITATE PERSCRIPTA. Cælius lib. VIII. Epiſt. Familiar. SI QVIS HVIC S. C. INTERCESSISSET, AVCTORITAS PERSCRIBERETVR. Auctor Panegyrici quod Conſtantino Conſtantij filio inſcribitur: *Sed cur tantummodo priuatis tuis affectibus blandiamur, cùm omnium deorum fuerit illa ſententia , & quidem iam* AVCTORITATE PERSCRIPTA. Auctoritatum perſcribendarum rationem explicat Dio lib. LV. his verbis, Ἐβουλεύοντο μὲν, καὶ ἥ γε γνώμη συνεγράφετο, οὐ μέντοι καὶ τέλος τι ὡς κεκυρωμένη ἐλάμβανεν: ἀλλ' ΑΟΥΚΤΩΡΙΤΑΣ ἐγίγνετο, ὥστε φανερὸν τὸ βούλημα αὐτῶν εἶναι. τοιοῦτον γάρ τι ἡ δύναμις τοῦ ὀνόματος τούτου δηλοῖ. Hoc ſignificare videtur, idem auctor lib. XLII. cùm ait, καὶ τὴν βουλὴν τῇ παρ' αὐτῷ φρουρᾷ συναγαγὼν, προέθηκε γνώμην περὶ τῶν παρόντων: καὶ κυρωθέντος μὲν

μηδενὸς (οἱ δήμαρχοι γὰρ ἐκώλυσαν) συγγεγραφέντος δὲ τοῦ δόξαντος; id eſt, vt ego interpretor, auctoritate perſcripta.

Senatuſconſultorum planè vulgaria initia erant, QVOD VERBA FECIT COS. DE EA RE QVID FIERI PLACERET, DE EA RE ITA CENSVERVNT. Id quod Senatuſconſultorum quæ in Cælij Epiſtolis & Frontini lib. II. de Aquæduct. & in Pandectis poſita ſunt, exempla comprobant. Ea verò ſingularibus literis ſcribi conſueuiſſe in hunc modum, Q. V. F. COS. D. E. R. Q. F. P. D. E. R. I. C. Valerius Probus teſtis eſt: nec alia eſt harum notarum vis & poteſtas in Ciceronis & Frontini libris. In ea autem clauſula facilè eſt legitima & ſollemnia tam relationum quàm ſententiarum verba, ex quibus conflata eſt, adgnoſcere. Primis namque his verbis Q. V. F. relatio continetur: ex eodémque relationum fonte fluxiſſe verba hæc D. E. R. Q. F. P. non dubium eſt: cùm ſollemnia earum verba fuiſſe, QVID FIERI PLACET, ſuprà demonſtrauerimus. Reliqua verba ad ſententias dictas pertinent. Hoc & ex Ciceronis ſententiis quæ III. & X. Philipp. habentur, liquidò perſpicitur: Illic enim ipſamet Senatuſconſultorum, vti perſcribenda ea cenſeret, verba dictans, M. Tullius ait, QVAS OB RES, QVOD TRIBVNI PL. VERBA FECERVNT, VT SENATVS CAL. IANVAR. TVTO HABERI, SENTENTIÆQVE DE SVMMA REPVB. LIBERE DICI POSSINT: DE EA RE ITA CENSEO. Et Philipp. X. QVÆ CVM ITA SINT, QVOD C. PANSA COS. VERBA FECIT DE LITERIS QVÆ A Q. CÆPIONE BRVTO PROCOS. ALLATÆ ET IN HOC ORDINE RECITATÆ SVNT, DE EA RE ET CENSEO. CVM Q. CÆPIONIS BRVTI &c. Idem Philipp. VIII. Sc. Opimianum citat in hæc verba, QVOD L. OPIMIVS COS. VERBA FECIT DE REPVB. DE EA RE ITA CENSVERVNT.

Nec tamen huic formulæ ita addicti patres erant, vt non ab ea quandoque recederent. Interdum enim ſcribebant, ἀορίστως, QVOD VERBA FACTA SVNT. Cic. VI. orat. in Verrem. *Id adeò ex ipſo S.C. cognoſcite. Nam principium ſententiæ perſcribi ſolet. Recita:* QVOD VERBA FACTA SVNT DE S. PEDVCEO. *Dicit qui primi ſuaſerint, decernitur: Refertur deinde de Verre: dic quæſo, quomodo?* QVOD VERBA FACTA SVNT DE C. VERRE. Senatuſconſultum etiam de Philoſophis & Rhetoribus factum Suetonius in lib. de clar. Rhetor. & Agell. lib. XV. cap. XI. ita conceptum fuiſſe tradunt. FANNIO STRABONE, M. VALERIO MESSALA COSS. M. POMPONIVS PRÆTOR SENATVM CONSVLVIT: QVOD VERBA FACTA SVNT DE PHILOSOPHIS ET RHETORIBVS S. CONS. DE EA RE ITA CENSVERVNT, VT M. POMPONIVS PRÆTOR ANIMADVERTERET, CVRARETQVE, VT SI EI E REPVB. FIDEQVE SVA VIDERETVR, VTI ROMÆ NE ESSENT. Cui S.C. inſertæ apud Suetonium (abſunt enim ab Agellio) notæ iſtæ S. C O N S. in hac quoq; vulgari S.C. clauſula variatum indicãt. Earũ enim notarum recta interpretatio, me iudice, hæc eſt, SENATVS CONSVLTVS. Quibus vt ſequentia verba congruant, notis ea quoque continuo tractu ita ſcripta fuiſſe crediderim, S. C. D. E. R. I. C. Sed in vltimæ notæ explicatione à Librariis peccatum eſt, qui plurali, quod ſingulari numero debuerãt, interpretati ſunt. Significabatur namq; his notis, SENATVS CONSVLTVS DE EA RE ITA CENSVIT. Quod loquẽdi genus ne quis vſu receptum neget, idoneum teſtem Liuium cito. Is lib. VII. *Poſt tanti*, ait, *prodigij procurationem, eodem anno de Hernicis* CONSVLTVS SENATVS, *cùm Feciales ad res repetendas nequicquam miſiſſet, primo quoque die ferendum ad populum de bello indicendo Hernicis,* CENSVIT. Et lib. XXV. *Hæ literæ ad nouos Coſſ. allatæ, ac per eos in Senatu recitatæ ſunt:* CONSVLTVSQVE DE HIS LITERIS ITA DECREVIT SENATVS, *Militibus qui ad Cannas* &c. Similitérque lib. XXIII. *Poſtero die* CONSVLTVS A M. POMPONIO PR. SENATVS DECREVIT, *Dictatori ſcribendum.* Verùm in illius libelli de claris Rhetoribus principio, aut fallor ego, aut euolauit verbũ, quo velut membro capta, claudicat oratio. Vulgò enim ita ſcriptum eſt, *Quod ne cui dubium ſit, vetus item edictum Cenſorium ſubiiciam.* At ego duas has literas, S.C. quæ verbum

conficiunt,

conficiunt,quod ſenſum expleret,deeſſe aio: nec particula hæc, *Item*, abſque hoc fulcro conſiſteret. Adde ergo, *Vetus S.C. item edictum*. Vtrumque enim vt pollicetur, ita & præſtat Suetonius: fidémque ſuam liberans S.C. primum, deinde Edictum Cenſorium ſubiicit.

Aliâ inſuper Formula perſcriptum Senatuſconſultum citat Agellius lib. IIII. cap. VI. cuius prima verba erant: QVOD C. IVLIVS PONTIFEX NVNTIAVIT IN SACRARIO, IN REGIA HASTAS MARTIAS MOVISSE, D.E.R.I.S.C. id eſt, DE EA RE ITA SENATVS CENSVIT.

Secundum hæc legitima Senatuſconſultorum verba, Valer. Max. lib. VI. cap. V. DE EA RE, ait, SENATVS CENSVIT, VT PVERI VINCTVM MAGISTRVM VIRGIS CÆDENTES IN PATRIAM REMITTERENTVR. Cicero Epiſt. XVI. lib. IIII. ad Attic. *Res ad Senatum*. DE EA RE ITA CENSVERVNT, COMITIA &c. Liu. lib. XXX. PATRES IGITVR IVRATI, (*ita conuenerat*) ITA CENSVERVNT: VTI COSS. &c.

Formulæ verò decernendi erant hæ, PLACERE SENATVI, SENATVM VELLE ET ÆQVVM CENSERE, SENATVM EXISTIMARE SENATVM ARBITRARI, SENATVI VIDERI. Cicero quidem de varia Senatuſconſultorum conceptione hæc in Orat. pro Cornel. de maieſtate ſcripſerat, *Quatuor omnino genera ſunt*, IVDICES, *in quibus per Senatum more maiorum ſtatuatur aliquid de legibus. Vnum eſt eiuſmodi*, PLACERE LEGEM ABROGARI, *vt Q. Cæcilio, M. Iunio Coſs.* QVÆ LEGES REM MILITAREM IMPEDIRENT, VT ABROGARENTVR. *Alterum*, QVÆ LEX LATA ESSE DICATVR, EA NON VIDERI POPVLVM TENERI, *vt L. Marcio, & Sex. Iulio Coſs. de legibus Liuiis Tertium eſt de legum derogationibus: quo de genere perſæpe Senatuſconſulta fiunt, vt nuper de ipſa lege Calpurnia quæ derogaretur*. De ſingulis autem à me commemoratis Senatuſconſultorum Formulis teſtimonium vetuſtis auctoribus denuntiabo. Ac, quod ad primum attinet, exempla eius habemus in duobus prioribus Senatuſconſultis, quæ à Iulio Front. lib. II. de Aquæduct. referuntur. Vnius enim verba hæc ſunt: PLACERE HVIC ORDINI, EOS QVI AQVIS PVBLICIS PRÆESSENT &c. Alterius verò hæc: NEQVE AVGERI PLACERE, NEC MINVI NVMERVM. In Senatuſconſulto de Petitione hæreditatis: PLACERE REDACTÆ EX PRETIO RERVM VENDITARVM PECVNIÆ VSVRAS NON ESSE EXIGENDAS. Et mox: ITEM PLACERE A QVIBVS HEREDITAS PETITA FVISSET. Et, SENATVI PLACERE, legimus in ſententiis quæ à Cicerone Philipp. V. VIII. X. XI. & XIIII. dicuntur. Liuius lib. XXXI. in Senatuſconſulto quodam: DE AVXILIO MITTENDO TVM RESPONDERE, PLACERE, CVM PROVINCIAS COSS. SORTITI ESSENT. Et rurſus eodem lib. SENATVI PLACERE QVÆSTIONEM DE EXPILATIS THESAVRIS &c. Idem lib. XXVII. in Senatus mandatis: Q. CLAVDIVM PRÆTOREM PLACERE INDE ABDVCERE LEGIONES. Et lib. XLII. QVAS OB RES PLACERE SENATVI M. POPILIVM COS. LIGVRES &c. Idem lib. XLIII. *Senatus decreuit, vti nomina ſua apud L. Canuleium profiterentur: eorúmque ſi quos manumiſiſſet, eos Carteiam ad Oceanum* DEDVCI PLACERE. Cic. I. in Catilin. Orat. *Si hic ordo*, SIBI PLACERE, *decreuerit*. Enimuerò ſicut quæ probabat Senatus, ea PLACERE, ſibi decernebat, ita quæ improbabant patres, ea NON PLACERE, quandoque teſtabantur. Cic. pro Cornel. Maieſtat. reo. *Decreuiſſem*, SENATVI NON PLACERE, *id iudicium de Syllæ bonis fieri*. Liuius lib. XXVI. *Patribus id tempus Reipub. viſum eſt, vt per veteres & expertos, bellíque peritos Imperatores Reſpub. gereretur*: ITAQVE MORAM FIERI COMITIIS NON PLACERE. Et lib. XXXIIII. *Decreuit Senatus*, TRIBVNOS PL. NON PLACERE CAVSAS MILITARES COGNOSCERE, QVOMINVS AD EDICTVM CONVENIRETVR. Sic & in reſponſo dato à Senatu legatis Tranſalpinorum Gallorũ apud eundem Liuium lib. XXXIX. NEQVE SENATVI PLACERE, DEDITOS SPOLIARI. Sed & lib. XL. in alio Senatuſconſulto, TVM QVOQVE NON PLACERE SIBI PER DEDITIONEM LIGVRES RECIPI. Idem lib. XLIIII. *Si legatos miſiſ-*

ſent qui denuntiarent, NON PLACERE SENATVI SOCIIS REGIBVS BELLVM FIERI.

Secundæ Formulæ exempla in promptu ſunt. In Senatuſconſulto namque de Bacchanalibus apud Liuium lib.xxxix.ſcriptum eſt, ID SENATVM VELLE ET ÆQVVM CENSERE VT ITA FIERET. Et in alio S.C.lib.xl. RECEPTIS ARMA ADIMI, ATQVE EOS AD COSS. MITTI, SENATVM ÆQVVM CENSERE. Idem Liuius lib.xlii. PRO HIS INIVRIIS SATISFIERI, SENATVM ÆQVVM CENSERE. Ex veteri quoque Senatuſconſulto de Aſclepiade Clazomenio & Polyſtrato Cariſtio, verba hæc in tabula ærea ſuperſunt: SENATVM VELLE, ET ÆQVVM CENSERE EA ITA FIERI. A Salluſtio etiam in bello Iugurthino memoriæ proditum eſt, Senatũ poſtquam de Iugurthæ & Adherbalis bello accepit, tres legatos in Africam miſiſſe, qui ambos reges adirent, Senatus populíque Ro.verbis nuntiarent, VELLE ET CENSERE, EOS AB ARMIS DISCEDERE: DE CONTROVERSIIS SVIS IVRE POTIVS, QVAM BELLO DISCEPTARE: ITA SEQVE ILLISQVE DIGNVM ESSSE. Eadémque verborum conceptionę plerumque Conſulibus ex auctoritate Senatus ſcribebatur. Itaque cùm Cn.Seruilius Conſul velut Annibalem perſequens in Siciliam, inde in Africam tranſiliens traieciſſet, nec hoc Senatus probaret, cenſuiſſe patres Liu. lib.xxx. ait, VT PRÆTOR SCRIBERET CONSVLI, SENATVM ÆQVVM CENSERE IN ITALIAM REVERTI EVM. Idem lib.xxxix. *Literis de morte Proprætoris recitatis*, SENATVS CENSVIT, MITTENDVM, QVI AD LVNÆ PORTVM PRÆTOREM CONSEQVERETVR, NVNTIARETQVE SENATVM ÆQVVM CENSERE, NE SINE IMPERIO PROVINCIA ESSET, MATVRARE EVM PROFICISCI. Et lib.xl. à Senatu decretum ſcribit, VT PRÆTOR VRBANVS CONSVLIBVS SCRIBERET, SENATVM ÆQVVM CENSERE, SVBITARIOS MILITES TVMVLTVS CAVSA CONSCRIPTOS, PRIMO QVOQVE TEMPORE DIMITTI. In reſponſo etiam quod à Senatu datum eſt Abderitarum legatis, apud eumdem Liuium lib.xliii. legimus, CONQVIRIQVE OMNES QVI IN SERVITVTE SINT, ET RESTITVI IN LIBERTATEM ÆQVVM CENSERE. Eodémque lib. in reſponſo Chalcidenſium legatis dato, SOCIORVM NAVALIVM NEMINEM, PRÆTER MAGISTROS, IN HOSPITIA DEDVCI, ÆQVVM CENSERE. Hac eadem verborũ verecundia, M.Fuluius Proconſul, narrante Liuio lib.xxxix. ex Ætolia reuerſus petiit à patribus, VT ÆQVVM CENSERENT, Diis immortalibus honorem haberi & ſibi triumphum decerni. Sed & ſolo Cēſendi verbo Senatum nonnunquam contentum fuiſſe inuenio. Liuius lib.xxxix. *Senatus à Coss. eſt habitus: decretúmq;* QVONIAM PRÆTORIS SVBROGANDI COMITIA NE LEGIBVS FIERENT, PERTINACIA Q.FLACCI, ET PRAVA STVDIA HOMINVM IMPEDIRENT, SENATVM CENSERE, SATIS PRÆTORVM ESSE. Cic. Epiſt.xvi.lib.iiii. ad Attic. S.C. refert in hæc verba, COMITIA PRIMO QVOQVE TEMPORE HABERI, CENSERE. Idem Philipp.ix. CENSERE, ATQVE E REPVB. EXISTIMARE, coniungit. A prudentibus quoque Senatuſconſulta his potiſſimum verbis, SENATVS CENSVIT, ſignari notaríque, ſciunt qui Pandectas legendo contriuerunt: ceteram multitudinē libros meos quibus verborum ad ius pertinentium Significationes expoſui, adire iubeo: non antè, tamen, quàm illi à me recogniti, togáque virili ſumpta in publicum prodeāt. Interim nãque teſtatum volo abortiuum illũ fœtum nulli magis quàm ipſi parenti diſplicere.

Tertia Sc. ſpecies, his quæ ſubieci, teſtimoniis confirmatur. Cicero Epiſt.ii.lib.ii. ad Q. Fratr. *De rege Alexandrino factum eſt Senatuſconſultum*, CVM MVLTITVDINE REDVCI PERICVLOSVM REIP. VIDERI. Idem in Mureniana. *Dixiſti, Senatuſconſultum me referente eſſe factum, Si mercede conducti obuiam cādidatis iſſent; Si conducti ſectarentur: Si gladiatoribus vulgò locus tributus, & item prādia vulgò eſſent data*, CONTRA LEGEM CALPVRNIAM FACTVM VIDERI. Idem in Orat. de Reſponſ. Haruſp. *Poſtero die frequentiſſimus Senatus te, Conſule deſignato Lentule, ſententiæ principe, P. Lentulo,*

&

& Q. Metello Coſſ. referentibus ſtatuit, &c. DOMVM MEAM IVDICIO PONTIFICVM RELIGIONE LIBERATAM VIDERI. Salluſt. in bello Catilin. *Itaque Cicerone conſulente*, FREQVENS SENATVS DECERNIT, TARQVINII INDICIVM FALSVM VIDERI. Liuius lib. xxv. DECREVIT SENATVS, MILITIBVS, QVI AD CANNAS COMMILITONES SVOS DESERVISSENT, SENATVI NIHIL VIDERI REMPVB. COMMITTENDAM ESSE. Idem lib. xxx. *Legatos ad regem, qui hæc* ADVERSVS FOEDVS FACTA VIDERI PATRIBVS, *nuntiarent, mittendos* CENSVIT SENATVS. Eodémque libro, à Senatu reſponſum fuiſſe legatis Philippi Macedonũ regis, ait, P. SCIPIONEM RECTE, ATQVE ORDINE VIDERI FECISSE, ET FACERE, QVOD EOS QVI ARMA &c. Et alias, legatis Maſiniſſæ reſponſum, SCIPIONEM RECTE ATQVE ORDINE VIDERI FECISSE, QVOD EVM REGEM APPELLASSET. Idem lib. xxxviii. *Poſtea per infrequentiã adiecit Senatuſcõſulto*, AMBRACIAM NON VIDERI VI CAPTAM ESSE. Auctor lib. Rhetoricor. ad Herenn. *Senatus decreuit*, SI EAM LEGEM AD POPVLVM FERAT, ADVERSVS REMP. VIDERI EVM FACERE. Cæſar lib. i. de bello ciu. in Scipionis ſententia, SI NON FACIAT, EVM ADVERSVS REMPVB. FACTVRVM VIDERI. Apud Liuium quoque lib. xxx. M. Liuius pro ſententia dicit, NON VIDERI, SIBI ABSENTE CONSVLVM, ALTERO AMBOBVSVE EAM REM AGI.

Quarta quoque Formula magnis auctoritatibus nititur. In Senatuſconſulto nãque quod Epiſtolis Cælij lib. viii. Familiar. Ciceronis annectitur, verba hæc legimus, SENATVM EXISTIMARE, NEMINEM EORVM QVI POTESTATEM HABENT INTERCEDENDI, &c. Cicero lib. iiii. Epiſt. ad Attic. SI QVÆ VIS ESSET FACTA, SENATVM EXISTIMATVRVM *eius opera factum eſſe, qui Senatuſconſulto interceſſiſſet.* Idémque verbum in ſuis ſententiis, quæ Philipp. iii. & viii. continentur, vſurpat. Et Philipp. ix. SENATVM CENSERE, ATQVE E REPVB. EXISTIMARE. Cæſar apud Salluſt. in bello Catilin. *Qui aliter fecerit*, SENATVM EXISTIMARE EVM CONTRA REMP. ET SALVTEM OMNIVM FACTVRVM.

Sed nec poſtremæ Formulæ exempla deſunt. Cicer. iii. Philipp. in ſententia, SENATVM ARBITRARI AD SVMMAM REM PVB. PERTINERE. Sic & in Senatuſconſulto Velleiano, ARBITRARI SENATVM RECTE ATQVE ORDINE FACTVROS. Plinius Epiſt. xi. lib. ii. Tertullum Conſulem deſignatum hæc pro ſententia dixiſſe refert, ARBITRARI SENATVM ITA NOS FECISSE &c.

Interdũ decernebatur, SENATVI CVRÆ FORE. Liuius lib. x. Legatis ſociorũ reſpõſum ſcribit, CVRÆ SENATVI FVTVRVM, NE SOCIOS FIDEI SVÆ POENITERET. Similíque modo cum ab Attalo rege & Rhodiis legati veniſſent nuntiantes, Aſiæ ciuitates ſollicitari, his legationibus, vt idem Liuius lib. xxxi. narrat, reſpõſum fuit, CVRÆ ASIANAM REM SENATVI FORE. Idem lib. xxvi. refert, de legatorum Syracuſanorum poſtulatis Patres decreuiſſe, IN RELIQVVM CVRÆ SENATVI FORE REM SYRACVSANAM. Ibidem etiam ad L. Martij literas, de frumento & veſtimentis exercitus, reſcribi placuiſſe, VTRAMQVE REM EAM SENATVI CVRÆ ESSE. Cicero Philipp. iii. in ſententia, SENATVI MAGNÆ CVRÆ ESSE, AC FORE, VT PRO TANTIS EORVM IN REMPVB. MERITIS, HONORES EIS HABEANTVR, GRATIÆQVE REFERANTVR.

Inueniuntur & in Senatuſconſultis verba hæc, SENATVM IVDICARE. Cicer. Philip. xiii. OB EAS RES SENATVM EXISTIMARE ET IVDICARE. Liuius lib. iii. *Tunc referente Conſule de Tribunorum & plebis poſtulatis, Senatuſconſulta fiunt*, NE QVI TRIBVNI LEGEM EO ANNO FERRENT, NEQVE COSS. AB VRBE EXERCITVM EDVCERENT. IN RELIQVVM MAGISTRATVS CONTINVARI, ET EOSDEM TRIBVNOS REFICI, IVDICARE SENATVM CONTRA REMP. ESSE.

Erat autem in pleriſque Senatuſconſultis caput hoc, SI QVID DE EA RE AD POPVLVM PLEBEMVE LATI OPVS EST, COSS. PRÆTT. TRIB. PL. QVI NVNC SVNT, QVOD EIS VIDEBITVR, AD POPVLVM PLEBEM-

VE PERANT. Cui rei teſtimonio eſt Senatuſconſultum illud, quod paulò ante è Cælij Epiſtolis laudaui. Eámque clauſulam hoc notatum compendio S. Q. D. E. R. A. P. P. V. L. D. E. COSS. PRR. TR. PL. Q. N. S. Q. E. V. A. P. P. V. F. ſcribi conſueuiſſe, auctor eſt Valer. Prob.

In Senatuſconſultis vtique crebrò occurrunt verba hæc, PRIMO QVOQVE TEMPORE. Nam ſiue Comitia habenda erant, ea, PRIMO QVOQVE TEMPORE HABERI, decernebant. Cuiuſmodi S.C. Cic. Epiſt. xvi. lib. IIII. Epiſt. ad Attic. commemorat. Liu. lib. XLI. *Senatus C. Claudium Conſulem*, COMITIA PRIMO QVOQVE TEMPORE HABERE IVSSIT. Idem lib. XLIIII. *S.C. factum eſt*, VT CN. SERVILIVS PRIMO QVOQVE TEMPORE AD COMITIA HABENDA VENIRET. Siue quid ad Senatum referendum eſſet, PRIMO QVOQVE TEMPORE REFERRI *decernebant*. Cic. Philipp. IIII. *Cuius* DE LAVDIBVS ET HONORIBVS, *qui ei pro diuinis & immortalibus meritis diuini immortaléſque debentur, mihi Senatus adſenſus, paullo antè decreuit*, VT PRIMO QVOQVE TEMPORE REFERRETVR. Idem Philipp. v. *Atqui cùm Conſules non haberetis, decreuiſtis*, VT ET DE PRÆMIIS MILITVM, ET DE HONORIBVS IMPERATORVM PRIMO QVOQVE TEMPORE REFERRETVR. Liuius lib. XXXIII. *Decreuerunt patres*, VT COMITIIS PRÆTORVM PERFECTIS, CVI PRÆTORI PROVINCIA HISPANIA OBVENISSET, IS PRIMO QVOQVE TEMPORE DE BELLO HISPANIÆ AD SENATVM REFERRET. Siue quid ad Populum ferendum erat, PRIMO QVOQVE TEMPORE FERRI, cenſebant. Liuius lib. IIII. *Id Patres ægrè paſſi decreuere*, VT TRIBVNI MILITVM DE BELLO INDICENDO VEIENTIBVS, PRIMO QVOQVE DIE AD POPVLVM FERRENT. Et lib. VII. Cenſuiſſe Senatum, PRIMO QVOQVE DIE FERENDVM AD POPVLVM DE BELLO HERNICIS INDICENDO. Et lib. XXVI. AGENDVM CVM TRIBVNIS PLEB. ESSE, PRIMO QVOQVE TEMPORE AD PLEBEM FERRENT, QVEM CVM IMPERIO MITTI PLACERET IN HISPANIAM. Idem lib. XLII. *Patres, centuriatis* COMITIIS PRIMO QVOQVE DIE FERRE AD POPVLVM COSS. *iuſſerunt*. Siue auxilium ferri placeret, PRIMO QVOQVE TEMPORE ID FIERI, decernebant. Sic Liuius lib. VI. decreuiſſe Senatum, refert, VT DICTATOR SVTRINIS SOCIIS POPVLI RO. AVXILIVM PRIMO QVOQVE TEMPORE FERRET. Et lib. XXI. Decretum à Senatu, VT CONSVL COLLEGÆ PRIMO QVOQVE TEMPORE FERRET AVXILIVM. Deniq; quidquid faciẽdũ cẽſebãt, id quãprimũ fieri, ſollẽnibus illis verbis decernebatur. Exempla Liuius plena manu porrigit. Libro namque tertio, factum Sc. ait, VT DECEMVIRI PRIMO QVOQVE TEMPORE MAGISTRATV ABDICARENT: & lib. XXII. cenſuiſſe Senatum, SCRIBENDVM CONSVLI, VT PRIMO QVOQVE TEMPORE, QVANTVM PER COMMODVM REIPVB. FIERI POSSET, ROMAM VENIRET. Idem lib. XXIII. Senatum decreuiſſe, VT RES DIVINÆ SVPPLICATIONESQVE PRIMO QVOQVE TEMPORE CVM CVRA FIERENT. Eodem lib. decretum à Senatu, vt Q. Fuluius Flaccus quinque millia peditum quadringentos equites ſcriberet, eámque legionem PRIMO QVOQVE TEMPORE IN SARDINIAM TRAIICIENDAM CVRARET. Item, VT M. VALERIVS PRÆTOR L. APVSTIO LEGATO EXERCITVI PRÆPOSITO, TARENTVM AD CLASSEM PROFECTVS, PRIMO QVOQVE TEMPORE IN MACEDONIAM TRANSMITTERET. Idem lib. XXVII. Cùm omnes cenſerent, PRIMO QVOQVE TEMPORE CONSVLIBVS EVNDVM AD BELLVM. Eodémque libro narrat Senatum decreto ſuo iuſſiſſe, LÆLIVM PRIMO QVOQVE TEMPORE, CVM QVIBVS VENERAT NAVIBVS, IN HISPANIAM REDIRE. Sed & lib. XXIX. *Effecerunt*, ait, *vt Senatus cenſeret*, PRIMO QVOQVE TEMPORE IN AFRICAM TRAIICIENDVM. Idem lib. XLII. in Senatuſconſulto de Liguribus facto, ARMA PRIMO QVOQVE TEMPORE FIERI IN EA GENTE, decretum fuiſſe ſcribit. Apud

eumdem

eumdem lib.XL. in quodam Senatus decreto legimus, SVBITARIOS MILITES TVMVLTVS CAVSA CONSCRIPTOS, PRIMO QVOQVE TEMPORE DIMITTI. Libro verò XXXVI. Senatum iuſſiſſe narrat, C. LIVIVM PRÆTOREM, CVI CLASSIS EVENERAT, CVM TRIGINTA NAVIBVS PARATIS, IN GRÆCIAM PRIMO QVOQVE TEMPORE TRAIICERE, ET AB ATTILIO NAVES ACCIPERE. Apud eundem lib.III. Cornelius Maluginenſis in ſententia ſua, DELECTVM PRIMO QVOQVE TEMPORE HABERI CENSET. Lib.XL. Senatum cenſuiſſe refert, LIBROS NVMÆ PRIMO QVOQVE TEMPORE IN COMITIO CREMANDOS ESSE. Idem lib.XLII. *Prætori negotium datum*, VT COLLEGÆ IN SICILIAM SCRIBERET, EAS QVÆ IN SICILIA NAVES ESSENT, REFICERET ATQVE EXPEDIRET, VT BRVNDVSIVM PRIMO QVOQVE TEMPORE MITTI POSSENT. Et lib.XLIII. *Coſs. cùm de prouinciis retuliſſent*, PRIMO QVOQVE TEMPORE ET COMPARARE EOS INTER SE ITALIAM, ET MACEDONIAM SORTIRI, PLACVIT. Idem lib.XLIIII. *Latinas, vbi magiſtratum iniſſent*, QVOD PER RELIGIONES POSSET, PRIMO QVOQVE TEMPORE FIERI PLACERE. Et aliàs eodem lib. Senatum decreuiſſe, vt Hoſtilius Cos. Macedonia PRIMO QVOQVE TEMPORE IN VRBEM REDIRET.

Enimuerò quorum facta comprobabat & laudabat Senatus, EOS RECTE ATQVE ORDINE VIDERI FECISSE, decernebat. Eius rei fidem facit reſponſum Senatus, quod Maſiniſſæ legatis datũ Liuius lib.XXX. ſcribit, IN QVO EST, SCIPIONEM RECTE ATQVE ORDINE VIDERI FECISSE, QVOD EVM REGEM APPELLASSET. Eodémque lib. in reſponſis à Senatu datis Philippi Macedonum regis legatis, P. SCIPIONEM RECTE ATQVE ORDINE VIDERI FECISSE, ET FACERE, QVOD EOS, QVI ARMA CONTRA POPVLVM RO. FERENTES CAPTI SVNT, HOSTIVM NVMERO IN VINCVLIS HABEAT. ET M. AVRELIVM E REPVB. FACERE, GRATVMQVE ID SENATVI ESSE, QVOD SOCIOS POPVLI RO. QVANDO IVRE FOEDERIS NON POSSET, ARMIS TVEATVR. Vnde notandum eſt illi Formulæ quandoque additum, GRATVM ID ESSE SENATVI. Et ita lib.XLV. *Reſponſum*, ait Liuius, *ab Senatu eſt*, ANTIOCHVM RECTE ATQVE ORDINE FECISSE, QVOD LEGATIS PARVISSET, GRATVMQVE ID ESSE SENATVI, POPVLOQVE RO. Cicero Philipp. V. in ea ſententia qua Senatuſconſulto præit, de Bruto agens, ID EVM RECTE ET ORDINE EXQVE REPVB. FECISSE: IDQVE BRVTI PRÆSTANTISSIMVM MERITVM IN REMPVB. SENATVI POPVLOQVE RO. GRATVM ESSE, ET FORE. Idem Philipp.X. ID Q. CÆPIONEM BRVTVM PROCOS. BENE, ET E REPVB. ET PRO SVA, MAIORVMQVE SVORVM DIGNITATE CONSVETVDINEMQVE REIP. BENE GERENDÆ FECISSE, EAMQVE REM SENATVI, POPVLO RO. GRATAM ESSE, ET FORE. Vbi obſerua, BENE, ET E REPVB. quæ priori illi, qua de agitur, Formulæ, idem Cicero. adiungit Philipp. III. his verbis. *Id eum, exercitúmque eius, municipia, colonias, prouinciæ Galliæ*, RECTE ATQVE ORDINE, EXQVE REPVB. FECISSE, ET FACERE. Idem Philipp.X. Q. HORTENSIVM PROCOS. RECTE ET ORDINE, EXQVE REPVB. FECISSE. In reſponſo verò, Saguntinorum legatis reddito apud Liuium lib.XXVIII. SVOS IMPERATORES RECTE ET ORDINE ET EX VOLVNTATE SENATVS FECISSE, QVOD SAGVNTVM RESTITVERINT. At In S. Conſulto. Velleiano, RECTE ATQVE ORDINE FACTVROS duntaxat, nullo alio addito. Liuius etiam lib. XXIII. In literis quas à ſe compoſitas, Hippocrates, quaſi à Prætoribus Syracuſanis ad Marcellum ſcriptas, & à ſe interceptas recitauit, ſcriptum fuiſſe refert, RECTE MARCELLVM ATQVE ORDINE FECISSE, QVOD IN LEONTINIS NVLLI PEPERCISSET. Planè recitatis in Senatu Bruti literis, cùm de his Senatores rogati eſſent ſententias, Q. Fuſius Calenus

pro ſententia dixit, LITERAS BRVTI RECTE ATQVE ORDINE SCRIPTAS VIDERI. Quod Cicero venuſtè ridet atque exagitat Philipp. x. his verbis: *Vſum in Repub. Calene magnum iam habere & debes & potes: Quando ita decerni vidiſti, aut quod S.C. huius generis (ſunt enim innumerabilia)* BENE SCRIPTAS LITERAS, *decretũ à Senatu?* Erant & in Senatuſconſultis vſitata verba hæc, VTI OPTIMO IVRE, quemadmodum ex ſententiis quæ à Cicerone Philipp. ix. & xi. & ab Hercule in Ἀποκολοκυντώσει Senecæ dicuntur, liquet.

Verùm ne in naufragiorum reliquiis colligendis longius immoremur, integra aliquot Senatuſconſultorum, quæ in veterũ auctorũ archiis aſſeruantur, exẽpla ſubiciam: vt ſtudioſis tota Senatuſconſultorum ſcribendorum ratio conſtet. Nec neceſſe habebimus Prætorem adire, qui eas quas deſideramus tabulas, inſtrumẽtáve edi, exhiberi, cogat: Inſpiciendi enim deſcribendíque poteſtatem Iulius Frontinus vltrò faciet, qui ſex penes ſe Senatuſconſulta habet, quæ ex eius lib. II. de Aquæductib. mutuabimur. Quorum prius, in hæc verba prout ea reſtituenda cenſeo, perſcriptũ eſt. QVOD QV. ÆLIVS TVBERO, P. FABIVS MAXIMVS COSS. V.F. DE IIS QVI CVRATORES AQVARVM PVBLICARVM EX S.C. A CÆSARE AVGVSTO NOMINATI ESSENT, ORDINANDIS, D.E.R.Q.F.P.D.E.R.I.C. PLACERE HVIC ORDINI EOS QVI AQVIS PVBLICIS PRÆESSENT, CVM EIVS REI CAVSSA EXTRA VRBEM ESSENT, LICTORES BINOS, ET SERVOS PVBLICOS TERNOS, ARCHITECTOS SINGVLOS, ET SCRIBAS, ET LIBRARIOS, ACCENSOS, PRÆCONESQVE TOTIDEM HABERE, QVOT HABENT II, PER QVOS FRVMENTVM PLEBI DATVR. CVM AVTEM IN VRBE EIVSDEM REI CAVSSA ALIQVID AGERENT, CETERIS APPARITORIBVS IISDEM, PRÆTERQVAM LICTORIBVS VTI. VTIQVE QVIBVS APPARITORIBVS EX HOC S.C. CVRATORIBVS AQVARVM VTI LICERET, IN DIEBVS X. PROXIMIS, QVIBVS SENATVSCONSVLTVM FACTVM ESSET, AD ÆRARIVM DEFERRENTVR: QVIQVE ITA DELATI ESSENT, IIS PRÆTORES ÆRARII, MERCEDES, CIBARIA, QVANTA PRÆFECTI FRVMENTO DANDA, DARE, DEFERREQVE SOLENT, ANNVA DARENT, ET ATTRIBVERENT, IISQVE EAS PECVNIAS SINE FRAVDE SVAS FACERE LICERET: VTIQVE TABVLAS, CHARTAS, CETERAQVE QVÆ EIVS CVRATIONIS CAVSSA OPVS ESSET IIS CVRATORIBVS PRÆBERI, QV. ÆLIVS, P. FABIVS COSS. AMBO, ALTERVE, SI IIS VIDEBITVR, ADHIBITIS PRÆTORIBVS QVI ÆRARIO PRÆSINT, EA PRÆBENDA LOCENT.

Secundum Senatuſconſultum quod ab eodem auctore refertur, ita reſtituendum mihi quidem videtur: QVOD Q. ÆLIVS TVBERO, ET P. FABIVS MAXIMVS COSS. V.F. DE NVMERO PVBLICORVM SALIENTIVM QVI IN VRBE ESSENT, INTRAQVE ÆDIFICIA VRBI CONIVNCTA, QVOS M. AGRIPPA FECISSET, Q. F. P. DE EA RE ITA CENSVERVNT. NEQVE AVGERI PLACERE, NEC MINVI NVMERVM SALIENTIVM, QVOS NVNC ESSE RETVLERVNT II, QVIBVS NEGOTIVM A SENATV EST DATVM, VT INSPICERENT AQVAS PVBLICAS, INIRENTQVE NVMERVM SALIENTIVM PVBLICORVM. ITEMQVE PLACERE CVRATORES AQVARVM, QVOS S.C. CÆSAR AVGVSTVS EX SENATVS AVCTORITATE NOMINAVIT, DARE OPERAM, VT SALIENTES PVBLICI QVAM ASSIDVISSIME, INTERDIV, ET NOCTV AQVAM IN VSVM POPVLI FVNDERENT.

Tertium ita eſt conceptum: QVOD QV. ÆLIVS TVBERO QV. FABIVS MAXIMVS COSS. V.F. QVOSDAM PRIVATOS EX RIVIS PVBLICIS AQVAM DVCERE, Q.D.E.R.F.P.D.E.R.I.C. NE CVI PRIVATO AQVAM DVCERE EX RIVIS PVBLICIS LICERET: VTIQVE OMNES II, QVIBVS AQVÆ DVCENDÆ IVS ESSET DATVM, EX CASTELLIS DVCERENT,

ANIMADVERTERENTQVE CVRATORES AQVARVM, QVIBVS LOCIS INTRA EXTRAQVE VRBEM APTE CASTELLA PRIVATI FACERE POSSENT, EX QVIBVS AQVAM DVCERENT, QVAM EX CASTELLO COMMVNEM ACCEPISSENT A CVRATORIBVS AQVARVM: NE CVI EORVM, QVIBVS AQVA DARETVR PVBLICA, IVS ESSET INTRA QVINQVAGINTA PEDES EIVS CASTELLI, EX QVO AQVAM DVCERENT LAXIOREM FISTVLAM SVBIICERE, QVAM QVINARIAM.

Quartum eſt huiuſmodi:

QVOD QV. ÆLIVS TVBERO, P. FABIVS MAXIMVS COSS. V. F. CONSTITVI OPORTERE, QVO IVRE EXTRA INTRAQVE VRBEM DVCERENT AQVAS, II QVIBVS ATTRIBVTÆ ESSENT. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. C. VTI IIS QVOQVE MANERET ATTRIBVTIO AQVARVM, EXCEPTIS QVÆ IN VSVM BALNEORVM ESSENT DATÆ, AVT AVGVSTI NOMINE, QVOAD IIDEM DOMINI POSSIDERENT ID SOLVM IN QVO ACCEPISSENT AQVAM.

Quintum ita habet:

QVOD QV. ÆLIVS TVBERO, P. FABIVS MAXIMVS COSS. V. F. DE RIVIS, SPECVBVS, FORNICIBVSQVE IVLIÆ, MARTIÆ, APPIÆ, TEPVLÆ, ANIENIS, REFICIENDIS. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. VT CVM II RIVI, FORNICES, QVOS AVGVSTVS CÆSAR SE REFECTVRVM IMPENSA SVA POLLICITVS SENATVI EST, REFICERENTVR, EX AGRIS PRIVATORVM TERRAM, LIMVM, LAPIDEM, TESTAM, ARENAM, LIGNA, CETERAQVE QVIBVS AD EAM REM OPVS ESSET, VNDE QVÆQVE EORVM PROXIME SINE INIVRIA PRIVATORVM TOLLI, SVMI, PORTARI POSSINT, VIRI BONI ARBITRATV ÆSTIMATA DARENTVR, TOLLERENTVR, SVMERENTVR, EXPORTARENTVR: ET EAS RES OMNES EXPORTANDAS, EARVMQVE RERVM REFICIENDARVM CAVSSA, QVOTIES OPVS ESSET, PER AGROS PRIVATORVM, SINE INIVRIA EORVM, ITINERA, ACTVS, PATERENT, DARENTVR.

Sexti autem verba ſunt hæc:

QVOD QV. ÆLIVS TVBERO, P. FAB. MAXIMVS COSS. V. F. AQVARVM QVÆ IN VRBEM VENIRENT ITINERA OCCVPARI MONVMENTIS, ET ÆDIFICIIS ET ARBORIBVS CONSERI: Q. F. P. D. E. R. I. C. CVM AD REFICIENDOS RIVOS SPECVSQVE, PER QVÆ ET OPERA PVBLICA CORRVMPVNTVR, PLACERE CIRCA FONTES ET FORNICES, ET MVROS VTRAQVE EX PARTE; VACVOS CENTENOS QVINOS DENOS PEDES PATERE, ET CIRCA RIVOS QVI SVB TERRA ESSENT, ET SPECVS INTRA VRBEM ET EXTRA VRBEM CONTINENTIA ÆDIFICIA, VTRAQVE EX PARTE QVINOS PEDES VACVOS RELINQVI, ITA VT NEQVE MONVMENTVM IN IIS LOCIS, NEQVE ÆDIFICIVM POST HOC TEMPVS PONERE, NEQVE CONSERERE ARBORES LICERET: SI QVÆ NVNC ESSENT ARBORES INTRA ID SPATIVM, EXTIRPARENTVR, PRÆTER QVAM SI QVÆ VILLÆ CONTINENTES, ET INCLVSÆ ÆDIFICIIS ESSENT. SI QVIS ADVERSVS EA COMMISERIT, IN SINGVLAS RES, IN DENA MILLIA DAMNAS ESSET: EX QVIBVS PARS DIMIDIA PRÆMIVM ACCVSATORI DARETVR, CVIVS OPERA MAXIME CONVICTVS ESSET, QVI ADVERSVS HOC S.C. COMMISISSET: PARS ALTERA DIMIDIA IN ÆRARIVM REDIGERETVR, DEQVE EA RE IVDICARENT, COGNOSCERENTQVE CVRATORES AQVARVM.

Sed illuſtriora ſunt & vberiora duo illa Senatus conſulta, quæ Epiſtolis Cælij ad Ciceronē inſerta ſunt. Nā & Auctoritatū & Interceſſionū Formulas continent. Prioris verba ſic habent: S. C. AVCTORITAS. PRID. KALEND. OCTOBREIS, IN

ÆDE APOLLINIS SCRIBENDO AFFVERVNT. L. DOMITIVS CN. F. ÆNOBARBVI, Q. CÆCILIVS, Q. F. METELLVS PIVS SCIPIO, L. IVLIVS, L. F. POMT. ANNALIS, CAIVS SEPTIMVS T. F. QVIRINA, C. LVCEIVS C. F. PVP. HIRRVS, C. SCRIBONIVS C. F. POP. CVRIO, L. ALTEIVS, L. F. ANN. CAPITO, M. OPPIVS M. F. TERENT.

QVOD M. MARCELLVS COS. V. F. DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS, D. E. R. I. C. VTI L. PAVLVS, C. MARCELLVS COSS. CVM MAGISTRATVM INIISENT A. D. KAL. MARTIAS, QVÆ IN SVO MAGISTRATV FVTVRÆ ESSENT, DE PROVINCIIS CONIVLARIBVS AD SENAVM REFERRENT, NEVE QVID PRIVS EX A.D.KALEND. MARTIAS, NEVE QVID CONIVNCTIM DE EA RE REFERRETVR A CONSVLIBVS. VTIQVE EIVS REI CAVSSA PER DIES COMITIALEIS SENATVM HABERENT, S. Q. C. FACERENT. ET CVM DE EA RE AD SENATVM REPERRETVR A CONSVLIBVS, EORVM QVI CCC. IVDICIBVS ESIENT IEX ADVOCARE LICERET: SI QVID DE EA RE AD POPVLVM PLEBEMVE LATO OPVS ESSET, VT SER. SVLPITIVI, M. MARCELLVS COSS. PRÆTT. TRIBB. PLEB. QVIBVS EORVM VIDERETVR, AD POPVLVM PLEBEMVE PERRENT. QVOD II NON TVLISSENT, VTI QVICVNQVE DEINCEPS ESSENT, AD POPVLVM PLEBEMVE PERRENT.

Alterius verò verba ſunt huiuſmodi: S.C. AVCTORITAS PRID. KAL. OCTOBRIS, IN ÆDE APOLLINIS SCRIBENDO AFFVERVNT: L. DOMITIVS, CN. F. ÆNOBARBVS, Q. CÆCILIVS, Q. P. METELLVS PIVS SCIPIO, L. IVLIVS L. F. POMT. ANNALIS, C. SEPTIMIVS, T. F. QVIR. C. SCRIBONIVS, C. F. POP. CVRIO, L. ATTEIVS, L.F.AN. CAPITO, M. OPPIVS, M.F.TERENT.

QVOD M. MARCELLVS COS. V. F. DE PROVINCIIS, D. E. R. I. C. SENATVM EXISTIMARE, NEMINEM EORVM QVI POTESTATEM HABENT INTERCEDENDI, IMPEDIENDI, MORAM AFFERRE OPORTERE, QVOMINVS DE REPVB. QVAMPRIMVM AD SENATVM REPERRI S. Q. C. PIERI POSSIT. QVI IMPEDIERIT, EVM SENATVM EXISTIMATVRVM CONTRA REMPVB. FECISSE. SI QVII HVIC S. C. INTERCESSERIT, SENATVI PLACERE, AVCTORITATEM PERSCRIBI, ET DE EA RE AD SENATVM POPVLVMQVE REFERRI. HVIC SC. INTERCESSIT C. CÆLIVS, L. VICINIVS, P. CORNELIVS, C. VIBIVS PANSA. ITEM SENATVI PLACERE DE MILITIBVS QVI IN EXERCITV C. CÆSARIS SVNT, QVI EORVM STIPENDIA EMERITA CAVSSAS, QVIBVS DE CAVSSIS MISSI FIERI DEBEANT, HABEANT, AD HVNC ORDINEM REFERRI, VT EORVM RATIO HABEATVR, CAVSÆQVE COGNOSCANTVR. SI QVIS HVIC S.C. INTERCESSERIT, SENATVI PLACERE AVCTORITATEM PERSCRIBI, ET DE EA RE AD SENATVM POPVLVMQVE REPERRI. HVIC SENATVICONSVLTO INTERCESSIT C. CÆLIVS, C. PANSA TRIB. PLEB. ITEMQVE SENATVI PLACERE IN CICILIAM PROVINCIAM, INQVE VIII. RELIQVAS PROVINCIAS, QVAI PRÆTORII PRO PRÆTORE OBTINERENT, EOS, QVI PRÆTORES FVERVNT, NEQVE IN PROVINCIA CVM IMPERIO FVERVNT, QVOS EORVM EX S.C. CVM IMPERIO IN PROVINCIAS PRO PRÆTORE MITTI OPORTERET, EOS SORTITO IN PROVINCIAS MITTI PLACERE. SI EX EO NVMERO QVOS EX S.C. IN PROVINCIAS IRE OPORTERET, AD NVMERVM NON ESSENT, QVI IN EAS PROVINCIAS PROFICISCERENTVR, TVM VTI QVODQVE COL-

LEGIVM

LEGIVM PRIMVM PRÆTORVM FVISSET, NEQVE IN PROVINCIAS PROFECTI ESSENT, ITA SORTE IN PROVINCIAS PROFICISCERENTVR, SI AD NVMERVM II NON ESSENT: TVNC DEINCEPS PROXIMI CVIVSQVE COLLEGII, ; QVI PRÆTORES FVISSENT, NEQVE IN PROVINCIAS PROFECTI ESSENT, IN SORTEM CONIICERENTVR, QVOAD IS NVMERVS EFFECTVS ESSET, QVEM AD NVMERVM IN PROVINCIAS MITTI OPORTERBT. SI QVIS HVIC S.C. INTERCESSISSET, AVCTORITAS PERSCRIBERETVR. HVIC S.C. INTERCESSIT C. CÆLIVS, C. PANSA TRIB. PLEB.

Planè poſt quæſtionem de clandeſtinis coniurationibus à Senatu Conſulibus mandatam, alterum eorum Poſthumium, ea quæ in Bacchanalibus in ſacro nocturno ſolerent fieri, ſumma diligentia detexiſſe, rem ad Senatum detuliſſe, omniáque ordine expoſuiſſe, quæ delata primò, quæ deinde ab ſe inquiſita forent, Liuius lib.xxxix. refert. Qua de re quid Senatus cenſuerit, docet his verbis: *Cenſuit Senatus*, GRATIAS CONSVLI AGENDAS, QVOD EAM REM ET CVM SINGVLARI CVRA, ET SINE VLLO TVMVLTV INVESTIGASSET: *Quæſtionem deinde de Bacchanalibus, ſacriſque nocturnis extra ordinẽ Conſulibus mãdat:* INDICIBVS EBVTIO, AC FECENIÆ, NE FRAVDI EA RES SIT, CVRARE, ET ALIOS INDICES PRÆMIIS INVITARE, *iubet.* SACERDOTES EORVM SACRORVM, SEV VIRI SEV FEMINÆ ESSENT, NON ROMÆ MODO, SED PER OMNIA FORA ET CONCILIABVLA CONQVIRI, VT IN CONSVLVM POTESTATE ESSBNT. EDICI PRÆTEREA IN VRBE ROMA, ET PER TOTAM ITALIAM EDICTA MITTI, NE QVIS QVI BACCHIS INITIATVS ESSET, COISSE AVT CONVENISSE CAVSA SACRORVM VELIT, NEV QVID TALIS REI DIVINÆ FECISSE. ANTE OMNIA, VT QVÆSTIO DE HIS HABEATVR, QVI COIERINT CONIVRAVERINTVE, QVO STVPRVM, FLAGITIVMVE INFERRETVR. Et paulò poſt: *Datum deinde Conſulibus negotium eſt,* VT OMNIA BACCHANALIA ROMÆ PRIMVM, DEINDE PER TOTAM ITALIAM DIRVERENT: EXTRA QVAM SI QVA IBI VETVSTA ARA, AVT SIGNVM CONSECRATVM ESSET: *In reliquum Senatuſconſulto cautum eſt,* NE QVA BACCHANALIA ROMÆ, NEVE IN ITALIA ESSENT: SI QVIS TALE SACRVM SOLLEMNE ET NECESSARIVM DVCERET, NEC SINE RELIGIONE ET PIACVLO SE ID OMITTERE POSSE, APVD PRÆTOREM VRBANVM PROFITERETVR: PRÆTOR SENATVM CONSVLERET: SI EI PERMISSVM ESSET, CVM IN SENATV CENTVM NON MINVS ESSENT, ITA ID SACRVM FACERET, DVM NE PLVS QVINQVE SACRIFICIO INTERESSENT: NEV QVA PECVNIA COMMVNIS, NEV QVIS MAGISTER SACRORVM AVT SACERDOS ESSET. *Aliud deinde huic coniunctum, referente Q. Martiò Conſule, Senatuſconſultum factum eſt,* VT DE IIS QVOS PRO INDICIBVS CONSVLES HABVISSENT, INTEGRA RES AD SENATVM REFERRETVR, CVM SP. POSTHVMIVS QVÆSTIONIBVS PERFECTIS ROMAM REDISSET. MINIVM CERRINIVM CAMPANVM ARDEAM IN VINCVLA MITTENDVM, *cenſuerunt:* MAGISTRATIBVSQVE ARDEATIVM PRÆDICENDVM, VT IN INTENTIORE EVM CVSTODIA ASSERVARENT, NON SOLVM NE EFFVGERET, SED NE MORTIS CONSCISCENDÆ LOCVM HABERET. *Sp. Poſthumius aliquanto poſt Romam venit: Eo referente* DE P. EBVTII ET HISPALÆ FECENIÆ PRÆMIO, QVOD EORVM OPERA INDICATA BACCHANALIA ESSENT, *Senatuſconſultum factum eſt,* VT SINGVLIS HIS CENTENA MILLIA ÆRIS QVÆSTORES VRBANI EX ÆRARIO DARENT: VTIQVE COS. CVM TRIBVNIS PLEBIS AGERET, VT AD PLEBEM PRIMO QVOQVE TEMPORE FERRENT, VT P. EBVTIO EMERITA STIPENDIA ESSENT, NE INVITVS MILI-

TARET, NEVE CENSOR EI EQVVM PVBLICVM ASSIGNARET: VTIQVE FECENIÆ HISPALÆ DATIO, DIMINVTIO GENTIS, ENVPTIO, TVTORIS OPTIO ITEM ESSET, QVASI EI VIR TESTAMENTO DEDISSET: VTIQVE EI INGENVO NVBERE LICERET: NEV QVID EI QVI EAM DVXISSET, OB ID FRAVDI IGNOMINIÆVE ESSET: VTIQVE CONSVLES PRÆTORESQVE QVI NVNC ESSENT, QVIVE POSTEA FVTVRI ESSENT, CVRARENT, NE QVID EI MVLIERI INIVRIÆ FIERET, VTIQVE TVTO ESSET: ID SENATVM VELLE, ET ÆQVVM CENSERE VT ITA FIERET.

Quinetiã, cùm Senatui de Cãpanis ſtatuendi ius à plebe datum eſſet, Senatuſcõſultũ, in M. Attilij Reguli ſentẽtiã, narrãte Liuio lib. XXVI. factũ eſt huiuſmodi: OPPIÆ, CLVVIÆQVE QVÆ DE REPVB. BENE MERITÆ ESSENT, PRIMVM BONA AC LIBERTATEM RESTITVI: SI QVA ALIA PRÆMIA PETERE A SENATV VELLENT, VENIRE EAS ROMAM: ALIORVM BONA PVBLICANDA, IPSOS LIBEROSQVE EORVM, ET CONIVGES VENDENDAS, EXTRA FILIAS QVÆ NVPSISSENT, PRIVSQVAM IN POPVLI RO. POTESTATEM VENISSENT: ALIOS IN VINCVLA CONDENDOS, AC DE HIS POSTERIVS CONSVLENDVM. PECVA CAPTIVA, PRETER EQVOS ET MANCIPIA, PRÆTER PVBERES VIRILIS SEXVS, ET OMNIA, QVÆ SOLO NON CONTINERENTVR, RESTITVENDA CENSVERVNT DOMINIS. CAMPANOS OMNES, ATTELLANOS, CALATINOS, SABATINOS, EXTRA QVAM QVI EORVM AVT IPSI, AVT PARENTES EORVM, APVD NOSTES ESSENT, LIBEROS ESSE IVSSERVNT, ITA VT NEMO EORVM CIVIS ROMANVS, AVT LATINI NOMINIS ESSET: NEVE QVIS EORVM, QVI CAPVÆ FVISSENT, DVM PORTÆ CLAVSÆ ESSENT, IN VRBE, AGROVE CAMPANO, INTRA CERTAM DIEM MANERET. LOCVS VBI HABITARENT, TRANS TYBERIM, QVI NON CONTINGERET TYBERIM, DARETVR: QVI NEC CAPVÆ, NEC IN VRBE CAMPANA, QVÆ A POPVLO RO. DEFECISSET, PER BELLVM FVISSENT, EOS CIS LIRIM AMNEM, ROMAM VERSVS: QVI AD ROMANOS TRANSISSENT, PRIVS QVAM ANNIBAL CAPVAM VENIRET, CIS VVLTVRNVM EMOVENDOS CENSVERVNT: NE QVI EORVM PROPIVS MARE XV. MILLIBVS PASSVVM, AGRVM ÆDIFICIVMVE HABERENT. QVI EORVM TRANS TYBERIM EMOTI ESSENT, NE IPSI, POSTERIVE EORVM VSPIAM PARARINT HABERENTVE, NISI IN VEIENTE AVT SVTRINO, NEPESINOVE AGRO: DVM NE CVI MAIOR, QVAM QVINQVAGINTA IVGERVM, AGRI MODVS ESSET. SENATORVM OMNIVM, QVIQVE MAGISTRATVS CAPVÆ, ATTELLÆ, CALATIÆ GESSISSENT, BONA VENIRE CAPVÆ IVSSERVNT. LIBERA CORPORA QVÆ VENVNDARI PLACVERAT, ROMAM MITTI, AC ROMÆ VÆNIRE: SIGNA, STATVAS ÆNEAS, QVÆ CAPTA DE HOSTIBVS DICERENTVR, QVÆ EORVM SACRA AC PROFANA ESSENT, AD PONTIFICVM COLLEGIVM REIECERVNT.

Adſcribam & ex Pandectis noſtris factum Hadriani temporibus de Petitione hereditatis Senatuſconſultum, quod ab Vlpiano refertur in hæc verba: PRIDIE IDVS MARTIAS Q. IVLIVS BALBVS, ET PVBLIVS IVVENTIVS CELSVS, TITIVS AVFIDIVS OENVS SEVERIANVS COSS. VERBA FECERVNT, DE HIS QVÆ IMPERATOR CÆSAR TRAIANI PARTHICI FILIVS, DIVI NERVÆ NEPOS, HADRIANVS AVGVSTVS IMPERATOR, MAXIMVSQVE PRINCEPS PROPOSVIT QVINTO NONAS MARTIAS, QVÆ PROXIMÆ FVERVNT, LIBELLO COMPLEXVS ESSET, QVID FIERI PLACEAT: DE QVA RE ITA CENSVERVNT. CVM ANTEQVAM PARTES CADVCÆ EX BONIS RVSTICI FISCO PETERENTVR, NI QVI SE HEREDES ESSE EXISTI-

EXISTIMANT, HEREDITATEM DISTRAXERINT, PLACERE, REDACTÆ EX PRETIO RERVM VENDITARVM PECVNIÆ VSVRAS NON ESSE EXIGENDAS. IDEMQVE IN SIMILIBVS CAVSIS SERVANDVM. ITEM PLACERE, A QVIBVS HEREDITAS PETITA FVISSET, SI ADVERSVS EOS IVDICATVM ESSET, PRETIA QVÆ AD EOS RERVM EX HEREDITATE VENDITARVM PERVENISSENT, ETSI EÆ ANTE PETITAM HEREDITATEM DEPERISSENT, DEMINVTÆVE FVISSENT, RESTITVERE DEBERE. ITEM EOS QVI BONA INVASISSENT, CVM SCIRENT AD SE NON PERTINERE, ETIAM SI ANTE LITEM CONTESTATAM FECERINT, QVO MINVS POSSIDERENT, PERINDE CONDEMNANDOS, QVASI POSSIDERENT. EOS AVTEM QVI IVSTAS COVSAS HABVISSENT, QVARE AD SE BONA PERTINERE EXISTIMASSENT, VSQVE EO DVMTAXAT, QVO LOCVPLETIORES EX EA RE FACTI ESSENT. PETITAM AVTEM FISCO HEREDITATEM, EX EO TEMPORE EXISTIMANDVM ESSE, QVO PRIMVM SCIERIT QVISQVE EAM A SE PETI, ID EST; CVM PRIMVM AVT DENVNTIATVM ESSET EI, AVT LITERIS, VEL EDICTO EVOCATVS ESSET, CENSVERVNT.

Velleiani etiam Senatuſconſulti verba hæc fuiſſe Vlpianus tradit: QVOD MARCVS SILANVS ET VELLEVS TVTOR CONSVLES VERBA FECERVNT, DE OBLIGATIONIBVS FEMINARVM QVÆ PRO ALIIS REÆ FIERENT, QVID DE EA RE FIERI OPORTET, DE EA RE ITA CENSVERVNT. QVOD AD FIDEIVSSIONES ET MVTVI DATIONES, ET PRO ALIIS QVIBVS INTERCESSERINT FEMINÆ, PERTINET, TAMETSI ANTE VIDETVR ITA IVS DICTVM ESSE, NE EO NOMINE AB HIS PETITIO, NEVE IN EAS ACTIO DETVR, CVM EAS VIRILIBVS OFFICIIS FVNGI, ET EIVS GENERIS OBLIGATIONIBVS OBSTRINGI NON SIT ÆQVVM, ARBITRARI SENATVM, RECTE ATQVE ORDINE FACTVROS, AD QVOS DE EA RE IN IVRE ADITVM ERIT, SI DEDERINT OPERAM, VT IN EA RE SENATVS VOLVNTAS SERVETVR.

Senatuſconſulti verò Macedoniani verba, eodem Vlpiano teſte, hæc erant: CVM INTER CETERAS SCELERIS CAVSAS MACEDO, QVAS ILLI NATVRA ADMINISTRABAT, ETIAM ÆS ALIENVM ADHIBVISSET, ET SÆPE MATERIAM PECCANDI MALIS MORIBVS PRÆSTARET, QVI PECVNIAM, NE QVID AMPLIVS DICERETVR, INCERTIS NOMINIBVS CREDERET: PLACERE, NE CVI, QVI FILIOFAMILIAS MVTVAM PECVNIAM DEDISSET, ETIAM POST MORTEM PARENTIS EIVS, CVIVS IN POTESTATE FVISSET, ACTIO, PETITIOQVE DARETVR: VT SCIRENT, QVI PESSIMO EXEMPLO FOENERARENT, NVLLIVS POSSE FILIIFAMILIAS BONVM NOMEN EXPECTATA PATRIS MORTE FIERI.

Idem Vlpianus Senatuſconſulti Trebelliani hæc verba memorat: CVM ESSET ÆQVISSIMVM IN OMNIBVS FIDEICOMMISSARIIS HEREDITATIBVS, SI QVA DE HIS BONIS IVDICIA PENDERENT, EX HIS EOS SVBIRE, IN QVOS IVS FRVCTVSQVE TRANSFERETVR, POTIVS QVAM CVIQVE PERICVLOSVM ESSE FIDEM SVAM: PLACET, VT ACTIONES, QVÆ IN HEREDEM, HEREDIBVSQVE, DARI SOLENT, EAS NEQVE IN EOS, NEQVE HIS DARI, QVI FIDEI SVÆ COMMISSVM, SICVTI ROGATI ESSENT, RESTITVISSENT: SED HIS, ET IN EOS, QVIBVS EX TESTAMENTO FIDEICOMMISSVM RESTITVTVM FVISSET: QVO MAGIS IN RELIQVVM CONFIRMENTVR SVPREMÆ DEFVNCTORVM VOLVNTATES.

Sunt & alia in Pãdectis, ab eorũ, quæ ſtante Rep. fiebant, dignitate & gloria, non minùs verborũ grauitate & amplitudine, quàm temporũ interuallo ſeiuncta Senatuſconſulta.

quorum proinde locos ſedéſque indicaſſe ſatis erit. Qui legendi ſtudio tenebitur, facultatem illi dabit Vlpian. in L.1.D.de adſignand.libert.& L.1.D.de liber.adgnoſc. & L.Cùm verò.§.ſubuentum.& L.ſi ſeruũ.§.ſi quis ſeruum.D.de fideicom. libertatib.& Macer in L.2.D.de bon.eot.qui ante ſent. His igitur ablegatis, aurei illius ſæculi Senatuſconſulta complectar, quæ variè quidem pro re ſubiecta concipiebantur: tentabo tamen confuſam eorum multitudinem in aliquẽ ordinẽ adducere, & ad certa quaſi capita referre. Ac primùm ea quæ de diuinis rebus, tum deinde quæ de humanis, id eſt de Repub. de Bello, de Prouinciis, de Exercitibus, & aliis, quæcunque vſu veniebant, negotiis, fieri Senatuſconſulta ſolebant, exequar. Vt ergo ab iis quæ de Religione (vnde & Relationũ principia ducebãtur) fiebãt, ordiar, priuſquã bellũ aliquod periculoſũ ſuſciperetur, Senatus vt plurimùm decernebat, vt Coſs. rem diuinam cum certa precatione facerent, vel prodigia procurarent, vel ludos & dona Diis immortalibus vouerent. Sic antequã bellũ cum Philippo rege iniretur, Senatũ decreuiſſe Liuius lib.xxxi. refert: VTI COSS. MAIORIBVS HOSTIIS REM DIVINAM FACERENT, QVIBVS DIIS IPSIS VIDERETVR, CVM PRECATIONE EA. QVAM REM SENATVS POPVLVSQVE RO. DE REP. DEQVE INEVNDO NOVO BELLO IN ANIMO HABERET, EA RES VTI POPVLO RO. SOCIISQVE, AC NOMINI LATINO, LÆTA ET PROSPERA EVENIRET. Idem lib.xxxvi. auctor eſt poſt initum à P. Cornelio Scipione, & M. Acilio Glabrione Conſulatum, Patres priuſquam de prouinciis agerent, iuſſiſſe, COSS. RES DIVINAS FACERE MAIORIBVS HOSTIIS, IN OMNIBVS FANIS, IN QVIBVS LECTISTERNIVM MAIORE PARTE ANNI FIERI SOLERET, PRECARIQVE, QVOD SENATVS DE NOVO BELLO IN ANIMO HABERET, VT EA RES SENATVI POPVLOQVE RO. BENE AC FELICITER EVENIRET. Eodémque lib. paullo poſt, *Senatuſconſultum*, ait, *factum eſt* QVOD POPVLVS RO. EO TEMPORE DVELLVM IVSSISSET CVM REGE ANTIOCHO ESSE, QVIQVE SVB IMPERIO EIVS ESSENT, VT EIVS REI CAVSA SVPPLICATIONEM IMPERARENT COSS. VTIQVE M. ACILIVS COS. LVDOS MAGNOS IOVI VOVERET, ET DONA AD OMNIA PVLVINARIA. Idem lib.xlii. *Cùm bellum Macedonicum in expectatione eſſet, priuſquam id ſuſciperetur,* PRODIGIA EXPIARI, PACEMQVE DEVM PETI, PRECATIONIBVS QVÆ EDITÆ EX FATALIBVS LIBRIS ESSENT, *placuit.*

Cõſules verò vbi ex Senatus auctoritate rẽ diuinã fecerãt, ſi quidẽ litaſſẽt, Renuntiare ſolebãt Senatui, RITE SACRIFICATVM, vel, REM DIVINAM, PRECATIONEMQVE RITE FACTAM. Liuius lib.xxxi. COSS. PRONVNTIARVNT, REM DIVINAM RITE PERFECTAM ESSE, PRECATIONIQVE ANNVISSSE DEOS, HARVSPICES RESPONDERE. Idem lib.xlii. *Coſs. quo die magiſtratum inierunt, ex S.C. cùm circa omnia fana in quibus lectiſternium maiorem partem anni eſſe ſolet, maioribus hoſtiis immolaſſent, inde preces ſuas acceptas ab diis immortalibus ominati, Senatui,* RITE SACRIFICATVM, PRECATIONEMQVE DE BELLO FACTAM, RENVNTIARVNT. Sin ſecus, Renuntiabant, MINIME LITASSE. Liuius lib.xli. *Cùm Coſs.* inquit, *pluribus hoſtiis cæſis,* MINIME LITASSE, *Renuntiaſſent, Senatus maioribus hoſtiis vſque ad Litationem ſacrificari iuſſit.*

Placandorum certè Deorum cauſa, quos iratos eſſe cladibus acceptis ſenſerant, prodigia hoſtiis cæſis procurari, ſupplicationéſque haberi Senatus decernebat. Liuius lib.x. *Eo anno prodigia multa fuerunt: quorum auerruncandorum cauſa ſupplicationes in biduum Senatus decreuit.* Idem xl. *His prodigiis cladibúſque anxij Patres decreuerunt*, VT ET COSS. QVIBVS DIIS VIDERETVR, HOSTIIS MAIORIBVS SACRIFICARENT, ET DECEMVIRI LIBROS ADIRENT: *Eorum decreto ſupplicatio circa omnia puluinaria Romæ in diem vnum indicta eſt. Iiſdem auctoribus &* SENATVS CENSVIT, *& Coſs. edixerunt,* VT PER TOTAM ITALIAM IN TRIDVVM SVPPLICATIO, ET FERIÆ ESSENT. Atq; ita poſt varia prodigia ex pluribus ſimul locis nũtiata, quæ metum populo terroremq; iniecerant, Conſulẽ DE RELIGIONE patres conſuluiſſe, decretúmque fuiſſe Liuius lib.xxii. refert, VT EA PRODIGIA PARTIM MAIORI-

BVS

BVS HOSTIIS, PARTIM LACTENTIBVS PROCVRARENTVR: ET VT SVPPLICATIO PER TRIDVVM AD OMNIA PVLVINARIA HABERETVR: CETERA, CVM DECEMVIRI LIBROS INSPEXISSENT, VT ITA FIERENT, QVEMADMODVM CORDI ESSE DIVI CARMINIBVS PRÆFARENTVR. Agell. lib.IIII.cap.VI.veteris cuiuſdam Senatuſconſulti exemplum profert in hæc verba: QVOD C. IVLIVS L.F. PONTIFEX NVNTIAVIT IN SACRARIO IN REGIA HASTAS MARTIAS MOVISSE, D.E.R.I.C.VT M.ANTONIVS COS. HOSTIIS MAIORIBVS IOVI ET MARTI PROCVRARET: QVOD ET CETERIS DIIS QVIBVS VIDERETVR PLACANDIS VTI PROCVRASSET, SATIS HABENDVM CENSVERVNT: SI QVID SVCCIDANEIS OPVS ESSET, ROBIGVS ACCEDERET. Denique ob prodigia, Procurationes & Obſecrationes conſtituendas Cicero in extremo orationis de Haruſpic.reſponſ. cenſet.

Cùm verò terra prodigia nuntiata erant, SIBYLLINOS LIBROS ADIRE, ET INSPICERE DECEMVIRI à Senatu iubebãtur. Cic.lib.I.de Diuinat. *Quoties Senatus Decẽuiros ad libros ire iuſsit?* Liu.lib.VII. *Qu. Fabius Max. Dictator, quo die magiſtratũ iniit, vocato Senatu, ab Diis orſus, cùm docuiſſet Patres, plus negligẽtiæ cerimoniarũ auſpiciorúmq;, quã temeritate atque inſcitia peccatum à C. Flaminio Cos. eſſe, quæque piacula iræ Deûm eſſent, ipſos Deos conſulendos eſſe: peruicit, vt (quod nõ fermè decernitur,* NISI CVM TERRA PRODIGIA NVNTIATA SVNT) DECEMVIRI LIBROS SIBYLLINOS ADIRE IVBERENTVR. Idem lib.XXII. *Priuſquam ſigna ob vrbe nouæ legiones mouerent,* DECEMVIRI LIBROS ADIRE, ATQVE INSPICERE *iuſsi, propter territos vulgò homines nouis prodigiis.* Et eodem lib. *Hoc nefas, cùm inter tot, vt fit, clades in prodigium verſum eſſet,* DECEMVIRI LIBROS ADIRE *iuſsi ſunt.* Idem lib.XXI. *Ob cetera prodigia* LIBROS ADIRE DECEMVIRI *iuſsi.* Idem lib.XXXI. *Nihilominus* DECEMVIROS ADIRE LIBROS DE PORTENTO EO, *iuſſerunt.* Et lib.XXXIIII. *Poſtremo* DECEMVIRIS ADIRE LIBROS *iuſſu.* Eodem teſte lib.XL. Prodigiorum cauſa C. Seruilius Pontifex Max. PIACVLA IRÆ DEVM CONNQVIRERE *iuſſus eſt,* DECEMVIRI LIBROS INSPICERE, CONSVL APOLLINI, ÆSCVLAPIO, SALVTI, DONA VOVERE ET DARE SIGNA INAVRATA. Et lib.XLII. *Ea res prodigij loco habita, ad Senatum relata eſt: Patres* AD HARVSPICES REFERRI, ET DECEMVIROS LIBROS ADIRE, *iuſſerunt.* Varro lib.I.de re Ruſt.cap.I. *Neque patiar Sibyllam non ſolùm cecinisse quæ dum viueret, prodeſſent hominibus, ſed etiam quæ cùm periiſſet ipſa, & id etiam ignotiſsimus quoque hominibus, ad cuius libros tot annis poſt publicè ſolemus redire, cùm deſideramus quid faciendum ſit nobis ex aliquo portẽto.* Ex eiuſdem etiam Varronis de Scenicis originibus libro Cenſorinus lib.de die Nat. cap. VI. hæc citat: *Quum multa portenta fierent, & murus & turris quæ ſunt inter portam Collinam & Exquilinam, de cælo eſſent tacta, & ideò libros Sibyllinos Decemuiri adiiſſent, renuntiauerunt, vts Diti patri & Proſerpinæ ludi Tarentini in campo Martio fierent tribus noctibus, & hoſtiæ furuæ immolarentur, vtique ludi centeſimo quoque anno fierent.*

Planè cùm tres vno tempore Veſtales virgines nobiliſsimæ inceſti cum equitibus Romanis pœnas dediſſent, Senatũ, libris Sibyllinis per Decemuiros inſpectis, cenſuiſſe, vt Veneris Verticordiæ ſimulacrum conſecraretur, quo facilius virginum mulierúmque mens à libidine ad pudicitiam conuerteretur, tradunt Valer. Max.lib.VIII.cap.vlt. Iul. Obſeq.in lib.de Prodig. Ouid.lib.V.Faſt. & Plin lib.VII.cap.XXXV.

Ob crebros quoque terræ motus nuntiatos Decemuiros libros Sibyllinos adire iuſſos, Liuius lib.XXXIIII.refert.

SED ET CVM latè graſſaretur vis morbi, peſtilentiæque finis non fieret, ex Senatuſconſulto libros à Decemuiris adiri conſueuiſſe, idem Liuius non vno loco docet. Sic enim libro V.ſcribit: *Grauis peſtilénsque omnibus animalibus æſtas excepit, cuius inſanabili pernicie, quando nec cauſa nec finis inueniebatur,* LIBRI SIBYLLINI EX S. C. ADITI SVNT. Idem lib.VII. auctor eſt, peſtilentiam ciuitatem adortam, coëgiſſe Senatum, imperare Decemuiris, VT LIBROS SIBYLLINOS INSPICERENT. Et lib.XLI. *Cùm peſtilentiæ finis non fieret, Senatus decreuit,* VTI DECEMVIRI LIBROS SIBYLLINOS ADIRENT.

Poſt Tarentinorum vtique defectionem, religione noua, carminibus Martij vatis, obiecta, iis explanatis Senatuſconſultũ factum Liuius lib.xxv. ſcribit, VT DECEMVIRI LIBROS DE LVDIS APOLLINI, REQVE DIVINA FACIENDA INSPICERENT. Ea cùm inſpecta relatáque ad Senatum eſſent, cenſuere patres, APOLLINI LVDOS VOVENDOS FACIENDOSQVE, ET QVANDO LVDI FACTI ESSENT, DVODECIM MILLIA ÆRIS PRÆTORI AD REM DIVINAM, ET DVAS HOSTIAS MAIORES DANDAS. Alterum Senatuſconſultum factum eſt, VT DECEMVIRI SACRA GRÆCO RITV FACERENT, IISQVE HOSTIIS APOLLINI BOVE AVRATO, ET CAPRIS DVABVS ALBIS AVRATIS, LATONÆ BOVE FEMINA AVRATA. Macrob. lib.I. Saturnal. cap.XVII. de eiuſdem Martij vatis carmine loquens, *Ex hoc*, ait, *carmine cùm procurandi gratia dies vnus rebus diuinis impenſus eſſet, poſtea S.C. factum*, VT DECEMVIRI, *quo magis inſtruerentur*, DE LVDIS APOLLINI AGENDIS, REQVE DIVINA RECTE FACIENDA LIBROS SIBYLLINOS ADIRENT. Dionyſ. Halicarnaſſ. lib.IIII. οὐδὲν οὕτω Ῥωμαῖοι φυλάττουσιν, οὔτε ὅσιον κτῆμα, οὔτε ἱερὸν, ὡς τὰ Σιβύλλεια θέσφατα. Χρῶνται δὲ αὐτοῖς, ὅταν συμπιστίσῃ κατὰ πόλεμον ἢ πρᾶξιν τινῶν καὶ φαντασμάτων μεγάλων καὶ δυσευρέτων αὐτοῖς φανέντων, οἷα πολλὰ συνέβη. Plutarch. ἐν Αἰτίοις ἤτοι ῥωμαικοῖς. τῆς δὲ πράξεως δεινῆς φανείσης, ἔδοξεν, ἀνερέσθαι τὰ Σιβύλλεια τοὺς ἱερεῖς. Phlegon. in lib. περὶ θαυμασίων. Διὰ ταύτας αἰτίας ἡ Σύγκλητος ἐκέλευσε, ΤΟΥΣ ΙΕΡΟΜΝΗΜΟΝΑΣ ΑΝΑΓΝΩΝΑΙ ΤΟΥΣ ΣΙΒΥΛΛΗΣ ΧΡΗΣΜΟΥΣ. Extat huius generis Senatuſcõſultorum exemplum apud Vopiſcum in Aurelia. quod inſerere propter longitudinem nolui.

Supplicationes Supplicationes porrò variis de cauſis Senatus decernebat. Pro felici enim ſucceſſu & exitu eorum quæ aggrediebantur, ſupplicationes decretas, Liuius lib. xxx. docet: quò loci poſt imperium P. Scipioni, donec debellatum in Africa foret, prorogatum, decreuiſſe Senatum ait, VT SVPPLICATIO FIERET, QVOD IS IN AFRICAM PROVINCIAM TRAIECISSET, VT EA RES SALVTARIS POPVLO RO. IPSIQVE DVCI ATQVE EXERCITVI ESSET. Idem lib. XXXVII. ſupplicationem in vnum diem decretam, QVOD EXERCITVS RO. TVM PRIMVM IN ASIA CASTRA POSVISSET, VT EA RES PROSPERA ET LÆTA EVENIRET, ſimulque, VICENIS MAIORIBVS HOSTIIS SACRIFICARE Conſulem iuſſum, memorat.

Rebus etiã proſperè ac feliciter geſtis, GRATIAS AGI DIIS, SVPPLICATIONESQVE AD OMNIA PVLVINARIA HABERI, plerumq; Senatus decernebat. Teſtis eſt Liuius lib. xxx. vbi poſt legatos Saguntinorum auditos, à Senatu decretum fuiſſe ſcribit, VT GRATIÆ DIIS VICTORIARVM CAVSA AGERENTVR. Et ita, cùm multis Scipionis in Africa victoriis Carthaginienſes in deſperationem acti, Annibalem ex Italia in auxilium publicæ ſalutis reuocaſſent, íſque anno decimo ſexto Italia exceſſiſſet, mentione in Senatu facta, quantum terroris, pauoríſque, tranſitus Annibalis in Italiam inieciſſet, quæ deinde clades, qui luctus incidiſſent: viſa hoſtium caſtra è muris vrbis: quæ vota ſingulorum, vniuerſorúmque fuiſſent: quoties in conciliis voces manus ad cœlum porrigentium audiras, en vnquam ille dies futurus eſſet, quo vacuam hoſtibus Italiam bona pace florentem viſuri eſſent, dediſſe tandem id Deos ſexto decimo demum poſt anno, nec eſſe qui DIIS GRATIAS AGENDAS CENSERET, ad ea conclamatum ex omni parte Curiæ fuiſſe Liuius lib. xxx. tradit, VTI REFERRET P. ÆLIVS PRÆTOR; deindéque decretum, VT QVINQVE DIES CIRCA OMNIA PVLVINARIA SVPPLICARETVR, VICTIMÆQVE MAIORES IMMOLARENTVR CXX. Idem, poſt res in Ætolia proſperè geſtas ſupplicationem in triduum decretam, & VT QVADRAGINTA HOSTIIS MAIORIBVS PRÆTOR, QVIBVS DIIS EI VIDERETVR, SACRIFICARET, lib. XXXV. memorat. Victoriæ quoque naualis ergô in vnum diem ſupplicationem decretam lib. XXXVII. narrat. Similitérque re ab Æmylio Coſ. bene geſta, SVPPLICATIONEM IN QVINQVE DIES, CIRCA OMNIA PVLVINARIA Senatum decreuiſſe, HOSTIISQVE MAIORIBVS SACRIFICARI, iuſſiſſe lib. XLV. refert. Idem lib.

XXVII.

XXVII. *Senatus*, QVOD M. LIVIVS ET C. CLAVDIVS COSS. INCOLVMI EXERCITV DVCEM HOSTIVM LEGIONESQVE OCCIDISSENT, SVPPLICATIONEM IN TRIDVVM *decreuit*. Catilinæ quoq; coniuratione patefacta, SVPPLICATIONEM AD OMNIA PVLVINARIA decretam Cic. III. in Catilin. oratio. ſcribit.

Sanè ſupplicationum huiuſmodi decernendarum vulgaris cauſa erat, OB REMPVB. BENE, ſeu PROSPERE GESTAM. Quæ fuiſſe in hac re ſollemnia verba palam faciam. Cicero Philipp. XIIII. *Quamobrem, aut* SVPPLICATIO OB REMPVB. PVLCHERRIME GESTAM, *poſtulantibus veſtris Imperatoribus deneganda eſt*. Ibidémque ſupplicationem his verbis decernit: VTI OB EAS RES BENE, FORTITER, FELICITERQVE GESTAS, C. PANSA, A. HIRTIVS COSS. IMPERATORES, ALTER AMBOVE, AVT, SI ABERINT, M. CORNVTVS PRÆTOR VRBANVS, SVPPLICATIONES PER DIES QVINQVAGINTA AD OMNIA PVLVINARIA CONSTITVAT Liu. lib. XXXI. *Non homines tantùm ea victoria lætatos, ſed* DIIS QVOQVE IMMORTALIBVS PER TRIDVVM SVPPLICATIONES HABITAS, QVOD BENE AC FOELICITER, *non quod male ac temere* RESPVB. A L. FVRIO PRÆTORE GESTA ESSET. Idem lib. XXXIII. OB RES PROSPERE GESTAS IN DIES QVINQVE SVPPLICATIONES *decretæ*. Et lib. XLI. SVPPLICATIONES *decretæ*, QVOD IS PROSPERE REMPVB. GESSISSET. Idē lib. XLII. SVPPLICATIONEMQVE, *quā abſentes ex literis* DE BENE GESTA REPVB. *miſſis, decernere debuerint*. Et lib. XLV. *Senatus reuocatus in Curiam*, SVPPLICATIONES, OB REM EGREGIE GESTAM AB L. ÆMYLIO CONSVLE, IN QVINQVE DIES CIRCA OMNIA PVLVINARIA, *decreuit*. Agell. lib. VII. cap IIII. & Feſt. Pomp. in verbo, *Sub corona*, hæc ex Catonis libro de re milit. verba citant: *Vt populus ſua opera potius* OB REM BENE GESTAM CORONATVS SVPPLICATVM EAT, *quam re malè geſta coronatus væneat*. Nec dubium eſt huc reſpexiſſe Ciceronē Orat. in Piſonem, cùm ait, *Vt Senatus is, qui in eam benignitatis conſuetudinem venit, vt eos qui bene* REMPVB. GESSERINT, *nouis honoribus afficiat, & numero dierum & genere verborum*. Qui loquendi modus, non eſt infrequens. Idem Cic. eadem oratio. *Qui neque ſcribere Senatui*, A TE BENE REMPVB. ESSE GESTAM *neque præſens dicere auſus es*. Cornel. Tacit. lib. II. *Et Iano, templum, quod apud forum olitorium C. Duillius ſtruxerat, qui primus* REMPVB. RO. PROSPERE MARI GESSIT. Idē lib. XIII. OB RES *à Quadrato & Corbulone* PROSPERE GESTAS, *laurum faſcibus Imperatoris addi*. Lamprid. in Alexandro, *His verò qui* REMP. BENE GESSERANT, *Conſularia ornamenta decreta ſunt*.

Nec tantum REMPVB. GERERE, verumetiam ſimpliciter REM GERERE eodem ſenſu apud auctores inuenio. Sueton. in Aug. cap. VII. *Vel quòd in regione Thurina, recens eo nato, pater Octauius aduerſus fugitiuos* PROSPERE REM GESSERAT. Macrob. lib. III. Saturn. cap. II. *Quod poſtridie Non. Iulias* RE BENE GESTA *cùm pridie populus à Tuſcis in fugam verſus ſit poſt victoriam certis ſacrificiis fit vitulatio*. Liuius lib. XXVIII. *Quia neminem ad eam diem triumphaſſe, qui ſine magiſtratu* RES GESSISSET, *conſtabat*. Et lib. XXVII. *Marcello, quibus conſul* BENE REM GESSERAT, *legiones decretæ*. Item lib. XXXI. *Exemplum a maioribus non accepiſſe, vt qui neque Dictator, neque Conſul, neque Prætor*, RES GESSISSET, *triumpharet*. Et aliàs eod. lib. *Maiores natu negabant triumphum & quod alieno exercitu* REM GESSISSET. Et lib. XXX. *Quæ non parua* BENE GESTÆ REI *acceſſio erat*. Et mox: *Scipio eodem quo adhuc, iure imperij terra* REM GERERET. Apud eundem lib. XXII. Flaminius, *Num literas quoque, ait, ab Senatu adfers, quæ me* REM GERERE *vetent*. Plinius lib. II. cap. LXVII. *In Arabico ſinu* RES GERENTE C. CÆSARE. Et lib. XII. cap. XIIII. RES *in Arabia* GESSIMVS.

Ciceroni planè propter depulſum Catilinæ coniurationis periculum, nouo titulo, ac ſingulari genere, Supplicatio decreta fuit. Vni enim illi ob eam coniurationem ſua diligentia patefactam & extinctam, non vt ceteris BENE GESTÆ, ſed, quòd post vrbem conditam togato ante eum contigerat nemini, REIPVB. CONSERVATÆ titulo, Supplicatio decreta eſt, quemadmodum ille, & meritò, Epiſt. XIII. lib. XV. Famil.

glориatur, tantóque magis,quod is ſibi honor Catonis ſententia delatus fuerat. Et hoc eſt quod ipſemet Cicero in Orat. de Prouinc. Conſul. *nouum ſibi ſupplicationis genus decretum* ait, non BENE GESTÆ, ſed CONSERVATÆ REIPVB. *nomine.* Idem II. Philipp. initio, *An in Senatu facillimè de me detrahi poſſe credidit? qui ordo clariſſimus ciuibus* BENE GESTÆ REIPVB. *teſtimonium multis, mihi vni*, CONSERVATÆ, *dedit.* Et in Piſonem: *Mihi Togato Senatus non vt multis*, BENE GESTÆ, *ſed, vt nemini*, CONSERVATÆ REIPVB. *ſingulari genere Supplicationis Deorũ immortalium templa patefecit.* Idem III. in Catilin. Orat. *Atque etiam*, SVPPLICATIO DIIS IMMORTALIBVS *pro ſingulari eorum merito meo nomine decreta*, QVIRITES, *quod mihi primùm poſt hanc vrbem conditam Togato contigit: & his decreta verbis*, QVOD VRBEM INCENDIIS, CÆDE CIVES, ITALIAM BELLO, LIBERASSEM. Et paulo poſt. *Ceteras ſupplicationes* BENE GESTA *hanc vnã*, CONSERVATA REIPVB. *conſtitutam fuiſſe*, ait. Quarta quoque Oratione eiuſdem argumẽti Senatui gratias agens, eas multis de cauſis à ſe habẽdas profitetur, maximè vero quòd ei Supplicationem decreuerant, qui honos Togato ante eum nemini habitus erat. Eadémque Orat. *Ceteris*, ait, *ſemper* BENE GESTÆ, *mihi vni* CONSERVATÆ REIPVB. *gratulationem decreuiſtis.* Idem lib. II. Epiſt. ad Attic. de Catone: *Quem de meis rebus, in quas eum multi incitarant, multo ſcito glorioſius quam de ſuis prædicare: ſibi enim*, BENE GESTÆ, *mihi* CONSERVATÆ REIPVB. *dat teſtimonium.* Et in Oratio. pro Sylla ſibi vni Togato, qui inueſtigaſſet, patefeciſſet, oppreſſiſſet coniurationem Catilinæ, Supplicationem Senatũ decreuiſſe prædicat. De ſe quoque hæc apud Dionem lib. XLV. idẽ ipſe Cicero verba facit. Τεκμήριον δὲ καὶ ὅτι καὶ θυσίας καὶ ἑορτὰς ἐφ᾽ οἷς ἐπεπράγειν ἐποίησα, ἐψηφίσασθε, ὅπερ οὐδενὶ πώποτε ἄλλῳ μὴ ἐν πολέμῳ γέ τι κατεπράξαντι, ἐγένετο. Nec erat à Dionid. in hiſtoria coniurationis Catilinæ prætermiſſum. Hoc enim ſignificatur hiſce lib. XXXVIII. verbis. Καὶ ἐπ᾽ αὐτοῖς καὶ θυσία καὶ ἱερομηνία ἐψηφίσθη, ὃ μὴ πώποτε ἐπὶ τοιούτῳ τινὶ ἐγεγόνει. Idémque ſentit Quintilianus lib. II. cap. XVI. *Ciceronem*, inquiens, IN TOGA SVPPLICATIONEM, *qui maximus honor victoribus bello ducibus*, MERVISSE: Plinius verò eloquentiæ nomine pari elogio eũ ornans lib. VII. cap. XXX. IN TOGA TRIVMPHVM, LAVREAMQVE LINGVÆ MERITVM, ſcribit. Ipſe certè ſe vt ciuem CONSERVATOREM REIPVB. exteris rationibus à Senatu commẽdatum, in Piſo. ait, & PATRIÆ CONSERVATOREM ſæpiſſime à Senatu iudicatũ, Orat. de haruſp. reſponſ. Atque adeo Oratio. pro domo ſua, ab omnibus Diis atque hominibus talem iudicatum, iactat. Appian⁹ etiã de eo lib. II. bellor. ciuil. Καὶ Σωτὴρ, ait, ἐδόκει περιφανῶς ἀπολλυμένῃ τῇ πατρίδι γενέσθαι.

Sollẽnia planè eorum, qui ſupplicationes à Senatu poſtulabãt, erant verba huiuſmodi, VT DIIS IMMORTALIBVS HONOR HABERETVR. Liuius lib. XXIX. *L. Iuuẽtius Talna & T. Quintilius quantum bellum iam profligatum in Hiſpania eſſet, Senatu edocto, poſtularunt ſimul*, VT PRO REBVS TAM PROSPERE GESTIS, DIIS IMMORTALIBVS HABERETVR HONOS, ET VT EXERCITVM DEPORTARE LICERET. *Supplicatio in biduum decreta eſt.* Idẽ lib. XL. *Petierunt à Senatu primùm*, VT OB RES PROSPERE GESTAS DIIS IMMORTALIBVS HONOS HABERETVR. Et lib. XLII. *Senatúque extemplo ad ædem Bellonæ vocato, multis verbis inuectus eſt in Prætorem, qui cùm* OB REM BELLO BENE GESTAM, VTI DIIS IMMORTALIBVS HONOS HABERETVR, REFERRE AD SENATVM *debuiſſet.* Et mox: *A patribus poſtulare*, VT S. C. IN SE FACTVM TOLLI *iuberent*, SVPPLICATIONEMQVE, *quam abſentes ex literis de* BENE GESTA REPVB. *miſſis decernere debuerint, præſentes* HONORIS DEORVM *primùm cauſa, deinde & ſui aliquo tãdem reſpectu decernerent.* Idem lib. XLI. *Quique ab Senatu peterent*, VT OB RES DVCTV AVSPICIOQVE TIB. SEMPRONII PROSPERE GESTAS, DIIS IMMORTALIBVS HONOS HABERETVR, IPSIQVE DECEDENTI DE PROVINCIA EXERCITVM SECVM DEPORTARE LICERET, *Senatus in æde Apollinis legatorum verbis auditis*, SVPPLICATIONEM IN BIDVVM, *decreuit.* Cic. Philipp. XIIII. *Ex literis enim C. Panſæ, A. Hirtij Conſulum, C. Cæſaris propræt.* DE HONORE DIIS IMMORTALIBVS HABENDO, *ſententias diximus.* SVPPLICATIONEM

CATIONEM *modò qui* DECREVIT, *idem imprudens* HOSTES IVDICAVIT. Ex eadem verò Oratione illud hoc amplius didici, Romæ conſuetudinémque increbruiſſe, vt is cuius nomine Supplicatio decerneretur, IMPERATOR, Senatuſconſulto appellaretur.

Dicebatur etiam Supplicatio decerni eius Imperatoris nomine, à quo res bene geſta erat. Cicero III. in Catil. orat. *Atque etiam* SVPPLICATIO DIIS IMMORTALIBVS, *pro ſingulari eorum merito*, MEO NOMINE DECRETA EST. Idem IIII. orat. eiuſdem argumenti, *Maximéque, quod* MEO NOMINE SVPPLICATIONEM DECREVISTIS. Similitérque Philipp. XIIII. ſe decernere, ait, C. PANSÆ, A. HIRTII, ET C. CÆSARIS NOMINE, QVINQVAGINTA DIERVM SVPPLICATIONES. Liuius lib. III. *Gemina victoria, duobus bifariam prælíis parta, malignè, Senatus in vnum diem* SVPPLICATIONES CONSVLIS NOMINE DECREVIT. Idem lib. X. *Itaque &* SVPPLICATIONES OB REM BENE GESTAM CONSVLIS NOMINE DECERNVNT. Quin, & ipſimet Imperatori à quo res bene geſtæ erãt DECERNI dicebãtur. Et ita Cic. SIBI TOGATO SVPPLICATIONEM DECRETAM ait, Epiſt. XIIII. lib. XV. Familiar. & in Piſo. & IIII. in Catilin. & oratio. de prouinc. conſularib. Valer. Max. lib. IX. cap. XII. de Iuuentio Thalna: *Receptis literis*, DECRETAS EI A SENATV SVPPLICATIONES, *nuntiantibus*.

In Supplicationibus etiam decernendis, plerumque Senatum quot hoſtiis in quaſque ſupplicationes ſacrificaretur præſcribere conſueuiſſe, argumento eſt, quod Liuius lib. XXXVII. duabus ſupplicationibus decretis, VICENIS MAIORIBVS HOSTIIS, IN SINGVLAS, SACRIFICARE, Conſulem iuſſum, narrat.

Ceterùm eadem quæ in Supplicationibus, in Triumphis quoque poſtulandis & decernendis recepta verba erant. Nam qui legitimo hoſtium numero cæſo, inſignem aliquam victoriam adeptus erat Imperator, Senatu extra vrbem dato, poſtquam de rebus à ſe geſtis diſſeruerat, petebat à Patribus, VT OB REM BENE GESTAM, DIIS IMMORTALIBVS HONOREM HABERI IVBERENT, ET VT SIBI TRIVMPHANTI VRBEM INGREDI, VICTOREMQVE EXERCITVM DEPORTARE LICERET. Liuius lib. XXVIII. *In Senatu, cùm more omnium Imperatorum, expoſitis rebus ab ſe geſtis, poſtulaſſent*, VT PRO REPVB. FORTITER FIDELITERQVE ADMINISTRATA, ET DIIS IMMORTALIBVS HABERETVR HONOS, ET IPSIS TRIVMPHANTIBVS VRBEM INIRE LICERET: *Se verò*, EA QVÆ POSTVLARENT, DECERNERE *Patres*, MERITO DEORVM PRIMVM, DEIN SECVNDVM DEOS, CONSVLVM, *reſpõderunt*. Idẽ lib. XXXVIII. *Cn. Manlius proconſul Romã venit: cui cùm ab Ser. Sulpitio præt. Senatus ad ædem Bellonæ datus eſſet: & ipſe commemoratis rebus ab ſe geſtis poſtulaſſet*, VT OB EAS DIIS IMMORTALIBVS HONOR HABERETVR, SIBIQVE TRIVMPHANTI VRBEM INVEHI LICERET. Et mox: *Merito ergo, à vobis* PROSPERE BELLO GESTO TRIVMPHVM PETENT. Item aliàs eod. lib. *In ea ciuitate quæ ideò omnibus rebus incipiendis gerendíſque Deos adhibet, quia nullius calumniæ ſubiicit ea quæ Dij comprobauerunt: & in ſollemnibus verbis habet, cùm ſupplicationem aut triumphum decernit*, QVOD BENE AC FELICITER REMPVB. ADMINISTRARIT. Idem lib. XXXIX. *M. Fuluius Proconſul ex Aetolia rediit: íſque ad ædem Apollinis in Senatu cùm de rebus in Aetolia Cephaleniáque ab ſe geſtis diſſeruiſſet, petiit à Patribus*, VT ÆQVVM CENSERENT OB REMPVB. BENE AC FELICITER GESTAM, ET DIIS IMMORTALIBVS HONOREM HABERI IVBERE, ET SIBI TRIVMPHVM DECERNERE. Idem lib. XXXI. *Per idem tempus L. Cornelius Lentulus Proconſul ex Hiſpania rediit, qui cùm in Senatu, res ab ſe per multos annos fortiter felicitérque geſtas expoſuiſſet, poſtulaſſetque*, VT TRIVMPHANTI SIBI INVEHI LICERET IN VRBEM, *res triumpho dignas eſſe cenſebat Senatus*. Alioque eiuſdem libri loco de L. Furio. *Romam inopinato cùm veniſſet, Senatum in æde Bellonæ habuit: expoſitíſque rebus geſtis*, VT TRIVMPHANTI SIBI IN VRBEM INVEHI LICERET, PETIT. Et lib. XXXVI. de P. Cornelio Coſ. *Senatu ad ædem Bellonæ vocato, cùm de rebus ab ſe geſtis diſſeruiſſet, poſtulauit*, VT SIBI TRIVMPHANTI LICERET in VR-

BEM INVEHI. Et lib. XL. *Petierunt ab Senatu primùm*, VT OB RES PROSPERE GESTAS DIIS IMMORTALIBVS HONOS HABERETVR: DEINDE VT FVLVIO DECEDENTI DE PROVINCIA DEPORTARE INDE EXERCITVM, CVIVS FORTI OPERA ET IPSE ET MVLTI ANTE EVM PRÆTORES VSI ESSENT, LICERET. Et lib. XLV. *Pars non minima triumphi eſt, victimæ præcedentes, vt appareat Diis grates agentem Imperatorem* OB REMP. BENE GESTAM *redire*. Valer. Max. lib. III. cap. VI. *Papyrius quidem Maſſo, cùm* BENE GESTA REPVB. TRIVMPHVM A SENATV NON IMPETRASSET. Spartianus in Seuero. *Cui* SENATVS *Iudaicum* TRIVMPHVM DECREVERAT, IDCIRCO QVOD ET IN SYRIA RES BENE GESTÆ FVERANT A SEVERO. Cicero etiam Epiſt. vlt. lib. VII. ad Attic. ſubindicat Pōpeium Cæſari alterū Conſulatū & Triumphū detuliſſe, his verbis, PRO SVIS REBVS GESTIS AMPLISSIMIS.

Atque vt reliqua de religione facta Senatuſconſulta perſequamur, Dionyſ. Halicar. lib. VI. auctor eſt, Senatum, ob reconciliatam cum patribus plebē, decreuiſſe θυσίας ἀποδῦναι τοῖς θεοῖς χαριστηρίους. Sed & cùm late vis peſtilētiæ graſſaretur, Senatus, (verba hæc ſunt Liuij lib. III.) inops auxilij humani populū ad Deos ac vota vertit. IVSSI CVM CONIVGIBVS ET LIBERIS SVPPLICATVM IRE, PACEMQVE EXPOSCERE DEVM. Idémque lib. VII. cùm is morbus vrbem Sulpitio Petico & Licinio Stolone Coſſ. inceſſiſſet, PACIS DEVM EXPOSCENDÆ CAVSA lectiſternia facta ſcribit. Inuenio etiam religionum cauſa quandoque Senatū decreuiſſe VT LVDI VOVERENTVR. Nam cùm peſtilentia grauis incidiſſet in vrbem agróſque, P. Licinium Varum Prætorem vrbis legem ferre ad populum iuſſum, vt ludi Apollinares in perpetuum in ſtatam diem vouerentur, Liuius lib. XXVIII. memoriæ prodidit. Idem lib. XLII. *Decreuit*, ait, *Senatus* VT C. POPILIVS COS. LVDOS PER DECEM DIES IOVI OPT. MAX. VOVERET, DONAQVE CIRCA OMNIA PVLVINARIA DARI, SI RESPVB. DECEM ANNOS IN EODEM STATV FVISSET. Tumultus quoque Gallici cauſa, Q. Seruilium Halam Dictatorem, iuſſum à Patribus, SI ID BELLVM PROSPERE EVENISSET LVDOS MAGNOS VOVERE, Liuius lib. VII. oſtendit.

Decernebatur etiam nonnunquam vt Ludi, Ædes ſacræ, quos, quáſve Imperatores vouiſſent ſumptu publico fierent. Liuius lib. XXX. vt placatis Diis omnia inciperent, agerent, Patres iuſſiſſe narrat VI COSS. PRIVSQVAM AD BELLVM PROFICISCERENTVR, EOS LVDOS FACERENT QVOS T. MANLIVS DICTATOR ANTE VOVERAT. Idem lib. XL. *Q. Fuluius Conſul priuſquam vllam Rempub. ageret, liberare & ſe & Rempub. religione, votis ſoluendis, dixit velle*. VOVISSE SE, *quo die poſtremum cum Celtiberis pugnaſſet*, LVDOS IOVI OPT. MAX. ET ÆDEM EQVESTRI FORTVNÆ SE SE FACTVRVM: *in eas res ſibi pecuniam collatam eſſe ab Hiſpanis*. LVDI *decreti*, ET VT DVVMVIRI AD ÆDEM LOCANDAM CREARENTVR: DE PECVNIA FINITVR, NE MAIOR CAVSA LVDORVM CONSVMERETVR, QVAM QVANTA FVLVIO NOBILIORI POST ÆTOLICVM BELLVM LVDOS FACIENTI DECRETA ESSET: NEVE QVID AD EOS LVDOS ARCESSERET, COGERET, ACCIPERET, FACERET ADVERSVS ID S. C. QVOD L. ÆMYLIO, CN. BÆBIO COSS. DE LVDIS FACTVM ESSET. Ex quo loco notandum eſt, Senatum, vbi de æde ſacra facienda votum factum ſoluendum erat, DVVMVIROS AD EAM REM CREARI decreuiſſe. Quod & idem lib. VII. docet. Illic enim L. Furium Dictatorem inter ipſum diſcrimen pugnæ cōtra Auruncos ædem Iunoni Monetæ vouiſſe narrat. Cuius damnatus voti cùm is victor Romam reuertiſſet, Senatus DVVMVIROS AD EANDEM ÆDEM PRO AMPLITVDINE POPVLI RO. FACIENDAM CREARI, iuſſit. Similíque modò cùm Q. Fabius Max. à Senatu poſtulaſſet, vt ædem Veneris Erycinæ, quam Dictator vouiſſet, dedicari liceret, Senatum decreuiſſe Liuius lib. XXIII. teſtis eſt, VT T. SEMPRONIVS DESIGNATVS COS. CVM PRIMVM MAGISTRATVM

STRATVM INIISSET AD POPVLVM FERRET, VT FABIVM DVVMVIRVM ESSE IVBERENT ÆDIS DEDICANDÆ CAVSA. Ceterùm cùm P. Cornelius Scipio Conſul Galliam prouinciam ſortitus, priuſquam ad bellum, quod cum Bois gerendum erat, proficiſceretur, poſtulaſſet ab Senatu, VT PECVNIA SIBI DECERNERETVR AD LVDOS QVOS PROPR. IN HISPANIA INTER IPSVM DISCRIMEN PVGNÆ VOVISSET, nouum atque iniquum poſtulare eſt viſus. Cenſuerunt ergo, quemadmodum Liuius. lib. XXXVI. ſcriptum reliquit, QVOS LVDOS INCONSVLTO SENATV EX SVA VNIVS SENTENTIA VOVISSET, EOS VEL DE MANVBIIS, SI QVAM PECVNIAM AD ID RESERVASSET, VEL SVA IPSE IMPENSA FACERET. Idem Liuius lib. XLV. *Inde*, QVOD AD HONOREM DEVM IMMORTALIVM *pertineret, decreuit Senatus*, VT QVONIAM PERDVELLES SVPERATI, PERSEVS, ET GENTIVS, REGES, CVM MACEDONIA, ATQVE ILLYRICO IN POTESTATE POPVLI RO. ESSENT, VT QVANTA DONA APP. CLAVDIO M. SEMPRONIO COSS. OB DEVICTVM ANTIOCHVM REGEM, DATA AD OMNIA PVLVINARIA ESSENT, TANTA Q. CASSIVS ET M. IVVENTIVS PRÆTORES CVRARENT DANDA. Ædem quoque Cereris, Liberi, & Liberæ, quam A. Poſtumius Dictator in ipſo pugnæ contra Latinos diſcrimine vouerat, fieri ex manubiis Senatum decreuiſſe Dionyſ. Halicar. lib. VI. ſcribit.

Plerumque autem ſi quæ ad religionem pertinens quæſtio vel controuerſia incideret, Senatus de ea COLLEGIVM PONTIFICVM CONSVLI iubebat, vel AD COLLEGIVM PONTIFICVM REFERRI. Liuius lib. XXXIX. *Senatus* COLLEGIVM PONTIFICVM CONSVLI *iuſſit, num omne id aurum in ludos conſumi neceſſum eſſet*: Cicero in Orat. de Haruſp. Reſp. *Ex hoc Haruſpicum reſponſo. Decreuit Senatus*, VT DE LOCIS SACRIS AC RELIGIOSIS AD HVNC ORDINEM (ſcilicet Pontificum) REFERRETIS. Ibidem etiam Senatum decreuiſſe memorat, VT DE SVARVM ÆDIVM RELIGIONE AD COLLEGIVM PONTIFICVM REFERRETVR: idque Orationi quam habuit ad Pontifices pro domo ſua cauſam & argumentum præbuit. Qua in Oratione illud quoque, refert, cùm Licinia virgo Veſtalis aram & ædiculam & puluinar ſub ſaxo ſacro dedicaſſet, Prætorem vrbanum, ex auctoritate Senatus, EAM REM AD COLLEGIVM PONTIFICVM RETVLISSE: cúmque P. Scæuola Pontifex Max. pro collegio reſpondiſſet, QVOD IN LOCO PVBLICO LICINIA INIVSSV POPVLI DEDICASSET, SACRVM ESSE NON VIDERI, Senatuſconſulto Prætori vrbano negotium datum fuiſſe, VT CVRARET NE ID SACRVM ESSET, ET VT SI QVÆ ESSENT INCISÆ AVT INSCRIPTÆ LITERÆ TOLLERENTVR. Idem Epiſt. XIII. lib. I. ad Attic. auctor eſt, poſtquam Senatui renuntiatum eſſet, P. Clodium cùm veſte muliebri deprehenſum domi C. Cæſaris, cùm pro populo à Veſtalibus ſacra fierent, EAM REM EX S. C. AD VIRGINES ET PONTIFICES RELATAM: IDQVE AB IIS NEFAS ESSE DECRETVM. Sic ad collegium Pontificum relatum de expiandis quæ Locris in templo Proſerpinæ tacta, violata, elatáque inde eſſent, Liuius lib. XXIX. ſcribit. Idem lib. XXXI. AD COLLEGIVM PONTIFICVM REFERRE CONSVL IVSSVS, SI POSSET RECTE VOTVM INCERTÆ PECVNIÆ SVSCIPI. Senatuſconſulti quoque de poſtulatis Ambracenſium facti, poſtrema verba hæc ſunt apud eundem lib. XXXVIII. SIGNA, ALIAQVE ORNAMENTA, QVÆ QVERERENTVR EX ÆDIBVS SACRIS SVBLATA ESSE, DE IIS CVM M. FVLVIVS ROMAM REVERTISSET, PLACERE AD COLLEGIVM PONTIFICVM REFERRI, ET QVOD II CENSVISSENT, FIERI. Idem

lib. XLI. *Latinæ feriæ fuere* A. D. III. *Nonas Maij, in quibus, quia in vna hoſtia magiſtratus Lanuuinus precatus non erat* P. R. QVIRITIBVS, *religioni fuit. Id cùm ad Senatũ relatũ eſſet, Senatúſq; AD PONTIFICVM COLLEGIVM REIECISSET: PONTIFICIBVS, quia non rectè factæ Latinæ eſſent, inſtaurati Latinis,* PLACVIT, LANVVINOS, QVORVM OPERA INSTAVRATÆ ESSENT, HOSTIAS PRÆBERE. Idem lib. v. *Cùm ea diſceptatio anceps Senatui viſa,* DELEGATA AD PONTIFICES ESSET, *adhibito Camillo,* VISVM COLLEGIO, QVOD EIVS ANTE CONCEPTVM VOTVM VEIENTIVM FVISSET, ET POST VOTVM IN POTESTATEM POPVLI RO. VENISSET, EIVS PARTEM DECIMAM APOLLINI SACRAM ESSE. Eiuſdem generis S.C. ex Verrio Flacco lib. IIII. de verbór. ſignific. Agellius adfert lib. v. cap. XVII. in hæc verba. *Vrbe à Gallis Senonibus recuperata, L. Atilius,* IN SENATV VERBA FECIT, *Q. Sulpitium Tribunum militum ad Alliam aduerſus Gallos pugnaturum, rem diuinam dimicandi gratia poſtridie Idus feciſſe. Tum exercitum populi Ro. occidione occiſum & poſt diem tertium eius diei, vrbem præter Capitolium, captam eſſe: Compluresque alij Senatores recordari ſe ſe dixerunt, quoties belli gerendi gratia, res diuina poſtridie Calendas Nonas, Idus, a magiſtratu populi Ro. facta eſſet, eius belli proximo deinceps prælio Rempub. male geſtam eſſe.* TVM SENATVS EAM REM AD PONTIFICES REIECIT, VT IPSI, QVOD VIDERETVR, STATVERENT. *Pontifices decreuerunt,* NVLLVM IIS DIEBVS SACRIFICIVM RECTE FVTVRVM. Eadem paulo aliter Macrob. lib. I Saturnal. cap. XVI. in hunc modum. *Anno ab vrbe condita* CCCLXIII. *à Tribunis militum Virgilio Manlio, Cælio Poſthumio, collegiſque eorum, in Senatu tractatum. quid eſſet, propter quod toties intra paucos annos malè eſſet afflicta Reſpub. & ex præcepto patrum L. Aquinium Haruſpicem in Senatum venire iuſſum, religionum requirendarũ gratia, dixiſſe, Q. Sulpitium Tribunum militum ad Alliam aduerſum Gallos pugnaturum, rem diuinam dimicandi gratia feciſſe poſtridie Idus Quintilis: item apud Cremeram, multiſque aliis temporibus & locis, poſt ſacrificium die poſtero celebratum, malè ceſſiſſe conflictum. Tunc Patres iuſſiſſe,* VT AD COLLEGIVM PONTIFICVM DE HIS RELIGIONIBVS REFERRETVR.

Interdum etiam decernebat Senatus Delphos Apollinis Pythij conſulendi cauſa legatos mitti, qui oraculum ſciſcitarentur: quemadmodum Liuius lib. v. XXII. & XXIX. docet. Dona quoque data, Apollini quæ ferrẽt, in iiſdẽ libris ſcriptum eſt. Reſponſa etiam quæ inde legati reportarunt ab eodem Liuio referuntur. Planè cùm Q. Fabius Pictor legatus à Delphis Romam rediiſſet, reſponſúmque ex ſcripto recitaſſet, quo cõtinebatur, quibus Diis, quóque modo Pythius Apollo ſupplicari vellet, Senatus, vt idem Liuius lib. XXIII. ſcribit, decreuit, VT EÆ RES DIVINÆ, SVPPLICATIONESQVE PRIMO QVOQVE TEMPORE CVM CVRA FIERENT. Alia præterea, quæ ad religionem ſpectant, Senatuſconſulta ſubiungam. Cuiuſmodi eſt id, quod Liuius lib. XXV. refert. Nam cùm noui ritus in plebem Ro. irrepſiſſent, & in publico, ac foro, Capitolióque, mulierum turba eſſet, nec ſacrificantium, nec precantium Diis patrio more, M. Æmylio Præt. vrb. negotium ab Senatu datum eſſe ſcribit, VT HIS RELIGIONIBVS POPVLVM LIBERARET. Ex hoc genere eſt Senatuſconſultum, quod poſt pulſos & fugatos à Camillo Gallos, recuperatámque ex hoſtibus patriam factum eſt. Decreuiſſe namque Patres Liuius lib. v. auctor eſt, VT FANA OMNIA, QVOD EA HOSTES POSSEDISSENT, RESTITVERENTVR, TERMINARENTVR, EXPIARENTVRQVE: EXPIATIOQVE EORVM IN LIBRIS PER DVVMVIROS QVÆRERETVR. CVM CÆRETIBVS PVBLICE HOSPITIVM FIERET, QVANDO SACRA POPVLI ROM. AC SACERDOTES RECEPISSENT, BENEFICIÓQVE EIVS POPVLI NON INTERMISSVS HONOS DEVM IMMORTALIVM ESSET. LVDI CAPITOLINI FIERENT, QVOD IVPITER OPTIMVS MAX. SVAM SEDEM ATQVE ARCEM POPVLI ROM. IN RE TREPIDA TVTATVS ESSET: COLLEGIVMQVE AD

EAM REM M. FVRIVS DICTATOR CONSTITVERET EX IIS QVI IN CAPITOLIO ATQVE ARCE HABITARENT. Expiandæ etiam vocis nocturnæ, quæ nuntia cladis ante bellum Gallicum audita, neglectáque erat, iuſſit Senatus, templum in noua via Locutio fieri. Aurum verò quod Gallis ereptum erat, quodque ex aliis templis, inter trepidationem, in Iouis cellam collatum, cùm in quæ referri oporteret, confuſa memoria eſſet, ſacrum omne iudicatum fuit, & ſub Iouis ſella poni, iuſſum. Eiuſdem argumenti eſt, quod Liuius lib. XXXI. literis Q. Minutij Prætoris recitatis, quibus continebatur pecuniam Locris ex Proſerpinæ theſauris nocte clàm ſublatam, indignè ferentem Senatum non ceſſari à ſacrilegiis, C. Aurelio Coſ. negotium dediſſe ait, vt ad Prætorem Brutios ſcriberet, SENATVI PLACERE, QVAESTIONEM DE EXPILATIS THESAVRIS EODEM EXEMPLO HABERI, QVO M. POMPONIVS PRÆT. TRIENNIO ANTE HABVISSET: QVÆ INVENTA PECVNIA ESSET REPONI. SI QVO MINVS, INVENTVM FORET, EXPLERI: AC PIACVLARIA, SI VIDERETVR, SICVT ANTE PONTIFICES CENSVISSENT, FIERI, CAVSA EXPIANDÆ VIOLATIONIS EIVS TEMPLI. Idem lib. XL. cùm regulæ marmoreæ ex æde Iunonis Laciniæ detractæ eſſent, relatione de ea re facta, in vnam omnes iiſſe ſententiam ſcribit, VT HÆ TEGVLÆ DEPORTANDÆ IN TEMPLVM LOCARENTVR, PIACVLARIAQVE IVNONI FIERENT. Sed & poſt deſignatos Coſſ. L. Æmylium Paulum, & Licinium Craſſum, Senatum decreuiſſe, lib. XLIIII. refert, LATINAS FERIAS, VBI MAGISTRATVM INISSENT, QVOD PER RELIGIONES POSSET, PRIMO QVOQVE TEMPORE FIERI PLACERE.

Planè cùm Numæ Pompilij libros in arca inuentos Quintus Petilius Prætor vrbanus vtendos accepiſſet, lectiſque rerum ſummis animaduertiſſet pleráque religionum diſſoluendarum eſſe, domino repetenti, eos libros denegauit. Re ad Senatum reiecta, Prætor ſe iuſiurandum dare paratum dixit, libros eos legi ſeruarique non oportere. Senatus quemadmodum Liuius lib. XL. ſcribit, cenſuit, SATIS HABENDVM, QVOD PRÆTOR IVSIVRANDVM POLLICERETVR: LIBROS PRIMO QVOQVE TEMPORE IN COMITIO CREMANDOS ESSE: PRETIVM PRO LIBRIS, QVANTVM Q. PETILIO PRÆTORI, MAIORIQVE PARTI TRIBVNORVM PLEBIS VIDERETVR, DOMINO ESSE SOLVENDVM. poſtremò, eam rogationē quam ex Senatuſconſulto Coſſ. promulgarant, VT DE Pollutis à Clodio ſacris Bonæ Deæ quæreretur, Cicero. Epiſt. XIII. lib. I. ad Attic. ROGATIONEM DE RELIGIONE APPELLAT, non ſecus ac Plutarch. in Cæſare, accuſationem de ea re inſtitutam Ἀσεβείας, vocat. Hic igitur de Religione fieri ſolitis Senatuſconſultis finis eſto.

Nunc in aliam confertam Formularum aciem ſigna inferenda ſunt. Quamquam, nè lege Plautia cauſam dicam, melius fuerit, abſque vi munere meo defungi. Liceat ergo mihi, bona Senatus venia, de Repub. loqui. Senatuſconſultorum planè quæ de Repub. fiebant, ordines, meo conceſſu, ducet id, quo Reſpub. Conſulibus committebatur, eorúmque fidei, curæ, & diligentiæ mandabatur hac Formula, VIDERENT, aut DARENT OPERAM, aut CVRARENT CONSVLES, NE QVID RESPVB. DETRIMENTI CAPERET. Quod in atrocioribus negotiis & aliqua impendente procella, imò verò cùm in maximum periculum, extremúmque penè diſcrimen adducta videbatur Reſpub. decerni conſueuerat. Eámque adeò Senatuſconſulti formam, vltimæ ſemper neceſſitatis habitam, Liuius lib. III. tradit, vbi de bello contra Æquos ſuſcepto agens, *Tantúmque*, ait, *terrorem incuſſere Patribus vt* (*quæ forma Senatuſconſulti vltimæ ſemper neceſſitatis habita eſt*) *Poſthumio alteri Conſulum negotium daretur*, VIDERET NE QVID DETRIMENTI RESPVB. de Republic.

CAPERET. Salluſt. in bello Catilinar. *Itaque, quod in atroci plerumque negotio ſolet, Senatus decreuit*. DARENT OPERAM COSS. NE QVID RESPVB. DETRIMENTI CAPERET. *Ea poteſtas per Senatum, more Romano, magiſtratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coërcere omnibus modis ſocios atque ciues: domi militiæquè Imperium, atque iudicium ſummum habere. Aliter ſine populi iuſſu, nulli earum rerum Conſuli ius eſt.* Et hoc eſt quòd Cicero pro Milone ſignificat, cùm ait, *hoc Senatuſconſulti verſiculo, armatos Conſules ſemper fuiſſe, etiam nullis armis datis*. Cæſar lib. I. Commentarior. de bello Ciuili. *Decurritur ad illud vltimum atque exerimum Senatuſconſultum, quo niſi pene in ipſo vrbis incendio, atque in deſperatione omnium ſalutis, latorum audacia nunquam ante diſceſſum eſt*, DENT OPERAM CONSVLES, PRÆTORES, TRIBVNI PL. QVIQVE PRO COSS. (ſic enim ex Cicero. Epiſt. XVI. lib. XI. Familiar. emendo) SVNT AD VRBEM, NE QVID DETRIMENTI RESPVB. CAPIAT. Et paulo poſt: *Quotieſcunque ſit decretum*, DARENT OPERAM MAGISTRATVS, NE QVID RESPVB. DETRIMENTI CAPERET (*qua voce & quo Senatuſconſulto populus Ro. ad arma ſit vocatus*) *factum in pernicioſis legibus, in vi Tribunitia, in ſeceſſione populi, templis locíſque editioribus occupatis: Atque hæc ſuperioru ætatis exempla expiata Saturnini atque Gracchorum caſibus*, docet. Conſentit Plutarch. in Cicero. inquiens, huiuſmodi Senatuſconſulta οὐ πολλάκις, ἀλλ' ὅταν τι μέγα δέῃ, ποιεῖν εἴωθεν ἡ Σύγκλητος. Vegetius lib. III. cap. I. *Quod ſi infinita multitudo ex gentibus fortiſſimis rebellaſſet, tunc nimia neceſſitate vrgente duo duces, & duo mittebantur exercitus, cum eiuſmodi præcepto*, VT PROVIDERENT NE QVID DETRIMENTI RESPVB. CAPERET, COSS. AMBO ALTERVE. Ita namq; locum hunc ante viginti annos, manuſcriptorum codicum ope & vetuſtæ Formulæ ductu in libri mei margine emendaui. Dio lib. XXXVII. Καὶ προσεψηφίσαντο τοῖς Ὑπάτοις τὴν φυλακὴν τῆς πόλεως, καὶ τῶν ὅλων αὐτῇ πραγμάτων, καθάπερ εἰώθεσαν. Καὶ γὰρ τούτῳ τῷ δόγματι προσεγράφη, τὸ, Διὰ φροντίδος αὐτοὺς σχεῖν, ὥστε μηδεμίαν ἀποτριβὴν τῷ δημοσίῳ συμβῆναι. Extat & in fragmētis lib. I. Hiſtor. Salluſtij, L. Philippi ſentētia, cuius nouiſſima clauſula deſinit in hæc verba. QVARE ITA CENSEO: QVONIAM LEPIDVS EXERCITVM PRIVATO CONSILIO, CVM PESSIMIS, ET HOSTIBVS REIPVB. CONTRA HVIVS ORDINIS AVCTORITATEM AD VRBEM DVCIT: VTI APPIVS CLAVDIVS INTERREX CVM Q. CATVLO PROCOS. ET CETERIS QVIBVS IMPERIVM EST, VRBI PRÆSIDIO SINT, OPERAMQVE DENT NE QVID RESPVB. DETRIMENTI CAPIAT. Ad quam formulam reſpiciens Tacitus lib. III. *Nec infringi*, ait, *Conſulis ius debere, cuius vigiliis niteretur*, NE QVID RESPVB. DETRIMENTI CAPIAT.

Atque hac S.C. forma magiſtratibus RESPVB. COMMENDARI, & PERMITTI dicebatur: vel, PERMITTI ILLIS VT REMPVB. DEFENDERENT. Cic. Philipp. V. CONSVLIBVS TOTAM REMPVB. COMMENDANDAM CENSEO, IISQVE PERMITTENDVM VT REMPVB. DEFENDANT, PROVIDEANTQVE NE QVID RESPVB. DETRIMENTI ACCIPIAT. Idem Philipp. VIII. C. MARIO ET L. VALERIO CONSVLIBVS SENATVS REMPVB. DEFENDENDAM DEDIT. Et I. in Catilin. Orat. de hoc genere Senatuſconſultorum loquens, SIMILI, ait, S. C. C. MARIO ET L. VALERIO COSS. PERMISSA FVIT RESPVB. Itaque Senatuſconſultum Opimianum, quo Senatus, quemadmodum idem Orat. I. in Catilin. ſcribit, decreuit VT L. OPIMIVS VIDERET NE QVID RESPVB. DETRIMENTI CAPERET, idem ipſe Cic. Philipp. VIII. in hæc verba conceptum fuiſſe refert, QVOD L. OPIMIVS CONSVL, V. F. DE REPVB. DE EA RE ITA CENSVERVNT: VTI OPIMIVS CONSVL REMPVB. DEFENDERET. Sed & Oratio. in Piſo. CONSVLIBVS EX S.C REMPVB. DEFENDENTIBVS, *ſe arma ſuſcepturum*. Et de Haruſpic. Reſponſ. MAGISTRATIBVS *iiſdem*, QVIBVS *in maximis periculis* VNIVERSA RESPVB.

RESPVB. COMMENDARI SOLET. Nec abſimile eſt illud Valerij Max. lib. III. cap. II. *Cunctiſque conſentibus*, VT CONSVL ARMIS REMPVB. TVERETVR. Quinetiam S. C. quo, Mario & Valerio Coſs. Reſpub. cõmendata eſt, vulgaribus hiſce verbis, DARENT OPERAM COSS. NE QVID RESPVB. DETRIMENTI CAPERET, perſcriptũ, auctor lib. de vir. Illuſtrib. cap LXXIII. refert. Cicero verò Oratiõ. pro Rabir. perduellio. reo aliter ſcriptum fuiſſe tradit, in hunc modum: *Fit* S.C. VT C. MARIVS, L. VALERIVS COSS. ADHIBERENT TRIBVNOS PL. ET PRÆTORES QVOS EIS VIDERETVR, OPERAMQVE DARENT, VT IMPERIVM POPVLI ROM. MAIESTASQVE CONSERVARETVR. Hanc certè formulam ita exprimere tentauit Plutarchus in Grachis, Ἐψηφίσαντο καὶ προσέταξαν Ὀπιμίῳ τῷ ὑπάτῳ, ΣΩΖΕΙΝ ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ ΟΠΩΣ ΔΥΝΑΙΤΟ. Eademque verborum figura ſimile S.C. conceptum Cicerone: Γίνεται, inquiens, δόγμα τῆς βουλῆς, ΠΑΡΑΚΑΤΙΘΕΣΘΑΙ ΤΟΙΣ ΥΠΑΤΟΙΣ ΤΑ ΠΡΑΓΜΑΤΑ, ΔΕΞΑΜΕΝΟΥΣ ΔΕ ΕΚΕΙΝΟΥΣ, ΩΣ ΕΠΙΣΤΑΝΤΑΙ ΔΙΟΙΚΕΙΝ ΜΕΝ, ΣΩΖΕΙΝ ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ. Cuius Senatuſconſulti auctoritate armatus Cicero, vt idem auctor ait, τὴν πόλιν ἔσχε διὰ χειρός. Ea cauſa eſt cur huiuſmodi Senatuſconſultis cuſtodiam vrbis Conſulibus mandatam Dio vbique ſcriptum reliquerit, ſubobſcurè quidem, lib. XXXVIII. XL. & XLI. ceterùm apertiſſimè & diſertis verbis lib. XLVI. cùm ait, Καὶ τοῖς ὑπάτοις ΤΗΝ ΦΥΛΑΚΗΝ τῆς πόλεως ἐπέτρεψαν, ἐκ τρόπου δὲ τὸ εἰθισμένον τῷ δόγματι προσεγγράψαντες, ΤΟ ΜΗΔΕΝ ΑΠ' ΑΥΤΗΣ ΑΠΟΤΡΙΒΗΝΑΙ. Iterúmque eodem lib. Μαθοῦσα οὖν ταῦτα ἡ γερουσία μετεβάλλετο, καὶ ἐκείνοις τε ἀπηγόρευσε μὴ πελάσαι τῇ πόλει, ἀλλ' ὑπὲρ πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίους σταδίους ἀπ' αὐτῆς ἀποσχεῖν· καὶ αὐτοὶ τὴν ἐσθῆτα αὖθις ἠλλάξαντο, καὶ τοῖς στρατηγοῖς ΤΗΝ ΦΥΛΑΚΗΝ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ἐνεχείρισαν, ὥσπερ εἴθιστο. Et lib. XLVIII. Καὶ προσέτι καὶ Η ΦΥΛΑΚΗ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ τοῖς τριάνδρεσι μετὰ τῆς εἰθισμένης προσθήκης, ΤΟΥ ΜΗΔΕΝ ΑΠ' ΑΥΤΗΣ ΑΠΟΤΡΙΒΗΝΑΙ, ΕΠΕΤΡΑΠΗ. Idem lib. XL. Εὐθὺς γοῦν τῆς βουλῆς εἰς τὸ παλάτιον δι' αὐτὸ τοῦτο συλλεγείσης, τόν τε μεσοβασιλέα προχειρισθῆναι καὶ τῆς φυλακῆς τῆς πόλεως καὶ ἐκεῖνον καὶ τοὺς δημάρχους καὶ προσέτι καὶ τὸν Πομπήιον ἐπιμεληθῆναι, ὥστε μηδὲν ἀπ' αὐτῆς ἀποτριβῆναι, ἐψηφίσαντο. Sed & lib. XXXVII. Οἱ βουλευταὶ συνῆλθον αὐθήμερον ἐς τὸ συνέδριον, τά τε ἱμάτια ἠλλάξαντο, καὶ τοῖς ὑπάτοις τὴν φυλακὴν τῆς πόλεως, ὥστε μηδὲν ἀπ' αὐτῆς ἀποτριβῆναι, ἐπέτρεψαν.

Quoties autem & quibus Reipub. temporibus, eiuſmodi Senatus conſulta facta ſint, ſcire intereſt. Poſthumio quidem Conſuli eiuſmodi Sc. Rempub. commiſſam & eius mandatam fidei, Liuius lib. III. narrat. Eodem decurſum eſt, cùm in ſuſpicionem affectati regni Manlius venit. Tunc enim à Senatu decretum fuiſſe, VIDERENT MAGISTRATVS, NE QVID EX PERNICIOSIS M. MANLII CONSILIIS RESPVB. DETRIMENTI CAPERET, idem Liuius lib. VI. ſcriptum reliquit. In ea quoque quàm Gracchi leges excitarunt, ſeditione idem decretum Cicero I. in Catilin. Oratio. & VIII. Philipp. & Plutarch. in Gracchis memoriæ prodiderunt. Simili Senatuſconſulto Senatum, Rempub. C. Mario & L. Valerio Coſs. defendendam dediſſe, iam docui. Idem Sc. coniuratione Catilinæ ad Senatum delata factum eſſe, Cicero oratione quam in eum dixit in Senatu, & Saluſt. in bello Catilinar. & Plutarch. in Cicero. & Dio lib. XXXVII. tradunt. Clodij quoque cæde nũtiata, idem decretũ Aſcon. Pædian. in Miloniana cùm Dio. lib. XL. refert. Quinetiã cùm Metellus Nepos Pompeium cum exercitu Romam ex Aſia reuocandum, Reipub. conſtituendæ cauſa, cenſeret, ad ſeditionémque res vergeret, Conſulibus idem mandatum inuenio apud Dio. lib. XXXVII. Præterea cùm Cæſar prouinciam, exercitúmque inuito Senatu retineret, Senatus, CONSVLIBVS, PRÆTORIBVS, TRIBVNIS PL. IPSIQVE ADEO Ciceroni qui tum proconſul ad vrbem erat, negotium dedit, VT CVRARENT NE QVID RESPVB. DETRIMENTI CAPERET: quemadmodum Cicero. Epiſt. XI. lib. XVI.

Familiar. & ab ipſomet Cæſare lib. I. Commentar. de Bello ciuili, & à Dione lib. XLI. literis proditum eſt. Epitome Liuij lib. CIX. *Cùm Senatuſconſultum factum eſſet*, VT SVCCESSOR CÆSARI OMNINO MITTERETVR: *M. Antonio & Q. Caſsio Tribunis plebis, quoniam interceſsionibus id Senatuſconſultum impediebant, vrbe pulſis*, MANDATVM A SENATV CONSVLIBVS, ET CN. POMPEIO, VT VIDERENT NE QVID RESPVB. DETRIMENTI CAPERET. Poſteriora aliquot eiuſdem generis Senatuſconſulta, curioſis Dio ſubminiſtrabit.

Huic extremæ neceſſitatis Senatuſconſulto, videtur rectè atque ordine extremi quoque & difficillimi temporis vox ſubiungi poſſe, quam, in tumultu repentinóve diſcrimine, Conſul ad arma ciues vocans, mittebat. Ea erat huiuſmodi, QVI REMPVB. SALVAM ESSE VVLT, ME SEQVATVR. Cicero pro Rabirio perduell. reo, de C. Mario & L. Valerio Coſſ. *Adhibent, omnes Tribunos pleb. præter Saturninum, Prætores, præter Glauciam*; QVI REMPVB. SALVAM ESSE VELLENT, ARMA CAPERE, ET SE SEQVI IVBENT. Idem pro C. Cornelio maieſtatis reo, referente Aſconio. *At enim extremi ac difficillimi temporis vocem illam, C. Corneli, Conſulem mittere coëgiſti*, QVI REMPVB. SALVAM ESSE VELLENT, *vt ij ad legem accipiendam adeſſent*. Apud Liuium lib. XXII. Scipio, *Audendum atque agendum, non conſultandum, ait, in tanto malo eſſe*: IRENT SECVM EXTEMPLO ARMATI QVI REMPVB. SALVAM VELLENT. Celebris planè eſt Scipionis Naſicæ hiſtoria, qui priuatus, Conſule Rempub. negligente, hac voce ad arma ciues vocare auſus eſt. Cicero lib. IIII. Tuſculanar. quæſtion. de hoc Scipione loquẽs, *Iratus*, inquit, *fuiſſe videtur Tiberio Graccho, tum cùm Conſulem languentem reliquit, atque ipſe priuatus, vt ſi Conſul eſſet*, QVI REMPVB. SALVAM ESSE VELIT, SE SEQVI IVSSIT. Valer. Max. lib. III. cap. II. *Cùm Tiberius Gracchus in Tribunatu profuſis largitionibus fauore populi occupato Rempub. oppreſſam teneret palámque dictitaret, interempto Senatu omnia per plebem agi debere, in æde Fidei publicè conuocati Patres Conſcripti à Conſule Mucio Scæuola, quidnam in tali tempeſtate faciendum eſſet deliberabant: Cunctiſque cenſentibus*, VT CONSVL ARMIS REMPVB. TVERETVR, *Scæuola negauit*, SE QVIDQVAM VI ESSE ACTVRVM. *Scipio Naſica*, QVONIAM, *inquit*, CONSVL DVM IVRIS ORDINEM SEQVITVR, ID AGIT, VT CVM OMNIBVS LEGIBVS ROMANVM IMPERIVM CORRVAT, EGOMET PRIVATVS VOLVNTATI VESTRÆ ME DVCEM OFFERO: *ſublatáque dextera proclamauit*, QVI REMPVB SALVAM ESSE VOLVNT ME SEQVANTVR. Velleius Patercul. lib. II. de eodẽ Scipione Naſica: *Circumdata læuo brachio Togæ lacinia, ex ſuperiore parte Capitolij ſummis gradibus inſiſtens, hortatus eſt*, QVI SALVAM REMPVB. VELLENT, SEQVERENTVR. Plutarchus in Gracchis. Ὁ δὲ Νασικᾶς ἠξίου τὸν ὕπατον ΤΗ ΠΟΛΕΙ ΒΟΗΘΕΙΝ, καὶ καταλύειν τὸν τύραννον. Ἀποκριναμένου δὲ πρᾴως ἐκείνου, ΒΙΑΣ ΜΕΝ ΟΥΔΕΜΙΑΣ ΥΠΑΡΧΕΙΝ, ΟΥΔ' ΑΝΑΙΡΗΣΕΙΝ ΟΥΔΕΝΑ ΤΩΝ ΠΟΛΙΤΩΝ ΑΚΡΙΤΟΝ: Εἰ μέντοι ψηφίσαιτό τι τῶν παρανόμων ὁ δῆμος ὑπὸ τοῦ Τιβερίου πεισθεὶς ἢ βιασθεὶς, τοῦτο κύριον μὴ φυλάξειν: Ἀναπηδήσας ὁ Νασικᾶς, Ἐπεὶ τοίνυν, ἔφη, προδίδωσιν ὁ ἄρχων τὴν πόλιν, ΟΙ ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΙ ΤΟΙΣ ΝΟΜΟΙΣ ΒΟΗΘΕΙΝ, ΑΚΟΛΟΥΘΕΙΤΕ. Appian. lib. I. de bell. Ciuilib. Καὶ πρῶτος αὐτοῖς ὁ μέγιστος ἀρχιερεὺς λεγόμενος, ἐξηγεῖτο, ἦν δὲ Κορνήλιος Σκιπίων ὁ Νασικᾶς, ἐβόα τε μέγιστον, ΕΠΕΣΘΑΙ ΟΙ ΤΟΥΣ ΕΘΕΛΟΝΤΑΣ ΣΩΖΕΣΘΑΙ ΤΗΝ ΠΑΤΡΙΔΑ. A Liuio quoque lib. IIII. Sextus Tempanius Decurio Equitum, cùm milites hoſtibus cedere cerneret, nec quicquã Imperium aut maieſtatem Conſulis ad eorum animos confirmandos valere, magna voce exclamaſſe traditur, vt equites QVI SALVAM REMPVB. VELLENT ESSE, ex equis deſilirent. Qua voce omnium turmarum equitibus, velut ad Conſulis Imperium motis, addidit, NISI HÆC ARMATA COHORS SISTAT IMPETVM HOSTIVM, ACTVM DE IMPERIO EST: SEQVIMINI PRO VEXILLO CVSPIDEM MEAM. Sed & cùm de Ciceronis ab exilio reditu actum eſt, literis Conſularibus ex Senatuſconſulto cuncta ex

Italia

Italia conuocatos omnes, QVI REMP. SALVAM VELLENT, ipſemet Cicero in Oratio. pro Seſtio gloriatur, & ita *Senatū quod nunquā in vniuerſæ Reipub. periculo decreuerat, id in ſua vnius ſalute conſeruanda decernendum putaſſe*, ait. Eadémque voce totam Italiam ad ſe reſtituendum excitatam, idem Cicero aliâs quoque prædicat: Ait enim in Oratione in Piſonem : *Ad meam ſalutem, Senatus, auxilium omnium ciuium cunctâ ex Italia* QVI REMPVB. SALVAM ESSE VELLENT, *Conſulis voce, & literis implorandum putauit.* Idem pro domo ſua. *Senatus decreuit*, VT OMNES QVI REMPVB. SALVAM ESSE VELLENT, AD ME VNVM DEFENDENDVM VENIRENT. Itidem in Oratio. qua Senatui gratias agit poſt reditum ſuum, *Quid enim magnificentius, quid præclarius mihi accidere potuit, quàm quod illo petente vos decreuiſtis*, VT CVNCTI EX ITALIA QVI REMPVB. SALVAM ESSE VELLENT, AD ME VNVM HOMINEM FRACTVM ET PROPE DISSIPATVM RESTITVENDVM, ET DEFENDENDVM VENIRENT? *vt qua voce te Romule poſt Ro. conditam Conſul vſus eſſet pro vniuerſa Repub. apud eos ſolùm, qui eius vocem exaudire poſſent, eadem voce Senatus omnibus agris atque oppidis, vicis, ciues, totámque Italiam ad vnius ſalutem defendendam excitaret.* Quem locum deprauatum eſſe nemo eſt qui non videat. Et quidem in quibuſdam impreſſis codicibus ſcriptum eſt, *qua voce à te Romulo poſt conditam vrbem*, nihilo magis integro ſenſu: In aliis aſteriſcus interponitur, quo deeſſe aliquid ſignificetur. Ego de huius loci emendatione reſtitutionéque meam iampridem coniecturam prodidi, amicíſque, & in his Dionyſio Lambino, olim aperui. Mea namque ſemper fuit ſententia, & ſic in animum induxi meum, legendum eſſe, *qua voce ter omnino*, In eáque veluti ſalebra hætentem me, mirum in modum confirmauit veteris membranæ, cuius mihi copiam P. Daniel meus fecit, ſcriptura : in qua liquidò ſcriptum eſt, *Vt qua voce teromanimo poſt Romam conditam Conſul*, &c. Quarum literarum veſtigiis noſtra emendatio inſiſtit. Nec repugnat quidquam præter hiſtoriæ fidem, quæ tamen amarè & acerbè à gloriante exigenda & deſideranda non eſt. Cum Cicerone certè non eſſe hac in parte omnia ad calculos exaliter vocāda, nec rationem ad nummū ſubducendam, argumento eſt, quod idem in Orat. contra Piſonem ſcribit, *Pontifices, Coſs. Prætores pecunia publica ſibi domum ædificandam cenſuiſſe, quod ante eum nemini.* Hoc enim Cicero oratorio more, nō hiſtorico videtur poſuiſſe, vt Aſconius Pædianus illic notat. Illi porrò voci non abſimilis fuiſſe videtur illa, qua Pompeius Senatum ſe ſequi iuſſit, vt Plutarch. in Cæſare his verbis: Καὶ τὴν πόλιν ἐξέλιπε, κελεύσας ἕπεσθαι τὴν γερουσίαν, καὶ μηδένα μένειν τῶν πρὸ τῆς τυραννίδος ᾑρημένων τὴν πατρίδα καὶ τὴν ἐλευθερίαν.

Iam vbi quid negotij magiſtratibus à Senatu dabatur, hac plerunque verborum Formula mandabatur, VTI E REPVB. FIDEQVE SVA ESSE VIDEBITVR. veluti in S.C. de Philoſophis & Rhetoribus quod à Suetonio in lib. de Clar. Rhetor. & Agellio lib. xv. cap. xi. refertur, VT M. POMPONIVS PRÆTOR ANIMADVERTERET, CVRARETQVE, VTI EI E REPVB. FIDEQVE SVA VIDERETVR, VTI ROMÆ NE ESSENT. Item in lege Mamilia: IS QVI HAC LEGE IVDICIVM DEDERIT, TESTIBVS PVBLICE DVNTAXAT IN RES SINGVLAS X. DENVNTIANDI POTESTATEM FACITO, ITA VT E REPVB. FIDEQVE SVA VIDEBITVR. Quod & in legis Thoriæ fragmento priore ſignificatur his notis, I. V. E. E. R. P. F. S. V. E. Quibus etiā clauditur Senatuſconſulti de Aſclepiade Clazomenio & Polyſtrato Caryſtio facti particula, quæ Romæ hodiéque reſtat. Cicero Philipp. v. SENATVI PLACERE, VTI C. PANSA, A. HIRTIVS COSS. DESIGNATI, CVM MAGISTRATVM INIISSENT, SI EIS VIDERETVR, PRIMO QVOQVE TEMPORE DE HIS REBVS AD HVNC ORDINEM REFERRENT, ITA VTI E REPVB. FIDEQVE SVA VIDERETVR. Liuius lib. xxv. de militibus qui apud Cannas Rempub. deſeruerāt, Senatum Marcello Procos. reſcripſiſſe narrat, FACERET QVOD E REPVB. FIDEQVE SVA DVCERET: id eſt, vt Valer. Max. lib. II. cap. II. de eadem re agens loquitur, FACERET, QVOD REIPVB. EXPEDIRE IVDICASSET. Simili modo cùm P. Licinius Coſ. literis certiorem Senatum feciſſet, E REPVB. ESSE EXERCITVM QV. CÆCILII

DIMITTI, ID CONSVLI, *à Patribus* PACIENDVM, VT E REPVB. FIDEQVE SVA DVCERET, PERMISSVM, Liuius lib. xxix. ſcribit. Eodémque lib. decretum refert, VT P. LICINIVS BRVTIOS PROVINCIAM OBTINERET, QVOAD EVM IN PROVINCIA CVM IMPERIO MORARI, CONSVLI E REPVB. VISVM ESSET. Quinetiam cùm de bello, Réque publica Q. Fabius Maximus Dictator retuliſſet, quibus quótve legionibus victori Annibali obuiam eundum eſſe Patres cenſerent: decretum fuiſſe, Liuius lib. xxii. ait, VT IS AB CN. SERVILIO CONSVLE EXERCITVM ACCIPERET, SCRIBERETQVE PRÆTEREA EX CIVIBVS SOCIISQVE, QVANTVM EQVITVM AC PEDITVM VIDERETVR: CETERA OMNIA AGERET, PACERETQVE, VT E REPVB. DVCERET. Idem ibidem: *Quinqueremes ad nauium claſſem, quæ cum T. Octacilio Proprætore in Sicilia erant, quinque & viginti additæ, permiſſúmque eſt*, VT SI E REPVB. CENSERET ESSE, IN AFRICAM TRAIICERET. Et lib. xxiii. *Senatus decreuit Dictatori ſcribendum, vt*, SI E REPVB. CENSERET ESSE, *ad Coss. ſubrogandos veniret cum Magiſtro equitum & Prætore M. Marcello*, VT EX IIS PRÆSENTIBVS NOSCERE PATRES POSSENT, QVO STATV RESPVB. ESSET, CONSILIAQVE EX REBVS CAPERENT. Quinetiam de Volonibus Senatum per literas conſultum fuiſſe à Tib. Graccho Cos. permiſſúmque ipſi, FACERE QVOD E REPVB. DVCERET ESSE, idem lib. xxxiii. ſcribit, Senatuſconſulto quoque quo decem legati miſſi fuere, quorum ex conſilio T. Quintius Flaminius Imperator leges pacis regi Philippo daret, eos de Corintho, Chalcide & Demetriade, QVVM TEMPORA REIPVB. POSTVLASSENT, ID E REPVB. FIDEQVE SVA PACERE, STATVERE, *iuſſos*, L. lib xxiiii. memorat. Idem lib. xxvii. narrat Claudio Neroni, & M. Liuio Coss. Senatũ liberã poteſtatẽ feciſſe traducẽdi è prouinciis exercitus QVOS E REPVB. ESSE CENSERENT. Sic autem locutos veteres, non, *ex Repub.* Cicero in Oratore notat, quòd fuiſſet aſperitas niſi literam ſuſtuliſſent. Hanc Formulam Appian. ἐν λιβυκῇ ſic ſua lingua reddidit: Ἐφ' οἷς ἀπεφαίνετο ἡ βουλὴ συμβούλους ἐπιπέμψαι τῷ Σκιπίωνι μὲν δ' ἀνέμελλε χρῆσθαι τι τῇ πράξει, Ο,ΤΙ ΔΟΚΙΜΑΣΕΙΕ ΣΥΝΟΙΣΕΙΝ. In Senatuſconſulto verò Græco Romæ eſt, Ταῦτα οὕτω γίνεσθαι αὐτοῖς, ὡς ἂν αὐτοῖς ἐκ τῶν δημοσίων πραγμάτων, πίστεώς τε τῆς ἰδίας φαίνηται, ἔδοξεν.

Interdum verò Senatus Coss. mandabat, permittebátve, his verbis: QVOD COMMODO REIPVB. FIERI POSSET. Cæſar lib. i. de bello Gall. *Quoniam*, ait, *M. Meſſala & M. Piſone Coss. Senatus cenſuiſſet*, VTI QVICVNQVE GALLIAM PROVINCIAM OBTINERET, QVOD COMMODO REIPVB. PACERE POSSET, HEDVOS, CETEROSQVE AMICOS POPVLI RO. DEPENDERET. Cicero lib. i. Epiſt. ad Lentulum: *ſed ex illo Senatuſconſulto, quod te referente, factum eſt*, DECERNIT, VT REGEM REDVCAS, QVOD COMMODO REIPVB. FACERE POSSIS. Idem Epiſt. ad Brutum ſententiam à ſe dictam in Senatu de iis qui hoſtes iudicati fuerant bello perſequendis exponens, DECREVI, ait, HOC AMPLIVS, VT TV, SI ARBITRARERE VTILE FORE, EQVE REIP. ESSE, PERSEQVERERE DOLABELLAM BELLO: SI MINVS ID COMMODO REIPVB. PACERE POSSES, SIVE NON EXISTIMARES E REPVB. ESSE, VT IN IISDEM LOCIS EXERCITVM CONTINERES. Adiungítque eadem Epiſtola, NIHIL HONORIFICENTIVS POTVISSE FACERE SENATVM, QVAM VT BRVTI ESSET IVDICIVM QVID EI MAXIME CONDVCERE REIPVB. VIDERETVR. Liuius lib. xxii. poſt Cannenſem cladem literis Cos. Proprætoriſque lectis, decretum à Senatu memorat, SCRIBENDVM CONSVLI, VT CVM PRÆTORI EXERCITVM TRADIDISSET, PRIMO QVOQVE TEMPORE, QVANTVM PER COMMODVM REIPVB. FIERI POSSET, ROMAM VENIRET. Idem lib. xxvii. Conſuli mandatum ſcribit, SI PER COMMODVM REIPVB. POSSET, VT AD COMITIA ROMAM REDIRET: SI QVA RES EVM TENERET, SENATVM CERTIOREM FACERET, SE AD COMITIORVM TEMPVS OCCVRRERE NON POSSE. Literis quoque Furij Prætoris, quibus de Gallico tumultu certiores fiebant re-

citatis

citatis, decreuerunt patres, quemadmodum idem lib. XXXI. narrat, VT C. AVRELIVS COS. EXERCITVM CVI IN HETRVRIAM AD CONVENIENDVM DIEM EDIXERAT, ARIMINI EADEM DIE ADESSE IVBERET: ET AVT IPSE, SI PER COMMODVM REIPVB. POSSET, AD OPPRIMENDVM GALLICVM TVMVLTVM PROFICISCERETVR: AVT L. FVRIO PRÆTORI SCRIBERET.

EX VTRAQVE certè Formula apparet, Ampliſſimum illum ordinem potiſſimum ſpectaſſe, quid Reipub. conduceret, & quid vtilitas ciuitatis, quid communis ſalus, quid Reipub. tempora poſcerent: eóque Patres conſilia ſua omnia, curas denique & cogitationes conferebant. Liuius lib. VIII. *Publium imminentem hoſtium muris, auocari à ſpe capiendæ in dies vrbis*, HAVD E REPVB. ESSE. Idem lib. XXVI. *Negaſſéntque Patres* E REPVB. ESSE *abſcedi à Capua.* Et lib. XLII. Conſulem deprecatum refert, NE PROHIBERETVR QVEM CVIQVE ORDINEM ADSIGNARI, E REPVB. ESSET, EVM ADSIGNARE. Agellius lib. IIII. cap. X. ex Capitone, *C. Cæſar Conſul M. Catonem ſententiam rogauit. Cato rem quæ conſulebatur, quoniam* NON E REPVB. VIDEBATVR, *perfici nolebat.* Suetonius in Iulio cap. XIX. *Ne Catone quidem abnuente,* EAM LARGITIONEM E REPVB. FIERI. Apud Tacit. lib. III. Tiberius. *Ceteris forſitan in rebus, P.C. magis expediat, me coram interrogari, & dicere,* QVID E REPVB. CENSEAM.

ATQVE ADEO interdum Senatores poſt ſententias dictas iureiurando adigebantur, E REPVB. ESSE QVOD CENSVISSENT. Plinius Epiſt. XIIII. lib. V. *Quinetiam dextrum, qui primum diuerſum cenſuerat, perlata lege de Senatu habendo, iurare coegit* E REPVB. ESSE QVOD CENSVISSET. Tacitus lib. IIII. *P. Suillium amouendum in inſulá, cenſuit, tanta contentione animi, vt & iureiurando obſtringeret,* E REPVB. ID ESSE.

PROINDE ſatis validum Senatuſconſultorum vinculum erat hoc, SI QVIS ALITER VEL ADVERSVS EA FECISSET, EVM CONTRA REMP. FACTVRVM, nec grauiori cōminatione ſolebāt ciues ab impediēdo deterreri. Cic. Orat. poſt redit. in Senat. *Decreuiſtis*, NE QVIS VLLA RATIONE REM IMPEDIRET: QVI ID IMPEDISSET GRAVITER MOLESTEQVE LATVROS: ILLVM CONTRA REMPVB. SALVTEMQVE BONORVM, CONCORDIAMQVE CIVIVM FACTVRVM. Idem Epiſt. I. lib. II. ad Q. Fratr. *Marcellinus cùm grauiter de Clodianis incendiis, trucidationibus, lapidationibus, queſtus eſſet, ſententiam dixit,* VT IPSE IVDICES PRÆTOR VRBANVS SORTIRETVR: QVI IVDICIA IMPEDIVISSET, EVM CONTRA REMP. ESSE FACTVRVM. Eadē ſanctione alia prætereа S.C. ſepta & munita reperio. Cic. Epiſt. XXIIII. lib. I. ad Attic. *Fit Senatuſcōſultum,* VT VETTIVS, QVOD CONFESSVS ESSET SE CVM TELO FVISSE, IN VINCVLA CONIICERETVR: QVI EVM EMISISSET, CONTRA REMPVB. ESSE FACTVRVM. Idem Orat. de Haruſp. reſponſ. Senatum frequentem decreuiſſe prædicat, QVI EIVS DOMVM VIOLASSET, CONTRA REMPVB. ESSE FACTVRVM. Et quod ille ſuperioribus locis plenè extulit, id conciſè cōiiciendum reliquit Epiſt. XVI. lib. II. ad Q. Frat. Sc. factum narrans, CVIVS DOMI DIVISORES HABITARENT, ADVERSVS REMPVB. Deeſt enim, ESSE FACTVRVM, aut tale quid.

EAM verò ſanctionem ſic quandoque concipiebant, SENATVM EXISTIMARE, vel EXISTIMATVRVM CONTRA REMPVB. FECISSE, vel FACTVRVM. Cicer. Philipp. VIII. SI QVIS POSTHAC AD ANTONIVM PROFECTVS FVERIT, PRÆTER L. VARIVM, SENATVM EXISTIMATVRVM EVM CONTRA REMPVB. FECISSE. Cæſar etiam ſententiæ loco hoc ait apud Salluſt. in bello Catilin. NEV QVIS DE HIS POSTEA AD SENATVM REFERAT, NEVE CVM POPVLO AGAT, QVI ALITER FECERIT, SENATVM EXISTIMARE CONTRA REMPVB. ET SALVTEM OMNIVM FACTVRVM.

ALIAS etiam decernebatur, SENATVI VIDERI CONTRA REMP. FACERE. Auctor lib. I. Rhetoric. ad Herenn. *Senatus decreuit*, SI EAM LEGEM AD POPVLVM FERAT, CONTRA REMPVB. VIDERI EVM FACERE. Cæſar lib. I. de bello ciuili, cùm de Repub. Coſs. retuliſſent, Scipionem hanc ſentẽtiam dixiſſe indicat, VTI ANTE CERTAM DIEM EXERCITVM CÆSAR DIMITTAT: SI NON FACIAT, EVM ADVERSVS REMPVB FACTVRVM VIDERI. Quamquam & aſperioribus verbis interdum terrebant eos qui Senatus auctoritati refragarentur. Decernebant quippe IN HOSTIVM NVMERO HABENDOS. Cicero in Piſonem: *De me Senatus ita decreuit*, SI QVIS IMPEDISSET REDITVM MEVM, IN HOSTIVM NVMERO HABERETVR. Dionyſ. Halic. lib. IX. Ὁ μὲν γὰρ Ἄππιος ἐπὶ τὰ ὅπλα καλῶν, γνώμην ἐδίδου τοῖς βουλομένοις σώζεσθαι τὴν πάτριον πολιτείαν. Εἰ δέ τινες ἐναντιωθήσονται σφίσι πρὸς τὰ ὅπλα, τούτους ἐν πολεμίων ποιεῖσθαι μοίρᾳ. Eadémque comminatione Metello Nepoti, qui ob coniuratos indicta cauſa necatos Senatum apud plebem inceſſebat, metum Senatuſconſulto incuſſum, Dio ità lib. XXXVII. ſcribit: Τῆς γὰρ γερουσίας ἄδειαν πᾶσι τοῖς διαχειρίσασι τὰ τότε πραχθέντα δούσης, καὶ προσέτι καὶ προσαπειλούσης, ὅτι κἂν αὖθις εὐθῦναι τινὰ αὐτῶν ἐθελήσῃ. Ἔν τε ἐχθροῦ καὶ πολεμίου μοίρᾳ ἔσται. Huc addenda ſunt & hæc Ciceronis verba lib. III. in Verr. *Hi ſunt homines, quos nuper Senatus* IN HOSTIVM NVMERO CENSVIT HABENDOS.

Generaliter ſanè quæcũq; Senatus, vt Reipub. pernicioſa improbabat, dãnabat, ea iudicabat CONTRA REMPVB. FACTA. Cic. lib. II. Epiſt. ad Qu. Fratr. S. C. *factũ eſt*, EA QVÆ FACTA ESSENT AD VIII. ID. CONTRA REMP. ESSE FACTA. Idẽ in Orat. pro Milone, INCENDIVM CVRIÆ, OPPVGNATIONEM ÆDIVM M. LEPIDI, CÆDEM ETIAM IPSAM, QVA P. CLODIVS OCCISVS EST, IVDICASSE SENATVM CONTRA REMPVB. ESSE FACTAM, ait. Ibidémq; Aſconius, *Acta etiã*, inquit, *totius illius tẽporis perſecutus ſum, in quibus cognoui, pridie Cal. Martias S. C. eſſe factũ*, P. CLODII CÆDEM, ET INCENDIVM CVRIÆ, ET OPPVGNATIONEM ÆDIVM M. LEPIDI CONTRA REMPVB. FACTAM. Salluſtius in bello Catilin. *Sed eos, paullo ante*, FREQVENS SENATVS IVDICAVERAT CONTRA REMPVB. FECISSE. Liuius lib. III. IN RELIQVVM MAGISTRATVS CONTINVARI, ET EOSDEM TRIBVNOS REFICI, IVDICARE SENATVM CONTRA REMPVB. ESSE. Idem lib. IX. *Coitiones honorum adipiſcẽdorum cauſa factas* ADVERSVS REMP. ESSE. Et lib. XXV. *Hæc cùm ab optimo quoque pro atrocitate rei acta eſſent*, VIMQVE EAM CONTRA REMPVB. PERNICIOSO EXEMPLO FACTAM, SENATVS DECERNERET. Nec tamen vtilitatis ſolius, ſed & dignitatis rationẽ habebãt, nec quid ex vtilitate tantũ, verumetiã quid ex dignitate populi Ro. eſſet, ſpectabant. Liuius lib. XXXIIII. *Quintio mandatum*, VT ANTIOCHI LEGATORVM VERBA AVDIRET, RESPONDERETQVE IIS QVÆ EX DIGNITATE ATQVE VTILITATE POPVLI RO. RESPONDERI POSSENT. Idem lib. XXX. de Legatis miſsis ad Attalum regem, *Senatus illis quinqueremes quinque decreuit*, VT EX DIGNITATE POPVLI RO. ADIRENT EAS TERRAS, AD QVAS CONCILIANDA MAIESTAS NOMINI ROMANO ESSET. Et lib. XXXIII. *Itaque diu repugnante Scipione Africano, quia parum* EX P. R. DIGNITATE ESSE DVCEBAT, *ſubſcribere odiis, accuſationibúsque Annibalis, & factionibus Carthagínienſium inſerere publicam auctoritatem*. Marcus etiam Liuius ſententiam, de pace à Carthaginienſibus legatis petita, dicens, narrante eodem Liuio lib. XXX. *eam conſultationem in Seruilij Conſules aduentum reijciendam cenſens, addit, Non videri ſibi, abſentibus* CONSVLIBVS EAM REM AGI, SATIS EX DIGNITATE POPVLI RO. ESSE.

Ceterùm nil abſolutè, aut pro imperio Conſulibus, Prætoribúsve mandare, præciperéve Senatus ſolebat, ſed precariis potius quàm imperatiuis verbis, & ſub hac demum exceptione, SI VIDERETVR. Donat. in Adelph. Terent. Act. III. Sc. V. ad ea verba, *Fac ſis Soſtrata, Sis*, inquit, *honorificè additur verbo, ne quod imperatiuo modo pronũtiatur, ſuperbum ſit: Deductum eſt autem à Senatuſconſulti Formula: Vbi enim Senatus Conſulibus iniungit, addit*, SI

EIS

EIS VIDEATVR. Ei rei teſtimonio ſunt illæ Ciceronis ſententiæ, quæ III. VIII. & X. in Anton. Orat. continentur, quas ſuprà integras recenſui. Liuius lib. XXVI. narrat, cùm Senatuſconſulto, quod de ſupplicio Campani Senatus factum erat, adſcriptum fuiſſet, VT FVLVIVS, SI EI VIDERETVR, INTEGRAM REM AD SENATVM REIICERET, *id illum interpretatum eſſe*, QVOD MAGIS E REPVB. DVCERET, *æſtimationem ſibi permiſſam*. Et lib. XXXI. *Decreuerunt Patres*, VT M. IVNIVS PRÆTOR VRBIS, SI EI VIDERETVR, DECEMVIROS AGRO SAMNITI, APVLOQVE, QVOD EIVS PVBLICVM POPVLI RO. ESSET, METIENDO, DIVIDENDOQVE CREARET. Idem lib. XXXVI. de rogatione, quam ad populum ferri Patres iuſſerant, SI EA ROGATIO PERLATA ESSET, TVM SI ITA VIDERETVR CONSVLIBVS, REM INTEGRAM AD SENATVM REFERRENT. Eodémque lib. de M. Æmilio Lepido Prætore, cui Prouincia Hiſpania citerior obuenerat, decretum à Senatu fuiſſe ſcribit, vt *L. Valerium*, SI ITA VIDERETVR, *Proprætorem in prouincia retineret*. Idem lib. XXVII. refert decretum à Senatu, vt M. Valerius Leuinus, cui in annum imperium prorogabatur, *cùm centum nauium claſſe*, SI VIDERETVR EI, *prædatum in Africam traiiceret*. Senatum quoque lib. XXXIII. decreuiſſe memorat, vt L. Cornelius Cos. in prouinciam proficiſcens in oppidis, agríſque qua iturus eſſet, SI QVOS EI VIDERETVR, MILITES SCRIBERET, ARMARETQVE.

Conſules etiam in hoſtes profecti, Romam, Comitiorum habendorum cauſſa, hac eadem Formula reuocabantur. Liuius lib. XXII. *A Prætore ex Senatuſconſulto literæ ad Coſſ. miſſæ*, VT, SI IIS VIDERETVR, ALTER EORVM AD COSS. CREANDOS ROMAM VENIRET. Idẽ lib. XXV. *Senatus Romæ decreuit*, VT P. CORNELIVS PRÆTOR LITERAS CAPVAM AD COSS. MITTERET, DVM ANNIBAL PROCVL ABESSET, NEC VLLA MAGNI DISCRIMINIS RES AD CAPVAM GERERETVR, ALTER EORVM, SI ITA VIDERETVR, AD MAGISTRATVS SVBROGANDOS ROMAM VENIRET. Vnde apparet literis, quæ ad Coſs. à Prætoribus Senatus iuſſu mittebantur, idem adſcribi conſueuiſſe.

Eadẽq; exceptio addebatur, vbi cũ Tribunis pl. agere Coſs. Senat⁹ decernebat. Liuius lib. XXI. *Senatus decreuit*, VT ÆDILIS, QVI PRO SE IVRARET, ARBITRATV CONSVLVM DARET. CONSVLES, SI EIS VIDERETVR, CVM TRIBVNIS PL. AGERENT, VTI AD PLEBEM FERRENT. Nam ſi quid ex auctoritate patrum abſque plebis ſcito, populiue iuſſu peragi non poſſet, ſolebat hoc onus imponi Conſulibus, VT CVM TRIBVNIS PL. AGERENT, VT ILLI AD POPVLVM, PLEBEMVE, ROGATIONEM DE EA RE FERRENT. Liuius lib. XLV. *Tribus iis omnibus decretus eſt ab Senatu triumphus*: MANDATVMQVE Q. CASSIO PRÆTORI, CVM TRIBVNIS PL. EX AVCTORITATE PATRVM AGERET, ROGATIONEM AD PLEBEM FERRENT, VT IIS QVO DIE VRBEM TRIVMPHANTES INVEHERENTVR, IMPERIVM ESSET. Idem lib. XXV. *De nulla re priùs Coſs. retulerũt, omniúmque in vnum ſententiæ congruebant*, AGENDVM CVM TRIBVNIS PLEBIS ESSE, PRIMO QVOQVE TEMPORE AD PLEBEM FERRENT, QVEM CVM IMPERIO MITTI PLACERET IN HISPANIAM AD EVM EXERCITVM, CVI CN. SCIPIO IMPERATOR PRÆFVISSET. Apud eundem lib. XXVI. M. Attilius Regulus ſententiæ loco hæc dicit: ITAQVE CENSEO CVM TRIBVNIS PLEBIS AGENDVM ESSE, VT EORVM VNVS, PLVRESVE, ROGATIONEM FERANT AD PLEBEM, QVA NOBIS STATVENDI DE CAMPANIS IVS FIAT.

Cùm verò id cenſebant Patres, plerumque adiiciebant, VT TRIBVNI PLEB. FERRENT, SI VIDERETVR, ne quid in eos iuris imperiíve ſibi arrogarent. Liuius lib. XXX. VT II CONSVLES CVM TRIBVNIS AGERENT, SI EIS VIDERETVR, VT PLEBEM ROGARENT, CVI IVBERENT IN HISPANIA IMPERIVM ESSE. Ruríúſque eodem lib: *Conſules iuſſi* CVM TRI-

BVNIS PL. AGERE, VT SI IIS VIDERETVR, POPVLVM ROGARENT, QVEM VELLET IN AFRICA BELLVM GERERE. Idem lib. xxv. in quodam Senatus decreto, TRIBVNI PLEBIS, SI IIS VIDERETVR, AD POPVLVM FERRENT, VT QVI MINORES, &c. Iiſdem etiam verbis Seruilius apud Liuium in concione ſua, TRIBVNOS, vt ad ſuffragium tribus reuocent, rogat, REVOCATE, inquiens, SI VIDETVR, TRIBVNI, AD SVFFRAGIVM TRIBVS. Eodémque modo P. Scipio à Liuio lib. xxix. dicitur, *Literas ad M. Pomponium miſiſſe vt*, SI EI VIDERETVR, *Lilybæum veniret: vt communiter conſulerent, quas legiones potiſſimum, & quantum militum numerum in Africa traiceret.*

Dabatur & à Senatu Conſulibus è pluribus legendi quem vellent poteſtas, his verbis, QVEM EIS VIDERETVR. Liu. lib. xxxi. Senatũ cenſuiſſe ait, VT P. ÆLIVS CONSVL, QVEM VIDERETVR EI, CVM IMPERIO MITTERET, QVI CLASSE ACCEPTA QVAM EX SICILIA CN. OCTAVIVS REDVCERET, IN MACEDONIAM TRAIICERET. Et alibi eodem lib. *Conſuli à Patribus permiſſum*, VT QVEM VIDERETVR EX IIS QVI EXTRA SENATVM ESSENT, LEGATVM MITTERET AD BELLVM REGI INDICENDVM. Idem lib. xxxiii. *Conſules, legiones ſingulas ex quattuor ab ſe ſcriptis*, QVAS VIDERENTVR, VTI DARENT, *decretum eſt*. Apud eundem lib. xxix. Fabius Max. in ſententia, CONSVLES DECEM LEGATOS, QVOS IIS VIDERETVR, EX SENATV LEGERE, CENSET.

Aliarum quoque rerum poteſtas magiſtratibus eodem verborum temperamento dabatur. Itaque Q. Fabio Max. Dictatore, & M. Minutio Ruſto Magiſtro equitũ creatis, negotium iis ab Senatu datum, Liuius lib. xxii. refert, VT MVROS TVRRESQVE VRBIS FIRMARENT, ET PRÆSIDIA DISPONERENT, QVIBVS LOCIS VIDERETVR, PONTESQVE RESCINDERENT FLVMINVM. Idem lib. xxx *Ex hac rogatione Senatus decreuit*, VT P. SCIPIO E XX. LEGATORVM SENTENTIA PACEM CVM POPVLO CARTHAGINIENSI, QVIBVS LEGIBVS EI VIDERETVR, FACERET. In Senatusconſultis etiam quæ de religione fiebant, ſacrificare iubebantur Coss. QVIBVS DIIS IPSIS VIDERETVR, vt ex Liuio lib. xxxi. & xxxviii. liquet. Denique lib. xxii. Fabio Max. Dictatori permiſſum narrat, vt ſcriberet EX CIVIBVS SOCIISQVE QVANTVM EQVITVM AC PEDITVM VIDERETVR.

Quinetiam Conſul ad Senatum eodem verborum honore reſcribebat, referebátque. Liuius lib. xxix P. Licinium Cos. ſcripſiſſe narrat, ſe, exercitúmque ſuum graui morbo afflictum, & quoniam ipſe venire ad comitia non poſſet, SI ITA PATRIBVS VIDERETVR, ſe Q. Cæcilium Metellum Dictatorem Comitiorum cauſa dicturum. Idem lib. xxxv. SI ITA VIDERETVR PATRIBVS, *mitterent ad collegam, vt is ad Comitia Romam rediret: ſi id facere grauaretur, quod non ſuæ ſortis negotium eſſet*, SE FACTVRVM QVOD SENATVS CENSVISSET. Apud eumdem lib. xxxix. L. Portius Cõſul ad Senatum, *Sibi*, inquit, NISI QVID ALIVD IIS VIDERETVR, *in animo eſſe, è lege Comitia habere*. Et Tribuni pleb. lib xliii. *Id ita eſſe vt ſcirent, & Patres conſcripti: Pratores delectum*, SI ITA SENATVI VIDERETVR, *perfecturos eſſe*. Cicero lib. iiii. in Verr. Coss. ait retuliſſe ad Senatum, PLACERE STATVI, SI PATRIBVS CONSCRIPTIS VIDERETVR, NE ABSENTES HOMINES IN PROVINCIIS REI FIERENT RERVM CAPITALIVM. Idem Liuius lib. xxxiiii. T. Quintium poſtulaſſe, ait, VT DE HIS QVÆ CVM DECEM LEGATIS IN GRÆCIAM MISSIS IPSE STATVISSET, SENATVS AVDIRET: EAQVE, SI VIDERETVR, AVCTORITATE SVA CONFIRMARET. Et lib. xxiii. Octacilij Propr. literas in Senatu recitatas, quibus magnoperè ſuadebat, vt militi & naualib. ſociis ſtipendium atque frumentum quamprimum mitterent: Sibíque, SI ITA VIDERETVR, ex nouis Prætoribus ſucceſſorem mitterent. Eodémque libro, Sp. Caruilius in Senatu pro magna re ſe ſuadere, dixit, Vt ex ſingulis populis Latinorum binis Senatoribus, SI PATRES ROMANI CENSVISSENT, ciuitas daretur.

Cæterùm illis, de quibus multùm diúque diſſeruimus, Senatus mandatis, NEGO-

TIVM

TIVM CONSVLIBVS PRÆTORIBVSVE DARI dicebatur. Quod Liuij aliorúmque auctorũ prope innumeris teſtimonijs, perfacile nobis eſſet demonſtrare, ni in re minimè dubia & obſcura chartæ parcendum eſſe cenſerem.

Planè, vt quod Coſs. mãdabatur, poſſet altero abſẽte, vel occupato per alterũ expediri, addi Sc. ſolebat, CONSVLES ALTER, AMBOVE, SI EIS VIDEATVR. Cicer. Philipp. VII *Quid? cũ decreuiſtis*, VT CONSVL ALTER, AMBOVE AD BELLVM PROFICISCERENTVR, *quod erat bellum, ſi hoſtis Antonius non erat?* Idẽ Philipp. VIII. ita ſe cenſere dicit, VTI C. PANSA, A. HIRTIVS COSS. ALTER, AMBOVE, SI EIS VIDEATVR, DE EIVS HONORE PRÆMIÓVE AD SENATVM PRIMO QVOQVE DIE REFERANT. Et Philipp. X. VTI C. PANSA A. HIRTIVS COSS. ALTER, AMBOVE, SI EIS VIDEATVR, IIS QVI SANGVINEM PRO VITA, LIBERTATE, FORTVNISQVE POPVLI RO. VRBE, TEMPLISQVE DEORVM PROFVDISSENT, MONVMENTVM FACERE IVBEANT. In illo etiam Senatuſconſulto quod à Frontino lib. II. de Aquæduct. refertur, ita eſt, Q. ÆLIVS, Q. FABIVS COSS. AMBO, ALTERVE, SI EIS VIDEATVR, ADHIBITIS PRÆTORIBVS QVI ÆRARIO PRÆSVNT, PRÆBENDA LOCENT. Liuius lib. XXX. NON VIDERI SIBI, *abſente* CONSVLVM ALTERO, AMBOBVSVE, EAM REM AGI, &c. Hãc quoq; Formulã attigit Vegetius lib. III. cap. I. Eodémque modo, ΑΜΦΟΤΕΡΟΥΣ ΥΠΑΤΟΥΣ ΚΑΙ ΕΤΕΡΟΝ, in Dionyſio Halicarnaſſæo lib. v. & VI. & Senatuſconſulto Græco in æs inciſo Romæ legimus.

Verba autẽ hæc notis hiſce ſcribi ſolita, A. A. V. Valerius Probus teſtatur. Et ita in veteri tabula ærea Romæ, Q. LVTATIVS CATVLVS, ET M. ÆMILIVS LEPIDVS COSS. A. A. V. S. E. V. id eſt, ALTER AMBOVE SI EIS VIDEATVR. Quæ quidem à me pridem animaduerſa, inter moras, dum alijs diſtractus curis opus inſtitutũ intermittere coactus ſum, ab iis qui in eadem, quemadmodum vſu venire ſolet, veſtigia incurrerunt, patefacta, literíſque mandata ſunt. Multæ etiam aliæ id genus obſeruationes, à me in aduerſaria relatæ, interim dum nullum vacuum à foro tempus daretur, ab alijs præreptæ, in ſpongiam, non ſecus ac Auguſti Aiax, incubuerunt. Atque hãc palmam nemini inuideo, vt qui nec propagandi nominis, nec auræ popularis captandæ, aut vanæ gloriæ aucupandæ cauſſa, ſed ſolo vtilitatis publicæ ſtudio ductus, calamum in manus ſumo, poſthabitíſque omnibus, quæ vel ad honores cõciliandos, vel ad opes parandas, & rem familiarem augendam, vſui magis eſſe poſſent, ſtudijs me abdo, & ex his aliquid ad communem afferre fructum, & in aſpectum lucémque proferre conor. Subſeciuas certè horas, & quidquid de ſolido die, quem ſibi publica negotia vindicant, demi poteſt, ipſum etiam tempus, quod ad ruſticandum, atque adeò ad corporis, cuius fulturis animus ſuſtinetur, curam datur, literis lubens do, dicóque: & in ſummis occupationibus ſurripio ſemper aliquid ſpatij ad ſcribendum. Ea vita eſt maximè ad naturam, & cùm à ceteris oblectationibus deſeror, libris ſuſtẽtor, ac recreor. Sed neſcio quo modo de curſu deflexit oratio, ſenſímque huc delapſa eſt. Vt ergo vnde digreſſa eſt, eò reuocetur, Dabatur interdum Magiſtratibus negotium, VT CVRARENT aliquid fieri. Cicero Orat. pro domo ſua. *Recita S. C. Videtíſne Prætori Vrbano negotium datum*, VT CVRARET, NE ID SACRVM ESSET, ET VT SI QVÆ ESSENT INCISÆ, AVT INSCRIPTÆ LITERÆ, TOLLERENTVR? Idem Orat. de Haruſpic. reſponſ. domum ſuam cõtra vim nefariam Clodij multis Sc. munitam atque ſeptam aſſerens, *Primùm*, ait, *negotium iiſdem magiſtratibus eſt datum anno ſuperiore*, VT CVRARENT, VT SINE VI MIHI ÆDIFICARE LICERET. Senatuſconſulto etiam de Bacchanalibus facto, Coſs. iuſſos CVRARE, NE INDICIBVS EBVTIO AC FECENIÆ FRAVDI EA RES ESSET. Liu. lib. XXIX. ſcribit.

Aliâs quoque magiſtratibus mandabatur, VT OPERAM DARENT. Veluti in illo apud Frontinũ S. C. PLACERE SENATVI CVRATORES AQVARVM DARE OPERAM, VT SALIENTES PVBLICI &c. Et in S. C. Velleiano HI AD QVOS DE EA RE IN IVRE ADITVM ERIT, SI DEDERINT OPERAM. Cic. Philipp. X. in ſententia, OPERAMQVE DET, VT CVM SVIS COPIIS QVAM PROXIME ITALIAM SIT. Liuius lib. X. Legatis quos Tybur mittebat, manda-

cupiditas ſciendi cum labore

tum, DARENT OPERAM VT TIBICINES ROMANIS RESTITVERENTVR. Illud etiam S.C. quo Reſpub. Conſulibus commendabatur, promiſcuè ita concipitur, VIDERENT, vel DARENT OPERAM COSS.

Iubebãtur interdũ coss. Prætorésve ROGATIONEM AD POPVLVM FERRE. Liu. lib. XXIII. SENATVS DECREVIT, VT T. SEMPRONIVS COS. DESIGNATVS, CVM PRIMVM MAGISTRATVM INISSET, AD POPVLVM FERRET, VT FABIVM DVVMVIRVM ESSE IVBERENT, ÆDIS DEDICANDÆ CAVSA. Idẽ lib. XXVII. Senatũ decreuiſſe refert, VT CONSVL PRIVSQVAM AB VRBE DISCEDERET, POPVLVM ROGARET, QVEM DICTATOREM DICI PLACERET: EVMQVE QVEM POPVLVS IVSSISSET, DICTATOREM DICERET: SI CONSVL NOLVISSET, PRÆTOR VRBANVS POPVLVM ROGARET: SI NE IS QVIDEM VELLET, TVM TRIBVNI AD PLEBEM FERRENT. Eodémq; lib. *P. Licinius Varus*, PRÆTOR VRBIS VT LEGEM FERRE AD POPVLVM IVSSVS, VT HI LVDI IN PERPETVVM IN STATAM DIEM VOVERENTVR. Ex auctoritate quoque Patrum, latum ad populum lib. XXX. ſcribit, CVIVS VELLENT IMPERIVM IN AFRICA ESSE. De Macedonico etiam bello Rogationem Centuriatis Comitiis ad populum ferre Coss. iuſſos idem lib. XLII. tradit. Similiter lib. XXXVI. Patres iuſſiſſe ſcribit, ROGATIONEM AD POPVLVM FERRI. Aſconius Pedianus in explicatione Orat. pro Cornelio de Maieſtate. *Itaque, ait, in omnibus Senatuſconſultis, quibus aliquem* SOLVI LEGIBVS PLACEBAT, *adiici erat ſolitum*, VT DE EA RE AD POPVLVM FERRETVR. Atque adeò pleriſq; Senatuſconſultis tralatitio capite, quod ſuprà ex Cælij Epiſtolis, & Valerij Probi notis adſcripſimus, de ea re caueri ſolebat. Decretũ etiã Senatu frequenti fuiſſe, Cic. Epiſt. XIIII. lib. I. ad Attic. ſcribit, VT COSS. POPVLVM COHORTARENTVR AD EAM ROGATIONEM ACCIPIENDAM, quæ de pollutis à Clodio Bonæ Deæ ſacris promulgata erat, ET VT ANTEQVAM EA ROGATIO LATA ESSET, NE QVID AGERETVR.

In Tributorum vtique remiſsionibus, quæ à Senatu Populóq; Ro. prouinciis tributariis fiebant, adſcribi ſolitum, QVOAD SENATVI POPVLOQVE ROM. VIDEBITVR, ex Appiano in Ibericis didici. Ait enim, Τῶν δὲ φόρων καὶ τῆς ξεναγίας, ἐπ' αὐτῶν ἔφασαν Ῥωμαίους ἀφεῖσθαι, μετὰ Γράγχον· καὶ τοῦ ὅτι ἦσαν ἀφειμένοι. Δίδωσι δ' ἡ βουλὴ τὰς τοιάσδε δωρεὰς ἀεὶ προστιθεῖσα, ΚΥΡΙΑΣ ΕΣΕΣΘΑΙ ΜΕΧΡΙ ΑΝ ΑΥΤΗι, ΚΑΙ ΤΩι ΔΗΜΩ ΔΟΚΗι.

Erat & illa Senatuſconſultorũ Formula, PLACERE CVM ALIQVO AGI: Quod vbi Tribunorũ pleb. operã officiúmque, ad Rogationes ferendas, Patres deſiderabãt, decerni conſueuiſſe, multis exemplis iam antè docui. Nunc in aliis quoque idem ſeruatum oſtendam. Liu. lib. VI. SENATVI, CVM CAMILLO AGI PLACVIT, VT OMISSO ANTIO, BELLVM HETRVSCVM SVSCIPERET. Sic L. Porcio Cos. recuſante accipere nomen Q. Fuluij, qui Ædilis curulis deſignatus, Præturã cõtra leges petebat, cenſuiſſe Patres Liu. lib. XXXIX. ait, VTI L. PORTIVS COS. CVM EO AGERET, NE IMPEDIMENTO ESSET, QVO MINVS COMITIA EX LEGE HABERENTVR. Ad quæ Flaccus reſpondit, NIHIL QVOD SE INDIGNVM ESSET, FACTVRVM. Cui reſpõſo alia duo Scipionis adiũgã. Eũ enim Liu. lib. XXX. refert legatis Carthaginienſiũ reſpondiſſe, ETSI NON INDVCIARVM MODO FIDES A CARTHAGINIENSIBVS, SED ETIAM IVS GENTIVM IN LEGATIS SVIS VIOLATVM ESSET, TAMEN SE NIHIL, NEC INSTITVTIS POPVLI ROM. NEC SVIS MORIBVS INDIGNVM ESSE FACTVRVM.

Idẽ apud Liu. lib. XXVIII. interrogatus à Fuluio, STATVRVSNE ESSET, EO QVOD PATRES CENSVISSENT, AN AD POPVLVM LATVRVS? *Reſpondit, ſe* QVOD E REPVB. ESSET FACTVRVM.

In ſumma porrò annonæ caritate, S.C. in Ciceronis ſententiam factum, VT CVM POMPEIO AGERETVR, VT EAM REM SVSCIPERET, LEXQVE FERRETVR, Cicer. Epiſt. I. lib. IIII. ad Att. ſcribit. Atque hæc nos Formula quaſi manu ducit ad emendationem loci, qui eſt apud Plin. Epiſt. III. lib. X. ad Traianũ, corruptiſsimus. Vulgò

enim

enim illic nullo bono, ac ne probabili quidē ſenſu, legitur. *Sed cùm poſtea Conſul deſignatus cēſuiſſet, tacendum nobiſcum, quorum erat excuſatio recepta, vt eſſemus in Senatus poteſtate, paterémurque nomina noſtra in vrnam conijci, conuenientiſſimū eſſe tranquillitati ſęculi tui putaui, præſertim tā moderatæ voluntati ampliſſimi ordinis non repugnare.* Ego enim quouis pignore certauerim, legendum, AGENDVM NOBISCVM, *quorum erat excuſatio recepta,* VT ESSEMVS IN SENATVS POTESTATE. Et, AGENDVM, inquā, vt cum Præfectis ærarij, quibus, ſe ab aduocationibus, munere publico excuſare licebat. Quod ego Plinij ipſius verbis, quàm meis planū facere malo. De ſe ergo dicentem audiamus. Ait ille Epiſt. IIII. lib. III. *Cùm publicum opus mea pecunia inchoaturus in Thuſcos excurriſſem, accepto, vt Præfectus ærarij, commeatu, legati prouinciæ Bæticæ queſturi de Proconſulatu Cæcilij Claſſici, aduocatum me à Senatu petierunt. Collegæ optimi, meique amantiſſimi, de cōmunis officij neceſſitatibus prælocuti, excuſare me, & eximere tentarunt. Factum eſt Senatuſconſultum perquam honorificum,* VT DARER PROVINCIALIBVS PATRONVS, SI AB IPSO ME IMPETRASSENT. *Legati rurſus inducti, iterum me iam præſentem aduocatum poſtulauerunt, implorātes fidem meam quam eſſent contra Maſſam Bæbium experti, allegantes patrocinij fœdus. Secuta eſt Senatus clariſſima aſſenſio, quæ ſolet decreta præcurrere. Tū ego,* DESINO, *inquā,* P. C. PVTARE ME IVSTAS EXCVSATIONIS CAVSAS ATTVLISSE. *Placuit & modeſtia ſermonis & ratio.* Vos quoq; plaudite lectores, & hinc alterius Formulæ lucro acceſsioneq; macti abite: Ea poſita eſt in his illius Epiſtolæ verbis, VT ESSEMVS IN SENATVS POTESTATE. Quæ fuiſſe certa & ſollemnia, indicat reſponſum Decemuirorum, quo FVTVROS SE, QVANDO ITA VIDEATVR, IN POTESTATE PATRVM, affirmant apud Liuium lib. III. Eodémq; lib. TRIBVNI, SE IN AVCTORITATE PATRVM FVTVROS, pollicentur. Idem Liu. lib. IX. *Mouit Patres Conſcriptos tum cauſa, tum auctor: nec ceteros ſolùm, ſed Tribunos etiam plebis,* VT SE IN SENATVS FORE POTESTATE, *dicerent. Et lib.* XLII. *Vos quoque æquum eſt,* COMMILITONES, *& ſi appellationis vobis vſurpatis ius, cùm adoleſcentes nihil aduerſus magiſtratuum, Senatúſque auctoritatem vſquam feceritis: nunc quoque* IN POTESTATE SENATVS AC CONSVLVM ESSE. Alias apud eundem auctorem inuenio, IN AVCTORITATE SENATVS ESSE. Vt ecce lib. III. *Non eſſe in* AVCTORITATE SENATVS *Tribunos militū.* Et lib. XXXII. *His orationibus peruicerunt,* VT COSS. IN SENATVS AVCTORITATE FORE, *dicerent ſeſe, ſi idem Tribuni facerent.* Legatos etiā Senatus nomine miſſos ad Antonium, qui nuntiarent, ne oppugnaret Cos. deſignatum, ne Mutinam obſideret, ne prouinciam depopularetur, ne delectus haberet, ESSET IN SENATVS POPVLIQVE RO. POTESTATE, Cic. Philipp. VI. ſcribit: quam poſtremam mandatorū, quæ iis legatis data ſunt, clauſulam Appian. lib. III. bellor. ciuil. ita conuertit. ΕΠΙΤΡΕΨΑΙ (ſic enim emendo) ΤΑ ΚΑΘ' ΕΑΥΤΟΝ ΑΠΑΝΤΑ ΤΗι ΒΟΥΛΗι.

Interdū etiam Senatus REM INTEGRAM POSTEA REFERRI, decernebat. Cic. Epiſt. XVI. lib. IIII. ad Attic. *Senatus decreuerat,* NE PRIVS COMITIA HABERENTVR, QVAM LEX LATA ESSET: SI QVIS INTERCESSISSET, RES INTEGRA REFERRETVR. Liu. lib. XXVII. de Tarentinis Senatuſconſultū factum in M. Acilij ſententiā narrat, vt EORVM OPPIDVM PRÆSIDIO CVSTODIRETVR, TARENTINIQVE OMNES INTRA MOENIA CONTINERENTVR: RES INTEGRA POSTEA REFERRETVR, CVM TRANQVILLIOR STATVS ITALIÆ ESSET. Idem lib. XXXVI. *Patres rogationem ad populum ferri iuſſerunt, Vellent, iuberéntne cum Antiocho rege, quique ſectā eius ſecuti eſſent, bellū iniri: ſi ea rogatio perlata eſſet, tum,* SI ITA VIDERETVR CONSVLIBVS, REM INTEGRAM AD SENATVM REFERRENT. Item lib. XXXIX. *S. C. factum eſt,* VT DE IIS QVOS PRO INDICIBVS COSS. HABVISSENT, INTEGRA RES AD SENATVM REFERRETVR. Et aliàs cod. lib. *De legionibus verò deportādis, cū de Conſulum, Prætorúmque exercitibus ageretur,* REM INTEGRAM REFERRI, *iuſſerunt.* Plin. Epiſt. XI. lib. II. PLACVIT, *cenſente Cornuto,* REFERRI DE EO, PROXIMO SENATV.

Nonnunquam verò de eo quod relatum erat, placebat nihil decerni, ſed ad frequentiorem Senatum rem remitti, vt ex Liuio lib. XXXV. patet. Epitome Liuij lib. XIII. *Cyneas legatus à Pyrrho ad Senatum miſſus petiit, vt componēdæ pacis cauſa, rex in vrbem reciperetur:* DE QVA RE CVM AD FREQVENTIOREM SENATVM REFERRI PLACVISSET, *Appius Claudius* &c. Literis etiam Catinij & Manlij, qui Hiſpanias obtinebant, reci-

tatis,cùm ex iis cognitum eſſet,Celtiberos Luſitanóſq; in armis eſſe, & ſociorum agros populari, DE EA RE,ait Liuius lib.xxxix. CONSVLTATIONEM INTEGRAM SENATVS AD NOVOS MAGISTRATVS REIECIT.Idem lib.xxvi.*Et cùm quidam* REFERENDVM AD SENATVM *cenſerent,melius viſum,* DIFFERRI EAM CONSVLTATIONEM,*donec proficiſcerētur equites,qui ab Martio literas attulerant.*

Ipſíq; adeò Senatores quãdoq; cenſebãt,NVLLVM DE EO QVOD COSS.RETVLERANT, S. C. FIERI PLACERE.Et ita apud Liuium lib.III.Claudius cenſet, NVLLVM PLACERE S.C. FIERI. Cuius ſententiam Dionyſ.Halicarn.lib.XI.plenius enuntiat his verbis: Περὶ δὲ τοῦ πολέμου ταύτην ἡμῖν, Ω ΒΟΥΛΗ, γνώμην ἀποδείκνυμι, ΜΗΔΕΝ ΨΗΦΙΖΕΣΘΑΙ ΠΕΡΙ μηδενὸς πράγματος, ἕως ἂν ἀποδυθῶσιν αἱ ἀρχαί.Et hoc eſt quod Cic.Epiſt.XIIII.lib.I.ad Attic.ait,*Homines ad* XV.*Curioni*,NVLLVM S.C.FACIENTI, *aſſenſerunt.*

Quæſtiones etiam de criminibus,ſi res ita ferret,vel tempora Reipub.poſtularent,Senatuſconſultis decernebantur.Sic cùm in Senatu mentio facta eſſet, P.Clodium cum veſte muliebri deprehenſum apud Cæſarem,tum cùm Bonæ Deæ à virginibus Veſtalibus ſacra fierent,quæſtionem de pollutis ſacris decreuiſſe Senatum Cicero Epiſt.XIIII. lib.I.ad Attic.& Sueton.in Iul.cap.VI.teſtantur.Senatum etiam Sp.Poſthumio Albino & Q.Martio Philippo Coſs.mandaſſe, vt de clandeſtinis coniurationibus, & his quæ in ſacris Bacchanalium inceſtè vſæ fuerant,inquireret,Liuius lib.XXXIX.& Valer. Max. lib.VI.cap.II.tradunt.Idem Liuius lib.XL.auctor eſt,cùm Galli Tranſalpini,ad tria millia hominum,in Italiam tranſgreſſi,neminem bello laceſſentes,agrum à Coſs.& Senatu petiiſſent,vt parati ſub imperio populi Ro.eſſent, Senatum eos excedere iuſſiſſe, & Cos. Q.Fuluium QVÆRERE ET ANIMADVERTERE IN EOS, QVI PRINCIPES ET AVCTORES TRANSCENDENDI ALPES FVISSENT.Eodem lib. veneficij,quod in vrbe,propiúſve vrbem decem millibus paſſuũ,eſſet commiſſum,quæſtionẽ C.Claudio Prætori Senatuſcõſulto decretã refert: vltra decimũ verò lapidẽ per fora conciliabuláque, C.Mænio. Capuæ quoque occultis principum coniurationibus patefactis, cùm de his ad Senatum relatum eſſet, quæſtiones decretas, Dictatorémque quæſtionibus exercendis dici placuiſſe,idem lib.IX.ſcribit.In Senatuſconſulto etiã quod ab eodem lib.XXXI.refertur,clauſula hæc eſt: SENATVI PLACERE, QVÆSTIONEM DE EXPILATIS THESAVRIS EODEM EXEMPLO HABERI,QVO M. POMPONIVS PRÆTOR TRIENNIO ANTE HABVISSET. Idem lib. XXXVII.narrat M.Liuium Dictatorem,magiſtratu abdicato,in Hetruriam ex S.C.profectum AD QVÆSTIONES HABENDAS, QVI HETRVSCORVM VMBRORVMVE POPVLI, DEFECTIONIS AB ROMANIS AD ASDRVBALEM SVB ADVENTVM EIVS CONSILIA AGITASSENT, QVIQVE EVM AVXILIIS, AVT COMMEATV, AVT OPE ALIQVA IVVISSENT. Similitérque Cn.Seruilium Cos.in Hetruria quæſtiones ex S.C.de coniurationibus principum habuiſſe lib.XXX.refert.Idem lib.XXXII.Q.Minutio mãdatũ, VT IN BRVTIIS QVÆSTIONES DE CONIVRATIONIBVS, QVAS PRÆTOR CVM FIDE CVRAQVE EXERCVISSET,PERFICERET. Et lib.XXXVIII.Ser.Sulpitio Cos.referente, QVEM DE PECVNIIS AB ANTIOCHO REGE CAPTIS QVÆRERE VELLENT,Patres iuſſiſſe,Q.TERENTIVM CVLLEONEM PRÆTOREM DE EA RE QVÆRERE.

Quin & ex plebiſcito quoq; huiuſmodi Quæſtiones Senatũ mandaſſe,documento eſt quod Cic.lib II.de Finib.à Senatu Scipioni Conſuli ex plebiſcito quæſtionem decretã memorat.Liu.lib.XLII *Rogationẽ Martiam de Liguribus magno conſenſu plebes ſciuit , inſsitq;: Ex eo plebiſcito C.Licinius Prætor* CONSVLVIT SENATVM QVEM QVÆRERE EX ROGATIONE VELLET:*Patres,*EVM IPSVM QVÆRERE *iuſſerunt.*

Interdum & poteſtas cognoſcendi, à Senatu Conſulibus dabatur. Teſtis Liuius lib. XXXIX.Cenomanos,qui apud Senatum cõqueſti erant,arma ſibi à Furio Prætore adempta,reiectos narrans ad Cos.Æmiliũ,cui,VT COGNOSCERET STATVERETQVE, Senatus permiſit.Poſt Cæſaris etiam interitum Conſulibus Senatuſcõſulto permiſſum fuiſſe Cicero lib.XVI.Epiſt.ad Attic.ſcribit, VT DE CÆSARIS ACTIS COGNOSCERENT,

SCERENT, STATVERENT, IVDICARENT. Ad id Senatuſconſultum legem acceſſiſſe idem auctor eſt, QVÆ EARVM RERVM QVAS CÆSAR STATVISSET, DECREVISSET, EGISSET COSS. COGNITIONEM DEDIT. In qua Senatuſconſultorum ſpecie, horum verborum COGNOSCERE, STATVEREQVE ſocietas obſeruanda eſt: quæ aliis etiam auctoritatibus firmatur. Liuius lib. xl. de regum legationibus. *Nec vltra quicquam in reſponſum, quàm miſſuros* QVI DE CONTROVERSIIS EORVM COGNOSCERENT, STATVERENTQVE. Et lib. XLV. *Senatus,* QVI DE FINIBVS COGNOSCERENT, STATVERENTQVE, *quinque viros miſit.* Cicero etiam Epiſt. XVII. lib. I. ad Attic. ex Sc. promulgatum fuiſſe ſcribit, *vt de his qui ob iudicandum pecuniam accepiſſent* QVÆRERETVR.

Rupilio quoq; & Lenati Coss. Senatũ mandaſſe, VT IN EOS QVI CVM T. GRACCHO CONSENSERANT, MORE MAIORVM ANIMADVERTERETVR, Valer. Max. lib. IIII. cap. VII. tradit. Eáque eſt, NOVA QVÆSTIO, qua C. Bloſium Cumanum, qui ſe non comitem modo furoris Gracchi, ſed & ducem præbuerat, conterritum in Aſiam profugiſſe, ad hoſtes ſe contuliſſe, pœnásque iuſtas ac debitas perſoluiſſe, Cicero in Lælio ait. Eámque quæſtionem ſeuerè Coss. exercuiſſe Valer. Max. lib. VI. cap. III. & Plutarch. in Gracchis teſtantur. Idémque de C. Gracchi amicis decretum, *vt ne quis inimicis Reipub. amicus eſſe vellet,* idẽ Valer. lib. VI. cap. III. & lib. IX. cap. XII. oſtẽdit.

Senatuſconſultis interdũ præmia indicibus, & his qui ſe ſponte deferebant, impunitas proponebatur, vt ex S.C. de Bacchanalibus quod ſuprà retuli, probatur. Appianus lib. I. de bell. ciuil. Aſellione Prætore cæſo, Ἡ Σύγκλητος, ait, ἐκήρυσσεν, Εἴ τις τι περὶ τὸν Ἀσελλίωνος φόνον ἐλέγξειεν, ἐλευθέρῳ μὲν ἀργύριον, δούλῳ δὲ ἐλευθερίαν, συνεγνωκότι, ἄδειαν. Liuius lib. VIII. Ancillæ quæ indicium veneficiorum profeſſa erat, ſi fides ſibi daretur haud futurum noxæ indicium, conſenſu Senatus fidem datam narrat. Coniuratione quidem Catilinæ ad Senatum delata, Salluſtius in bello Catilin. SI QVIS INDICASSET DE CONIVRATIONE QVÆ CONTRA REMPVB. FACTA ERAT, PRÆMIVM, SERVO LIBERTATEM ET HS. C. LIBERO, IMPVNITATEM EIVS REI, ET HS. CC. Senatũ decreuiſſe, ſcribit. Plutarch. in Cicer. Τῷ Κροτωνιάτῃ ψηφισαμένης ΑΔΕΙΑΝ, ΕΠΙ ΜΗΝΥΣΕΙ, τῆς βουλῆς. Secundum hanc fidem datam, Dio lib. XXXVII. L. Vettio indici impunitatem conceſſam: Suetonius verò in Iulio, Q. Curio, qui primus coniuratorũ conſilia detexerat, præmia publicè cõſtituta: Salluſtius item legatis Allobrogum, & T. Volturtio, comprobato eorum indicio, præmia decreta, ſcribunt. Nec prætermittendum eſt S.C. quo P. Vatienus cùm Senatui nũtiaſſet, ſibi è Præfectura Reatina Romam venienti noctu duos iuuenes cum equis albis dixiſſe, regẽ Perſen illo die captum eſſe, in carcerem conici iuſſus eſt, QVASI TEMERE DE REPVB. LOQVVTVS ESSET. Poſt verò à Paulo Æmilio literis de victoria allatis, cùm idem dies conſtitiſſet, & agro à Senatu & vacatione donatus eſt, quemadmodum à Cicerone lib. II. de Nat. Deor. refertur, Valerius verò Max. lib. I. cap. VIII. eum, *tanquam maieſtatis & amplitudinis Senatus vano ſermone contemptorẽ,* in carcerem coniectum ait.

Enimuerò GRATIAS AGI iis qui de Repub. bene meriti erãt, Senatus decernere ſolebat, ſiue ciues ij, ſiue ſocij & amici eſſẽt. De Ciuibus primũ, de aliis deinde agemus. Liuius lib. II. *Quintio Conſuli ab Senatu,* GRATIÆ ACTÆ, QVOD EIVS OPERA MITIGATA DISCORDIA ESSET. *Ab Appio verò eius collega petitum eſt,* VT TANTAM CONSVLAREM MAIESTATEM ESSE VELLET, QVANTA IN CONCORDI CIVITATE ESSE POSSET. Idẽ lib. XXXVIII. Gratias ingentes ab vniuerſo ordine Tiberio Graccho actas ait, QVOD REMPVB. PRIVATIS SIMVLTATIBVS, POTIOREM HABVISSET. Spurio quoque Liguſtino, qui etſi ſtipendia omnia emerita eſſent, & ætas vacationem daret, liberorúmque numero ſe excuſare poſſet, tamen ipſe, quoad ſe quiſquam qui exercitus ſcriberet, idoneum militem iudicaret, alacri animo nomen daturum pro concione dixerat, ex auctoritate Senatus GRATIAS ACTAS, idem Liuius lib. XLII. ſcriptum reliquit. Quinetiam Varroni à clade Cannenſi, cuius ipſe magna cauſſa fuerat, ſuperſtiti, Romam redeunti obuiã itum frequenter ab omnibus ordinibus, & GRATIAS A SENATV ACTAS, QVOD DE REPVB. NON DESPERASSET, Liuius lib.

Gratiarum actiones

XXII. memorat. Hoc ſignificat ille è Cannenſis cladis reliquiis legatus ad Marcellum verba faciens apud Liuium lib. XXV. cùm ait: *Equidem miles nihil vnquã dicam de Imperatore eo, cui præſertim* GRATIAS *ſciam* AB SENATV ACTAS, QVOD NON DESPERAVERIT DE REPVB. At Valer. Max. lib. III. cap. IIII. Varroni, cũ incolumis in vrbem rediiſſet, Senatum gratias egiſſe ait, QVOD REDIRE VOLVISSET. Silius Italic. lib. X. Liuij verba amplexus eſt his verſibus,

Ergo omne effundit longo iam ſe agmine vulgus
GRATANTVM, MAGNAQVE ACTVM, SE CREDERE, MENTE
Teſtantur: QVOD FISVS AVIS, SCEPTRISQVE SVPERBIS
LAOMEDONTIADVM NON DESPERAVERIT VRBI.

Ciceroni quoque, vt ipſe de ſe III. & IIII. in Catilin. Orat. prædicat, poſt detectam Catilinæ coniurationem GRATIÆ A SENATV, VERBIS AMPLISSIMIS ACTÆ FVERVNT, QVOD EIVS VIRTVTE, CONSILIO, PRVDENTIA, DILIGENTIA, CONIVRATIO PATEFACTA, MAXIMISQVE RESPVB. PERICVLIS LIBERATA ESSET. Hoc etiam nomine Senatum ſibi SINGVLARIBVS VERBIS GRATIAS EGISSE, in Orat. pro Sylla ait. De eo quoque Appianus lib. II. bellorum ciuil. hæc ſcribit: Καὶ Σωτὴρ ἐδόκει προφανῶς ἀπολλυμένῃ τῇ πατρίδι γεγενῆσθαι: Χάριτές τε ἦσαν αὐτῷ παρὰ τῆς ἐκκλησίας, καὶ εὐφημίαι πολλαί. Pari modo cùm Antonius poſt Cæſaris cædem, auctor fuiſſet Senatui cenſendi, VT DICTATVRA FVNDITVS E REPVB. TOLLERETVR, ſcriptúmque de ea re S.C. quod fieri vellet, attuliſſet, ei AMPLISSIMIS VERBIS GRATIAS PER IDEM S.C. ACTAS Cicero Philipp. I. ſcribit. Valerius etiam lib. IIII. cap. VIII. refert ex S.C. GRATIAS ACTAS Q. Concidio, qui Catilinæ furore ita conſternata Repub. vt ne à locupletibus quidem debitæ pecuniæ, propter tumultum pretiis poſſeſſionum diminutis, ſolui creditoribus poſſent, cùm centies atque quinquagies HS ſummam in fœnore haberet, neque de ſorte quemquam debitorum ſuorum, neque de vſura, à ſuis appellari paſſus erat. Matronis etiam gratias à Senatu actas ob aurum ab illis collatũ, ex quo ſumma pactæ mercedis Gallis conficeret, Liuius lib. V. memoriæ prodidit.

Necnon & ſociis atque amicis, ob eorum merita, GRATIAS A SENATV ACTAS ex aliquot Liuij locis patet. Poſt Æquos namque, Volſcóſque fuſos & debellatos, cohortibus Latinis, Hernicíſque, quorum auxilio vſi fuerant, GRATIAS AB SENATV OB IMPIGRAM MILITIAM ACTAS, Liuius lib. III. narrat. Idem lib. V. *Senatuſconſultum factum eſt, poſtquam Veij Romanorum monumenta incenderunt*, VT TRIBVNI MILITARES CONCIONE ADVOCATA, PEDITIBVS EQVITIBVSQVE GRATIAS AGERENT: MEMOREM PIETATIS EORVM ERGA PATRIAM DICERENT SENATVM FORE; PLACERE AVTEM OMNIBVS HIS VOLVNTARIAM EXTRA ORDINEM PROFESSIS MILITIAM, ÆRA PROCEDERE. Neapolitanorum quoque & Pæſtanorum legatis dona mittentibus, opémque & auxilium pollicentibus, GRATIAS A SENATV ACTAS idẽ lib. XXII. auctor eſt. Athenienſibus itidem & Ptolemæo regi A SENATV GRATIAS ACTAS, idem lib. XXXI. ſcribit. Idem lib. XL. Piſanis agrum pollicentibus SENATVM GRATIAS EGISSE refert. Vniuerſum etiam Senatum cenſuiſſe GRATIAS AGENDAS IIS CIVITATIBVS, quæ M. Tullium ſolum vertentem excepiſſent, ipſemet in Orat. pro domo ſua ita ſcribit: *Denique vniuerſus Senatus, multò antequam eſt lata lex de me*, GRATIAS AGENDAS CENSVIT CIVITATIBVS IIS QVÆ M. TVLLIVM, *tantúmne? imò etiam*, CIVEM OPTIME DE REPVB. MERITVM RECEPISSENT. Qua de re hæc Plutarchus in Cicerone, Ἡ δὲ σύγκλητος ἁμιλλωμένη πρὸς τὸν δῆμον, ἔγραψεν, ΕΠΑΙΝΕΘΗΝΑΙ ΤΑΣ ΠΟΛΕΙΣ, ΟΣΑΙ ΤΟΝ ΚΙΚΕΡΩΝΑ ΠΑΡΑ ΤΗΝ ΦΥΓΗΝ ΕΘΕΡΑΠΕΥΣΑΝ. Idem Cicero in Orat. poſt reditum in Senatu, etiam illud decreuiſſe Senatum ait, VT AGERENTVR GRATIÆ IIS, QVI EX MVNICIPIIS VENISSENT, PRIMO DIE PROMVLGATIONIS: SIMVLQVE VT ROGARENTVR, VT PARI STVDIO CONVENIRENT RELIQVIS DIEBVS, CVM LEX EADEM RVRSVS AD POPVLVM REFERENDA ESSET.

Grauis

Gratiis verò interdum laudes miſcebant, ampliſſimiſque verbis Senatus quandoque collaudabat eos, quorum forti ac fideli opera vſi erant. Sic L. Flaccum & C. Pontinum Prætt. QVOD EORVM OPERA FORTI, FIDELIQVE CICERO IN DETECENDA CONIVRATIONE CATILINÆ VSVS FVISSET, LAVDATOS ESSE, atque etiam C. Antonio Coſ. LAVDEM IMPERTITAM, QVOD EOS, QVI CONIVRATIONIS ILLIVS PARTICIPES FVISSENT, A SVIS ET REIPVB. CONSILIIS REMOVISSET, Cicero III. in Catilin. Orat. ſcribit. Sic Iulio Cæſari, QVOD IS IN PRÆTVRA MVLTITVDINEM ſponte & vltro confluentem, operámque ſibi in aſſerenda dignitate tumultuoſius pollicẽtem COMPESCVISSET, SENATVS per primores viros GRATIAS EGIT, accitúmque in Curiam, ET AMPLISSIMIS VERBIS COLLAVDATVM, in integrum reſtituit, inducto priore decreto, quo eum Reipub. adminiſtratione ſummouerat: vt à Sueton. in Iulio cap. XVI. literis proditum eſt. Liuius etiam lib. XLII. Sp. Liguſtinum à Conſule MVLTIS VERBIS COLLAVDATVM fuiſſe ſcribit. Iudices quoque qui de pollutis à Clodio ſacris quærebant, cùm præſidium poſtulaſſent, LAVDATOS A SENATV Cic. Epiſt. lib. ad Attic. memorat. Habemus porrò egregia collaudationum exempla in iis ſententiis quas de Bruto, Lepido, Egnatulcio, & Sex Pompeio Cn. F. Cicero Philipp. III. V. X. & XIII. dicit. Ac ne ſe præteritos aduocati querantur, cùm Plinius & Tacitus Marium Priſcum, aduerſus quem Afris adeſſe à Senatu iuſſi erant, repetundarum reum peregiſſent, Cornutum Coſ. deſignatum, poſtquam de pœna Marij cenſuiſſet, in fine ſententiæ adieciſſe, Plin. Epiſt. XI. lib. II. ait, QVOD AMBO INIVNCTA ADVOCATIONE DILIGENTER FORTITERQVE FVNCTI ESSENT, ARBITRARI SENATVM, ITA EOS FECISSE, VT DIGNVM MANDATIS PARTIBVS FVERAT. Poſt Cæcilium quoque Claſſicũ ab eo reum peractũ, Senatuſcõſulto quod de eo factum eſt, INDVSTRIAM, FIDEM, CONSTANTIAM SVAM PLENISSIMO TESTIMONIO COMPROBATAM, ait Epiſt. IX. lib. III. laudationes

Honores etiam à Senatu peregrinis, quorum opera Reipub. vſui, adiumentóve rebus gerendis fuerat, habebantur. Liuius lib. XXII. *Eos qui Cannuſium perfugerant, muliercula nomine Buſa, genere clara ac diuitiis, mœnibus tantùm tectiſque à Cannuſinis acceptos, frumento, veſte, viatico etiam iuuit. Pro qua ei munificentia, poſtea bello perfecto,* AB SENATV HONORES HABITI SVNT. Mutine quoq; ex Libyphœnicum genere (de quo lib. XXXV. agit) *& ſi quorum aliorum merita erga populum Romanum erant, in Senatum introductis,* HONORES OMNIBVS, *ad exoluendam fidem Conſulis*, HABITOS, lib. XXVII. ſcribit.

Et quoniam in Senatuſconſulta honorifica ingreſſi ſumus, adiungam quæ in honorem Auguſti, ſiue priuati adhuc, ſiue Imperatoris, Senatuſconſulta facta accepimus; eáque ſimul omnia congeram. De priuato quidem hæc legimus in Epitome Liuij lib. CVIII. *C. Cæſari, qui pro Repub. arma ſumpſerat,* PROPRÆTORE IMPERIVM A SENATV DATVM EST, CVM CONSVLARIBVS ORNAMENTIS: *adiectúmque,* VT SENATOR ESSET. Qua de re S. C. Dio lib. XLV. refert. Id in Ciceronis ſentẽtiam factum ex his ſententiis colligimus, quas ille Philipp. V. & XIIII. dicit, quæ Dioni magnam lucem adferunt. Cenſet autem Philipp. V. *Imperium ei dandum, ſine quo res militaris adminiſtrari, teneri exercitus, bellum geri non poterat, placétque ei,* EVM ESSE PROPRÆTORE, EO IVRE QVO QVI OPTIMO: deinde, QVOD IS PROPR. SVMMO REIPVB. TEMPORE MILITES VETERANOS AD LIBERTATEM POPVLI RO. COHORTATVS ESSET, EOSQVE CONSCRIPSISSET: QVODQVE LEGIO MARTIA ET QVARTA EO DVCE ET AVCTORE REMPVB. DEFENDISSET, EVM SENATOREM ESSE, SENTENTIAMQVE LOCO PRÆTORIO DICERE, EIVSQVE RATIONEM, QVEMCVMQVE MAGISTRATVM PETERET, ITA HABERI, VT HABERI PER LEGES LICERET, SI ANNO SVPERIORE QVÆSTOR FVISSET. MILITIBVS VERO QVI EIVS HORTATV LI-

BERTATEM POPVLI RO. AVCTORITATEMQVE SENATVS DEFENDERANT, HIS LIBERISQVE EORVM MILITIÆ VACATIONEM ESSE, QVANTAMQVE PECVNIAM MILITIBVS SINGVLIS C. CÆSAR POLLICITVS ESSET, TANTAM DARI. Velleius verò Patercul. lib. II. Senatum iuſſiſſe ſcribit, *C. Cæſarem honoratum equeſtri ſtatua (qui honor non alij, per* CCC. *antè annos, quàm L. Syllæ & Cn. Pompeio contigerat)* PROPRÆTORE, VNA CVM CONSVLIBVS DESIGNATIS HIRTIO ET PANSA, BELLVM CVM ANTONIO GERERE: Sueton. in Octauio cap. IX. *Veteranos ſimul in ſuum ac Reipub. auxilium, quanta potuit largitione contraxit, iuſſúſque comparato exercitui* PROPRÆTORE PRÆESSE, ET CVM HIRTIO AC PANSA *qui Conſulatum ſuſceperant*, D. BRVTO OPEM FERRE: Plenius Appianus & præter ea quæ Ciceronis ſententiis continentur, hæc lib. III. Bellor. ciuil. decreuiſſe Senatum, ait, ἐπίχρυσόν τε αὐτοῦ εἰκόνα τεθῆναι, καὶ τὴν γνώμην αὐτὸν εἰσφέρειν ἐν τοῖς ὑπατικοῖς ἤδη, καὶ τὴν ὑπατείαν αὐτὸν μετιέναι τοῦ νόμου θᾶσσον ἐτῶν δέκα. ἔκ τε τοῦ δήμου δοθῆναι τοῖς τέλεσι τοῖς ἐς αὐτὸν ἀπὸ Ἀντωνίου μεταστᾶσιν, ὅσον αὐτοῖς ὁ Καῖσαρ ἐπὶ τῇ νίκῃ δώσειν ὑπέσχετο. Dio verò lib. XLV. decreuiſſe Senatum refert, εἰκόνα, καὶ τὸ βουλεύειν ἐν τοῖς τεταμιευκόσι. τάς τε ἄλλας ἀρχὰς θᾶσσον παρὰ τὸ νενομισμένον αἰτῆσαι. Addit etiam poſt Mutinenſe prælium Cæſarem cùm Hirtio & Panſa Coſſ. Imperatorem appellatum à Senatu. Et lib. XLVI. de eo loquens, ταῖς δὲ δὴ τιμαῖς ταῖς ὑπατικαῖς ἐκόσμησαν, ὥστε καὶ γνώμην ἐν τοῖς ὑπατευκόσιν ἤδη τίθεσθαι. Et cùm ne his quidem contentus eſſet, Patres στρατηγεῖν τε αὐτὸν ἐν τοῖς πρώτοις, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ὕπατον αἱρεθῆναι ἐψηφίσαντο. Quæ verba ita Xylander interpretatus eſt, quaſi Dio Senatum cenſuiſſe ſcripſetit, vt Prætor proximè, ac deinde Conſul, Octauius crearetur. Mihi memoria tenenti Ciceronem ſcripſiſſe in L. Piſonem, ME CVM QVÆSTOREM IN PRIMIS, *Aedilem priorem, Prætorem primùm cunctis ſuffragiis populus Ro faciebat, homini ille non generi honorem illum deferebat*, aliáne Dionis, an Senatus mens fuerit, videtur in dubium non temere vocari poſſe.

Poſtquam verò rerũ potitus eſt, ei cognomen Auguſti à Senatu delatũ cõſtat. Idquè cũ Suetodius in eius vita cap. VII. aſſumpſiſſe Munatij Planci ſentẽtia, ſcribit, *cùm quibuſdam cenſentibus Romulum appellari oportere, quaſi & ipſum cõditorem vrbis, præualuiſſet vt Auguſtus potius vocaretur, non tantùm nouo ſed etiam ampliore cognomine.* Quod & Dio lib. LIIII. penè verbum verbo in Græcum ſermonem conuertit. Velleius Patercul. lib. II. de Auguſto. *Quod cognomen illi viro, Planci ſententia, conſenſus vniuerſi Senatus populique Ro. indidit.* Cenſorinus lib. de die Natali cap. XVII. Munatij Planci ſententia, à Senatu ceteriſque ciuibus ita appellatum ſcribit, A.D. XV. Kal. Februarij, ſe ſeptimùm, & M. Vipſano Agrippa Coſſ.

Honori quoque eius Imperatoris à Senatu datum eſt, vt Auguſtus vocaretur is menſis, qui antea Sextilis vocabatur. Cuius Senatuſconſulti ipſamet verba ex Macrobij lib. I. Saturnal. cap. XII. apponam. CVM IMPERATOR CÆSAR AVGVSTVS MENSE SEXTILI ET PRIMVM CONSVLATVM INIERIT, ET TRIVMPHOS TRES IN VRBEM INTVLERIT, ET EX IANICVLO LEGIONES DEDVCTÆ, SECVTÆ SINT EIVS AVSPICIA AC FIDEM: ET ÆGYPTVS HOC MENSE IN POTESTATEM POPVLI RO. REDACTA SIT: FINISQVE HOC MENSE BELLIS IMPOSITVS SIT: ATQVE OB HAS CAVSAS HIC MENSIS HVIC IMPERIO FELICISSIMVS SIT, AC FVERIT: PLACERE SENATVI, VT MENSIS AVOVSTVS APPELLARETVR.

Hoc amplius, PATRIS PATRIÆ cognomen, in Curia, Senatus ei, vt Sueton. in eius vita cap. LVII ſcribit, detulit, neque decreto neque acclamatione, ſed per Valerium Meſſalam, mandantibus cunctis, illis verbis, quæ ſuperiore libro tranſcripſi. Et ita Ouidius eum conſalutat, lib. II. Faſtor.

SANCTE PATER PATRIÆ: *tibi Plebs, tibi Curia nomen*
Hoc dedit: hoc dedimus nos, tibi nomen, Eques.
Res tamen antè dedit: ſerò quoque vera tuliſti
Nomina: iampridem tu pater orbis eras.

Hoc

Hoc tu per terras, quod in æthere Iuppiter alto.

Nomen habes, HOMINVM TV PATER, *ille Deûm.*

Et aliâs eod. lib.

Et bene nos, bene te, PATRIÆ PATER OPTIME CÆSAR.

Valer. Max. lib. VII. cap. VII. *Diuus Auguſtus in bona paterna ire decreto ſuo iuſſit:* PATRIS PATRIÆ *animo vſus.*

Enimuero hanc Patris Patriæ appellationem primus meruiſſe fertur Cicero. Quapropter Plinius eum ita lib. VII. cap. XXX. ſalutat, SALVE PRIMVS OMNIVM PARENS PATRIÆ APPELLATE. Cicero in Piſo. *Me Q. Catulus princeps huius ordinis, & auctor publici conſilij, frequentiſſimo Senatu,* PARENTEM PATRIÆ NOMINAVIT. Idem pro Sextio. *Me ille abſentem, vt patrem, deplorandum putarat, quem Q. Catulus, quem multi alij ſæpe in Senatu* PATREM PATRIÆ NOMINARANT. Præter Catulum enim Catonem quoque eum hoc honore affeciſſe, Appian. lib. II bellor. ciuil. ita ſcribit: Κάτωνος δ' αὐτὸν καὶ Πατέρα τῆς Πατρίδος προσαγορεύσαντος, ἐπεβόησεν ὁ Δῆμος. Καὶ δοκεῖ πον ἥδε ἡ εὐφημία ἀπὸ Κικέρωνος ἀρξαμένη περιελθεῖν ἐς τῶν νῦν Αὐτοκρατόρων τοὺς φαινομένους ἀξίους: quod ille è Plutarchi Cicerone mutuatus eſt. Sic enim ille de Catone: Καὶ τὴν Κικέρωνος ὑπατείαν οὗτος ἦρε τῷ λόγῳ μεγάλην δημηγορήσας, ὥστε τιμὰς αὐτῷ τῶν πώποτε μεγίστας ψηφίσασθαι, καὶ προσαγορεῦσαι Πατέρα Πατρίδος. Πρώτῳ γὰρ ἐκείνῳ δοκεῖ τοῦτο καθυπάρξαι, Κάτωνος αὐτὸν οὕτως ἐν τῷ δήμῳ προσαγορεύσαντος.

Nec verò vnum hoc à formulis noſtris elogium feret ille eloquentiæ parens, in quem Dij atque homines omnia ornamenta congeſſerunt. Sollemnibus namque Senatuſcõſultorũ verbis ei mortuo parẽtare, & has Manibus eius inferias dare libet. Itaque honorifica de eo, poſtquam inimicorum factione vrbe pulſus eſt, facta S.C. in ordinem cogam. Senatus certè tum cùm ille, inuidiæ cedẽs, vrbe exceſſit, luctum ac mœrorem ſuũ veſtis mutatione declarandum ducens, L. Mummio *de Repub. referente* VESTEM, PRO EIVS SALVTE MVTANDAM CENSVIT: quemadmodum ipſemet Orat. pro Sextio & poſt redit. in Senatum ſcribit. Plutarch. in Cicer. Ἔπειτα τῆς βουλῆς συνελθούσης, ὅπως ψηφίσαιτο, τὸν δῆμον, ὡς ἐπὶ πένθεσι, ΜΕΤΑΒΑΛΛΕΙΝ ΤΑ ΙΜΑΤΙΑ. Dio lib. XXXVIII. Καὶ ὁ Νίννιος τά τε ἄλλα αὐτῷ συνήρετο, καὶ ΤΗΝ ΕΣΘΗΤΑ τῷ πλήθει, ὡς ἐπὶ τινὶ κοινῇ συμφορᾷ ΜΕΤΑΒΑΛΛΕΙΝ, παρῄνεσε. Quod ipſe laudibus in cœlum effert in Sextiana his verbis. *Quid enim quiſquam poteſt ex omni memoria ſumere illuſtrius, quàm pro vno ciue & bonos omnes priuato conſenſu & vniuerſum Senatũ publico conſilio mutaſſe veſtem?* Decreuit deinde Senatus, (quod de ſe vno poſt hominum memoriam decretum glorioſè prædicat) VT QVI PROVINCIAS CVM IMPERIO OBTINERENT, QVI QVÆSTORES LEGATIQVE ESSENT, SALVTEM ET VITAM EIVS CVSTODIRENT.

Exteris etiã nationibus SALVTEM eius, VT CIVIS OPTIMI ET CONSERVATORIS REIPVB. A SENATV COMMENDATAM, ex eo ipſo didici. Sic enim ille in Paradox. *Ego ſemper ciuis eram, & tum maximè, cùm* MEAM SALVTEM SENATVS EXTERIS NATIONIBVS, VT CIVIS OPTIMI, COMMENDABAT. Idem in Piſonẽ. *Me idem Senatus* EXTERIS NATIONIBVS, ME LEGATIS, MAGISTRATIBVSQVE NOSTRIS *auctoritate ſua,* CONSVLARIBVS LITERIS, *non, vt tu nuper dicere auſus es, orbatum patria, ſed, vt Senatus illa ipſo tempore appellauit,* CIVEM CONSERVATOREM REIPVB. COMMENDAVIT. Vt autem nullum vnquam ciuẽ, præter Ciceronem, nationibus exteris commendaſſe Senatum, legimus, ita vnius poſt hominum memoriam Regis, ſalutem Senatum commendaſſe ab eodem Cicerone literis proditum eſt. Ei enim Ciliciam pro conſule obtinenti, Senatum SALVTEM REGIS ARIOBARZANIS, nouo & ante eam diem inaudito Senatuſconſulti genere, CONMENDASSE, quod nunquam aliâs regis cuiuſquã cauſa factum fuerat, ipſemet Epiſt. II. lib. XV. Famil. ſcribit his verbis. *Cùm enim veſtra* AVCTORITAS INTERCESSISSET, VT EGO REGEM ARIOBARZANEM εὐσεβῆ & φιλορωμαῖον TVERER, EIVSQVE REGIS SALVTEM, ET INCOLVMITATEM, REGNI DEFENDEREM, REGI, REGNOQVE PRÆSIDIO ESSEM, *adiunxiſſetque,* SALVTEM EIVS REGIS POPVLO SENATVIQVE MAGNÆ CVRÆ ESSE,

quod nullo vnquam de rege decretum eſſet à noſtro ordine. Et Epiſt. IIII. eiuſdem libri: *Regem Ariobarzanem,* CVIVS SALVTEM A SENATV *te auctore* COMMENDATAM HABEBAM, *à præſentibus inſidiis necopinantem liberaui.* Hoc amplius, vt ad Ciceronem redeam, SENATVM CRATIAS ACENDAS CENSVISSE CIVITATIBVS IIS, QVÆ M. TVLLIVM CIVEM OPTIME DE REPVB. MERITVM RECEPISSENT, ſuprà demonſtrauimus.

DE REDITV verò Ciceronis, ipſiſmet Calend. Ianuar. frequentiſſimo Senatu Coſ. ambo P. Lentulus & Q. Metellus retulerunt: Et Metellus quidem, INIMICITIAS SIBI CVM CICERONE EX REIPVB. DISSENSIONE SVSCEPTAS PATRIBVS SE CONSCRIPTIS, *dixit,* ET TEMPORIBVS ET REIPVB. PERMISSVRVM. Tum princeps rogatus ſentẽtiam L. Cotta, dixit, NIHIL DE CICERONE ACTVM ESSE IVRE, NIHIL MORE MAIORVM, NIHIL LEGIBVS: NON POSSE QVEMQVAM DE CIVITATE TOLLI SINE IVDICIO: DE CAPITE NON MODO FERRI, SED NE IVDICARI QVIDEM POSSE, NISI COMITIIS CENTVRIATIS: VIM FVISSE ILLAM, FLAMMAM QVASSATÆ REIPVB. PERTVRBATORVMQVE TEMPORVM, IVRE, IVDICIISQVE SVBLATIS: MAGNA RERVM COMMVTATIONE IMPENDENTE, DECLINASSE PAVLVLVM, CICERONEM, ET SPE RELIQVÆ TRANQVILLITATIS PRÆSENTES FLVCTVS, TEMPESTATEMQVE FVGISSE: QVARE, CVM ABSENS REMPVB. NON MINVS MAGNIS PERICVLIS, QVAM QVODAM TEMPORE PRÆSENS LIBERASSET, NON RESTITVI EVM SOLVM, SED ETIAM ORNARI A SENATV DICERE. ITA DE CICERONE CLODIVM SCRIPSISSE QVÆ SCRIPSISSET, IIS VERBIS, REBVS, SENTENTIIS, VT ETIAMSI IVRE ESSET ROGATVM, TAMEN VIM HABERE NON POSSET. QVARE EVM QVI NVLLA LEGE ABESSET, NON RESTITVI LEGE, SED REVOCARI SENATVS AVCTORITATE OPORTERE. Quæ Cottæ ſententia ita vti ſuprà ſcriptum eſt, à Cicerone in Orat. pro Sextio concipitur. At in Orat. pro Domo ſua paullò aliter, hiſce verbis: *Hoc vidit in ſententia dicenda Kalendis Ianuar. vir prudentiſſimus, & cùm Reipub. cùm mihi, tum etiam veritati amiciſſimus L. Cotta, qui legẽ de meo reditu ferendã non cenſuit: qui, me* CONSVLVISSE REIP. CESSISSE TEMPESTATI, AMICIOREM VOBIS, CETERISQVE CIVIBVS, QVAM MIHI AC MEIS EXTITISSE: VI, ARMIS, DISSENSIONE HOMINVM AD CÆDEM INSTITVTA, NOVOQVE DOMINATV PVLSVM ESSE, *dixit:* NIHIL DE MEO CAPITE POTVISSE FERRI, NIHIL ESSE IVRE SCRIPTVM, AVT POSSE VALERE: OMNIA CONTRA LEGES, MOREMQVE MAIORVM TEMERE, TVRBVLENTE, PER VIM, PER FVROREM ESSE GESTA. QVOD SI ILLA LEX ESSET, NEC REFERRE AD SENATVM CONSVLES, NEC SENTENTIAM DICERE SIBI LICERE: QVORVM VTRVMQVE CVM FIERET, NON OPORTERE, VT DE ME LEX FERRETVR, DECERNI, NE ILLA, QVÆ NVLLA ESSET, ESSE LEX IVDICARETVR. Poſtea rogatus ſententiam Cn. Pompeius, approbata laudatáque Cottæ ſententia, dixit, SESE OTII CICERONIS CAVSA, VT OMNI POPVLARI CONCITATIONE DEFVNGERETVR, CENSERE, VT AD SENATVS AVCTORITATEM, POPVLI QVOQVE RO. BENEFICIVM ERGA CICERONEM ADIVNGERETVR. Cùm omnes certatim alius alio grauius atque ornatius, de Ciceronis ſalute dixiſſent, fierétque ſine vlla varietate diſceſſio: ſurrexit vnus è Tribunis pl. NOCTEMQVE SIBI AD DELIBERANDVM POSTVLAVIT. Ita diſceſſum eſt: conſecuti dies pauci omnino Ianuario menſe, per quos Senatum haberi liceret: ſed tamen actum nihil niſi de eo, cum omni mora, ludificatione, calumnia Senatus auctoritas impediretur. Tandem Sc. factum eſt, VT LEX AD POPVLVM DE CICERONIS REDITV FERRETVR. Ex hoc Sc. Lentulus Coſ. Populum rogauit, VELLENT IVBERENT CICERONEM ROMAM VENIRE. Acutè enim Lentulus, ne Clodianam legem pro lege habere videretur,

retur, non ita tulit, VT CICERONI ROMAM VENIRE LICERET, ſed, VT CICERO VENIRET. Cuncta verò ex Italia Conſulis voce & literis excitatos, VT QVI REMPVB. SALVAM ESSE VELLENT, AD CICERONEM RESTITVENDVM VENIRENT, iā ante ſatis ſupérque probauimus. Ita cùm incredibilis multitudo, Romam, & penè Italia ipſa veniſſet, Lentulus Conſul Senatum in Capitolium vocauit, & cùm CCCCX. Senatores eſſent, magiſtratúſque omnes adeſſent, vno duntaxat diſſentiente, REMP. CICERONIS CONSILIIS CONSERVATAM, grauiſſimis verbis, & plurimis Senatus iudicauit. Eadem vt à principibus ciuitatis in concione, poſtero die dicerentur, Lentulus Conſul curauit: egit etiam ipſe ornatiſſimè cauſam Ciceronis, perfecitque, adſtante atque audiēte Italia tota, vt nemo cuiuſquam vocem acerbam atque inimicam Ciceroni poſſet audire. Cn. quoque Pompeium & in Senatu & apud vniuerſum populū Rō. dixiſſe, SALVTEM REIPVB. ET CONSERVATAM PER CICERONEM, ET CONIVNCTAM ESSE CVM EIVS SALVTE Cic. Oratio. poſt redit. in Senatu ſcribit. Decreta deinde facta idem pro Sextio ita perſequitur: DECREVISTIS, NE QVIS DE COELO SERVARET, NE QVIS MORAM VLLAM AFFERRET: SI QVIS ALITER FECISSET, EVM PLANE EVERSOREM REIPVB. FORE. IDQVE SENATVM GRAVISSIME LATVRVM, ET VT STATIM DE FACTO EIVS REFERRETVR: ET NISI DIEBVS QVINQVE, QVIBVS AGI DE EO POTERAT, NON ESSET ACTVM, VT IN PATRIAM CICERO REDIRET, DIGNITATE OMNI RECVPERATA. Decretum præterea fuiſſe eodem tempore à Senatu, ibidem, ait, VT HIS, QVI EX TOTA ITALIA, SALVTIS EIVS CAVSA CONVENERANT, AGERENTVR GRATIÆ. ATQVE VT IIDEM AD RES REDEVNTES VT VENIRENT, ROGARENTVR. Idem in Orat. poſt reditum in Senatu. DECREVISTIS, ait, NE QVIS VLLA RATIONE REM IMPEDIRET, QVI ID IMPEDISSET, GRAVITER MOLESTEQVE LATVROS: ILLVM CONTRA REMPVB. SALVTEMQVE BONORVM, CONCORDIAMQVE CIVIVM FACTVRVM, ET VT AD VOS EA STATIM REFERRENTVR, MEQVE ETIAM SI DIVTIVS CALVMNIARENTVR, REDIRE IVSSISTIS. *Quid?* VT AGERENTVR GRATIÆ QVI E MVNICIPIIS VENISSENT, *Quid?* VT AD ILLAM DIEM RES CVM REDIISSENT, ROGARENTVR, VT PARI STVDIO CONVENIRENT? Quorum locorum collatio, lucis aliquid adferet poſtremæ clauſulæ, quæ in quibuſdam codicibus aſteriſcō, ceu mutila & luxata notatur. Ad extremū, ea lex quam Lentulus Coſ. promulgarat, Comitiis Centuriatis, cunctorum ſuffragiis perlata eſt.

De domo verò Ciceronis, quæ à Clodio diruta & conſecrata fuerat, Senatus ſententiam Bibuli ſequutus decreuit, VT DE EIVS DOMVS RELIGIONE AD COLLEGIVM PONTIFICVM REFERRETVR. Poſteàque, DOMVM EAM, IVDICIO PONTIFICVM, RELIGIONE LIBERATAM VIDERI, cenſuit. Additum, VT EX ÆRARIO, PECVNIA PVBLICA, ÆDIFICARETVR; Cic. in Piſon. & de Haruſpic. reſponſ. ſcribit. Senatum etiam Plutarch. in Cicero decreuiſſe narrat, *Τὴν οἰκίαν αὐτοῦ καὶ τὰς ἐπαύλεις ἃς Κλώδιος διεφθάρκει, τέλεσι δημοσίοις ἀναστῆναι*. Negotium præterea datum eſt Magiſtratibus, CVRARENT, VT SINE VI CICERONI ÆDIFICARE LICERET. Deinde, cùm ſaxis, ignibus & ferro Clodius vaſtitatem eis ædibus intuliſſet, decreuit Senatus, EOS QVI ID FECISSENT, LEGE DE VI, QVÆ EST IN EOS, QVI VNIVERSAM REMPVB. OPPVGNASSENT, TENERI: Decretū quoq; eſt, QVI DOMVM EIVS VIOLASSET, CONTRA REMPVB. ESSE FACTVRVM. Hinc eſt quod Orat. de Haruſpic. reſponſ. ait, *Nego vllo de opere publico, de monumento, de templo, tot Senatus extare conſulta, quot de mea domo, quam* SENATVS *vnam poſt hanc vrbem conſtitutam,* EX ÆRARIO ÆDIFICANDAM, A PONTIFICIBVS LIBERANDAM, A MAGISTRATIBVS DEFENDENDAM, A IVDICIBVS MVNIENDAM; *putaret*.

Hæc me Senatuſconſultorum ſpecies admonet, ne de C. Cæſare taceam. Is enim

PATRIS PATRIÆ appellationem ſecundus à Cicerone, Senatus iudicio cõſecutus eſt. Epitome Liuij lib. CXVI. *Caius Cæſar ex Hiſpania quintum triumphum egit. Et cùm multi, quàm maximiq; honores ei à Senatu decreti eſſent, inter quos,* VT PATER PATRIÆ APPELLARETVR, ET SACROSANCTVS, AC DICTATOR IN PERPETVVM ESSET, *inuidiæ cauſam aduerſus eum præſtitere.* Hos & itẽ alios ei à Senatu decretos honores in vnũ ita congeſſit Sueton. in eius vita cap. LXXVI. *Non enim honores modo nimios recepit,* VT CONTINVVM CONSVLATVM, PERPETVAM DICTATVRAM, PRÆFECTVRAMQVE MORVM, *inſuper* PRÆNOMEN IMPERATORIS, COGNOMEN PATRIS PATRIÆ, STATVAM INTER REGES, SVGGESTVM IN ORCHESTRA: *ſed & & ampliora etiam humano faſtigio decerni ſibi paſſus eſt:* SEDEM AVREAM IN CVRIA, ET PRO TRIBVNALI, THENSAM ET FERCVLVM CIRCENSI POMPA, TEMPLA, ARAS, SIMVLACRA IVXTA DEOS, PVLVINAR, FLAMINEM, LVPERCOS, APPELLATIONEM MENSIS E SVO NOMINE. De iiſdem honoribus hæc Dio lib. XLIIII. φορεῖσθαί τε αὐτὸν ἀεὶ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει τὴν στολὴν τὴν ἐπινίκιον ἐνδεδυκότα, καὶ καθίζεσθαι ἐπὶ τοῦ ἀρχικοῦ δίφρου πανταχῇ, πλὴν ἐν ταῖς πανηγύρεσιν, ἐψηφίσαντο· τότε γὰρ ἐπί τε τοῦ δημαρχικοῦ βάθρου καὶ μετὰ τῶν ἀεὶ δημαρχούντων θεᾶσθαι ἔλαβε, σκῦλά τε τινὰ ὀπίμα ἐς τὸν τοῦ Διὸς τοῦ Φερετρίου νεὼν ἀναθεῖναί οἱ, ὥσπερ τινὰ πολέμιον αὐτοστράτηγον αὐτοχειρίᾳ που πεφονευκότι. καὶ τοῖς ῥαβδούχοις δαφνηφοροῦσιν ἀεὶ χρῆσθαι. μετά τε τὰς ἀνοχὰς τὰς Λατίνας ἐπὶ κέλητος ἐς τὴν πόλιν ἐκ τοῦ Ἀλβανοῦ ἐσελαύνειν ἔδοσαν. πρός τε τούτοις τοιούτοις οὖσι, Πατέρα τε αὐτὸν τῆς Πατρίδος ἐπωνόμασαν, καὶ ἐς τὰ νομίσματα ἐνεχάραξαν. τά τε γενέθλια αὐτοῦ δημοσίᾳ θύειν ἐψηφίσαντο. καὶ ἐν ταῖς πόλεσι τοῖς τε ναοῖς τοῖς ἐν τῇ Ῥώμῃ πᾶσιν ἀνδριάντα τινὰ αὐτοῦ εἶναι ἐκέλευσαν. καὶ ἐπί γε τοῦ βήματος δύο, τὸν μέν, ὡς τοὺς πολίτας σεσωκότος, τὸν δέ, ὡς τὴν πόλιν ἐκ πολιορκίας ἐξῃρημένου, μετὰ τῶν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις νενομισμένων στεφάνων ἱδρύσαντο. νεών τε Ὁμονοίας καινῆς, ὡς καὶ δι᾽ αὐτοῦ εἰρηνοῦντες, οἰκοδομῆσαι, καὶ πανήγυριν αὐτῇ ἐτησίαν ἄγειν ἔγνωσαν. Et mox, Καὶ αὐτὸν μὲν Τιμητὴν καὶ μόνον καὶ διὰ βίου εἶναι, τά τε τοῖς δημάρχοις δεδομένα καρποῦσθαι, ὅπως ἄν τις ἢ λόγῳ αὐτὸν ὑβρίσῃ, ἱερόσυλός τε ᾖ καὶ ἐν τῷ ἄγει ἐνέχηται. τὸν δὲ δὴ υἱὸν ἄν τινα γεννήσῃ, ἢ καὶ ἐσποιήσηται, Ἀρχιερέα ἀποδειχθῆναι ἐψηφίσαντο. Appian. libro II. Bellor. Ciuil. de eodem Cæſare. Ἀνερρήθη δὲ καὶ Πατὴρ πατρίδος, καὶ Δικτάτωρ ἐς τὸν ἑαυτοῦ βίον ᾑρέθη, καὶ ὕπατος ἐς δέκα ἔτη, καὶ τὸ σῶμα ἱερὸς καὶ ἄσυλος εἶναι, καὶ χρηματίζειν ἐπὶ θρόνων ἐλεφαντίνων τε καὶ χρυσῶν, καὶ θύειν μὲν αὐτὸν ἀεὶ θριαμβικῶς ἠμφιεσμένον, τὴν δὲ πόλιν ἀνὰ ἔτος ἕκαστον, αἷς αὐτὸς ἡμέραις ἐν παρατάξεσιν ἐνίκα. ἱερέας δὲ καὶ ἱερείας ἀνὰ πενταετὲς εὐχὰς δημοσίας ὑπὲρ αὐτοῦ τίθεσθαι, καὶ τὰς ἀρχὰς εὐθὺς καθισταμένας ὀμνύναι μηδενὶ τῶν ὑπὸ Καίσαρος ὁριζομένων ἀντιπράξειν. ἔς τε τιμὴν τῆς γενέσεως αὐτοῦ τὸν Κυϊντίλιον μῆνα, Ἰούλιον ἀντὶ Κυϊντιλίου μετωνόμασαν εἶναι, καὶ νεὼς ἐψηφίσαντο πολλοὺς αὐτῷ γενέσθαι καθάπερ θεῷ, καὶ κοινὸν αὐτοῦ καὶ Ἐπιεικείας ἀλλήλους δεξιουμένων. Et hoc ipſum Senatuſconſultum eſt quod poſt Cæſaris cædem M. Antonium laudationis loco per præconem pronuntiaſſe Sueton. in Iul. cap. LXXXIIII. ſcribit, quo *omnia*, vt ille ait, *diuina ei ſimul atque humana decreuerat*. Appianus certè lib. II. Bellor. ciuil. hæc Antonium in laudatione funebri Cæſaris dicentem inducit, Ὅσα δὲ τῆς ἀρετῆς αὐτὸν ὑμεῖς ἀγάμενοι πάντες ὁμαλῶς, ἥ τε Βουλὴ καὶ μετ᾽ αὐτῆς ὁ Δῆμος ἔτι περιόντι ἐψηφίσασθε, ὑμετέρας, καὶ οὐκ Ἀντωνίου τὸ δὲ φωνὴν εἶναι τιθέμενος, ἀναγνώσομαι. Et mox. Καὶ ἐφιστάμενος οἷς μάλιστα αὐτὸν ἐν τῷ ψηφίσματι ἐξεθείαζον, ἱερὸν καὶ ἄσυλον ἢ ΠΑΤΕΡΑ ΠΑΤΡΙΔΟΣ ἢ Εὐεργέτην ἢ Προστάτην, οἷον οὐχ ἕτερον, ὀνομάζοντες. Et deinde. Ἔνθα μὲν τὸ ψήφισμα εἴποι, ΠΑΤΕΡΑ ΠΑΤΡΙΔΟΣ, ἐπιλέγων, Τοῦτο, ἐπιεικείας δεῖ μαρτυρία. Ἔνθα δ᾽ ἦν, Ἱερὸς καὶ ἄσυλος, καὶ ἀπαθής, καὶ ὅστις αὐτῷ καὶ ἕτερος προσφύγοι, οὐχ ἕτερος, ἔφη, τῷδε προσφεύγων. Idem Antonius apud Dion. lib. XLIIII. Διὰ γὰρ τοῦτο Ἀρχιερέα μὲν, πρὸς τοὺς θεούς, ὕπατον δέ, πρὸς ἡμᾶς, Αὐτοκράτορα δέ, πρὸς τοὺς στρατιώτας, Δικτάτορα δέ, πρὸς τοὺς πολεμίους, ἀπεδείχθη· καὶ τί ταῦτ᾽ ἐξαριθμοῦμαι, ὁπότε, καὶ ΠΑΤΕΡΑ αὐτὸν ἐν ὀλίγῳ, ΤΗΣ ΠΑΤΡΙΔΟΣ, ἐπεκαλέσατε.

Sanè ex illa parentis patriæ appellatione Cæſaris, vt pote parentis patriæ percuſſores, PARRICIDAS, illámque Patris Patriæ necem, PARRICIDIVM, & alias PVBLICVM PARRICIDIVM, Valer. Max. lib. I. cap. VI. & VIII. & lib. III. cap. I. & lib. VI. cap. IIII. & VIII. vocat. Ac planè CVRIAM in qua Cæſar occiſus erat, OBSTRVI, placuiſſe, IDVSQVE MARTIAS, PARRICIDIVM NOMINARI, AC NE VNQVAM EO DIE SENATVS HABERETVR, Sueton. in Iulio cap. LXXVIII. ſcriptũ reliquit.

Alia

ALIA PRÆTEREA de Cæſaris honoribus, à Triumuiris Reipub. conſtituendæ decreta Dio lib. XLVII. ita commemorat: Καὶ ἡρῷόν οἱ ἔν τε τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐν τῷ τόπῳ ἐν ᾧ ἐκέκαυτο προκατεβάλλοντο, καί τι καὶ ἄγαλμα αὐτοῦ ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις μεθ' ἑτέρου ἀφροδισίου ἔπεμπον. Εἴ τε νίκη τις ἠγγέλθη ποθὲν, χάρις μὲν τῷ κρατήσαντι, χάρις δὲ ἐκείνῳ καὶ τεθνεῶτι τιμὴν ἱερομηνίας ἔνεμον. τά τε γενέσια αὐτοῦ δαφνηφοροῦντας, καὶ εὐθυμουμένους πάντας ἑορτάζειν ἠνάγκασαν, νομοθετήσαντες τοὺς μὲν ἄλλους τοὺς ἀμελήσαντας αὐτῶν, ἐπαράτους τῷ τε Διῒ καὶ αὐτῷ ἐκείνῳ εἶναι, τοὺς δὲ δὴ βουλευτὰς τούς τε υἱεῖς σφῶν, πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας ὀφλισκάνειν. καὶ (συνέβαινε γὰρ ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ τὰ ἀπολλώνεια γίγνεσθαι) ἐψηφίσαντο τῇ προτεραίᾳ τὰ γενέσια ἀγάλλεσθαι. Καὶ τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ ἐφονεύθη, κυρίαν ἀεὶ ποτὲ ἕδραν βουλῆς ἔχουσαν, ἀποφράδα ἐνόμισαν. τό τε οἴκημα ἐν ᾧ ἐσφάγη, παραχρῆμά τε ἔκλεισαν: καὶ τὸ βουλευτήριον τὸ Ἰούλιον ἐπ' αὐτοῦ κληθὲν, παρὰ τῷ κομιτίῳ ὠνομασμένῳ ᾠκοδόμουν, ὥσπερ ἐψήφιστο. Πρὸς δὲ τούτοις ἀπεῖπον μὲν μηδεμίαν εἰκόνα αὐτοῦ καθάπερ θεοῦ τινος ὡς ἀληθῶς ὄντος, ἐν ταῖς τῶν συγγενῶν αὐτοῦ ἐκφοραῖς πέμπεσθαι, ὅπερ ἐκ τοῦ πάνυ ἀρχαίου καὶ τότε ἔτι ἐγίγνετο. Ἀπηγόρευσαν δὲ μηδένα ἐς τὸ ἡρῷον αὐτοῦ καταφυγόντα ἐπ' ἀδείᾳ. μήτε ἀνδρηλατεῖσθαι, μήτε συλᾶσθαι, ὅπερ οὐδενὶ οὐδὲ τῶν θεῶν, πλὴν τῶν ἐπὶ τοῦ Ῥωμύλου γενομένων, ἐδεδώκεσαν.

In hunc, quē nunc ago, cenſum, Germanicum quoque defero, nec reclamabit quiſquam. Meritum ei præconium faciet Tacitus, qui lib. II. hæc de honoribus ei decretis, ſcribit. *Honores, vt quis amore in Germanicum aut ingenio validus, reperti, decretique:* VT NOMEN SALIARI CARMINE CANERETVR, SEDES CVRVLES, SACERDOTVM AVGVSTALIVM LOCIS, SVPERQVE EAS QVERCEÆ CORONÆ STATVERENTVR: LVDOS CIRCENSES EBVRNA EFFIGIES PRÆIRET, NEVE QVIS FLAMEN, AVT AVGVR IN LOCVM GERMANICI, NISI GENTIS IVLIÆ CREARETVR. ARCVS ADDITI ROMÆ, ET APVD RIPAM RHENI, ET IN MONTE SYRIÆ AMANO, CVM INSCRIPTIONE RERVM GESTARVM, AC MORTEM OB REMPVB. OBIISSE: SEPVLCHRVM ANTIOCHIÆ, VBI CREMATVS TRIBVNAL EPIDAPHNE QVO IN LOCO VITAM FINIERAT. De Druſo verò Nerone Germanici illius patre, Senatus inter alia complura, quemadmodū Sueton. in Claud. cap. I. refert, MARMOREVM ARCVM CVM TROPHÆIS VIA APPIA decreuit, ET GERMANICI COGNOMEN IPSI POSTERISQVE EIVS. Lucilio quoque Longo mortuo, qui Tiberio triſtium lætorúmque ſocius fuerat, quamquam nouo homini, Cēſorium funus, effigiem apud forum Auguſti, publica pecunia patres decreuiſſe Tacit. lib. IIII. auctor eſt.

Poſt oppreſſam ſanè a Cæſaribus Rempub. Triūphalia, Conſularia, Prætoria orna, mēta, claris bello ducibus, vel gratia florentibus, decernere mos in Senatu inualuit. Tacit. lib. II. *Tiberius res geſtas apud Senatum celebrauit,* ET DECREVERE PATRES TRIVMPHALIA ORNAMENTA. Idem in vita Agricolæ: *Igitur,* TRIVMPHALIA ORNAMENTA ET ILLVSTRIS STATVÆ HONOREM, ET *quidquid pro triumpho datur, multo verborum honore cumulata,* DECERNI IN SENATV, *iubet.* Sueton. in Claud. cap. XVII. *Cùm* DECRETIS SIBI A SENATV ORNAMENTIS TRIVMPHALIBVS, *leuiorem maieſtate principali titulum arbitraretur.* Ibidem cap. I. de Druſo: *Quapropter, ouans iis* ET TRIVMPHALIA ORNAMENTA *ſuſcepit.* Velleius Patercul. lib. II. *Iulius Poſthumius vir Conſularis præpoſitus Dalmatiæ,* ORNAMENTA MERVIT TRIVMPHALIA: *quem honorem ante paucos annos Paſſienus & Coſſus, viri quibuſdam diuerſis virtutibus celebres, in Africa meruerant.* Extat & Romæ duplex inſcriptio de Plautio Syluano. In quarum vna legitur, HVIC SENATVS TRIVMPHALIA ORNAMENTA DECREVIT OB RES IN ILLYRICO BENE GESTAS. In altera verò, HVNC LEGATVM IN HISPANIAM AD PRÆFECTVR. VRBIS REMISSVM, SENATVS IN PRÆFECTVRA TRIVMPHALIBVS ORNAMENTIS HONORAVIT AVCTORE IMP. CÆSARE AVGVSTO VESPASIANO. Eſt & alia Romæ vetus inſcriptio, cuius pars hæc eſt, HVIC SENATVS AVCTORE IMP. TRAIANO AVG. GERMANICO, DACICO TRIVMPHALIA ORNAMENTA DECREVIT, STATVAMQVE PECVNIA PVBLICA PONENDAM CVRAVIT. Sic & Pallanti Claudij liberto à Senatu PRÆTORIA ORNAMENTA DECRETA,

Plinius lib.xxxv.cap.xviii. ſcribit. Id quod eius monumento, teſte Plin. Epiſt. vi. lib. viii. inſcriptum erat, his verbis, quæ hodiéque lapidi inciſa, Romæ conſpiciuntur. HVIC SENATVS, OB FIDEM PIETATEMQVE ERGA PATRONOS, ORNAMENTA PRÆTORIA DECREVIT, ET HS CENTIES QVINQVAGIES, CVIVS HONORE CONTENTVS FVIT. Sueton. in Claud. cap. xxviii. *Sed ante omnes Narciſſum ab epiſtolis, & Pallantem à rationibus: quos decreto quoque Senatus, nō præmiis modo ingentibus, ſed &* QVÆSTORIIS, PRÆTORIISQVE ORNAMENTIS ORNARI, *libenter paſſus eſt.* Tacitus lib. xii. *Pallanti, quem repertorem eius relationis ediderat Cæſar,* PRÆTORIA INSIGNIA, ET CENTIES QVINQVAGIES SESTERTIVM, CENSVIT DESIGNATVS BAREA SORANVS. *Additum à Scipione Cornelio*, GRATES PVBLICE AGENDAS, QVI REGIBVS ARCADIÆ ORTVS, VETERRIMAM NOBILITATEM VSVI PVBLICO POSTPONERET, SEQVE INTER MINISTROS PRINCIPIS HABERI SINERET. *Aſſeueravit Claudius*, CONTENTVM HONORE PALLANTEM, *intra priorem paupertatē ſubſiſtere. Et fixū eſt ære publico Senatuſconſultū, quo, libertinus Seſtertij ter millies poſſeſſor,* ANTIQVÆ PARSIMONIÆ LAVDIBVS CVMVLABATVR. Sed quid moror ipſamet Senatuſconſulti de ea re facti verba proferre? Ea ſunt à me ex Plin. Epiſt. vi. lib. viii. contexta, & in vnum quaſi corpus compoſita, in hunc modum: PLACERE NON EXHORTANDVM MODO, VERVMETIAM COMPELLENDVM AD VSVM AVREORVM ANNVLORVM. PALLANTIS NOMINE GRATIAS AGI CÆSARI, QVOD ET IPSE CVM SVMMO HONORE MENTIONEM EIVS PROSEQVVTVS ESSET, ET SENATVI FACVLTATEM FECISSET TESTANDI ERGA EVM BENEVOLENTIAM SVAM, VT PALLAS SINGVLARIS FIDEI, SINGVLARIS INDVSTRIÆ FRVCTVM MERITISSIMO FERAT. ET CVM SENATVI POPVLOQVE ROM. LIBERALITATIS GRATIOR REPRESENTARI NVLLA MATERIA POSSET, QVAM SI ABSTINENTISSIMI, FIDELISSIMIQVE CVSTODIS PRINCIPALIVM OPVM, FACVLTATES ADIVVARE CONTIGISSET: VOLVISSE QVIDEM SENATVM CENSERE, DANDVM EX ÆRARIO SESTERTIVM CENTIES QVINQVAGIES, ET QVANTO AB HVIVSMODI CVPIDITATIBVS REMOTIOR EIVS ANIMVS ESSET, TANTO IMPENSIVS PETERE A PVBLICO PARENTE, VT EVM COMPELLERET AD CEDENDVM SENATVI. SED CVM PRINCEPS OPTIMVS, PARENSQVE PVBLICVS, ROGATVS A PALLANTE, EAM PARTEM SENTENTIAE QVAE PERTINEBAT AD DANDVM EI EX AERARIO CENTIES QVINQVAGIES SESTERTIVM, REMITTI VOLVISSET: TESTARI SENATVM, ET SE LIBENTER AC MERITO HANC SVMMAM INTER RELIQVOS HONORES, OB FIDEM DILIGENTIAMQVE PALLANTIS, DECERNERE COEPISSE: VOLVNTATI TAMEN PRINCIPIS SVI, CVI IN NVLLA RE FAS PVTARET REPVGNARE, IN HAC QVOQVE RE OBSEQVI. VTIQVE CVM SIT VTILE, PRINCIPIS BENIGNITATEM, PROMPTISSIMAM AD LAVDEM PRÆMIAQVE MERENTIVM, INLVSTRARI VBIQVE, ET MAXIME IIS LOCIS, IN QVIBVS INCITARI AD IMITATIONEM, PRÆPOSITI RERVM EIVS CVRÆ, POSSENT: ET PALLANTIS SPECTATISSIMA FIDES, ATQVE INNOCENTIA, EXEMPLO PROVOCARE STVDIVM TAM HONESTÆ ÆMVLATIONIS POSSET: EA QVÆ QVARTO KALEND. FEBRVAR. QVÆ PROXIMÆ FVISSENT, IN AMPLISSIMO ORDINE OPTIMVS PRINCEPS RECITASSET, SENATVSQVE CONSVLTA DE HIS REBVS FACTA, IN ÆS INCIDERENTVR, IDQVE ÆS FIGERETVR AD STATVAM LORICATAM DIVI IVLII. Reliqua eiuſdem farinæ Senatuſconſulta, quæ à togatis poſteriorum temporum mancipiis, vel terror, vel adulatio expreſſit, ſilentio præteruehi me, non eſt quod quiſquam iure ſuccenſeat. Nā quæ ſub iugum Imperatorū miſſi, à maiorū virtute & grauitate degenerātes, fractis animis, Patres Cōſcripti decreuerūt, mei ſtomachi nō eſſe confiteor, teſtere licet, ſignate Quirites. Ea qui volet è Tacito, Suetonio, Dione, Lampridio & Spartiano petet. Ad ea quæ publica S. P. Q. R. forma percuſſa, reſtant Senatuſcōſulta regrediamur, & in honorē Matronarū facta Senatuſcōſulta attingamus. *Martiū Coriolanum patriam oppugnare*

gnare conantem cùm Veturia mater & Volumnia vxor à propoſito & incepto deduxiſſent, precibúſque ab eo impetraſſent, ne nefarium opus exequeretur, Senatus in earum honorem, Matronarum ordinem honorificentiſſimis decretis ornandum exiſtimauit. Sanxit namque, VT I FEMINIS SEMITA VIRI CEDERENT, VETVSTISQVE AVRIVM INSIGNIBVS, NOVVM VITTÆ DISCRIMEN ADIECIT. PERMISIT *quoque his* PVRPVREA VESTE ET AVREIS VTI SEGMENTIS. *Super hæc* ÆDEM ET ARAM FORTVNÆ MVLIEBRI EO LOCO, QVO CORIOLANVS EXORATVS FVERAT FACIVNDVM CVRAVIT, *Memorem beneficij animum ſuum, exquiſito religionis cultu teſtando.* Valerij Maximi verba ſunt hæc lib. v. cap. II. nihil addo de meo. Breuius, Senatum cenſuiſſe, Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. VIII. ſcribit, Ταῖς γυναιξὶν, ἔπαινόν τε ἀποδοθῆναι τῆς προθυμίας, πάλαι δημοσίᾳ γραφῇ μνήμην οἴσοντα εἰς τὸν ἐπιγινόμενον αἰώνιον, καὶ γέρας ὅ,τι ἂν αὐταῖς λαβούσαις ἥδιστόν τε καὶ τιμιώτατον ἔσεσθαι μέλλῃ. Cui conſentiẽs. Plutarch. in Coriolano: Ψηφισαμένης δὲ, inquit, βουλῆς ὅτι ἂν αὐταῖς ἀξιώσωσι γενέσθαι πρὸς δόξαν ἢ χάριν, τοῦτο ποιῆσαι καὶ παρασχεῖν τοὺς ἄρχοντας, οὐδὲν ἠξίωσαν ἄλλο, ἢ Τύχης Γυναικείας ἱερὸν ἱδρύσασθαι. Hoc & Liuius lib. II. perſtringens, non inuidiſſe laudes ſuas mulieribus viros Romanos, ait: Monumentũque quod eſſet, Templũ FORTVNÆ MVLIEBRI ædificatũ, dicatúmq; eſſe. Quinetiã cùm ad craterã aureã; quæ donum Apollini Delphos portaretur, matronæ aurum & omnia ornamenta ſua in ærarium detuliſſent, grata ea res, vt quæ maximè Senatui vnquam fuit, *honorémque*, ait, Liuius lib. v. *ob eam munificentiam ferunt matronis habitum*, VT PILENTO AD SACRA LVDOSQVE, CARPENTIS FESTO PROFESTOQVE VTERENTVR. Eodẽ etiam libro tradit, cùm in publico deeſſet aurum, ex quo merces Gallis pacta, quæ erat mille pondo auri, redigeretur, Matronas ſuum contuliſſe, vt ſacro abſtineretur: ob eámque rem iis GRATIAS ACTAS, HONOREMQVE ADDITVM, VT EARVM SICVT VIRORVM, POST MORTEM SOLLEMNIS LAVDATIO ESSET. Iam quòd de Cãpanis mulieribus Veſtidia Oppidia, & Cluuia Facula, quarũ altera, dũ Capua obſideretur, quotidie pro ſalute Ro. exercitus ſacrificauerat, altera captis militibus Ro. alimenta ſubminiſtrare non deſtiterat, vrbe illa oppreſſa, Senatum, Valer. lib. v. cap. II. ſcribit, HIS LIBERTATEM ET BONA RESTITVISSE, ET SI QVID AMPLIVS PRÆMII PETIISSENT, LIBENTER SE DATVRVM ASSEVERASSE; id ex eo Sc. quod ſuprà è Liuij lib. XXII. exſcripſi, clarius liquet.

Porrò ſummo ſe honore, maximóque beneficio affectos cenſebant Reges, quos Senatus eo nomine appellaſſet: idque in magna gloria & laude ponebatur, nec magnificentius vel præclarius quidquam illis accidere poterat. Cicero pro Deiotaro: REX QVEM SENATVS HOC NOMINE HONORIFICENTISSIMIS SÆPE DECRETIS APPELAVERAT. Idem oratio de Haruſpic. reſponſ. *Atque hunc tamen Deiotarum, ſæpe* A SENATV REGALI NOMINE DIGNVM EXISTIMATVM, *clariſſimorũ Imperatorum teſtimoniis ornatum, tu etiam* REGEM APPELLARI, *cũ Bogitaro iubes. Sed alter, eſt* REX, IVDICIO SENATVS, PER NOS, *pecunia Bogitarus per te* APPELLATVS. Et Epiſt. XVII. lib. v. ad Attic. *Cicerones noſtros, Deiotarus filius;* QVI REX AB SENATV APPELLATVS EST, &c. Vtrumque certè Deiotarum patrem & filium, ipſe Reges ſua ſententia appellat, Philipp. XI. Idem Epiſt. XV. ad Pæt. lib. IX. Famil. *Nam mihi ſcito iam à Regibus vltimis allatas eſſe literas, quibus mihi gratias agunt*, QVOD SE MEA SENTENTIA REGES APPELLAVERIM. Salluſt. in bello Iugurth. auctor eſt, Numidæ cuidam Maſaniſſæ nepoti, quem Micipſa teſtamento ſuo ſecundum hæredẽ ſcripſerat, petenti regũ more, vt ſellam iuxtà poneret, Metellum negaſſe, QVOD IS HONOR EORVM MODO FORET, QVOS POPVLVS RO. REGES APPELLAVISSET. Cæſar lib. I. de bello Gall. de Ariouiſto. *Quoniam tanto ſuo populiq; Ro. beneficio affectus, cùm in Cõſulatu ſuo,* REX ATQVE AMICVS A SENATV APPELLATVS ESSET, *hanc ſibi populóque Ro. gratiam referret, vt in colloquium venire grauaretur.* Proinde initio ſermonis à ſe habiti cum Ariouiſto, idem Cæſar ſua Senatúſque in eum beneficia hæc commemorauit, QVOD REX APPELLATVS ESSET A SENATV, QVOD AMICVS; QVOD MVNERA AMPLISSIMA MISSA. Hoc idem referens Dio lib. XXXVIII. Ἦρχε μὲν γὰρ, ait;

Ἀριοουΐστος τῶν Κελτῶν ἐκείνων καὶ τὴν τε κύρωσιν τῆς βασιλείας παρὰ τῶν Ῥωμαίων εἰλήφει, καὶ εἰς τοὺς φίλους τούς τε συμμάχους αὐτῶν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος ὑπατεύοντος ἐγέγραπτο. Idem lib. XLI. Ἰόβας δὲ παρὰ μὲν τοῦ Πομπηΐου τῶν τε ἄλλων τῶν ἐν Μακεδονίᾳ βουλευτῶν τιμάς τε εὕρατο καὶ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΠΡΟΣΗΓΟΡΕΥΘΗ. Sanè Perſeus à Paullo Æmylio victus literas ad Senatum miſiſſe dicitur, cum hac inſcriptione, REX PERSEVS CONSVLI PAVLLO S. Quàm inſcriptionem vbi Paullus legit, quanquam in reliqua parte literarum minimè regiæ preces erant, tamen ſine reſponſo & literis, eam legationem dimiſit: vnde ſenſit Perſeus, nominis regij ſibi victo obliuiſcendum: Itaque alteras literas cum priuati nominis titulo miſit, vt narrat Liuius lib. XLV. Mirum ergo nemini videri debet, Maſaniſſam, vt idem Liuius lib. XXX. ſcribit, per legatos gratiam Senatui egiſſe, QVOD SCIPIO EVM REGEM APPELLASSET. A Cn. etiam Pompeio Ariobarzanis filium, cui pater regno ceſſerat, REGEM APPELLATVM eſſe, Valer. Max. lib. V. cap. VII. refert.

Inde eſt quod Reges à Senatu, REGVM appellationes petiiſſe poſtulaſſéque legimus, cúmq; Regij nominis honorē, nō niſi pro magnis erga populum Ro. meritis datum. Ita Perſeum, vbi regno Macedoniæ potitus eſt, legatos Romam miſiſſe ad amicitiam paternam renouandam, petendúmque, VT REX AB SENATV APPELLARETVR, Liuius lib. XLIIII. tradit. Syphacis quoque filium per legatos à Senatu petiiſſe, VT REX SOCIVSQVE ET AMICVS AB SENATV APPELLARETVR; idem Liuius lib. XXXI. narrat: Cuius legatis à Senatu reſponſum eſt: ET PATREM EIVS SYPHACEM SINE CAVSA, EX SOCIO ET AMICO, HOSTEM REPENTE POPVLI RO. FACTVM: ET EVM IPSVM RVDIMENTVM ADOLESCENTIÆ, BELLO LACESSENTEM ROMANOS, POSVISSE. ITAQVE PACEM ILLI PRIVS PETENDAM A POPVLO RO. ESSE, QVAM VT REX, SOCIVSQVE ET AMICVS APPELLARETVR. NOMINIS EIVS HONOREM PRO MAGNIS ERGA SE REGVM MERITIS, DARE POPVLVM RO. CONSVEVISSE. Nec abs re Cicero Oratio. pro Sextio queritur, REGES APPELLATOS à populo, qui id numquam à Senatu poſtulaſſent.

Reges autem, quibuſcum Societatem & Amicitiam S. P. Q. R. iunxerat, SOCII ET AMICI A SENATV APPELLABANTVR: eáque appellatio maximo honori ducebatur: Cicero pro Sextio. *Ptolemæus, qui ſi nondum erat ipſe* A SENATV SOCIVS APPELLATVS, *erat tamen frater eius regis, qui cum eſſet in eadem cauſa, iam erat* A SENATV HONOREM ISTVM CONSECVTVS. Sueton. in Iul. cap. XI. *Nactus extraordinarij imperij occaſionem, quod Alexandrini* REGEM SVVM SOCIVM ATQVE AMICVM A SENATV APPELLATVM EXPVLERANT. Diodor. Sicul. lib. I. Καθ' ὃν χρόνον Πτολεμαῖος μὲν ὁ βασιλεὺς, Ῥωμαίων οὔπω προσηγορεύετο φίλος. Dio lib. XXXIX. de eodē Ptolemæo. Πολλὰ ποιοῦν τῶν Ῥωμαίων χρήματα, τὰ μὲν οἴκοθεν, τὰ δὲ δανεισάμενος ὅπως τήν τε ἀρχὴν βεβαιώσηται, καὶ φίλος καὶ σύμμαχος ὀνομασθῇ, κατειλέχει. Alium quoq; regē Ptolemæū Tiberio imperante à Senatu SOCIVM ATQVE AMICVM APPELLATVM, Tacit. lib. IIII. narrat. Sic & Ariobarzanem, Εὐσεβῆ καὶ Φιλορωμαῖον appellatum Cic. teſtis eſt Epiſt. II. lib. XV. Familiat. Cæſar lib. I. de Bello Gall. *Cuius pater regnum in Sequanis multis annis obtinuerat*, ET A SENATV POPVLOQVE RO. AMICVS APPELLATVS ERAT. Idem lib. IIII. *In his Piſo Aquitanus ampliſſimo genere natus, cuius auus in ciuitate ſua regnum obtinuerat*, AMICVS AB SENATV APPELLATVS. Et lib. I. de Bello ciu. *Refertur etiam de rege Iuba*, VT SOCIVS SIT ATQVE AMICVS. Liuius lib. XXXIIII. *Cuius cōditionis res fuerit, priuſquam hoſtes Carthaginienſes eſſent*, SOCIVS ATQVE AMICVS REX NVMIDARVM ESSET. De Polemone etiam rege Ponti hæc Dio lib. LIII. Κἀν τῷ αὐτῷ ἔτει τούτῳ ὅτε Πολέμων ἐν τῷ Πόντῳ βασιλεύων, ἔς τε τοὺς φίλους καὶ ἐς τοὺς συμμάχους τοῦ δήμου ἐνεγράφη. Idem de Role Getarū rege. Καὶ ὅτι Ῥώλης πρότερον πρὸς τὸν Καίσαρα ἐλθὼν, φίλος τε ἐπὶ τούτῳ καὶ σύμμαχος αὐτοῦ ἐνομίσθη. Sueton. in Claud. cap. XXIIII. Senatum ait, Seleuco regi AMICITIAM ET SOCIETATEM, ita demum pollicitum, ſi conſanguineos ſuos Ilienſes ab omni onere immunes præſtitiſſet. Cyprios verò Reges, ſemper SOCIOS ET AMICOS POPVLQ ROM. fuiſſe, Cicero Orat. pro domo ſua ſcribit: Apud Liuium lib. XLII. Rex Eumenes in Senatu verba faciens, *Abrupolim*, ait, SOCIVM ATQVE AMICVM VESTRVM *regno*

expulit. Et mox: *Vt vos, & veſtræ Reipub. & nobis,* SOCIIS ATQVE AMICIS, *qui ex vobis pendemus, conſulatis.* Tacit. lib. xv. de Vologeſe Parthorum rege: SOCIVM AMICVMQVE REGEM *cohortes Romanas circumſedere.* Hinc apud Sueton. in Octauio cap. LX. REGES AMICI ATQVE SOCII, *& ſinguli in ſuo quiſque regno, Cæſareas vrbes condiderunt.* Ibid. cap. XLVIII. REGES SOCIOS, *etiam inter ſemetipſos mutuis neceßitudinibus iunxit.* Originem verò & hiſtoriam harum ſocietatum & amicitiarum aperit Strabo lib. xii. his verbis. *Συνέβη δὲ ἡνίκα πρῶτον ῥωμαῖοι τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν διῴκουν, νικήσαντες Ἀντίοχον, φιλίας καὶ συμμαχίας ἐποιοῦντο πρός τε τὰ ἔθνη, καὶ τοὺς βασιλέας, τοῖς μὲν ἄλλοις βασιλεῦσιν αὐτοῖς καθ' ἑαυτοὺς δοθῆναι τὴν τιμὴν ταύτην. Τῷ δὲ Καππαδόκῃ, καὶ αὐτῷ καὶ ἔθνει κοινῇ. ἐκλιπόντος δὲ τοῦ βασιλικοῦ γένους, οἱ μὲν ῥωμαῖοι συνεχώρουν αὐτοῖς αὐτονομεῖσθαι κατὰ τὴν συγκειμένην φιλίαν τε καὶ συμμαχίαν πρὸς τὸ ἔθνος.*

Huiuſmodi autem ſocietatem amicitiámque Reges aliquot à Senatu populóque Ro. petiiſſe apud Liuium legimus: Is enim, Antiochi legatos AD AMICITIAM PETENDAM ET SOCIETATEM IVNGENDAM, Romam veniſſe lib. XXXIIII. memorat. Idem lib. XXVII. legatos ab rege Syphace Romam veniſſe narrat: quæ is Rex proſpera prælia cũ Carthaginienſibus feciſſet, memoraſſe: Regem nec inimiciorem vlli populo quàm Carthaginienſi, nec amiciorem quàm Romano affirmaſſe. Miſiſſe antea legatos in Hiſpaniam ad Imperatores Romanos; nunc ab ipſo velut fonte petere amicitiam Romanam voluiſſe: Senatus legatis non benignè modò reſpondit, ſed & ipſe tres legatos cum donis ad regem miſit. At ſi qua cum maioribus eorum amicitia fuiſſet, eam RENOVARI, petebant. Et ita cùm ab Antiocho rege legati veniſſent, dixiſſéntque petere Regem, VT QVÆ CVM PATRE SVO SOCIETAS ATQVE AMICITIA FVISSET, EA SECVM RENOVARETVR, *imperarétque ſibi populus Ro. quæ* BONO FIDELIQVE SOCIO REGI, *eſſent imperanda, ſe nullo vnquam ceſſaturũ officio: ea merita in ſe Senatus fuiſſe cùm Romæ eßet, eam comitatem iuuentutis, vt pro Rege non pro obſide omnibus ordinibus fuerit: Legatis,* ait Liuius lib. XLII. BENIGNE RESPONSVM, ET SOCIETATEM RENOVARE CVM ANTIOCHO, QVÆ CVM PATRE EIVS FVERAT, *A. Attilius Prætor vrbanus iuſſus.* Pruſiam etiam Regem à Senatu petiiſſe, vt SOCIETAS SECVM RENOVARETVR Liuius lib. XLV. ſcribit. Epitome Liuij lib XLVI. *Ariarathe Cappadociæ Rege mortuo filius eius Ariarathes accepit regnum, &* AMICITIAM *per legatos* CVM POPVLO RO. RENOVAVIT.

Quin & ipſimet quãdóque Romani vltrò amicitiã ſocietatémque Regũ expoſcebãt. Liuius lib. XXIIII. *Syphax erat rex Numidarũ ſubitò Carthaginẽſibus hoſtis factus. Ad eum Centuriones tres legatos miſerunt, qui cum eo* AMICITIAM SOCIETATEMQVE FACERENT: *& pollicerentur,* SI PERSEVERARET VRGERE BELLO CARTHAGINIENSES, GRATAM EAM REM FORE SENATVI POPVLOQVE RO. ET ADNIXVROS, VT IN TEMPORE, ET BENE CVMVLATAM GRATIAM REFERANT. Idem lib. XXVII. legatos tres Alexandriam ad Ptolemæũ, Cleopatrámque Reges, AD COMMEMORANDAM, RENOVANDAMQVE AMICITIAM, à Senatu miſſos narrat.

Huiuſmodi autẽ Regibus Sociis & Amicis dona & munera mittere ſolebant, SCIPIONEM EBVRNEVM, TOGAM PICTAM, SELLAM CVRVLEM. Sic Liuius lib. XLII. Eumeni Regi omnes à Senatu honores habitos, DONAQVE AMPLISSIMA DATA, CVM SELLA CVRVLI, ATQVE EBVRNEO SCIPIONE. Idem Liuius lib. XXX. auctor eſt Maſaniſſam REGEM APPELLATVM, eximiiſque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, SELLA CVRVLI, ET SCIPIONE EBVRNEO, TOGA PICTA, ET PALMATA TVNICA, à Scipione donatum. Dionyſ. Halicarn. lib. III. *ὥσπερ γε καὶ νῦν Ῥωμαῖοι τὰ σκῆπτρα καὶ τὰ διαδήματα δωροῦνται τοῖς βασιλεῦσι, βεβαιοῦντες αὐτοῖς τὰς ἐξουσίας.* Illud autem *σκῆπτρον ἐλεφάντινον* fuiſſe, nec aliud re ipſa, quam Scipionem eburneum, cui Aquila imposita erat, ibidem oſtendit: eáque eſt Iuuenali Sat. x. *Aquila ſceptro quæ ſurgit eburno.* Tacit. lib. IIII. *Cognitis Ptolemæi per id bellum ſtudiis, repetitus ex vetuſto more, miſſúſque è Senatoribus, qui* SCIPIONEM EBVRNEVM, TOGAM PICTAM, *antiqua Patrum munera daret,* REGEMQVE ET SOCIVM ATQVE AMICVM APPELLARET. Alia quoque munera regibus decreuiſſe Senatum reperio. Liuius enim lib. XXX. poſt auditos Maſaniſſæ Numidarum

regis legatos Senatum munera quæ Prætor Regi mitteret, decreuiſſe ſcribit: SAGVLA PVRPVREA DVO, CVM FIBVLIS aureis ſingulis, & lato clauo tunicis, & equos duos phaleratos, bina equeſtria arma cum loricis, & tabernacula, militarémque ſupellectilem, qualem præberi Conſuli mos eſt. Idem lib. XXVII. legatos tres Alexandriam ad Ptolemæum Cleopatrámque Reges miſſos, dona dare iuſſos Regi, Togam & tunicã purpuream cum ſella eburnea: Reginæ pallam pictam cum amiculo purpureo. Ibidem etiam legatos cum donis ad Regem Syphacem miſſos narrat, donáque tuliſſe eos, TOGAM ET TVNICAM PVRPVREAM, SELLAM EBVRNEAM, pateram auream ex quinque pondo factam: iuſſóſque eos & alios Africæ Regulos adire, iiſque dona quæ darentur, portaſſe togas prætextas & ternûm pondo pateras aureas. Et lib. XXXI. Maſaniſſæ legatis auditis, DONA, ait, AMPLA DATA, *quæ ferrent regi, vaſa aurea, argenteáque*, TOGA PVRPVREA, ET PALMATA TVNICA, CVM EBVRNEO SCIPIONE, ET TOGA PRÆTEXTA, CVM CVRVLI SELLA. Appian in Libycis. Μασσανάσσῃ δὲ Ῥωμαῖοι χαριστήρια τῆς συμμαχίας, στέφανόν τε ἀπὸ χρυσοῦ, ἢ σφραγῖδα χρυσῆν ἔπεμπον, καὶ ΕΛΕΦΑΝΤΙΝΟΝ ΔΙΦΡΟΝ, ΚΑΙ ΠΟΡΦΥΡΑΝ, ΚΑΙ ΣΤΟΛΗΝ ΡΩΜΑΙΚΗΝ, καὶ ἵππον χρυσοφάλαρον καὶ πανοπλίαν. Gallorũ verò Regulis à Senatu miſſa munera ex Liuio lib. XLIII. & XLIIII. cui commodum erit, diſcet. Regi vtiq; Antiocho, tũ demum cùm ſe facturũ dixit, quod cẽſebat Senatus, dextram tanquam ſocio atque amico Regi Popilius porrexiſſe dicitur à Liuio lib. XLV.

Verùm prius quàm Senatũ hunc qui de Regibus habetur, dimittam, alios quoque Regibus à Senatu habitos honores recenſebo. *Senatus*, ait Valer. Max. lib. V. cap. I. *cùm ad gratulandum ſibi Pruſiam Bithyniæ Regem, Perſe deuicto venire audiſſet, obuiam illi P. Cornelium Scipionem Quæſtorem Capuam miſit*, CENSVITQVE, VT DOMVS EI ROMÆ, QVAM OPTIMA CONDVCERETVR, ET COPIÆ NON SOLVM IPSI, SED ETIAM COMITIBVS EIVS PVBLICE PRÆBERENTVR. Breuiter hæc ille. Copioſius Liuius lib. XLV. poſtquam Pruſias cum filio Nicomede vrbem ingreſſus, ad forum à porta, Tribunálque Q. Caſſij prætoris perrexiſſet: *Deos*, ait, *qui vrbem Romam incolerent, Senatúmque & populum Ro. ſalutatum ſe dixit veniſſe: & gratulatũ quod Perſea, Gentiúmque reges viciſſent, Macedonibúſque & Illyriis in deditionem redactis, auxiſſent imperium. Cùm Prætor*, SENATVM EI, SI VELIT, EO DIE DATVRVM, *dixiſſet. biduum petiit, quo templa Deûm, vrbémque & hoſpites, amicóſque viſeret.* DATVS, QVI CIRCVMDVCERET EVM L. CORNELIVS SCIPIO QVÆSTOR, *qui & Capuam ei obuiam miſſus fuerat*: ET ÆDES, *quæ ipſum comitéſque eius benignè reciperent*, CONDVCTÆ. *Tertio poſt die Senatum adit*, GRATVLATVS VICTORIAM *eſt: Merita ſua in eo bello commemorauit: petiit*, VT VOTVM SIBI SOLVERE, ROMÆ IN CAPITOLIO DECEM MAIORES HOSTIAS, ET PRÆNESTE VNAM FORTVNÆ, LICERET. *Ea vota pro victoria populi Romani eſſe.* ET VT SOCIETAS SECVM RENOVARETVR: *agérque ſibi de rege Antiocho captus, quem nulli datum à populo Ro. Galli poſſiderent, daretur.* FILIVM poſtremo *Nicomedem* SENATVI COMMENDAVIT. Et mox: *Cetera quæ petebat conceſſa. de agro reſponſum eſt*, LEGATOS AD REM INSPICIENDAM MISSVROS. SI AGER POPVLI ROMANI FVISSET, NEC CVIQVAM DATVS ESSET, DIGNISSIMVM EO DONO PRVSIAM HABITVROS ESSE. SI AVTEM ANTIOCHI NON FVISSET, EO NE POPVLI QVIDEM RO. FACTVM APPARERE: AVT SI DATVS GALLIS ESSET, IGNOSCERE PRVSIAM DEBERE, SI EX NVLLIVS INIVRIA QVIDQVAM EI DATVM VELLET POPVLVS RO. NE QVOD DETVR QVIDEM, GRATVM ESSE DONVM POSSE, QVOD EVM QVI DET VBI VELLET ABLATVRVM ESSE SCIAT. FACILE NICOMEDIS COMMENDATIONEM ACCIPERE. QVANTA CVRA REGVM AMICORVM LIBEROS TVEATVR POPVLVS RO. DOCVMENTO PTOLEMÆVM ÆGYPTI REGEM ESSE. Additque munera ei & filio dari Senatum cenſuiſſe, ET VT VICTIMÆ, ALIAQVE QVÆ AD SACRIFICIVM PERTINERENT, SEV ROMÆ, SEV PRÆNESTE IMMOLARE VELLET, REGI EX PVBLICO, SICVT MAGISTRATIBVS ROMANIS, PRÆBERENTVR: DONEC AD CLASSEM DONO DATAM EI REX PERVENISSET, L. CORNELIVS SCIPIO NE AB EO ABSCEDERET:

ABSCEDERET, SVMPTVMQVE IPSI ET COMITIBVS PRÆBERET, DONEC NAVEM CONSCENDISSENT. Idẽ Liu. lib. XLII. Legatos Ariaratis Cappadocum regis, puerum filium regis ſecum adducentes Romam veniſſe narrat, quorum oratio fuit: Regem educandum filium Romam miſiſſe, vt iam inde à puero aſſueſceret moribus Romanis hominibúſque: petere vt eum non ſub hoſpitum modo priuatorum cuſtodia, ſed publicæ etiam curæ, ac velut tutelæ vellent eſſe. Quæ regis legatio grata fuit Senatui. Decreuerunt ergo, VT CN. SICINIVS PRÆTOR, ÆDES INSTRVCTAS LOCARET, VBI FILIVS REGIS, COMITESQVE EIVS HABITARE POSSENT. Et lib. XLV. Legatos ait à Cotye rege Thracum miſſos, pecuniam ad redimendum regis filium, aliósque obſides apportantes oraſſe, vt eos pretio quantum ipſi ſtatuiſſent Patres, redimi paterentur: Quibus reſpõſum ex auctoritate Senatus eſt, POPVLVM ROMANVM MEMINISSE AMICITIÆ, QVÆ CVM COTYE MAIORIBVSQVE EIVS ET GENTE THRACVM FVISSET: OBSIDES OATOS, CRIMEN, NON CRIMINIS DEFENSIONEM ESSE, CVM THRACVM GENTI, NE QVIETVS QVIDEM PERSEVS, NEOVM BELLO OCCVPATVS TIMENDVS FVISSET. CÆTERVM ETSI COTYS PERSEI GRATIAM PRÆTVLISSET AMICITIÆ POPVLI RO. MAGIS QVID SE DIGNVM ESSET, QVAM QVID MERITO EIVS FIERI POSSET, ÆSTIMATVRVM: FILIVM ATQVE OBSIDES EI REMISSVRVM. BENEFICIA GRATVITA ESSE POPVLI RO. PRETIVM EORVM MALLE RELINQVERE IN ACCIPIENTIVM ANIMIS QVAM PRÆSENS EXIGERE. Narrat Valer. Max. lib. v. cap. I. cõfecto Macedonico bello Muſicanẽ Maſſiniſſæ filium cũ equitibus, quos in præſidium Romanorum adduxerat, ab Imperatore Paulo ad patrem remiſſum, claſſe tempeſtate diſperſa, Brunduſium ægrum delatum eſſe. *Quod vbi Senatus cognouit, continuò illô Quæſtorem ire iuſſit, cuius cura & hoſpitium adoleſcenti expediretur, & omnia quæ ad valetudinem opus eſſent, præberentur: impenſæque liberaliter cum ipſi, tum toti comitatui præſtarentur: naues etiam vt proſpicerentur, quibus ſe bene ac tutò cum ſuis in Africam traiſceret: equitibus ſingulas libras argenti & quingenos ſeſtertios dari imperauit.* Hoc & Liuius lib. XLV. ſcripſerat, ſed neſcio quo chaſmate periit, hodiéque in libris deſideratur. Bene tamẽ habet quod eam cladem Valerius Max. pẽſat, per quem ſalua res eſt. Ab illo, quod dictu leue eſt, Regulus ille Maſaniſſę filius Myſagenes, ab hoc, Myſicanes vocatur. Planè cùm rex Ptolemæus à minore fratre regno ſpoliatus, petendi auxilij gratia, cum paucis admodum ſeruis, ſqualore obſitus Romam veniſſet, ac ſe in hoſpitium Alexandrini pictoris contuliſſet: id poſtquam Senatui relatum eſt, accerſito iuuene, quàm potuit accurata EXCVSATIONE VSVS EST, QVOD NEC QVÆSTOREM ILLI MORE MAIORVM OBVIAM MISISSET, NEC PVBLICO EVM HOSPITIO EXCEPISSET: EAQVE NON SVA NEGLIGENTIA, SED IPSIVS SVBITO ET CLANDESTINO ADVENTV FACTA, *dixit. Et illum è curia protinus ad publicos penates deduxit: hortatúſque eſt*, VT DEPOSITIS SORDIBVS ADEVNDI IPSIVS DIEM PETERET. *Quinetiam curæ habuit*, VTI MVNERA EI QVOTIDIE PER QVÆSTOREM DARENTVR., quemadmodum idem Valer. eiuſdem lib. cap. I. memoriæ prodidit.

De Regibus captiuis hæc etiam humaniter à Senatu decreta comperi. Syphacem quondam opulentiſsimum Numidiæ regem captiuum in cuſtodia Tiburi mortuum, PVBLICO FVNERE Senatus, vt Valerius Maximus lib. v. cap. I. ſcribit, cenſuit EFFERENDVM, vt vitæ dono honorem ſepulturæ adiiceret. Perſes quoque cùm poſt Pauli Æmilij triumphum, Albæ, in qua, cuſtodiæ cauſa relegatus erat, deceſsiſſet, Quæſtore miſſo, publico funere efferrendum cũ Senatus curauit, nec reliquias regias iacere inhonoratas paſſus eſt. Liu. lib. XLV. poſt triũphos, quos de rege Perſeo, L. Æmili9 Paul9, & C. Octauius egerũt, Patres ſtatuiſſe ait, vt Quintus Caſſius cũ regẽ cũ Alexandro filio Albã in cuſtodiam duceret, comites, pecuniam, argentum, inſtrumentum quod haberet. Bitis verò Regis Thracum filius cũ obſidibus in cuſtodiã Carſeolos eſt miſſus. Ceteros captiuos, qui in triumpho ducti erant, in carcerem condi placuit. Idem lib. XXX. Læliũ

cum Syphace pelmoribúſque Numidarum captiuis Romam veniſſe, quæque in Africa geſta eſſent, omnia ordine patribus expoſuiſſe. *Conſulti*, ait, *inde Patres*, REGEM IN CVSTODIAM ALBAM MITTENDVM CENSVERVNT.

NEC CVM REGIBVS modò, ſed & cum populis, exteríſque nationibus Societas & Amicitia Senatuſconſultis iungebatur. De his ſignificat Cicero lib. V. de Finib. cùm ait, *Et iis qui* PVBLICE SOCII SVNT, ET AMICI. Idem in Diuinatio. *Cùm lex ipſa de pecuniis repetundis*, SOCIORVM ATQVE AMICORVM POPVLI RO. *cauſa comparata ſit*. Et lib. III. in Verr. *Ex fanis religioſiſſimis, ex vrbibus* SOCIORVM ATQVE AMICORVM, *non dubitauerunt auferre*. Polybius (quem ipſum Lycortæ filium σύμμαχον fuiſſe τῶν Ῥωμαίων, Pauſanias in Arcadic. ſcribit, quémque non ſpernendum auctorem vocans Liuius compluries citat) pacis cum Hierone factæ à S. P. Q. Ro. leges referens, Λοιπὸν ἤδη Ῥωμαῖοι, ait, ὡς φίλοις καὶ συμμάχοις ἐχρῶντο τοῖς Συρακοσίοις. Rhodienſem etiam ciuitatem AMICAM ATQVE SOCIAM POPVLI RO. fuiſſe, Agellius lib. VII. cap. IIII. tradit. Epitome Liuij lib. XLVI. SOCIETAS *cum deprecantibus Rhodiis* IVNCTA EST. Mopſueſtiam eiuſdem iuris fuiſſe teſtatur vetus inſcriptio his verbis: SERVATORI HADRIANÆ AC MOPSVESTIÆ SACRÆ, LIBERÆ INVIOLATÆ, SVIS LEGIBVS VIVENTIS, POPVLO ROM. AMICITIA ET SOCIETATE CONIVNSTÆ. Sed & Heduos ſæpenumerò à Senatu FRATRES CONSANGVINEÓSQVE APPELLATOS, Cæſar lib. I. de bello Gall. ſcribit. Eodem etiam nomine Ilienſes appellatos Sueton. in Claud. cap. XXIIII. indicat.

Proinde & qui nunquam Socij & Amici fuerant, VT IN AMICITIAM POPVLI RO. RECIPERENTVR, petebant, & quorum maiores amici populo fuerant, ſecum amicitiam AMICITIAM SOCIETATEMQVE RENOVARI. Ita Lāpſacenos Liuius lib. XLIII. refert oraſſe per legatos, pro eo quod à Perſeo, ſub cuius ditione erant, diſceſſerant, ſtatim atque Romanus exercitus in Macedoniam veniſſet, Imperatoribúſque Romanis omnia præſtitiſſent, VT IN AMICITIAM POPVLI RO. RECIPERENTVR. Idē lib. VII. ad huiuſmodi AMICITIAM SOCIETATEMQVE IVNGENDAM, Carthaginienſes Romam legatos miſiſſe narrat. Thracum etiam legatis SOCIETATEM AMICITIAMQVE PETENTIBVS, datum eſſe quod petebant, idem Liuius lib. XLII. ait. Leptitanos quoque Salluſtius in bello Iugurth. primùm ad Beſtiam Conſulē, & poſtea Romam miſiſſe, & AMICITIAM SOCIETATEMQVE ROGASSE ſcribit. Idem de Ardeatibus Dionyſius Halicarnaſſ. lib. XI. memorat in hunc modum: Συνθῆκαι δὲ πρὸς τὴν Ἀρδεατῶν πόλιν ἐγένοντο περὶ φιλίας τε καὶ συμμαχίας. Ἐπρεσβεύσαντο γὰρ, ἀποθέμενοι τὰ περὶ τῆς χώρας ἐγκλήματα, παρακαλοῦντες φίλοι Ῥωμαίων γενέσθαι καὶ σύμμαχοι. Liuius etiam lib. XLIIII. Legatis Pamphyliorum AMICITIAM RENOVARE volentibus, benignè reſponſum ſcribit. Ioſephus certè lib. XII. cap. XVII. refert, Iudam Pontificem, poſtquam accepiſſet à Romanis partas de Regibus victorias, Legatos Romam ad Amicitiam Societatémque iungendam miſiſſe. Senatum verò dediſſe quod petebant, déque ea re Senatuſconſultū factū, quo placebat amicitiam ſocietatémque cum populo Iudaico eſſe. Eodem S. C. cautum, ΜΗΔΕΝΑ τῶν ὑποτεταγμένων Ῥωμαίοις πολεμεῖν τῷ Ἰουδαίων ἔθνει, μηδὲ τοῖς πολεμοῦσι χορηγεῖν ἢ σῖτον, ἢ πλοῖα ἢ χρήματα· ἐὰν δ᾽ ἐπίωσί τινες Ἰουδαίοις βοηθεῖν Ῥωμαίους αὐτοῖς, κατὰ τὸ δυνατόν· καὶ πάλιν, ἂν τῇ Ῥωμαίων ἐπίωσί τινες, Ἰουδαίους αὐτοῖς συμμαχεῖν. ἂν δέ τι πρὸς ταύτην τὴν συμμαχίαν τὸ πλῆθος τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος ἢ προσθεῖναι, ἢ ἀφελεῖν, τοῦτο κοινῇ γενέσθαι γνώμῃ τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων. ὃ δ᾽ ἂν προστεθῇ, τοῦτ᾽ εἶναι κύριον. Poſtea etiam ad renouandam cum Ro. amicitiā à populo Iudaico alios legatos miſſos idem Ioſephus lib. XIIII. cap. XVI. narrat: déque eorum poſtulatis S. C. factum in hæc verba: Λεύκιος Οὐαλέριος Λευκίου υἱὸς, Στρατηγὸς, συνεβουλεύσατο τῇ Συγκλήτῳ εἰδοῖς Δεκεμβρίαις, ἐν τῷ τῆς Ὁμονοίας ναῷ: Γραφομένῳ τῷ δόγματι παρῆσαν δὲ, Λεύκιος Κωπώνιος Λευκίου υἱὸς, καὶ Παπίριος Κυρινᾶς, περὶ ὧν Ἀλέξανδρος Ἰάσονος, καὶ Νουμήνιος Ἀντιόχου, καὶ Ἀλέξανδρος Δωροθέου, Ἰουδαίων πρεσβευταὶ, ἄνδρες ἀγαθοὶ καὶ σύμμαχοι διελέχθησαν, ἀνανεούμενοι τὰς προϋπηργμένας πρὸς Ῥωμαίους χάριτας. καὶ τὴν φιάλην, καὶ ἀσπίδα χρυσῆν σύμβολον τῆς συμμαχίας γενομένην, ἀνήνεγκαν, ἀπὸ χρυσῶν μυριάδων πέντε, καὶ γράμματ᾽ αὐτοῖς ἠξίωσαν δοθῆναι, πρός τε τὰς αὐτονομουμένας πόλεις καὶ πρὸς βασιλεῖς ὑπὲρ τοῦ τήν τε χώραν αὐτῶν καὶ τοὺς λιμένας ἀδείας τυγχάνειν, καὶ μηδένα ἀδικεῖσθαι. Ἔδοξε

δὲ

δὲ συνθέσθαι φιλίαν καὶ χάριτας πρὸς αὐτοὺς, καὶ ὅσων ἐδεήθησαν τυχεῖν, ταῦτ᾽ αὐτοῖς παρασχεῖν, καὶ τὴν κομισθεῖσαν ἀσπίδα προσδέξασθαι. Ad eandem amicitiam renouādam, etiam poſt Antiochi regis obitum legatos Romam Hircanus Pontifex miſit, quibus in Senatum introductis, & auditis, de ea re Ioſeph. lib. XIII. Antiq. Iudaic. cap. XVII. S. C. ait factū eſſe huiuſmodi: Φάννιος Μάρκου υἱὸς στρατηγὸς βουλὴν συνήγαγε πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν Φεβρουαρίων, ἐν κομπίῳ, παρόντος Λευκίου Μαννίου Λευκίου υἱοῦ Μεντίνα, καὶ Γαΐου Σεμπρωνίου Γαΐου υἱοῦ Φαλερνᾶ, περὶ ὧν ἐπρέσβευσε Σίμων Δοσιθέου, καὶ Ἀπολλώνιος Ἀλεξάνδρου, καὶ Διόδωρος Ἰάσονος, ἄνδρες καλοὶ καὶ ἀγαθοί, πεμφθέντες ὑπὸ δήμου τῶν Ἰουδαίων, οἳ καὶ διελέχθησαν περὶ φιλίας τῆς ὑπαρχούσης τούτοις καὶ συμμαχίας πρὸς Ῥωμαίους, καὶ τῶν δημοσίων πραγμάτων, ὅπως τε Ἰόππη καὶ λιμένες καὶ Γάζαρα, καὶ πηγαί, καὶ ὅσας πόλεις αὐτῶν ἄλλας καὶ χώρας πολεμῶν ἔλαβεν Ἀντίοχος, παρὰ τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα, ταῦτα ἀποκατασταθῇ. ἵνα τε τοῖς στρατιώταις τοῖς βασιλικοῖς μὴ ἐξῇ διὰ τῆς χώρας τῆς αὐτῶν, καὶ τῶν ὑπηκόων αὐτῶν διέρχεσθαι. καὶ ὅπως τὰ κατὰ τὸν πόλεμον ἐκεῖνον ψηφισθέντα ὑπ᾽ Ἀντιόχου παρὰ τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα, ἄκυρα γένηται. ἵνα τε πρέσβεις πέμψαντες ἀποδοθῆναί τε αὐτοῖς ποιήσωσι τὰ ὑπ᾽ Ἀντιόχου ἀφαιρεθέντα, καὶ τὴν χώραν διατιμήσωνται τὴν ἐν τῷ πολέμῳ διεφθαρμένην. ὅπως τε αὐτοῖς πρός τε βασιλεῖς καὶ δήμους ἐλευθέρους γράμματα δῶσιν εἰς ἀσφάλειαν τῆς εἰς οἶκον ἐπανόδου. ΕΔΟΞΕΝ ΟΥΝ περὶ τούτων ταῦτα ΑΝΑΝΕΩΣΑΣΘΑΙ ΦΙΛΙΑΝ ΚΑΙ ΣΥΜΜΑΧΙΑΝ πρὸς ἄνδρας ἀγαθοὺς καὶ ὑπὸ δήμου πεμφθέντας ἀγαθοῦ καὶ φίλου. Περὶ μέντοι γραμμάτων, ἀπεκρίνατο βουλεύσασθαι, ὅταν ἀπὸ τῶν ἰδίων ἡ σύγκλητος εὐσχολήσῃ. Σπουδάσειν τε τοῦ λοιποῦ μηδὲν εἰς αὐτοὺς ἀδίκημα τοιοῦτο γενήσεσθαι, δοῦναί τε αὐτοῖς τὸν στρατηγὸν Φάννιον χρήματα ἐκ τοῦ δημοσίου, ὅπως ἂν εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανέλθοιεν. Sed quæret aliquis, quid ſibi vult, quod ait Senatum à Fannio Prætore habitum ἐν κομπίῳ. Vetus interpres, cuius errorem Gelenius ſequutus, vertit, *in Campo*: quod valde nouum antiquitatum Romanarum peritis videbitur. Nam vbi lectum, aut cui vnquam fando auditum, Senatum in campo habitū? nec hoc Ioſephum ſenſiſſe veriſimile ſano alicui fiet: ſed aliud vox illa ſignificat, aut ab antiquariis corrupta eſt. Cùm primum certè oculos in eum locum conieci, numero venit in mentem mihi, mutatione penè nulla, leuíque apicum diuulſione, morbo huic medicinā fieri poſſe. Protinus enim mihi ſuſpicio iniecta eſt, Ioſephum ſcripſiſſe ἐν κομιτίῳ: deinde has literas ιτ in π coaluiſſe. Verùm in hanc ſententiam ſuſpenſo gradu euntem me, aliud eiuſdem argumenti, eadémque lingua perſcriptum S. C. confirmauit. Nam quod de Aſclepiade Clazomenio Græcè extat S. C. id æquè in Comitio perſcriptū fuiſſe teſtantur verba hæc in eius auctoritate poſita, ἐν κομετίῳ γραφομένῳ παρῆσαν &c. Itaq; quod erat in coniectura poſitum, pro certo affirmari, amoto omni temeritatis metu poteſt. In Comitio vtique ſtetiſſe legatos docet Liuius lib. XXIX. cùm ait, *Decem legati Locrenſium, obſiti ſquallore & ſordibus, in Comitio ſedentibus Conſulibus, velamenta ſupplicum ramos oleæ (vt Græcis mos eſt) porrigentes, ante tribunal cum flebili vociferatione humi procubuerunt.* Idem lib. XLV. *Conſulti ab M. Iunio Conſule Patres, ſtantibus in Comitio legatis, an locum, lautia, Senatúmque darent.* Varro præterea lib. IIII. de lingua Lat. ſub dextra Curiæ Hoſtiliæ à Comitio locum fuiſſe ſubſtructum, vbi nationum ſubſiſterent legati qui ad Senatum eſſent miſſi, eúmque à parte, vt multa, Græcoſtaſin appellatum, tradit. Græcoſtaſin etiam ſupra Comitium olim fuiſſe Plinius lib. XXXIII. cap. II. demōſtrat. Aſcon. Pædian. in III. Verron. Comitium locum fuiſſe ait propter Senatum, quo coire equitibus & populo Ro. licebat. Iam Accij Nauij auguris ſtatuam, quam in Comitio, gradibus ipſis ad læuam curiæ fuiſſe Liuius lib. I. ait, Alicarnaſſæus lib. III. poſitam fuiſſe, ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς παρὰ τοῦ βουλευτηρίου, ſcribit.

Verùm quo potiſsimum verborum genere, Societatem & Amicitiam petentibus, Senatus concedere ſoleret, receptáque in ea re verba aperiam. Compertum quidém certè habeo Senatum in hac ſpecie decernere conſueuiſſe eos quibuſcum amicitiam & ſocietatem iungerent, VIROS BONOS, SOCIOSQVE ET AMICOS APPELLARI, ET IN SOCIORVM FORMVLAM REFERRI, LOCVM ILLIS ET LAVTIA PRÆBERI. Nec tamen fidem mihi haberi abſque ſponſoribus poſtulo: at ne in me hanc obligationem ſuſcipiam, reos debendi Liuium, & veterem tabulam æneam delegabo. Liuius lib. XLIII. Lampſacenis poſtulantibus, VT IN AMICITIAM POPV-

LI ROMANI RECIPERENTVR, ET SI PAX CVM PERSEO REGE FIERET, EXCIPERENTVR, NE IN REGIAM POTESTATEM RECIDERENT, Senatum decreuiſſe ſcribit, VTI Q. MÆNIVS PRÆTOR EOS IN SOCIORVM FORMVLAM REFERRET. Idem ad huiuſmodi poſtulata decerni conſueuiſſe teſtatur de Oneſimo factum Senatuſconſultum; quod eiuſdem Liuij lib. XLIIII. ponitur. Oneſimus enim cùm deterrere à bello Philippum Macedonum regem nequiuiſſet, primo ſubtrahere ſeſe per alias atque alias cauſas, ne intereſſet iis quæ non probabat, cœpit, poſtremo ſuſpectum ſe eſſe cernens, & proditionis interdum crimine inſimulari, ad Romanos transfugit, magnóque vſui Conſuli fuit. Quæ poſtquam introductus in curiam memorauit, Senatus, IN FORMVLAM SOCIORVM EVM REFERRI iuſſit: LOCVM, LAVTIA, PRÆBERI, AGRI TARENTINI, QVI PVBLICVS POPVLI RO. ESSET, DVCENTA IVGERA DARI, ET ÆDES TARENTI EMI: VTI EA CVRARET, C. DECIMIO PRÆTORI MANDATVM. Idẽ Liuius lib. XXIX. Senatũ Locrenſium legatis inter cætera reſpõdiſſe ait, VIROS BONOS SOCIOSQVE EOS APPELLARI. Ac ne fortè quis Liuij eſſe illa, non Senatus ſollẽnia verba cauilletur, proferam plenum, & omnibus ſuis partibus ac numeris abſolutum, de Societate atque Amicitia Senatuſconſultum, nõ patria id quidem lingua perſcriptũ, ſed cuius præcipua; quæ ad rem faciunt, verba, in authentici Latini fragmẽto ſalua ſunt. Id ære fixum Romæ hodièque extat, in hæc verba.

Ἐπὶ ὑπάτων Κοΐντου Λυτατίου Κοΐντου υἱοῦ Κάτλου καὶ Μάρκου Αἰμιλίου Κοΐντου υἱοῦ Μάρκου υἱωνοῦ Λεπίδου, στρατηγοῦ δὲ κατὰ πόλιν, καὶ ἐπὶ τῶν ξένων Λευκίου Κορνηλίου . . . . . υἱοῦ Σισέννα, μηνὸς Μαΐου. Κόϊντος Λυτάτιος Κόϊντος υἱὸς Κάτλος ὕπατος Συγκλήτῳ συνεβούλευσεν.

Πρὸ ἡμερῶν ἕνδεκα Καλανδῶν Ἰουνίων ἐν κομετίῳ. Γραφομένῳ παρῆσαν Λεύκιος Φαβέριος Λευκίου υἱὸς Σεργία, Γάϊος : . . . . Λευκίου υἱὸς Ποβλιλία, Κόϊντος Τίτου υἱὸς Σεργία. Περὶ ὧν Κόϊντος Λυτάτιος Κοΐντου υἱὸς ὕπατος λόγους ἐποιήσατο, Ἀσκληπιάδην Φιλίνου υἱὸν Κλαζομένιον, Πολύστρατον Πολυάρχου υἱὸν Καρύστιον, Μενίσκον Εἰρηναίου τὸν γεγονότα Μενίσκον Θαργηλίου υἱὸν Μιλήσιον, ἐν τοῖς πλοίοις παραγεγονέναι τοῦ πολέμου τοῦ Ἰταλικοῦ ἐναρχομένου: Τούτους ἐργασίαν ἔπανδρον καὶ πιστὴν τοῖς δημοσίοις πράγμασι τοῖς ἡμετέροις παρεσχηκέναι. Τούτους ἑαυτὸν κατὰ τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα εἰς τὰς πατρίδας ἀπολῦσαι βούλεσθαι, ἐὰν αὐτῷ φαίνηται, ὅπως ὑπὸ τῶν καλῶς πεπραγμένων ὑπ' αὐτῶν ἀνδραγαθημάτων, εἰς τὰ δημόσια πράγματα τὰ ἡμέτερα καταλογὴ αὐτῶν γένηται. Περὶ τούτου τοῦ πράγματος οὕτως ἔδοξεν. Ἀσκληπιάδην Φιλίνου υἱὸν Κλαζομένιον, Πολύστρατον Πολυάρχου υἱὸν Καρύστιον, τὸν γεγονότα Μενίσκον, ἄνδρα δὲ Θαργηλίου ἄνδρας καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς καὶ φίλους ἀγορεῦσαι τὴν Σύγκλητον, καὶ τὸν Δῆμον τὸν Ῥωμαίων διαλαμβάνειν τὴν τούτων ἐργασίαν καλὴν καὶ ἔπανδρον, καὶ πιστὴν τοῖς δημοσίοις πράγμασι τοῖς ἡμετέροις γεγονέναι. Δι' ἣν αἰτίαν Σύγκλητον κρίνειν, ὅπως οὗτοι, τέκνα, ἔκγονοί τε αὐτῶν ἐν ταῖς ἑαυτῶν πατρίσιν ἀλειτούργητοι πάντων τῶν πραγμάτων καὶ ἀνείσφοροι ὦσιν. Εἴ τινες εἰσφοραὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῶν εἰσπεπραγμέναι εἰσίν, μετὰ τὸ τούτους τῶν δημοσίων πραγμάτων τῶν ἡμετέρων χάριν ὁρμῆσαι, ταῦται αὐτοῖς ἀποδοθῶσιν, ἀποκατασταθῶσιν. Εἴτε τινὲς ἀγροί, οἰκίαι, ὑπάρχοντα αὐτῶν πέπρανται, μετὰ τὸ ἐκ τῆς πατρίδος τῶν δημοσίων πραγμάτων τῶν ἡμετέρων χάριν ὁρμῆσαι, ὅπως ταῦτα πάντα τούτοις εἰς ἀκέραιον ἀποκατασταθῇ. Εἴτε τις προθεσμία παρελήλυθεν, ἀφ' οὗ ἐκ τῆς πατρίδος, τῶν δημοσίων πραγμάτων τῶν ἡμετέρων χάριν ὥρμησαν, μήτι τοῦτο τὸ πρᾶγμα αὐτοῖς βλαβερὸν γένηται, μηδέ τι αὐτοῖς διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἔλασσον ὀφείληται, μηδέ τι ἔλασσον αὐτοῖς μεταπορεύεσθαι, πράσσειν ἐξῇ. Ὅσαι τε κληρονομίαι αὐτοῖς, ἢ τοῖς τέκνοις αὐτῶν παρεγένοντο, ὅπως ταύτας ἔχωσιν, διακατέχωσιν, καρπεύωνταί τε, ὅσα τε ἂν αὐτοί, τέκνα, ἔκγονα, γυναῖκές τε αὐτῶν παρ' ἑτέρου μεταπορεύωνται, ἐάν τέ τι παρ' αὐτῶν, τέκνων, ἐκγόνων, γυναικῶν τε αὐτῶν ἕτεροι μεταπορεύωνται, ὅπως τούτων, τέκνων, γυναικῶν τε αὐτῶν ἐξουσία καὶ αἵρεσις ᾖ. Ἐάν τε ἐν ταῖς πατρίσιν κατὰ τοὺς ἰδίους νόμους βούλωνται κρίνεσθαι, ἢ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων, ἐπὶ Ἰταλικῶν κριτῶν, ἐάν τε ἐπὶ πόλεως ἐλευθέρας, τῶν διὰ τέλους ἐν τῇ φιλίᾳ τοῦ Δήμου τοῦ Ῥωμαίων μεμενηκυιῶν, οὗ ἂν προαιρῶνται, ὅπως ἐκεῖ τὸ κριτήριον περὶ τούτων τῶν πραγμάτων γένηται. Εἴ τινα κριτήρια περὶ αὐτῶν ἀπόντων, μετὰ τὸ ἐκ τῆς πατρίδος ὁρμῆσαι, γεγονότα ἐστίν, ταῦτα ὅπως εἰς ἀκέραιον ἀποκατασταθῇ, καὶ ἐξ ἀκεραίου κριτήριον κατὰ τὸ τῆς Συγκλήτου δόγμα γένηται. Εἴ τινα χρήματα αἱ πόλεις αὐτῶν δημοσίᾳ ὀφείλωσιν, μή τι εἰς ταῦτα τὰ χρήματα δοῦναι ὀφείλωσιν. Ἄρχοντές τε ἡμέτεροι, οἵτινες ἂν ποτε Ἀσίαν, Εὔβοιαν μισθῶσιν, ἢ προσόδους Ἀσίᾳ, Εὐβοίᾳ ἐπιθῶσιν, φυλάξωνται, μή τι οὗτοι δοῦναι ὀφείλωσιν. ὅπως τε Κόϊντος Λυτάτιος

πος, Μάρκος Αἰμίλιος ὕπατοι, ὁ ἕτερος, ἢ ἀμφότεροι, ἐὰν αὐτοῖς φαίνηται, τούτους εἰς τὸ τῶν φίλων διάταγμα ἀνενεχθῆναι φροντίσωσιν. τούτοις τε πίνακα χαλκοῦν φιλίας ἐν τῷ Καπετωλίῳ ἀναθεῖναι, θυσίαν τε ποιῆσαι ἐξῇ. Ξένιά τε αὐτοῖς κατὰ τὸ διάταγμα, τόπον, παροχήν τε τὸν Ταμίαν τὸν κατὰ πόλιν τούτοις μισθῶσαι, ἀποστεῖλαί τε κελεύσωσιν. Ἐάν τε περὶ τῶν ἰδίων πραγμάτων πρεσβευτὰς πρὸς τὴν Σύγκλητον ἀποστέλλειν, αὐτοί τε παραγίνεσθαι προαιρῶνται, ὅπως αὐτοῖς, τέκνοις ἐκγόνοις τοῖς αὐτῶν, ἐὰν αὐτοῖς φαίνηται, γράμματα πρὸς τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἡμετέρους, οἵ τινες Ἀσίαν, Μακεδονίαν ἐπαρχείας διακατέχουσι, καὶ πρὸς τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν ἀποστείλωσιν. τὴν Σύγκλητον θέλειν, καὶ δίκαιον ἡγεῖσθαι, ταῦτα οὕτω γίνεσθαι οὕτως, ὡς ἂν αὐτοῖς ἐκ τῶν δημοσίων πραγμάτων, πίστεώς τε τῆς ἰδίας φαίνηται, ἔδοξεν. Ἀσκληπιάδου τοῦ Φιλίνου Κλαζομενίου, Πολυστράτου τοῦ Πολυάρχου Καρυστίος, Μενίσκου τοῦ Εἰρηναίου Μιλησίου.

Fuerat hoc æquè Latinè ac Græcè in æs inciſum Senatuſconſultũ: Sed ænea Latina tabula pene tota intercidit, ex qua paucula dumtaxat verba ſuperſunt, quæ ego aliquot vocum acceſsione, quas literarum varietas prodet, de meo, aucta ſubiiciam.

. . . . . EIS, LIBEREIS, POSTEREIS, vxoribus . . . .
. . . . . CERTARE SEIVE APVD MAGISTRATVS noſtros . . . .
. . . . . VBEI VELINT, VTEI IBEI IVDICIVM DE EIS REBVS FIAT. SEIQVA IVDICIA . . . .
In integrum reſtituantur. ET DE INTEGRO IVDICIVM EX S. C. FIAT. SEI QVAS PECVNIAS ciuitates eorum publicè debent . . . .
Magiſtratus NOSTRI QVEIQVOMQVE ASIAM, EVBOEAM, LOCABVNT, VECTIGALVE ASIÆ, Euboeæ . . . .
. . . . Vtique Q. Lutatius, M. ÆMILIVS COSS. A. A. S. E. V. EOS IN AMEICORVM FORMVLAM REFERENDOS CVRARENT: EIS . . . . . FACERE LICERET: MVNVSQVE EIS EX FORMVLA, LOCVM, LAVTIAQVE, Q. VRB. EIS LOCARE, MITTEREQVE . . . . VENIRE VELLENT. VTI EIS LEIBEREIS POSTEREISQVE EORVM LEGATOS VENIRE, MITTEREQVE LICERET: VTEIQVE SI EI V. E. LITTERAS AD MAGISTRATVS NOSTROS, QVEI ASIAM, MACEDONIAM PROVINCIAS OPTINENT, ET AD MAGISTRATVS EORVM MITTANT . . . .
Senatum velle & ÆQVOM CENSERE, EA ITA FIERI. I. V. E. R. P. F. S. V. C.

Sed, cetera deſint licet, ex Palliatis tamen, Togata multa verba elici poſſunt. In Græcis enim liquido perſpicuéque multa cerno, quæ velut certa Senatuſconſultorum verba, manu iniecta vindicare, & dicere noſtra eſſe, audeo. Qualia ſũt, Ὕπατος Συγκλήτῳ συνεβούλευσεν, id eſt; CONSVL SENATVM CONSVLVIT, & Γραφομένῳ παρῆσαν, id eſt, SCRIBENDO ADFVERE, Λόγους ἐποιήσατο, VERBA FECIT. Ἐργασίαν ἔπανδρον καὶ πιστὴν, OPERAM FORTEM ET FIDELEM, quæ fuiſſe ſollemnia verba docet Cicero III. Catilinar. cùm ait, *Deinde L. Flaccus & C. Pontinus Prætores, quod eorum* OPERA FORTI FIDELIQVE VSVS ESSEM, MERITO AC IVRE LAVDANTVR Liu. lib. XXIIII. *Hiſpanis duplicia cibaria dari iuſſa*, OPERAQVE EORVM FORTI AC FIDELI PERSÆPE RESPVB VSA EST. Et lib. XLV. *Et populũ Ro. ab eo bello Punico*, FORTI FIDELIQVE OPERA ADIVTVM. Idẽ lib. XL. *Sociũm Latini nominis XII. millia, DC. equites: quorum* FORTI OPERA *duobus aduerſus Celtiberos prælus uſus Q. Fuluius eſſet*. Quæ etiã lib. XXII. coniũgit. *Haberetis hodie viginti millia armatorũ, Cannuſii* FORTIA, FIDELIA, PATRES CONSCRIPTI. Sequitur, Περὶ τούτου τοῦ πράγματος οὕτως ἔδοξεν, id eſt, DE EA RE ITA CENSVERVNT. Ἄνδρας καλοὺς κἀγαθοὺς καὶ φίλους ἀγορεῦσαι τὴν Σύγκλητον, hoc eſt, VIROS BONOS ET AMICOS SENATVM APPELLARE. Quæ fuiſſe certa huiuſmodi Senatuſconſultorum verba ex Liuio lib. XXIX. ſupra docui, & nunc, vt alium quoque ex iſto fonte riuulum ducam, moneo, Socios & Amicos BONORVM ET FIDELIVM appellatione olim ornari conſueuiſſe, eáque præcipua laude commendatos. Itaque Locrenſium Legati in Senatu de Pleminij crudelitate querentes, apud Liuium lib. XXIX. aiunt, *Magis indigne-*

mini, BONIS AC FIDELIBVS SOCIIS *tam atroces atque indignas iniurias ab legato ve-ſtro militibúſque fieri.* Idem lib. XXIIII. *Tum primùm, vt pro* BONIS AC FIDELIBVS SO-CIIS *facerent orauit, vt duo legationem referrent ad Imperatores ſuos.* Et apud eundem lib. XXII. Hieronis legati. *Itaque* (inquiunt) *quanquã probe ſciat magnitudine populi Ro. admirabilio-rem prope aduerſis rebus, quàm ſecundis, miſſa tamẽ a ſe omnia, quibus* A BONIS FIDELIBVSQVE SOCIIS *bella iuuari ſoleãt.* Idẽ lib. XLII. per legatos Antiochũ regem petiiſſe ait, *imperaret ſi-bi populus Ro. quæ* BONO FIDELIQVE SOCIO REGI *eſſent imperãda.* Et lib. XLIII. Carthagi-nienſiũ legati SE BONORVM FIDELIVMQVE SOCIVM muneribus ſæpe functos eſſe commemorant. Salluſtius in bello Iugurthino. Leptitanos, ait, ex quo in ſocietatem & amicitiam aſſumpti fuere, ſemper BONOS, FIDELESQVE manſiſſe. Cicero etiã Oratio. de Haruſpic. Reſpõſ. teſtimonium Deiotaro tribuit huiuſmodi, *Quem vnum habe-mus in orbe terrarum,* FIDELISSIMVM HVIC IMPERIO, ATQVE AMANTIS-SIMVM NOSTRI NOMINIS REGEM. Idem Philipp. XI. *Quid de Cn. Pompeio lo-quar qui vnum Deiotarum in toto orbe terrarum* EX ANIMO AMICVM, VEREQVE BENEVOLVM, VNVM FIDELEM POPVLO RO. *iudicauit.* Hæc etiã verba Liuius lib. XXII. ita coniungit. *Nunc autem quemadmodum hi* BONI, FIDELESQVE *(nam fortes ne ipſi quidem dixerint) ciues eſſe poſſunt.* Reliqua excutiamus, Δι' ἣν αἰτίαν Σύγκλητος κρίνει. QVAS OB RES, vel, OB EAS CAVSAS SENATVM IVDICARE. Ἀγροὶ, οἰκίαι, ὑπάρχοντα, AGRI, ÆDIFICIA, LOCA. Ita forte, AGROS, ÆDIFICIA, LOCA, reddere voluerunt: nam ea coniungi ſolita in legibus ſuprà docuimus. Εἴ τι τῆς προθεσμία παρελήλυθεν. SI CVIVS ACTIONIS DIES EXIIT, vel, vt in edicto Prætoris, Ex quib. cauſ. maior. SIVE CVIVS ACTIONIS EORVM CVI DIES EXISSE DICETVR. Ἔχωσι. διακατέχωσι, καρπίζωνται. In his lucẽt verba hæc, HABERE, POSSIDERE, FRVI. Τέκνα ἔκγονα γυναῖκες. LIBERI, POSTERI, VXORES. Μήτε τοῦτο τὸ πρᾶγμα βλαβερὸν γένοιτο. NE EA RES FRAVDI SIT. Eius verò Sc. eximia, primarúmque, vt ita dicam, partium verba, quorum nomine illi ad exhibendum iudicium dictauimus, ſunt hæc, Ὕπατοι ὁ ἕτερος ἢ ἀμφότεροι ἐὰν αὐτοῖς φαίνηται, τούτους εἰς τὸ τῶν φίλων διάταγμα ἀνενεχθῆναι φροντίσωσι. Quæ interpretatione mea non egent: In fragmento enim Latino ſuperſunt hæc, CONSVLES, ALTER, AMBOVE SI EIS VIDEBITVR, EOS IN AMICORVM FORMVLAM REFERVNDOS CVRARENT. Illa verò, Ξένιά τε αὐτοῖς κατὰ τὸ διάταγμα, τόπον, παροχάς τε τὸν ταμίαν τὸν κατὰ πόλιν τούτοις μισθῶσαι, ἀποστεῖλαί τε κελεύσωσι, funguntur officio horum Latinorum, MVNVSQVE EIS EX FORMVLA, LOCVM, LAVTIAQVE QVÆSTOREM VRBANVM EIS LOCARE MITTEREQVE. Poſtrema verba Græca, Τὴν Σύγκλητον θέλειν καὶ δίκαιον ἡγεῖσθαι, tantundem valent, quantum Latina hæc, quæ in authentico apparent, SENATVM VELLE ET ÆQVVM CENSERE EA ITA FIERI, ITA VTI E REPVB. FIDEQVE SVA VIDEBITVR, CENSVERVNT. Atque hinc, quod ſemel dictum ſit, Liuij verba nobis non immeritò pro Senatus oraculis eſſe, facilè quiſque iudicabit.

Præter Societatẽ verò & Amicitiã, quandoque etiã HOSPITIVM CONTRAHI decernebant Patres, cum eo qui eorum legatos benigne & comiter excepiſſet. Auctorem habeo, & qui magno ſuo periculo cauſam meam recipiat, Liuium. Is enim, cũ Timaſitheo Liparenſi, quòd à piratis captos Romanorum legatos Delphos cum donis proficiſcẽtes, perductóſque in publicum hoſpitium, Delphos etiam cum præſidio nauium proſecutus ſoſpites Romam reſtituerat, HOSPITIVM SENATVSCONSVLTO FACTVM lib. V. ſcribit. Eodémque lib. à Senatu decretum tradit, VT CVM CÆRETIBVS PVBLICE HOSPITIVM FIERET, QVOD SACRA POPVLI RO. AC SACERDOTES RECEPISSENT. Atque vt eos, quos in amicitiam & ſocietatẽ admittebãt, in Formulam ſociorum referri iubebant, ita quibuſcum fœdus diſſoluebant, ſocietatémque diſtrahebant, eorum amicitiam ſocietatémque renuntiabant. Sic legatos in Macedoniã ad res repetendas, renuntiandámque amicitiam regis Perſei miſſos, eam amicitiam ſocietatémque renuntiaſſe Liuius lib. XLII. refert.

Honorificis Senatuſconſultis expoſitis, his contraria, Probroſa aliquot & Ignominioſa adſcribere conſequens eſt. Quorum ſigna feret id, quod in milites qui ex acie Cannenſi profugerant, factum accepimus. Liuius lib. XXIII. *De exercitu Marcelli,* QVI

EX

EX FVGA CANNENSI ESSENT, IN SICILIAM EOS TRADVCI, ATQVE IBI MILITARE; DONEC IN ITALIA BELLVM ESSET, *placuit.* Quo oculos reflexit lib.xxv. cùm ait: *Cannenſis reliquiæ cladis, is exercitus erat relegatus in Siciliam, ſicut ante dictum eſt,* NE ANTE PVNICI BELLI FINEM IN ITALIAM REPORTARETVR. Idem lib.xxvi. *Facinus indignum eſſe, Cannenſem exercitum, quod ex acie fugerit, in Siciliam deportatum,* NE PRIVS INDE DIMITTATVR, QVAM HOSTIS EX ITALIA DECESSERIT. Plutarchus in Marcello, Τὸν δὲ φυγῇ χρησάμενον τὸ πλῆθος εἰς Σικελίαν ἀπέστειλεν, Ἰταλίας μὴ ἐπιβαίνειν, ἕως πολεμοῦσι πρὸς Ἀννίβαν. Simile Senatuſconſultũ factũ eſſe de exercitu Cn. Fuluij, qui in Apulia fœdè cæſus, fugatúſque erat, ex Liuio lib.xxvi. intelligimus. Illic enim de eo ſic loquitur, *Huic generi militum, Senatus eundem, quem Cannenſibus finem ſtatuerat militiæ.* Quod ego ita interpretor, vt Senatus eis miſſionem, reditumque in patriam negauerit ante belli finem. Additum, ait ibidem Liuius, vtrorumque ignominiæ, NE IN OPPIDIS HYBERNARENT, NEVE OPPIDIS HYBERNA PROPIVS VLLAM VRBEM DECEM MILLIBVS PASSVVM ÆDIFICARENT. Quinetiam, cùm pro his Cannenſis cladis reliquiis Marcellus Senatum per literas deprecatus eſſet, petiiſſetque, vt eorum ſibi opera ad expugnationem Syracuſarum vti liceret, decreuiſſe Senatum Liuius lib.xxv. ſcribit: MILITIBVS QVI AD CANNAS COMMILITONES SVOS PVGNANTES DESERVISSENT, SENATVI NIHIL VIDERI REMPVB. COMMITTENDAM ESSE. SI M. CLAVDIO PROCONSVLI ALITER VIDERETVR, FACERET QVOD E REPVB. FIDEQVE SVA DVCERET; DVM NE QVIS EORVM MVNERE VACARET, NEV DONO MILITARI VIRTVTIS ERGO DONARETVR, NEV IN ITALIAM REPORTARETVR, DONEC HOSTIS INTRA ITALIAM ESSET. Valerius verò Maximus hoc idem narrans lib. II. cap. II. Senatum reſcripſiſſe ait, INDIGNOS ESSE, QVI IN CASTRA RECIPERENTVR. CETERVM SE EI PERMITTERE, VT FACERET QVOD REIPVB. EXPEDIRE IVDICASSET, DVM NE QVIS EX EIS MVNERE VACARET, AVT DONO MILITIÆ DONARETVR, AVT IN ITALIAM, DONEC HOSTES IN EA ESSENT, ACCEDERET. At Frontinus lib. IIII. Stratagematum cap. I. *Senatus,* ait, *negauit* SIBI PLACERE COMMITTI HIS REMPVB. QVAM DESERVISSENT. *Marcello tamen permiſit facere quod videretur,* DVM NE QVIS EORVM MVNERE VACARET, NEVE DONARETVR, NEVE QVOD PRÆMIVM FERRET, AVT IN ITALIAM REPORTARETVR (ſic enim cum veteri codice legendum eſt) DVM POENI IN EA FVISSENT. Plutarchus in Marcello, Ἐποιήσατο γνώμην ἡ βουλή, μηδὲν εἰς δημόσια πράγματα δεῖσθαι Ῥωμαίους ἀνθρώπων ἀνάνδρων· Εἰ δὲ βούλεται χρῆσθαι Μάρκελλος αὐτοῖς ἴσως, μηδενὶ τῶν ἐπ' ἀνδρείᾳ νομιζομένων στεφάνων καὶ γερῶν τυχεῖν ὑπ' ἄρχοντος. Auctor eſt Valerius Maximus lib. II. cap. VII. Tarentino bello, quaſſatis licet, atque attritis Reipub. viribus, cùm magnum captiuorum ciuium numerum à Pyrrho rege vltrò miſſum recepiſſent Patres, decreuiſſe, VT EX IIS QVI EQVO MERVERANT, PEDITVM NVMERO MILITARENT, NEVE QVIS EORVM INTRA CASTRA TENDERET, NEVE LOCVM EXTRA ASSIGNATVM VALLO AVT FOSSA CINGERET, NEVE TENTORIVM EX PELLIBVS HABERET: *Recurſum autem iis ad priſtinum militiæ ordinem propoſuerunt,* SI QVIS BINA SPOLIA EX HOSTIBVS TVLISSET. Ibidem etiam, milites qui Rhegium iniuſtò bello occupauerant, mortuóque duce Iubellio M. Cæſium ſcribam eius ſua ſponte Imperatorem delegerant, Senatum, carcere incluſiſſe ait, ac M. Fuluio Flacco Trib. pl. denuntiante, ne in ciues Romanos aduerſus morem maiorum animaduerteret, nihilominus propoſitum executum eſſe. Itaque *quinquagentos per ſingulos dies,* VIRGIS CÆSOS SECVRI PERCVTI *iuſſit,* EORVMQVE CORPORA SEPVLTVRÆ MANDARI, MORTEMQVE LVGERI *vetuit.*

A

Addit codē loco Valerius, quòd cùm Q. Petilinum Conſulem fortiſsimè aduerſus Ligures pugnantem occidere milites paſsi eſſent, LEGIONI, NEQVE STIPENDIVM ANNI PROCEDERE, NEQVE ÆRA DARI, SENATVS DECREVIT, *quia pro ſalute Imperatorum, hoſtium telis ſe non obtulerant.*

Planè eos qui turpem cum hoſtibus pacem feciſſent, Senatus decernere ſolebat, ipſiſmet HOSTIBVS DEDI. Sic Caudinæ pacis ſponſores HOSTIBVS DEDI Senatus decreuit, quemadmodum Liuius lib. IX. refert. Mancinum etiam propter inuidiam fœderis Numantini à Patre patrato ex S.C. Numantinis deditum, Cicero lib. I. & II. de Oratore. & Topic. & lib. III. Officior. memorat. Cuius Senatuſconſulti Appianus lib. de Bell. Hiſpanienſib. meminit his verbis, Μαγκῖνον δὲ ἔγνωσαν ἐκδοῦναι τοῖς Νομαντίνοις, ἅτε σφῶν αἰσχρὰς συνθήκας πεποιημένον, ὡς λόγῳ καὶ Σαμνίταις οἱ πατέρες, ὅμοια χωρὶς αὐτῶν συνθεμένους ἡγεμόνας εἴκοσιν, ἐξεδεδώκεσαν. Vell. Patercul. lib. II. de Hiſpaniis: *In illis, ait, turpe Q. Pompeij fœdus, turpiúsque Mancini, Senatus cum ignominia dediti Imperatoris reſcidit.* Idque vt religione fœderis populus ſolueretur, ita placuiſſe Cicero Orat. pro Cæcinna. & Epitome Liuij lib. LVI. & Plutarchus in Gracchis docent. Marcum quoque Clodium, CORSIS, quia turpem cum his pacem fecerat, DEDENDVM SENATVS CENSVIT, auctore Valerio Maximo lib. VI. cap. III. Vtrumque Senatuſconſultum Ammianus Marcellin. lib. XIIII. perſtrinxit, de Nemeſi loquens, his verbis: *Eadem Mancinum poſt imperium Numantinis ſumma atrocitate, Veturium & Clodium Corſis, ſubſtrauit.* Sed & L. Minucium, & L. Manlium Senatus CARTHAGINIENSIBVS, quod eorum legatis manus attuliſſent, PER FÆCIALES DEDI IVSSIT, narrante Valer. Max. lib. VI. cap. VII. & Liuio lib. XXXVIII. Q. Fabium quoque, & Cn. Aproniū ædilitate functos, quòd legatos ab vrbe Apollonia Romam miſſos, orta contentione pulſaſſent, Senatus, auctore Valerio Max. lib. VI. cap. VII. PER FÆCIALES LEGATIS DEDIDIT, Quæſtorémque cum his Brunduſium ire iuſsit, ne quam in itinere à cognatis deditorum iniuriam acciperent. Epitome Liuij lib. XV. *Cùm legatos Apolloniatium ad Senatum miſſos quidam iuuenes pulſaſſent, dediti ſunt Apolloniatibus.* Suetonius in Iul. cap. XXIIII. ſcribit nonnullos in Senatu cenſuiſſe, CÆSAREM DEDENDVM HOSTIBVS. Quemdam etiam ex Annibalis captiuis, qui fallaci reditu iureiurando ſe exoluiſſet, Senatus cenſuit COMPREHENDENDVM, ET CVSTODIBVS PVBLICE DATIS DEDVCENDVM AD ANNIBALEM, vt Liuius lib. XXII. ſcribit.

In hoc albū referenda ſunt Senatuſconſulta in mortuorū ignominiā facta, quibus eorum memoria damnabatur. Cuiuſmodi eſt id quo Valerius Max. lib. VI. cap. VII. Tiberium Gracchum, vt patriæ inimicum, quia potentiam ſuam ſaluti eius prætulerat, HOSTEM IVDICATVM, VLTIMO SVPPLICIO AFFECTVM, SEPVLTVRÆ QVOQVE HONORE SPOLIATVM FVISSE, ſcribit. Itémque vt in CAII FRATRIS COMITES ET AMICOS ANIMADVERTERETVR. Veſpaſianum quoque Suetonius in eius vita cap. II. ait pœnæ coniuratorum addendum cenſuiſſe, VT INSEPVLTI PROIICERENTVR. Idem in Domitiano cap. vlt. *De eius cæde Senatus adeo lætatus eſt, vt repleta certatim curia non temperaret, quin mortuum contumelioſiſsimo atque acerbiſsimo acclamationum genere laceraret*, SCALAS ETIAM INFERRI, CLIPEOSQVE ET IMAGINES EIVS CORAM DETRAHI, ET IBIDEM SOLO AFFLIGI IVBERET, NOVISSIME ERADENDOS VBIQVE TITVLOS, ABOLENDAMQVE OMNEM MEMORIAM DECERNERET.

Sed iam tēpus eſt, vt ea, quæ ad exterarū nationū legatis dabātur, reſponſa, tranſitū faciā, & qua verborum formula concipi ea ſolerent, exemplis demonſtrē. Ante omnia ſciendum eſt, legatos petiiſſe, SIBI SENATVM DARI, id eſt, vt Senatum adire, mandatáque ſua & poſtulata exponere liceret, ad eámque rem ſibi dies diceretur. Liuius lib. XXX. *Legatis Carthaginienſium & Philippi regis (nam ij quoque venerant) petentibus*, VT SENATVS SIBI DARETVR, *reſponſum iuſſu Patrum à Dictatore eſt*, CONSVLES NOVOS EIS SENATVM DATVROS ESSE. Idem lib. XLV. *Cùm Rhodij, gratulatum ſe de victoria, purgatúmque ciuitatis crimina, dicentes veniſſe, petiiſſent*, VT SENATVS SIBI DARETVR. Et lib. XLII. *Reſponſum tanquam legatis*, VT QVI

ADIRE

Apud eundem lib. xxix. Locrenſium legati orant, vti ſibi, PATRES ADEVNDI, *deplorandique ærumnas ſuas poteſtas fiat*: SENATVQVE DATO, natu maximus ex iis verba facit. De Rhodiorum etiam legatis, hæc lib. XLII. ſcribit: *Venerant Rhodij legati ad purganda ea quæ vulgò iactari de ciuitate ſciebant. Ceterùm* SENATVM IIS DARI, *cùm noui Conſules magiſtratum iniſſent*, PLACVIT. Coloniarum quoque magiſtratus Romã accitos lib. xxix. refert oraſſe atque obſecraſſe Coss. VT SIBI SENATVM ADIRE, AC DEPRECARI LICERET. Valer. Max, lib. v. cap. I. de Ptolemæo, qui Romam clàm Senatu ſordidatus & ſquallidus venerat: *Hortatum*, ait, *eum Senatum eſt, vt depoſitis ſordibus*, ADEVNDI IPSIVS DIEM PETERET. Senatus autem illis dari dicebatur, cùm in Senatum introducti audiebantur, quemadmodum & Senatus dari dicebatur extra vrbem Imperatoribus, cùm in Senatu de rebus abs ſe geſtis diſſerẽtes, poſtulantésq; vt ſibi triumphare liceret, audiebantur.

Legati verò Sociorum & Amicorum variis de cauſis Romam veniebant: Nam vel vt querelas ſuas ad Senatũ deferrent, vel Gratulandi cauſa, vel vt Auxilium pollicerentur, implorarẽtve, potiſſimùm mitti conſueuerant. Quæ, vt aliquo ordine locus hic tractetur, ita diſtinguenda cenſui. Primùm ergo de querelis diſſeremus, ad quas variè pro re ſubiecta reſpondebatur. Interdum enim de iniuriis ſibi à vicinis populis, vel regibus, illatis: Interdum de iniuriis, quas à magiſtratibus Romanis paſsi erant, querebantur. Sociorum certè Italicorum legatis querentibus vri & vaſtari agros à finitimis Hetruſcis, quod deſciſcere à populo Ro. nollent, obteſtãtibúſq; Patres conſcriptos, VT SE A VI ATQVE INIVRIA COMMVNIVM HOSTIVM TVERENTVR, Reſpõſum fuiſſe Liuius lib. x. narrat, CVRÆ SENATVI FVTVRVM, NE SOCIOS FIDEI SVÆ POENITERET. Idem lib. xxxix. ſcribit, ex quo fama per gentes quæ Macedoniam accolunt, vulgata fuit, crimina, querimoniáſque de Philippo rege non negligenter ab Romanis audiri, & multis operæpretium fuiſſe queri, pro ſe quaſque ciuitates, gentéſque, ſingulos etiam priuatim, Romam aut ad ſpem leuandæ iniuriæ, aut ad deflendæ ſolatium, veniſſe. Quæ cùm vtcunque purgata eſſent à Demetrio Philippi filio, qui alia excuſauit, alia recepit futura, ita vt maximè vellet Senatus, ad ea reſponderi placuit. NIHIL PATREM EIVS NEQVE RECTIVS, NEC MAGIS QVOD EX VOLVNTATE SENATVS ESSET, FECISSE, QVAM QVOD VTCVMQVE EA GESTA ESSENT, PER DEMETRIVM FILIVM SATIS FIERI VOLVISSET ROMANIS. MVLTA ET DISSIMVLARE ET OBLIVISCI, ET PATI PRÆTERITA, SENATVM POSSE, ET CREDERE ETIAM DEMETRIO CREDENDVM ESSE: OBSIDEM ENIM SE ANIMVM EIVS HABERE, ETSI PATRI CORPVS REDDIDERIT: ET SCIRE, QVANTVM SALVA IN PATREM PIETATE POSSIT. AMICVM EVM POPVLO ROMANO ESSE, HONORISQVE EIVS CAVSSA MISSVROS IN MACEDONIAM LEGATOS: VT SI QVID MINVS FACTVM SIT QVAM DEBVERIT, TVM QVOQVE SINE PIACVLO RERVM PRÆTERMISSARVM FIAT. VELLE ETIAM, SENTIRE PHILIPPVM, INTEGRA OMNIA SIBI CVM POPVLO RO. DEMETRII FILII BENEFICIO, ESSE. Idem Liuius lib. XLII. refert Carthaginienſium legatos queſtos in Senatu præter agrum, de quo legati à Roma, qui in re præſenti cognoſcerent miſsi erant, amplius ſeptuaginta oppida, caſtelláque agri Carthaginienſis Maſaniſſam, vi atque armis occupaſſe: ac proinde Senatum oraſſe, vt trium harum rerum vnam abs ſe impetrari ſinerent, vt, vel ex æquo apud ſocium populum quid cuiuſque eſſet, diſceptarent: vel permitterent Carthaginienſibus, vt aduerſus iniuſta arma pio iuſtóque ſe tutarentur bello: vel ad extremum, ſi gratia, plus quam veritas apud eos valeret, ſemel ſtatuerent, quid donatum ex alieno Maſaniſſæ vellent. Ad quæ cùm Maſaniſſæ filius Guluſſa reſpondiſſet, *Sibi facile non eſſe de his rebus agere, de quibus nihil mandati à patre haberet, neque patri facile fuiſſe mandare, cùm Carthaginienſes, nec qua de re acturi eſſent, nec omnino ituros ſe Romam indicaſſent: Eam cauſam fuiſſe patri mittendi ſe Romam qui deprecaretur Senatum, ne quid communibus inimicis, criminantibus ſe, crederent, quem ob nullam aliam cauſam, niſi propter conſtantem fidem erga populum Ro. odiſſent*: His vtrinque auditis, Senatus ita reſponderi iuſſit: SENATVI PLACERE, GVLVSSAM EXTEM-

PLO IN NVMIDIAM PROFICISCI ET NVNTIARE PATRI, VT DE IIS DE QVIBVS CARTHAGINIENSES QVERANTVR, LEGATOS QVAMPRIMVM AD SENATVM MITTAT, DENVNTIETQVE CARTHAGINIENSIBVS, VT AD DISCEPTANDVM VENIANT. SI ALIQVID POSSENT MASANISSÆ HONORIS CAVSSA, ET FECISSE, ET FACTVROS ESSE: IVS GRATIÆ NON DARE: AGRVM QVA CVIVSQVE SIT POSSIDERI VELLE: NEC NOVOS STATVI FINES, SED VETERES OBSERVARI, IN ANIMO HABERE: CARTHAGINIENSIBVS VICTIS, SE ET VRBES, ET AGROS CONCESSISSE, NON VT IN PACE ERIPERENT PER INIVRIAM, QVÆ IVRE BELLI NON ADEMISSENT. Iſſenſes verò legati cùm apud Senatum queſti eſſent, Gentium Illyriorum regem fines ſuos ſecundo populatum eſſe, mittendos ad eum, quemadmodum Liuius lib. XLII. ſcribit, Patres cenſuerunt, qui nuntiarent, QVI SOCII QVERERENTVR APVD SENATVM, EXVSTVM A REGE AGRVM: NON ÆQVVM EVM FACERE, QVI AB SOCIIS SVIS NON ABSTINERET INIVRIAM. Sed & cùm legati ſociarum vrbium ex Græcia queſti eſſent, vaſtatos agros à Philippi Macedonum regis præſidiis, miſſóſque in Macedoniam ad res repetendas legatos, non admiſſos, Senatum cenſuiſſe, LEGATOS MITTENDOS AD PHILIPPVM REGEM, QVI HÆC ADVERSVS FOEDVS FACTA VIDERI PATRIBVS, NVNTIARENT, idem Liuius lib. XXX. memorat. Quod vbi Philippus comperit, legatos Romam miſit, qui purgarent, quæ de populatione ſociorum illi obiiciebantur, & M. Aurelium vltrò accuſarent, quod contra fœdus bello eum laceſsiſſet. Hi, reſponſum, vt eodem lib. Liuius narrat, tulerunt huiuſmodi, BELLVM QVÆRERE REGEM, ET SI PERGAT, PROPEDIEM INVENTVRVM. DVPLICITER AB EO FOEDVS VIOLATVM: ET QVOD SOCIIS POPVLI RO. INIVRIAS FECERIT, BELLO ARMISQVE LACESSIVERIT, ET QVOD HOSTES AVXILIIS ET PECVNIA IVVERIT: ET P. SCIPIONEM RECTE ATQVE ORDINE VIDERI FECISSE, ET FACERE, QVOD EOS QVI ARMA CONTRA POPVLVM RO. FERENTES CAPTI SVNT, HOSTIVM NVMERO IN VINCVLIS HABEAT: ET M. AVRELIVM E REPVB. FACERE, GRATVMQVE ID SENATVI ESSE, QVOD SOCIOS POPVLI RO. QVANDO IVRE FOEDERIS NON POSSET, ARMIS TVEATVR.

Planè ſociorum inter ſe controuerſiis auditis, Senatus plerumque decernebat, legatos mitti, qui in re præſenti de iis cognoſcerent. Et ita poſt Carthaginienſium & Maſaniſſæ diſceptationes auditas, de regione quã dubiæ poſſeſsionis, ſui regni, an iuris Carthaginienſium eſſet, Maſaniſſa effecerat, *Reſponderi*, ait Liu. lib. XXXIIII. *Legatis vtriuſq; partis placuit*, MISSVROS SE IN AFRICAM; QVI INTER POPVLVM CARTHAGINIENSEM, ET REGEM IN RE PRÆSENTI DISCEPTARENT. Quod & Appian. ἐν Λιβυκῇ refert. Legationibus quoq; Eumenis, Ariaratis Cappadocis, & Pharnacis, nõ aliud reſponſum datũ Liu. lib. XL. tradit, quã, MISSVROS, QVI DE CONTROVERSIIS EORVM COGNOSCERINT, STATVERENTQVE. Poſt auditas etiã Theſſalorum & Perrœborũ querelas, de vrbibus ſuis à Philippo Macedonum rege poſſeſsis, & Eumenis regis, de Thraciis oppidis per vim ab eo occupatis, cũ Philippi regis legati, qui ad ea purganda venerant, nihil, niſi permiſſu Romanorũ Imperatorũ factũ, affirmaſſent, Senatus ne quid abſente rege ſtatueret, LEGATOS, AD EAS CONTROVERSIAS DISCEPTANDAS, MISIT: qui poſtquam legationem renuntiarũt, regũ quoq;, ciuitatũmq; legatos in Senatum introduxerũt, Patres, ALIAM NOVAM LEGATIONEM, IN MACEDONIAM ET GRÆCIAM, DECREVERVNT, AD VISENDVM, REDDITÆ'NE CIVITATES RHODIIS, ET THESSALIS, ET PERRÆBIS, ESSENT, vt idem Liu. lib. XXXIX. narrat. Idẽ lib. XXXVII. Aſiæ legationibus, & querelis de Antiocho auditis, reſponſum ſcribit, DECEM LEGATOS MORE MAIORVM SENATVM MISSVRVM AD RES ASIÆ DISCEPTANDAS, COMPONENDASQVE.

Senatus æquè aures, querelis de Magiſtratibus, patebant. Locrenſium legatos Liuius lib. XXIX. ſcribit, queſtos in Senatu ſe à Q. Pleminio Legato, Romaníſque militibus plus quàm hoſtilia paſſos, multáque nefariè in Deos hominéſque facta. Quibus exce-

dere

dere iuſſis; Senatum de his conſultum ita cenſuiſſe: PLEMINIVM LEGATVM VINCTVM ROMAM DEPORTARI PLACERE, ET EX VINCVLIS CAVSAM DICERE: AC SI VERA FORENT QVÆ LOCRENSES QVERERENTVR, IN CARCERE NECARI, BONAQVE EIVS PVBLICARI. M. POMPONIVM PRÆTOREM, CVI SICILIA PROVINCIA SORTE EVENISSET, TRIDVO PROXIMO IN PROVINCIAM PROFICISCI. COSS. DECEM LEGATOS QVOS IIS VIDERETVR, EX SENATV LEGERE, QVOS CVM PRÆTORE MITTERENT, ET DVOS TRIBVNOS PLEB. ATQVE ÆDILEM. CVM EO CONSILIO PRÆTOREM COGNOSCERE. SI EA QVÆ LOCRENSES FACTA QVERERENTVR, IVSSV AVT VOLVNTATE P. SCIPIONIS FACTA ESSENT, VT EVM DE PROVINCIA DECEDERE IVBERENT. SI P. SCIPIO IAM IN AFRICAM TRAIECISSET, TRIBVNI PLEB. ATQVE ÆDILIS CVM DVOBVS LEGATIS, QVOS MAXIME IDONEOS PRÆTOR CENSVISSET, IN AFRICAM PROFICISCERETVR. TRIBVNI ATQVE ÆDILIS, QVI REDVCERENT INDE SCIPIONEM: LEGATI, QVI EXERCITVI PRÆESSENT, DONEC NOVVS IMPERATOR AD EVM EXERCITVM VENISSET. SIN M. POMPONIVS, ET DECEM LEGATI, COMPERISSENT, NEQVE IVSSV, NEQVE VOLVNTATE P. SCIPIONIS EA FACTA ESSE, VT IN EXERCITV SCIPIO MANERET, BELLVMQVE, VT PROPOSVISSET, GERERET. LOCRENSIBVS CORAM SENATVM RESPONDERE. QVAS INIVRIAS SIBI FACTAS QVERERENTVR, NEQVE SENATVM, NEQVE POPVLVM RO. FACTAS VELLE: VIROS BONOS, SOCIOSQVE ET AMICOS EOS APPELLARI. LIBEROS, CONIVGES, QVÆQVE ALIA EREPTA ESSENT, RESTITVI. PECVNIAM, QVANTA EX THESAVRIS PROSERPINÆ SVBLATA ESSET, CONQVIRI, DVPLAMQVE PECVNIAM IN THESAVRIS REPONI, ET SACRVM PIACVLARE FIERI: ITA VT, PRIVS AD COLLEGIVM PONTIFICVM REFERRETVR, QVOD SACRI THESAVRI MOTI, APERTI, VIOLATIQVE ESSENT, QVÆ PIACVLA, QVIBVS DIIS, QVIBVS HOSTIIS FIERI, PLACERET. MILITES QVI LOCRIS ESSENT, OMNES IN SICILIAM TRANSPORTARI: QVATVOR COHORTES SOCIORVM LATINI NOMINIS IN PRÆSIDIVM LOCROS ADDVCI. Idem Liuius lib. XLII. Abderitarum legatos narrat auditos in Senatu, querẽtes oppidum ſuũ ab Hortenſio Prætore expugnatũ ac direptũ eſſe, principes ſecuri percuſſos, ſub corona ceteros væniſſe: Quæ cũ indigna Patribus viſa eſſet, decreuerunt, vt duo legati ad RESTITVENDOS IN LIBERTATEM ABDERITAS MITTERENTVR. *Iiſdem mandatum, vt & Hoſtilio Conſuli, & Hortenſio Prætori nuntiarent*, SENATVM, ABDERITIS INIVSTVM BELLVM ILLATVM, CONQVIRIQVE OMNES QVI IN SERVITVTE SINT, ET RESTITVI IN LIBERTATEM, ÆQVVM CENSERE. De Caſſio quoque, qui tum Tribunus militũ in Macedonia erat, cùm querelæ ad Senatum delatæ eſſent, tam à Gallorũ regulis, quàm à Carnorum, Hiſtrorum, Iapidúmq; legatis, quod is agros Alpinorum populorũ depopulatus, hoſtiliter peragraſſet, paſſimq; rapinas & incendia facta, & e pro hoſtibus habitos dixiſſent, Reſponſum fuiſſe. Liuius lib. XLIII. auctor eſt, SENATVM EA QVÆ FACTA QVEREBANTVR, NEQVE SCISSE FVTVRA, NEQVE SI FACTA ESSENT PROBARE. SED INDICTA CAVSA DAMNARI ABSENTEM CONSVLAREM VIRVM, INIVRIVM FORE, CVM IS REIPVB. CAVSSA ABESSET: VBI IS EX MACEDONIA REDISSET, TVM SI CORAM EVM ARGVERE VELLENT, COGNITA RE, SENATVM DATVRVM OPERAM, VT SATISFIERET. *Nec reſponderi tantùm iis gentibus, ſed legatos mitti, duos ad Regulum trãs Alpes, tres circa eos populos placuit: qui indicarent quæ Patrum ſentẽtia eſſet.* Sed & cũ Hiſpaniæ vtriuſque legati aliquot populorũ, in Senatũ introducti, de Magiſtratuũ Ro. auaritia, ſuperbiáq; cõqueſti eſſent, petiſſentq;, ne ſe ſocios fœdius ſpoliari, vexaríve, quã hoſtes paterẽtur, Senatus narrãte Liuio lib. XLIII. L. Canuleio Prætori, qui Hiſpaniã ſortitus erat, negotiũ dedit, vt IN

SINGVLOS, A QVIBVS HISPANI PECVNIAS REPETERENT, QVINOS RECIPERATORES EX ORDINE SENATORIO DARET, PATRONOSQVE QVOS VELLET, SVMENDI POTESTATEM FACERET. Memorabile eſt & illud Senatus reſponſum Chalcidenſium legatis datum. Nam cùm illi de iniuriis ſibi illatis, à C. Lucretio & Hortenſio Prætoribus Romanis queſti eſſent, Senatus iuſſu, Chalcidenſibus, quemadmodum Liuius lib. XLIII. ſcribit, Q. Mænius Prætor reſpondit: QVÆ BENE MERITOS SESE, ET ANTE, ET IN BELLO QVOD GERATVR, DE POPVLO RO. DICANT, EA ET SCIRE VERA EOS REFERRE SENATVM, ET PERINDE AC DEBEANT GRATA ESSE. QVÆ FACTA A C. LVCRETIO, FIERIQVE AB L. HORTENSIO PRÆTORIBVS ROMANIS QVERANTVR, EA NEQVE FACTA, NEQVE FIERI VOLVNTATE SENATVS, QVEM NON POSSE EXISTIMARE, QVI SCIAT BELLVM PERSI, ET ANTE PHILIPPO PATRI EIVS INTVLISSE POPVLVM RO. PRO LIBERTATE GRÆCIÆ, NON VT EA A MAGISTRATIBVS SOCII, ATQVE AMICI PATERENTVR. LITERAS SE AD L. HORTENSIVM PRÆTOREM DATVROS ESSE, QVÆ CHALCIDENSES QVERANTVR ACTA, EA SENATVI NON PLACERE. SI QVI IN SERVITVTEM LIBERI VÆNISSENT, VT EOS CONQVIRENDOS PRIMO QVOQVE TEMPORE, RESTITVENDOSQVE IN LIBERTATEM CVRARET: SOCIORVM NAVALIVM NEMINEM, PRÆTER MAGISTROS, IN HOSPITIA DEDVCI, ÆQVVM CENSERE. Sed & cum Syracuſanorum legati in Senatum introducti queſti eſſent, præter mœnia & tecta exhauſta vrbis, & refracta Deûm delubra, Diis ipſis, ornamentiſque eorum ablatis, nihil relictum Syracuſis eſſe: Bona quoque multis adempta, ita vt ne nudo quidem ſolo, reliquiis direptæ fortunæ, alere ſeſe ac ſuos poſſent, oraſſéntque Patres conſcriptos, vt ſi nequirent omnia, ſaltem quæ comparerent, cognoſcíque poſſent, reſtitui dominis iuberent: De eorum poſtulatis ita decreuiſſe Patres, Liuius lib. XXVI. ſcribit, QVÆ MARCELLVS GERENS BELLVM, VICTORQVE EGISSET, RATA HABENDA ESSE: IN RELIQVVM CVRÆ SENATVI FORE REM SYRACVSANAM: MANDATVROSQVE CONSVLI LEVINO, QVOAD SINE IACTVRA REIPVB. FIERI POSSET, FORTVNIS EIVS CIVITATIS CONSVLERET. Idem lib. XXXVIII. refert Ambraciēſium legatos in Senatum introductos, qui ſibi, cùm in pace eſſent, imperatáque à prioribus Coſs. feciſſent, & eadem præſtare obedienter M. Fuluio parati eſſent, bellum illatum queſti ſunt, agros primùm depopulatos, terrorem direptionis & cædis vrbi iniectum, vt eo metu claudere cogerentur portas: obſeſſos deinde & oppugnatos ſe, & omnia exempla belli edita in ſe, cædibus, incendiis, ruinis, direptione vrbis, coniuges, liberos, in ſeruitium abſtractos: bona adempta, templa tota vrbe ſpoliata ornamentis, ſimulacra Deûm, Deos demum ipſos conuulſos ex ſedibus ſuis, ablatos eſſe: parietes poſtésque nudatos. De ea re S. C. factum eſt, VT AMBRACIENSIBVS OMNES SVÆ RES REDDERENTVR: IN LIBERTATE ESSENT, AC LEGIBVS SVIS VTERENTVR: PORTORIA QVÆ VELLENT, TERRA MARIQVE CAPERENT, DVM EORVM IMMVNES ROMANI AC SOCII LATINI NOMINIS ESSENT: SIGNA ALIAQVE ORNAMENTA, QVÆ QVERERENTVR EX ÆDIBVS SVIS SVBLATA ESSE. DE IIS, CVM M. FVLVIVS ROMAM REVERTISSSET, PLACERE AD COLLEGIVM PONTIFICVM REFERRI, ET QVOD II CENSVISSENT, FIERI. Poſteáq; per infrequentiã adiectũ Senatuſconſulto à Conſule AMBRACIAM NON VIDERI VI CAPTAM ESSE. Narrat idem Liuius lib. XXXIX. Gallos ad XII. millia armatorũ, ſuperante in Gallia multitudine, agri inopia & egeſtate coactos, Alpes ad quærendam ſedem trãſgreſſos eſſe, oppidúmque in eo loco, quod incultum per ſolitudinem videbant, ædificare cepiſſe. Ad quód legiones admoueri Coſ. Marcellus iuſſit: cui venienti ſeſe illi dediderunt: illis in deditionẽ acceptis, arma, quæque alia aut populantes agros rapuerant, aut ſecum attulerant, egerántve, adempta. De his rebus qui quererentur

tur, legatos Romam miſerunt, qui introducti orarunt, ne in ſe innoxios deditos acerbius, quàm in hoſtes ſæuirent. Quorum querelis ita Senatus reſponderi iuſſit: NEQVE ILLOS RECTE FECISSE, CVM IN ITALIAM VENERINT, OPPIDVMQVE IN ALIENO AGRO, NVLLIVS ROMANI MAGISTRATVS, QVI EI PROVINCIÆ PRÆESSET, PERMISSV ÆDIFICARE CONATI SVNT: NEQVE SENATVI PLACERE, DEDITOS SPOLIARI. ITAQVE SE CVM IIS LEGATOS AD COSS. MISSVROS: QVI, SI REDEANT VNDE VENERINT, OMNIA IIS SVA REDDI IVBEANT: QVIQVE PROTINVS EANT TRANS ALPES, ET DENVNTIENT GALLICIS POPVLIS, MVLTITVDINEM SVAM DOMI CONTINEANT. Atque hoc me Senatus decretum pungit ſtimulátque, vt aliud ei adfine, extra ordinem quidem, ſed non extra rem, addam. Nam cùm Ligurum duo millia ferè ad extremum finem prouinciæ Galliæ vbi caſtra Marcellus habebat, veniſſent, orantes vt reciperentur, & ille eodem loco opperiri Liguribus iuſſis, Senatum per literas cõſuluiſſet, Senatus, auctore Liuio lib. xxx. reſcribere Ogulnium Prætorem Marcello iuſſit, VERIVS FVISSE COSS. QVORVM PROVINCIA ESSET, QVAM SE, QVID E RE PVBLICA ESSET, DECERNERE. TVM QVOQVE NON PLACERE SIBI PER DEDITIONEM LIGVRES RECIPI. RECEPTIS ARMA ADIMI, ATQVE EOS AD COSS. MITTI, SENATVM ÆQVVM CENSERE. Sed & cùm ex diuerſa fuga in vnum collecti magno numero Ligures, ſeſe M. Popilio Conſuli à quo victi fuſíque erant, dedidiſſent, nihil illi quidem pacti, ſperantes tamen non atrocius, quam ſuperiores Imperatores, Conſulem in ſe ſæuiturum, & ipſos nihilominus, bonáque eorum Conſul vendidiſſet, atrox res, ait, Liuius lib. XLII. viſa Senatui, deditos in fidem populi Ro. peſſimo exemplo, ne quis vnquam ſe dedere auderet, væniſſe: Déque ea re Senatuſconſultum in hæc verba factum. QVAS OB RES PLACERE SENATVI, M. POPILIVM COS. LIGVRES PRETIO EMPTORIBVS REDDITO, IPSOS RESTITVERE IN LIBERTATEM: BONAQVE VT IIS, QVIDQVID EIVS RECVPERARI POSSIT, REDDANTVR, CVRARE. ARMA PRIMO QVOQVE TEMPORE FIERI IN EA GENTE: CONSVLEM DE PROVINCIA DECEDERE, CVM DEDITOS IN SEDEM SVAM LIGVRES RESTITVISSET: CLARAM VICTORIAM VINCENDO OPPVGNANTES, NON SÆVIENDO IN AFFLICTOS FIERI. Eundem, cùm poſtea prælio cõmiſſo decem millia Ligurum occidiſſet, A SENATV INCREPITVM, ibidem ſcribit, QVOD DEDITIS BELLVM CONTRA IVS AC FAS INTVLISSET, ET PACATOS AD REBELLIONEM INCITASSET. Ad hæc Tribunos, ex auctoritate Senatus, rogationem promulgaſſe, VT QVI EX DEDITIS, IN LIBERTATEM RESTITVTVS ANTE CALENDAS SEXTILES PRIMAS NON ESSET, CVIVS DOLO MALO IS IN SERVITVTEM VÆNISSET, VT IVRATVS SENATVS DECERNERET, QVI EAM REM QVÆRERET, ANIMADVERTERETQVE. Ipſe etiam Popilius, poſtquam in vrbẽ rediit, multorum iurgiis in Senatu laceratus fuit, Senatúſque conſultum factum, VT QVI LIGVRVM POST Q. FVLVIVM, L. MANLIVM COSS. HOSTES NON FVISSENT, VT EOS C. LICINIVS, CN. SICINIVS PRÆTORES, IN LIBERTATEM RESTITVENDOS CVRARENT, AGRVMQVE IIS TRANS PADVM COS. C. POPILIVS DARET.

Ex quo Senatuſconſulto, itémque iis quæ de Abderitis, Locrenſibus, Chalcidenſibúſque facta ſuprà commemorauimus, colligere licet, Senatum eos, qui iniuria væn ierant, aut quorum irritam venditionem facere vellet, IN LIBERTATEM RESTITVI, decreuiſſe. Eáque verborum formula, duas Campanas mulieres belli iure in ſeruitutem redactas, Senatus, pro præmio, priſtinæ libertati reddi cenſuit, apud Liuiũ lib. XXII. Ardeates planè poſt abiudicatum agrum de quo cum Aricinis contendentes iudicem populum Ro. ceperant, cùm in eo eſſent vt deſciſcerent, legatos Romam miſere, qui ita de iniuria abiudicati agri queſti ſunt, vt ſi demeretur ea, in fœdere atque amicitia

manſuros reſtituto agro appareret: Eos Liuius lib.IIII.cum hoc reſponſo dimiſſos, ſcribit: IVDICIVM POPVLI RESCINDI AB SENATV NON POSSE, PRÆTERQVAM QVOD NVLLO, NEC EXEMPLO, NEC IVRE FIERET, CONCORDIÆ ETIAM ORDINVM CAVSA. SI ARDEATES SVA TEMPORA EXPECTARE VELINT, ARBITRIVMQVE SENATVI LEVANDÆ INIVRIÆ SVÆ PERMITTANT, FORE, VT POSTMODVM GAVDEANT, SE IRÆ MODERATOS: SCIANTQVE PATRIBVS ÆQVE CVRÆ FVISSE, NE QVA INIVRIA IN EOS ORIRETVR, AC NE ORTA DIVTVRNA ESSET.

Interdum, Gratulandi cauſa, & vt de victoriis Populi Ro. gratularentur, legati Romã mittebãtur: Simúlque ob beneficia accepta Gratias quãdoq; agebant. Sic Maſiniſſæ legati in Senatũ introducti, GRATVLATI SVNT, primùm SENATVI, QVOD SCIPIO PROSPERE RES IN AFRICA GESSISSET: deinde, GRATIAS EGERVNT, QVOD IS MASINISSAM NON APPELLASSET MODO REGEM, SED FECISSET, RESTITVENDO IN PATERNVM REGNVM, IN QVO POST SYPHACEM SVBLATVM, SI ITA PATRIBVS VISVM ESSET, SINE METV ET CERTAMINE ESSET REGNATVRVS. DEINDE, QVOD COLLAVDATVM PRO CONCIONE, AMPLISSIMIS DECORASSET DONIS: QVIBVS NE INDIGNVS ESSET, ET DEDISSE OPERAM MASINISSAM, ET PORRO DATVRVM ESSE: petetéque Regẽ dixerunt, VT REGIVM NOMEN, CETERAQVE SCIPIONIS BENEFICIA ET MVNERA, SENATVS, DECRETO SVO, CONFIRMARET: Ad ea Senatus, quemadmodum Liuius lib.XXX. ſcriptum reliquit, reſpondit; RERVM GESTARVM IN AFRICA PROSPERE, COMMVNEM SIBI CVM REGE GRATVLATIONEM ESSE: SCIPIONEM RECTE ATQVE ORDINE VIDERI FECISSE, QVOD EVM REGEM APPELLASSET: ET QVIDQVID ALIVD FECISSET, QVOD HONORI FORET MASINISSÆ, EA PATRES COMPROBARE, ATQVE LAVDARE. Idem lib.XXXVII. legatos ab Ptolemæo & Cleopatra regibus Ægypti veniſſe refert, GRATVLANTES, QVOD M. ACILIVS COS. ANTIOCHVM REGEM GRÆCIA EXPVLISSET, adhortantéſque, VT IN ASIAM EXERCITVM TRAIICERENT: REGES ÆGYPTI AD EA QVÆ CENSVISSET SENATVS, PARATOS FORE. Quibus GRATIAS ACTAS, ait. Vbi verò ea legatio quæ miſſa ad Antiochum erat, Romam rediit, tetulitque cõtrouerſias inter Reges Antiochum & Ptolemæum ſublatas eſſe, & exercitum ex Ægypto in Syriam reductum, poſt ipſorũ Regũ legatos veniſſe, idẽ lib.XLV. ſcribit. Et Antiochi quidẽ legati verba fecerũt, huiuſmodi. OMNI VICTORIA POTIOREM PACEM, REGI, QVÆ SENATVI PLACVISSET, VISAM: EVMQVE HAVD SECVS QVAM DEORVM IMPERIO, LEGATORVM ROMANORVM IVSSIS PARVISSE. GRATVLATI DEINDE EAM VICTORIAM SVNT, AD QVAM SVMMA OPE, SI QVID IMPERATVM FORET, ADFVTVRVM REGEM FVISSE. *Ptolemæi autẽ Legati, cõmuni nomine Regis & Cleopatræ,* GRATIAS EGERVNT, ADIECERVNTQVE. PLVS EOS S. P. Q. R. QVAM PARENTIBVS SVIS, PLVS, QVAM DIIS IMMORTALIBVS, DEBERE: PER QVOS OBSIDIONE MISERRIMA LIBERATI ESSENT, REGNVM PATRIVM PROPE AMISSVM RECEPISSENT. Quibus Reſpõſum ab Senatu eſt, ANTIOCHVM RECTE ATQVE ORDINE FECISSE, QVOD LEGATIS PARVISSET, GRATVMQVE ID ESSE S. P. Q. R. REGIBVS ÆGYPTI, PTOLEMÆO CLEOPATRÆQVE, SI QVID PER SE BONI COMMODIQVE EVENISSET, ID MAGNOPERE SENATVM LÆTARI: DATVRVMQVE OPERAM, VT REGNI SVI MAXIMVM SEMPER PRÆSIDIVM POSITVM ESSE IN FIDE POPVLI ROMANI DVCANT. Saguntinorum legatos, in Senatum introductos, poſtquã populi Ro. erga eos merita cõmemoraſſent, tali ad extremũ oratione vſos Liui. lib.XXVIII. memorat. OB HÆC QVIBVS MAIORA NEQVE SPERARE, NEQVE OPTARE AB DIIS IMMORTALIBVS POTERAMVS, GRATIAS ACTVM

NOS

DECEM LEGATOS, SAGVNTINVS SENATVS, POPVLVSQVE, AD VOS MISIT: SIMVL GRATVLATVM QVOD ITA RES PER HOS ANNOS IN ITALIA ATQVE HISPANIA GESSISTIS, *vt Hiſpaniam non Ibero amne tenus, ſed qua terrarum vltimus finis Oceanus, domitam armis habeatis: Italiæ, niſi quatenus vallū caſtrorum cingit, nihil reliqueritis Pœno.* IOVI OPT. MAX. PRÆSIDI CAPITOLINÆ ARCIS, NON GRATES TANTVM AGERE IVSSI SVMVS, SED DONVM HOC ETIAM, SI VOS PERMITTERETIS, CORONAM AVREAM VICTORIÆ ERGO FERRE. ID VTI PERMITTATIS, QVÆSVMVS: VTIQVE, SI VOBIS ITA VIDETVR, QVÆ NOBIS IMPERATORES VESTRI COMMODA TRIBVERVNT, EA, RATA ATQVE PERPETVA, AVCTORITATE VESTRA FACIATIS. *Senatus legatis Saguntinis ita reſpondit*. ET DIRVTVM, ET RESTITVTVM SAGVNTVM, FIDEI SOCIALIS VTRINQVE SERVATÆ DOCVMENTVM OMNIBVS GENTIBVS FORE. SVOS IMPERATORES RECTE ATQVE ORDINE, ET EX VOLVNTATE SENATVS FECISSE, QVOD SAGVNTVM RESTITVERINT, CIVESQVE SAGVNTINOS SERVITIO EXEMERINT: QVÆQVE ALIA EIS BENIGNE FECERINT, EA SENATVM ITA VOLVISSE FIERI. DONVM, PERMITTERE, VT IN CAPITOLIO PONERENT. Quinetiam cum iidē legati petiiſſent, vt, QVATENVS TVTO POSSENT, ITALIAM SPECTATVM IRENT, duces datos, literáſque per oppida miſſas, VT EOS COMITER ACCIPERENT, ibidem ſcribit. Maſgabam Maſiniſſæ filium idem Liuius lib. XLV. in Senatu expoſuiſſe, ait, quot pedites equitéſque, quot elephantos, quantum frumenti pater ſuus ad bellum Macedonicū miſiſſet: *Sed duas res ei rubori fuiſſe: Vnam quod rogaſſet eum per legatos Senatus, quæ ad bellum opus eſſet, & non imperaſſet: Alteram quod pecuniam ei pro frumento miſiſſet: Maſiniſſam meminiſſe Regnum à populo Ro partum, auctúmque & multiplicatum habere: vſu regni contētum: ſcire, dominium & ius, eorū, qui dederint, eſſe. Sumere itaque eoſdem, non ſe rogare, æquum eſſe, neque emere ea, ex fructibus agri ab ſe dati, quæ ibi proueniant. Id Maſiniſſæ ſatis eſſe & fore, quod populo Romano ſupereſſet.* Addiditque, iuſſum ſe eſſe Senatui ob deuictam Macedoniam gratulari: *tantæ eam rē lætitiæ patri ſuo eſſe, vt Romam venire velit*, IOVIQVE OPT. MAX. IN CAPITOLIO SACRIFICARE, ET GRATES AGERE. ID NISI MOLESTVM SIT, VT EI PERMITTATVR, AB SENATV PETERE. *Reſponſum regulo eſt*: FACERE PATREM EIVS MASINISSAM, QVOD VIRVM GRATVM, BONVMQVE FACERE DECEAT, VT PRETIVM, HONOREMQVE DEBITO BENEFICIO ADDAT. ET POPVLVM RO. AB EO, BELLO PVNICO FORTI FIDELIQVE OPERA ADIVTVM, ET ILLVM FAVENTE POPVLO RO. REGNVM ADEPTVM, ÆQVITATE SVA: POSTEA TRIVM REGVM BELLIS, DEINCEPS OMNIBVS FVNCTVM OFFICIIS. VICTORIA VERO POPVLI RO. LÆTARI EVM REGEM MIRVM NON ESSE, QVI SORTEM OMNEM FORTVNÆ, REGNIQVE SVI, CVM REBVS ROMANIS IMMISCVISSET. GRATES DIIS PRO POPVLI RO. VICTORIA APVD SVOS PENATES AGERET. ROMÆ, FILIVM PRO EO ACTVRVM: GRATVLATVM SATIS SVO AC PATRIS NOMINE ESSE. IPSVM RELINQVERE REGNVM, ET AFRICA EXCEDERE, PRÆTERQVAM QVOD ILLI INVTILE ESSET, NON ESSE E REPVB. POPVLI RO. SENATVM CENSERE. Ex quibus apparet, Legatos qui gratulatū mittebantur, plerúmq; dona Ioui Capitolino tuliſſe, eáq; vt in Capitolio ponere, ſacrificare liceret, poſtulaſſe. Et ita Liu. lib. XXXV. poſt finitum in Græcia cùm Antiocho bellū, Philippi legatos Romam veniſſe refert, in Senatúmque introductos, GRATVLANTES DE VICTORIA. *Iis*, inquit, *petentibus*, VT SIBI SACRIFICARE IN CAPITOLIO, DONVMQVE EX AVRO LICERET PONERE IN ÆDEM IOVIS OPT. MAX. PERMISSVM AB SENATV, BENIGNEQVE RESPONSVM. Idem lib. III. *Inter hæc*, ait, *à Latinis & Hernicis legati*, GRATVLATVM DE CONCORDIA PATRVM AC PLEBIS, *Romam venerunt*, DONVMQVE OB EAM, IOVI

OPT. MAX. CORONAM AVREAM IN CAPITOLIVM TVLERE. Pruſiam etiam Bithyniæ regem Senatu adito gratulatum victoriam eſſe, petiiſſeque, VT VOTVM SIBI SOLVERE ROMÆ, IN CAPITOLIO, DECEM MAIORES HOSTIAS, ET PRÆNESTE, VNAM FORTVNÆ, LICERET, quæ ille pro victoria populi Ro. vouerat, ſuprà ex Liuio lib. XLV. retulimus: Cui id cõceſſũ, decretúmq; VT VICTIMÆ, ALIAQVE QVÆ AD SACRIFICIVM PERTINERENT, REGI EX PVBLICO PRÆBERENTVR. Idem lib. VII. poſt Samnites victos, Carthaginienſes, Romam legatos miſiſſe, ait, cum CORONÆ AVREÆ DONO, QVÆ IN CAPITOLIO IN IOVIS CELLA PONERETVR. Indè legati Rhodiorum apud eũ lib. XLV. *Antea* aiunt, *Carthaginienſibus victis, Philippo, Antiocho ſuperatis, cùm Romam veniſſemus, ex publico hoſpitio, in Curiam* GRATVLATVM VOBIS, P. C. EX CVRIA IN CAPITOLIVM AD DEOS VESTROS DONA FERENTES, *veniebamus.*

Idem & abſque Gratulatione interdum petebatur. Nam lib. XLIII. Alabãdenſium legatos ait, CORONAM AVREAM, QVAM IN CAPITOLIO PONERENT, DONVM IOVI OPT. MAX. attuliſſe. DONVMQVE ID VT IN CAPITOLIO PONERE, ET SACRIFICARE LICERET, PETIISSE. Idem ipſum & Lampſacenos, coronam auream afferentes petiiſſe, ſcribit. Pamphiliorum quoque legatos ad amicitiam cum populo Ro. renouandam miſſos, coronam auream in Curiam intuliſſe, petentibúſque iis VT ID DONVM IN CELLA IOVIS OPT. MAX. PONERE, ET SACRIFICARE IN CAPITOLIO LICERET, permiſſum, Liuius lib. XLIIII. ſcriptum reliquit.

Interdum Socij & Amici auxilium à S. P. Q. R. implorabant: cuius generis aliquot Senatuſconſulta Liuius ad ærarium defert. Decreuiſſe enim Senatum lib. VI. ait, VT DICTATOR SVTRINIS SOCIIS POPVLI RO. AVXILIVM PRIMO QVOQVE TEMPORE FERRET. Idem lib. VII. Campanos narrat auxilium à Romanis aduerſus Samnites poſtulaſſe per legatos: quibus in Senatu auditis, & ſummotis, Conſulem patres conſuluiſſe: *quorum magnæ parti etſi vberrimus ille ager Italiæ, marique propinquus, ad varietates annonæ, horreum populi Ro. fore videbatur, tamen tanta vtilitate fidem antiquiorem fuiſſe*: ac proinde ex auctoritate Senatus Conſulẽ reſpondiſſe, AVXILIO VOS CAMPANI DIGNOS CENSET SENATVS: SED ITA VOBISCVM AMICITIAM INSTITVI PAR EST, NE QVA VETVSTIOR AMICITIA AC SOCIETAS VIOLETVR. SAMNITES NOBISCVM FOEDERE IVNCTI SVNT: ITAQVE ARMA, DEOS PRIVS QVAM HOMINES VIOLATVRA, ADVERSVS SAMNITES VOBIS NEGAMVS: LEGATOS, SICVT FAS IVSQVE EST, AD SOCIOS ATQVE AMICOS PRECATVM MITTEMVS, NE QVA VOBIS VIS FIAT. Apud eundem lib. XXIII. legimus, Petilinos ab Annibale obſeſſos, qui vni ex Brutiis manſerant in amicitia Romana, legatos Romam ad præſidium petendum miſiſſe. Patres verò, *circumſpectis omnibus imperij viribus fateri coacti, nihil iam longinquis ſociis in ſe præſidij eſſe*, REDIRE DOMVM, FIDEQVE AD VLTIMVM EXPLETA, CONSVLERE SIBIMET IPSOS IN PRÆSENTI FORTVNA, *iuſſerunt* Id ipſum Valer. Max. lib. VI. cap. VII. narrãs, ait, cùm eis propter Cannenſem cladem ſuccurri non poſſet, permiſſum, VTI FACERENT QVOD VTILISSIMVM INCOLVMITATI IPSORVM VIDERETVR. Quæ verbis diſcrepant, ſententiis congruũt. Huic non abſimile reſponſum Latinis auxilium per legatos petentibus datũ Dionyſ. Halicar. lib. VIII. refert. Dimiſſos enim, ait, cum huiuſmodi reſponſo, Μὴ ῥᾴδιον εἶναι σφίσι βοήθειαν ἀποστέλλειν κατὰ τὸ παρόν. Αὐτοῖς δὲ ἐκείνοις ἐπιτρέπειν τὴν ἑαυτῶν στρατείαν καταγράφειν, καὶ ἡγεμόνας τῆς δυνάμεως ἰδίους, ἐκπέμπειν τε ὅσην ἂν αὐτοὶ ἐκπέμψωσι δύναμιν.

Alexandrinos legatos, Liuius lib. XLIIII. narrat, in Senatu auditos, qui querebantur quod Antiochus per honeſtam ſpeciem maioris Ptolemæi reducendi in regnũ, bellum cum minore fratre eius, qui tum Alexandriam tenebat, geſſerat, & ad Peluſium nauali prelio victor fuerat, obſidionéque ipſam Alexandriam tenebat: proinde orabant Senatum, VT OPEM REGNO, REGIBVSQVE AMICIS IMPERIO, FERRENT:

RENT: *Ea merita populi Ro. in Antiochum, eam apud omnes reges gentéſque auctoritatem eſſe, vt ſi legatos miſiſſent, qui denuntiarent,* NON PLACERE SENATVI SOCIIS REGIBVS BELLVM FIERI, *extemplo abſceſſurus à mœnibus Alexandriæ, abducturúſque exercitũ in Syriam eſſet. Quòd ſi cunctarentur facere, breui extorres regno Ptolomæum & Cleopatram Romam vẽturos cùm pudore quodam populi Ro. quod nullam opem in vltimo diſcrimine fortunarum tuliſſent. Quibus precibus moti patres, decreuerunt,* LEGATOS TRES AD FINIENDVM INTER REGES BELLVM MITTENDOS, QVI PRIVS ANTIOCHVM, DEIN PTOLEMÆVM ADIRE IVSSI SVNT, ET NVNTIARE, NI ABSISTERETVR BELLO, PER VTRVM STETISSET, EVM NON PRO AMICO, NEC PRO SOCIO HABITVROS ESSE.

Idem lib. XXXI. ab Athenienſibus legationem Romam veniſſe, ait, quæ Philippũ Macedonum regem appropinquare finibus ſuis nũciaret, breuíque non agros modò, ſed vrbem etiam in ditione eius futurã, niſi quid in Romanis auxilij foret. De ea re Sc. factũ, VT ATHENIENSIBVS SOCIIS GRATIÆ AGERENTVR, QVOD DIV SOLLICITATI, NE OBSIDIONIS QVIDEM METV, FIDE DECESSISSENT. DE AVXILIO MITTENDO, TVM RESPONDERE, PLACERE, CVM COSS. PROVINCIAS SORTITI ESSENT, ATQVE IS CONSVL CVI MACEDONIA PROVINCIA EVENISET, AD POPVLVM TVLISSET, VT PHILIPPO REGI BELLVM INDICERETVR. Legatos etiam à Saguntinis Romam miſſos Liuius lib. XXI. narrat, auxilium ad bellum iam haud dubiè imminens orantes: Quibus in Senatum introductis, cùm de Repub. Coſs. retuliſſent, Senatui placuit, LEGATOS MITTI IN HISPANIAM, AD RES SOCIORVM INSPICIENDAS: VTIQVE, SI VIDERETVR DIGNA CAVSA, ANNIBALI DENVNTIARENT, VT AB SAGVNTINIS SOCIIS POPVLI RO. ABSTINERET: CARTHAGINEMQVE TRAIICERENT, AC SOCIORVM POPVLI RO. QVERIMONIAS DEFERRENT.

EX DIVERSO, Legati interdum auxilia populo Romano bellis laboranti, pollicebantur. Huiuſmodi legatis benignè & comiter reſponderi, gratiáſque agi conſueuiſſe, Liuius non ſemel oſtendit. Legatis enim reguli Gallorum pollicentibus ad Macedonicum bellum auxilia, GRATIAS AB SENATV ACTAS, lib. XLIIII. ait. Idem lib. XLIII. refert, Guluſſam Maſiniſſæ regis filium, patris legatum Romam veniſſe, & in Senatum introductum expoſuiſſe, quæ à patre ſuo ad bellum Macedonicum miſſa erant, ET SI QVA PRÆTEREA VELLENT IMPERARE, PRÆSTATVRVM MERITO POPVLI RO. POLLICITVM ESSE. Athenienſium item legatos ita verba feciſſe, vt dicerent, SE QVOD NAVIVM MILITVMQVE HABVERANT, CONSVLI ET PRÆTORI MISISSE: QVIBVS EOS NON VSOS, FRVMENTI SIBI CENTVM MILLIA IMPERASSE: QVOD, NE DEESSENT OFFICIO, CONFECISSE, ET ALIA QVÆ IMPERARENTVR, PRÆSTARE PARATOS ESSE. Mileſiorum quoque legatos nihil præſtitiſſe memorantes, SI QVID IMPERARE AD BELLVM SENATVS VELLET, PRÆSTARE SE PARATOS, dixiſſe. Quibus omnibus BENIGNE ET COMITER RESPONSVM, eſſe. Philippi verò legatis ad bellum contrà Antiochum ſuſceptum, auxilium, pecuniam, & frumentum pollicentibus, reſponſum Liuius lib. XXXVI. ſcribit, GRATVM SENATVI POPVLOQVE RO. FACTVRVM PHILIPPVM SI M. ACILIO CONSVLI, (cui id bellum mandatum erat) NON DEFVISSET. In ipſo etiam apparatu belli contrà Philippum Macedonum Regem, legatos Romam veniſſe, *qui nuntiarent Athenienſes aduerſus Philippum petiiſſe ab rege auxilium. Ceterùm & ſi communes ſocij eſſent: tamen niſi ex auctoritate populi Ro. neque claſſem, neque exercitum defendendi aut oppugnandi cuiuſquam cauſa, regem in Græciam miſſurum eſſe, vel quieturum eum in regno, ſi populo Ro. ſocios defendere liceat: vel Romanos quieſcere, ſi malint, paſſurum: atque ipſum auxilia, quæ facilè aduerſus Philippum tueri Athenas poſſent, miſſurum:* OB EAS RES, GRATIAS REGI AB SENATV ACTAS, reſponſúmque Liuius lib. XXXI. tradit, TVTARI SOCIOS POPVLO RO. IN ANIMO ESSE, SI QVA RE AD ID BELLVM OPVS SIT: INDICATVRVM REGI, REGNIQVE EIVS OPES

SCIRE, SVBSIDIA FIRMA AC FIDELIA SVÆ REIPVB. ESSE. Idē lib. xxii. auctor eſt flagrante bello Punico, Hieronem Syracuſanorum regem, Romam legatos miſiſſe, quorum oratio fuit, CÆDEM C. FLAMINII COS. EXERCITVSQVE ALLATAM, ADEO ÆGRE TVLISSE REGEM HIERONEM, VT NVLLA SVI PROPRIA REGNIQVE SVI CLADE MOVERI MAGIS POTVERIT. ITAQVE QVAMQVAM PROBE SCIRET, MAGNITVDINEM POPVLI ROMANI ADMIRABILIOREM PROPE ADVERSIS REBVS, QVAM SECVNDIS ESSE, MISSA TAMEN A SE OMNIA, QVIBVS A BONIS FIDELIBVSQVE SOCIIS BELLA IVVARI SOLEANT: QVÆ NE ACCIPERE ABNVERENT, MAGNOPERE SE P. C. ORARE. IAM OMNIVM PRIMVM, OMINIS CAVSA, VICTORIAM AVREAM PONDO CCCXX. AFFERRE SE SE: ACCIPERENT EAM, TENERENTQVE PROPRIAM ET PERPETVAM: &c. Ad ea reſponſum à Senatu, Liuius lib. xxii. ſcribit, VIRVM BONVM, EGREGIVMQVE SOCIVM HIERONEM ESSE, ATQVE VNO TENORE EX QVO IN AMICITIAM POPVLI RO. VENERIT, FIDEM COLVISSE, AC REM ROMANAM OMNI TEMPORE AC LOCO MVNIFICE ADIVVISSE. ID PERINDE AC DEBERET, PERGRATVM POPVLO RO. ESSE. AVRVM ET A CIVITATIBVS QVIBVSDAM ALLATVM, GRATIA REI ACCEPTA, NON ACCEPISSE POPVLVM ROMANVM: VICTORIAM OMENQVE ACCIPERE: SEDEMQVE SE EI DIVÆ DARE, DICARE, CAPITOLIVM TEMPLVM IOVIS OPT. MAX. IN EA ARCE VRBIS ROMÆ SACRATAM, VOLENTEM, PROPITIAMQVE, FIRMAM AC STABILEM POPVLO RO. FORE. Eodem tempore, Neapolitanos legatos Romam veniſſe, Liuius eod. lib. ſcriptum reliquit, & quinquaginta pateras aureas magni ponderis in Curiam intuliſſe, atque his verbis munus ornaſſe: SCIRE SE ROMANI POPVLI ÆRARIVM BELLO EXHAVRIRI: ET CVM IVXTA PRO VRBIBVS AGRISQVE SOCIORVM, AC PRO CAPITE ATQVE ARCE ITALIÆ VRBE ROMANA, ATQVE IMPERIO GERATVR, ÆQVVM CENSVISSE NEAPOLITANOS, QVOD AVRI SIBI CVM AD IPSORVM ORNATVM, TVM AD SVBSIDIVM FORTVNÆ A MAIORIBVS RELICTVM FORET, EO IVVARE POPVLVM RO. SI QVAM OPEM IN SESE CREDERENT, EODEM STVDIO FVISSE OBLATVROS: GRATVM SIBI PATRES, ROMANOS, POPVLVMQVE FACTVRVM, SI OMNES RES NEAPOLITANORVM SVAS DVXISSENT: DIGNOSQVE IVDICAVERINT, A QVIBVS DONVM ANIMO AC VOLVNTATE EORVM QVI LIBENTES DARENT, QVAM RE MAIVS, AMPLIVSQVE ACCIPERENT: hiſce legatis GRATIÆ ACTÆ PRO MVNIFICENTIA CVRAQVE: PATERA QVÆ PONDERIS MINIMI FVIT, ACCEPTA. Similiterque cum Peſtanorum legati pateras aureas Romam attuliſſent, iis, ſicut Neapolitanis, GRATIÆ ACTÆ ſunt, aurũmq; acceptum. Idē Liuius lib. XLIII. Bello Macedonico ſuſcepto Carthaginienſes per legatos Senatui indicaſſe memorat, magnam ſe frumenti vim ad mare deuectam habere, vt quò Senatus cenſuiſset, deportarent: addidiſséque, SCIRE SE ID MVNVS OFFICIVMQVE SVVM, MINVS ESSE, QVAM PRO MERITIS POPVLI RO. ET VOLVNTATE SVA: SED SÆPE ALIAS BONIS IN REBVS VTRIVSQVE POPVLI, SE GRATORVM FIDELIVMQVE SOCIORVM NVMERIBVS FVNCTOS ESSE: Item Maſaniſſæ legatos tritici candē ſummā pollicitos, & mille & ducentos equites, duodecim elephātos, & ſi QVID ALIVD OPVS ESSET, VTI IMPERARET SENATVS: ÆQVE PROPENSO ANIMO, AC QVÆ IPSE VLTRO POLLICITVS ESSET; REGEM PRÆSTATVRVM ESSE. GRATIÆ & Carthaginienſibus & Regi ACTÆ, ROGATIQVE VT EA QVÆ POLLICERENTVR, AD HOSTILIVM CONSVLEM IN MACEDONIAM DEPORTARENT. Quinetiam, quo tempore Annibal Italiam bello vrgebat, cum duodeuiginti coloniarum populi Ro. quæ in fide atque officio manſerant, legati, in Senatu dixiſsent, MILITES PARATOS HABERE SE SE, ET SI ILLV-

RIBVS

RIBVS OPVS ESSET, PLVRES DATVROS, ET QVIDQVID ALIVD IMPERARET, VELLETQVE POPVLVS ROMANVS, ENIXE FACTVROS: AD ID SIBI NEQVE OPES DEESSE, ANIMVM ETIAM SVPERESSE: Senatus, quàm potuit honoratiſſimo decreto, allocutus eos, mandauit Conſulibus, VT AD POPVLVM QVOQVE EOS PRODVCERENT: ET INTER MVLTA ALIA PRÆCLARA, QVÆ IPSIS, MAIORIBVSQVE SVIS PRÆSTITISSENT, RECENS ETIAM MERITVM EORVM IN REMPVB. COMMEMORARENT: IISQVE GRATIAS ET IN SENATV, ET APVD POPVLVM ACTAS, Liuius lib. XXVII. ſcribit.

Legatis verò, Sociorum & Amicorum iubebat Senatus LOCVM LAVTIAQVE PRÆBERI, ET MVNERA DARI. Liuius lib. XXV. de Saguntinorum legatis, LOCVS, *inde*, LAVTIAQVE, *legatis* PRÆBERI IVSSA. Idem lib. XXIII. *Breui poſt, legati à T. Quintio, & ab Rege venerunt. Macedones deducti extra vrbem in villam publicam: ibique iis* LOCVS, ET LAVTIA PRÆBITA, *& ad ædem Bellonæ Senatus eſt habitus.* Et lib. XLV. *Conſulti ab M. Iunio Conſule Patres ſtantibus in comitio legatis*, AN LOCVM, LAVTIA, SENATVMQVE DARENT. Item lib. XXX. de legatis Maſaniſſæ, *Ad hoc*, ÆDES, LIBERA LOCA, LAVTIA, *legatis decreta*. Sic & lib. XLII. Legatis Antiochi benignè reſponſum, ÆDESQVE LIBERAS HOSPITIO DATAS, SVMPTVMQVE DECRETVM, DONEC IN ITALIA ESSET, narrat. Inde à legatis Illyriorum lib. XLII. quæſitum in Senatu, ait, *Ecquid ita non adiſſent magiſtratum, vt ex inſtituto*, LOCA, LAVTIA, *acciperent*. Paulus ex Feſto. *Dacrymas pro lachrymas, Liuius ſæpe poſuit: nimirum, quod Græci appellant δάκρυα. Ita* DAVTIA, *quæ* LAVTIA, *& dantur legatis hoſpitij gratia.* Et hoc eſt, quod Appianus ἐν Ἰβηρικῇ, ait, Τῶν δὲ πρέσβεων, οἱ μὲν ἐκ τῆς φιλίας ἐς τὴν πόλιν εἰσελθόντες, ἐξενίζοντο. Apertius Plutarch. in Αἰτίοις. Τὸ γὰρ παλαιὸν, ὡς ἔοικεν, οἱ Ταμίαι ξένια τοῖς πρεσβεύουσιν ἔπεμπον. Ἐκαλεῖτο δὲ ΛΑΥΤΕΙΑ, τὰ πεμπόμενα. Oneſimo quoque, quem in Sociorum formulam relatum fuiſſe ſuprà docuimus, LOCVM, LAVTIA, PRÆBERI Senatus decreuit, apud Liuium lib. XLIIII. Idémq; de Aſclepiade & Polyſtrato, quos æquè in Sociorum formulam referendos Senatus cenſuit, decretum, oſtendunt hæc quæ ſuperſunt Senatuſconſulti verba, MVNVSQVE EIS EX FORMVLA, LOCVM, LAVTIAQVE QVÆSTOR VRBANVS EIS LOCARE MITTEREQVE. Quæ ſic in Græcum ſermonem conuerſa ſunt, Ζένιά τε αὐτοῖς κατὰ τὸ διάταγμα, Τόπον, Παροχήν τε, τὸν Ταμίαν κατὰ πόλιν τούτοις μισθῶσαι, ἀποστεῖλαί τε κελεύσωσιν. Has enim Quæſtorum partes fuiſſe ex Liuio & Valerio notius eſt, quàm vt probatione egeat. Ex illorũ vtriq; locorũ collatione colligitur, LOCVM, LOCA, LIBERA LOCA, ET ÆDES LIBERAS, pro eodem poni. Nam quod Liuius lib. XXVIII. XXXIII. XLIIII. & XLV. cùm Sc. de Aſclepiade, LOCVM appellat, idem lib. XLII. LOCA, & lib. XXX. LIBERA LOCA, & lib. XLII. LIBERAS ÆDES vocat. PVBLICI etiam, HOSPITII verba in eodem argumento vſurpari obſeruaui. Valer. Max. lib. V. cap. I. Senatum excuſatione vſum erga Regem Ptolemæum refert, quod non eum PVBLICO HOSPITIO EXCEPISSET. Rhodiorum quoque legati apud Liuium lib. XLV. *Antea*, aiunt, ex PVBLICO HOSPITIO, *in Curiam gratulatum vobis veniebamus*. Hinc cognoſci atque intelligi licet, quid ſenſerit Liuius lib. XLII. cùm legatis Maſaniſſæ & Carthaginienſium MVNERA EX INSTITVTO DATA, ALIAQVE HOSPITALIA COMITER CONSERVATA, ſcribit.

Quòd ad Munera attinet, Sciendum eſt, Legatis, vbi plures venerant, in ſingulos munera binûm millium æris, vt plurimum, decerni conſueuiſſe. Sic Cretenſium legatis IN SINGVLOS BINVM MILLIVM ÆRIS MVNERA MISSA, itidémq; Legatis Chalcidenſium MVNERA BINVM MILLIVM ÆRIS MISSA, Liuius lib. XLIII. ſcribit. Eod. lib. Athenienſium, Mileſiorum, Alabandenſium, Lampſacenorum legatis MVNERA IN SINGVLOS BINVM MILLIVM ÆRIS DATA, legimus. Thracũ etiam legatis MVNERA BINVM MILLIVM ÆRIS IN SINGVLOS MISSA lib. XLII. & XLV. refert. Necnon Pamphiliorum legatis BINVM MILLIVM ÆRIS MVNVS MISSVM, idem lib. XLIIII. memorat. Ibidémque & Rhodiis legatis MVNVS IN SINGVLOS, BINVM MILLIVM ÆRIS

MISSVM: quod ij non acceperunt. Eódémque libro, Cincibilis regis Gallorum, Carnorum item, Histrorúmque & Iapidum legatis, MVNERA EX BINIS MILLIBVS ÆRIS, mitti Senatum cenſuiſſe, ait. Nec tamen eorum liberalitas ita ſemper in Legatos clauſa erat. Antiochi enim regis legato CENTVM MILLIVM ÆRIS MVNVS miſſum Liuius lib. XLII. ſcribit. Saguntinorum quoque legatis MVNERIS ERGO IN SINGVLOS DARI, NE MINVS DENA MILLIA ÆRIS, Senatũ iuſſiſſe, ait lib. XXVIII. Legatis etiam ab Ptolemæo & Cleopatra Regibus Aegypti miſſis, MVNERA DARI IVSSA IN SINGVLOS, QVATERNVM MILLIVM ÆRIS, idem lib. XXXVII. teſtis eſt. Maſiniſſæ verò legatis, in SINGVLOS DONA NE MINVS QVINVM MILLIVM: Comitibus eorum, MILLIBVS ÆRIS, Prætorem mittere iuſſum, lib. XXX. refert.

Legatis hoſtium ſuum quoque Senatum dabo. Eum more maiorum extra vrbem dari conſueuiſſe, ex Liuij multis locis, & Seruio in VII. Aeneid. conſtat. Eámque Appianus ἐν Ἰβηρικῇ differentiam inter ſociorum, & hoſtium legatos ſtatuit, quòd illi hoſpitio in vrbe excipiebantur, οἱ δὲ ἐκ τῶν πολεμίων, ὡς ἔθος ἐστὶν, ἔξω τυχὸν ἐστάθμευον. Liuius lib. XXX. Legatos Carthaginienſes vetitos INGREDI VRBEM, HOSPITIVMQVE IIS IN VILLA PVBLICA, SENATVM AD ÆDEM BELLONÆ DATVM, memorat. Hinc eſt, quod Rhodiorum legati apud eundem lib. XLV. queruntur, *ſe prope hoſtium more, extra vrbem manere iuſſos.*

Atque vt benignè & comiter illis reſpondebatur, ita his ferociter: vrbéque & Italia intra paucos dies excedere iubebantur. Salluſt. in bello Iugurth. cùm ad Senatum Beſtia retuliſſet, placerétne legatos Iugurthæ in vrbem introduci, decreuiſſe Senatum ait; NI REGNVM, IPSVMQVE DEDITVM VENISSENT, VTI DIEBVS PROXIMIS DECEM, ITALIA DECEDERENT. Auctor eſt Liuius lib. XLII. non placuiſſe Senatui legatos qui ab Rege Perſeò venerant, in oppidum intromitti, cùm iam bellum regi eorum & Macedonibus Senatus decreuiſſet, & populus iuſſiſſet. Proinde extra vrbem in æde Bellonæ in Senatum introductos, & auditos: iuſſóſque RENVNTIARE REGI, P. LICINIVM COS. BREVI CVM EXERCITV FVTVRVM IN MACEDONIA. AD EVM, SI SATISFACERE IN ANIMO ESSET, MITTERET LEGATOS: ROMAM, QVOD PRÆTEREA MITTERET, NON ESSE. NEMINEM EORVM PER ITALIAM IRE LICITVRVM. P. LICINIO COS. MANDATVM, INTRA VNDECIMVM DIEM IVBERET EOS ITALIA EXCEDERE, ET SP. CARVILIVM MITTERET, QVI EOS, DONEC NAVEM CONSCENDISSENT, CVSTODIRET. Eodem lib. narrat, Perſei legatis, quamquam ad bellum conſilia erant deſtinata, SENATVM TAMEN PRÆBERI, PLACVISSE: poſtea dimiſſos, denuntiatúmque, MOENIBVS VRBIS ROMÆ, EXTEMPLO, ITALIA, INTRA XXX. DIEM EXCEDERENT. Idem lib. XXXVII. de Aetolorum legatis: *Exprimere cupientibus, quarum rerum in ſe arbitrium Senatui permitterent, nihil certi reſpõſum eſt: ita infecta pace dimiſſi,* VRBE EODEM DIE, ITALIA, INTRA QVINDECIM DIES, EXCEDERE IVSSI. Rurſus eod. lib. de aliis eorũdẽ Aetolorum legatis, Senatuſconſultum in M. Acilij ſententiam factum, ſcribit: VT EO DIE IVBERENTVR PROFICISCI AB VRBE, ET INTRA QVINTVM DECIMVM DIEM ITALIA EXCEDERE. A. TERENTIVS VARRO AD CVSTODIENDVM ITER EORVM MISSVS; DENVNTIATVMQVE, SI QVA DEINDE LEGATIO EX ÆTOLIS, NISI PERMISSV IMPERATORIS, QVI EAM PROVINCIAM OBTINERET, AC CVM LEGATO ROMANO, VENISSET ROMAM, PRO HOSTIBVS OMNES FVTVROS. Sic etiam cùm ementito indicio relatum eſſet, Volſcos, ludorum ſpecie, vrbem ingreſſos, nocturnas ei parare inſidias, Senatuſconſultum factum Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. VIII. ſcribit, Excedere eos omnes ex vrbe ante noctem, pœna capitis per præconem indicta iis qui morarentur: datum verò negotium Coſſ. curarent, vt tuto, & illæſi diſcederent. Quod his verbis ſignificat. Ἔδοξε τι ἄπασιν, Ἀπαλλάττεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐκ τῆς πόλεως, πρὶν ἥλιον δῦναι: Τοῖς δὲ μὴ πειθεῖσιν ἐπικεῖσθαι θάνατον. Ἐπιμεληθῆναι δὲ τῆς ἀπαλλαγῆς αὐτῶν, ἵνα χωρὶς ὕβρεως καὶ μετὰ ἀσφαλείας

λείας γένοιτο, τοὺς ὑπάτους. Id quod breuius perſtringit Liu. lib. VIII. *factóque*, inquiēs, *Senatuſcõſulto*, VT VRBE EXCEDERENT VOLSCI, *præcones dimittuntur, qui omnes eos proficiſci ante noctem iuberent.* Quinetiam, vbi Romæ nuntiatum eſt Carthalonem nobilem Carthaginiēſem cum captiuis qui ſe redimi poſtulabāt, venire, lictorem ei obuiam miſſum idem lib. XXII. refert, qui Dictatoris verbis nuntiaret, VT ANTE NOCTEM E FINIBVS ROMANIS EXCEDERET. Poſt Annibalis ex Italia exceſſum, cùm Carthaginienſium legati de pace ad Senatum veniſſent, Senatuſconſultum in Valerij Leuini ſententiā factum, IVBENDOS EOS ITALIA EXCEDERE ET CVSTODES CVM IIS VSQVE AD NAVES MITTENDOS: SCIPIONIQVE SCRIBENDVM, NE BELLVM REMITTERET, Liuius lib. XXX. teſtatur. Idē lib. XLII. *Cùm bellū Macedonicum expectaretur, Iſſenſes legati apud Senatum queſti ſunt, Gētium Illyriorum regem fines ſuos ſecundò populatum: ſimúlque nuntiarunt, vno animo viuere Macedonum atque Illyriorum regem, communi auxilio parare Romanis bellum, & ſpecie legatorum, Illyrios, ſpeculatores Romæ eſſe Perſeo auctore miſſos, vt quid ageretur ſcirent. Illyrij vocati in Senatum, qui cùm legatos ſe eſſe miſſos ab rege dicerent, ad purganda crimina. ſi qua de rege Iſſenſes deferrent, quæſitum, ecquid ita non adiſſent magiſtratum, vt ex inſtituto loca, lautia acciperent: Sciretur denique veniſſe eos, & ſuper qua re veniſſent. Hæſitantibus in reſponſo*, VT CVRIA EXCEDERENT, *dictum*: RESPONSVM TANQVAM LEGATIS VT QVI ADIRE SENATVM NON POSTVLASSENT, DARI NON PLACVIT. Nam & quādoque Senatū non datum iis, qui dubię & ſuſpectæ fidei erāt, Rhodiorū exēplū lib. XLV. Liuij docet, qui, poſt Perſeū victū, cùm gratulatum ſe de victoria, purgatúmque ciuitatis crimina veniſſe dicētes, petiiſſent, VT SIBI SENATVS DARETVR, conſulti de ea re ab M. Iunio Conſule Patres, AN LOCVM, LAVTIA, SENATVMQVE DARENT? NVLLVM HOSPITALE IVS IN IIS SERVANDVM, *cenſuerunt. Egreſſus itaque è Curia Conſul ſtantibus legatis in comitio, pronuntiauit*: SOCIIS ET AMICIS ET ALIA COMITER ATQVE HOSPITALITER PRÆSTARE ROMANOS, ET SENATVM DARE CONSVESSE. RHODIOS NON ITA MERITOS EO BELLO, VT AMICORVM SOCIORVM NVMERO HABENDI SINT. Salluſt. lib. de bello Iugurth. Legatis quos Bocchus Romam miſit, poſtquam erraſſe regem, & Iugurthæ ſcelere lapſum deprecati eſſent, amicitiámque & fœdus petiiſſent, reſpōſum fuiſſe narrat hoc modo: SENATVS ET POPVLVS RO. BENEFICII ET INIVRIÆ MEMOR ESSE SOLET: CETERVM BOCCHO, QVONIAM PENITET, DELICTI GRATIAM FACIT: FOEDVS ET AMICITIA DABVNTVR, CVM PROMERVERIT.

Sanè Bello ſociali, cùm ſocij Latini nominis legatos miſiſſent, qui quererentur ſibi ciuitatis ius denegari, cùm tamen ipſorum auxilio populus Ro. longè latéque rerum potiretur: Senatus his, quemadmodum Appianus lib. I. bellor. ciuil. ſcribit, μάλα χαλεπῶς ἀπεκρίνατο, εἰ μεταγινώσκουσι τῶν γεγονότων, πρεσβεύειν ἐς αὐτὴν, ἄλλως δὲ μή. Enimuero cum Gracchus & Flaccus Auentino monte occupato, Quintum Flacci filium acturum de concordia, ad Senatum miſiſſent, reſponſum eſſe à Senatu, idem Appian. lib. I. bellor. ciuil. ſcribit, Venirent ipſi poſitis armis, & quæ vellent, dicerent: aliàs non eſſe, cur quemquam in poſterum mitterent. Eadem ſeueritate Senatus vſus eſt, cùm coloni Circeienſes legatos miſiſſent qui ſe purgarent de crimine Volſci belli, captiuóſque repeterent. Non tantùm enim de captiuis negatum, ait Liuius lib. VI. verùm etiam, QVOD CIVES RO. NEFANDA PATRIÆ OPPVGNANDÆ CONSILIA INIISSENT, *denuntiatum Senatus verbis*, FACESSERENT PROPERE EX VRBE, AB ORE ATQVE OCVLIS POPVLI RO. NE NIHIL EOS LEGATIONIS IVS, EXTERNO, NON CIVI, COMPARATVM, TEGERET. Annibale etiam Italiam premente, cùm è XXX. Populi Ro. coloniis, duodecim, imperium detrectaſſent, negaſſéntque per legatos, eſſe vnde milites pecuniámq; darent, aliis coloniis quæ in fide atque officio priſtino manſerāt, & in Senatu & in concione collaudatis, illarū nullā mentionē fieri placuit, NEQVE EARVM LEGATOS DIMITTI, NEQVE RETINERI, NEQVE APPELLARI A COSS. *Ea tacita caſtigatio maximè ex dignitate populi Ro. viſa eſt*: quēadmodū Liuius lib. XXVII. ſcribit. Atrox

poſtea Senatuſconſultum in eas colonias factum eſt, quod ab eodem lib.xxix.refertur. quo, inter cetera, cautum fuit, NEQVE, SI POSTVLARENT, SENATVM DARI, PRIVSQVAM IMPERATA FECISSENT. Cretenſium verò legatis commemorantibus, quantum ſibi imperatum à P. Licinio Coſ. eſſet ſagittariorum, in Macedoniam miſiſſe: nec infitiantibus apud Perſea maiorem numerum ſagittariorum quàm apud Romanos militare: Reſponſum, teſte Liuio lib.xliii. fuit: SI CRETENSES BENE AC GRAVITER DESTINARENT, POTIOREM POPVLI RO. QVAM REGIS PERSEI AMICITIAM HABERE, SENATVM QVOQVE ROMANVM, IIS TANQVAM CERTIS SOCIIS, RESPONSVM DATVRVM ESSE: INTEREA NVNTIARENT SVIS, PLACERE SENATVI, DARE OPERAM CRETENSES, VT QVOS MILITES INTRA PRÆSIDIA REGIS PERSEI HABERENT, EOS PRIMO QVOQVE TEMPORE DOMVM REVOCARENT. Idem Liuius lib.viii. Sãnites, per legatos, pacem ſibi à Romanis, bellíque ius aduerſus Sidicinos petiiſſe refert. De quorum poſtulatis cum Prætor Senatum conſuluiſſet, reddendúmque his fœdus Patres cenſuiſſent, Prætor Samnitibus reſpondit: NEC, QVO MINVS PERPETVA CVM EIS AMICITIA ESSET, PER POPVLVM RO. STETISSE: NEC CONTRADICI, QVIN, QVONIAM IPSOS BELLI CVLPA SVA CONTRACTI TEDIVM CEPERIT, AMICITIA DE INTEGRO RECONCILIETVR. QVOD AD SIDICINOS ATTINET, NIHIL INTERCEDI, QVO MINVS SAMNITI POPVLO, PACIS BELLIQVE LIBERVM ARBITRIVM SIT. Idẽ lib. ix. Samnites multis prælijs fuſos ac victos, tandem ſeu finem, ſeu dilationẽ belli quærẽtes, Legatos de pace Romam miſiſſe: quibus ſuppliciter agentibus reſponſum eſt, NISI SÆPE BELLVM PARANTES PACEM PETIISSENT SAMNITES, ORATIONE VLTRO CITROQVE HABITA, DE PACE TRANSIGI POTVISSE: NVNC, QVANDO VERBA VANA AD ID LOCORVM FVERINT, REBVS STANDVM ESSE. P. SEMPRONIVM COS, CVM EXERCITV BREVI IN SAMNIO FORE: EVM AD BELLVM PACEMVE INCLINENT ANIMI, FALLI NON POSSE: COMPERTA OMNIA SENATVI RELATVRVM: DECEDENTEM EX SAMNIO COS. LEGATI SEQVERENTVR. Quinctiã cũ Perſeus ad P. Licinium Coſ. legatos miſiſſet, qui pacem peterent, vectigal quantum Philippus pactus eſſet, daturũ Perſea Romanis: Vrbibus, agris, locíſque quibus Philippus ceſſiſſet, ceſſurũ, pollicerentur: His reſponſum eſt, ITA PACEM DARI, SI DE SVMMA RERVM LIBERVM PERMITTERET REX, DE SE VNIVERSAQVE MACEDONIA STATVENDI IVS. Hæc ita Liuius lib.xlii. Eodémque modo Ætolorum legatis duas conditiones latas eſſe idem lib.xxxvii. ſcribit, VT VEL SENATVI LIBERVM ARBITRIVM DE SE PERMITTERENT, VEL MILLE TALENTVM DARENT, EOSDEMQVE AMICOS ATQVE INIMICOS HABERENT.

Vt autem hoſtium legatos excedere iubebat Senatus ita legatis ad renuntiandam amicitiam ad ſe miſſis, Perſes denuntiaſſe dicitur, vt triduo regni ſui finibus decederent, quemadmodum Liuius lib.xlii. tradit.

Ceterùm qui Senatum habebat, permittebat Patribus legatos interrogare quæ quiſq; vellet. Liuius lib.xxx. *Cum more tradito à patribus poteſtatẽ* INTERROGANDI SI QVIS QVID VELLET, *legatis Prætor feciſſet: ſenioréſque qui fœderibus interfuerant, alia alij interrogarẽt.* Idem lib.xxxvii. de Ætolorum legatis *Præſentes*, INTERROGATIONIBVS *Senatorum, confeſſionẽ magis noxæ quam reſponſa exprimentium, fatigati ſunt.* Alio etiam prioris libri loco poſt auditos Carthaginienſes legatos, cuius legationis princeps erat Aſdrubal, eùm flecti miſericordia Patres appareret, Senatorum vnum infeſtum perfidiæ Carthaginiẽſium ſuccla-maſſe tradit, PER QVOS DEOS FOEDVS ICTVRI ESSENT, CVM EOS PER QVOS ANTE ICTVM ESSET, FEFELLISSENT. Cui Aſdrubal reſpondit, PER EOSDEM QVI TAM INFESTI SVNT FOEDERA VIOLANTIBVS. Idem lib. xxxvii. Ætolorum legatos ab vno Senatore interrogatos ſcribit, PERMITTERENTNE ARBITRIVM DE SE POPVLO RO. *Deinde ab altero*, HABITVRINE EOSDEM QVOS POPVLVS RO. SOCIOS ET HOSTES ESSENT? *nihil ad ea reſpondentes, egredi templo iuſsi ſunt. Conclamatum deinde prope ab vniuerſo Senatu eſt*, TOTOS ADHVC ANTIOCHI AETOLOS ESSE, ET EX VNICA EA SPE PENDERE ANIMOS EORVM. Poſtea, eorundem legatos iterũ Romã

miſſos

miſſos inter cetera in Senatu hoc quoq; interrogatos eod. lib. ſcribit, VNDE AVDISSENT *Imperatores Romanos in Aſia captos ab Antiocho Rege, & exercitũ deletum eſſe*, ÆTOLOS RESPONDISSE, AB SVIS LEGATIS SE, QVI CVM CONSVLE FVERINT, CERTIORES FACTOS.

Legatorum porrò mandatis auditis ſummotos eos, curiáque excedere iuſſos, vt de eorum poſtulatis conſuli Patres poſſent, intelliget, qui Liuij à me in hoc de legationibus capite, adductos locos adibit.

Senatus etiam, vbi res poſcebat, Legatos mitti decernebat, iiſque varia, pro rerum & negotiorũ varietate, mandata dabat. Liuius lib. xxix. Legatos quinque, Conſularem vnum, Prætorium alterum, Ædilitium alium, & duos Quæſtorios ad Attalum regẽ Senatum decreuiſſe ſcribit, vt eius ope Idæa mater Romam Peſſinunte deueheretur ac deportaretur: quibus Senatus quinqueremes quinque decreuit, VT EX DIGNITATE POPVLI RO. ADIRENT EAS TERRAS, AD QVAS CONCILIANDA MAIESTAS NOMINI ROMANO ESSET. Idem lib. xxxi. legatos miſſos ex Sc. ad Maſiniſſam, qui GRATVLARENTVR QVOD NON MODO PATRIVM RECVPERASSET REGNVM, SED PARTE FLORENTISSIMA SYPHACIS FINIVM ADIECTA, ETIAM AVXISSET: NVNTIARENT PRÆTEREA, BELLVM CVM PHILIPPO REGE SVSCEPTVM: PETERENTQVE VT AD ID BELLVM MITTERET AVXILIA NVMIDARVM EQVITVM, ET DONA AMPLA FERRENT, POLLICERENTVRQVE, SI QVID EI AD FIRMANDVM AVGENDVMQVE REGNVM OPVS ESSE IVDICASSET, ENIXE ID POPVLVM RO. MERITO EIVS PRÆSTATVRVM. Eodémque libro legimus legatos miſſos ad Ptolemæum regem Ægypti, VT ET ANNVNTIARENT VICTVM ANNIBALEM, POENOSQVE, ET GRATIAS AGERENT REGI, QVOD IN REBVS DVBIIS, CVM FINITIMI ETIAM SOCII ROMANOS DESERERENT, IN FIDE MANSISSET: ET PETERENT, VT SI COACTI INIVRIIS BELLVM ADVERSVS PHILIPPVM SVSCEPISSENT, PRISTINVM ANIMVM ERGA POPVLVM RO. CONSERVARET. Legatos etiam Tybur miſiſſe Senatum lib. ix. narrat, VT DARENT OPERAM VT TIBICINES ROMANIS RESTITVERENTVR. Poſt cladẽ Samnitico bello acceptam, cùm ob terrorem qui patres inuaſerat, Dictatorem Papyrium Curſorem Dici placuiſſet, qui alteri Conſuli Fabio priuatim infeſtus erat, legatos, ex Conſularium numero, ad Fabium mittendos Senatus auctore eodem Liuio lib. ix. cenſuit, QVI SVA QVOQVE EVM, NON SOLVM PVBLICA AVCTORITATE MONERENT, VT MEMORIAM SIMVLTATVM, PATRIÆ REMITTERET. Præterea cùm eſſet Romæ nuntiatum C. Caſſium Conſulem, qui Galliam prouinciam ſortitus erat, cum exercitu profectum per Illyricum in Macedoniam eſſe, indignatus Senatus tantum auſum Conſulem, vt ſuam prouinciã relinqueret, in alienã tranſiret, exercitúmq; periculoſo itinere inter exteras gentes duceret, decreuit, vt C. SVLPITIVS PRÆTOR TRES EX SENATV NOMINARET LEGATOS, QVI EO DIE PROFICISCERENTVR EX VRBE, ET QVANTVM ACCELERARE POSSENT, CASSIVM CONSVLEM VBICVMQVE ESSET, PERSEQVERENTVR: NVNTIARENT, NE BELLVM CVM VLLA GENTE MOVERET, NISI CVM QVA SENATVS GERENDVM CENSVISSET. Hæc ita Liuius lib. XLIII. Legatos etiam ad renouandam cum Regibus amicitiã, donáque ferenda miſſos ſuprá oſtendimus. Item Sulpitio Conſuli à Patribus permiſſum, vt quem videretur, ex his, qui extra Senatũ eſſent, legatum mitterent ad bellum Philippo regi indicendum, Liuius lib. xxxi. ſcribit.

Decem autem legatos mitti more maiorum conſueuiſſe Liuius non vno loco docet. Sic enim lib. xxxiii. *Haud multa verba facta, cùm Macedones quæcumque Senatus cenſuiſſet, id regem facturum eſſe dicerent*. DECEM LEGATI MORE MAIORVM, QVORVM EX CONSILIO T. QVINTIVS IMPERATOR LEGES PACIS PHILIPPO DARET, DECRETI, *adiectúmque*, VT IN EO NVMERO LEGATORVM, P. SVLPITIVS, ET P. VILLIVS ESSENT: QVI COSS. PROVINCIAM MACEDONIAM OBTINVISSENT. Aſiaticis quoque legationibus reſpondiſſe Senatũ, DECEM SE LEGATOS MORE MAIORVM MISSVRVM, IDEM lib. xxvii. ſcribit. Decem etiam legatis, diſceptationem cum Antiocho delegatam lib. xxxiiii. narrat. Apud eundem lib. xxix. Metellus, CONSVLES, DECEM LEGATOS QVOS IIS VIDERETVR, EX SENATV LEGERE, cenſet. Manlius verò lib. xxxviii. decem legatos, conſilium diſpenſandæ cohoneſtandæquè victoriæ, Impe-

raroribus maiores dediſſe ait. Ibidem & fœdus cum Antiocho ex decem legatorũ ſententia conſcriptum refert.

Quamquã minore numero aliàs cõtentos fuiſſe ſcio. Liuius lib. XLII. *Cùm Theſſalos in armis eſſe nuntiatum eſt*, *App. Claudium* LEGATVM, AD EAS RES ASPICIENDAS COMPONENDASQVE SENATVS MISIT. Eodémq; lib. Legatos quinque ad regem Perſea miſſos narrat, QVI RES IN MACEDONIA ASPICERENT: ſimúlque Alexandriam ad Ptolemæum renouandæ amicitiæ cauſa proficiſceren tur Idem lib. XXXVI. ſcribit, legatos remos in Africam ad Carthaginiẽſes, & in Numidiam miſſos ad frumentum rogandum quod in Græciam portaretur, pro quo pretiũ ſolueret populus Ro.

Legati verò à Senatu ad diſceptandas controuerſias miſſi, vti pronuntiarent, Liuius lib. XXXIX. indicat. Legatos enim diſceptatores controuerſiarum inter Theſſalos, Perrœbos, & Philippum Macedonum regem, cauſa cognita pronuntiaſſe ait, PLACERE DEDVCI PRÆSIDIA MACEDONVM EX IIS VRBIBVS: ET ANTIQVIS MACEDONIÆ TERMINIS REGNVM FINIRI. DE INIVRIIS QVAS VLTRO CITROQVE ILLATAS QVERANTVR, QVOQVO MODO INTER EAS GENTES ET MACEDONAS DISCEPTETVR, FORMVLAM IVRIS EXEQVENDI CONSTITVENDAM ESSE. Iidem cum Eumenis querelas & Philippi defenſionem audiſſent, *medio*, ait Liuius, *reſponſo rẽ ſuſpenderunt*: SI X. LEGATORVM DECRETO EVMENI DATÆ CIVITATES EÆ ESSENT, NIHIL SE MVTARE. SI PHILIPPVS BELLO CEPISSET EAS, PRÆMIVM VICTORIÆ IVRE BELLI HABITVRVM. SI NEVTRVM EORVM FORET, PLACERE COGNITIONEM SENATVI RESERVARI: ET VT OMNIA IN INTEGRO MANERENT. PRÆSIDIA QVÆ IN IIS VRBIBVS SINT, DEDVCI.

Iam vt ad ea, quæ de Bello fiebant, Senatuſconſulta deſcendamus, vbi bellum nouum ſuſcipiendum, ineundum, & indicendum erat, Senatus decernere ſolebat, Rogationem de ea re ad Populum ferri. Ita, Senatum cenſuiſſe ex Liuij lib. XXXI. colligimus, VT IS CONSVL CVI MACEDONIA PROVINCIA EVENISSET, AD POPVLVM FERRET, VT PHILIPPO REGI MACEDONVM INDICERETVR BELLVM. Idem lib. XXXVI. *Patres* ROGATIONEM AD POPVLVM FERRI *iuſſerunt*, VELLENT IVBERENTNE CVM ANTIOCHO REGE, QVIQVE SECTAM EIVS SECVTI ESSENT, BELLVM INIRI. Et lib. XLII. *Patres*, QVOD FAVSTVM FELIXQVE POPVLO RO. ESSET, CENTVRIATIS COMITIIS PRIMO QVOQVE DIE FERRE AD POPVLVM COSS. *iuſſerunt*, VT QVOD PERSEVS PHILIPPI FILIVS, MACEDONVM REX, ADVERSVS FOEDVS CVM PATRE PHILIPPO ICTVM, ET SECVM POST MORTEM EIVS RENOVATVM, SOCIIS POPVLI RO. ARMA INTVLISSET, AGROS VASTASSET, VRBESQVE OCCVPASSET: QVODQVE BELLI PARANDI ADVERSVS P. R. CONSILIA INISSET, ARMA, MILITES, CLASSEM EIVS REI CAVSA COMPARASSET, VT NISI DE IIS REBVS SATISFECISSET, BELLVM CVM EO INIRETVR. *Hæc rogatio ad populum lata eſt. Senatuſconſultum inde factum, vt* CVI MACEDONIA PROVINCIA OBVENISSET, VT IS REGEM PERSEA, QVIQVE EIVS SECTAM SECVTI ESSENT, NISI P. R. SATISFECISSENT, BELLO PERSEQVERETVR.

Cenſebant etiam, Res repeti ab his quibus bellum denuntiandum erat. Liuius lib. X. *Breuis conſultatio Senatus fuit: ad vnum omnes*, IVNGENDVM FOEDVS CVM LVCANIS, RESQVE REPETENDAS AB SAMNITIBVS, *cenſent*. Ibidémque Senatum cenſuiſſe refert, FÆCIALES AD FALISCOS AD RES REPETENDAS MITTENDOS. Hinc lib. VII. *De Hernicis*, ait, *conſultus Senatus cum* FÆCIALES AD RES REPETENDAS *nequicquam* MISISSET.

Vbi vero de bello Coſ. retulerant, decernere in eo genere ſolebat Senatus, quantis copiis, quo militum numero, quibus quótve legionibus, & per quos duces, bellum geri, & rem bellicam adminiſtrari, placeret. Delectus item haberi, nouáſque legiones cõſcribi cenſebat Senatus: ſupplementum quoque, ſi quod opus eſſet, ſcribere Cõſulibus permittebat: prorogabat etiam interdum Conſulibus, Prætoribus, Proconſulibus, Proprætoribúſve prioris anni, imperium. Denique, vt breue faciam, quæcumque ad belli adminiſtrationem pertinebant, huiuſmodi Senatuſconſultis decernebantur.

Nihil

Nihil opus eſt exẽplis hoc facere lõgius: ſunt enim ſparſa in Liuij libris: inde ſumet qui volet. Vt tamẽ ad corũ inueſtigationẽ viã ſternã, vnũ aut itẽ alterũ, vnde reliqua diſcãtur, ſubiiciam. Liu. lib, XLIIII. *Legatis auditis, tunc* DE BELLO REFERRE SESE *L. Aemilius dixit. Senatus decreuit*, VT IN OCTO LEGIONES PAREM NVMERVM TRIBVNORVM, CONSVLES, ET POPVLVS CREARENT: CREARI AVTEM NEMINEM EO ANNO PLACERE, NISI QVI HONOREM GESSISSET. TVM EX OMNIBVS TRIBVNIS MILITVM VTI L. ÆMILIVS IN DVAS LEGIONES IN MACEDONIAM, QVOS EORVM VELIT, ELIGAT, ET VT SOLLEMNI LATINARVM PERFECTO, L. ÆMILIVS COS. CN. OCTAVIVS PR. CVI CLASSIS OBTIGISSET, IN PROVINCIAM PROFICISCANTVR, &c. Et mox: DELECTVS CVRA CN. LICINIO CONSVLI IMPOSITA. IS SEPTEM MILLIA CIVIVM ROMANORVM, ET EQVITES CC. SCRIBERE IVSSVS: ET SOCIIS NOMINIS LATINI SEPTEM MILLIA PEDITVM IMPERARE, CCCC. EQVITES: ET CN. SERVILIO GALLIAM OBTINENTI PROVINCIAM, LITERAS MITTERE, VT SEXCENTOS EQVITES CONSCRIBERET. HVNC EXERCITVM AD COLLEGAM PRIMO QVOQVE TEMPORE MITTERE IN MACEDONIAM IVSSVS, NEQVE IN EA PROVINCIA PLVS QVAM DVAS LEGIONES ESSE: EAS REPLERI, VT SENA MILLIA PEDITVM, TRECENTOS HABERENT EQVITES: CETEROS EQVITES, PEDITESQVE IN PRÆSIDIIS DISPONI. Idem lib. XXVI. de Fuluio & Sulpitio Coss. *Senatu*, ait, *in Capitolium vocato, de Republica*, DE ADMINISTRATIONE BELLI, *de prouinciis, exercitibúſque Patres conſuluerunt*. Q. FVLVIO, ET APPIO CLAVDIO PRIORIS ANNI COSS. PROROGATVM IMPERIVM EST. ATQVE EXERCITVS, QVOS HABEBANT, DECRETI. *adiectúmque*, NE A CAPVA QVAM OBSIDEBANT, ABSCEDERENT, PRIVSQVAM EXPVGNASSENT. Et mox: ET PRÆTORIBVS PRIORIS ANNI, M. IVNIO IN HETRVRIA, P. SEMPRONIO IN GALLIA, CVM BINIS LEGIONIBVS QVAS HABVERAT, PROROGATVM EST IMPERIVM. PROROGATVM ET M. MARCELLO, VT PROCONSVL IN SICILIA RELIQVIAS BELLI PERFICERET, EO EXERCITV, QVEM HABERET: SI SVPPLEMENTO OPVS ESSET, SVPPLERET DE LEGIONIBVS, QVIBVS P. CORNELIVS PROPR. IN SICILIA PRÆESSET: DVM NE QVEM MILITEM LEGERET EX EO NVMERO, QVIBVS SENATVS MISSIONEM REDITVMQVE IN PATRIAM NEGASSET ANTE BELLI FINEM. C. SVLPITIO, CVI SICILIA EVENERAT, DVÆ LEGIONES, QVAS P. CORNELIVS HABVISSET, DECRETÆ: ET SVPPLEMENTVM DE EXERCITV CN. FVLVII, QVI PRIORE ANNO IN APVLIA FOEDE CÆSVS FVGATVSQVE ERAT. Extra numerum & iſtud addam: *De Repub.* BELLOQVE GERENDO, ait Liuius lib. XXIIII. ET QVANTVM COPIARVM, ET VBI QVÆQVE ESSENT, COSS. *ad Senatum retulerunt*. DVODEVIGINTI LEGIONIBVS BELLVM GERI PLACVIT: BINAS COSS. SIBI SVMERE: BINIS GALLIAM, SICILIAMQVE AC SARDINIAM OBTINERI, DVABVSQVE Q. FABIVM PRÆT. APVLIÆ, DVABVS VOLONVM T. GRACCHVM CIRCA LVCERIAM PRÆESSE. SINGVLAS C. TERENTIO PROCOS. AD PICENVM, ET M. VALERIO AD CLASSEM CIRCA BRVNDVSIVM, ET DVAS VRBI PRÆSIDIVM RELINQVI. *Hic vt numerus legionũ expleretur, ſex nouæ legiones erant ſcribẽdæ.* EAS PRIMO QVOQVE TEMPORE COSS. SCRIBERE IVSSI, ET CLASSEM PARARE, VT CVM EIS NAVIBVS, QVÆ PRO CALABRIÆ LITTORIBVS IN STATIONE ESSENT, CL. LONGARVM NAVIVM CLASSIS EO ANNO EXPLERETVR. Variam eiuſmodi Senatuſconſultorum formulam reſtatur, quod idem lib. XXII. ſcribit, *Tum de* BELLO *réque publica Dictator retulit.* QVIBVS QVOTVE LEGIONIBVS VICTORI HOSTI OBVIAM EVNDVM ESSE, *Patres cenſerent: Decretum,*

VT AE CN. SERVILIO CONSVLE EXERCITVM ACCIPERET: SCRIBERET PRÆTERRA EX CIVIBVS SOCIISQVE, QVANTVM EQVITVM AC PEDITVM VIDERETVR: CETERA OMNIA AGERET, FACERETQVE, VT E REPVB. DVCERET.

Rebus verò trepidis, & vbi terror Patres inuaſerat, DICTATOREM DICI, primis Reipub. temporibus, vt plurimùm cenſebant. Exemplis abundat Liuius: è quorum turba aliquot retuliſſe ſatis erit. *Quæ vbi*, ait ille lib. IIII. *tumultu maiore etiam quàm res erat, nuntiantur Romam, Senatus extemplo (quod in rebus trepidis vltimum conſilium erat)* DICTATOREM DICI IVSSIT. Et aliàs eodem lib. *Senatus, vt in trepidis rebus*, DICTATOREM DICI MAMERCVM ÆMILIVM IVSSIT. Idem lib. VI. *Trepidi Patres ad duo vltima auxilia, ſummum imperium, ſummúmque ad ciuem decurrunt*, DICTATOREM DICI PLACET. Et lib. IX. *Terror Patres inuaſit*, DICTATOREMQVE DICI PLACEAT. Eodémq; modo poſt Flaminiũ Coſ. ad Traſimenum lacũ, cæſum, & Romanos victos, *ad remedium*, ait Liuius lib. XXII. *iamdiu deſideratum, nec adhibitum, Dictatorem dicendũ ciuitas confugit: Et quia & Conſul aberat, à quo vno dici poſſe videbatur: nec per occupatam armis Punicis Italiam facilè erat, aut nuntium, aut litteras mitti: nec Dictatorem populus creare poterat: quod nunquã ante eam diẽ factum erat*, PRODICTATOREM *populus creauit Q. Fabium Maximũ, & Magiſtrum equitum, M. Minutium Rufum. Hiſque negotium ab Senatu datũ*, VT MVROS TVRRESQVE VRBIS FIRMARENT, ET PRÆSIDIA DISPONERENT, QVIBVS LOCIS VIDERETVR, PONTESQVE RESCINDERENT FLVMINVM: AC TVM PRO PENATIBVS, PRO VRBE DIMICANDVM ESSE, QVANDO ITALIAM TVERI NEQVIVISSENT.

Solebat etiam Senatuſconſultis decerni, TVMVLTVM ESSE. Indicio eſt ea quam Cicero Philipp. V. dicit ſententia, in qua eſt, TVMVLTVM CENSEO DECERNI, IVSTITIVM EDICI. Idem Philipp. VI. TVMVLTVM DECERNI, IVSTITIVM EDICI, SAGA SVMI DIXI PLACERE, *quò omnes acrius grauiúsque incumberent, ad vlciſcendas Reipub. iniurias, ſi omnia grauiſſimi belli inſignia ſuſcepta a Senatu viderent.* Et alio eiuſdem orationis loco, *Minus laboraui, vt mihi Senatus aſſentiretur*, TVMVLTVM DECERNERET, SAGA SVMI IVBERET. Proinde Dio lib. XXXVII. coniuratione Catilinæ nuntiata, Ἐπ' αὐτοῖς, ait, Δόγμα ἐκυρώθη, ΤΑΡΑΧΗΝ ΤΕ ΕΙΝΑΙ, καὶ ζήτησιν τῶν αἰτιῶν αὐτῆς γενέσθαι. Idem lib. XLI. belli ciuilis primordia narrans, Ὕστερον δὲ ἔξω τοῦ πωμηρίου πρὸς αὐτὸν τὸν Πομπήιον ἐλθόντες, ΤΑΡΑΧΗΝ ΤΕ ΕΙΝΑΙ, ἔγνωσαν. Ruſúſque lib. XLVI. S.C. in Antonium facta perſequens, Ὕστερον δ' οὖν πολλῷ πρὶν καὶ τὴν γνώμην αὐτοῦ μαθεῖν, ΤΑΡΑΧΗΝ ΤΕ ΕΙΝΑΙ ΕΨΗΦΙΣΑΝΤΟ, καὶ τὴν ἐσθῆτα τὴν βουλευτικὴν ἀπεδύσαντο. Hanc formulam etiam duobus locis Plutarchus attigit: Vnus eſt in Pompeio, his verbis, Οὕτω δὴ ψηφισάμενος, ΤΑΡΑΧΝΝ ΤΕ ΟΡΑΝ, καὶ κελεύσας ἅπαντας ἕπεσθαι αὐτῷ τοὺς ἀπὸ βουλῆς. Alter in Cæſare, vbi de Pompeio loquens, hæc ait, Ὡς ἐφεστῶτος ἤδη τοῦ πολεμίου, καὶ πάντα κατέχοντος, εἴξας συνεχύθη τῇ πάντων φορᾷ καὶ ψηφίζεται, ΤΑΡΑΧΗΝ ΟΡΑΝ, καὶ τὴν πόλιν ἐξέλιπε, κελεύσας ἕπεσθαι τὴν γερουσίαν. Quæ Senatus decreta non eſſe à Latinis interpretibus, qui formularum ſacris minimè initiati erant, ad vtriuſque auctoris Græci mentem reddita, mirum non eſt. Idem aliâs quoque decretum inuenio. Nam cùm milites qui in legionibus vrbanis erant, frequentes adiiſſent Tribunos pl. vti cauſas cognoſcerent eorum, quibus aut emerita ſtipẽdia, aut morbus cauſæ eſſent, quo minus militarent, eam rem T. Sempronij literæ diſcuſſerũt, in quibus ſcriptum erat: Ligurum quindecim millia in agrum Placentinum veniſſe: & eum, vſque ad ipſa coloniæ mœnia, & Padi ripas, cum cædibus & incendiis perpopulatos eſſe: Boiorum quoque gentem ad rebellionem ſpectare. Hoc enim nuntio allato, Senatus, vt ſcriptum apud Liuium lib. XXXIIII. extat, decreuit, TVMVLTVM ESSE: NEC PLACERE TRIBVNOS PL. CAVSAS COGNOSCERE, QVO MINVS AD EDICTVM CONVENIRETVR. In Tumultu enim vacationes non valuiſſe, nec tunc in delectu habendo, cuiuſquam excuſationem acceptã, vel vnus Appianus lib. II. Bellorũ ciuil. idoneus teſtis eſt. Sed in illo Liuij loco, Conſularis hæc, & primæ, vt ita dicam, ſententiæ formula, non quidem à Cẽſoribus, verùm ab imperitis librariis perperam

ram Senatu mota, iniuriarũ dicam merito illis ſcriberet, qui vitioſa interpunctione, quæ Senatuſconſulti verba erant, ea literis Sempronij attribuerunt: illius initium, extremæ harum clauſulæ, attexentes. Aſſentior ergo Sigonio, qui longiſſima temporis præſcriptione ſummota, formulam hanc, vnico puncto ſublato, in integrum reſtitui poſſe cenſet, in hunc modum: OB EAS RES TVMVLTVM ESSE DECREVIT SENATVS: TRIBVNOS PL. NON PLACERE CAVSAS MILITARES COGNOSCERE, QVO MINVS AD EDICTVM CONVENIRETVR. Ceterùm cùm Gallici maximè belli metus verſaretur, compertúmque haberet Senatus Heluetios eſſe in armis, excurſionéſque in prouinciã facere, Senatus decreuit, VT CONSVLES DVAS GALLIAS SORTIRENTVR, DELECTVS HABERETVR, VACATIONES NE VALERENT, LEGATI CVM AVCTORITATE MITTERENTVR, QVI ADIRENT GALLIÆ CIVITATES, DARENTQVE OPERAM, NE EÆ CVM HELVETIIS SE IVNGERENT, quemadmodum Cicero ad Attic. Epiſt. XVII. lib. I. ſcribit.

In Tumultu autem non modò decerni ſolebat, VT DELECTVS SINE VACATIONIBVS, vel, VACATIONIBVS SVBLATIS, HABERETVR, ſed &, IVSTITIVM INDICI, moris erat: quod præter Ciceronem Philipp. V. & VI. Liuius lib. X. comprobat, Senatum, inquiens, nuntiis de Campaniæ populatione allatis conterritum, IVSTITIVM INDICI, DELECTVM OMNIS GENERIS HOMINVM HABERI, iuſſiſſe. Rurſúsque eodem lib. *Nuntiata*, ait, *ea clades Romam, maiorem, quàm res erat, terrorem exciuit. Nam, vt exercitu deleto, ita* IVSTITIVM INDICTVM. Idem lib. III. *Vocato deinde Senatu, cùm ex* AVCTORITATE PATRVM IVSTITIO INDICTO, *profectus ad tutandos fines eſſet.* Et lib. VII. *Cum, quod per magnos tumultus fieri ſolitum erat,* IVSTITIO INDICTO, DELECTVS SINE VACATIONIBVS HABITVS ESSET. Hinc Cicero Orat. de Haruſpic. reſponſ. in Clodium inuehitur, qui in concione auſus erat dicere, IVSTITIVM EDICI OPORTERE, IVRISDICTIONEM INTERMITTI, CLAVDI ÆRARIVM, IVDICIA TOLLI. Poſtquam ſanè populus Ro. deditionem fœdè factam ad Caudinos ſaltus accepit, extemplo, Iuſtitium in foro, ſua ſponte, cœptum prius, quàm indictum, idem Liuius lib. IX. ſcribit.

Sed & luctus ac mœſtitiæ cauſa plerumque Iuſtitium, aut indictum, aut ſumptum oſtendit Tacit. lib. II. de Germanici morte loquens, his verbis: *Hos vulgi ſermones audita mors adeò incendit, vt ante edictum magiſtratuum*, ANTE SENATVSCONSVLTVM, SVMPTO IVSTITIO, *desererentur fora, clauderentur domus, paßim ſilentia & gemitus: nihil compoſitum in oſtentationem. Et quamquam neque inſignibus lugentium abſtinerent, altius animis mœrebant.* Quæ porrò tunc eſſet, & quàm triſtis vrbis facies, deſcribunt Lucanus, & Pedo Albinouanus: Ille lib. II. his verſibus,

Ergo vbi concipiunt, quantis ſit cladibus vrbi
Conſtatura fides superum: ferale per vrbem
IVSTITIVM: *latuit plebeio tectus amictu*
Omnis honos: nullos comitata eſt purpura faſces.

Hic verò in Eleg. de morte Druſi,

Iura ſilent, mutæque iacent ſine vindice leges,
Aſpicitur toto purpura nulla foro.
Diique latent templis, neque iniqua ad funera vultus
Præbent, nec poſcunt tura ferenda rogo.
Obſcuros delubra tenent: pudet ora colentum
Aſpicere, inuidiæ, quã meruere metu.

Tumultu verò ſedato, tunc REMITTI IVSTITIVM ſolebat. Liuius lib. X. *Itaque & ſupplicationes ob rem bene geſtam Conſulis nomine decernunt*: IVSTITIVM REMITTITVR, *quod fuerat per dies decem & octo.* Idem lib. III. *Inde Romam reditum eſt,* IVSTITIVM REMISSVM. Exercitu quoque Poſthumij à Gallis deleto, cum ea nuntiata clade, in tãto pauore, per multos dies, fuiſſet ciuitas, vt tabernis clauſis, velut nocturna ſolitudo per vrbem ageretur: Senatus Ædilibus negotium dedit, VT VRBEM CIRCVMIRENT, APERIRIQVE TABERNAS, ET MOESTITIÆ PVBLICÆ SPECIEM VRBI DEMI IVBERENT, quemadmodum Liu. lib. XXIII. memoriæ prodidit.

In Tumultu quoque, SAGA SVMI decernebant: Sic Cicero Philipp. VI. decretum à Senatu fuiſſe ſcribit, VT NISI AVCTORITATE SENATVS FLECTI PER LEGATOS POSSET ANTONIVS, AD SAGA IRETVR. Idémque Philipp. V. TVMVLTVM, ait, CENSEO DECERNI, IVSTITIVM EDICI, SAGA SVMI, DICO OPORTERE: DELECTVM HABERI &c. Hoc ſignificat Dio lib. XLVI. cùm poſt Senatuſconſultum in Antónium factum, quo Tumultum decreuerũt, adiicit, Καὶ τὴν ἐσθῆτα τὴν βουλευτικὴν ἀπεδύσαντο. Iterúmque eodem lib. poſt Lepidum hoſtem iudicatum, veſtem mutatã ita ſcribit, Τήν τε ἐσθῆτα αὖθις μετέβαλλον· ἐπὶ γὰρ τῇ τοῦ Καίσαρος ὑπατείᾳ τὴν ἀσκητικὴν ἀνειλήφεσαν. Idẽ lib. L. Τῇ δὲ Κλεοπάτρᾳ τὸν πόλεμον ἄντικρυς ἀπήγγειλαν, καὶ τάς τε χλαμύδας, ὡς καὶ ἐν χερσὶν αὐτοῦ ὄντος, μετημπίσχοντο.

Sed & malo aliquo nuntio allato, vel imminente aliqua calamitate, & generaliter in luctu, mœroréve publico, veſtem ex S.C. mutatam ſæpe in Dione legimus: veluti lib. XXXIX Αὖθις τε ἐπειδὴ τὰ αὐτὰ ἐγίγνετο, τὰς στολάς, καθάπερ ἐν συμφορᾷ τινι, μετενδῦναι ἐψηφίσαντο. Idque tum decretum, cùm Cicero vrbe ceſſit, ſuperius docui. Quod factum, Ὡς ἐπὶ πένθει, Plutarchus in Cicerone ait: Dio verò lib. XXXVII. Ὡς ἐπί τινι κοινῇ συμφορᾷ. Catilinæ quoque coniuratione ad Senatum delata, Patres, vt idẽ ait lib. XXXVII. Τὴν ἐσθῆτα μετέβαλλον. Itémque lib. XL. Καίπερ καὶ τὴν βουλευτικὴν ἐσθῆτα κατατεθειμένοι, καὶ ἐν τῇ ἱππάδι τὴν γερουσίαν, ὥσπερ ἐπὶ μεγάλῳ τινὶ πένθει, συνάγοντες. Et lib. XLVI. Καὶ αὐτοὶ τήν τε ἐσθῆτα αὖθις ἠλλάξαντο. Idẽ lib. XXXVII. Τά τε ἱμάτια ἠλλάξαντο. Et lib. XXXIX. Τὴν δὲ ἐσθῆτα, ὡς ἐπὶ συμφορᾷ, μετὰ τὴν ἐκ τῆς βουλῆς στασιαστὴν ἀλλάξασθαι. Item lib. XLI. Ἀγανακτησάντων δὲ ἐπὶ τούτῳ τῶν ἄλλων, καὶ ψηφισαμένων τὴν ἐσθῆτα ἀλλάξασθαι. Vbi verò, ad Saga iri, Senatus auctoritas interceſſerat, tota ciuitas in ſagis erat, Τάς τε χλαμύδας τὰς στρατιωτικὰς πάντες, καὶ οἱ μὴ ἐκστρατευόμενοι, ἠμπίσχοντο, vt ait Dio lib. XLVI. Conſulares tamen tum temporis veſtitu à ceteris differre ſolebãt. Togatos enim fuiſſe eos, cùm in ſagis erat ciuitas, Cicero Philipp. VIII. docet.

Duplicem ſanè fuiſſe veſtium mutationem obſeruandum eſt: in luctu vnam, in bello, ſeu potius tumultu, alteram: In illa ſolus togæ color mutabatur: in hac togæ ſagis mutabantur: per illam atrata, per hanc ſagata ciuitas erat.

Depulſis verò periculis quorum terrore veſtem mutarant, AD VESTITVM REDIRE, Senatores iubebantur, vt idem Dio lib. XXXIX. teſtatur. Et ita Piſonem edixiſſe, VT SENATVS AD VESTITVM REDIRET, Cicero Orat. contra eum habita, ſcribit. Poſt Ciceronis quoque reditum, edixiſſe Conſules, VT AD SVVM VESTITVM SENATORES REDIRENT, idem Cicero Orat. poſt reditum in Senat. refert. Idem Philipp. XIIII *Propter cuius periculum,* AD SAGA ISSEMVS, *propter eiuſdem ſalutem,* REDEVNDVM AD PRISTINVM VESTITVM, *ſine vlla dubitatione cenſerẽ.* Et mox, *Ne memoriæ poſteritatique prodatur, propter cuius ciuis periculum populum Ro.* ISSE AD SAGA, *propter eiuſdem ſalutem,* REDISSE AD TOGAS. Dio lib. XXXIX. Οὐ μέντοι οὔτε τὴν ἐσθῆτα μετημπίσχοντο, οὔτε ἐς τὰς πανηγύρεις ἐφοίτων. Idem lib. XLVI. Ἐπειδὴ δὲ τὰ πραχθέντα ἔμαθον, τῇ μὲν τοῦ Ἀντωνίου ἥττῃ ἔχαιρον, καὶ τάς τε στολὰς μετενέδυσαν, καὶ ἱερομηνίας ἐπὶ ἑξήκοντα ἡμέρας ἤγαγον. Et lib. XLI. Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις, ὡς καὶ ἀγαθοῖς οὖσι, τὴν ἐσθῆτα τὴν εἰρηνικὴν μετημπίσχοντο. Itẽ lib XLVIII. Τότε δὲ τήν τε εἰρηνικὴν ἐσθῆτα οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ ὄντες ἀνέλαβον (ἐκδεδυκότες γὰρ αὐτὴν ἄνευ ψηφίσματος ἀνάγκῃ τοῦ δήμου ἦσαν) καὶ αὐτοί τε ἑόρταζον. Proinde poſt Catilinã cæſum, ait idẽ Dio lib. XXVII. Βουθυτῆσαί τε ἐψηφίσθη, καὶ τὴν ἐσθῆτα, ὡς καὶ πάντων τῶν δεινῶν ἀπηλλαγμένοι, μετέβαλλον.

Luctum etiam Senatuſconſulto minutum fuiſſe inuenio. Poſt Cannenſem certè cladem, cùm maiore penè Romanorum virorum parte cæſa, nullius prope domus penates mœroris expertes eſſent, decreuit Senatus, NE MATRONÆ VLTRA TRIGESIMVM DIEM LVCTVS SVOS EXTENDERENT, vti lugubribus depoſitis, ab his ſacra Cereris peragi poſſent, quemadmodum Valer. Max. lib. I. cap. I. & Liuius lib. XXII. ſcribunt. Minuebatur & Feſto auctore, luctus Populo, ædis dedicatione, cũ Cenſores luſtrum condebant, votúmve publicè ſuſceptum ſoluebatur.

Vbi verò bellum indictum erat, Senatuſconſulto interdum decernebatur, VT CONSVLES PALVDATI EXIRENT. Cælius Epiſt. IX. lib. VIII. Familiar. Cicer. *Coſs. quia*

verentur, ne illud S.C. fiat, VT PALVDATI EXEANT. Liuius lib. XL. *Coſs. non potuere ſuſtinere conſenſum Senatus,* QVIN PALVDATI EXIRENT. Idem lib. XXXVII. de L. Cornelio Cos. *Omnibus iam paratis,* PALVDATVS *ab vrbe profectus eſt.* Hoc quo ritu fieret, explicat Varro lib. VI. de lingua Lat. *Paluda,* inquiens, *à paludamentis. Sunt hæc inſignia & ornamenta militaria. Ideò ad bellum cùm exit Imperator, ac lictores mutant veſtem & ſigna incinuerunt,* PALVDATVS *dicitur* PROFICISCI Liuius lib. XLII. *Per hos forte dies P. Licinius Cos. votis in Capitolio nuncupatis,* PALVDATVS AB VRBE PROFECTVS EST. *Semper quidem ea res cũ magna dignitate ac maieſtate geritur: præcipue tamen conuertit oculos, animosque, cùm ad magnum nobilémque aut virtute aut fortuna hoſtem,* EVNTEM COS. PROSEQVVNTVR. Idem lib. XXI. *Ne auſpicato profectus in Capitolium ad vota nuncupanda,* PALVDATVS INDE AD PROVINCIAM IRET: *lixæ modo ſine inſignibus, ſine lictoribus profectũ clã, furtim, haud aliter quàm ſi exilij cauſa solũ vertiſſet.* Feſt. Pomp. PALVDATI, *in libris Auguralibus ſignificat, vt ait Verrius, armati, ornati. Omnia enim militaria ornamenta* PALVDAMENTA *dici.*

Planè poſt Cãnẽſẽ cladẽ, Prętores, quẽadmodũ Liu. lib. XXII. perhibet, Senatũ in Curiã Hoſtiliã vocauerunt, VT DE VRBIS CVSTODIA PATRES CONSVLERENT: propterea quod deletis exercitibus nõ dubitabãt hoſtẽ ad oppugnãdã Romã, quod vnũ opus reſtaret, venturum: Et quia obſtrepebat clamor lamentantium mulierum, & nondum palàm facti viui mortuíque, per omnes promiſcuè domos complorabantur, S. C. in Fabij Maximi ſententiã factũ eſt, QVONIAM MAGISTRATVVM PARVM. ESSET, PATRES IPSIMET, TVMVLTVM, AC TREPIDATIONEM IN VRBE TOLLERENT: MATRONAS PVBLICO ARCERENT, CONTINERIQVE INTRA SVVM QVAMQVE LIMEN COGERENT: COMPLORATVS FAMILIARVM COERCERENT: SILENTIVM PER VRBEM FACERENT: NVNTIOS RERVM OMNIVM AD PR. DEDVCENDOS CVRARENT. SVÆ QVISQVE FORTVNÆ DOMI AVCTOREM EXPECTARET: CVSTODES PRÆTEREA AD PORTAS PONERENT, QVI PROHIBERENT QVEMQVAM EGREDI VRBEM: COGERENTQVE HOMINES NVLLAM, NISI VRBE AC MOENIBVS SALVIS, SALVTEM SPERARE: VBI CONTICVISSET TVMVLTVS, RECTE TVM IN CVRIAM PATRES REVOCANDOS, CONSVLENDVMQVE DE VRBIS CVSTODIA ESSE. Ea verò inſigni clade accepta, Senatus, Otacilio, qui Siciliam, & Cornelio Mammulæ, qui Sardiniam pro Prætoribus obtinebant, querentibus, quòd neque ſtipendium neque frumentum claſſibus eorum & exercitibus ſocij præberent: affirmantibus etiam, ne habere quidem eos, vnde id præſtare poſſent, Senatus, vt Valerij lib. VII. cap. VI. auctor eſt, reſcripſit: ÆRARIVM LONGINQVIS EXPENSIS NON SVFFICERE. PROINDE QVO PACTO TANTÆ INOPIÆ SVCCVRRENDVM ESSET, IPSI VIDERENT. Liuius verò lib. XXIII. Senatum, acceptis literis à Proprætoribus Siciliæ & Sardiniæ deeſſe frumentum & ſtipendium militibus, Reſpondiſſe refert, NON ESSE VNDE MITTERETVR: IVSSIQVE IPSI CLASSIBVS, ATQVE EXERCITIBVS SVIS CONSVLERE. Poſtea, cùm Annibal octo millia paſſuum à Roma caſtra poſuiſſet, Cõſules, Senatúſque in caſtra, quę Fuluius Flaccus inter Exquilinam Collinámque portam poſuerat, venerunt: ibi, vt Liuius lib. XXVI. ait, DE SVMMA REPVB. (ſic enim emẽdo) *conſultatum.* Placuit, COSS. CIRCA PORTAS COLLINAM EXQVILINAMQVE PONERE CASTRA. C. CALPVRNIVM PRÆTOREM VRBANVM CAPITOLIO ATQVE ARCI PRÆESSE: ET SENATVM FREQVENTEM IN FORO CONTINERI, SI QVID IN TAM SVBITIS REBVS CONSVLTO OPVS ESSET. Annibale etiam propius vrbem accedente, quia multis locis comprimendi tumultus erant, qui temerè oriebantur, PLACVIT, OMNES, QVI DICTATORES COSS. CENSORESVE FVISSENT, CVM IMPERIO ESSE, DONEC RECESSISSET A MVRIS HOSTIS. Tum quoque, quia Q. Fuluius Proconſul cum exercitu à Capua profectus erat, vt vrbi ſubueniret, ne ei minueretur imperium, ſi in vrbem veniſſet, decreuit Senatus, VT EI PAR CVM CONSVLIBVS IMPERIVM ESSET. Poſt quæſtionem verò de nocturnis cœtibus, qui Baccha-

nalium cauſa fiebant, Conſulibus extra ordinem mandatam, imperaſſe eos Ædilibus Curulibus, Liuius lib. xxxix. refert, VT SACERDOTES EIVS SACRI OMNES CONQVIRERENT, COMPREHENSOSQVE, LIBERO CONCLAVI AD QVÆSTIONEM SERVARENT: ÆDILIBVS ITEM PLEBIS NEGOTIVM DATVM, VIDERENT, NE QVA SACRA IN OPERTO FIERENT. *Triumuiris capitalibus mandatum*, VT VIGILIAS DISPONERENT PER VRBEM, SERVARENTQVE, NE QVI NOCTVRNI COETVS FIERENT: VTQVE AB INCENDIIS CAVERETVR: ADIVTORES TRIVMVIRIS QVINQVE VIRI DATI, VTI CIS TIBERIM SVÆ QVISQVE REGIONIS ÆDIFICIIS PRÆESSENT.

ENIMVERO, eos qui contra patriam arma cepiſſent, vel à Repub. defeciſſent, réſque nouas moliti eſſent, moris erat, HOSTES à Senatu IVDICARI. Brutus ad Ciceronem lib. xi. Epiſtol. famil. *Tamen paullo pòſt futurum puto*, VT HOSTES IVDICEMVR. Vlpianus in l. Amiſſione §. 1. D. de cap. minut. *Sed & hi quos Senatus* HOSTES IVDICAVIT. Sic Marium à Senatu HOSTEM IVDICATVM, Valer. Max. lib. 1. cap. v. & Annæus Flor. lib. III. tradunt. Tiberiũ quoque Gracchum, idem Valerius Max. lib. IIII. cap. VII. à Senatu HOSTEM IVDICATVM ait. Sed & M Lepidum, acta Syllæ reſcindere parantem, cùm arma & exercitum vrbi admouiſſet, à Catulo Pompeióque primo ſtatim impetu pulſum, HOSTEM A SENATV IVDICATVM, Annæus Flor. lib. VII. ſcribit. Catilinam etiam & Mallium HOSTES A SENATV IVDICATOS, Saluſt. in Coniuratione Catilinar. narrat. In Cæſarem idem Senatuſconſultum factum Dio lib. XLI. ita ſcribit: Τὸν δὲ Καίσαρα, τήν τε ἀρχὴν τῆς διαδόχοις παραδοῦναι, καὶ τὰ στρατεύματα ἐντὸς ῥητῆς ἡμέρας ἀφεῖναι, ἢ πολέμιον, ὡς καὶ τἀναντία τῇ πατρίδι ποιοῦντα εἶναι, ἐψηφίσαντο. Quod & Plutarchus in Pompeio refert his verbis, Πρὸς ταῦτα Μαρκέλλου τοῦ ὑπάτου λῃστὴν ἀποκαλοῦντος τὸν Καίσαρα, καὶ ΨΗΦΙΖΕΣΘΑΙ ΠΟΛΕΜΙΟΝ κελεύοντος, εἰ μὴ καταθήσεται τὰ ὅπλα. Simili modo Dolabellã & Lepidum HOSTES à Senatu IVDICATOS, Cicer. ad Cornific. Epiſt. xv. lib. xi. Familiar. Velleius Paterculus lib. II. Hiſtor. & Appianus lib. III. Bellor. ciuil. Necnon M. Antonium HOSTEM IVDICATVM, Cic. Epiſt. ad Brutum, & Sueton. in Auguſto, cap. XVI. ſcribunt. Et hoc eſt Senatuſconſultum, quod in eum factum fuiſſe ait Cicero Philipp. II. his verbis: *In te, M. Antoni, decreuit Senatus, & quidem incolumis nondum tot luminibus extinctis, quod in* HOSTES TOGATOS EST DECERNI SOLITVM, *more maiorum*. Omnes deinde qui eius ſectã ſecuti eſſent, HOSTES IVDICATOS, idẽ Cic. Epiſt. ad Brut. cũ Dione lib. XLV ſcribit. Ventidium certè Baſſum cum M. Antonio HOSTEM ESSE A SENATV IVDICATVM, auctor eſt Agellius lib. XV. cap. IIII. Sic Neronem & Druſum maximos natu de Germanici filiis, & C. Caligulæ fratres, Senatus, Tiberio criminante, HOSTES IVDICAVIT, vt Suetonius in Tiber. cap. LIIII. & in Calig. cap. VII. tradit. Neronẽ præterea Cæſarẽ, HOSTEM A SENATV IVDICATVM ſcriptũ reliquit, idẽ Sueton. in Nerone cap. XLIX. Auidiũ etiã Caſſiũ & Clodiũ Albinũ à Senatu hoſtes iudicatos, Vulcatius & Capitolinus in eorũ vitis memorãt. Nec ciues modò, ſed & extranei, HOSTES IVDICARI ſolebãt, cum eis bellũ indicebatur. Liu. lib. XLII *Hæc, ad ea quæ ab Eumene relata erant, acceſſere, quo maturius* HOSTIS PERSEVS IVDICARETVR. Dio lib. XLI. de Iuba, Πρὸς δὲ δὴ τοῦ Καίσαρος τῶν τι ἐν τῇ πόλει αἰτίας εἶχε, καὶ ΠΟΛΕΜΙΟΣ ΑΠΕΔΕΙΧΘΗ. Xiphilin. in Traiano, de Decebalo rege Dacorum, Καὶ αὖθις πολέμιος αὐτὸν ἡ βουλὴ ἐψηφίσατο.

HVIVSMODI VERO Senatuſconſulta plenius explicat Appianus lib. 1. de Bello ciuil. Sulpitiũ enim Trib. pl. Marium, & qui eorũ partes ſequebantur, ait, Ὡς στάσιν ἐγείραντας, καὶ πολεμήσαντας ὑπάτοις, καὶ δούλοις κηρύξαντας ἐλευθερίαν, εἰς ἀπόστασιν, Πολεμίους Ῥωμαίων ἐψήφιστο εἶναι· καὶ τὸν ἐντυχόντα νηποινεὶ κτείνειν, ἢ ἀνάγειν ἐπὶ τοὺς ὑπάτους, τά τε ὄντα αὐτοῖς δεδήμευτο. Similiter in Cinnam, Ὡς ἐν κινδύνῳ τε τὴν πόλιν καταλιπόντα ὕπατον, καὶ δούλοις ἐλευθερίαν κηρύξαντα, Βουλὴ ἐψηφίσατο, μήτε ὕπατον, μήτε πολίτην εἶναι.

Plerumque verò quos HOSTES iudicabant, eos etiã BELLO PERSEQVENDOS, decernebant. Cicer. Philipp. VI. *Antonium cenſui* BELLO PERSEQVENDVM. Et Philipp. XI. *Cum P. Dolabella, quique eius crudeliſſimi, & teterrimini facinoris miniſtri, ſocij,*

adiutores

adiutores fuerunt, HOSTES POPVLI RO. A SENATV IVDICATI SINT: CVMQVE SENATVS P. DOLABELLAM BELLO PERSEQVENDVM CENSVERIT. Idem Epiſt. ad Brut. *Cùm de his qui* HOSTES IVDICATI *ſunt*, BELLO PERSEQVENDIS *ſententiæ dicerētur*. Epitome Liuij lib. CXX. *D. Brutus, cui Senatus*, VT PERSEQVERETVR ANTONIVM *mandauit*. Eadem Epit. lib. CXXI. *Caſſius, cui mandatum à Senatu erat, vt Dolabellam inimicum iudicatum* BELLO PERSEQVERETVR. Quod & Dio lib. XLVII. à Senatu decretum refert.

Interdum autem ſolos partium duces hoſtes iudicabant: ceteræ verò multitudini diē ſtatuebant, ante quam ab armis impunè diſcedere liceret. Ita Senatus, cum Catilinam & Mallium hoſtes iudicauit, non protinus eos quoque qui eorum ductu arma ceperant, in hoſtium numero habendos cenſuit: ſed iis diem conſtituit, quam antè ab armis diſcedere integrum eis relinquebatur, idque ſine fraude fore decernebatur, quēadmodū Salluſtius in bello Catilinar. narrat. Simile de Lepidi exercitu Senatuſconſultū factum Cicero Epiſt. v. lib. XII. Famil. refert his verbis. *Lepidus ſententiis omnibus* HOSTIS A SENATV IVDICATVS EST, *ceterique cum illo, qui à Repub. defecerunt: quibus tamen* AD SANITATEM REDEVNDI ANTE KALEND. SEPTEMB. *poteſtas facta eſt*. Qua de re ita Dio lib. XLVI. Τὸν δὲ δὴ Λέπιδον, ὅτι τε εἰκόνα τὴν ἐν τῷ βήματι ἱδρυμένην ἀφείλαντο, καὶ πολέμιον ἐποιήσαντο. καὶ τινὰ καὶ ἡμέραν τοῖς συνοῦσιν αὐτῷ προσέθεντο, πόλεμον σφίσιν ἀπειλήσαντες ἂν μὴ ἐντὸς ἐκείνης ἐγκαταλείπωσιν αὐτόν. Cic. Philipp. v. CENSEOQVE VT IIS, QVI IN EXERCITV ANTONII SVNT, NE SIT EA RES FRAVDI, SI ANTE CALEND. FEBR. AB EO DISCESSERINT. Idem Philipp. VIII. His qui cum Antonio erant, ſi errorem ſuum deponerent, & cum Repub. in gratiam redirent, veniā & impunitatem dandam exiſtimans, cenſet, VT QVI AB ARMIS DISCEDERENT, ET AD C. PANSAM ET HIRCIVM COSS. AVT AD BRVTVM COS. DESIGNATVM, AVT AD C. CÆSAREM PROPRÆTOREM ANTE IDVS MARTIAS PRIMAS ADIRENT, IIS FRAVDI NE ESSET, QVOD CVM M. ANTONIO FVISSENT. In quam eius ſententiam Senatuſconſultum factum, credibile faciūt Appianus & Dio: Ille lib. III. Bellor. ciuil. his verbis. Τάδε μὲν ὁ Ἀντώνιος εἶπέ τε καὶ ἀντέγραψε, καὶ ἡ βουλὴ αὐτὸν αὐτίκα ἐψηφίζετο εἶναι Πολέμιον, καὶ τὸν ὑπ' αὐτῷ στρατὸν, εἰ μὴ ἀποσταῖεν αὐτοῦ. Hic verò lib. XLVI. de S.C. in Antonium facto agens: Καὶ τοῖς, ait, στρατευομένοις αὐτῷ προεῖπον οἴκαδε ἐντὸς ῥητῆς ἡμέρας ἀναχωρῆσαι· ἢ εἰδέναι ὅτι ἐν Πολεμίων μοίρᾳ γενήσονται. Idē eod. lib. de Dolabella: Πυθόμενοι ταῦτα οἱ ἐν τῷ οἴκῳ Ῥωμαῖοι, πόλεμον αὐτῷ ἐπήγγειλαν, καὶ τοῖς τε συνοῦσιν οἱ ῥητὴν ἡμέραν ἐξ ἧς ἐκλείψουσι τῆς φιλίας αὐτοῦ, προεῖπον, ἵνα μὴ καὶ ἐκεῖνοι ἐν ἐχθρῶν μοίρᾳ γένωνται. Spartianus in Didio Iuliano: *Perturbatus ad Senatum venit, impetrauitque, vt* HOSTIS SEVERVS RENVNTIARETVR: *Militibus etiam qui Senatum ſecuti fuerant, dies præſtitutus*, VLTRA QVEM SI CVM SEVERO FVISSENT, HOSTIVM NVMERO HABERENTVR. Apud Cæſar. lib. I. de bello ciu. Scipionis ſententia refertur huiuſmodi: *vti ante certum diem Cæſar exercitum dimittat: ſi non faciat, eum aduerſus Remp. facturū videri.*

Poſtulat hic locus, vt de coniuratione Catilinæ facta, Senatuſconſulta in ordinem cogam. Planè cùm pridie eius diei quo comitia Conſularia edicta erant, Cicero Catilinæ conſilia ad Senatum detuliſſet, decreuerūt Patres, NE POSTERO DIE COMITIA HABERENTVR, VT DE REPVB. SENATVS CONSVLI POSSET. Ipſo verò Comitiorū die, Ciceronis & Catilinæ orationibus auditis, factum eſt S.C. VIDERENT COSS. NE QVID RESP. DETRIMENTI ACCIPERET. Catilina dein vrbe excedere iuſſus. Ad poſt literas in Senatu recitatas, in quibus ſcriptum erat C. Mallium arma cepiſſe cum magna multitudine, Senatus decreto miſſi ſunt Imperatores, qui ad vrbem erant, Prætoréſque duo in Apuliam, agrum Picenum, Capuam & Feſulos: HISQVE PERMISSVM, VTI PRO TEMPORE ATQVE PERICVLO, EXERCITVM COMPARARENT. Ad hoc, SI QVIS INDICASSET DE CONIVRATIONE, QVÆ CONTRA REMPVB. FACTA ERAT, PRÆMIVM DECREVERVNT, SERVO LIBERTATEM, ET HS. C. LIBERO IMPVNITATEM EIVS REI, ET HS. CC. Itémque decreuere, VTI GLADIATORIÆ FAMILIÆ CAPVAM, ET IN CETERA MVNICIPIA DISTRIBVERENTVR, PRO CVIVSQVE OPIBVS: ROMÆ PER TOTAM VRBEM VIGILIÆ HABERENTVR, EISQVE MINORES MAGISTRATVS PRÆESSENT. Poſtquam verò Romæ nunciatum eſt, Catilinam in ca-

C

ſtra ad Manlium contendiſſe, Senatus CATILINAM ET MANLIVM HOSTES IVDICAVIT, CETERÆ MVLTITVDINI DIEM STATVIT, ANTE QVAM LICERET, SINE FRAVDE AB ARMIS DISCEDERE, PRÆTER RERVM CAPITALIVM DAMNATOS. Præterea decreuit, VTI COSS. DELECTVM HABERENT: ANTONIVS CVM EXERCITV CATILINAM PERSEQVI MATVRARET: CICERO VRBI PRÆSIDIO ESSET. Et cùm eius coniurationis particeps Cornelius Cethegus Prætor deprehenſus eſſet, Senatus decreuit, VTI CVM SE PRÆTVRA ABDICASSET, TVM IN CVSTODIAM TRADERETVR. Itémque, VT C. CETHEGVS, L. STATILIVS, P. GABINIVS, qui omnes præſentes erant, IN CVSTODIAM TRADERENTVR. Idem hoc decretum eſt in L. Caſſium, M. Ceparium, P. Furium, Magium Chilonem, P. Vmbrenum. Atque ea lenitate Senatus vſus eſt, vt ex tanta coniuratione, tantáque vi ac multitudine domeſticorum hoſtium, nouem hominum perditiſſimorum pœna, Repub. conſeruata, reliquorum mentes ſanari poſſe arbitraretur.

Eos verò qui cuſtodiis tenebantur, Senatus iudicauit, CONTRA REMPVB. FECISSE: PRÆMIA ETIAM INDICIBVS, quorum indicia comprobata fuerant, CONSTITVIT. Patefacta denique coniuratione in coniuratos S.C. factum fuit in Catonis ſententiam, & in ea verba quæ Salluſtius, quæ item Plutarchus in Catonis & Ciceronis vitis, & Dio lib. XXXVII. ſcribunt.

Conſternata verò P. Clodij cæde Repub. Senatus vnum Conſulem, nominatímque Cn. Pompeium fieri cenſuit. Senatus præterea conſultum factum eſt, VT INTERREX ET TRIBVNVS PL. ET CN. POMPEIVS, QVI PROCONSVL AD VRBEM ERAT, VIDERENT NE QVID DETRIMENTI RESPVB. CAPERET, vt à Sueton. in Iulio cap. XXVI. & ab Aſconio Pæd. in explicatione Orationis pro Milone relatum eſt.

Hic etiam Senatuſconſulta poſt Cæſaris cædem facta rectè atque ordine ſubiungentur. Ac primùm, Cicerone auctore, Senatuſconſulto in eius ſententiam facto Ἀμνηστίαν, id eſt, præteritorum obliuionem decretam fuiſſe conſtat: additúmque ne eius cædis ergo in iudicium uocari quiſquam poſſet. Velleius Paterculus lib. II. Hiſtor. Roman. *Et illud decreti Athenienſium celeberrimum exemplum, relatum à Cicerone*, OBLIVIONIS PRÆTERITARVM RERVM, *decreto Patrum comprehenſum eſt*. Plutarchus in Cicerone, Κικέρων δὲ πολλὰ παρὰ τὸν καιρὸν οἰκείως διαλεχθεὶς, ἔπεισε τὴν Σύγκλητον Ἀθηναίους μιμησαμένην, Ἀμνηστίαν τῶν ἐπὶ Καίσαρι ψηφίσασθαι. Idem in Bruto, Ἀντωνίου δὲ καὶ Πλάγκου, καὶ Κικέρωνος εἰπόντων περὶ ἀμνηστίας, καὶ ὁμονοίας, Ἔδοξε μὴ μόνον, Ἄδειαν εἶναι τοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ γνώμην ὑπὲρ τιμῶν προθεῖναι τοὺς ὑπάτους. Suetonius in Tiberio, cap. IIII. de patre Tiberij: *Tamen Cæſare occiſo, cunctis turbarum metu*, ABOLITIONEM FACTI DECERNENTIBVS, *etiam de premiis Tyrannicidarum referendum cenſuit*: Dio lib. XLIIII. Κικέρων μὲν ταῦτ' εἰπὼν, ἔπεισε τὴν Γερουσίαν, μηδένα μηδενὶ μνησικακῆσαι, ψηφίσασθαι. Meminit etiã Appianus lib. II. & IIII. Bell. ciuil. Deinde, pacis & otij cauſa, acta omnia Cæſaris, S.C. confirmata ſunt. Plutarch. in Antonio, Συναγαγὼν δὲ βουλὴν, αὐτὸς μὲν ὑπὲρ ἀμνηστίας εἶπε, καὶ διανομῆς ἐπαρχιῶν, τοῖς περὶ Κάσσιον καὶ Βροῦτον. Ἡ δὲ Σύγκλητος, ἐκύρωσε ταῦτα, καὶ τῶν ὑπὸ Καίσαρος γεγονότων, ἐψηφίσατο, μηδὲν ἀλλάττειν. Appianus lib. II. Bellorum ciuil. Φόνου μὲν οὐκ εἶναι δίκας ἐπὶ τῷ Καίσαρι: Κύρια δὲ εἶναι τὰ πεπραγμένα αὐτῷ πάντα καὶ ἐγνωσμένα, ἐπεὶ τῇ πόλει συμφέρει. Idem lib. III. eiuſdem Senatuſconſulti meminit his verbis: Καὶ τὸ τελευταῖον ψήφισμα, τὸ βεβαιοῦν τῷ Καίσαρι πεπραγμένα πάντα. Idem lib. IIII. Ἀμνηστίας δὲ ἁπάντων ἐψηφίσαντο εἶναι, καὶ σωφρονέστερον ἔτι, φόνου μὴ εἶναι δίκας. Quod itidem de Ciceronis ſententia decretum fuiſſe credo. Sic enim ipſe Epiſt. ad Plancum, quæ inſerta eſt lib. XVI. Epiſt. ad Atticum ait: *Equidem cùm multa non probentur, quæ Cæſar ſtatuerit, tamen otij pacisque cauſa, acerrimè illa ſoleo defendere, quod tibi idem magnoperè faciẽdum cenſeo.*

Senatuſcõſultis de bello finitima erant ea, quæ de Exercitibus fiebant. De Exercitibus autẽ quid fieri placeret, Cõſulti Patres decernebãt, quibus Exercitibus rẽ geri, & quos illis præeſſe cẽſerẽt. Itẽ, quos Exercitus Coss. Prætores, quíve pro Coss. aut Propr. prouincias obtinebãt, retinere, tradere, accipere, traducere, deducere, deportare è Rep. videretur.

Hoc ex Liuij lectione,cuiuis palàm fiet. Exẽpli cauſa vnum, quod multorum loco erit, Senatuſconſultum de Exercitibus ſubiungam .Id ex lib.xxxi.hauriam. *Tum de* EXERCITIBVS,ait,CONSVLVM, PRÆTORVMQVE ACTVM. CONSVLES BINAS LEGIONES SCRIBERE IVSSI: VETERES DIMITTERE EXERCITVS SVLPITIO, CVI NOVVM, AC MAGNI NOMINIS BELLVM DECRETVM ERAT, PERMISSVM, VT DE EXERCITV, QVEM PROCONSVL SCIPIO EX AFRICA DEPORTASSET, VOLVNTARIOS QVOS POSSET, DVCERET: INVITVM NE QVEM MILITEM VETEREM DVCENDI IVS ESSET. PRÆTORIBVS L. FVRIO PVRPVRIONI, ET Q. MINVTIO RVFO QVINA MILLIA SOCIVM LATINI NOMINIS CONSVL DARET: QVIBVS PRÆSIDIIS ALTER GALLIAM, ALTER BRVTIOS PROVINCIAM OBTINERET. Q. FVLVIVS GILLO ET IPSE IVSSVS EX EO EXERCITV, QVEM P. ÆLIVS COS. HABVISSET, VT QVISQVE MINIME MVLTA STIPENDIA HABERET, LEGERE, DONEC ET IPSE QVINQVE MILLIA SOCIVM, AC NOMINIS LATINI, EFFECISSET: ID PRÆSIDIO SICILIÆ PROVINCIÆ ESSET. M. VALERIO FALCONI, QVI PRÆTOR PRIORE ANNO CAMPANIAM PROVINCIAM HABVERAT, PROROGATVM IN ANNVM IMPERIVM EST, VTI PROPRÆTOR IN SARDINIAM TRAIICERET: QVODQVE DE EXERCITV, QVI IBI ESSET, QVINQVE MILLIA SOCIVM NOMINIS LATINI, QVI EORVM MINIME MVLTA STIPENDIA HABERET, LEGERET. ET CONSVLES DVAS VRBANAS LEGIONES SCRIBERE IVSSI: QVÆ, SI QVO RES POSCERET, MVLTIS IN ITALIA CONTRACTIS GENTIBVS, PVNICI BELLI SOCIETATE, IRAQVE INDE TVMENTIBVS, MITTERENTVR. Sunt & alia de Exercitibus longa Senatuſconſulta apud eundem lib.xxiii.xxiiii. xxvi.& xxvii.quæ breuitati ſtudens prætermitto.

De Prouinciis verò poſtquam Conſules retulerant,decerni ſolebat,vt Conſules, EAS INTER SE COMPARARENT,SORTIRENTVRVE.Liu.lib.xxxvii.*Tum de* CONSVLVM PROVINCIIS *cœptum eſt agi. Ambo Græciam cupiebant : multũ Lælius in Senatu poterat. Is cùm Senatus*,AVT SORTIRI, AVT COMPARARE INTER SE PROVINCIAS CONSVLES,*iuſsiſſet,elegantius facturos dixit,ſi iudicio patrum,quàm ſi ſorti eam rem permiſiſſent.* Idem lib.xxxviii.*Conſulibus alteri Piſæ cum Liguribus,alteri prouincia Gallia decreta eſt*:COMPARARE INTER SE, AVT SORTIRI IVSSI. Idem lib.xlv.*Moniti deinde Conſules à Patribus, vt quoniam alterum ex his ſuccedere C. Licinio, qui legatus nominatus erat, in Galliam oporteret*: PRIMO QVOQVE TEMPORE PROVINCIAS AVT COMPARARENT INTER SE, AVT SORTIRENTVR. Idem lib. xlii. *Senatuſconſultum inde factum eſt*, VT COSS.INTER SE PROVINCIAS ITALIAM ET MACEDONIAM COMPARARENT,SORTIRENTVR:CVI MACEDONIA OBVENISSET,VT IS REGEM PERSEA, QVIQVE EIVS SECTAM SEQVVTI ESSENT,NISI POPVLO RO. SATISFECISSENT, BELLO PERSEQVERETVR. Idẽ lib.xxx.*Coſs.cùm de Repub.bellóque & prouinciis ad Senatũ retuliſſent, cenſuerunt Patres*,VT COSS.INTER SE COMPARARENT,SORTIRENTVRVE, VTER BRVTIOS ADVERSVS ANNIBALEM, VTER HETRVRIAM AC LIGVRES PROVINCIAM HABERET. Et poſt alia. *Senatu in Capitolium vocato, de prouinciis retulerunt: Italiam atque Africam* IN SORTEM CONIICI, *Africam ambo cupientes volebant.* Et aliàs eod.lib. *Patres igitur iurati (ita conuenerat) cenſuerunt*,VTI COSS. PROVINCIAS INTER SE COMPARARENT, SORTIRENTVRVE: VTER ITALIAM, VTER CLASSEM NAVIVM QVINQVAGINTA HABERET: *cui claſsis obueniſſet,in Siciliam nauigaret : Si pax cum Carthaginienſibus componi nequiuiſſet,in Africã traiiceret.* Idẽ lib.xxxvii.*Is,cùm Senatus*, AVT SORTIRI, AVT COMPARARE INTER SE PROVINCIAS,*Conſules iuſsiſſet.* Et lib.xxxii. *Coſs.magiſtratu inito,Senatum in Capitolio cùm habuiſſent,decreuerunt Patres*,VT PROVINCIAS MACEDONIAM ATQVE ITALIAM COSS. COMPARARENT INTER SE, SORTIRENTVRVE. Eiuſmodi alia S.C.in Liuio lib.viii.xxviii.& xxix.inuenies. Eodem porrò loquẽdi genere Liuius lib.xxiiii.decretum refert,VT COSS. SORTIRENTVR, COMPARARENTVE, IN-

RET, PRIVSQVAM AD EXERCITVM PROFICISCERENTVR. Et lib.xxv. *Cõſulibus ambobus Italia prouincia decreta eſt*, ITA VT COMPARARENT, SORTIRENTVRVE, VTER COMITIIS EIVS ANNI PRÆESSET.

Interdum verò extra ſortem prouincias Senatus alteri Cos. decernebat. Hetturiã certè prouinciã, extra ſortẽ Q. Fabio non minore populi cõſenſu, quàm Senatus decretam Liuius lib.x. narrat. Idẽ lib.viii. *Collega additus Coruino M. Attilius Regulus: Et ne forte caſu erraretur, petitum ab Conſulibus*, VT EXTRA SORTEM CORVINI EA PROVINCIA ESSET. Tunc verò dicebantur, EXTRA ORDINEM DARI. Cic. pro domo ſua: *Tu prouincias Conſulares, quas C. Gracchus, qui vnus maximè popularis fuit, non modò non abſtulit ab Senatu, ſed etiam, vt neceſſe eſſet quotannis conſtitui per Senatum, decreta lege ſanxit, eas lege Sempronia per Senatum decretas reſcidiſti*: EXTRA ORDINEM, SINE SORTE, NOMINATIM DEDISTI.

Nonnunquam etiam ambobus Coss. eadem prouincia decernebatur. Liu. lib.xlii. *Cùm omnium primum de prouinciis, exercitibúsque ad Senatum retuliſſent*, LIGVRES VTRIQVE DECRETI SVNT. Et lib.xxxiiii. *De prouinciis cùm relatum eſſet, Senatus frequens in eam ſententiam ibat*: VT QVONIAM IN HISPANIA ET MACEDONIA DEBELLATVM FORET, CONSVLIBVS AMBOBVS ITALIA PROVINCIA ESSET. Contrà ex vna prouincia duas quandoque faciebant, vt ex Liuio lib.xlv. patet.

Sũt & alia multa de prouinciis Senatuſcõſulta apud Liuiũ, quibus cõſultò abſtineo. Tãtùm addam, in Prætorum prouinciis, in ſortem cõiectas, vrbanam & peregrinam, & inter ciues ac peregrinos, iuriſdictionẽ, vt ex eodẽ Liu. cũ alias ſæpè, tũ ex lib.xxxv. liquet.

Hæ fermè ſunt Senatuſconſultorum, quæ eorum auctorũ, quos in manibus habemus, indicio detegi, deprehendíque poſſunt, formulæ. Ceteras, quas vel vetuſtas obruit, vel deleuit obliuio, iniquus eſſet qui à me exigeret.

Senatuſconſulta porrò, FIERI, SCRIBI, PERSCRIBI, AD ÆRARIVM DEFERRI, dicebantur, & quidem IN EORVM SENTENTIAM FIERI, qui primi cẽſuiſſent, quod à Senatu decernebatur. Quæ attigiſſe ſat eſt: Teſtimoniis, quorum clauſæ obſignatæq; non ſunt, ſed apertæ tabulæ, ideò ſuperſedeo, quod in ea, libros voluendo, vel aliud agens quilibet incurret. Apud veteres certè auctores, & in his Ciceronẽ & Liuium, talium loquutionũ copiam nemo non offendet. Sed & qui primus id cenſuerat, quod alij deinceps ſequebantur, is eius SENTENTIÆ PRINCEPS ET AVCTOR, dicebatur. Cic. in Orat. de Reſponſ. haruſp. *Poſtero die*, FREQVENTISSIMVS SENATVS, *te, Conſule deſignato, Lentule*, SENTENTIÆ PRINCIPE, &c. Idem in Piſon. *De me Senatus ita decreuit, Cn. Pompeio* AVCTORE, ET EIVS SENTENTIÆ PRINCIPE. Et pro domo ſua: *Sed quæro in ipſa ſententia, quoniam* PRINCEPS EGO SVM EIVS ATQVE AVCTOR, *quid reprehẽdatur*. Valer. Max. lib.vii. cap.vi. *Senatus*, AVCTORE TIB. GRACCHO *Cos. deſignato cenſuit*. Vetus inſcriptio Romæ de Plautio Syluano: SENATVS IN PRÆFECTVRA TRIVMPHALIBVS ORNAMENTIS HONORAVIT, AVCTORE IMP. CÆSARE AVGVSTO VESPASIANO. Item in alia inſcriptione: HVIC SENATVS AVCTORE IMP. TRAIANO AVG. GERMANICO, DACICO, TRIVMPHALIA ORNAMENTA DECREVIT, STATVAMQVE PECVN. PVBLIC. PONEND. CENSVIT. Vlpian. in L. cùm hic ſtatus. D. de donat. inter vir. & vxor. *Imperator noſter Antoninus Auguſtus, ante exceſſum diui Seueri, patris ſui, Oratione in Senatu habita*, AVCTOR FVIT SENATVI CENSENDI, *Fuluio Aemiliano, & Nummio Albino Coss. vt aliquid laxaret ex iuris rigore*. Suet. in Veſpas. cap.xi. AVCTOR SENATVI FVIT DECERNENDI, *vt quæ ſe alieno ſeruo iunxiſſet, ancilla haberetur*.

Dicebatur autem FREQVENS SENATVS, vel vt Cicero in Orat. de Haruſp. reſponſ. & in Piſonem loquitur, FREQVENTISSIMVS, decreuiſſe, quod magno conſeſſu, & numero Senatorum, maximáque frequentia adſtante ſtatuerat. Contrà quod paucis Senatoribus adſtantibus ſcriptum erat S.C. id PER INFREQVENTIAM factum dicebatur. Liuius lib.xxxviii. *Neque his contentus Conſul fuit, ſed poſtea*, PER INFREQVENTIAM ADIECIT *Senatuſconſulto*, AMBRACIAM NON VIDERI VI CAPTAM ESSE. Quod Sc. idẽ Liu. lib.xxxix. ita perſtringit: *Cùm ſint notiſſimæ ſibi cum Cos. inimicitiæ, quid ab eo quemquam poſſe æqui expectare, qui* PER INFREQVENTIAM FACTVM S.C. AD ÆRARIVM DETVLERIT, AMBRACIAM NON VIDERI VI CAPTAM, *quæ aggere, ac vineis* &c. Sic enim totus ille locus interpungendus eſt: & verba hæc, *Ambraciam non videri vi captam*, ex S.C. ſunt.

Ad exem-

Ad exemplum porrò Senatuſconſultorum quæ Romæ fiebant, in municipiis quoque, curiæ & ordinis decreta componi, iiſdémque verborum formulis concipi conſueuerãt. Indicant hoc Senatus Syracuſani decreta, ex quibus Cicero lib. VII. in Verrem hæc verba refert, QVOD VERBA FACTA SVNT DE SEX. PEDVCEO. Itẽ hæc, QVOD VERBA FACTA SVNT DE C. VERRE, CVM SVRGERET NEMO, NEQVE SENTENTIAM DICERET. Verùm clarius hoc, apertiúsque demonſtrant vetuſta æra & mármora, quibus Curiarum decreta inſculpta ſunt, quæ inde exſcripta proferam. Vnius decreti ab ordine Veſtinorum & Peltuinatium (quorum Plin. lib. III. cap. XII. meminit) facti verba ſunt hæc:

C. VETTIO. ATTICO. ET. CASINIO. PRÆTEXTATO. COSS.
PR. IDVS. APRIL.

PELTVINI. VESTINIS. IN. CVRIA. AVG. ORDINEM. HABENTIBVS. T. AVIDIACCO. RESTITVTO. ET. T. BLÆSIO. NATALE. ÆDD. QQ. SCRIBVNDO. ADFVERVNT. QVOD. VNIVERSI. VERBA. FECERVNT. NVMMIAM. VARIAM. C. F. SACERDOTEM. VENERIS. FELICIS. EA. ADFECTIONE. ADQVE. PRONO. ANIMO. CIRCA. NOS. AGERE. COEPISSE. PRO. INSTITVTO. BENIVOLENTIÆ. SVÆ. SICVT. ET. PARENTES. EIVS. SEMPER. EGERVNT. VT. MERITO. DEBEAT. EX. CONSENSV. VNIVERSORVM. PATRONA. PRÆFECTVRÆ. NOSTRÆ. FIERI. QVO. MAGIS. MAGISQVE. HOC. HONORE. QVI. EST. APVT. NOS. POTISSIMVS. TANTÆ. CLARITATI. EIVS. OBLATO. DIGNATIONE. BENIGNITATIS. EIVS. GLORIOSI. ET. IN. OMNIBVS. TVTI. AC. DEFENSI. ESSE. POSSIMVS. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. PLACERE. VNIVERSIS. CONSCRIPTIS. NVMMIÆ. VARIÆ. C. F. SACERDOTI. VENERIS. FELICIS. PRO. SPLENDORE. DIGNITATIS. SVÆ. PATROCINIVM. PRÆFECTVRÆ. NOSTRÆ. OFFERRI. PETIQVE. AB. EIVS. CLARITATE. ET. EXIMIA. BENIGNITATE. VT. HVNC. HONOREM. SIBI. A. NOBIS. OBLATVM. LIBENTI. ET. PRONO. ANIMO. SVSCIPERE. ET. SINGVLOS, VNIVERSOSQVE. NOS. REMQVE. PVBLICAM. NOSTRAM. IN. CLIENTELAM. DOMVS. SVÆ. RECIPERE. DIGNETVR. ET. IN. QVIBVSCVMQVE. RATIO. EXEGERIT. INTERCEDENTE. AVCTORITATE. DIGNITATIS. SVÆ. TVTOS. DEFENSOSQVE PRÆSTET. TABVLAMQVE. ÆNEAM. HVIVS. DECRETI. N. VERBA. CONTINENTEM. OFFERRI. EI. PER. AVIDIACCVM. RESTITVTVM. ET. BLÆSIVM. NATALEM. QQ. ITEM. NVMISENVM. CRESCENTEM. ET. PL. PRISCVM. PRIMORES. ORD. N. VIROS. CENSVER.

Alterius decreti verba ſunt huiuſmodi:

L. ARRVNTIO. STELLA.
L. IVLIO. MARINO. COSS.
XIII. K. NOV.

M. ACILIVS. PLACIDVS. L. PETRONIVS. FRONTO. IIII. VIR. I. D. S. C. FERENTIN. IN. CVRIA. ÆDIS. MERCVRI. SCRIBVNDO. ADFVERVNT. Q. SEGIANVS. MÆCIANVS. T. MVNNIVS. NOMANLIANVS. QVOD. VNIVERSI. V. F. T. POMPONIVM. BASSVM. CLARISSIMVM. VIRVM. DEMANDATAM. SIBI. CVRAM. AB. INDVLGENTISSIMO IMP. CÆSARE. NERVA. TRAIANO. AVGVSTO. GERMANICO. QVA. ÆTERNITATI. ITALIÆ. SVÆ. PROSPEXIT. SECVNDVM. LIBERALITATEM. EIVS. ITA. ORDINARI. VT. OMNIS. ÆTAS. CVRÆ. EIVS. MERITO. GRATIAS. AGERE. DEBEAT. FVTVRVMQVE. VT. TANTÆ. VIRTVTIS. VIR. AVXILIO. SIT. FVTVRVS. MVNICIPIO. NOSTRO. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. V. I. C. PLACERE. CONSCRIPTIS. EX. HOC. ORDINE. MITTI. AD. T. POMPONIVM. BASSVM. CLARISSIMVM. VIRVM. QVI. AB. EO. IMPETRARENT. IN. CLIENTELAM. AMPLISSIMÆ. DOMVS. SVÆ. MVNICIPIVM. RECIPERE. DIGNETVR. PATRO-

NVMQVE. SE. COOPTARI. TABVLA. HOSPITALI. INCISA. HOC. DECRETO. IN. DOMO. SVA. POSITA. PERMITTAT. CENSVERE. EGERVNT. LEGATI. A. CÆCILIVS. A. F. QVIRINALIS: ET. QVIRINALIS.

AD AVGVST. TEM. C. P. AD AVGVST. TEM. C. P.

Extat etiam Neapoli quoddam Curiæ decretum in hæc verba: C. DOMITIO DEXTRO II. L. VALERIO MESSALA THRASIA PRISCO COSS. VI. IDVS IANVAR. IN CVRIA BASILICÆ AVG. ANNIAN. SCRIBVNDO ADFVERVNT. A. AQVILIVS PROCVLVS. M. CECILIVS. PVBLICIVS FABIANVS. T. HORDEONICVS SECVND. VALENTINVS. T. CÆSIVS BASSIANVS. QVOD POSTVLANTE CN. GAIO PVDENTI. O. V. DE FORMA INSCRIPTION. DANDA STATVÆ QVAM DENDROPHOR. OCTAVIO. AGATHÆ P. C. N. STATVERVNT CN. PAPIRIVS SAGITTA ET P. ÆLIVS EVDÆMON II. VIR RETVLERVNT Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. PLACVIT VNIVERSIS HONESTISSIMI CORPORIS DENDROPHORORVM INSCRIPTIONEM QVÆ AD HONOREM . . . . DARE. QVÆ. . . . . SERTA. EST.

Ibidem & aliud conſpicitur his verbis. L. ANNIO L. F. COL. MODESTO HON. EQVO PVBL. K. IVN. IN CVRIA BASILICÆ AVGVSTINIANÆ, SCRIBVNDO ADFVER. TOPPIVS SEVERVS, VIGETIVS LIBERALIS, IVLIVS CAPRETANVS, GRANIVS LONGINVS. QVOD C. AVFIDIVS TRASEA T. CLAVDIVS QVADRINVS II. VIRI VRB. DE CONFORMANDA AVCTORITATE MEMORIÆ HONORAND. STATVAQVE PONENDA ANNIO MODESTO ANNI NVMISIANI ORNATI VIRI FILIO: Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. CVM ANNIVS NVMISIANVS VIR AD SINGVLOR. TESTIMONIVM PERTIN. QVA PROBITATE MORVM, QVA QVIETE VITÆ, QVOD VNICVM IN DOLORE PRÆSIDIVM EST MERVERAT ADFECTVVM NOSTRORVM CONSOLATIONEM, ADQ. CANDORE ORDINIS NOSTRI BONVM CIVEM PIVMQVE PATREM IN TAM GRAVI FORTVNÆ INIVRIA QVA POTEST INDIGNATIONE AVOCARE TRISTITIA. PLACERE HVIC ORDINI AVCTORIT. IN EAM REM ANTE HANC DIEM FACTAM CONFIRMARI, PERMITTIQVE ANNIO ADIECTO LIB. EIVS STATVAM PONERE, ANNIO MODESTO, LOCO ADSIGNATO A II. VIRIS NOSTRIS, QVO TESTATIOR SIT ERGA EVM ADFECTVS REIP. NOSTRÆ, CONCLVDAMVS QVOD IN VITA PRÆSTITERIT CENSVER. ADIECTVS LIB. L. D. D. D. Accedat inſcriptio Prænestina, in qua eſt, *Exempl. decr.* Q. F. Q. IVNIO. SILANO. ET. L. SEPTIMIO. VALERIANO. COS. POSTVLANTE. CLAVDIO. MARONE. VTI. LVCVS. AD. STATVAM. PONENDAM. OPTIMÆ. MEMORIÆ. VIRO. QVOND. FIL. ÆLI. AVG. LIB. ANATELLON. AMANTISSIMO. REIPVBLICÆ. NOSTRÆ: PLACVIT. ET. IN. HONOREM. ANATELLONTIS. SEMPER. ET. VBIQVE. DE. REP. OPTIM. MERIT. IN. GRATIAM. CLAVDI. MARONIS. LVCVM. AD. STATVAM. PONENDAM. AD. ELECTIONEM. IPSIVS. ATTR. DARE.

Aliud etiam ordinis municipij Cæritum decretum quoddam ære inciſum Romæ extare fertur in hæc verba: VESBINVS AVG. L. PHÆTRIVM AVGVSTALIBVS MVNICIP. CÆRITVM LOCO APERTO A RE. P. SVA IMPENSA OMNI EXORNATVM DONVM DEDIT. *Deſcriptum & recognitum factum in Pronao ade Martis, ex commentario, quem iuſsit proferri. Cuperius Hoſtilianus per T. Ruſtium Lyſiponum ſcribam, in quo ſcriptum erat. it. quod infrà ſcriptum eſt.*

L. PVBLILIO CELSO. II. C. CLODIO CRISPINO COSS. IDIBVS APRILIB. M. PONTIO DICTATORE, C. SVETONIO CLAVDIANO ÆDILE IVRI DICVNDO PRÆF. ÆRARI COMMENTARIVM COTTIDIANVM MVNICIPI CÆRITVM. *Inde pagina* XXVII. *capite* VI. M. PONTIVS CELSVS DICTATOR, ET C.

ET C. SVETONIVS CLAVDIANVS DECVRIONES IN TEMPLO DIVOR. CORROGAVERVNT, VBI VESBINVS AVG. LIB. PETIT. VT SIBI LOCVS PVBLICE DARETVR SVB PORTICV BASILICÆ SVLPICIANÆ, VTI AVGVSTALIB. IN EVM LOCVM PHETRIVM PACERET VBI EX CONSENSV DECVRIONVM LOCVS EI QVEM DESIDERAVERAT DATVS EST 7. PLACVITQVE VNIVERSIS, CVRATIO COSANO CVRATORI OB EAM REM EPISTVLAM MITTI Ↄ. IN CVRIAM FVERVNT PONTIVS CELSVS DICTAT. SVETONIVS CLAVDIANVS ÆD. IVRIDIC. M. LEPIDIVS NEPOS, ÆDIL. ANNON. POLLIVS BLANDVS. PESCENNIVS, FLAVIANVS, PESCENNIVS NATALIS, POLLIVS CALLINIVS, PETRONIVS INNOCENS, SERGIVS PROCVLVS. *Inde pagina altera capite primo*, MAGISTRATVS ET DECVRION. CVRIATIO COSANO SAL. IDIB. AVG. DESIDERANTI A NOBIS VLPIO VESBINO CONSILIVM DECVRION. COEGIMVS, A QVIB. PETIT VT SIBI LOCVS PVBLICE IN ANGVLO PORTICVS BASILIC. DARETVR, QVOD SE AVGVSTALIB. PHETRIVM PVBLICE EXORNATVRVM SECVNDVM DIGNITAT. MVNICIPI POLLICERETVR. GRATIÆ HVIC ACTÆ SVNT, AB VNIVERSIS. PLACVIT TAMEN TIBI SCRIBI AN IN HOC QVOQVE ET TV CONSENSVRVS ESSES, QVI LOCVS REIP. IN VSV NON EST NEC VLLO REDITV ESSE POTEST. *Inde pagina* VIII. *capite primo*. CVRIATIVS COSANVS MAG. ET DEC. CAERETANO SAL. EGO, NON TANTVM CONSENTIRE VOLVNTATI VESTRÆ, SET ET GRATVLARI DEBEO, SI QVI REMP. N. EXORNAT. ACCEDO ITAQVE SENTENTIÆ VESTRÆ, NON TANQVAM CVRATOR, SED TANQVAM VNVS EX ORDINE: CVM TAM HONESTA EXEMPLA ETIAM PROVOCARI HONORIFICA EXORNATIONE DEBEANT 7. DATA PRID. IDVS SEPTEMB. AMERIÆ. ACT. IDIB. IVNIIS Q. NINNIO HASTA. P. MANILIO VOPISCO COSS. DEDICATVM K. AVG.

Senatuſconſultis Orationes principum ita coherent, vt auelli non poſſint. Nam & in Senatu habebantur, recitabanturve: eóque modo, Imperatores dicebãtur auctores fuiſſe Senatui, cenſendi id quod decernebatur. Atque adeo huiuſmodi orationibus, Senatuſconſulta accedere, eáque ſequi ſolebant. Qua autem verborum figura conciperētur, indicat Vlpian. in L. I. D. de reb. cor. in qua oratio Imperatoris Seueri in Senatu recitata refertur, cuius verba erant huiuſmodi: PRÆTEREA P.C. INTERDICAM TVTORIBVS ET CVRATORIBVS, NE PRÆDIA RVSTICA VEL SVBVRBANA DISTRAHANT: NISI VT ID FIERET, PARENTES TESTAMENTO VEL CODICILLIS CAVERINT. QVOD SI FORTE ÆS ALIENVM TANTVM ERIT, VT EX REBVS CETERIS NON POSSIT EXSOLVI, TVNC PRÆTOR VRBANVS VIR CLARISSIMVS ADEATVR, QVI PRO SVA RELIGIONE ÆSTIMET, QVÆ POSSVNT ALIENARI, OBLIGARIVE DEBEANT: MANENTE PVPILLO ACTIONE, SI POSTEA POTVERIT PROBARI OBREPTVM ESSE PRÆTORI. SI COMMVNIS RES ERIT, ET SOCIVS AD DIVISIONEM PROVOCET: AVT SI CREDITOR QVI PIGNORI AGRVM A PARENTE PVPILLI ACCEPERIT, IVS EXEQVETVR, NIHIL NOVANDVM CENSEO. Idem in l. hæc ratio D. de donat. int. vir. & vxor. ex oratione Antonini Auguſti hæc refert, MAIORES NOSTRI INTER VIRVM ET VXOREM DONATIONES PROHIBVERVNT, AMOREM HONESTVM SOLIS ANIMIS ÆSTIMANTES, FAMÆ ETIAM CONIVNCTORVM CONSVLENTES, NE CONCORDIA PRETIO CONCILIARI VIDERETVR, NEVE MELIOR IN PAVPERTATEM INCIDERET, DETERIOR DITIOR FIERET. Ex eadẽ Oratione idem Ic. in L. cùm hic ſtatus §. 1. eod. tit. hoc caput citat. FAS ESSE EVM QVIDEM QVI DONAVIT, POENITERE: HEREDEM VERO ERIPERE FORSITAN ADVERSVS VOLVNTATEM SVPREMAM EIVS QVI DONAVERIT, DVRVM ET AVARVM ESSE. Huiuſmodi etiam Orationum particulæ aliquot citantur in l. Oratio D. ſi ingen. eſſe dicet. & l. 1. §. ſed interdum. D. ne de ſtatu def. & l. 2. in fi. D. de colluſ. deteg. L. ſacratiſſimi D. ad Sc. Tertyllian. l. Oratione

D. de ritu nuptiar. Et eſt Lugdunenſi æri gratia, cuius beneficio, integra prope Claudij Cæſaris oratio, tot Galliarum cladibus ſuperſtes, ad hanc vſque ætatem peruenit. Eam in noſtrarum Formularũ collegium cooptari, nemo inuidebit: vel eo maximè nomine, quòd eius argumentum literis mandandum Tacit. lib. XI. cenſuerit. Prima tabulæ illius pagina, hæc verba præ ſe fert.

MÆ RERVM NOSTR. . . . .
EQVIDEM. PRIMAM. OMNIVM. ILLAM. COGITATIONEM. HOMINVM.
QVAM. MAXIME. PRIMAM. OCCVRSVRAM. MIHI. PROVIDEO. DEPRE-
COR. NE. QVASI. NOVAM. ISTAM. REM. INTRODVCI. EXHORRESCA-
TIS. SED. ILLA. POTIVS. COGITETIS. QVAM. MVLTA. IN. HAC. CIVITATE.
NOVATA. SINT. ET. QVIDEM. STATIM. AB. ORIGINE. VRBIS. NO-
STRÆ. IN. QVOD. FORMAS. STATVSQVE. RES. P. NOSTRA. DIDVCTA. SIT.
QVONDAM. REGES. HANC. TENVERE. VRBEM. NE. TAMEN. DOME-
STICIS. SVCCESSORIBVS. EAM. TRADERE. CONTIGIT. SVPERVENE-
RE. ALIENI. ET. QVIDAM. EXTERNI. VT. NVMA. ROMVLO. SVC-
CESSERIT. EX. SABINIS. VENIENS. VICINVS. QVIDEM. SED. TVNC.
EXTERNVS. VT. ANCO. MARCIO. PRISCVS. TARQVINIVS. PROPTER.
TEMERATVM. SANGVINEM. QVOD. PATRE. DEMARATO. CORINTHIO.
NATVS. ERAT. ET. TARQVINIENSI. MATRE. GENEROSA. SED. INOPI. VT.
QVÆ. TALI. MARITO. NECESSE. HABVERIT. SVCCVMBERE. CVM.
DOMI. REPELLERETVR. A. GERENDIS. HONORIBVS. POSTQVAM.
ROMAM. MIGRAVIT. REGNVM. ADEPTVS. EST. HVIC. QVOQVE. ET.
FILIO. NEPOTIVE. EIVS. NAM. ET. HOC. INTER. AVCTORES. DIS-
CREPAT. INSERTVS. SERVIVS. TVLLIVS. SI. NOSTROS. SEQVIMVR.
CAPTIVA. NATVS. OCRESIA. SI. TVSCOS. CÆLI. QVONDAM.
VIVENNÆ. SODALIS. FIDELISSIMVS. OMNISQVE. EIVS. CASVS. CO-
MES. POSTQVAM. VARIA. FORTVNA. EXACTVS. CVM. OMNIBVS. RE-
LIQVIS. CÆLIANI. EXERCITVS. ETRVRIA. EXCESSIT. MONTEM.
CÆLIVM. OCCVPAVIT. ET. A. DVCE. SVO. CÆLIO. ITA. APPELLI-
TATVS. MVTATOQVE. NOMINE. NAM. TVSCE. MASTARNA. EI. NO-
MEN. ERAT. ITA. APPELLATVS. EST. VT. DIXI. ET. REGNVM. SVM-
MA. CVM. REI. P. VTILITATE. OPTINVIT. DEINDE. POSQVAM. TAR-
QVINI. SVPERBI. MORES. INVISI. CIVITATI. NOSTRÆ. ESSE. COE-
PERVNT. QVA. IPSIVS. QVA. FILIORVM. EIVS. NEMPE. PERTÆ-
SVM. EST. MENTES. REGNI. ET. AD. CONSVLES. ANNVOS. MAGI-
STRATVS. ADMINISTRATIO. REIP. TRANSLATA. EST.
QVID. NVNC. COMMEMOREM. DICTATVRÆ. HOC. IPSO. CONSV-
LARI. IMPERIVM. VALENTIVS. REPERTVM. APVD. MAIORES. NO-
STROS. QVO. IN. ASPERIORIBVS. BELLIS. AVT. IN. CIVILI. MOTV.
DIFFICILIORE. VTERENTVR. AVT. IN. AVXILIVM. PLEBIS. CREATOS.
TRIBVNOS. PLEBEI. QVID. A. CONSVLIBVS. AD. DECEMVIROS.
TRANSLATVM. IMPERIVM. SOLVTOQVE. POSTEA. DECEMVIRA-
LI. REGNO. AD. CONSVLES. RVRSVS. REDITVM. QVID. IMP. . . . .
VRIS. DISTRIBVTVM. CONSVLARE. IMPERIVM. TRIBVNOSQVE. MI-
LITVM. CONSVLARI. IMPERIO. APPELLATOS. QVI. SENI. ET. SÆPE.
OCTONI. CREARENTVR. QVID. COMMVNICATOS. POSTREMO. CVM.
PLEBE. HONORES. NON. IMPERI. SOLVM. SED. SACERDOTIORVM.
QVOQVE. IAM. SI. NARREM. BELLA. A. QVIBVS. COEPERINT. MA-
IORES. NOSTRI. ET. QVO. PROCESSERIMVS. VEREOR. NE. NIMIO.
INSOLENTIOR. ESSE. VIDEAR. ET. QVÆSISSE. IACTATIONEM. GLO-
RIÆ. PROLATI. IMPERI. VLTRA. OCEANVM. SED. ILLOC. POTIVS.
REVERTAR. CIVITATEM.

Alterius

Alterius paginæ verba ſunt hæc.

. . . . SANE. . . . . :
NOVO. . . . . DIVVS. AVG. . . . . NO. . . . . . .
LVS. ET. PATRVVS. TI. CÆSAR. OMNEM. FLOREM. VBIQVE. COLONIA-
RVM. AC. MVNICIPIORVM. BONORVM. SCILICET. VIRORVM. ET. LOCVPLETIVM. IN.
HAC. CVRIA. ESSE. VOLVIT. QVID. ERGO. NON ITALICVS. SENATOR. PRO-
VINCIALI. POTIOR? EST. IAM. VOBIS. CVM. HANC. PARTEM. CENSVRÆ. MEÆ.
APPROBARE. COEPERO. QVID. DE. EA. RE. SENTIAM. REBVS. OSTENDAM. SED.
NE. PROVINCIALES. QVIDEM. SI. MODO. ORNARE. CVRIAM. POTERINT. RECI-
PIENDOS. PVTO.

ORNATISSIMA. ECCE. COLONIA. VALENTISSIMAQVE. VIENNIENSIVM. QVAM. LON-
GO. IAM. TEMPORE. SENATORES. HVIC. CVRIÆ. CONFERT. EX. QVA. COLONIA.
INTER. PAVCOS. EQVESTRIS. ORDINIS. ORNAMENTVM. L. VESTINVM. FAMILIA-
RISSIME. DILIGO. ET. HODIEQVE. IN. REBVS. MEIS. DETINEO. CVIVS. LIBERI.
FRVANTVR. QVÆSO. PRIMO. SACERDOTIORVM. GRADV. POST. MODO. CVM.
ANNIS. PROMOTVRI. DIGNITATIS. SVÆ. INCREMENTA. VT. DIRVM. NOMEN. LA-
TRONIS. TACEAM. ET. ODI. ILLVD. PALESTRICVM. PRODIGIVM. QVOD. ANTE. IN.
DOMVM. CONSVLATVM. INTVLIT. QVAM. COLONIA. SVA. SOLIDVM. CIVITATIS.
ROMANÆ. BENEFICIVM. CONSECVTA. EST. IDEM. DE. FRATRE. EIVS. POSSVM.
DICERE. MISERABILI. QVIDEM. INDIGNISSIMOQVE. HOC. CASV. VT. VOBIS. VTI-
LIS. EENATOR. ESSE. NON. POSSIT.

TEMPVS. EST. IAM. TI. CÆSAR. GERMANICE. DETEGERE. TE. PATRIBVS. CON-
SCRIPTIS. QVO. TENDAT. ORATIO. TVA. IAM. ENIM. AD. EXTREMOS. FINES. GAL-
LIÆ. NARBONENSIS. VENISTI.

TOT. ECCE. INSIGNES. IVVENES. QVOT. INTVEOR. NON. MAGIS. SVNT. PÆ-
NITENDI. SENATORES. QVAM. PÆNITET. PERSICVM. NOBILISSIMVM. VIRVM. A-
MICVM. MEVM. INTER. IMAGINES. MAIORVM. SVORVM. ALLOBROGICI. NOMEN.
LEGERE. QVOD. SI. HÆC. ITA. ESSE. CONSENTITIS. QVID. VLTRA. DESIDERA-
TIS. QVAM. VT. VOBIS. DIGITO. DEMONSTREM. SOLVM. IPSVM. VLTRA. FINES.
PROVINCIÆ. NARBONENSIS. IAM. VOBIS. SENATORES. MITTERE. QVANDO. EX.
LVGDVNO. HABERE. NOS. NOSTRI. ORDINIS. VIROS. NON. PÆNITET. TIMIDE.
QVIDEM. P. C. EGRESSVS. ADSVETOS. FAMILIARESQVE. VOBIS. PROVINCIARVM.
TERMINOS. SVM. SED. DESTRICTE. IAM. COMATÆ. GALLIÆ. CAVSA. AGENDA.
EST. IN. QVA. SI. QVIS. HOC. INTVETVR. QVOD. BELLO. PER. DECEM. ANNOS.
EXERCVERVNT. DIVOM. IVLIVM. IDEM. OPPONAT. CENTVM. ANNORVM. IMMO-
BILEM. FIDEM. OBSEQVIVMQVE. MVLTIS. TREPIDIS. REBVS. NOSTRIS. PLVSQVAM.
EXPERTVM. ILLI. PATRI. MEO. DRVSO. GERMANIAM. SVBIGENTI. TVTAM.
QVIETE. SVA. SECVRAMQVE. A. TERGO. PACEM. PRÆSTITERVNT. ET. QVIDEM.
CVM. AD. CENSVS. NOVO. TVM. OPERE. ET. INADSVETO. GALLIIS. AD. BEL-
LVM. AVOCATVS. ESSET. QVOD. OPVS. QVAM. ARDVVM. SIT. NOBIS. NVNC.
CVM. MAXIME. QVAMVIS. NIHIL. VLTRA. QVAM. VT. PVBLICE. NOTÆ. SINT. FA-
CVLTATES. NOSRÆ. EXQVIRATVR. NIMIS. MAGNO. EXPERIMENTO. CO-
GNOSCIMVS.

Referuntur & à Tacito. lib. III. & à Vulcatio Gallicano in Auidio Caſſio, & à Capitolino, in Opilio Macrino, & in Maximinis, aliquot principum Orationes.

Veteri etiam inſcriptioni Romanæ inſerta eſt clauſula Orationis à Veſpaſiano in Senatu de Plautij Siluani hònoribus habitæ, huiuſmodi: MAESIAE ITA PRAEFVIT, VT NON DEBVERIT IN ME DIFFERRI HONOR TRIVMPHALIVM EIVS ORNAMENTORVM, NISI QVOD LATION EI CONTIGIT MORA TITVLVS.

In hunc formulatum Senatum, Conſulares, necnon & Tribunitias aliquot formulas introducam, quæ ſunt à me ad extremam huius libri partem reſeruatæ.

Conſulum voces erant hæ, NON REFERAM, NON ROGABO, NON PATIAR AGI. Liuius lib. XXVII. *Cùm Conſul*, SE POPVLVM ROGATVRVM *negaſſet, quod ſuæ poteſtatis eſſet, Prætorémque vetuiſſet rogare.* Idem lib. III. *Conſul, antequam collegam ſibi ſubrogaſſet*, NEGARE PASSVRVM AGI DE LEGE. Apud eundem Liuium lib. XXXVIII. C. Flaminius Conſul, EGO, ait, NEC DE AMBRACIENSIBVS, NEC DE ÆTOLIS DECERNI QVICQVAM, ABSENTE M. FVLVIO, PATIAR. Eiuſdem lib. XXXIX. Conſules, ſi Tribuni pl. intercederent, NVLLAM ALIAM REM SE DECERNI PASSVROS, denuntiant. Similiter lib. XXX. Cn. Lentulus Coſ. negat PRIVS QVICQVAM AGI PASSVRVM, *quàm ſibi Africa decreta eſſet.* Et lib. XLII. Coſs. denuntiant ſe nil quidquam REIPVB. ACTVROS, præter quàm quod ad prouinciarum adminiſtrationem pertineret.

Operæ pretium etiam eſt ſcire, vti lictoribus qui illis anteibant, imperarent. Quo ex genere erant hæc, ACCEDE LICTOR. Docet Liuius lib. VIII. vbi Papyrius Curſor Dictator Q. Fabium Magiſtrum equitum interrogans, *Ad hæc*, inquit, *quæ tu interrogatus es reſponde: extra ea caue vocem mittas.* ACCEDE LICTOR. Idem lib. XXIIII. LICTORES *ad eum* ACCEDERE *Conſul iuſsit.* Idem. lib. III. de Appio Decéviro. *Et ad Valerium negantem ſe priuato reticere*, LICTOREM ACCEDERE *iuſsit.* Dionyſ. Halicarn. lib. IX. Ἀγανακτοῦντος δὲ τοῦ ὑπάτου, ϗ πᾶσιν ἅμα τοῖς Ὑπηρέταις, Προσελθεῖν κελευσάντων.

Sed & ſi quid per incuriam oſcitantiámve lictor prætermitteret, quod contra dignitatem eſſet, Conſul, EVM ANIMADVERTERE IVBEBAT. Indicio eſt quod Liuius lib. XXIIII. de Fabiis patre & filio ita narrat. *Pater filio legatus ad Sueſſulam in caſtra venit: Cùm obuiàm filius progrederetur, lictoréſque verecundia maieſtatis eius, taciti anteirēt, non ſummouentes patrem, præter vndecim faſces equo preuectus ſenex, vt Conſul* ANIMADVERTERE PROXIMVM LICTOREM *iuſsit, & is, vt* DESCENDERET EX EQVO, *inclamauit.* Quam hiſtoriam Valer. Max. referens lib. XI. cap. II. ait, Conſulem proximo lictori, VT SIBI APPARERET, imperaſſe: Agellius verò lib. II. cap. II. ex Quadrigarij Annalibus, hoc tantùm Conſulem lictori dixiſſe, DESCENDERE IVBE. In more quidem poſitum fuiſſe, vt Conſule Theatrum introeunte, Lictor ANIMADVERTERE po pulum iuberet, Sueton. in Iulio cap. LXXX. tradit.

Conſules præterea, imperabant lictoribus, populum SVMMOVERE Liuius lib. III. *Cùm, vt vanū eum, negarent Coſs. audiendum eſſe, vociferantémque prodi publicam cauſam*, SVMMOVERI *iuſsiſſent.* Idem lib. VIII. *Repente ſtrepitus lictorum* SVMMOVENTIVM *auditur.* Idem lib. XLV. *Donec eos lictores miſiſſet, qui* SVMMOVENDO *iter ad Prætorium facerent.* Quo alludit Horatius lib. I. Carm. Ode XVI. cùm ait.

Non enim gazæ, neque Conſularis

SVMMOVET LICTOR, *miſeros tumultus.*

Plutarch. in Publicola Οἱ μὲν ὑπηρέται διωσάμενοι τὸν ὄχλον, ἐπελάβοντο τοῦ ἀνθρώπου. Directa huiuſmodi iuſſorū verba, Seneca Controuer. II. lib. IX. attingit, inquiēs, SVMMOVE, *audis* LICTOR, SVMMOVE *à Prætore meretricem.* Plenius verò apud Liuiū lib. III. Appius ita lictori imperat. I LICTOR, SVMMOVE TVRBAM, ET DA VIAM DOMINO AD PREHENDENDVM MANCIPIVM. Quo genere loquendi viam ſibi Mercurius quoque Plautinus facit Aulular. Act. III. Sc. I.

DATE VIAM, *qua fugere liceat.*

Facite totæ plateæ pateant.

Idem in Curcul. Act. II. Sc. III.

DATE VIAM *mihi noti atque ignoti.*

Reliqua Conſulū ad lictores verba quibus Prehendere, in vincula Ducere, virgas & ſecures Expedire, Lege denique Agere iubebant, in eum librum reiicio, quē Iudicialibus Formulis deſtinaui.

Reſtat, vt de Tribunis pleb. aliquid aſpergam, quorum Auxilium implorari conſueuiſſe nemo neſcit: Valer. Max. lib. VI. cap. I. de Scantinio Tribuno pl. cui dies ad populum dicta erat ab Ædile, quòd filium ſuum de ſtupro appellaſſet, ET OB ID TRIBVNORVM AVXILIVM IMPLORANTE. Plinius Epiſt. III. lib. IX. ROGO

VOS

VOS P. C. NE ME COGATIS IMPLORARE AVXILIVM TRIBVNORVM. Atque adeo Tribunorum propria erat Auxilij poteſtas. Inde apud Liuium lib. VI. ſcriptum eſt, *Imperium penes Conſules: penes Tribunos* AVXILIVM *tantùm eſſe.* Auxilijque gratia Tribuni appellabantur. Cicero pro Quintio: *Videtúrne interceſſiſſe appellatio Tribunorum, non moræ, ſed* AVXILII CAVSA? Qui locus multos miſere torſit, cùm non viderent, *Moræ*, vti illic ſcribo, id eſt, fruſtrationi, tergiuerſationíve, iuſtum & legibus proditum AVXILII remedium opponi. Liuius lib. III. APPELLARE TRIBVNOS, *communem patriam*, AVXILIVMQVE EORVM IMPLORARE. Idem lib. IX. APPELLANTIBVS TRIBVNOS NEMO ERAT AVXILIO, *quin nomina reciperentur*. Et lib. II. *Volero* APPELLAT TRIBVNOS: CVM AVXILIO NEMO ESSET. *Coss. ſpoliari hominem* &c. Plinius Epiſt. XXIII. lib. I. ſcrupulum ſibi iniectum narrans, an in Tribunatu cauſas ageret, *Erat hic quoque*, inquit, *æſtus ante oculos, ſi fortè me* APPELLASSET, *vel ille cui adeſſem, vel ille contrà quem:* INTERCEDEREM, ET AVXILIVM FERREM, *an quieſcerem ſileremque & quaſi eiurato magiſtratu priuatum me facerem.* Ita enim diſtinctus, & interpúctus locus ille, amiſſum nitorem recipiet.

Auxilium verò Tribunorum implorabatur his verbis, A VOBIS TRIBVNI POSTVLO, VT MIHI AVXILIO SITIS. Ad quæ Tribuni, AVXILIO SE FVTVROS, VEL NON FVTVROS, reſpondebant. Vtrumque eadem pagina Liuius comprobat. Apud eum namque lib. XXVIII. Fuluius Tribunos ita appellat. ITAQVE A VOBIS TRIBVNI PLEBIS POSTVLO, VT SENTENTIAM MIHI IDEO NON DICENTI, QVOD SI IN MEAM SENTENTIAM DISCEDATVR, NON SIT RATVM HABITVRVS CONSVL, AVXILIO SITIS. Tribunos verò ita decreuiſſe ait. SI CONSVL SENATVI DE PROVINCIIS PERMITTIT, STARI EO QVOD SENATVS CENSVERIT, PLACET: NEC DE EA RE AD POPVLVM FERRE PATIEMVR. SI NON PERMITTIT, QVI DE EA RE SENTENTIAM RECVSABIT DICERE, AVXILIO ERIMVS. Idem lib. IIII. *Indicto iam tributo, edixerunt Tribuni*, AVXILIO SE FVTVROS, *ſi quis in militare ſtipendium non contuliſſet.* Idem eod. lib. de Menenio Tribuno pl. *Contrà vociferante. ſi iniuſti domini poſſeſſione agri publici cederent*, SE MORAM DELECTVI NON FACERE: *decreto interpoſito, nouem Tribuni ſuſtulerunt certamen, pronuntiauerúntque ex collegij ſententia*, C. VALERIO CONSVLI SE, DAMNVM ALIAMQVE COERCITIONEM ADVERSVS INTERCESSIONEM COLLEGÆ DELECTVS CAVSA DETRECTANTIBVS, MILITIAM INHIBENTI, AVXILIO FVTVROS ESSE. Idem lib. X. *Inter Tribunos pl. contentio orta eſt: Pars*, INTERCESSVROS, *ne nouo exemplo triumpharet, aiebant: Pars*, AVXILIO SE, ADVERSVS COLLEGAS, TRIVMPHANTI FVTVROS. Et lib. XLII. *Citati* TRIBVNOS PL. APPELLARVNT: *Duo ex collegio, M. Fuluius Nobilior, & M. Claudius Marcellus, ad Coſs. reiiciebant: eorum cognitionem eſſe debere, quibus delectus, quibúſque bellum mandatū eſſet: ceteri*, COGNITVROS SE, DE QVO APPELLATI ESSENT, *aiebant: & ſi iniuria fieret*, AVXILIVM CIVIBVS LATVROS. Apud eundem lib. XXXVIII. Sempronius Gracchus Tribunus pl. ait, *Tum quoque, ſi ſe* APPELLET, AVXILIO EI FVTVRVM *ne cauſam dicat.* Cæſar lib. III. Bellor. ciuil. *M. Cælius Rufus Prætor, cauſſa debitorum ſuſcepta, initio magiſtratus, tribunal ſuum iuxta C. Trebonij Prætoris vrbani ſellã collocauit: & ſi quis appellaſſet de æſtimatione, & de ſolutionibus quæ per arbitrium fierent, vt Cæſar præſens conſtituerat*, FORE AVXILIO POLLICEBATVR. Valerius Maximus lib. VI. cap. V. *Magnam laudem & illud collegium Tribunorum tulit, quod cùm vnus ex eo L. Cotta, fiducia ſacroſanctæ poteſtatis, creditoribus ſuis nollet ſatisfacere, decreuit:* SI NEQVE SOLVERET PECVNIAM, NEQVE DARET CVM QVO SPONSIO FIERET, APPELLANTIBVS SE CREDITORIBVS AVXILIO FVTVRVM. Feſtus Pomp. *Sacer mons appellatur trans Anienem paullo vltra tertium milliarium, quod eum, plebs, cùm ſeceſſiſſet à Patribus, creatis Tribunis pleb. qui ſibi* ESSENT AV-

XILIO, *diſcedentes Ioui conſecrarunt.* Dio quoque lib. LI. & LVIII. in hoc genere verba, Ἀμύνειν, & Βοηθεῖν, vſurpat.

Interceſſionem etiam quandoque Tribuni pl. pollicebantur. Sic lib. x. Liuij, Pars Tribunorum INTERCESSVROS SE, ait. Idem lib. XXXV. *Tribuni plebis*, inquit, SE INTERCESSVROS, SI DE EA RE FIERET SENATVSCONSVLTVM, *dixerunt.* Apud eundem lib. XXXIX. Tribuni pl. SE INTERCESSVROS SENATVSCONSVLTO, ſi deportandos cenſerent Exercitus, denuntiant.

Contrà interdum appellati Tribuni auxiliũ denegantes, ſe NON INTERCEDERE, vel, MORAM NON FACERE, pronuntiabant. Valet. Max. lib. VI. cap. I. *Totum collegium Tribunorum negauit* SE INTERCEDERE, QVOMINVS PVDICITIÆ QVÆSTIO PERAGERETVR. Et Liuius lib. XXXVIII. *Tribuni cùm in conſiliũ ſeceßiſſent, paulò poſt C. Fannius ex ſua, collegarúmque aliorum, præter Gracchum, ſententia, pronuntiauit:* PRÆTORI NON INTERCEDERE TRIBVNOS, QVO MINVS SVA POTESTATE VTATVR. Tiberium verò Gracchum ita decreuiſſe ibidem ſcribit. QVOMINVS EX BONIS L. SCIPIONIS, QVOD IVDICATVM SIT, REDIGATVR, SE NON INTERCEDERE PRÆTORI. Apud eundem Liuium lib. XXVII. Tribuni pl. aiunt hæc. ITAQVE, SI SVVM NOMEN DICTATOR ACCIPERET, SE COMITIIS INTERCESSVROS: SI ALIORVM PRÆTERQVAM IPSIVS, RATIO HABERETVR, COMITIIS SE MORAM NON FACERE. Et lib. XXVI. *Tribuni pl. appellati, cùm collegæ negarent,* SE IN MORA ESSE, *quo minus &c.* Cicero pro Sextio, de Tribuno pl. loquens, *Ille affirmare, ſe poſtero die* NVLLAM MORAM ESSE FACTVRVM.

Quandoque etiam denuntiabant, SE NON PASSVROS. Liuius lib. III. *In mora Tribuni erant, qui comitia Quæſtores habere de reo, niſi prius habita de lege eſſent,* PASSVROS negabãt. Itẽ lib. IIII. *Tentatum à L. Sextio Tribuno pl. vt rogationẽ ferret, qua Volas quoque, ſicut Lauicos, coloni mitterentur per interceßionem collegarum, qui,* NVLLVM PLEBISCITVM, NISI EX AVCTORITATE SENATVS, PASSVROS SE PERFERRI, *oſtenderunt, diſcuſſum eſt.* Et lib. VII. Tribunis *negantibus* PASSVROS *comitia haberi, ni ſecundum Liciniam legem haberentur.* Itẽ lib. XXXIIII. *Tribuni pleb. legem Oppiam tuebantur: nec eam ſe* ABROGARI PASSVROS *aiebant.* Apud eundẽ lib. XXXVIII. Tribuni aiunt communem ſe relationem de conſulum triumpho fieri NON PASSVROS. Tiberij verò Gracchi Tribuni pleb. decretum lib. XXXIII. ponitur huiuſmodi. L. SCIPIONEM QVI REGEM OPVLENTISSIMVM ORBIS TERRARVM DEVICERIT, IMPERIVM POPVLI ROMANI PROPAGAVERIT IN VLTIMOS TERRARVM FINES: REGEM EVMENEM, RHODIOS, ALIAS TOT VRBES ASIÆ, DEVINXERIT POPVLI RO. BENEFICIIS, PLVRIMOS DVCES HOSTIVM IN TRIVMPHO DVCTOS CARCERE INCLVSERIT, NON PASSVRVM INTER HOSTES POPVLI RO. IN CARCERE ET IN VINCVLIS ESSE, MITTIQVE EVM SE IVBERE. Eundem Gracchum ibidem Liuius refert, cùm Scipio in vincula duceretur, nec quiſquam collegarum auxilio eſſet, iuraſſe ſibi inimicitias cùm Scipionibus, quæ fuiſſent, manere, nec ſe gratiæ quærẽdæ cauſa quicquam facere, ſed in quem carcerem Reges & Imperatores hoſtium ducentem vidiſſet P. Africanum, in eum ſe fratrem eius DVCI NON PASSVRVM. Ac demum cùm Tribuni pleb. appellati ab L. Scipione, decreuiſſent, SI MORBI CAVSA IS EXCVSARETVR, SIBI PLACERE ACCIPI EAM CAVSAM, DIEMQVE A COLLEGIS PRODVCI, Gracchum vetuiſſe nomen ſuum decreto collegarum adſcribi, atque ita decreuiſſe, CVM L. SCIPIO EXCVSET MORBVM ESSE CAVSÆ FRATRI, SATIS ID SIBI VIDERI: SE P. SCIPIONEM, PRIVSQVAM ROMAM REDIISSET, ACCVSARI NON PASSVRVM: TVM QVOQVE, SI SE APPELLET, AVXILIO EI FVTVRVM, NE CAVSAM DICAT. Illud autem Gracchi decretum paullo aliter Valer. Max. lib. IIII. cap. I. concipit in hunc modum. CVM L. CORNELIVS

LIVS SCIPIO DIE TRIVMPHI SVI ANTE CVRRVM ACTOS HOSTIVM DVCES IN CARCEREM CONIECERIT, INDIGNVM ET ALIENVM A MAIESTATE POPVLI RO. VIDERI, EODEM IPSVM DVCI: ITAQVE ID SE NON PASSVRVM FIERI. Eadem Tribunorum decreta ex Annalium monumentis exſcripta Agellius lib. VII. cap. IX. in medium adducit: Prius quidem ita ſcriptum fuiſſe tradit. QVOD PVBLIVS SCIPIO AFRICANVS POSTVLAVIT PRO LVCIO SCIPIONE ASIATICO FRATRE CVM CONTRA LEGES, CONTRAQVE MOREM MAIORVM TRIB. PLEB. HOMINIBVS ACCITIS, PER VIM, INAVSPICATO SENTENTIAM DE EO TVLERIT, MVLTAMQVE NVLLO EXEMPLO IRROGAVERIT, PRÆDESQVE EVM OB EAM REM DARE COGAT: AVT SI NON DET, IN VINCVLA DVCI IVBEAT: VT EVM A COLLEGÆ VI PROHIBEAMVS: ET QVOD CONTRA COLLEGA POSTVLAVIT, NE SIBI INTERCEDAMVS, QVO MINVS SVAPTE POTESTATE VTI LICEAT: DE EA RE NOSTRVM SENTENTIA OMNIVM DATA EST: SI L. CORNELIVS SCIPIO ASIATICVS COLLEGÆ ARBITRATV PRÆDES DABIT, QVO MINVS COLLEGA SVA POTESTATE VTATVR, NON INTERCEDEMVS. Alterum verò Tiberij Sempronij Gracchi Trib. plebis decretum ſic conceptum fuiſſe ait. QVVM CORNELIVS SCIPIO ASIATICVS TRIVMPHANS, HOSTIVM DVCES IN CARCEREM CONIECTAVERIT: ALIENVM ESSE A DIGNITATE REIPVB. IN EVM LOCVM IMPERATOREM POP. ROM. DVCI, IN QVEM LOCVM AB EO CONIECTI SVNT DVCES HOSTIVM. ITAQVE L. CORNELIVM SCIPIONEM ASIATICVM A COLLEGÆ VI PROHIBEO. Sed & apud Dionyſ. Halicarn. lib. XI. Tribuni pl. pronuntiant, ὐδὲν ΕΑΣΕΙΝ Δόγμα περὶ ὐδενὸς κυρωθῆναι πράγματος, ἐὰν μὴ τὸν ὑπὲρ αὐτῶν προσφερόμενον προβουλεύσῃ νόμον.

Erat & Tribunitia vox, VETO. Liuius lib. V. BENE HABET, *inquit Sextius. Quandoquidem tantùm interceßionem pollere placet, iſto ipſo telo tutabimur plebeios. Agedum Comitia indicite patres Tribunis militum creandis: faxo iuuet vox iſta* VETO. Idem lib. III. *Appellati Tribuni, medio decreto* IVS AVXILII *ſui expediunt: in vincula conijci* VETANT, SISTI REVM, PECVNIAMQVE NISI SISTATVR, POPVLO PROMITTI, PLACERE *pronuntiant.* Sueton. in Tiber. cap. II. Ne VETARE *aut* INTERCEDERE *fas cuiquam Tribunorum eſſet.*

Illæ etiam Cenſoriarum notarum, quibus Senatu aliqui mouebantur, formulæ, ad huius libri argumentum propriè ſpectant. Cenſoriis vtique notationibus & animaduerſionibus cauſa ſubſcribi ſolebat. Cicero lib. I. de Diuinat. *Appium Cenſorem P. Maßium, notauit, ſubſcripſitque,* QVOD AVSPICIA EMENTITVS ESSET, OB EAMQVE CAVSSAM POPVLVS RO. MAXIMAM CALAMITATEM ACCEPISSET. Aſconius in Orat. contra Antonium, *Hunc Antonium Gellius & Lentulus Cenſores, ſexennio quo hæc dicerentur, Senatu mouerunt cauſáſque ſubſcripſerunt,* QVOD SOCIOS DIRIPVERIT, QVOD IVDICIVM RECVSAVIT, QVOD PROPTER ÆRIS ALIENI MAGNITVDINEM PRÆDIA MANCIPAVIT, BONAQVE SVA IN POTESTATE NON HABERET. Agell. lib. XVII. cap. XXI. *Eodémque tempore Fabricius Lucinus & Q. Aemylius Papus Cenſores Romæ fuerunt, & P. Cornelium Rufum, qui II. Conſul & Dictator fuerat, Senatu mouerunt: cauſſámque iſti notæ ſubſcripſere,* QVOD EVM COMPERISSENT, ARGENTI FACTI CÆNÆ GRATIA DECEM PONDO HABERE. Eóque pertinere credo locum, quem Feſtus citat ex Oratione Catonis quam ſcripſit de L. Veturio de ſacrilegio commiſſo, cùm ei equum ademit, QVOD TV, QVOD IN

FVIT SACRA, STATA SOLLEMNIA, CAPITE SANCTA DESERVISTI. Ceteras Cenſorias formulas, quæ in Luſtro condendo, Equitum recognitione, tranſuectionéve, vſurpabantur, quod ab huius libri propoſito alieniores videantur, commodius cenſui in Militarium Formularum rationes referre. Itaque, vt modum aliquem & finem huic libro faciam, nouiſſima iſta formula, cui non temerè hunc ordinē aſſignaui, ipſe me, abſque Cenſore, Senatu moueo.

BARN. BRISSONII REGII CONSISTORII CONSILIARII, AMPLISSIMIQVE SENATVS PARISIENSIS PRÆSIDIS,

DE FORMVLIS ET SOLLEMNIBVS Populi Romani verbis,

LIB. III.

PARTE iam aliqua laboris ac periculi defunctus, leuari nihilominus mihi minimè videor: Tametſi enim profiteri auſum certa & ſollemnia verba perſcripturũ, in partibus ſingulis magni & diutini operis fatigari non conuenit, publici tamẽ muneris, quo fungor, occupationibus hac atq; illac diſtractus, durã me cepiſſe prouinciã ſentio: & cũ ad ea quę reſtãt, reſpicio, vereor ne meis ipſe ceruicibus onus impoſuerim, ſub quo cõcidã, & cui ferẽdo imparẽ me eſſe, cuẽtus, qui ſtultorũ magiſter eſſe dicitur, coarguat: Eorũ certè exẽplo qui proximis litori vadis, mare pedibus ingrediũtur, hoc re ipſa experior, quidquid progredior, in vaſtiorem me altitudinẽ, ac velut profundũ inuehi: & creſcere penè opus, quod prima quæq; perficiendo, minui videbatur. Animis ergo opus eſt, & pectore firmo. Facio vtiq; vt promiſſa appareant, dum ſuperiori, hunc ipſum de Edictorum formulis librum ſubnecto.

In ſollemnibus autẽ Edictorum verbis fuiſſe hæc, BONVM FACTVM, indicat Tertullianus in lib. de Pudicitia, cùm ait: *O edictum, cui adſcribi debeat*, BONVM FACTVM. Oſtẽdit & Sueton. in Vitellio cap. XIIII. his verbis. *Exacerbatus, quòd poſt Edictũ ſuum, quo iubebat, intra Kal. Octobres, vrbe, Italiáque Mathematici excederent, ſtatim libellus propoſitus eſt*, ET CHALDEOS DICERE, BONVM FACTVM, NE VITELLIVS GERMANICVS INTRA EVNDEM KALENDARVM DIEM VSQVAM ESSET. Idem in Iulio cap. LXXX. *Peregrinis in Senatum allectis, libellus propoſitus eſt*, BONVM FACTVM, NE QVIS SENATORI NOVO CVRIAM MONSTRARE VELIT. Sed enim adſiduũ & locupletẽ adſertorẽ hæc formula Plautũ habet, illo lepido Hiſtrionũ Edicto, quod ab eo ad eorũ quæ à Magiſtratibus proponebantur, ſpeciem ac formam belle fictũ atque compoſitum, prologi vice, Pœnulo præponitur. Id ego propter venuſtatem, integrum adſcribam. Sic autem habet,

BONVM FACTVM EST, *Edicta vt ſeruetis mea:*
Scortum exoletum ne quis in proſcenio
Sedeat, néve lictor verbum, aut virgæ mutiant:
Neu deſignator præteriens obambulet:
Neu ſeſſum ducat, dum hiſtrio in ſcæna ſiet:
Diu qui domi otioſi dormierunt, decet
Animo æquo nunc ſtent, vel dormire temperent:
Serui ne obſideant, liberis vt ſit locus,
Vel æs pro capite dent: ſi id facere non queunt
Domum abeant, vitent ancipiti infortunio,
Ne & hic varientur virgis & loris domi.

ſtra ad Manlium contendiſſe, Senatus CATILINAM ET MANLIVM HOSTES IVDICAVIT, CETERÆ MVLTITVDINI DIEM STATVIT, ANTE QVAM LICERET, SINE FRAVDE AB ARMIS DISCEDERE, PRÆTER RERVM CAPITALIVM DAMNATOS. Prætereà decreuit, VTI COSS. DELECTVM HABERENT: ANTONIVS CVM EXERCITV CATILINAM PERSEQVI MATVRARET: CICERO VRBI PRÆSIDIO ESSET. Et cùm eius coniurationis particeps Cornelius Cethegus Prætor deprehenſus eſſet, Senatus decreuit, VTI CVM SE PRÆTVRA ABDICASSET, TVM IN CVSTODIAM TRADERETVR. Itémque, VT C. CETHEGVS, L. STATILIVS, P. GABINIVS, qui omnes præſentes erant, IN CVSTODIAM TRADERENTVR. Idem hoc decretum eſt in L. Caſſium, M. Ceparium, P. Furium, Magium Chilonem, P. Vmbrenum. Atque ea lenitate Senatus vſus eſt, vt ex tanta coniuratione, tantáque vi ac multitudine domeſticorum hoſtium, nouem hominum perditiſſimorum pœna, Repub. conſeruata, reliquorum mentes ſanari poſſe arbitraretur.

Eos verò qui cuſtodiis tenebantur, Senatus iudicauit, CONTRA REMPVB. FECISSE: PRÆMIA ETIAM INDICIBVS, quorum indicia comprobata fuerant, CONSTITVIT. Patefacta denique coniuratione in coniuratos S.C. factum fuit in Catonis ſententiam, & in ea verba quæ Salluſtius, quæ item Plutarchus in Catonis & Ciceronis vitis, & Dio lib. XXXVII. ſcribunt.

Conſternata verò P. Clodij cæde Repub. Senatus vnum Conſulem, nominatímque Cn. Pompeium fieri cenſuit. Senatus prætereà conſultum factum eſt, VT INTERREX ET TRIBVNVS PL. ET CN. POMPEIVS, QVI PROCONSVL AD VRBEM ERAT, VIDERENT NE QVID DETRIMENTI RESPVB. CAPERET, vt à Sueton. in Iulio cap. XXVI. & ab Aſconio Pæd. in explicatione Orationis pro Milone relatum eſt.

Hic etiam Senatuſconſulta poſt Cæſaris cædem facta rectè atque ordine ſubiungentur. Ac primùm, Cicerone auctore, Senatuſconſulto in eius ſententiam facto Ἀμνηστίαν, id eſt, præteritorum obliuionem decretam fuiſſe conſtat: additúmque ne eius cædis ergo in iudicium uocari quiſquam poſſet. Velleius Paterculus lib. II. Hiſtor. Roman. *Et illud decreti Athenienſium celeberrimum exemplum, relatum à Cicerone*, OBLIVIONIS PRÆTERITARVM RERVM, *decreto Patrum comprehenſum eſt.* Plutarchus in Cicerone, Κικέρων δὲ πολλὰ πρὸς τὸν καιρὸν οἰκείως διελθὼν, ἔπεισε τὴν Σύγκλητον Ἀθηναίους μιμησαμένην, Ἀμνηστίαν τῶν ἐπὶ Καίσαρι ψηφίσασθαι. Idem in Bruto, Ἀντωνίου δὲ καὶ Πλάγκου, καὶ Κικέρωνος εἰπόντων περὶ ἀμνηστίας, καὶ ὁμονοίας, Ἔδοξε μὴ μόνον, Ἄδειαν εἶναι τοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ γνώμην ὑπὲρ τιμῶν προθεῖναι τοὺς ὑπάτους. Suetonius in Tiberio, cap. IIII. de patre Tiberij: *Tamen Cæſare occiſo, cunctis turbarum metu*, ABOLITIONEM FACTI DECERNENTIBVS, *etiam de præmiis Tyrannicidarum referendum cenſuit.* Dio lib. XLIIII. Κικέρων μὲν ταῦτ᾽ εἰπὼν, ἔπεισε τὴν Γερουσίαν, μηδένα μηδενὶ μνησικακῆσαι, ψηφίσασθαι. Meminit etiã Appianus lib. II. & IIII. Bell. ciuil. Deinde, pacis & otij cauſa, acta omnia Cæſaris, S.C. confirmata ſunt. Plutarch. in Antonio, Συναγαγὼν δὲ βουλὴν, αὐτὸς μὲν περὶ ἀμνηστίας εἶπε, καὶ διανομῆς ἐπαρχιῶν, τοῖς περὶ Κάσσιον καὶ Βροῦτον. Ἡ δὲ Σύγκλητος, ἐκύρωσε ταῦτα, καὶ τῶν ὑπὸ Καίσαρος γεγονότων, ἐψηφίσατο, μηδὲν ἀλλάττειν. Appianus lib. II. Bellorum ciuil. Φόνου μὲν οὐκ εἶναι δίκας ἐπὶ τῷ Καίσαρι: Κύρια δὲ εἶναι τὰ πεπραγμένα αὐτῷ πάντα καὶ ἐγνωσμένα, ἐπεὶ τῇ πόλει συμφέρει. Idem lib. III. eiuſdem Senatuſconſulti meminit his verbis: Καὶ τὸ τελευταῖον ψήφισμα, τὸ βεβαιοῦν τῷ Καίσαρι πεπραγμένα πάντα. Idem lib. IIII. Ἀμνηστίας δὲ ἁπάντων ἐψηφίσατο εἶναι, καὶ σωφρονέστερον ἔτι, φόνου μὴ εἶναι δίκας. Quod itidem de Ciceronis ſententia decretum fuiſſe credo. Sic enim ipſe Epiſt. ad Plancum, quæ inſerta eſt lib. XVI. Epiſt. ad Atticum ait: *Equidem cùm multa non probentur, quæ Cæſar ſtatuerit, tamen otij, pacísque cauſa, acerrimè illa ſoleo defendere, quod tibi idem magnoperè faciẽdum cenſeo.*

Senatuſcõſultis de bello finitima erant ea, quæ de Exercitibus fiebant. De Exercitibus autẽ quid fieri placeret, Cõſulti Patres decernebãt, quibus Exercitibus rẽ geri, & quos illis præeſſe cẽſerẽt. Itẽ, quos Exercitus Coss. Prætores, quíve pro Coss. aut Propr. prouincias obtinebãt, retinere, tradere, accipere, traducere, deducere, deportare è Rep. videretur.

Hoc ex Liuij lectione, cuiuis palàm fiet. Exẽpli cauſa vnum, quod multorum loco erit, Senatuſconſultum de Exercitibus ſubiungam. Id ex lib. xxxi. hauriam. *Tum de* EXERCITIBVS, ait, CONSVLVM, PRÆTORVMQVE ACTVM. CONSVLES BINAS LEGIONES SCRIBERE IVSSI: VETERES DIMITTERE EXERCITVS SVLPITIO, CVI NOVVM, AC MAGNI NOMINIS BELLVM DECRETVM ERAT, PERMISSVM, VT DE EXERCITV, QVEM PROCONSVL SCIPIO EX AFRICA DEPORTASSET, VOLVNTARIOS QVOS POSSET, DVCERET: INVITVM NE QVEM MILITEM VETEREM DVCENDI IVS ESSET. PRÆTORIBVS L. FVRIO PVRPVRIONI, ET Q. MINVTIO RVFO QVINA MILLIA SOCIVM LATINI NOMINIS CONSVL DARET: QVIBVS PRÆSIDIIS ALTER GALLIAM, ALTER BRVTIOS PROVINCIAM OBTINERET. Q. FVLVIVS GILLO ET IPSE IVSSVS EX EO EXERCITV, QVEM P. ÆLIVS COS. HABVISSET, VT QVISQVE MINIME MVLTA STIPENDIA HABERET, LEGERE, DONEC ET IPSE QVINQVE MILLIA SOCIVM, AC NOMINIS LATINI, EFFECISSET: ID PRÆSIDIO SICILIÆ PROVINCIÆ ESSET. M. VALERIO FALCONI, QVI PRÆTOR PRIORE ANNO CAMPANIAM PROVINCIAM HABVERAT, PROROGATVM IN ANNVM IMPERIVM EST, VTI PROPRÆTOR IN SARDINIAM TRAIICERET: QVODQVE DE EXERCITV, QVI IBI ESSET, QVINQVE MILLIA SOCIVM NOMINIS LATINI, QVI EORVM MINIME MVLTA STIPENDIA HABERET, LEGERET. ET CONSVLES DVAS VRBANAS LEGIONES SCRIBERE IVSSI: QVÆ, SI QVO RES POSCERET, MVLTIS IN ITALIA CONTRACTIS GENTIBVS, PVNICI BELLI SOCIETATE, IRAQVE INDE TVMENTIBVS, MITTERENTVR. Sunt & alia de Exercitibus longa Senatuſconſulta apud eundem lib. xxiii. xxiiii. xxvi. & xxvii. quæ breuitati ſtudens prætermitto.

De Prouinciis verò poſtquam Conſules retulerant, decerni ſolebat, vt Conſules, EAS INTER SE COMPARARENT, SORTIRENTVRVE. Liu. lib. xxxvii. *Tum de* CONSVLVM PROVINCIIS *cœptum eſt agi. Ambo Græciam cupiebant: multũ Lælius in Senatu poterat. Is cùm Senatus*, AVT SORTIRI, AVT COMPARARE INTER SE PROVINCIAS CONSVLES, *iuſsiſſet, elegantius facturos dixit ſi iudicio patrum, quàm ſi ſorti eam rem permiſiſſent.* Idem lib. xxxviii. *Conſulibus alteri Piſæ cum Liguribus, alteri prouincia Gallia decreta eſt:* COMPARARE INTER SE, AVT SORTIRI IVSSI. Idem lib. xlv. *Moniti deinde Conſules à Patribus, vt quoniam alterum ex his ſuccedere C. Licinio, qui legatus nominatus erat, in Galliam oporteret:* PRIMO QVOQVE TEMPORE PROVINCIAS AVT COMPARARENT INTER SE, AVT SORTIRENTVR. Idem lib. xlii. *Senatuſconſultum inde factum eſt*, VT COSS. INTER SE PROVINCIAS ITALIAM ET MACEDONIAM COMPARARENT, SORTIRENTVR: CVI MACEDONIA OBVENISSET, VT IS REGEM PERSEA, QVIQVE EIVS SECTAM SEQVVTI ESSENT, NISI POPVLO RO. SATISFECISSENT, BELLO PERSEQVERETVR. Idẽ lib. xxx. *Coss. cùm de Repub. belloque & prouinciis ad Senatũ retuliſſent, cenſuerunt Patres*, VT COSS. INTER SE COMPARARENT, SORTIRENTVRVE, VTER BRVTIOS ADVERSVS ANNIBALEM, VTER HETRVRIAM AC LIGVRES PROVINCIAM HABERET. Et poſt alia. *Senatu in Capitolium vocato, de prouinciis retulerunt: Italiam atque Africam* IN SORTEM CONIICI, *Africam ambo cupientes volebant.* Et aliàs eod. lib. *Patres igitur iurati (ita conuenerat) cenſuerunt*, VTI COSS. PROVINCIAS INTER SE COMPARARENT, SORTIRENTVRVE: VTER ITALIAM, VTER CLASSEM NAVIVM QVINQVAGINTA HABERET: *cui claſsis obueniſſet, in Siciliam nauigaret: Si pax cum Carthaginienſibus componi nequiuiſſet, in Africã traiiceret.* Idẽ lib. xxxvii. *Is, cùm Senatus*, AVT SORTIRI, AVT COMPARARE INTER SE PROVINCIAS, *Conſules iuſsiſſet.* Et lib. xxxii. *Coss. magiſtratu inito, Senatum in Capitolio cùm habuiſſent, decreuerunt Patres*, VT PROVINCIAS MACEDONIAM ATQVE ITALIAM COSS. COMPARARENT INTER SE, SORTIRENTVRVE. Eiuſmodi alia S.C. in Liuio lib. viii. xxviii. & xxix. inuenies. Eodem porrò loquẽdi genere Liuius lib. xxiiii. decretum refert, VT COSS. SORTIRENTVR, COMPARENTVE, IN-

RET, PRIVSQVAM AD EXERCITVM PROFICISCERENTVR. Et lib.xxv. *Cõſulibus ambobus Italia prouincia decreta eſt*, ITA VT COMPARARENT, SORTIRENTVRVE, VTER COMITIIS EIVS ANNI PRÆESSET.

Interdum verò extra ſortem prouincias Senatus alteri Cos. decernebat. Hetruriã certè prouinciã, extra ſortẽ Q. Fabio non minore populi cõſenſu, quàm Senatus decretam Liuius lib.x. narrat. Idẽ lib.VIII. *Collega additus Coruino M. Attilius Regulus: Et ne forte caſu erraretur, petitum ab Conſulibus*, VT EXTRA SORTEM CORVINI EA PROVINCIA ESSET. Tunc verò dicebantur, EXTRA ORDINEM DARI. Cic. pro domo ſua: *Tu prouincias Conſulares, quas C. Gracchus, qui vnus maximè popularis fuit, non modò non abſtulit ab Senatu, ſed etiam, vt neceſſe eſſet quotannis conſtitui per Senatum, decreta lege ſanxit, eas lege Sempronia per Senatum decretas reſcidiſti*: EXTRA ORDINEM, SINE SORTE, NOMINATIM DEDISTI.

Nonnunquam etiam ambobus Coss. eadem prouincia decernebatur. Liu. lib.XLII. *Cùm omnium primum de prouinciis, exercitibúsque ad Senatum retuliſſent*, LIGVRES VTRIQVE DECRETI SVNT. Et lib.XXXIIII. *De prouinciis cùm relatum eſſet, Senatus frequens in eam ſententiam ibat*: VT QVONIAM IN HISPANIA ET MACEDONIA DEBELLATVM FORET, CONSVLIBVS AMBOBVS ITALIA PROVINCIA ESSET. Contrà ex vna prouincia duas quandoque faciebant, vt ex Liuio lib.XLV. patet.

Sũt & alia multa de prouinciis Senatuſcõſulta apud Liuiũ, quibus cõſultò abſtineo. Tãtùm addam, in Prætorum prouinciis, in ſortem cõiectas, vrbanam & peregrinam, & inter ciues ac peregrinos, iuriſdictionẽ, vt ex eodẽ Liu. cũ alias ſæpè, tũ ex lib.XXXV. liquet.

Hæ fermè ſunt Senatuſconſultorum, quæ eorum auctorũ, quos in manibus habemus, indicio detegi, deprehendíque poſſunt, formulæ. Ceteras, quas vel vetuſtas obruit, vel deleuit obliuio, iniquus eſſet qui à me exigeret.

Senatuſconſulta porrò, FIERI, SCRIBI, PERSCRIBI, AD ÆRARIVM DEFERRI, dicebantur, & quidem IN EORVM SENTENTIAM FIERI, qui primi cẽſuiſſent, quod à Senatu decernebatur. Quæ attigiſſe ſat eſt: Teſtimoniis, quorum clauſæ obſignatæq; non ſunt, ſed apertæ tabulæ, ideò ſuperſedeo, quod in ea, libros voluendo, vel aliud agens quilibet incurret. Apud veteres certè auctores, & in his Ciceronẽ & Liuium, talium loquutionũ copiam nemo non offendet. Sed & qui primus id cenſuerat, quod alij deinceps ſequebantur, is eius SENTENTIÆ PRINCEPS ET AVCTOR, dicebatur. Cic. in Orat. de Reſponſ. haruſp. *Poſtero die*, FREQVENTISSIMVS SENATVS, *te, Conſule deſignato, Lentule*, SENTENTIÆ PRINCIPE, &c. Idem in Piſon. *De me Senatus ita decreuit, Cn. Pompeio* AVCTORE, ET EIVS SENTENTIÆ PRINCIPE. Et pro domo ſua: *Sed quæro in ipſa ſententia, quoniam* PRINCEPS EGO SVM EIVS ATQVE AVCTOR, *quid reprehẽdatur*. Valer. Max. lib.VII. cap.VI. *Senatus*, AVCTORE TIB. GRACCHO *Cos. deſignato cenſuit*. Vetus inſcriptio Romæ de Plautio Syluano: SENATVS IN PRÆFECTVRA TRIVMPHALIBVS ORNAMENTIS HONORAVIT, AVCTORE IMP. CÆSARE AVGVSTO VESPASIANO. Item in alia inſcriptione: HVIC SENATVS AVCTORE IMP. TRAIANO AVG. GERMANICO, DACICO, TRIVMPHALIA ORNAMENTA DECREVIT, STATVAMQVE PECVN. PVBLIC. PONEND. CENSVIT. Vlpian. in L. cùm hic ſtatus. D. de donat. inter vir. & vxor. *Imperator noſter Antoninus Auguſtus, ante exceſſum diui Seueri, patris ſui, Oratione in Senatu habita*, AVCTOR FVIT SENATVI CENSENDI, *Fuluio Aemiliano, & Nummio Albino Coss. vt aliquid laxaret ex iuris rigore*. Suet. in Veſpas. cap.XI. AVCTOR SENATVI FVIT DECERNENDI, *vt quæ ſe alieno ſeruo iunxiſſet, ancilla haberetur*.

Dicebatur autem FREQVENS SENATVS, vel vt Cicero in Orat. de Haruſp. reſponſ. & in Piſonem loquitur, FREQVENTISSIMVS, decreuiſſe, quod magno conſeſſu, & numero Senatorum, maximáque frequentia adſtante ſtatuerat. Contrà quod paucis Senatoribus adſtantibus ſcriptum erat S.C. id PER INFREQVENTIAM factum dicebatur. Liuius lib.XXXVIII. *Neque his contentus Conſul fuit, ſed poſtea*, PER INFREQVENTIAM ADIECIT *Senatuſconſulto*, AMBRACIAM NON VIDERI VI CAPTAM ESSE. Quod Sc. idẽ Liu. lib.XXXIX. ita perſtringit: *Cùm ſint notiſſimæ ſibi cum Cos. inimicitiæ, quid ab eo quemquam poſſe æqui expectare, qui* PER INFREQVENTIAM FACTVM S.C. AD ÆRARIVM DETVLERIT, AMBRACIAM NON VIDERI VI CAPTAM, *quæ aggere, ac vineis* &c. Sic enim totus ille locus interpungendus eſt: & verba hæc, *Ambraciam non videri vi captam*, ex S.C. ſunt.

Ad exem-

Ad exemplum porrò Senatuſconſultorum quæ Romæ fiebant, in municipiis quoque, curiæ & ordinis decreta componi, iiſdémque verborum formulis concipi conſueuerāt. Indicant hoc Senatus Syracuſani decreta, ex quibus Cicero lib. VII. in Verrem hæc verba refert, QVOD VERBA FACTA SVNT DE SEX. PEDVCEO. Itē hæc, QVOD VERBA FACTA SVNT DE C. VERRE, CVM SVRGERET NEMO, NEQVE SENTENTIAM DICERET. Verùm clarius hoc, apertiúſque demonſtrant vetuſta æra & marmora, quibus Curiarum decreta inſculpta ſunt, quæ inde exſcripta proferam. Vnius decreti ab ordine Veſtinorum & Peltuinatium (quorum Plin. lib. III. cap. XII. meminit) facti verba ſunt hæc:

C. VETTIO. ATTICO. ET. CASINIO. PRÆTEXTATO. COSS.
PR. IDVS. APRIL.

PELTVINI. VESTINIS. IN. CVRIA. AVG. ORDINEM. HABENTIBVS. T. AVIDIACCO. RESTITVTO. ET. T. BLÆSIO. NATALE. ÆDD. QQ. SCRIBVNDO. ADFVERVNT. QVOD. VNIVERSI. VERBA. FECERVNT. NVMMIAM. VARIAM. C. F. SACERDOTEM. VENERIS. FELICIS. EA. ADFECTIONE. ADQVE. PRONO. ANIMO. CIRCA. NOS. AGERE. COEPISSE. PRO. INSTITVTO. BENIVOLENTIÆ. SVÆ. SICVT. ET. PARENTES. EIVS. SEMPER. EGERVNT. VT. MERITO. DEBEAT. EX. CONSENSV. VNIVERSORVM. PATRONA. PRÆFECTVRÆ. NOSTRÆ. FIERI. QVO. MAGIS. MAGISQVE. HOC. HONORE. QVI. EST. APVT. NOS. POTISSIMVS. TANTÆ. CLARITATI. EIVS. OBLATO. DIGNATIONE. BENIGNITATIS. EIVS. GLORIOSI. ET. IN. OMNIBVS. TVTI. AC. DEFENSI. ESSE. POSSIMVS. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. PLACERE. VNIVERSIS. CONSCRIPTIS. NVMMIÆ. VARIÆ. C. F. SACERDOTI. VENERIS. FELICIS. PRO. SPLENDORE. DIGNITATIS. SVÆ. PATROCINIVM. PRÆFECTVRÆ. NOSTRÆ. OFFERRI. PETIQVE. AB. EIVS. CLARITATE. ET. EXIMIA. BENIGNITATE. VT. HVNC. HONOREM. SIBI. A. NOBIS. OBLATVM. LIBENTI. ET. PRONO. ANIMO. SVSCIPERE. ET. SINGVLOS, VNIVERSOSQVE. NOS. REMQVE. PVBLICAM. NOSTRAM. IN. CLIENTELAM. DOMVS. SVÆ. RECIPERE. DIGNETVR. ET. IN. QVIBVSCVMQVE. RATIO. EXEGERIT. INTERCEDENTE. AVCTORITATE. DIGNITATIS. SVÆ. TVTOS. DEFENSOSQVE PRÆSTET. TABVLAMQVE. ÆNEAM. HVIVS. DECRETI. N. VERBA. CONTINENTEM. OFFERRI. EI. PER. AVIDIACCVM. RESTITVTVM. ET. BLÆSIVM. NATALEM. QQ. ITEM. NVMISENVM. CRESCENTEM. ET. PL. PRISCVM. PRIMORES. ORD. N. VIROS. CENSVER.

Alterius decreti verba ſunt huiuſmodi:

L. ARRVNTIO. STELLA.
L. IVLIO. MARINO. COSS.
XIII. K. NOV.

M. ACILIVS. PLACIDVS. L. PETRONIVS. FRONTO. IIII. VIR. I. D. S. C. FERENTIN. IN. CVRIA. ÆDIS. MERCVRI. SCRIBVNDO. ADFVERVNT. Q. SEGIANVS. MÆCIANVS. T. MVNNIVS. NOMANLIANVS. QVOD. VNIVERSI. V. F. T. POMPONIVM. BASSVM. CLARISSIMVM. VIRVM. DEMANDATAM. SIBI CVRAM. AB. INDVLGENTISSIMO IMP. CÆSARE. NERVA. TRAIANO. AVGVSTO. GERMANICO. QVA. ÆTERNITATI. ITALIÆ. SVÆ. PROSPEXIT. SECVNDVM. LIBERALITATEM. EIVS. ITA. ORDINARI. VT. OMNIS. ÆTAS. CVRÆ. EIVS. MERITO. GRATIAS. AGERE. DEBEAT. FVTVRVMQVE. VT. TANTÆ. VIRTVTIS. VIR. AVXILIO. SIT. FVTVRVS. MVNICIPIO. NOSTRO. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. V. I. C. PLACERE. CONSCRIPTIS. EX. HOC. ORDINE. MITTI. AD. T. POMPONIVM. BASSVM. CLARISSIMVM. VIRVM. QVI. AB. EO. IMPETRARENT. IN. CLIENTELAM. AMPLISSIMÆ. DOMVS. SVÆ. MVNICIPIVM. RECIPERE. DIGNETVR. PATRO-

NVMQVE. SE. COOPTARI. TABVLA. HOSPITALI. INCISA. HOC. DECRETO. IN. DOMO. SVA. POSITA. PERMITTAT. CENSVERE. EGERVNT. LEGATI. A. CÆCILIVS. A. F. QVIRINALIS : ET. QVIRINALIS.

AD AVGVST. TEM. C. P. AD AVGVST. TEM. C. P.

Extat etiam Neapoli quoddam Curiæ decretum in hæc verba : C. DOMITIO DEXTRO II. L. VALERIO MESSALA THRASIA PRISCO COSS. VI. IDVS IANVAR. IN CVRIA BASILICÆ AVG. ANNIAN. SCRIBVNDO ADFVERVNT. A. AQVILIVS PROCVLVS. M. CECILIVS. PVBLICIVS FABIANVS. T. HORDEONICVS SECVND. VALENTINVS. T. CÆSIVS BASSIANVS. QVOD POSTVLANTE CN. GAIO PVDENTE. O. V. DE FORMA INSCRIPTION. DANDA STATVÆ QVAM DENDROPHOR. OCTAVIO. AGATHÆ P. C. N. STATVERVNT CN. PAPIRIVS SAGITTA ET P. ÆLIVS EVDÆMON II. VIR RETVLERVNT Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. PLACVIT VNIVERSIS HONESTISSIMI CORPORIS DENDROPHORORVM INSCRIPTIONEM QVÆ AD HONOREM . . . . DARE. QVÆ. . . . . SERTA. EST.

Ibidem & aliud conſpicitur his verbis. L. ANNIO L. F. COR. MODESTO HON. EQVO PVBL. K. IVN. IN CVRIA BASILICÆ AVGVSTINIANÆ, SCRIBVNDO ADFVER. TOPPIVS SEVERVS, VIGETIVS LIBERALIS, IVLIVS CAPRETANVS, GRANIVS LONGINVS. QVOD C. AVFIDIVS TRASEA T. CLAVDIVS QVADRINVS II. VIRI VRB. DE CONFORMANDA AVCTORITATE MEMORIÆ HONORAND. STATVAQVE PONENDA ANNIO MODESTO ANNI NVMISIANI ORNATI VIRI FILIO: Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. CVM ANNIVS NVMISIANVS VIR AD SINGVLOR. TESTIMONIVM PERTIN. QVA PROBITATE MORVM, QVA QVIETE VITÆ, QVOD VNICVM IN DOLORE PRÆSIDIVM EST MERVERAT ADFECTVVM NOSTRORVM CONSOLATIONEM, ADQ. GANDORE ORDINIS NOSTRI BONVM CIVEM PIVMQVE PATREM IN TAM GRAVI FORTVNÆ INIVRIA QVA POTEST INDIGNATIONE AVOCARE TRISTITIA. PLACERE HVIC ORDINI AVCTORIT. IN EAM REM ANTE HANC DIEM FACTAM CONFIRMARI, PERMITTIQVE ANNIO ADIECTO LIB. EIVS STATVAM PONERE, ANNIO MODESTO, LOCO ADSIGNATO A II. VIRIS NOSTRIS, QVO TESTATIOR SIT ERGA EVM ADFECTVS REIP. NOSTRÆ, CONCLVDAMVS QVOD IN VITA PRÆSTITERIT CENSVER. ADIECTVS LIB. E. D. D. D. Accedat inſcriptio Præneſtina, in qua eſt, *Exempl. decr.* Q. P. Q. IVNIO. SILANO. ET. L. SEPTIMIO. VALERIANO. COS. POSTVLANTE. CLAVDIO. MARONE. VTI. LVCVS. AD. STATVAM. PONENDAM. OPTIMÆ. MEMORIÆ. VIRO. QVOND. FIL. ÆLI. AVG. LIB. ANATELLON. AMANTISSIMO. REIPVBLICÆ. NOSTRÆ: PLACVIT. ET. IN. HONOREM. ANATELLONTIS. SEMPER. ET. VBIQVE. DE. REP. OPTIM. MERIT. IN. GRATIAM. CLAVDI. MARONIS. LVCVM. AD. STATVAM. PONENDAM. AD. ELECTIONEM. IPSIVS. ATTR. DARE.

Aliud etiam ordinis municipij Cæritum decretum quoddam ære inciſum Romæ extare fertur in hæc verba: VESBINVS AVG. L. PHÆTRIVM AVGVSTALIBVS MVNICIP. CÆRITVM LOCO ADSIGNATO A REP. SVA IMPENSA OMNI EXORNATVM DONVM DEDIT. *Deſcriptum & recognitum factum in Pronao æde Martis, ex commentario, quem iuſſit proferri Cuperius Hoſtilianus per T. Ruſtium Lyſiponum ſcribam, in quo ſcriptum erat. it. quod infrà ſcriptum eſt.*

L. PVBLILIO CELSO. II. C. CLODIO CRISPINO COSS. IDIBVS APRILIB. M. PONTIO DICTATORE, C. SVETONIO CLAVDIANO ÆDILE IVRI DICVNDO PRÆF. ÆRARI COMMENTARIVM COTTIDIANVM MVNICIPI CÆRITVM. *Inde pagina* XXVII. *capite* VI. M. PONTIVS CELSVS DICTATOR,

ET C.

ET C. SVETONIVS CLAVDIANVS DECVRIONES IN TEMPLO DIVOR. CORROGAVERVNT, VBI VESBINVS AVG. LIB. PETIT. VT SIBI LOCVS PVBLICE DARETVR SVB PORTICV BASILICÆ SVLPICIANÆ, VTI AVGVSTALIB. IN EVM LOCVM PHETRIVM FACERET VBI EX CONSENSV DECVRIONVM LOCVS EI QVEM DESIDERAVERAT DATVS EST 7. PLACVITQVE VNIVERSIS, CVRATIO COSANO CVRATORI OB EAM REM EPISTVLAM MITTI Ↄ. IN CVRIAM FVERVNT PONTIVS CELSVS DICTAT. SVETONIVS CLAVDIANVS ÆD. IVRIDIC. M. LEPIDIVS NEPOS, ÆDIL. ANNON. POLLIVS BLANDVS. PESCENNIVS, FLAVIANVS, PESCENNIVS NATALIS, POLLIVS CALLINIVS, PETRONIVS INNOCENS, SERGIVS PROCVLVS. *Inde pagina altetera capite primo*, MAGISTRATVS ET DECVRION. CVRIATIO COSANO SAL. IDIB. AVG. DESIDERANTI A NOBIS VLPIO VESBINO CONSILIVM DECVRION. COEGIMVS, A QVIB. PETIT VT SIBI LOCVS PVBLICE IN ANGVLO PORTICVS BASILIC. DARETVR, QVOD SE AVGVSTALIB. PHETRIVM PVBLICE EXORNATVRVM SECVNDVM DIGNITAT. MVNICIPI POLLICERETVR. GRATIÆ HVIC ACTÆ SVNT, AB VNIVERSIS. PLACVIT TAMEN TIBI SCRIBI AN IN HOC QVOQVE ET TV CONSENSVRVS ESSES, QVI LOCVS REIP. IN VSV NON EST NEC VLLO REDITV ESSE POTEST. *Inde pagina* VIII. *capite primo*. CVRIATIVS COSANVS MAG. ET DEC. CAERETANO SAL. EGO, NON TANTVM CONSENTIRE VOLVNTATI VESTRÆ, SET ET GRATVLARI DEBEO, SI QVI REMP. N. EXORNAT. ACCEDO ITAQVE SENTENTIÆ VESTRÆ, NON TANQVAM CVRATOR, SED TANQVAM VNVS EX ORDINE: CVM TAM HONESTA EXEMPLA ETIAM PROVOCARI HONORIFICA EXORNATIONE DEBEANT 7. DATA PRID. IDVS SEPTEMB. AMERIÆ. ACT. IDIB. IVNIIS Q. NINNIO HASTA. P. MANILIO VOPISCO COSS. DEDICATVM K. AVG.

Senatuſconſultis Orationes principum ita coherent, vt auelli non poſſint. Nam & in Senatu habebantur, recitabanturve: eóque modo, Imperatores dicebãtur auctores fuiſſe Senatui, cenſendi id quod decernebatur. Atque adeo huiuſmodi orationibus, Senatuſconſulta accedere, eáque ſequi ſolebant. Qua autem verborum figura conciperẽtur, indicat Vlpian. in L. I. D. de reb. cor. in qua oratio Imperatoris Seueri in Senatu recitata refertur, cuius verba erant huiuſmodi: PRÆTEREA P.C. INTERDICAM TVTORIBVS ET CVRATORIBVS, NE PRÆDIA RVSTICA VEL SVBVRBANA DISTRAHANT: NISI VT ID FIERET, PARENTES TESTAMENTO VEL CODICILLIS CAVERINT. QVOD SI FORTE ÆS ALIENVM TANTVM ERIT, VT EX REBVS CETERIS NON POSSIT EXSOLVI, TVNC PRÆTOR VRBANVS VIR CLARISSIMVS ADEATVR, QVI PRO SVA RELIGIONE ÆSTIMET, QVÆ POSSVNT ALIENARI, OBLIGARIVE DEBEANT: MANENTE PVPILLO ACTIONE, SI POSTEA POTVERIT PROBARI OBREPTVM ESSE PRÆTORI. SI COMMVNIS RES ERIT, ET SOCIVS AD DIVISIONEM PROVOCET: AVT SI CREDITOR QVI PIGNORI AGRVM A PARENTE PVPILLI ACCEPERIT, IVS EXEQVETVR, NIHIL NOVANDVM CENSEO. Idem in l. hæc ratio D. de donat. int. vir. & vxor. ex oratione Antonini Auguſti hæc refert, MAIORES NOSTRI INTER VIRVM ET VXOREM DONATIONES PROHIBVERVNT, AMOREM HONESTVM SOLIS ANIMIS ÆSTIMANTES, FAMÆ ETIAM CONIVNCTORVM CONSVLENTES, NE CONCORDIA PRETIO CONCILIARI VIDERETVR, NEVE MELIOR IN PAVPERTATEM INCIDERET, DETERIOR DITIOR FIERET. Ex eadẽ Oratione idem Ic. in L. cùm hic ſtatus §. I. eod. tit. hoc caput citat. FAS ESSE EVM QVIDEM QVI DONAVIT, POENITERE: HEREDEM VERO ERIPERE FORSITAN ADVERSVS VOLVNTATEM SVPREMAM EIVS QVI DONAVERIT, DVRVM ET AVARVM ESSE. Huiuſmodi etiam Orationum particulæ aliquot citantur in l. Oratio D. ſi ingen. eſſe dicet. & l. I. §. ſed interdum. D. ne de ſtatu def. & l. 2. in fi. D. de colluſ. deteg. L. ſacratiſſimi D. ad Sc. Tertyllian. l. Oratione

Alterius paginæ verba ſunt hæc.

. . . . SANE. . . . . ;
NOVO. . . . . DIVVS. AVG. . . . . NO. . . . .
LVS. ET. PATRVVS. TI. CÆSAR. OMNEM. FLOREM. VBIQVE. COLONIARVM. AC. MVNICIPIORVM. BONORVM. SCILICET. VIRORVM. ET. LOCVPLETIVM. IN. HAC. CVRIA. ESSE. VOLVIT. QVID. ERGO. NON ITALICVS. SENATOR. PROVINCIALI. POTIOR? EST. IAM. VOBIS. CVM. HANC. PARTEM. CENSVRÆ. MEÆ. APPROBARE. COEPERO. QVID. DE. EA. RE. SENTIAM. REBVS. OSTENDAM. SED. NE. PROVINCIALES. QVIDEM. SI. MODO. ORNARE. CVRIAM. POTERINT. RECIPIENDOS. PVTO.

ORNATISSIMA. ECCE. COLONIA. VALENTISSIMAQVE. VIENNIENSIVM. QVAM. LONGO. IAM. TEMPORE. SENATORES. HVIC. CVRIÆ. CONFERT. EX. QVA. COLONIA. INTER. PAVCOS. EQVESTRIS. ORDINIS. ORNAMENTVM. L. VESTINVM. FAMILIARISSIME. DILIGO. ET. HODIEQVE. IN. REBVS. MEIS. DETINEO. CVIVS. LIBERI. FRVANTVR. QVÆSO. PRIMO. SACERDOTIORVM. GRADV. POST. MODO. CVM. ANNIS. PROMOTVRI. DIGNITATIS. SVÆ. INCREMENTA. VT. DIRVM. NOMEN. LATRONIS. TACEAM. ET. ODI. ILLVD. PALESTRICVM. PRODIGIVM. QVOD. ANTE. IN. DOMVM. CONSVLATVM. INTVLIT. QVAM. COLONIA. SVA. SOLIDVM. CIVITATIS. ROMANÆ. BENEFICIVM. CONSECVTA. EST. IDEM. DE. FRATRE. EIVS. POSSVM. DICERE. MISERABILI. QVIDEM. INDIGNISSIMOQVE. HOC. CASV. VT. VOBIS. VTILIS. SENATOR. ESSE. NON. POSSIT.

TEMPVS. EST. IAM. TI. CÆSAR. GERMANICE. DETEGERE. TE. PATRIBVS. CONSCRIPTIS. QVO. TENDAT. ORATIO. TVA. IAM. ENIM. AD. EXTREMOS. FINES. GALLIÆ. NARBONENSIS. VENISTI.

TOT. ECCE. INSIGNES. IVVENES. QVOT. INTVEOR. NON. MAGIS. SVNT. PÆNITENDI. SENATORES. QVAM. PÆNITET. PERSICVM. NOBILISSIMVM. VIRVM. AMICVM. MEVM. INTER. IMAGINES. MAIORVM. SVORVM. ALLOBROGICI. NOMEN. LEGERE. QVOD. SI. HÆC. ITA. ESSE. CONSENTITIS. QVID. VLTRA. DESIDERATIS. QVAM. VT. VOBIS. DIGITO. DEMONSTREM. SOLVM. IPSVM. VLTRA. FINES. PROVINCIÆ. NARBONENSIS. IAM. VOBIS. SENATORES. MITTERE. QVANDO. EX. LVGDVNO. HABERE. NOS. NOSTRI. ORDINIS. VIROS. NON. PÆNITET. TIMIDE. QVIDEM. P. C. EGRESSVS. ADSVETOS. FAMILIARESQVE. VOBIS. PROVINCIARVM. TERMINOS. SVM. SED. DESTRICTE. IAM. COMATÆ. GALLIÆ. CAVSA. AGENDA. EST. IN. QVA. SI. QVIS. HOC. INTVETVR. QVOD. BELLO. PER. DECEM. ANNOS. EXERCVERVNT. DIVOM. IVLIVM. IDEM. OPPONAT. CENTVM. ANNORVM. IMMOBILEM. FIDEM. OBSEQVIVMQVE. MVLTIS. TREPIDIS. REBVS. NOSTRIS. PLVSQVAM. EXPERTVM. ILLI. PATRI. MEO. DRVSO. GERMANIAM. SVBIGENTI. TVTAM. QVIETE. SVA. SECVRAMQVE. A. TERGO. PACEM. PRÆSTITERVNT. ET. QVIDEM. CVM. AD. CENSVS. NOVO. TVM. OPERE. ET. INADSVETO. GALLIIS. AD. BELLVM. AVOCATVS. ESSET. QVOD. OPVS. QVAM. ARDVVM. SIT. NOBIS. NVNC. CVM. MAXIME. QVAMVIS. NIHIL. VLTRA. QVAM. VT. PVBLICE. NOTÆ. SINT. FACVLTATES. NOSRÆ. EXQVIRATVR. NIMIS. MAGNO. EXPERIMENTO. COGNOSCIMVS.

Referuntur & à Tacito. lib. III. & à Vulcatio Gallicano in Auidio Caſſio, & à Capitolino, in Opilio Macrino, & in Maximinis, aliquot principum Orationes.

Veteri etiam inſcriptioni Romanæ inſerta eſt clauſula Orationis à Veſpaſiano in Senatu de Plautij Siluani hònoribus habitæ, huiuſmodi: MAESIAE ITA PRAEFVIT, VT NON DEBVERIT IN ME DIFFERRI HONOR TRIVMPHALIVM EIVS ORNAMENTORVM, NISI QVOD LATION EI CONTIGIT MORA TITVLVS.

In hunc formulatum Senatum, Conſulares, necnon & Tribunitias aliquot formulas introducam, quæ ſunt à me ad extremam huius libri partem reſeruatæ.

Conſulum voces erant hæ, NON REFERAM, NON ROGABO, NON PATIAR AGI. Liuius lib. XXVII. *Cùm Conſul*, SE POPVLVM ROGATVRVM *negaſſet, quod ſuæ poteſtatis eſſet, Prætorémque vetuiſſet rogare.* Idem lib. III. *Conſul, antequam collegam ſibi ſubrogaſſet*, NEOARE PASSVRVM AGI DE LEGE. Apud eundem Liuium lib. XXXVIII. C. Flaminius Conſul, EGO, ait, NEC DE AMBRACIENSIBVS, NEC DE ÆTOLIS DECERNI QVICQVAM, ABSENTE M. FVLVIO, PATIAR. Eiuſdem lib. XXXIX. Conſules, ſi Tribuni pl. intercederent, NVLLAM ALIAM REM SE DECERNI PASSVROS, denuntiant. Similiter lib. XXX. Cn. Lentulus Coſ. negat PRIVS QVICQVAM AGI PASSVRVM, *quàm ſibi Africa decreta eſſet.* Et lib. XLII. Coſs. denuntiant ſe nil quidquam REIPVB. ACTVROS, præter quàm quod ad prouinciarum adminiſtrationem pertineret.

Operæ pretium etiam eſt ſcire, vti lictoribus qui illis anteibant, imperarent. Quo ex genere erant hæc, ACCEDE LICTOR. Docet Liuius lib. VIII. vbi Papyrius Curſor Dictator Q. Fabium Magiſtrum equitum interrogans, *Ad hæc*, inquit, *quæ tu interrogatus es reſponde: extra ea caue vocem mittas.* ACCEDE LICTOR. Idem lib. XXIIII. LICTORES *ad eum* ACCEDERE *Conſul iuſſit.* Idem. lib. III. de Appio Decẽviro. *Et ad Valerium negantem ſe priuato reticere*, LICTOREM ACCEDERE *iuſſit.* Dionyſ. Halicarn. lib. IX. Ἀγανακτοῦντων δὲ τῶν ὑπάτων, καὶ πᾶσιν ἅμα τοῖς ὑπηρέταις προσελθεῖν κελευσάντων.

Sed & ſi quid per incuriam oſcitantiámve lictor prætermitteret, quod contra dignitatem eſſet, Conſul, EVM ANIMADVERTERE IVBEBAT. Indicio eſt quod Liuius lib. XXIIII. de Fabiis patre & filio ita narrat. *Pater filio legatus ad Sueſſulam in caſtra venit: Cùm obuiàm filius progrederetur, lictoréſque verecundia maieſtatis eius, taciti anteirent, non ſummouentes patrem, præter vndecim faſces equo præuectus ſenex, vt Conſul* ANIMADVERTERE PROXIMVM LICTOREM *iuſſit, & is, vt* DESCENDERET EX EQVO, *inclamauit.* Quam hiſtoriam Valer. Max. referens lib. II. cap. II. ait, Conſulem proximo lictori, VT SIBI APPARERET, imperaſſe: Agellius verò lib. II. cap. II. ex Quadrigarij Annalibus, hoc tantùm Conſulem lictori dixiſſe, DESCENDERE IVBE. In more quidem poſitum fuiſſe, vt Conſule Theatrum introeunte, Lictor ANIMADVERTERE populum iuberet, Sueton. in Iulio cap. LXXX. tradit.

Conſules præterea, imperabant lictoribus, populum SVMMOVERE Liuius lib. III. *Cùm, vt vanũ eum, negarent Coſſ. audiendum eſſe, vociferantémque prodi publicam cauſam*, SVMMOVERI *iuſſiſſent.* Idem lib. VIII. *Repente ſtrepitus lictorum* SVMMOVENTIVM *auditur.* Idem lib. XLV. *Donec eos lictores miſiſſet, qui* SVMMOVENDO *iter ad Prætorium facerent.* Quo alludit Horatius lib. I. Carm. Ode XVI. cùm ait.

Non enim gazæ, neque Conſularis
SVMMOVET LICTOR, *miſeros tumultus.*

Plutarch. in Publicola Οἱ μὲν ὑπηρέται διωθούμενοι τὸν ὄχλον, ἐπελάβοντο τοῦ ἀνθρώπου. Directa huiuſmodi iuſſorũ verba, Seneca Controuer. II. lib. IX. attingit, inquiẽs, SVMMOVE, *audis* LICTOR, SVMMOVE *à Prætore meretricem.* Plenius verò apud Liuiũ lib. III. Appius ita lictori imperat. I LICTOR, SVMMOVE TVRBAM, ET DA VIAM DOMINO AD PREHENDENDVM MANCIPIVM. Quo genere loquendi viam ſibi Mercurius quoque Plautinus facit Aulular. Act. III. Sc. I.

DATE VIAM, *qua fugere liceat.*
Facite totæ plateæ pateant.
Idem in Curcul. Act. II. Sc. III.
DATE VIAM *mihi noti atque ignoti.*

Reliqua Conſulũ ad lictores verba quibus Prehendere, in vincula Ducere, virgas & ſecures Expedire, Lege denique Agere iubebant, in eum librum reiicio, quẽ Iudicialibus Formulis deſtinaui.

Reſtat, vt de Tribunis pleb. aliquid aſpergam, quorum Auxilium implorari conſueuiſſe nemo neſcit: Valer. Max. lib. VI. cap. I. de Scantinio Tribuno pl. cui dies ad populum dicta erat ab Ædile, quòd filium ſuum de ſtupro appellaſſet, ET OB ID TRIBVNORVM AVXILIVM IMPLORANTE. Plinius Epiſt. III. lib. IX. ROGO

VOS

VOS P. C. NE ME COGATIS IMPLORARE AVXILIVM TRIBVNORVM. Atque adeo Tribunorum propria erat Auxilij poteſtas. Inde apud Liuium lib. VI. ſcriptum eſt, *Imperium penes Conſules: penes Tribunos* AVXILIVM *tantùm eſſe.* Auxiliique gratia Tribuni appellabantur. Cicero pro Quintio: *Videtúrne interceßiſſe appellatio Tribunorum, non moræ, ſed* AVXILII CAVSA? Qui locus multos miſere torſit, cùm non viderent, *Moræ*, vti illic ſcribo, id eſt, fruſtrationi, tergiuerſationíve, iuſtum & legibus proditum AVXILII remedium opponi. Liuius lib. III. APPELLARE TRIBVNOS, *communem patriam*, AVXILIVMQVE EORVM IMPLORARE. Idem lib. IX. APPELLANTIBVS TRIBVNOS NEMO ERAT AVXILIO, *quin nomina reciperentur*. Et lib. II. *Volero* APPELLAT TRIBVNOS: CVM AVXILIO NEMO ESSET. *Coss. ſpoliari hominem* &c. Plinius Epiſt. XXIII. lib. I. ſcrupulum ſibi iniectum narrans, an in Tribunatu cauſas ageret, *Erat hic quoque*, inquit, *æſtus ante oculos, ſi fortè me* APPELLASSET, *vel ille cui adeſſem. vel ille contra quem:* INTERCEDEREM, ET AVXILIVM FERREM, *an quieſcerem ſileremque & quaſi eiurato magiſtratu priuatum me facerem.* Ita enim diſtinctus, & interpūctus locus ille, amiſſum nitorem recipiet.

Auxilium verò Tribunorum implorabatur his verbis, A VOBIS TRIBVNI POSTVLO, VT MIHI AVXILIO SITIS. Ad qua Tribuni, AVXILIO SE FVTVROS, VEL NON FVTVROS, reſpondebant. Vtrumque eadem pagina Liuius comprobat. Apud eum namque lib. XXVIII. Fuluius Tribunos ita appellat. ITAQVE A VOBIS TRIBVNI PLEBIS POSTVLO, VT SENTENTIAM MIHI IDEO NON DICENTI, QVOD SI IN MEAM SENTENTIAM DISCEDATVR, NON SIT RATVM HABITVRVS CONSVL, AVXILIO SITIS. Tribunos verò ita decreuiſſe ait. SI CONSVL SENATVI DE PROVINCIIS PERMITTIT, STARI EO QVOD SENATVS CENSVERIT, PLACET: NEC DE EA RE AD POPVLVM FERRE PATIEMVR. SI NON PERMITTIT, QVI DE EA RE SENTENTIAM RECVSABIT DICERE, AVXILIO ERIMVS. Idem lib. IIII. *Indicto iam tributo, edixerunt Tribuni,* AVXILIO SE FVTVROS, *ſi quis in militare ſtipendium non contuliſſet.* Idem cod. lib. de Menenio Tribuno pl. *Contra vociferante. ſi iniuſti domini poſſeßione agri publici cederent,* SE MORAM DELECTVI NON FACERE: *decreto interpoſito, nouem Tribuni ſuſtulerunt certamen, pronuntiaueruntque ex collegij ſententia,* C. VALERIO CONSVLI SE, DAMNVM ALIAMQVE COERCITIONEM ADVERSVS INTERCESSIONEM COLLEGÆ DELECTVS CAVSA DETRECTANTIBVS, MILITIAM INHIBENTI, AVXILIO FVTVROS ESSE. Idem lib. X. *Inter Tribunos pl. contentio orta eſt: Pars,* INTERCESSVROS, *ne nouo exemplo triumpharet, aiebant: Pars,* AVXILIO SE, ADVERSVS COLLEGAS, TRIVMPHANTI FVTVROS. Et lib. XLII. *Citati* TRIBVNOS PL. APPELLARVNT: *Duo ex collegio, M. Fuluius Nobilior, & M. Claudius Marcellus, ad Coß. reiiciebant: eorum cognitionem eſſe debere, quibus delectus, quibúſque bellum mandatū eſſet: cæteri,* COGNITVROS SE, DE QVO APPELLATI ESSENT, *aiebant: & ſi iniuria fieret,* AVXILIVM CIVIBVS LATVROS. Apud eundem lib. XXXVIII. Sempronius Gracchus Tribunus pl. ait, *Tum quoque, ſi ſe* APPELLET, AVXILIO EI FVTVRVM *ne cauſam dicat.* Cæſar lib. III. Bellor. ciuil. *M. Cælius Rufus Prætor, cauſa debitorum ſuſcepta, initio magiſtratus, tribunal ſuum iuxta C. Trebonij Prætoris vrbani ſellā collocauit: & ſi quis appellaſſet de æſtimatione, & de ſolutionibus quæ per arbitrium fierent, vt Cæſar præſens conſtituerat,* FORE AVXILIO POLLICEBATVR. Valerius Maximus lib. VI. cap. V. *Magnam laudem & illud collegium Tribunorum tulit, quod cùm vnus ex eo L. Cotta, fiducia ſacroſanctæ poteſtatis, creditoribus ſuis nollet ſatisfacere, decreuit:* SI NEQVE SOLVERET PECVNIAM, NEQVE DARET CVM QVO SPONSIO FIERET, APPELLANTIBVS SE CREDITORIBVS AVXILIO FVTVRVM. Feſtus Pomp. *Sacer mons appellatur trans Anienem paullo vltra tertium milliarium, quod eum plebs, cùm ſeceßiſſet à Patribus, creatis Tribunis pleb. qui ſibi* ESSENT AV-

XILIO, *diſcedentes Ioui conſecrarunt*. Dio quoque lib. LI. & LVIII. in hoc genere verba, ἀμύνειν, & βοηθεῖν, vſurpat.

Interceſſionem etiam quandoque Tribuni pl. pollicebantur. Sic lib. x. Liuij, Pars Tribunorum INTERCESSVROS SE, ait. Idem lib. XXXV. *Tribuni plebis*, inquit, SE INTERCESSVROS, SI DE EA RE FIERET SENATVSCONSVLTVM, *dixerunt*. Apud eundem lib. XXXIX. Tribuni pl. SE INTERCESSVROS SENATVSCONSVLTO, ſi deportandos cenſerent Exercitus, denuntiani.

Contrà interdum appellati Tribuni auxiliũ denegantes, ſe NON INTERCEDERE, vel, MORAM NON FACERE, pronuntiabant. Valer. Max. lib. VI. cap. I. *Totum collegium Tribunorum negauit* SE INTERCEDERE, QVOMINVS PVDICITIÆ QVÆSTIO PERAGERETVR. Et Liuius lib. XXXVIII. *Tribuni cùm in conſiliũ receßiſſent, paulò poſt C. Fannius ex ſua, collegarúmque aliorum, præter Gracchum, ſententia, pronuntiauit*: PRÆTORI NON INTERCEDERE TRIBVNOS, QVO MINVS SVA POTESTATE VTATVR. Tiberium verò Gracchum ita decreuiſſe ibidem ſcribit. QVOMINVS EX BONIS L. SCIPIONIS, QVOD IVDICATVM SIT, REDIGATVR, SE NON INTERCEDERE PRÆTORI. Apud eundem Liuium lib. XXVII. Tribuni pl. aiunt hæc. ITAQVE, SI SVVM NOMEN DICTATOR ACCIPERET, SE COMITIIS INTERCESSVROS: SI ALIORVM PRÆTERQVAM IPSIVS, RATIO HABERETVR, COMITIIS SE MORAM NON FACERE. Et lib. XXVI. *Tribuni pl. appellati, cùm collegæ negarent*, SE IN MORA ESSE, *quo minus &c.* Cicero pro Sextio, de Tribuno pl. loquens, *Ille affirmare, ſe poſtero die* NVLLAM MORAM ESSE FACTVRVM.

Quandoque etiam denuntiabant, SE NON PASSVROS. Liuius lib. III. *In mora Tribuni erant, qui comitia Quæſtores habere de reo, niſi prius habita de lege eſſent*, PASSVROS. *negabãt*. Itẽ lib. IIII. *Tentarum à L. Sextio Tribuno pl. vt rogationẽ ferret, qua Volas quoque, ſicut Lauicos, coloni mitterentur per interceßionem collegarum, qui*, NVLLVM PLEBISCITVM, NISI EX AVCTORITATE SENATVS, PASSVROS SE PERFERRI, *oſtenderunt, diſcuſſum eſt*. Et lib. VII. Tribunis *negantibus* PASSVROS *comitia haberi, ni ſecundum Liciniam legem haberentur*. Itẽ lib. XXXIIII. *Tribuni pleb. legem Oppiam tuebantur: nec eam ſe* ABROGARI PASSVROS *aiebant*. Apud eundẽ lib. XXXVIII. Tribuni aiunt communem ſe relationem de conſulum triumpho fieri NON PASSVROS. Tiberij verò Gracchi Tribuni pleb. decretum lib. XXXIII. ponitur huiuſmodi. L. SCIPIONEM QVI REGEM OPVLENTISSIMVM ORBIS TERRARVM DEVICERIT, IMPERIVM POPVLI ROMANI PROPAGAVERIT IN VLTIMOS TERRARVM FINES: REGEM EVMENEM, RHODIOS, ALIAS TOT VRBES ASIÆ, DEVINXERIT POPVLI RO. BENEFICIIS, PLVRIMOS DVCES HOSTIVM IN TRIVMPHO DVCTOS CARCERE INCLVSERIT, NON PASSVRVM INTER HOSTES POPVLI RO. IN CARCERE ET IN VINCVLIS ESSE, MITTIQVE EVM SE IVBERE. Eundem Gracchum ibidem Liuius refert, cùm Scipio in vincula duceretur, nec quiſquam collegarum auxilio eſſet, iuraſſe ſibi inimicitias cùm Scipionibus, quæ fuiſſent, manere, nec ſe gratiæ quærẽdæ cauſa quicquam facere, ſed in quem carcerem Reges & Imperatores hoſtium ducentem vidiſſet P. Africanum, in eum ſe fratrem eius DVCI NON PASSVRVM. Ac demum cùm Tribuni pleb. appellati ab L. Scipione, decreuiſſent, SI MORBI CAVSA IS EXCVSARETVR, SIBI PLACERE ACCIPI EAM CAVSAM, DIEMQVE A COLLEGIS PRODVCI, Gracchum vetuiſſe nomen ſuum decreto collegarum adſcribi, atque ita decreuiſſe, CVM L. SCIPIO EXCVSET MORBVM ESSE CAVSÆ FRATRI, SATIS ID SIBI VIDERI: SE P. SCIPIONEM, PRIVSQVAM ROMAM REDIISSET, ACCVSARI NON PASSVRVM: TVM QVOQVE, SI SE APPELLET, AVXILIO EI FVTVRVM, NE CAVSAM DICAT. Illud autem Gracchi decretum paullo aliter Valer. Max. lib. IIII. cap. I. concipit in hunc modum. CVM L. CORNELIVS

LIVS SCIPIO DIE TRIVMPHI SVI ANTE CVRRVM ACTOS HOSTIVM DVCES IN CARCEREM CONIECERIT, INDIGNVM ET ALIENVM A MAIESTATE POPVLI RO. VIDERI, EODEM IPSVM DVCI: ITAQVE ID SE NON PASSVRVM FIERI. Eadem Tribunorum decreta ex Annalium monumentis exſcripta Agellius lib. VII. cap. IX. in medium adducit: Prius quidem ita ſcriptum fuiſſe tradit. QVOD PVBLIVS SCIPIO AFRICANVS POSTVLAVIT PRO LVCIO SCIPIONE ASIATICO FRATRE CVM CONTRA LEGES, CONTRAQVE MOREM MAIORVM TRIB. PLEB. HOMINIBVS ACCITIS, PER VIM, INAVSPICATO SENTENTIAM DE EO TVLERIT, MVLTAMQVE NVLLO EXEMPLO IRROGAVERIT, PRÆDESQVE EVM OB EAM REM DARE COGAT: AVT SI NON DET, IN VINCVLA DVCI IVBEAT: VT EVM A COLLEGÆ VI PROHIBEAMVS: ET QVOD CONTRA COLLEGA POSTVLAVIT, NE SIBI INTERCEDAMVS, QVO MINVS SVAPTE POTESTATE VTI LICEAT: DE EA RE NOSTRVM SENTENTIA OMNIVM DATA EST: SI L. CORNELIVS SCIPIO ASIATICVS COLLEGÆ ARBITRATV PRÆDES DABIT, QVO MINVS COLLEGA SVA POTESTATE VTATVR, NON INTERCEDEMVS. Alterum verò Tiberij Sempronij Gracchi Trib. plebis decretum ſic conceptum fuiſſe ait. QVVM CORNELIVS SCIPIO ASIATICVS TRIVMPHANS, HOSTIVM DVCES IN CARCEREM CONIECTAVERIT: ALIENVM ESSE A DIGNITATE REIPVB. IN EVM LOCVM IMPERATOREM POP. ROM. DVCI, IN QVEM LOCVM AB EO CONIECTI SVNT DVCES HOSTIVM. ITAQVE L. CORNELIVM SCIPIONEM ASIATICVM A COLLEGÆ VI PROHIBEO. Sed & apud Dionyſ. Halicarn. lib. XI. Tribuni pl. pronuntiant, ἐᾶν ΕΑΣΕΙΝ δόγμα περὶ ἑνὸς κυρωθῆναι πράγματος, ἐὰν μὴ τὸν ὑπὲρ αὐτῶν προσφερόμενον προβουλεύσῃ νόμον.

Erat & Tribunitia vox, VETO. Liuius lib. V. BENE HABET, *inquit Sextius. Quandoquidem tantùm interceſſionem pollere placet, iſto ipſo telo tutabimur plebeios. Agedum Comitia indicite patres Tribunis militum creandis: faxo iuuet vox iſta* VETO. Idem lib. III. *Appellati Tribuni, medio decreto* IVS AVXILII *ſui expediunt: in vincula conici* VETANT, SISTI REVM, PECVNIAMQVE NISI SISTATVR, POPVLO PROMITTI, PLACERE *pronuntiant.* Sueton. in Tiber. cap. II. Ne VETARE *aut* INTERCEDERE *fas cuiquam Tribunorum eſſet.*

Illæ etiam Cenſoriarum notarum, quibus Senatu aliqui mouebantur, formulæ, ad huius libri argumentum propriè ſpectant. Cenſoriis vtique notationibus & animaduerſionibus cauſa ſubſcribi ſolebat. Cicero lib. I. de Diuinat. *Appium Cenſorem P. Maſſium, notauit, ſubſcripſitque,* QVOD AVSPICIA EMENTITVS ESSET, OB EAMQVE CAVSSAM POPVLVS RO. MAXIMAM CALAMITATEM ACCEPISSET. Aſconius in Orat. contra Antonium, *Hunc Antonium Gellius & Lentulus Cenſores, ſexennio quo hæc dicerentur, Senatu mouerunt cauſáſque ſubſcripſerunt,* QVOD SOCIOS DIRIPVERIT, QVOD IVDICIVM RECVSAVIT, QVOD PROPTER ÆRIS ALIENI MAGNITVDINEM PRÆDIA MANCIPAVIT, BONAQVE SVA IN POTESTATE NON HABERET. Agell. lib. XVII. cap. XXI. *Eodémque tempore Fabricius Luſcinus & Q. Aemylius Papus Cenſores Romæ fuerunt, & P. Cornelium Rufum, qui II. Conſul & Dictator fuerat, Senatu mouerunt: cauſſámque iſti notæ ſubſcripſere,* QVOD EVM COMPERISSENT, ARGENTI FACTI CÆNÆ GRATIA DECEM PONDO HABERE. Eóque pertinere credo locum, quem Feſtus citat ex Oratione Catonis quam ſcripſit de L. Veturio de ſacrilegio commiſſo, cùm ei equum ademit, QVOD TV, QVOD IN

FVIT SACRA, STATA SOLLEMNIA, CAPITE SANCTA DESERVISTI. Ceteras Cenſorias formulas, quæ in Luſtro condendo, Equitum recognitione, tranſuectionéve, vſurpabantur, quod ab huius libri propoſito alieniores videantur, commodius cenſui in Militarium Formularum rationes referre. Itaque, vt modum aliquem & finem huic libro faciam, nouiſſima iſta formula, cui non temerè hunc ordinē aſſignaui, ipſe me, abſque Cenſore, Senatu moueo.

BARN. BRISSONII

REGII CONSISTORII CONSILIARII, AMPLISSIMIQVE SENATVS PARISIENSIS PRÆSIDIS,

DE FORMVLIS ET SOLLEMNIBVS Populi Romani verbis,

LIB. III.

PARTE iam aliqua laboris ac periculi defunctus, leuari nihilominus mihi minimè videor: Tametſi enim profiteri auſum certa & ſollemnia verba perſcripturũ, in partibus ſingulis magni & diutini operis fatigari non conuenit, publici tamẽ muneris, quo fungor, occupationibus hac atq; illac diſtractus, durã me cepiſſe prouinciã ſentio: & cũ ad ea quę reſtãt, reſpicio, vereor ne meis ipſe ceruicibus onus impoſuerim, ſub quo cõcidã, & cui ferẽdo imparẽ me eſſe, euẽtus, qui ſtultorũ magiſter eſſe dicitur, coarguat: Eorũ certè exẽplo qui proximis litori vadis, mare pedibus ingrediũtur, hoc re ipſa experior, quidquid progredior, in vaſtiorem me altitudinẽ, ac velut profundũ inuehi: & creſcere penè opus, quod prima quæq; perficiendo, minui videbatur. Animis ergo opus eſt, & pectore firmo. Facio vtiq; vt promiſſa appareant, dum ſuperiori, hunc ipſum de Edictorum formulis librum ſubnecto.

In ſollemnibus autẽ Edictorum verbis fuiſſe hæc, BONVM FACTVM, indicat Tertullianus in lib. de Pudicitia, cùm ait: *O edictum, cui adſcribi debeat*, BONVM FACTVM. Oſtẽdit & Sueton. in Vitellio cap. XIIII. his verbis. *Exacerbatus, quòd poſt Edictũ ſuum, quo iubebat, intra Kal. Octobres, vrbe, Italiáque Mathematici excederent, ſtatim libellus propoſitus eſt*, ET CHALDEOS DICERE, BONVM FACTVM, NE VITELLIVS GERMANICVS INTRA EVNDEM KALENDARVM DIEM VSQVAM ESSET. Idem in Iulio cap. LXXX. *Peregrinis in Senatum allectis, libellus propoſitus eſt*, BONVM FACTVM, NE QVIS SENATORI NOVO CVRIAM MONSTRARE VELIT. Sed enim adſiduũ & locupletẽ adſertorẽ hæc formula Plautũ habet, illo lepido Hiſtrionũ Edicto, quod ab eo ad eorũ quæ à Magiſtratibus proponebantur, ſpeciem ac formam belle fictũ atque compoſitum, prologi vice, Pœnulo præponitur. Id ego propter venuſtatem, integrum adſcribam. Sic autem habet,

BONVM FACTVM EST, *Edicta vt ſeruetis mea:*
Scortum exoletum ne quis in pro ſcenio
Sedeat, néve lictor verbum, aut virgæ mutiant:
Neu deſignator præteriens obambulet:
Neu ſeſſum ducat, dum hiſtrio in ſcæna ſiet:
Diu qui domi otioſi dormierunt, decet
Animo æquo nunc ſtent, vel dormire temperent:
Serui ne obſideant, liberis vt ſit locus,
Vel æs pro capite dent: ſi id facere non queunt
Domum abeant, vitent ancipiti infortunio,
Ne & hic varientur virgis & loris domi.

Si minus curaſſint,cùm veniant heri domum.
Nutrices pueros,infantes minutulos
Domi procurent,nève inſpectatum afferant:
Ne & ipſæ ſitiant,& pueri pereant fame,
Nève eſurientes hic quaſi hœdi obuagiant.
Matronæ tacitè ſpectent,tacitè rideant.
Canora hic voce ſua tinnire temperent.
Domum ſermones fabulandi conferant.
Ne & hic viris ſint & domi moleſtæ.
Quodque ad Ludorum curatores attinet:
Ne palma detur quoiquam artifici iniuria,
Nève ambitionis cauſſa extrudantur foras,
Quò deteriores anteponantur bonis.
Et hoc quoque etiam (quod penè oblitus fui)
Dum ludi fiunt,in popinam pediſequi
Irruptionem facite.Nunc dum occaſio'ſt
Nunc dum ſcriblitæ æſtuant,occurrite.
Hæc quæ ſunt imperata pro imperio hiſtrico,
BONVM HERCLE FACTVM, *pro ſe quiſque meminerit.*

Hæc autẽ ſollẽnia Edictorũ verba BONVM FACTVM,videtur à Ioſepho expreſſa his verbis, ΚΑΛΩΣ ΕΧΕΙ. Etenim lib.XIIII. Antiq.Iudaic.cap.XVII.huiuſmodi Iulij Cæſaris cretum adfert. Γάϊος Καῖσαρ αὐτοκράτωρ Δικτάτωρ τὸ τέταρτον, ὕπατος τὸ ϛ. Δικτάτωρ ἀποδεδειγμένος διὰ βίου, λόγους ἐποιήσατο περὶ τῶν δικαίων τῶν Ὑρκανοῦ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀρχιερέως Ἰουδαίων καὶ ἐθνάρχου τοιούτους. Τῶν πρὸ ἐμοῦ αὐτοκρατόρων ἐν ταῖς ἐπαρχίαις μαρτυρησάντων Ὑρκανῷ ἀρχιερεῖ Ἰουδαίων καὶ Ἰουδαίοις ἐπί τε συγκλήτου καὶ δήμου Ῥωμαίων, εὐχαριστήσαντός τε τοῦ δήμου καὶ τῆς συγκλήτου αὐτοῖς, ΚΑΛΩΣ ΕΧΕΙ καὶ ἡμᾶς ἀπομνημονεύειν καὶ προνοεῖν ὅπως Ὑρκανῷ καὶ τῷ ἔθνει τῶν Ἰουδαίων καὶ τοῖς Ὑρκανοῦ παισὶν ὑπὸ τῆς συγκλήτου καὶ δήμου Ῥωμαίων ἀξία τῆς πρὸς ὑμᾶς εὐνοίας αὐτῶν καὶ ὧν εὐεργέτησαν ἡμᾶς χάρις ἀνταποδοθῇ. Item lib. XIX.cap.IIII. Τιβέριος Κλαύδιος Καῖσαρ Σεβαστὸς Γερμανικὸς, ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας, ὕπατος χειροτονηθεὶς τὸ δεύτερον λέγει. Αἰτησαμένων με βασιλέως Ἀγρίππου καὶ Ἡρώδου τῶν φιλτάτων μοι, ὅπως συγχωρήσαιμι τὰ αὐτὰ δίκαια, καὶ τοῖς ἐν πάσῃ τῇ ὑπὸ Ῥωμαίοις ἡγεμονίᾳ Ἰουδαίοις φυλάττεσθαι, καθὰ καὶ τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἥδιστα συνεχώρησα, οὐ μόνον τοῦτο αἰτησαμένοις με χαριζόμενος, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς, ὑπὲρ ὧν παρεκλήθην, ἀξίους κρίνας διὰ τὴν πρὸς Ῥωμαίους πίστιν καὶ φιλίαν. μάλιστα δὲ δίκαιον κρίνων μηδεμίαν μηδὲ Ἑλληνίδα πόλιν τῶν δικαίων τούτων ἀποτυγχάνειν, ἐπειδὴ καὶ ἐπὶ τοῦ θείου Σεβαστοῦ αὐταῖς ἦν τετηρημένα, ΚΑΛΩΣ ΟΥΝ ΕΧΕΙΝ καὶ Ἰουδαίους τοὺς ἐν παντὶ τῷ ὑφ' ἡμᾶς κόσμῳ τὰ πάτρια ἔθη ἀνεπικωλύτως φυλάσσειν, οἷς καὶ αὐτοῖς ἤδη νῦν παραγγέλλω μου ταύτῃ τῇ φιλανθρωπίᾳ ἐπιεικέστερον χρῆσθαι, καὶ μὴ τὰς τῶν ἄλλων ἐθνῶν δεισιδαιμονίας ἐξουθενίζειν. τοὺς ἰδίους δὲ νόμους φυλάσσειν. τοῦτο μου τὸ διάταγμα τοὺς ἄρχοντας τῶν πόλεων καὶ τῶν κολωνειῶν, καὶ μουνικιπίων τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ τῶν ἐκτὸς βασιλεῖς τε καὶ δυνάστας διὰ τῶν ἰδίων πρεσβευτῶν ἐγγράψασθαι βούλομαι, ἐκκείμενόν τε ἔχειν οὐκ ἔλαττον ἡμερῶν τριάκοντα ὅθεν ἐξ ἐπιπέδου καλῶς ἀναγνωσθῆναι δύναται. Sed & Valerius Probus inter iuris notas ponit has Q. B. F. quas ſic interpretatur, QVARE BONVM FACTVM. Quò loquendi genere, vt ego quidem exiſtimo, vſus erat auctor lib. de Vir. Illuſtrib. cap. XLIX. vbi P. Cornelium Scipionem à Petitio Trib.pl.repetundarum accuſatum, librum rationum in conſpectu populi ſcidiſſe refert, dein dixiſſe. *Hac die Carthaginem vici.* QVASI BONVM FACTVM IN CAPITOLIVM EAMVS, ET DIIS SVPPLICEMVS. Scripſiſſe enim, quiſquis eius libri auctor eſt, crediderim, QVARE BONVM FACTVM. Adiuuant coniecturam noſtrã, Valer. Max & Liuius, eandem hiſtoriam recẽſentes. Hic enim lib. XXXVIII. hoc Scipionẽ dixiſſe, refert. Hoc DIE TRIBVNI PL. VOSQVE QVIRITES, CVM ANNIBALE ET CARTHAGINIENSIBVS SIGNIS COLLATIS IN AFRICA BENE AC FELICITER PVGNAVI. ITAQVE CVM HODIE SVPERSEDERI LITIBVS ÆQVVM SIT, EGO HINC EXTEMPLO IN CAPITOLIVM, &c. Ille verò lib. III. cap. VII. Scipionem, ait, capiti ſuo Triumphali corona impoſita, dixiſſe. Hoc EGO, QVIRITES, DIE CARTHAGINEM MAGNA SPERANTEM, LEGES VESTRAS ACCIPERE IVSSI. PROINDE ÆQVVM EST, VOS MECVM IN CAPITOLIVM IRE SVPPLICATVM.

Erant

Erant & Edictorum ſollemnia verba hæc, VNDE DE PLANO RECTE LEGI POSSIT. Auſonius in Gratiarum actione. *Has ego literas tuas in omnibus pilis atque porticibus*, VNDE DE PLANO LEGI POSSINT *inſtar edicti pendere mandauero*. Quæ ſic Ioſeph. lib. XIX. Antiq. Iudaicar. cap. IIII. reddidit in eo edicto Tiberij Claudij Cæſaris cuius ſuprà priorem partem tranſcripſimus. Τοῦτο μου τὸ διάταγμα, τοὺς ἄρχοντας τῶν πόλεων καὶ τῶν κολονιῶν, καὶ μουνικιπίων τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ τῶν ἐκτὸς βασιλεῖς τε καὶ δυνάστας διὰ τῶν ἰδίων πρεσβευτῶν ἐγγράψασθαι βούλομαι. Εκκείμενόν τε ἔχειν οὐκ ἔλαττον ἡμερῶν τριάκοντα, ΟΘΕΝ ΕΞ ΕΠΙΠΕΔΟΥ ΚΑΛΩΣ ΑΝΑΓΝΩΣΘΗΝΑΙ ΔΥΝΑΤΑΙ. At in Edicto Antonij ad Tyriorum magiſtratus miſſi, quod idem auctor lib. XIIII. Antiq. Iudaic. cap. XXII. recitat, formula hæc, aliis verbis enuntiatur, in hunc modum, Διάταγμα ἐμὸν ἀπέσταλκα πρὸς ὑμᾶς, περὶ οὗ βούλομαι ὑμᾶς φροντίσαι, ἵν' αὐτὸ εἰς τοὺς δημοσίους ἐντάξητε δέλτους γράμμασι Ῥωμαϊκοῖς καὶ ἑλληνικοῖς. Καὶ ἐν τῷ ἐπιφανεστάτῳ ἔχητε αὐτὸ γεγραμμένον, ὅπως ὑπὸ πάντων ἀναγινώσκεσθαι δυνήσεται.

In Edictis etiam quandoque ita veteres præfatos, QVOD BONVM FAVSTVM FELIXQVE SIT, indicio eſt Edictum Triumuiralis proſcriptionis, quod ab Appiano lib. IIII. de bell. ciuil. in hunc modum concipitur: ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ τοίνυν τῶν ὑπογεγραμμένων τῷδε τῷ διαγράμματι. Μηδεὶς δεχέσθω μηδένα, μηδὲ κρυπτέτω, μηδὲ ἐκπεμπέτω ποι, μηδὲ πειθέσθω χρήμασιν. Ος δ' ἂν ἢ σώσας, ἢ ἐπικουρήσας ἢ συνειδὼς φανῇ, τοῦτον ὑμεῖς οὐδεμίαν ὑπολογισάμενοι πρόφασιν ἢ συγγνώμην, ἐν τοῖς προγεγραμμένοις τιθέμεθα. ἀναφερόντων δὲ τὰς κεφαλὰς οἱ κτείναντες ἐφ' ὑμᾶς, ὁ μὲν ἐλεύθερος, ἐπὶ δισμυρίαις δραχμαῖς Ἀττικαῖς καὶ πεντακισχιλίαις ὑπὲρ ἑκάστης, ὁ δὲ δοῦλος ἐπ' ἐλευθερίᾳ τοῦ σώματος, καὶ μυρίαις Ἀττικαῖς καὶ τῇ τοῦ δεσπότου πολιτείᾳ. τὰ δὲ αὐτὰ καὶ τοῖς μηνύουσιν ἔσται καὶ τῶν λαμβανόντων τοῖς ὑπομνήμασιν ὑμῶν, ἵνα μὴ κατάδηλος ᾖ. Idem & alio Lepidi Triumuiri Edicto confirmatur, quod ab eodem Appiano eodem libro ponitur. Lepidum enim cùm de Iberis triumphum ageret, Edicto ſuo ferias populo ſub proſcriptionis periculo, ita indixiſſe refert. Ἀγαθῇ Τύχῃ προσειρήσθω πᾶσι καὶ πάσαις θύειν καὶ εὐωχεῖσθαι τὴν ἡμέραν τὴν παροῦσαν. Ος δ' ἂν μὴ φάνηται ταῦτα ποιῶν, ἐν τοῖς προγεγραμμένοις ἔσται.

In Edictis planè recepta erant verba hæc, NON PLACERE. Hoc ex Edicto Cēſorio de Rhetoribus patet, quod à Sueton. lib. de clar. Rhetorib. & ab Agell. lib. XV. cap. XI. refertur in hæc verba. RENVNCIATVM EST NOBIS ESSE, HOMINES QVI NOVVM GENVS DISCIPLINÆ INSTITVERVNT, AD QVOS INVENTVS IN LVDOS CONVENIAT: EOS SIBI NOMEN IMPOSVISSE LATINOS RHETORAS: IBI HOMINES ADOLESCENTVLOS TOTOS DIES DESIDERE. MAIORES NOSTRI QVÆ LIBEROS SVOS DISCERE, ET QVOS IN LVDOS ITARE VELLENT, INSTITVERVNT. QVAPROPTER ET IIS, QVI EOS LVDOS HABENT, ET IIS QVI EO VENIRE CONSVEVERVNT, VIDETVR FACIENDVM, VT OSTENDAMVS NOSTRAM SENTENTIAM, NOBIS NON PLACERE. Eadémque verborū formula Auguſtum in Edicto vſum idem Suetonius in eius vita cap. XLIIII. ita ſcribit. *Athletarum verò ſpectaculo muliebrem ſexum omnem adeò ſubmouit, vt Pontificalibus ludis pugilum par poſtulatum diſtulerit in ſequentis diei matutinum tempus: edixeritque* MVLIERES ANTE HORAM QVINTAM VENIRE IN THEATRVM NON PLACERE. Ex Edicto etiā de his qui in poſſeſſione bonorum latitantis mittebātur, ſcripto, Cicero in Quintiana hæc verba citat: QVI EX ADICTO MEO IN POSSESSIONEM VENERVNT, EOS ITA VIDETVR IN POSSESSIONE ESSE OPORTERE: QVOD IBIDEM RECTE CVSTODIRE POTERVNT, ID IBIDEM CVSTODIANT: QVOD NON POTERVNT, ID AVFERRE ET ABDVCERE LICEBIT. DOMINVM INVITVM DETRVDERE NON PLACET.

Edictorum porrò quæ & à Principibus & à Magiſtratibus in vrbe, & à Procoſs. in prouinciis proponebantur exempla, vt ea deſiderantibus longioris inquiſitionis labor abſit, in vnum collegi. Admonendi autem ſumus, Edicta non vnius generis, argumen-

tíve fuiſſe. Non enim omnia ad Iuriſdictionem pertinebant: ſed quædam ex his Monitoria erant, quædam Obiugatoria, quædã Conſolatoria. Formulam edicti Monitorij Plinius Epiſt. vlt. lib. v. proponit, in qua de Nepote Prætore, qui legibus quærebat, loquens, *Propoſuerat*, ait, *breue edictum:* ADMONEBAT ACCVSATORES, ADMONEBAT REOS, EXECVTVRVM SE, QVÆ SENATVSCONSVLTO CONTINERENTVR. Tacit. lib. I. de Tiberio *Populúmque* EDICTO MONVIT, *ne vt quondam nimiis ſtudiis funus Diui Iulij turbaſſent, ita Auguſtum in foro potius quàm in campo Martis ſede deſtinata cremari vellent.* Tacit. lib. III. Annal. *Gnarum id Tiberio fuit, vtque premeret vulgi ſermones,* MONVIT EDICTO, MVLTOS INLVSTRIVM ROMANORVM OB REMP. OBIISSE, NEMINEM TAM FLAGRANTI DESIDERIO CELEBRATVM. IDQVE SIBI ET CVNCTIS EGREGIVM, SI MODVS ADIICERETVR: NON ENIM EADEM DECORA PRINCIPIBVS VIRIS, ET IMPERATORI POPVLOQVE, MODICIS DOMIBVS, AVT CIVITATIBVS, CONVENISSE RECENTI DOLORE LVCTVM, ET EX MOERORE SOLATIA. SED REFERENDVM IAM ANIMVM AD FIRMITVDINEM, VT QVONDAM DIVVS IVLIVS AMISSA VNICA FILIA, VT DIVVS AVGVSTVS EREPTIS NEPOTIBVS, ABSTRVSERINT TRISTITIAM. NIL OPVS VETVSTIORIBVS EXEMPLIS, QVOTIES POPVLVS RO. CLADES EXERCITVVM, INTERITVM DVCVM, FVNDITVS AMISSAS NOBILES FAMILIAS, CONSTANTER TVLERIT. PRINCIPES MORTALES, REMPVB. ÆTERNAM ESSE. PROIN REPETERENT SOLLEMNIA: ET QVIA LVDORVM MEGALESIVM SPECTACVLVM SVBERAT, ETIAM VOLVPTATES RESVMERENT. Sueton. in Claud. cap. XVI. eũ in Cẽſura vno die XX. Edicta propoſuiſſe refert: inter quæ, duo: quorũ altero, ADMONEBAT, VT VBERI VINEARVM PROVENTV BENE DOLIA PICARENTVR: *Altero*, NIHIL ÆQVE FACERE AD VIPERÆ MORSVM QVAM TAXI ARBORIS SVCCVM. Idem ibidem cap. XXV. *Viatores, ne per Italiæ oppida, niſi aut pedibus, aut ſella, aut lectica tranſirent*, MONVIT EDICTO. Martianus in L. Diui D. de religioſ. & ſumptib. *Diui fratres* EDICTO ADMONVERVNT, *ne iuſtæ ſepulturæ traditum, id eſt, terra conditum corpus inquietetur*. Calliſtratum ad Edictum Monitorium libros ſex ſcripſiſſe Index Pandectis Florentinis præfixus, teſtatur. Huius generis eſt Theodoſij & Valentiniani Edictum ad populũ, Nou. de Reddito iure armorum: quo, SINGVLOS, aiunt, VNIVERSOSQVE NOSTRO MONEMVS EDICTO, VT ROMANI ROBORIS CONFIDENTIA, EX ANIMO QVO DEBENT PROPRIA DEFENSARE, CVM SVIS ADVERSVS HOSTES SI VIS EXEGERIT, SALVA DISCIPLINA PVBLICA, SERVATAQVE INGENVITATIS MODESTIA, QVIBVS POTVERINT, VTANTVR ARMIS.

De Obiurgatoriis verò Edictis, teſtes produco, Tacitum & Tranquillum. Ille enim lib. v. de Tiberio hæc ait. INCREPITAQVE PER EDICTVM PLEBE, *queſtus apud Patres quod fraude vnius Senatoris, Imperatoria maieſtas eluſa publice foret, integra tamen ſibi cuncta poſtulauit.* Hic verò in Octauio, cap. LIII. *Statim manu, vultúque indecoras adulationes repreſſit, & inſequenti die grauiſſime* CORRIPVIT EDICTO. Idem in Calig. cap. XLV. *Abſentem Senatum, populúmque grauiſſime* OBIVRGAVIT EDICTO, *quod Cæſare præliante, & capitis diſcriminibus obiecto, intempeſtiua conuiuia, circum & theatra & amœnos ſeceſſus celebrarent.* Idem in Nerone cap. IIII. *Vt neceſſe fuerit Auguſto, clam fruſtra monitum* EDICTO COERCERE.

Conſolatorij Edicti vnum multorum vice, exemplum, quod auctoris ſui humanitatem teſtatur, habemus in Suetonij Tito cap. VIII. Nam cùm Romæ incendium per tres dies, totidémque noctes exarſiſſet, peſtilentiáque quanta non temere alias graſſaretur, in his tot aduerſis ac talibus, non modò principis ſollicitudinem, ſed & parentis affectum vnicum Titum præſtitiſſe, ait, *nunc*, CONSOLANDO PER EDICTA, *nunc opitulando, quatenus ſuppeteret facultas*. Idem in Calig. cap. VI. *Vt fato functum Germanicum palam factum eſt, non* SOLATIIS VLLIS, NON EDICTIS INHIBERI LVCTVS PVBLICVS *potuit.*

Auguſtum etiam iocis quorumdam inuidioſis & petulantibus laceſſitum, CONTRA-

DIXISSE

DIXISSE EDICTO, Sueton. in eius vita cap. LVI. ſcribit. Domitiani verò hæc in eius vita cap. VII. Edicta refert. *Ad ſummam quondam vbertatem vini frumenti verò inopiam, exiſtimans nimio vinearum ſtudio negligi arua, Edixit,* NE QVIS IN ITALIA NOVELLARET, VTQVE IN PROVINCIIS VINETA SVCCIDERENTVR, RELICTA, VBI PLVRIMVM, DIMIDIA PARTE.

Edicto Patres in curiã vocatos fuiſſe ſuperiore libro demonſtrauimus. Edicto quoque Populum à Pompeio ad theatri ſui dedicationem vocatum, Tertullianus lib. de ſpectacul. tradit: idque Theatrum, eo Edicto, Veneris templum nuncupatum, & adieciſſe eum, verba hæc, CVI SVBIECIMVS GRADVS SPECTACVLORVM. Edictis etiam, qui aberant, reuocabantur. Liuius lib. XLII. *Interim M. Aelio Prætori mandatum eſt,* VT EDICTO SENATORES OMNES EX TOTA ITALIA; NISI QVI REIPVB. CAVSA ABESSENT, ROMAM REVOCARET.

Sed & Edictis, interdum EXCEDERE VRBE ATQVE ITALIA, iubebant. Valerius Max. lib. I. cap. III. *C. Cornelius Hiſpallus Prætor peregrinus, M. Popillio Lænate, Cn. Calpurnio Coss.* EDICTO CHALDÆOS INTRA DECIMVM DIEM ABIRE EX VRBE, ATQVE ITALIA IVSSIT. Sic Vitellium Suetonius in eius vita cap. XIIII. edixiſſe ſcribit, VT INTRA KAL. OCTOBRES, VRBE, ITALIAQVE, MATHEMATICI EXCEDERENT. Quod Xiphilinus in Vitellio ita expreſſit, Καὶ πρόγραμμα ἔθετο, δι' οὗ τοὺς ἀστρολόγους ἐξήλασε, προειπὼν σφίσιν, ἐντὸς τῆς δὲ ἡμέρας, ῥητήν τινα τάξας, ἐξ ἁπάσης τῆς Ἰταλίας χωρῆσαι. Καὶ αὐτῷ ἐκεῖνοι νυκτὸς ἀντιπροθέντες γράμματα ἀντιπαρήγγειλαν, ἀπαλλαγῆναι ἐκ τοῦ βίου ἐντὸς τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ ἐτελεύτησε. Ita, ſe Ouidius Auguſti Edicto relegatum, vrbéque & Italia excedere iuſſum ait lib. I. Triſt. Eleg. III. his verſibus:

Iam prope lux aderat, qua me DISCEDERE, CÆSAR,
FINIBVS EXTREMÆ, IVSSERAT, AVSONIÆ.

Rurſúſque eadem Eleg.

TE IVBET A PATRIA DISCEDERE, *Cæſaris ira.*

Et lib. V. Triſt. Eleg. XII.

Nec vitam, nec opes, nec ius mihi ciuis ademit,
Quæ merui vitio perdere cuncta meo.
Sed quia peccato facinus non adfuit vllum,
Nil niſi me PATRIIS IVSSIT ABIRE FOCIS.

Eáque de cauſſa patria ſe ſummotum ait lib. IIII. de Ponto Eleg. vlt. & lib. III. eiuſdem argumenti Eleg. IIII. Et ſibi interdictam vrbem, ſignificat lib. III. Triſt. Eleg. XI. Summotum verò ſeſe vrbe & Italia, non decreto Senatus, iudicúmve, ſententiis, ſed Edicto Auguſti, diſertis verbis declarat lib. II. Triſt. Eleg. II.

Nec mea, inquiens, decreto damnaſti facta Senatus:
Nec mea, Selecto iudice, iuſſa fuga eſt.
Triſtibus inuectus verbis (ita principe dignum eſt)
Vltus es offenſas, vt decet, ipſe tuas.
Adde quod EDICTVM *quamuis immite, minaxque,*
Attamen in pœnæ nomine lene fuit.
Quippe RELEGATVS, *non exul* DICOR IN ILLO:
Parcáque fortunæ ſunt tibi verba meæ.

Idem lib. V. Triſt. Eleg. III.

Ira quidem moderata tua eſt: vitámque dediſti,
Nec mihi ius ciuis, nec mihi nomen abeſt.
Nec mea conceſſa eſt aliis fortuna: nec exul
EDICTI VERBIS NOMINOR *ipſe tui.*

Cicero etiam pro Sextio, Conſulem Piſonem ait, Lamiã in concione relegaſſe, EDIXISSEQVE, VT AB VRBE ABESSET, MILLIA PASSVVM DVCENTA.

Sunt & aliæ innumeræ Edictorum ſpecies, quæ certo alicui generi accepto ferri non

poſſunt. Variè namque, prout inciderat, Principes, Magiſtratúſve edicebant. Singula ergo, licet inter ſe parum cohærentia, Edictorum genera congeram. Ordiar autem à Principum Edictis, quorum multa in libris Iuris ciuilis commemorantur, Edicti enim Auguſti fit mentio in L. II. D. ad Velleian. l. VIII. D. de Quæſtionib. L. XXVI. D. de Liber. & poſt. Et Tiberij, in L. XXXVIII. D. ad L. Iul. de Adulter. Claudij, in L. II. D. qui ſine manumiſſion. & L. XV. D. ad L. Corn. de Falſ. & apud Vlpian. in Fragment. Tit. de Latinis. Extant & Edicta Veſpaſiani in L. IIII. §. vlt. D. de Legationib. L. II. C. de ædific. priuat. Domitiani, in L. II. D. de cuſtod. reor. L. XVI. D. ad Turpil. Neruæ, in L. vlt. D. ne de ſtatu defunctor. Traiani, in L. XIII. D. de Iure fiſci. L. VI. D. de extraordin. crimin. Hadriani, in d. L. VI. §. vlt. D. eod. & L. XXVI. quor. appell. non recip. in C. Th. Tit. de Edicto D. Hadriani. tollend. in Cod. & Nou. Valentinia. de Teſtament. D. Marci, in L. vlt. C. ſi aduerſ. fiſc. L. XXIIII. §. I. D. de reb. auct. iudic. poſſid. Seueri, in L. III. §. non perpetuæ D. de ſepulch. viol.

Edictum planè integrum Imperatoris Neruæ Plinij Epiſtolis lib. x. inſertum eſt, in hæc verba: QVÆDAM SINE DVBIO, QVIRITES, IPSA FELICITAS TEMPORVM EDICIT, NEC SPECTANDVS EST IN IIS BONVS PRINCEPS, QVIBVS ILLVM INTELLIGI SATIS EST, CVM HOC SIBI QVISQVE CIVIVM MEORVM SPONDERE POSSIT, ME SECVRITATEM OMNIVM, QVIETI MEÆ PRÆTVLISSE, VT ET LIBENTER NOVA BENEFICIA CONFERREM, ET ANTE ME CONCESSA SERVAREM. NE TAMEN ALIQVAM GAVDIIS PVBLICIS AFFERAT HÆSITATIONEM, VEL EORVM QVI IMPETRAVERVNT DIFFIDENTIA, VEL EIVS MEMORIA, QVI PRÆSTITIT: NECESSARIVM PARITER CREDIDI, AC LÆTVM, OBVIAM DVBITANTIBVS INDVLGENTIAM MEAM MITTERE. NOLO EXISTIMET QVISQVAM, QVÆ ALIÒ PRINCIPE, VEL PRIVATIM VEL PVBLICE CONSEQVVTVS, IDEO SALTEM A ME RESCINDI; VT POTIVS MIHI DEBEAT, SI ILLA RATA ET CERTA FECERO: NEC GRATVLATIO VLLIVS INSTAVRATIS EGET PRECIBVS, ET QVI NON HABENT, ME, QVEM FORTVNA IMPERII VVLTV MELIORE RESPEXIT, NOVIS BENEFICIIS VACARE PATIANTVR: ET EA DEMVM SCIANT ROGANDA ESSE QVÆ NON HABENT. Huic elegans & quod ad veterum gloriam proximè accedit, Conſtantini Edictum adiungam. Id ſedem habet in L. IIII. de Accuſationibus, lib. IX. Cod. Theod. Datum autem dicitur ad vniuerſos Prouinciales, in hunc modum: SI QVIS EST CVIVSCVMQVE LOCI, ORDINIS, DIGNITATIS, QVI SE IN QVEMCVMQVE IVDICVM, COMITVM, AMICORVM, VEL PALATINORVM MEORVM ALIQVID VERACITER, ET MANIFESTE PROBARE CONFIDIT, QVOD NON INTEGRE, ATQVE IVSTE GESSISSE VIDEATVR: INTREPIDVS ET SECVRVS ACCEDAT, INTERPELLET ME: IPSE AVDIAM OMNIA, IPSE COGNOSCAM: ETSI FVERIT COMPROBATVM, IPSE ME VINDICABO, DE EO QVI ME VSQVE AD HOC TEMPVS SIMVLATA INTEGRITATE DECEPERIT. ILLVM AVTEM, QVI HOC PRODIDERIT, ET COMPROBAVERIT: ET DIGNITATIBVS ET REBVS AVGEBO. ITA MIHI SVMMA DIVINITAS SEMPER PROPITIA SIT, ET ME INCOLVMEM PRÆSTET, VT CVPIO FELICISSIMA ET FLORENTE REPVBLICA. Dignum ita me Deus amet, Edictum, quod, ad nummarios Iudices coërcẽdos, vbique locorum pendeat, & per omnia fora, conciliabuláque proquiritetur. Ioſeph. lib. XVI. Antiquit. Iudaicar. cap. x. hoc Augusti Cæſaris edictum recẽſet: Καῖσαρ Σεβαστὸς ἀρχιερεὺς δημαρχικῆς ἐξουσίας λέγει. Ἐπειδὴ τὸ ἔθνος τὸ τῶν Ἰουδαίων εὐχάριστον εὑρέθη οὐ μόνον ἐν τῷ ἐνεστῶτι καιρῷ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ προγεγενημένῳ, καὶ μάλιστα ἐπὶ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς αὐτοκράτορος Καίσαρος, πρὸς τὸν δῆμον τῶν Ῥωμαίων, ὅτε ἀρχιερεὺς αὐτῶν Ὑρκανὸς, Ἔδοξέ μοι καὶ τῷ συμβουλίῳ μετὰ ὁρκωμοσίας, γνώμῃ δήμου Ῥωμαίων, τοὺς Ἰουδαίους χρῆσθαι τοῖς ἰδίοις θεσμοῖς κατὰ τὸν πάτριον αὐτῶν νόμον, καθὼς ἐχρῶντο ἐπὶ Ὑρκανοῦ ἀρχιερέως θεοῦ ὑψίστου, τά τε ἱερὰ εἶναι ἐν ἀσυλίᾳ, καὶ ἀναπέμπεσθαι εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἀποδίδοσθαι

αὐτὰ

αὐτὰ τοῖς ἀποδοχεύουσιν Ἱεροσολύμων, ἐγγύας τε μὴ ὁμολογεῖν αὐτοὺς ἐν Σάββασιν, ἢ τῇ πρὸ ταύτης παρασκευῇ, ἀπὸ ὥρας ἐνάτης. Ἐὰν δέ τις φωραθῇ κλέπτων τὰς ἱερὰς βίβλους, ἢ τὰ ἱερὰ χρήματα, ἔκ τε σαββατείου, ἔκ τε ἀνδρῶνος εἶναι αὐτὸν Ἱερόσυλον, καὶ τὸν βίον αὐτοῦ ἐνεχθῆναι εἰς τὸ δημόσιον τῶν Ῥωμαίων. Τό τε ψήφισμα τὸ δοθέν μοι ὑπ' αὐτῶν, ὑπὲρ τῆς ἐμῆς εὐσεβείας, ἧς ἔχω πρὸς πάντας ἀνθρώπους, καὶ ὑπὲρ Γαΐου Μαρκίου Κηνσωρίνου, καὶ τοῦτο τὸ διάταγμα, κελεύω ἀνατεθῆναι ἐν ἐπισημοτάτῳ τόπῳ γενηθέντι μοι ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῆς Ἀσίας ἐν Ἀγκύρῃ. Ἐὰν δέ τις παραβῇ τι τῶν προειρημένων δώσει δίκην οὐ μετρίαν.

Proponam & aliquot Conſularia Edicta. Liuius lib. XXXIX. hæc Poſthumium Albinum, & M. Philippum Conſules poſt Senatuſconſultum de Bacchanalibus factum, edixiſſe refert: *Indicique præmium propoſuerunt,* SI QVIS QVEM AD SE DEDVXISSET: NOMENVE ABSENTIS DETVLISSET, QVI NOMINATVS PROFVGISSET, DIEM CERTAM SE FINITVROS: AD QVAM NISI CITATVS RESPONDISSET, ABSENS DAMNARETVR. SI QVIS EORVM QVI TVM EXTRA ITALIAM TERRAM ESSENT, NOMINARETVR, EI LAXIOREM DIEM DATVROS, SI VENIRE AD CAVSAM DICENDAM VELLET. *Edixerunt deinde,* NE QVIS QVID FVGÆ CAVSA VENDIDISSE, NEVE EMISSE VELLET: NE QVIS RECIPERET, CELARET, OPE VLLA IVVARET FVGIENTES. Idem lib. II. de Seruilio Conſule. *Concioni deinde, Edicto addidit fidem, quo edixit,* NE QVIS CIVEM ROMANVM VINCTVM, AVT CLAVSVM TENERET, QVO MINVS EI NOMINIS EDENDI APVD CONSVLES POTESTAS FIERET: NE QVIS MILITIS, DONEC IN CASTRIS ESSET, BONA POSSIDERET, AVT VENDERET: LIBEROS NEPOTESVE EIVS MORARETVR. Idem lib. XXIIII. *Cùm deeſſent nautæ, Coſs. ex S.C. edixerunt*, VT QVI L. ÆMILIO, C. FLAMINIO CENSORIBVS MILLIBVS ÆRIS QVINQVAGINTA, IPSE AVT PATER EIVS CENSVS FVISSET, VSQVE AD CENTVM MILLIA, AVT CVI POSTEA RES TANTA ESSET FACTA, NAVTAM VNVM CVM SEX MENSIVM STIPENDIO DARET: QVI SVPRA CENTVM MILLIA VSQVE AD CCC. MILLIA, TRES NAVTAS CVM STIPENDIO ANNVO: QVI SVPRA TRECENTA MILLIA VSQVE AD DECIES ÆRIS, QVINQVE NAVTAS: QVI SVPRA DECIES, SEPTEM: SENATORES OCTO NAVTAS CVM ANNVO STIPENDIO DARENT. Idē lib. XXIII. Q. Fabium edixiſſe narrat: VT FRVMENTA OMNES EX AGRIS ANTE KAL. IVLIAS, PRIMAS IN VRBES MVNITAS CONVEHERENT: QVI NON INVEXISSENT, EORVM SE AGROS POPVLATVRVM, SERVOS SVB HASTA VENDITVRVM, VILLAS INCENSVRVM.

Iam Cenſoria duo Edicta à Plinio referũtur. Vnũ lib. XIII. cap. III. his verbis: *Certum eſt Antiocho rege, Aſiáque deuictis, vrbis anno quingenteſimo ſexageſimoquinto, P. Licinium Craſſum, L. Iulium Cæſarem Cenſores edixiſſe,* NE QVIS VENDERET VNGVENTA EXOTICA. Alterum lib. XIIII. cap. XIIII. *P. Licinius Craſſus, & L. Cæſar Cenſores, anno vrbis conditæ* D.C.LXXV. *Edixerũt*, NE QVIS VINVM GRÆCVM, AMINÆVMQVE OCTONIS ASSIBVS ÆRIS IN SINGVLA QVADRANTALIA VENDERET.

Atq; vt ad Prætorũ Edicta veniamus, Liu. lib. XXV. M. Æmiliũ Prætorẽ vrb. cui ab Senatu negotiũ datum erat, vt nouis religionibus populũ liberaret, edixiſſe memorat, VT QVICVNQVE LIBROS VATICINOS, PRECATIONESVE, AVT ARTEM SACRIFICANDI CONSCRIPTAM HABERET, EOS LIBROS OMNES, LITERASQVE AD SE ANTE CALENDAS APRILIS DEFERRET: NEV QVIS IN PVBLICO SACROVE LOCO, NOVO AVT EXTERNO RITV, SACRIFICARET.

Quæ verò de iure dicundo Prætores edicebant, variè quidem, pro re ſubiecta concipiebantur. Vt plurimum tamen in hæc verba deſinebant, IVDICIVM DABO, vel ACTIONEM DABO. Exẽpla cuiuſq; generis adſcribã: & vt à priore, quo ſe iudiciũ daturum Prætor pollicebatur, ordiar, eiuſmodi Edicta è libris noſtris promã. Sic certè Prætor de Negotiis geſtis edixerat, SI QVIS NEGOTIA ALTERIVS, SIVE QVIS NEGOTIA,

QVÆ CVIVSQVE CVM IS MORITVR, FVERINT, GESSERIT; IVDICIVM EO NOMINE DABO. Item de Dolo malo, ſic: QVÆ DOLO MALO FACTA ESSE DICENTVR, SI DE HIS REBVS ALIA ACTIO NON ERIT, ET IVSTA CAVSA ESSE VIDEBITVR, IVDICIVM DABO. Similiter de capite minutis: QVI QVÆVE POSTEAQVAM QVID CVM HIS ACTVM CONTRACTVMVE SIT, CAPITE DEMINVTI, DEMINVTÆVE ESSE DICENTVR, IN EOS EASVE, PERINDE QVASI ID FACTVM NON SIT, IVDICIVM DABO. Eodémq, modo de his qui effuderint vel eiecerint: VNDE IN EVM LOCVM QVO VOLGO ITER FIET, VEL IN QVO CONSISTETVR, DEIECTVM VEL EFFVSVM QVID ERIT, QVANTVM EX EA RE DAMNVM DATVM FACTVMVE ERIT, IN EVM QVI IBI HABITAVERIT, IN DVPLVM IVDICIVM DABO. SI EO ICTV HOMO LIBER PERISSE DICETVR, QVANTVM OB EAM REM ÆQVVM IVDICI VIDEBITVR, EVM CVM QVO AGETVR CONDEMNARI, TANTI IVDICIVM DABO. SI SERVVS, INSCIENTE DOMINO FECISSE DICETVR, IN IVDICIO ADIICIAM, AVT NOXAM DEDERE. De noxalibus quoque actionibns Prætor ita edixerat: SI IS IN CVIVS POTESTATE ESSE DICETVR, NEGAVIT SE IN SVA POTESTATE SERVVM HABERE, VTRVM ACTOR VOLET, VEL DEIERARE IVBEBO IN POTESTATE SVA NON ESSE, NEQVE SE DOLO MALO FECISSE QVO MINVS ESSET, VEL IVDICIVM DABO, SINE NOXÆ DEDITIONE Vnde obiter notandum eſt, interdum Prætorem iudicium purum in dominos, ex facto ſeruorum pollicitum, his verbis, SINE NOXÆ DEDITIONE: nonnunquam verò ſub diſiunctione hac, AVT NOXÆ DEDERE. Iuſtinian. Inſtit. de Noxalib. act. *Ex maleficiis ſeruorum, veluti ſi furtum fecerint aut bona rapuerint. aut damnum dederint, aut iniuriam commiſerint, Noxales actiones proditæ ſunt, quibus domino damnato permittitur,* AVT LITIS ÆSTIMATIONEM SVFFERRE, AVT IPSVM HOMINEM NOXÆ DEDERE. In Publicanos vtique in ſolidū, iudicium daturum ſe ita edixerat Prætor: QVOD PVBLICANVS, SEV QVIS PVBLICANI NOMINE VI ADEMERIT, QVODVE FAMILIA PVBLICANORVM, SI ID RESTITVTVM NON ERIT, IN DVPLVM: AVT SI POST ANNVM AGETVR, IN SIMPLVM IVDICIVM DABO. ITEM SI DAMNVM INIVRIA FVRTVMVE FACTVM ESSE DICETVR, IVDICIVM DABO. SI ID AD QVOS EA RES PERTINEBIT, NON EXHIBEBITVR: IN DOMINOS, SINE NOXÆ DEDITIONE IVDICIVM DABO. Enimuero illa, à qua digreſſi ſumus formula, Edictū de ſeruo corrupto conceptum erat, in hunc modum: QVI SERVVM, SERVAM, ALIENVM, ALIENAM, RECEPISSE, PERSVASISSEVE QVID EI DICETVR DOLO MALO, QVO EVM, EAM, DETERIOREM FACERET: IN EVM QVANTI EA RES ERIT, IN DVPLVM IVDICIVM DABO. Item de religioſ. & ſumptib. funer. QVOD FVNERIS CAVSA SVMPTVS FACTVS ERIT, EIVS RECIPERANDI NOMINE, IN EVM AD QVEM EA RES PERTINET, IVDICIVM DABO. Sub titulo etiam quando de pecul. actio annal. eſt, huiuſmodi Edictum proponitur: POST MORTEM EIVS QVI IN ALTERIVS POTESTATE FVERIT, POSTEAVE QVAM IS EMANCIPATVS MANVMISSVS, ALIENATVSQVE FVERIT, DVNTAXAT DE PECVLIO, ET SI QVID DOLO MALO EIVS, IN CVIVS POTESTATE EST, FACTVM ERIT, QVO MINVS PECVLII ESSET, IN ANNO, QVO PRIMVM DE EA RE EXPERIVNDI POTESTAS ERIT, IVDICIVM DABO. De Depoſito vero ita prætor edixerat: QVOD NEQVE TVMVLTVS, NEQVE INCENDII, NEQVE RVINÆ, NEQVE NAVFRAGII CAVSA DEPOSITVM SIT, IN SIMPLVM: EARVM AVTEM RERVM, QVÆ SVPRA COMPREHENSÆ SVNT, IN IPSVM IN DVPLVM IN HEREDEM EIVS, QVOD DOLO MALO EIVS FACTVM ESSE DICETVR QVI MORTVVS SIT, IN SIMPLVM: QVOD IPSIVS, IN DVPLVM IVDICIVM DABO. Item de Commodato. QVOD

QVIS

QVIS COMMODASSE DICETVR, DE EO IVDICIVM DABO. Item de reb.auctorit.iud.poſſid. SI QVIS CVM IN POSSESSIONE BONORVM ESSET, QVOD EO NOMINE FRVCTVS CEPERIT, EI, AD QVEM EA RES PERTINET, NON RESTITVAT: SIVE QVOD IMPENSÆ SINE DOLO MALO FECERIT, EI NON PRÆSTABITVR: SIVE DOLO MALO EIVS DETERIOR CAVSA POSSESSIONIS FACTA ESSE DICETVR: DE EA RE IVDICIVM IN FACTVM DABO. Et in Edicto ne vis fiat ei qui in bon. poſſeſſ. miſſus erit: SIQVIS DOLO MALO FECERIT. QVO MINVS QVIS PERMISSV MEO, EIVSVE CVIVS EA IVRISDICTIO FVIT, IN POSSESSIONEM BONORVM SIT: IN EVM IN FACTVM IVDICIVM, QVANTI EA RES FVIT, OB QVAM IN POSSESSIONEM MISSVS ERIT, DABO. Item ſub tit. de vi & vi arma. VNDE TV ILLVM VI DEIECISTI, AVT FAMILIA TVA DEIECIT: DE EO, QVÆQVE ILLE TVNC IBI HABVIT, TANTVMMODO INTRA ANNVM: POST ANNVM, DE EO QVOD AD EVM QVI VI DEIECIT, PERVENERIT, IVDICIVM DABO. Itē de vi bonor. raptor. & de turba: SI CVI DOLO MALO HOMINIBVS COACTIS DAMNI QVID FACTVM ESSE DICETVR: SIVE CVIVS BONA RAPTA ESSE DICENTVR: IN EVM QVI ID FECISSE DICETVR, IVDICIVM DABO. ITEM SI SERVVS FECISSE DICETVR, IN DOMINVM IVDICIVM NOXALE DABO. CVIVS DOLO MALO IN TVRBA DAMNVM QVID FACTVM ESSE DICETVR: IN EVM QVI ANNO, QVO PRIMVM DE EA RE EXPERIVNDI POTESTAS FVERIT, IN DVPLVM: POST ANNVM IN SIMPLVM IVDICIVM DABO. Item de incendio, ruina, naufr. IN EVM, QVI EX INCENDIO, RVINA, NAVFRAGIO. RATE, NAVE EXPVGNATA QVID RAPVISSE, RECEPISSE DOLO MALO, DAMNIVE QVID IN HIS REBVS DEDISSE DICETVR: IN QVADRVPLVM, IN ANNO QVO PRIMVM DE EA RE EXPERIVNDI POTESTAS FVERIT: POST ANNVM, IN SIMPLVM IVDICIVM DABO: ITEM IN SERVVM, ET IN FAMILIAM IVDICIVM DABO. De iniuriis quoque Prætor ita edixerat: QVI ADVERSVS BONOS MORES CONVICIVM CVI FECISSE, CVIVSVE OPERA FACTVM ESSE DICETVR, QVO ADVERSVS BONOS MORES CONVICIVM FIERET: IN EVM IVDICIVM DABO. QVI SERVVM ALIENVM ADVERSVS BONOS MORES VERBERAVISSE, DEVE EO INIVSSV DOMINI QVÆSTIONEM HABVISSE DICETVR: IN EVM IVDICIVM DABO. ITEM SI QVID ALIVD FACTVM ESSE DICETVR, CAVSA COGNITA IVDICIVM DABO. SI EI QVI IN ALTERIVS POTESTATE ERIT, INIVRIA FACTA ESSE DICETVR, ET NEQVE IS CVIVS IN POTESTATE EST, PRÆSENS ERIT, NEQVE PROCVRATOR QVISQVAM EXISTAT, QVI EO NOMINE AGAT: CAVSA COGNITA, IPSI QVI INIVRIAM ACCEPISSE DICETVR, IVDICIVM DABO. Edicti etiam de ſepulchro violato verba hæc erant: CVIVS DOLO MALO SEPVLCHRVM VIOLATVM ESSE DICETVR, IN EVM IN FACTVM IVDICIVM DABO: VT EI AD QVEM PERTINEAT, QVANTI OB EAM REM ÆQVVM VIDEBITVR, CONDEMNETVR. SI NEMO ERIT AD QVEM PERTINEAT, SIVE AGERE NOLET: QVICVMQVE AGERE VOLET, EI CENTVM AVREORVM ACTIONEM DABO. SI PLVRES AGERE VOLENT, CVIVS IVSTISSIMA CAVSA ESSE VIDEBITVR, EI AGENDI POTESTATEM FACIAM. SI QVIS IN SEPVLCHRO DOLO MALO HABITAVERIT, ÆDIFICIVMVE ALIVD, QVAMQVE SEPVLCHRI CAVSA FACTVM SIT, HABVERIT: IN EVM, SI QVIS EO NOMINE AGERE VOLET, DVCENTORVM AVREORVM IVDICIVM DABO. Item ad Tit. Nautæ, caupon. ait Prætor: NAVTÆ, CAVPONES, STABVLARII, QVOD CVIVSQVE SALVVM FORE RECEPERINT, NISI RESTITVENT, IN EOS IVDICIVM DABO. Item de Pu-

bliciana in rem actio: SI QVIS ID QVOD TRADITVR EX IVSTA CAVSA, NON A DOMINO, ET NONDVM, VSVCAPTVM PETET, IVDICIVM DABO. Cicer. lib. IIII. in Verr. EDICIS ENIM TE IN DECVMANVM, SI PLVRA SVSTVLERIT QVAM DEBITVM SIT, IN OCTVPLVM IVDICIVM DATVRVM ESSE.

Alterius formulæ, qua Edicta cõcipi conſueuiſſe diximus, exẽpla ſunt hæc: In Edicto, Quæ in fraud. creditor facta ſunt vt reſtituantur: QVÆ FRAVDATIONIS CAVSA GESTA ERVNT, CVM EO QVI FRAVDEM NON IGNORAVERIT, DE HIS CVRATORI BONORVM, VEL EI CVI DE EA RE ACTIONEM DARE OPORTEBIT, INTRA ANNVM QVO EXPERIVNDI POTESTAS FVERIT, ACTIONEM DABO: IDQVE ETIAM ADVERSVS IPSVM, QVI FRAVDEM FECIT, SERVABO. Item in Tit. de ſuperficieb. VTI EX LEGE LOCATIONIS, SIVE CONDVCTIONIS, SVPERFICIE QVA DE AGITVR, NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO ALTER AB ALTERO FRVEMINI: QVO MINVS FRVAMINI, VIM FIERI VETO. SI QVA ALIA ACTIO DE SVPERFICIE POSTVLABITVR, CAVSA COGNITA DABO. Sub Tit. Quod cum eo qui in alie. pot. eſt, Edictum huiuſmodi proponitur. IN EVM, QVI EMANCIPATVS AVT EXHEREDATVS ERIT, QVIVE ABSTINVIT SE HEREDITATE EIVS, CVIVS IN POTESTATE ESSET, SIVE SVA VOLVNTATE, SIVE IVSSV EIVS IN CVIVS POTESTATE ERIT CONTRAXERIT, SIVE IN PECVLIVM IPSIVS, SIVE IN PATRIMONIVM EIVS, CVIVS IN POTESTATE FVERIT, EA RES REDACTA FVERIT, ACTIONEM CAVSA COGNITA, DABO IN QVOD FACERE POTEST.

Interdum Prætor vtebatur his verbis, AGENDI POTESTATEM FACIAM, vt in Edicto de ſepulc. viol. Aliâs dicebat, AGERE PERMITTAM, vel, ACTIONEM PERMITTAM, vt in Edicto, Quæ in fraud. creditor. facta ſunt vt reſtituantur: QVÆ L. TITIVS FRAVDANDI CAVSA SCIENTE TE IN BONIS, QVIBVS DE EA RE AGITVR, FECIT: EA ILLIS SI EO NOMINE QVO DE AGITVR, ACTIO EI EX EDICTO MEO COMPETERE, ESSEVE OPORTET: EI, SI NON PLVSQVAM ANNVS EST, CVM DE EA RE, QVA DE AGITVR, EXPERIVNDI POTESTAS EST, RESTITVAS. INTERDVM CAVSA COGNITA, ET SI SCIENTIA NON SIT, IN FACTVM ACTIONEM PERMITTAM. Item in Edicto vti poſſid. NEQVE PLVRIS, QVAM QVANTI RES ERIT, INTRA ANNVM QVO PRIMVM EXPERIVNDI POTESTAS FVERIT, AGERE PERMITTAM. Interdũ etiã edicebant ſe Recuperatores daturos. Cicero lib. IIII. in Verr. ex eius Edicto hæc verba refert: SI VTER VOLET, RECVPERATORES DABO.

Huiuſmodi autem Edictis, Prætores ACTIONEM POLLICERI dicebantur. L. I. § I. D. de ſuperficieb. L. vlt. D. de acquir. hered. L. III. D. de Peculio. L. I. D. Quod cũ eo. L. I. D. de in rẽ verſo. ET PROPONERE ACTIONEM. L. I. D. ſi menſor falſ. mod. L. I. D. ſi pars heredit. pet. L. I. D. de poſſeſſor. hered. petit. L. I. D. de rei vindic. L. I. D. de contrar. tut. L. I. D. de eo qui pro tut. L. I. D. de fideic. her. pet. Sicut & promittere reſtitutiones. L. III. D. de in integ. reſtitut. Et polliceri auxilium. L. I. D. de minorib. Eodémque modo Edictis de bonor. poſſeſſionib. dandis dicebatur, Bonorũ poſſeſſiones polliceri. L. I. D. ſi vent. nom. L. VI. D. de bonor. poſſeſſ. L. I. D. de coniungend. cum emancip. lib. L. III. D. ne vis fiat ei qui in poſſeſſ. Ex diuerſo, vt Actionem, Iudiciúmve Prætor ſuperioribus Edictis pollicebatur: ita contrà nonnunquam denegabat: veluti in Edicto de Aleatoribus: SI QVIS EVM, APVD QVEM ALEA LVSVM ESSE DICETVR, VERBERAVERIT, DAMNVMVE EI DEDERIT, SIVE QVID EO TEMPORE, DOLO EIVS SVBSTRACTVM EST, IVDICIVM NON DABO. Edicti de Iureiurando, quantum ex L. III & L. ait Prætor. D. de Iureiur. colligimus, verba hæc erant: SI IS CVM QVO AGETVR, CONDITIONE DELATA IVRAVERIT, EIVS REI DE QVA IVSIVRANDVM DELATVM FVERIT, NEQVE IN IPSVM, NEQVE IN EVM AD QVEM EA RES PERTINET, IVDICIVM DABO. Et in Edicto de ventre inſpicien. QVAS VTI-

QVE

QVAS VTIQVE ACTIONES ME DATVRVM POLLICEOR, HIS QVIBVS EX EDICTO MEO BONORVM POSSESSIO DATA SIT, EAS, SI MINI IVSTA CAVSA VIDEBITVR ESSE, NON DABO. Et in Edicto, vti poſſideris: DE CLOACIS NOC INTERDICTVM NON DABO. Sic & in Edicto de reb. auctorit. iud. poſſid. QVOD POSTEA CONTRACTVM ERIT, QVAM IS CVIVS BONA VÆNIERINT, CONSILIVM RECEPERIT FRAVDARE, SCIENTE EO QVI CONTRAXERIT, NE ACTIO EO NOMINE DETVR. Sed & Cicero lib. III. in Verrem, exeius Edicto hanc particulã refert: NEC PETITIONEM, NEC POSSESSIONEM DABO.

Porrò nõ Actiones modò, ſed & Interdicta Prætor in albo propoſita habebat, L. I. C. de interdict. L. I. D. Ne quid in in loco pub. Edictorũ verò quę ad Interdicta pertinebãt, quædã Prohibitoriis, quædã Reſtitutoriis, quædã Exhibitoriis verbis concipiebantur, ſecundũ triplicẽ interdictorũ differentiã. L. I. §. Interdictorum. D. de Interdict. L. VI. §. ſed etſi D. de cõfeſſ. Prohibitoriorũ formula erat, VIM FIERI VETO: Vt in Edicto de mortuo inferen. QVO, QVAVE ILLI, MORTVVM INFERRE INVITO TE IVS EST, QVO MINVS ILLI EO, EAVE MORTVVM INFERRE, ET IBI SEPELIRE LICEAT, VIM FIERI VETO. QVO ILLI IVS EST INVITO TE MORTVVM INFERRE, QVO MINVS ILLI SEPVLCHRVM IN EO LOCO SINE DOLO MALO ÆDIFICARE LICEAT, VIM FIERI VETO. Et in Edicto Ne quid in loco publico vel itinere fiat. IN VIA PVBLICA, ITINEREVE PVBLICO FACERE, IMMITTEREVE QVID, QVO EA VIA, IDVE ITER DETERIVS SIT, FIAT, VETO. QVO MINVS ILLI VIA PVBLICA, ITINEREVE PVBLICO IRE, AGERE LICEAT, VIM FIERI VETO. Item in Edicto, Ne quid in flum. pub. fiat, quo aliter aqua fluat. IN FLVMINE PVBLICO, INVE RIPA EIVS, FACERE, AVT IN ID FLVMEN, RIPAMVE EIVS, IMMITTERE, QVO ALITER AQVA FLVAT, QVAM PRIORE ÆSTATE FLVXIT, VETO. Item in Edicto de via publ. & itin. pub. reficien. QVO MINVS ILLI VIAM PVBLICAM, ITERVE PVBLICVM APERIRE, REFICERE LICEAT, DVM NE EA VIA, IDVE ITER DETERIVS FIAT, VIM FIERI VETO. Simili modo in Edicto de Ripa muniẽda: QVO MINVS IN FLVMINE PVBLICO, RIPAVE EIVS OPVS FACERE, RIPÆ, AGRIVE QVI CIRCA RIPAM EST TVENDI CAVSA, LICEAT, DVM NE OB ID NAVIGATIO DETERIOR FIAT, SI TIBI DAMNI INFECTI IN ANNOS DECEM VIRI BONI ARBITRATV, VEL CAVTVM, VEL SATISDATVM EST, AVT PER ILLVM NON STAT, QVO MINVS VIRI BONI ARBITRATV CAVEATVR, VEL SATISDETVR, VIM FIERI VETO. Pariter in Edicto de Superficieb. VTI EX LEGE LOCATIONIS, SIVE CONDVCTIONIS, SVPERFICIE QVA DE AGITVR, NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO, ALTER AB ALTERO FRVEMINI: QVO MINVS FRVAMINI, VIM FIERI VETO. SI QVA ALIA ACTIO DE SVPERFICIE POSTVLABITVR, CAVSA COGNITA DABO. Item de Itinere actũque priuato: QVO ITINERE ACTVQVE PRIVATO, QVO DE AGITVR, VEL VIA, HOC ANNO, NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO AB ILLO VSVS ES: QVOMINVS ITA VTARIS, VIM FIERI VETO. QVI ITINERE ACTVQVE, HOC ANNO, NON VI, NON CLAM, NON PRECARIO AB ILLO VSVS ES, QVO MINVS ID REFICIAS, VIM FIERI VETO. De aqua quoque cottidiana & æſt. ita Prætor edixerat: VTI HOC ANNO AQVAM QVA DE AGITVR, NON VI, NON CLAM, NON PRECARIO AB ILLO DVXISTI, QVO MINVS ITA DVCAS VIM FIERI VETO. Similiter de Riuis: RIVOS, SPECVS, SEPTA, REFICERE, PVRGARE AQVÆ DVCENDÆ CAVSA, QVO MINVS LICEAT ILLI, DVM NE ALTER AQVAM DVCAT, QVAM VTI PRIORE ÆSTATE, NON VI, NON CLAM, NON PRECARIO A TE DVXIT: VIM FIERI VETO. Item de Fonte: QVO MINVS FONTEM, QVO DE AGITVR, PVRGES, REFICIAS, VT AQVAM COER-

CERE, VTIQVE EA POSSIS: DVM NE ALITER VTARIS, ATQVE VTI HOC ANNO, NON VI, NON CLAM, NON PRECARIO AB ILLO VSVS ES: VIM FIERI VETO. De Arborib. verò cædēd. ſic, QVÆ ARBOR EX ÆDIBVS TVIS IN ÆDES ILLIVS IMPENDET, SI PER TE STAT, QVO MINVS EAM ADIMAS: TVNC QVO MINVS ILLI EAM ARBOREM ADIMERE, SIBIQVE HABERE LICEAT, VIM FIERI VETO. QVÆ ARBOR EX AGRO TVO IN AGRVM ILLIVS PENDET, SI PER TE STAT QVO MINVS PEDES QVINDECIM A TERRA EAM ALTIVS COERCEAS: TVNC QVO MINVS ILLI ITA COERCERE, LIGNAQVE SIBI HABERE LICEAT, VIM FIERI VETO. Item de Glande legenda: GLANDEM QVÆ EX ILLIVS AGRO IN TVVM CADAT, QVO MINVS ILLI TERTIO QVOQVE DIE LEGERE, AVFERRE LICEAT: VIM FIERI VETO. Et de Liberis exhibendis. SI LVCIVS TITIVS IN POTESTATE LVCII TITII EST: QVO MINVS EVM LVCIO TITIO DVCERE LICEAT: VIM FIERI VETO. Sic & in Edicto, Vti poſſidetis: VTI EAS ÆDES QVIBVS DE AGITVR, NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO, ALTER AB ALTERO POSSIDETIS, QVO MINVS ITA POSSIDEATIS, VIM FIERI VETO. DE CLOACIS HOC INTERDICTVM NON DABO: NEQVE PLVRIS QVAM QVANTI RES ERIT; INTRA ANNVM QVO PRIMVM EXPERIVNDI POTESTAS FVERIT, AGERE PERMITTAM. Cuius interdicti Feſtus Pompeius in voce, *Poſſeſſio*, eadem ſollemnia verba ita profert, *Itaque in legitimis actionibus nemo ex his qui poſſeſſionem ſuam vocare audet, ſed ad interdictum venit, vt Prætor his verbis vtatur*: VTI NVNC POSSIDETIS EVM FVNDVM QVO DE AGITVR, QVOD NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO, ALTER AB ALTERO POSSIDETIS, ITA POSSIDEATIS: ADVERSVS EA VIM FIERI VETO. Edicti Vtrubi verba erāt hæc: VTRVBI HIC HOMO QVO DE AGITVR, MAIORE PARTE HVIVSCE ANNI FVIT, QVO MINVS IS EVM DVCAT, VIM FIERI VETO. Item de Migrando: SI IS HOMO QVO DE AGITVR, NON EST EX HIS REBVS, DE QVIBVS INTER TE ET ACTOREM CONVENIT, VT QVÆ IN EAM HABITATIONEM QVA DE AGITVR, INTRODVCTA, IMPORTATA, IBI NATA, FACTAVE ESSENT: EA PIGNORI TIBI PRO MERCEDE EIVS HABITATIONIS ESSENT: SIVE EX HIS REBVS ESSET EA MERCES TIBI SOLVTA, EOVE NOMINE SATISFACTVM EST, AVT PER TE STAT, QVO MINVS SOLVATVR: ITA QVO MINVS EI QVI EVM PIGNORIS NOMINE INDVXIT, INDE ABDVCERE LICEAT, VIM FIERI VETO. Eodémq; modo in Edicto Vt in flum. publ. nauig. lic. QVO MINVS ILLI IN FLVMINE PVBLICO NAVEM, RATEM AGERE, QVOVE MINVS PER RIPAM ONERARE, EXONERARE LICEAT: VIM FIERI VETO. Item de Cloacis: QVO MINVS ILLI CLOACAM, QVÆ EX ÆDIBVS EIVS IN TVAS PERTINET, QVA DE AGITVR, PVRGARE, REFICERE LICEAT: VIM FIERI VETO.

Reſtitutoria verò Edicta concipiebantur hoc verbo, RESTITVAS. Indicio eſt Edictum, Quorum bonor. cuius verba erant huiuſmodi. QVORVM BONORVM EX EDICTO MEO ILLI POSSESSIO DATA EST: QVOD DE HIS BONIS PRO HEREDE, AVT PRO POSSESSORE POSSIDES, POSSIDERESVE, SI NIHIL VSVCAPTVM ESSET: QVOD QVIDEM DOLO MALO FECISTI, VTI DESINERES POSSIDERE: ID ILLI RESTITVAS. Idē probat Edictū, Ne quid in loco publ. vel itin. fiat: QVOD IN VIA PVBLICA, ITINEREVE PVBLICO FACTVM, IMMISSVM HABES, QVO EA VIA, IDVE ITER DETERIVS SIT, FIAT, RESTITVAS. Item ſub Tit. de Flumin. Edictum hoc proponitur: QVOD IN FLVMINE PVBLICO, RIPAVE EIVS FIAT, SIVE QVID IN FLVMEN, RIPAMVE EIVS

IMMIS-

IMMISSVM HABES, QVO STATIO ITERVE NAVIGIO DETERIOR, FIAT: RESTITVAS. Et ibidem: QVOD IN FLVMINE PVBLICO RIPAVE EIVS FACTVM, SIVE QVID IN FLVMEN RIPAMVE EIVS IMMISSVM HABES: SI OB ID ALITER AQVA FLVAT, ATQVE VT PRIORE ÆSTATE FLVXIT, RESTITVAS. In Edicto de Cloacis: QVOD IN CLOACA PVBLICA FACTVM, SIVE EA IMMISSVM HABES, QVO VSVS EIVS DETERIOR SIT, FIAT: RESTITVAS. Vlpian. in L. 1. D. Quod vi aut clam. *Prætor ait*, QVOD VI AVT CLAM FACTVM EST, QVA DE RE AGITVR, ID CVM EXPERIVNDI POTESTAS EST, RESTITVAS. Idem Vlpian. in L. 11. D. de Precario. *Prætor ait*, QVOD PRECARIO AB ILLO HABES, AVT DOLO MALO FECISTI, VT DESINERES HABERE, QVA DE RE AGITVR, ID ILLI RESTITVAS.

Exhibitoriorum Edictorum formula erat; EXHIBEAS. Sic in Edicto de libero hom. exhib. QVEM LIBERVM DOLO MALO RETINES, EXHIBEAS. Et in Edicto de liber. exhib. QVI QVÆVE IN POTESTATE LVCII TITII EST, SI IS, EAVE, APVD TE EST, DOLOVE TVO FACTVM EST, QVO MINVS APVD TE ESSET, ITA EVM, EAMVE, EXHIBEAS. Item in Edicto de Tab. exhib. QVAS TABVLAS &c. ITA EAS ILLI EXHIBEAS.

Nonnunquã verò Interdicẽdi verbũ Prætor in Edictis vſurpabat: ſicuti in Edicto, vt in flum. publ. nauig. liceat. QVO MINVS ILLI IN FLVMINE PVBLICO NAVEM, RATEM, AGERE; QVOVE MINVS PER RIPAM ONERARE, EXONERARE LICEAT: VIM FIERI VETO. ITEM VT PER LACVM, FOSSAM, STAGNVM PVBLICVM, NAVIGARE LICEAT, INTERDICAM. Et in Edicto de aqua cotid. & æſt. VTI PRIORE ÆSTATE AQVAM DE QVA AGITVR, NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO AB ILLO DVXISTI: QVO MINVS ITA DVCAS; VIM FIERI VETO: INTER HEREDES EMPTORES, ET BONORVM POSSESSORES INTERDICAM. Item de fonte: VTI DE EO FONTE QVO DE AGITVR, HOC ANNO AQVAM NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO AB ILLO VSVS ES, QVO MINVS ITA VTARIS, VIM FIERI VETO. DE LACV, PVTEO, PISCINA, ITEM INTERDICAM. Et in Edicto de Cloacis: ITEM NE QVID FIAT, IMMITTATVRVE, INTERDICAM.

Interdum & imperatiuis hiſce verbis, IVBEBO, COGAM, Edicta concipiebantur. Prioris generis exempla ſunt hæc: In Edicto de Edendo: ARGENTARIO, EIVE QVI ITERVM EDI POSTVLABIT, CAVSA COGNITA EDI IVBEBO. In Edicto de Damno infecto: DAMNI INFECTI SVO NOMINE PROMITTI, ALIENO SATISDARI, IVBEBO, EI QVI IVRAVERIT, NON CALVMNIÆ CAVSA ID SE POSTVLARE, EVMVE, CVIVS NOMINE AGET, POSTVLATVRVM FVISSE, IN EAM DIEM, QVAM CAVSA COGNITA STATVERO: SI CONTROVERSIA ERIT, DOMINVS SIT, NECVE, QVI CAVEBIT: SVB EXCEPTIONE SATISDARI IVBEBO. DE EO OPERE, QVOD IN FLVMINE PVBLICO, RIPAVE EIVS FIET: IN ANNOS DECEM SATISDARI IVBEBO. EVM CVI ITA NON CAVEBITVR, IN POSSESSIONEM EIVS REI, CVIVS NOMINE VT CAVEATVR, POSTVLABITVR, IRE, ET CVM IVSTA CAVSA ESSE VIDEBITVR, ETIAM POSSIDERE IVBEBO. IN EVM QVI NEQVE CAVERIT, NEQVE IN POSSESSIONEM ESSE, NEQVE POSSIDERE PASSVS ERIT, IVDICIVM DABO: VT TANTVM PRÆSTET, QVANTVM PRÆSTARE EVM OPORTERET, SI DE EA RE EX DECRETO MEO; EIVSVE CVIVS DE EA RE IVRISDICTIO FVIT, QVÆ MEA EST, CAVTVM FVISSET. EIVE REI NOMINE, IN CVIVS POSSESSIONEM MISERO, SI AB EO QVI IN POSSESSIONE ERIT, DAMNI INFECTI NOMINE NON SATISDABITVR, EVM CVI NON SATISDABITVR, SIMVL IN POSSESSIONE ES-

SE IVBEBO. In Edicto de his qui eſſuder. vel deiecer. Prætor ait: NE QVIS IN SVGGRVENDA, PROTECTOVE, SVPRA EVM LOCVM QVA VOLGO ITER PIET, INVE QVO CONSISTETVR, ID POSITVM HABEAT, CVIVS CASVS NOCERE CVI POSSIT. QVI ADVERSVS EA PECERIT, IN EVM SOLIDORVM DECEM IN FACTVM IVDICIVM DABO: SI SERVVS INSCIENTE DOMINO FECISSE DICETVR, AVT NOXÆ DEDI IVBEBO. In Edicto, quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eatur. IN BONA EIVS, QVI IVDICIO SISTENDI CAVSA FIDEIVSSOREM DEDIT, SI NEQVE POTESTATEM SVI FACIET, NEQVE DEPENDERETVR, IRI IVBEBO. SI IS PVPILLVS IN SVAM TVTELAM VENERIT, EAVE PVPILLA VIRIPOTENS EVERIT, ET RECTE DEPENDETVR: EOS QVI BONA POSSIDENT, DE POSSESSIONE DECEDERE IVBEBO. QVI FRAVDATIONIS CAVSA LATITAVIT, SI BONI VIRI ARBITRATV NON DEPENDETVR, EIVS BONA POSSIDERI, VENDIQVE IVBEBO. In Edicto de aqua cottid. & æſt. QVO EX CASTELLO ILLI AQVAM DVCERE AB EO CVI EIVS REI IVS FVIT, PERMISSVM EST: QVO MINVS ITA VTI PERMISSVM EST, DVCAT, VIM FIERI VETO: QVANDOQVE DE OPERE FACIENDO INTERDICTVM ERIT, DAMNI INFECTI CAVERI IVBEBO. Sic & in Edicto de Noxalibus actionib. VEL DEIERARE IVBEBO IN POTESTATE SVA NON ESSE. Et in Edicto, de Cloacis: DAMNI INFECTI, QVOD VITIO OPERIS FACTVM SIT, CAVERI IVBEBO.

COGENDI verbo Prætores vtebantur, in Edicto de Procuratoribus. PROCVRATOREM AD LITEM SVSCIPIENDAM DATVM, PRO QVO CONSENTIENTE DOMINVS IVDICATVM SOLVI EXPOSVIT, IVDICIVM ACCIPERE COGAM. Itē de Recepr. qui arbitr. QVI ARBITRIVM PECVNIA COMPROMISSA RECEPERIT, EVM SENTENTIAM DICERE, VEL DIEM COMPROMISSI PROFERRE COGAM. Sic in Edicto de Iureiurando, teſte Vlpiano in L. Iuſiurandum & ad pecuniam. §. ait Prætor. D. de Iureiuran. ſcriptum erat: EVM A QVO IVSIVRANDVM PETETVR, SOLVERE, AVT IVRARE COGAM. Agellius lib. x. cap. xv, ex Edicto perpetuo Prætoris caput hoc adſcribit: SACERDOTEM VESTALEM ET FLAMINEM DIALEM OMNI MEA IVRISDICTIONE IVRARE NON COGAM.

Animaduertendi quoque verbum Prætores in ſuis Edictis vſurpabant: vt in Edicto de Minorib. xxv. ann. QVOD CVM MINORE QVAM VIGINTI QVINQVE ANNIS NATV GESTVM ESSE DICETVR, VTI QVÆQVE RES ERIT, ANIMADVERTAM. Et in Edicto de Aleatoribus: IN EVM QVI ALEÆ LVDENDÆ CAVSA VIM INTVLERIT, VTI QVÆQVE RES ERIT, ANIMADVERTAM. Item in Edicto de Iniuriis: NE QVID INFAMANDI CAVSA FIAT: SI QVIS ADVERSVS EA FECERIT, PROVT QVÆQVE RES ERIT, ANIMADVERTAM.

Aliæ præterea in Pandectis Edictorum Formulæ occurrunt: De eo namque quod metus cauſa geſtū erat, ita Prætor edixerat: QVOD METVS CAVSA GESTVM ERIT, RATVM NON HABEBO. De Pactis verò in hunc modum: PACTA CONVENTA QVÆ NEQVE DOLO MALO, NEQVE ADVERSVS LEGES, PLEBISCITA, SENATVSCONSVLTA, EDICTA, DECRETA PRINCIPVM, NEQVE QVO FRAVS EORVM CVIQVAM FIAT, FACTA ERVNT, SERVABO. De Tabulis exhibendis ſic, QVAS TABVLAS LVCIVS TITIVS AD CAVSAM TESTAMENTI SVI PERTINENTES RELIQVISSE DICETVR, SI HÆ PENES TE SVNT, AVT DOLO MALO TVO FACTVM EST, VT DESINERENT ESSE, ITA EAS ILLI EXHIBEAS. ITEM SI LIBELLVS, ALIVDVE QVID RELICTVM ESSE DICETVR, DECRETO COMPREHENDAM. Edicti *Ex quibus cauſis maiores*, verba erant huiuſmodi: SI CVIVS QVID DE BONIS, CVM IS METV, AVT SINE DOLO MALO REI-

PVB.

PVB CAVSA ABESSET, INVE VINCVLIS SERVITVTE, HOSTIVMQVE POTESTATE ESSET: SIVE CVIVS ACTIONIS EORVM CVI DIES EXISSE DICETVR: ITEM SI QVIS QVID VSV SVVM FECISSET, AVT QVOD NON VTENDO AMISIT CONSEQVVTVS: ACTIONEVE QVA SOLVTVS, OB ID QVOD DIES EIVS EXIERIT; CVM ABSENS NON DEFENDERETVR; INVE VINCVLIS ESSET, SECVMVE AGENDI POTESTATEM NON FACERET: AVT CVM EVM INVITVM IN IVS VOCARE NON LICERET, NEQVE DEFENDERETVR: CVMVE MAGISTRATVS DE EA RE APPELLATVS ESSET: SIVE CVI PER MAGISTRATVS, SINE DOLO MALO IPSIVS, ACTIO EXEMPTA ESSE DICETVR: EARVM RERVM ACTIONEM INTRA ANNVM QVO PRIMVM DE EA RE EXPERIVNDI POTESTAS ERIT: ITEM SI QVA ALIA MIHI IVSTA CAVSA ESSE VIDEBITVR, IN INTEGRVM RESTITVAM: QVOD EIVS PER LEGES, PLEBISSCITA, SENATVSCONSVLTA, EDICTA, DECRETA PRINCIPVM LICEBIT.

Sub rubrica, Quod quiſq; iuris, Edictũ proponitur huiuſmodi: QVI MAGISTRATVM, POTESTATEMVE HABEBIT, SI QVID IN ALIQVEM NOVI IVRIS STATVERIT: IPSE QVANDOQVE ADVERSARIO POSTVLANTE EODEM IVRE VTI DEBET. SI QVIS APVD EVM QVI MAGISTRATVM, POTESTATEMQVE HABEBIT, ALIQVID NOVI IVRIS OPTINVERIT, QVANDOQVE POSTEA ADVERSARIO EIVS POSTVLANTE, EODEM IVRE ADVERSVS EVM DECERNETVR: SCILICET VT QVOD IPSE QVIS IN ALTERIVS PERSONA ÆQVVM ESSE CREDIDISSET, ID IN IPSIVS QVOQVE PERSONA VALERE PATIATVR. PRÆTERQVAM SI QVIS EORVM CONTRA EVM FECERIT, QVI IPSE EORVM QVID FECISSET. Sub rub. De in ius voc. PARENTEM, PATRONVM, PATRONAM, LIBEROS, PARENTES, PATRONI, PATRONÆ, IN IVS SINE PERMISSV MEO NE QVIS VOCET. Sub rubrica, Qui ſatiſdare cogantur: SI QVIS PARENTEM PATRONVM, PATRONAM, LIBEROS, PARENTES, PATRONI, PATRONÆ, LIBEROSVE SVOS, EVMVE QVEM IN POTESTATE HABEBIT, VEL VXOREM, VEL NVRVM IN IVDICIVM VOCABIT; QVALISCVMQVE FIDEIVSSOR IVDICIO SISTENDI CAVSA ACCIPIATVR. Sub rubr. De eden. ARGENTARIÆ MENSÆ EXERCITORES, RATIONEM QVÆ AD SE PERTINET, EDANT, ADIECTO DIE ET CONSVLE. Edicto De Iniuriis caput hoc cõtinébatur: QVI AGIT INIVRIARVM, CERTVM DICAT, QVID INIVRIÆ FACTVM SIT. Sub tit. De poſtulãdo Edictũ ponitur in hæc verba. SI NON HABEBVNT ADVOCATVM, EGO DABO. QVI LEGE, PLEBISCITO, SENATVSCONSVLTO, EDICTO, DECRETO PRINCIPVM, NISI PRO CERTIS PERSONIS, POSTVLARE PROHIBENTVR, HI PRO ALIO QVAM PRO QVO LICEBIT, IN IVRE APVD ME NE POSTVLENT. QVI EX HIS OMNIBVS, QVI SVPRASCRIPTI SVNT, IN INTEGRVM RESTITVTVS NON ERIT, PRO ALIO NE POSTVLENT: PRÆTERQVAM PRO, PARENTE, PATRONO, PATRONA, LIBERIS, PARENTIBVSQVE PATRONI PATRONÆ, LIBERISVE SVIS, FRATRE, SORORE, VXORE, SOCERO, SOCRV, GENERO, NVRV, VITRICO, NOVERCA, PRIVIGNO, PRIVIGNA, PVPILLO, PVPILLA, FVRIOSO, FVRIOSA, CVI EORVM A PARENTE, AVT DE MAIORIS PARTIS TVTORVM SENTENTIA, AVT AB EO CVIVS DE EA RE IVRISDICTIO FVIT, EA TVTELA CVRATIOVE DATA FVIT.

De his qui notantur infamia ita Prætor edixerat: INFAMIA NOTATVR, QVI AB EXERCITV IGNOMINIÆ CAVSA, AB IMPERATORE, EOVE, CVI DE EA RE STATVENDI POTESTAS FVERIT, DIMISSVS ERIT. QVI ARTIS LVDICRÆ, PRONVNTIANDIVE CAVSA, IN SCÆNAM PRODIERIT. QVI LENOCINIVM FECERIT. QVI IN IVDICIO PVBLICO CA-

LVMNIÆ PRÆVARICATIONISVE CAVSA QVID FECISSE IVDICATVS ERIT: QVI FVRTI, VI BONORVM RAPTORVM, INIVRIARVM, DE DOLO MALO ET FRAVDE, SVO NOMINE DAMNATVS, PACTVSVE ERIT. QVI PRO SOCIO, TVTELÆ MANDATI, DEPOSITI, SVO NOMINE, NON CONTRARIO IVDICIO, DAMNATVS ERIT. QVI EAM QVÆ IN POTESTATE EIVS ESSET, GENERO MORTVO, CVM EVM MORTVVM ESSE SCIRET, INTRA ID TEMPVS QVO ELVGERE VIRVM MORIS EST, ANTEQVAM VIRVM ELVGERET, IN MATRIMONIVM COLLOCAVERIT: EAMVE SCIENS QVIS VXOREM DVXERIT, NON IVSSV EIVS, IN CVIVS POTESTATE EST. ET QVI EVM QVEM IN POTESTATE HABERET, EAM, DE QVA SVPRA COMPREHENSVM EST, VXOREM DVCERE PASSVS FVERIT. QVIVE SVO NOMINE, NON IVSSV EIVS, IN CVIVS POTESTATE ESSET, EIVSVE NOMINE, QVEM QVAMVE IN POTESTATE HABERET, BINA SPONSALIA, BINASVE NVPTIAS IN EODEM TEMPORE CONSTITVTAS HABVERIT.

Elegantiſſimum verò Prætoris Edictum proponitur ſub Titulo de inſpiciẽdo Ventre, in hæc verba: SI MVLIER MORTVO MARITO PRÆGNANTEM SE ESSE DICET, HII AD QVOS EA RES PERTINEBIT, PROCVRATORIVE EORVM, BIS IN MENSE DENVNTIANDVM CVRET, VT MITTANT, SI VELINT, QVÆ VENTREM INSPICIANT: MITTANTVR AVTEM MVLIERES LIBERÆ DVNTAXAT QVINQVE, HÆQVE SIMVL OMNES INSPICIANT: DVM NE QVA EARVM DVM INSPICIT, INVITA MVLIERE VENTREM TANGAT. MVLIER IN DOMV HONESTISSIMÆ FOEMINÆ PARIAT, QVAM EGO CONSTITVAM. MVLIER ANTE DIES TRIGINTA QVAM PARITVRAM SE PVTAT, DENVNTIET IIS AD QVOS EA RES PERTINET, PROCVRATORIBVSVE EORVM, VT MITTANT, SI VELINT, QVI VENTREM CVSTODIANT. IN QVO CONCLAVE MVLIER PARITVRA ERIT, IBI NE PLVRES ADITVS SINT QVAM VNVS. SI ERVNT, EX VTRAQVE PARTE TABVLII PRÆFIGANTVR. ANTE HOSTIVM EIVS CONCLAVIS, LIBERI TRES, ET TRES LIBERÆ CVM BINIS COMITIBVS CVSTODIANT. QVOTIESCVNQVE EA MVLIER IN ID CONCLAVE, ALIVDVE QVOD, SIVE IN BALNEVM IBIT, CVSTODES, SI VOLENT, ID ANTE PROSPICIANT. ET EOS QVI INTROIERINT, EXCVTIANT. CVSTODES, QVI ANTE CONCLAVE POSITI ERVNT, SI VOLVNT, OMNES QVI CONCLAVE, AVT DOMVM INTROIERINT, EXCVTIANT: MVLIER CVM PARTVRIRE INCIPIAT, HIS AD QVOS EA RES PERTINET, PROCVRATORIBVSVE EORVM DENVNTIET, VT MITTANT, QVIBVS PRÆSENTIBVS PARIAT. MITTANTVR MVLIERES LIBERÆ DVNTAXAT QVINQVE, ITA VT PRÆTER OBSTETRICES DVAS, IN EO CONCLAVI, NE PLVRES MVLIERES LIBERÆ SINT, QVAM DECEM: ANCILLÆ, QVAM SEX. HÆ QVÆ INTVS FVTVRÆ ERVNT, EXCVTIANTVR OMNES IN EO CONCLAVI, NEQVA PRÆGNANS SIT. TRIA LVMINA NE MINVS, IBI SINT. SCILICET QVIA TENEBRÆ AD SVBICIENDVM APTIORES SINT, QVOD NATVM ERIT, HIS AD QVOS EA RES PERTINET, PROCVRATORIBVSVE EORVM, SI INSPICERE VOLENT, OSTENDATVR. APVD EVM EDVCATVR, APVD QVEM PARENS IVSSERIT: SI AVTEM NIHIL PARENS IVSSERIT, AVT IS APVD QVEM VOLVERIT, EDVCARI, CVRAM NON RECIPIET: APVD QVEM EDVCETVR, CAVSA COGNITA CONSTITVAM. IS APVD QVEM EDVCABITVR, QVOD NATVM ERIT, QVOAD TRIVM MENSVM SIT, BIS IN MENSE: EX EO TEMPORE, QVOAD SEX MENSVM SIT, SEMEL IN MENSE: A SEX MENSIBVS, QVOAD ANNICVLVS FIAT, ALTERNIS MENSIBVS: AB ANNICVLO,

NECVLO, QVO AD FARI POSSIT, SEMEL IN SEX MENSIBVS, VBI VOLET OSTENDAT. SI CVI VENTREM INSPICI, CVSTODIRIVE, ADESSE PARTVI, LICITVM NON ERIT, FACTVMVE QVID ERIT, QVO MINVS EA ITA FIANT, VTI SVPRA COMPREHENSVM EST: EI QVOD NATVM ERIT, POSSESSIONEM CAVSA COGNITA, NON DABO: SIVE QVOD NATVM ERIT, VT SVPRA CAVTVM EST, INSPICI NON LICVERIT. QVAS VTIQVE ACTIONES ME DATVRVM POLLICEOR HIS QVIBVS EX EDICTO MEO BONORVM POSSESSIO DATA SIT: EAS, SI MIHI IVSTA CAVSA VIDEBITVR ESSE, EI NON DABO.

De procuratoribus autem tale extat Edictum. CVIVS NOMINE QVIS ACTIONEM DARI SIBI POSTVLABIT, IS EVM VIRI BONI ARBITRATV DEFENDAT: ET EI QVO NOMINE AGET, ID RATVM HABERE EVM AD QVEM EA RES PERTINET, BONI VIRI ARBITRATV SATISDET. Item de religioſis & ſumptib. funer. SIVE IS HOMO MORTVVS, OSSAVE NOMINIS MORTVI IN LOCVM PVRVM ALTERIVS, AVT IN ID SEPVLCHRVM IN QVO IVS NON FVERIT, ILLATA ESSE DICENTVR: QVI HOC FECIT, IN FACTVM ACTIONE TENETVR, ET POENA PECVNIARIA SVBIICIETVR.

Verba quoque ex Edicto Prætoris Vlpianus citat in L. ſi quis in graui D. de Sc. Syllania. QVOD AD CAVSAM, inquiens, TESTAMENTI PERTINENS RELICTVM ERIT AB EO QVI OCCISVS ESSE DICETVR, ID NE QVIS SCIENS DOLO MALO APERIENDVM, RECITANDVM, DESCRIBENDVMQVE CVRET, *edicto cauetur*, PRIVSQVAM DE EA FAMILIA QVÆSTIO EX SENATVSCONSVLTO HABITA, SVPPLICIVMQVE DE NOXIIS SVMPTVM FVERIT. Sunt etiam Edictorum verba hæc quæ leguntur in L. 1. D. ſi is qui teſtam. lib. SI DOLO MALO EIVS QVI LIBER ESSE IVSSVS ERIT, POST MORTEM DOMINI ANTE ADITAM HEREDITATEM IN BONIS, QVÆ EIVS FVERVNT QVI EVM LIBERVM ESSE IVSSERIT, FACTVM ESSE DICETVR, QVOMINVS EX HIS BONIS AD HÆREDEM ALIQVID PERVENIRET: IN EVM INTRA ANNVM VTILEM DVPLI IVDICIVM DATVR. Eiuſdem generis ſunt & hæc Vlpiani verba in L. 1. D. Furti aduerſ. naut. caup. IN EOS QVI NAVES, CAVPONAS, STABVLA EXERCEBVNT, SI QVID A QVOQVO EORVM, QVOSVE IBI HABEBVNT, FVRTVM FACTVM ESSE DICETVR, IVDICIVM DATVR, SIVE FVRTVM OPE, CONSILIO, EXERCITORIS FACTVM SIT, SIVE EORVM CVIVS, QVI IN EA NAVI NAVIGANDI CAVSA ESSET. Idem Vlpianus in L. 1. D. de pecul. Edicti de peculio verba hæc fuiſſe, ait. QVOD CVM EO, QVI IN ALTERIVS POTESTATE ESSET, NEGOTIVM GESTVM ERIT. Idem in L. 1. De in rē verſo, SI HI QVI IN POTESTATE ALIENA SVNT, NIHIL IN PECVLIO HABENT, VEL HABEANT, NON IN SOLIDVM TAMEN: TENEANTVR QVI EOS HABENT IN POTESTATE, SI IN REM EORVM QVOD ACCEPTVM EST CONVERSVM SIT: QVASI CVM IPSIS POTIVS CONTRACTVM VIDEATVR. Sed & Agellius lib. XI. cap. XVII. in veterum Prætorum Edictis ita ſe ſcriptum inueniſſe refert. QVI FLVMINA RETANDA PVBLICE REDEMPTA HABENT, SI QVIS EORVM AD ME ADDVCTVS FVERIT, QVI DICATVR, QVOD EVM EX LEGE LOCATIONIS FACERE OPORTVERIT, NON FECISSE. Cic. in Quintiana ex Edicto Prætoris hæc verba cōmemorat: QVI FRAVDATIONIS CAVSA LATITARIT, CVI HERES NON EXTABIT, QVI EXILII CAVSA SOLVM VERTERIT, QVI ABSENS IVDICIO DEFENSVS NON FVERIT. Idem lib. III. in Verr. ait, eum in Prætura vrbana caput quoddam edicti ſui de mulierum hæreditatibus mercenario procemio multis verbis ornaſſe, & ita orditum: CVM INTELLIGAM LEGEM VOCONIAM. Et mox: CVPIDITATI HO-

MINVM SE OBVIAM IRE, *ait.* Et poſtea: QVI AB A. POSTHVMIO, ET FVLVIO CENSORIBVS POSTVE EA, VIRGINEM, MVLIEREMVE HEREDEM FECIT, FECERIT, NEC PETITIONEM, NEC POSSESSIONEM DABO: Quod vt nouo more ſcriptum vehementer exagitat. Ibidem ex alio capite eiuſdem edicti hanc particulam citat, SI DE HEREDITATE AMBIGITVR, SI POSSESSOR SPONSIONEM NON FACIET.

Ceterùm Edicti de bonorum poſſeſſionibus ſecundũ Tabulas teſtamenti verba quædam ſparſa ſunt in L.II. & IIII. & VII. D. de bonor. poſſ. ſec. tab. Caput verò eius Edicti profert Cicero lib. III. in Verr. in hæc verba. SI DE HEREDITATE AMBIGITVR, ET TABVLÆ TESTAMENTI OBSIGNATÆ NON MINVS MVLTIS SIGNIS QVAM E LEGE OPORTEAT, AD ME PROFERENTVR, SECVNDVM TABVLAS TESTAMENTI POTISSIMVM HEREDITATEM DABO. Quod caput vetus & translatitium fuiſſe, ibidem ait. Deinde adiicit: *Sequi illud oportet*, SI TABVLÆ TESTAMENTI NON PROFERENTVR. *Quid ait?* SE EI DATVRVM QVI SE DICAT HEREDEM ESSE. Id verò preter Verrem alium præterea neminem vnquam edixiſſe ſcribit. De inteſtatorum nãque hereditatibus Prætores edicere conſueuerant hoc modo. SI TABVLÆ TESTAMENTI NON PROFERENTVR, TVM VTI PROXIMVM QVEMQVE POTISSIMVM HEREDEM ESSE OPORTET, ITA SECVNDVM EVM POSSESSIONEM DABO. Sic enim Cicero eadem Oratio. ſcribit. *Poſtea quam ius Prætoriũ conſtitutum eſt, ſemper hoc iure vſi ſumus*, SI TABVLÆ TESTAMENTI NON PROFERENTVR, TVM VTI PROXIMVM QVEMQVE POTISSIMVM HEREDEM ESSE OPORTERET, SI IS INTESTATO MORTVVS ESSET, ITA SECVNDVM EVM POSSESSIO DARETVR. *Quare hoc ſit æquiſſimum, facile eſt docere: ſed in re tam vſitata, ſatis eſt oſtendere, omnes antea ita ius dixiſſe, & hoc* VETVS EDICTVM TRANSLATITIVMQVE *eſſe.* Vlpian. in L.I. D. Vnde legit. *Hæc verba Edicti*, TVM QVEM EI HEREDEM ESSE OPORTERET, SI INTESTATVS MORTVVS ESSET, *περιστατικῶς & cũ quodam temporis ſpatio accipiuntur.* Iulianus in L. ſi ex duobus, cod. Tit. *Nam hæc bonorum poſſeſſio*, TVM QVEM HEREDEM ESSE OPORTET, *ad id tempus refertur, quo primùm ab inteſtato bonorum poſſeſſio peti potuiſſet.* Vlpian. in L.I. D. vt ex legib. *Cum ex lege* XII. *Tab. quis habet hereditatem, hinc non petit, ſed vnde*, TVM QVEM EI HEREDEM ESSE OPORTET.. Ibidémq; Edicti hæc clauſula refertur: VTI ME, QVAQVE LEGE, SENATVSCONSVLTO, BONORVM POSSESSIONEM DARE OPORTEBIT, ITA DABO. Quo reſpexit Paul. in L.II. D. Vnde legit. cùm ait, *Cùm vero etiam bonorum poſſeſſionem dari iubet, tum ex illa parte*, QVA EX LEGIBVS, *peti debere.*

Ædiles item vt Prætores Edicta proponebant. Ex iis ſupereſt illuſtre illud in Pandectis Ædilicium Edictum, cuius partes ita collegi. QVI MANCIPIA VENDVNT, CERTIORES FACIANT EMPTORES, QVID MORBI VITIIVE CVIQVE SIT: QVIS FVGITIVVS ERROVE SIT, NOXAVE SOLVTVS NON SIT: EADEMQVE OMNIA CVM MANCIPIA VENIBVNT, PALAM RECTE PRONVNCIANTO. QVOD SI MANCIPIVM ADVERSVS EA VENISSET, SIVE ADVERSVS QVOD DICTVM PROMISSVMVE FVERIT, CVM VENIRET, FVISSET: QVOD EIVS PRÆSTARI OPORTERE DICETVR, EMPTORI, OMNIBVSQVE AD QVOS EA RES PERTINET, IVDICIVM DABIMVS, VT ID MANCIPIVM REDHIBEATVR. SI QVID AVTEM POST VENDITIONEM, TRADITIONEMVE, DETERIVS EMPTORIS OPERA, FAMILIÆ, PROCVRATORISVE EIVS FACTVM ERIT: SIVE QVID EX EO POST VENDITIONEM, NATVM ADQVISITVM, FVERIT: ET SI QVID ALIVD IN VENDITIONE EI ACCESSERIT: SIVE QVID EX EA RE FRVCTVS PERVENERIT AD EMPTOREM, VT EA OMNIA RESTITVAT. ITEM SI QVAS ACCESSIONES IPSE PRÆSTITERIT, VT RECIPIAT. ITEM SI QVOD MANCIPIVM CAPITALEM FRAVDEM ADMISERIT, MORTIS CONSCISCENDÆ SIBI CAVSA QVID FECERIT, INVE HARENAM DEPVGNANDI CAVSA AD BESTIAS INTROMISSVS FVERIT: EA OMNIA IN VENDITIONE PRONVNTIANTO: EX HIS ENIM CAVSIS IVDICIVM DABIMVS. HOC AMPLIVS, SI QVIS ADVERSVS EA SCIENS DOLO MALO VENDIDISSE DICETVR, IVDICIVM DABIMVS. Eodem Edicto additum Vlpian. ſcribit. ET QVANTA PECVNIA PRO EO HOMINE SOLVTA, ACCESSIONISVE NOMINE DATA ERIT, NON REDDETVR: CVIVSQVE PECVNIÆ QVIS EO NOMINE OBLIGATVS ERIT, NON LIBERABITVR.

QVI IVMENTA VENDVNT, PALAM RECTE DICVNTO, QVID IN QVOQVE EORVM MORBI, VITIIQVE SIT: VTIQVE OPTIME ORNATA VENDENDI CAVSA FVERINT, ITA EMPTORIBVS TRADANTVR. SI QVID ITA PACTVM NON ERIT, DE ORNAMENTIS RESTITVENDIS, IVMENTISVE ORNAMENTORVM NOMINE REDHIBENDIS, IN DIEBVS SEXAGINTA: MORBI AVTEM VITIIVE CAVSA INEMPTIS FACIENDIS, IN SEX MENSIBVS: VEL QVO MINORIS CVM VENIRENT FVERINT, IN ANNO IVDICIVM DABIMVS. SI IVMENTA PARIA SIMVL VENIERINT, ET ALTERVM IN EA CAVSA FVERIT VT REDHIBERI DEBEAT, IVDICIVM DABIMVS, QVO VTRVMQVE REDHIBEATVR.

QVÆ DE IVMENTORVM SANITATE DIXIMVS, DE CETERO QVOQVE PECORE OMNI, VENDITORES FACIVNTO.

NE QVIS, CANEM, VERREM, VEL MINOREM APRVM, LVPVM, VRSVM, PANTHERAM, LEONEM, ALIVDVE QVOD NOCERET ANIMAL, SIVE SOLVTA SINT, SIVE ALLIGATA: ET CONTINERI VINCVLIS, QVO MINVS DAMNVM INFERANT, NON POSSINT: QVA VVLGO ITER FIET, ITA HABVISSE VELIT, VT CVIQVAM NOCERE, DAMNVMVE DARE POSSIT. SI ADVERSVS EA FACTVM ERIT, ET HOMO LIBER EX EA RE PERIERIT, SOLIDI DVCENTI. SI NOCITVM HOMINI LIBERO ESSE DICETVR, QVANTI ÆQVVM BONVM IVDICI VIDEBITVR, CONDEMNETVR. CETERARVM RERVM, QVANTI DAMNVM DATVM, FACTVMVE SIT, DVPLI. Addit Agellius lib.IIII. cap. II.in illo Ædilium curulium Edicto, qua parte de mancipiis vendundis cautum erat, ſcriptum ſic fuiſſe. TITVLVS SERVORVM SINGVLORVM VT SCRIPTVS SIT, CVRATO: ITA VTI INTELLIGI RECTE POSSIT, QVID MORBI VITIIVE CVIQVE SIT: QVIS FVGITIVVS, ERROVE SIT: NOXAVE SOLVTVS NON SIT. Ad Ædilicia porrò Edicta bellè & ſcitè alludit Plaut. Captiu. Act. IIII. Sc.I. Illic enim Ergaſilus Paraſitus in piſcatores & lanios quædam imperioſè, Ædilitatē gerens ſine populi ſuffragio, edicit: quæ audiens Hegio,

Euge, ait, *edictiones Aedilicias hic quidem habet*.

Vt autem Prætor in vrbe, ita Proconſul in prouinciis, Edicta ex quibus ius redderet propoſita habebat: quemadmodum ex Sicilienſi Edicto Verris, apud Ciceronem apparet. Illud, VRBANVM ſeu VRBICVM, hoc, PROVINCIALE, nuncupabatur: Illius PRÆTOR, huius PROCONSVL, auctor laudatur in L.I. D. quod cum eo. L.II. D. vnde cognati. L.I. D. de alienat. iud. mut. cau. facta. L.LVII. D. de adquir. vel omitt. hered. L.VII. D. de religioſ. & ſumptib. funer. L.VII. D. Teſtamenta quemadm. aper. L.XXVII. D. de dolo L.XXVII. §.I. D. de minorib. L.I. §.pen. D. quod cuiuſq; vniuerſit. L.LXVIII. D. pro ſoc. L.XIX. D. quod met. cau. L.2. D. de teſt. milit. L.XXXII. D. ad L. Aquil. L.XXVII. D. de noxalib. actionib. L.XLI. D. de petitio. heredit.

Ciceronem certè cum Ciliciam Proconſule obtineret, edixiſſe, quæ eſſet in iure dicundo obſeruaturus, ex eius ſcriptis intelligimus. Eum ergo de ſe ipſo, Epiſt.I. lib.VI. ad Attic. loquentem audiamus. *De Bibuli Edicto nihil moui, præter illam exceptionem, de qua tu ad me ſcripſeras*, MINVS GRAVI PRÆIVDICIO IN ORDINEM NOSTRVM. *Ego tamen habeo* ἰσοδυναμοῦσαν, *ſed tectiorem ex Q. Mucij P.F. Edicto Aſiatico*, EXTRA QVAM SI ITA NEGOTIVM GESTVM EST, VT EO STARI NON OPORTEAT, EX FIDE BONA. *Multáque ſum ſecutus Scæuolæ: in iis illud, in quo ſibi libertatem cenſent Græci datam*, VT GRÆCI INTER SE DISCEPTENT SVIS LEGIBVS. *Breue autem Edictum eſt, propter hanc meam* διαίρεσιν: *quod duobus generibus edicendum putaui: Quorum vnum eſt*, PROVINCIALE, *in quo eſt*, DE RATIONIBVS CIVITATVM, DE ÆRE ALIENO, DE VSVRA, DE SYNGRAPHIS: IN EODEM, OMNIA DE PVBLICANIS: *Alterum, quod ſine Edicto ſatis commodè tranſigi non poteſt*, DE HEREDITATVM POSSESSIONIBVS, DE BONIS POSSIDENDIS, MAGISTRIS FACIVNDIS, VENDENDIS: *quæ ex Edicto, & poſtulari, & fieri ſolent. Tertium, de reliquo iure dicundo*, ἄγραφον *reliqui. Dixi*, ME DE EO GENERE MEA DECRETA AD EDICTA VRBANA, ACCOMMODATVRVM. Et paullo poſt: DIEM STATVI SATIS LAXAM: QVAM ANTE SI SOLVERINT, DICO ME CENTESIMAS DVCTVRVM: SI NON SOLVERINT, EX PACTIONE. Idem Epiſt. vlt. lib.V. earundem Epiſt. *Interim cùm ego in*

EDICTO TRALATICIO, CENTESIMAS ME OBSERVATVRVM, HABEREM, CVM ANATOCISMI ANNIVERSARIO. Idem Epiſt. VIII. lib. III. Familiar. caput quoddam Edicti ſui Prouincialis attingit, quod pertinebat ad minuendos ſumptus ciuitatum: quo in capite quædã noua à ſe, inquit ſalutaria ciuitatibus ait. Fuiſſe verò tralaticiũ illud, quo PRIVATÆ REI CAVSA LEGARE QVEMQVAM vetabat. Edixiſſe etiam ſe NE QVIS INIVSSV EVO PROFICISCERETVR, ſcribit. Ex quo apparet in eiuſmodi Prouincialibus Edictis capita quædã NOVA fuiſſe, quæ pro arbitrio Procoſs. vti è re & vtilitate prouinciæ, fidéque ſua videbatur, cõponebãt: quædam TRALATICIA, quæ illi aut ex vrbanis, & aut ex deceſſorum edictis, totidem verbis transferebant in ſua: TRALATICIA enim Edicta, vt Aſcon. in II. in Verr. explicat, veteres dicebãt, non noua; nec nuper inuenta, ſed aliunde translata. Eiuſmodi erant edicta de bonorum poſſeſſionibus. Cic. Actio. III. in Verr. *Non enim hoc poteſt hoc loco dici, multa eſſe in prouinciis aliter edicenda: Non* DE HEREDITATVM QVIDEM POSSESSIONIBVS: NON DE MVLIERVM HEREDITATIBVS. *Nã vtroque genere, video nõ modo ceteros, ſed te ipſum totidẽ verbis edixiſſe, quot verbis edici Romæ ſolet.* Idẽ lib. IIII. in Verr. ex Siciliẽſi eius edicto quędã citat. *Edictũ hominis cognoſcite, quo Edicto omnia iudicia redegerat in poteſtatẽ ſuã.* SI QVIS PERPERAM IVDICASSET, SE COGNITVRVM: CVM COGNOVISSET, ANIMADVERSVRVM. Et paullo poſt: *Videtis Edictum,* SI QVID PERPERAM IVDICARET SENATVS. Et aliàs. *Interea dies aduenit, quo die ſe ſe* EX INSTITVTO AC LEGE RVPILIA DICAS SORTITVRVM SYRACVSIS, *edixerat.* Ex Edicto quoque Prouinciali petita ſunt hæc Caij verba in L. I. D. Quod cuiuſque vniuerſit. *Quibus autem permiſſum eſt corpus habere collegij, ſocietatis, ſiue cuiuſque alterius eorum nomine, proprium eſt ad exemplum Reipub habere res communes, arcam communẽ, & actorem ſiue ſyndicum: per quem tanquam in Repub.* QVOD COMMVNITER AGI, FIERIQVE OPORTEAT, AGATVR, FIAT: QVOD SI NEMO EOS DEFENDAT, QVOD COMMVNE ERIT, POSSIDERI: ET SI ADMONITI NON EXCITENTVR AD SVI DEFENSIONEM, VENIRE SE IVSSVRVM, *Proconſul ait.*

His Edicta duo Turci Aproniani V.C. Præf. Vrbi è vetuſtis marmoribus eruta ſubiungam. Prioris verba ſunt hæc:

EX AVCTORITATE TVRCI APRONIANI V. C. PRÆFECTI VRBIS.

RATIO DOCVIT VTILITATE SVADENTE; CONSVETVDINE MICANDI SVMMOTA, SVB EXAGIO POTIVS PECORA VENDERE, QVAM DIGITIS CONLVDENTIBVS TRADERE: VT ADPENSO PECORE, CAPITE, PEDIBVS, ET SEVO LACTANTE, ET SVBIVGVLARI, LANIO CEDENTIBVS, RELIQVA CARO CVM PELLE ET INTERANEIS PROFICIAT VENDITORI: SVB CONSPECTV PVBLICO FIDE PONDERIS COMPROBATA: VT QVANTVM CARO OCCISI PECORIS ADPENDAT, ET EMPTOR NORIT, ET VENDITOR: COMMODIS OMNIBVS, ET PRÆDA DAMNATA, QVAM TRIBVNVS, OFFICIVM, CANCELLARIVS, ET SCRIBA, DE PECVARIIS CAPERE CONSVEVERANT. QVÆ FORMA INTERDICTI ET DISPOSITIONIS, SVB GLADII PERICVLO, PERPETVO CVSTODIENDA MANDATVR. Alterum in hæc verba ſcriptum eſt. LICET FORMAM DISPOSITIONIS ACTA CONTINEANT, AD FIDEM TAMEN GESTORVM PLENIVS MEMORIÆ TRADENDAM, TABVLAM PLACVIT ADFIGI, QVÆ PVBLICARET ORDINEM RERVM. QVOM SVARIOS VIDEREMVS DAMNIS ADFECTOS, ET EOS ETIAM ORDINES QVI SVARIAM FACIVNT, PROVIDIMVS HIS LEVAMEN, EX TITVLO CANONICO VINARIO: VT VIGINTI QVINQVE MILLIA AMPHORVM ANNVA CONSEQVANTVR: SVB EA DIVISIONE, VT DVÆ PARTES SVARIIS, TERTIA VERO HIS ORDINIBVS SVFFICIAT, QVI SVARIAM RECOGNOSCVNT: ITA VT IIDEM ORDINES, IVXTA CONSVETVDINEM, TAM PROPRIVM QVOD APPELLATVR, QVAM ANNONIS EXSOLVANT, ET MODERATIONE ADHIBITA, PERINDE A POSSESSORE SVSCIPIANT, ATQVE ACCIPERE SVNT SOLITI, ANTIQVO MORE PRÆEVNTE: INTERDICENTES, NE INORMIA SELLA, INDEBITAQVE PRÆSTENTVR, QVÆ TAM TRIBVNVS, QVAM PATRONI DIVERSI, ET VARIA CONSEQVEBANTVR OFFICIA. CONTRA QVOD INTERDICTVM SI QVI AVSI FVERINT DE COMMVNI LARGIRI, ET SCRIBÆ QVIDEM, CETERIQVE, POENÆ SVBIACEANT. Edicti etiam cuiuſdam ridiculi exemplum in inſcriptione quadam Dalmatica,

matica extat: ex qua, hæc quæ ad rẽ pertinẽt, adſcripſi. ADESTE MIHI ET FAVETE, EDICTOQVE HVIC VOS SVBSCRIBITE ET OBSIGNATE: SI QVIS SIBI VESICAM ONVSTAM SENSERIT, DOMVM SVAM ONVS HOC REPORTET IN CLOACAM: SI VERO FESTINVS FVERIT CITERIOR VEL VLTERIOR, HOC LOCO PRO RELIGIONE SE EVACVET. QVI NON PARVERIT, HÆC MVLTA ILLI ESTO, TESTE ALTERO VT CAREAT: CANES QVOQVE CÆSI FVSTIBVS, EDICTVM HOC SENTIANT. APPVISTIS, FAVISTIS, ET OBSIGNASTIS.

De Edictis ſatis: Proficiſcamur ad reliqua, & de Principum Reſcriptis diſſeramus. Reſcribebant Principes ad LIBELLOS, vt teſtãtur iuris auctores in L. vlt. D. de Offic. procur. Cæſ. L. XXIII. D. de vſuf. leg. L. IIII. D. de Appellat. recip. L. XVII. D. de Iure patron. L. XLI. §. hoc Senatuſconſultum D. de legat. I. L. II. §. item diui D. de Iure fiſci. L. XIX. §. cùm quidã D. locati. ſeu ad DESIDERIA, vt eſt in L. XV. D. de in ius voc. L. IIII. §. quædam D. de Offic. Proconſ. Hinc in L. XII. D. de diſtract. pign. RESCRIPTVM EST AB IMPERATORE LIBELLOS AGENTE PAPINIANO. Et hoc eſt quod Suet. in Auguſto cap. XLV. ait: *Quod inter ſpectacũ Epiſtolis*, LIBELLISQVE LEGENDIS, AC RESCRIBENDIS *vacaret*. Aditos vtique fuiſſe Principes per libellos oſtendit L. XXXIII. D. de re Iudic. Nec aliter vel præſentes adire moris erat, ſi Tacito fides adhibenda eſt. Libellorum etiam Principi datorum fit mentio in L. XV. de in ius vocan. L. V. D. ad Sc. Turpill. L. VI. D. ad L. Iul. de vi pub. L. XXXIII. D. de re iud. L. III. D. de aliment. leg. & L. I. C. de vendit. rerum fiſc. lib. X. Suetonius in Auguſto cap. LIII. *Promiſcuis ſalutationibus admittebat & plebem: tanta comitate adeuntium* DESIDERIA *excipiens, vt quendam ioco corripuerit, quod ſic* SIBI LIBELLVM PORRIGERE *dubitaret, quaſi elephanto ſtipem*. Idem in Domitiano cap. XVII. *Profeſſúſque conſpirationis indicium: & ob hoc admiſſus*, LEGENTI TRADITVM A SE LIBELLVM, *& attonito ſuffodit inguina*. Martial. Epigramm. vlt. lib. VIII. Rescripta Principum

DANTE *tibi turba querulos, Auguſte*, LIBELLOS.

Lamprid. in Cõmodo: *Ipſe Cõmodus in ſubſcribendo tardus & negligens, ita vt* LIBELLIS, *vna forma multis* SVBSCRIBERET. Exemplũ libelli dati Imperatori & ſubſcriptionis ex lapide Romano adſcribam, cuius verba ſic habent.

QVOM ANTE HOS DIES CONIVGEM, ET FILIVM AMISERIM OPPRESSVS NECESSITATE, CORPORA EORVM FACILI SARCOPHAGO COMMENDAVERIM: DONEC IIS LOCVS QVEM EMERAM ÆDIFICARETVR VIA FLAMINIA, INTER MIL. II. ET III. EVNTIBVS AB VRBE PARTE LÆVA, ROGO DOMINE (IMPERATOR) PERMITTAS MIHI IN EODEM LOCO IN MARMOREO SARCOPHAGO, QVEM MIHI MODO COMPARAVI, EA CORPORA COLLIGERE, VT QVANDO EGO ME ESSE DESIERO, PARITER CVM EIS PONAR.

SECRETVM FIERI PLACET. IVBENTIVS CELSVS PROMAGISTER SVBSCRIPSI III. NON. NOVEMBREIS ANTIO POLLIONE, ET OPTIMO COSS.

Libelli planè Græcè concepti exemplum habemus in L. IX. de L. Rhod. in hæc verba. Ἀξίωσις Εὐδαίμονος Νικομηδέως πρὸς Ἀντωνῖνον Βασιλέα.

Κύριε Βασιλεῦ Ἀντωνῖνε, Ναυφράγιον ποιήσαντες ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, διηρπάγημεν ὑπὸ τῶν δημοσίων τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων. Ἀντωνῖνος εἶπεν Εὐδαίμονι: Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης. τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων κρινέσθω τῷ ναυτικῷ ἐν οἷς μήτις τῶν ἡμετέρων αὐτῷ νόμος ἐναντιοῦται. Τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ὁ θειότατος Αὔγουστος ἔκρινεν. Quæ ita diſtinguenda cenſui vt à precum tenore earum inſcriptio ſeiungatur: hæc enim verba Ἀξίωσις &c. tituli vicem ſuſtinẽt. Huiuſmodi autem libellis SVPPLICARE Imperatoribus dicebantur. Impp. Diocletianus & Maximian. in L. VIII. C. de præſcrip. lon. temp. SI IS CONTRA QVEM SVPPLICAS. Iidem in L. IX. C. de Liber. cau. *Cùm* PRECVM TVARVM *conceptio, licet eum*, CONRA QVEM SVPPLICAS, *ex ancilla tua natum eſſe* EXPRESSERIT. Et in L. XIX. eod. tit. *Principaliter cauſam, eius*; DE QVO SVPPLICAS, *eſſe*

quam tuam, perſpicimus. Imp. Gordian. *in L.*IIII. C. de nouationib. *Pecuniæ quam tibi hi debent*, CONTRA QVOS SVPPLICAS. Item in L. IIII. C. de temporib. in integ. reſtit. *Potes*, CONTRA QVEM SVPPLICAS, *agere*. Sed & Imp. Alexãder in L. II. Cõmun. de vſucapion. *Iampridem quidem mãcipium*, DE QVO SVPPLICAS, *comparaſſe te* DICIS. Idem in L. I. C. de vſucap. pro dona. *Si ne fuerit dominus, qui tibi loca*, DE QVIBVS SVPPLICASTI, *donauit*. Valerian. & Galien. in L. III. & IIII. C. ad Sc. Turpil. SI IS DE QVO SVPPLICAS. Eodẽ ſenſu & PRECES FVNDERE dicebãt: ipſiq; adeo Libelli, DESIDERIA, ET PRECES appellabantur. Impp. Diocletian. & Maximian. in L. V. C. de ædific. priuat. SI IS CONTRA QVEM PRECES FVNDIS. Et in L. XIX. C. de Donationib. IN EVM CONTRA QVEM PRECES FVNDITIS. Itẽ in L. XXX. C. de Tranſactionib. EORVM CONTRA QVOS PRECES FVNDITIS. Et L. XIX. C. de liber. cau. *Ab eo* CONTRA QVEM FVNDIS PRECES. Impp. Seuerus & Antoninus L. II. C. de Inſtitut. & ſubſtitut. *Cùm ex iis* PRECIBVS, QVAS LIBELLO COMPLEXA ES, DECLARETVR. Sic & in L. III. C. de duob. reis. EXPRIMERE DEBVERAS TVIS PRECIBVS. In L. IIII. C. de rer. permut. CVM PRECIBVS TVIS EXPRESSERIS. In L. XVIII. C. de probationib. CVM PRECIBVS TVIS SIGNIFICES. In L. XIIII. C. de donat. int. vir. *voluntatis non viuus quæſtionem* IN PRECES TVAS CONTVLISSE *palam eſt*. In L. vlt. C. ſi minor. ſe maior. *Ea quæ* IN PRECES CONTVLISTI. Et in L. III. C. de Adoption. *Nec vllam idoneam cauſam* PRECIBVS TVIS ADDIDERIS. Præterea in L. XIII. C. de Tranſaction. QVÆ PRECIBVS COMPLEXVS ES. Item L. XV. C. de Procurator. *Litem te redemiſſe contra bonos mores*, PRECIBVS *manifeſtè* PROFESSVS ES. In L. XX. C. ad L. Cornel. de falſ. exemplum EDITIONIS PRECVM, in L. II. C. de erro. aduoc. *Errores eorum, qui* DESIDERIA ID EST PRECES, *ſcribunt*. In L. III. C. de poſtul. *Quantitatem quam* DESIDERIO TVO COMPLECTERIS. Atque huiuſmodi Precibus, Tabularum, Inſtrumẽtorum, Actorúmve in quibus arcem cauſæ & intentionis ſuæ collocabant, aut quæ dubitationem mouebant, inſerere ſolitos ſupplicantes apparet ex L. II. C. de vſufr. L. XIIII. C. de donat. int. vir. L. I. C. de contrah. ſtip. L. II. C. de Erro. aduocat. Et L. II. C. de Delator. lib. X. & L. XVII. C. ex quib. cauſ. infam. Vnde Diocletianus & Maximian. in L. XV. C. de Tranſaction. *Vt reſponſum*, inquiunt, *congruens accipere poſſis*, INSERE PACTI EXEMPLVM. Reſpõſum etiam Papiniani, precibus inſertum refert Gordian. in L. XII. C. de legat.

Formulæ autem huiuſmodi Reſcriptorum ad Libellos, certã definitionem, modúmque non habent. Infinitæ enim ſunt, cùm hoc Reſcriptorum genere totus ferè Iuſtiniani Codex conſtet. In Pandectis verò, directa huiuſmodi Reſcriptorum verba referuntur in L. XIII. & L. XXIX. D. de Probation. L. LII. §. cùm duo D. pro ſoc. L. LXXI. D. de cõtrahen. empt. L. IX. §. Imperator, & L. XIX. §. cum quidam D. locati L. XVII. in princ. & §. diuus & L. XXXII. D. de vſur. L. IX. §. ſi quis ignorans D. de Iur. & fac. ignor. L. XX. & L. LVII. §. I. D. de ritu nupt. L. I. §. interdũ D. de legitim. tutor. L. XII. §. vlt. & L. XXIIII. D. de Tutorib. & curat. L. II. §. diuus D. de his qui pet. tut. L. XIII. §. diui D. de excuſation. L. XXIIII. D. de Teſtam. mil. L. I. §. hoc autẽ D. de Sc. Syllan. L. VI. §. ſicut autẽ D. de pecul. leg. L. III. §. vlt. & L. XIII. §. Imperator D. de Alimẽt. Leg. L. III. §. quáuis. D. ſi cui plus quã per L. Falcid. L. XVI. §. talis, D. ad Sc. Trebellian. & L. XXIX. L. I. §. ſi cui ita D. vt legator. ſeu fideicõmiſſ. L. III. §. duæ autem D. de Carbon. Edicto L. III. & XXXVI. D. de fideicommiſſ. libert. L. II. D. de Term. moto. L. VI. D. de cuſtod. reor. L. XXXVIII. §. Imperator. D. ad L. Iul. de Adulter. L. IIII. D. ad L. Cornel. de Sicar. L. XXIX. D. ad L. Cornel. de falſ. L. I. in princ. & §. item Seuerus, & §. Diuus Hadrianus, & L. XV. D. de Quæſtionib. L. XXVII. D. de pœnis L. VI. & L. VII. §. ſi plures D. de bon. dãnat. L. II. D. de bon. cor. qui ante ſentent. L. I. D. An per alium cau. appell. L. II. §. I. L. III. §. cum quinquennium & L. XXXIIII. & L. XLVIII. D. de Iu. fiſ. L. XXI. §. Imperatorum D. de Municipal. L. XXIII. D. ad municip. L. VI. & L. XIIII. §. plebeij & §. vlt. D. de munerib. & honor. L. V. D. de Operib. public. L. I. §. denique & L. VIII. D. de Pollicitationib. L. I. §. in honorariis & §. ſeq. D. de extraordinar. cognit.

Sunt

Sunt tamen in illa vulgari Reſcriptorum, quorum tanta multitudo & copia Pandectis & Codice continetur, ſpecie, quædam non contemnendæ auctoritatis verba, quorum ceu ſollemnium quominus ratio habeatur, non intercedo. Tritum quidem & peruulgatum eſt hoc Reſcriptorum exordium, CVM PROPONAS. Cuius origo ſi non ab vltima antiquitate & memoria, at certè ab ea ætate repeti poteſt, quæ magnum & vberem eximiorum Iuriſconſultorum prouentum tulit. Habemus enim inſtrumenta originis firma in L.xix §.cùm quidam D.loca. L.1.C.de Aduoc. fiſ. L.1. C. quemadm. ciuil. mun. L.1. C. de Interdict. L.1. C.de liber. exhib. L.vlt. C de fideiuſſor. tutor. L vii. C.de Teſtam. milit. L.iii. C.de hered. inſtit. L.vi. D. de inoffic. Teſtam. L. siii. D. de dolo. L.xix. D. de iure dot. L.1. C. ſi maior. fact. alienat. L.1. iii. & viii. C. de fideicom. libert. L. ii. C.de acquir. poſſeſſ. L.xx. C. de donat. int. vir. & vx. L.viii. C. qui per tutor. L.iiii. C.de Impuber. L.iii. C. de fideicom. L.1.& ii. C. de condition. inſert. L.iiii C. vt in poſſ. leg. L.xi. C.de teſt. tran. L vi. C ingen. man. L.vi. C.de reb cr. L.ii. C. pro ſoc. L.iiii. C.de cõtrah. empt. L.1. C.de coll. deteg. L.xvi. & xxi. C. de pact. L.iii. C.de inoff teſtamen. L.iii. C. de fideiuſſor. L 1. C.de municip L.ii. C de ſent. paſſ. L.iiii. C. quando prou. L.1.& vii. C. ſi quis alt. L.iii. C. ne vxor. pro mar. L. ix. C. de bon. auct. iudic. L.iiii. C. qui pot. in pignor. L. vi. C.de teſtam. mil. L iiii. C.de remiſſ. pig. L.xxii. C.de donat. L.xix. C.de falſ. L.vi. C.de muner. patrim. L.iiii. C. de his qui num. libe. L.ii. C.de vẽd. reb.ciu. L.v. C.de quæſt. L.vlt. C. quo quiſq; ord. L 1. C. ſumpt. iniun. L.vi C de his quib. vt indign. L.iii. C.de Codicil. L.ii. C.de partu pig. L.ii. vi. xi. xvii & xxxiiii. C.de tranſactionib L.viii. C.de his quæ vi.

Iiſdẽ Principibus, à quibus Iurecõſulti in conſiliũ adhibebãtur, placuiſſe video principia hæc, SI VT PROPONIS, L. vi. C.de neg. geſt. L.1 C.de dignitat. L.xii. C. de pact. L. iiii C. de ædif. priuat. L.iii. C. ſi ex falſ. inſtr. L.1. C. de lib. exhib. L.iii. C. ſi quis alt. vel ſibi. L.iii. C ſi reus vel accuſ. L.iii C. ſi tut. vel cur. falſ. alleg. L.iiii. & v. C. quomodo & quan. iud. L.vi. C.de exec. rei iud. L.v. C.de nupt. L.v. C.de donat. int vir. L.iii. C. de cõfir. tut L 1 C. vt cau. poſt. pub. L.iiii. C.de ſeruo pig. da. L.ii. C.de ſeru. Reip L.iii. C. quando prouoc. L.xviii. C.de fideiuſſ. L.xxii. C.de euictiõn. L.xii. C. de adulter. L. v. C.de bon. proſcrip. L.vi. C. de ſent. paſſ. L.ii. C.de munic. L.1. C. ne quis lib. inuit. QVONIAM PROPONIS, L.xxviii C.de tranſact. L. ii. C. vbi & apud quẽ L.v. C.de nouation. L.xviii. C.de neg. geſt. Eiuſdẽ non minus æui quã argumẽti ſunt hæc, CVM PROFITEARIS, L ii C.de his quæ vi, L 1. C. ſi aduerſ. credit. L.1. C.de pact L.1. C.de ſent. quæ ſine cer. quant. L.xxiiii. C.de ſolut. L.iii. C.de adoptionib. L.iiii. C de reuocan. donat. L. 1. C.de crim. expil. her. L.iiii. C. de fide inſtr. lib.x. CVM DICAS, L. 1. §. denique D. de appellationib. L ii. C. de procuratorib. L.1. C.de profeſſor. & med. lib.x. L.ii. C.de filiisfam. lib.x. L.ii. C.de his quæ vi L.iiii. C.de inſtit. & ſubſtitut. L.v. C.de poſtl. reuerſ. L. ii. C. qui ætate vel profeſſ. lib.x. L. vi. C.de accuſationib. L.ii. & iii. C. qui morbo. lib. x. L.1. C.de expenſ. ludor. L.ii. C. ſi ſæp. in integr. reſtit. L. ix. in incertis Titulis Corporis Gregoriani: SI VT DICIS, L.iiii. C.ad Sc. Turpil. QVONIAM DICIS, L.1. C. ſi aduerſ. dot. L.iiii. C.de procuratorib. CVM ALLEGES, &, CVM ALLEGAS, L.ii. C. de peric. & comm. rei vend. L.1. C. qui dare tutor. L.iiii. C.de exceptionib. L.ii. C. ne fiſc. vel Reſpub. L.ii. C de negot. geſt. L. iii. C. ſi vend. pign. agat. L.iiii. C. de caſtren. pecul. lib.xii. L.iiii. C.de exceptionib. L.v. C.de re milit. lib. XII. SI VT ALLEGAS, L. iii. C.de in rem dan. tut. L.xvi. C.de excuſat. tutor. L.ii. C. ſi aduer. tutor. libert. L.iiii. C. ad L. Cornel. de ſicar. L.ix. C. de tranſactionib. L. v. C. an ſeruus pro ſuo fac. L.1. C.de pedan. iudicib. L.1. C.de inoffic. donation. VT ALLEGAS, L.ii. C. ſi aduerſ. lib. L.ii. C. ſi aduerſ. creditor. L. 1. C.de ord. cognit. L.iii. C.de dolo. L.ix. C. de trãſactionib. QVOD ALLEGAS. L.xiii. D. de reb. cor. L.ii. C.de negot. geſt. L.ix. C. de euictionib. L.1. C.de noxalib. act. L.xii. C.de adminiſtr. tutor. & L.ii. C.de iudic. Item CVM ADSEVERES, vel, ADSEVERAS, L.ix. C.de his quib. vt indign. L.ii. C. ſi in fraud. pat. L.1. C.de preſcript. xxx. ann. SI VT ADSEVERAS, vel, QVOD ADSEVERAS, L.vlt, C. ſi pign. cõuent. L.xv. C.de ſolut. L.vi. C.de accuſ. CVM ADFIRMES, L.vii. §. ſi maritus D.de don. int. vir. L.viii. C.de lib. cau. L.iii. C.de poſtl. reuerſ. VT ADFIRMAS, L.xv. C.de adm. tut. L.1. C.de don. quæ ſub mo. CVM VOS ADFIRMETIS, L.1. C. ſi aduer. vẽd. pig. L.1. C. qui æ-

tate vel profeſſ. L. IIII. C. ſi aduerſ. rē iud. CVM SVGGERAS, L. V. C. de ſolut. L. II. C. de fide inſt. lib. X. CVM SIGNIFICES, L. XI. C. eod. CVM COMMEMORES, L. XI. C. de donat. & L. t. eod. tit. in Cod. Hermog. Nū fraudādus laude ſua eſt Imperator Zeno, qui vniuerſa Reſcripta ſub ea cōditione proferri præcepit, SI PRECES VERITATE NITANTVR, L. VII. C. de diuerſ. reſcrip. Cui cōgruit illud Diocletiani, SI VERA SVNT QVÆ PRECIBVS COMPLEXVS ES, L. XIII. C. de tranſact. & SI HOC ITA EST, L. V. C. ad L. Corn. de ſicar. QVÆ SI ITA SVNT, L. II. C. ſi mat. indemnit. IDQVE IN VERITATE ESSE PRÆSIDI PROBAVERIS, L. II. C. quib. ex cauſ. maior. SI ALLEGATIONIBVS TVIS FIDEM ADESSE PERSPEXERIT, L. III. C. qui morbo ſe excuſ. L. vlt. C. ſi aduerſ. fiſ. L. III. C. de fideiuſſor. Alibi legimus, AN VERITAS ALLEGATIONI TVÆ ADSISTAT, P. P. EXAMINABIT, L. I C. ſi aduer. dot. *Intelligere debetis probari debere* FIDEM PRECIBVS VESTRIS ADESSE, L. V. C. de fide inſtr. aut, ASSISTERE, vt ſcriptum eſt in Titt. Cod. Gregor. Vnde reſcriptis plerūq; additur cōditio, SI P. P. ADIERIS ET ALLEGAVERIS, L. III. C. de exec. rei iud. SI PROBAVERIS, vel, SI PROBARE POTERIS, L. IIII. C. ex quib. cau. infa. L. VII. C. de his qui vi, L. I. C. de re iud. L. II. C. de erro. aduoc. L. II. C. de plagiar. L. I. C. de remiſſ. pign. L. II. C. de duob. reis, L. I. & III. C. ſi vend. pign. ag. L. I. C. ſi pign. conuen. L. II. C. ſi aliena res I. L. I. C. de fideicom. L. XIII. C. de tranſact. L. I. C. quan. dies leg. ced. L. I. C. ſi vn. ex plurib. L. I. C. de reb. alien. SI APVD P. P. CONSTITERIT, L. II. C. de reuoc. donat. SI APPARVERIT, L. III. C. de tranſact. L. I. C. de ſer. pign. da. SI DOCVERIS, L. IX. C. de falſ. L. I. C. de fideic. libert. L. I. C. de donat. quæ ſub mo. Proinde & interdum ita imperant, DOCE, L. I. C. rer. amotar. L. IX. C. de rei vind. L. I. C. de ord. iudicior. ADITO P. P. PROBA, L. II. C. tes inter al. act. L. II. C de commodato. APVD P. P. OSTENDE, vel, PROBA, L. X. C. de falſis L. VII. C. de appell. L. IIII. C. de iur. & fac. igr. Inuenio & in Reſcriptis, quib⁹ ſcribēdis Iuriſcōſulti adfuere, verba hæc. ADI PRÆSIDEM PROVINCIÆ, vt comprobatur reſcripto D. Marci quod à Paulo refertur in L. XVII. D. de vſur. L. II. C. de lib. exhib. l. VI. C. qui dare tut. L. III. C. de inutil. ſtipul. Sic in L. I. C. de ord. iud. & L. I. C. ſi tut. vel curat. interu. ADITE PRÆSIDEM PROVINCIÆ. Itē in L. XI. C. de furt. ADI RECTOREM PROVINCIÆ. Et ADI RATIONALEM NOSTRVM, L. IIII. C. de fide inſtr. lib. X. ADI EVM CVIVS DE EA RE NOTIO EST, L. IIII. C. de diſtract. pign. ADI COMPETENTEM IVDICEM, L. I. C. de lib. cau. Aliàs reperio, ADEAT PRÆSIDEM PROVINCIÆ, ADEAT COMPETENTEM IVDICEM, L. I. C. de alim. pup. præſt. L. IIII. C. de his qui accuſ. nō poſſ. L. V. C. de oper. liber. L. II. C. ſi ſæp. in integr. reſt. Alibi eſt, CVRA ADIRE PRÆTOREM, L. II. C. qui pet. tut PRÆFECTVM PR. ADIRE CVRA, L. VI. C. de accuſatio. PRÆSIDEM PROVINCIÆ ADIRE NON PROHIBERIS, vel, DEBES, aut, POTES, aut, OPORTET, L. III. C. de nox. act. L. II. C. com. de ſucceſſ. L. XVI. & XXIII. C. de excuſ. tut. L. XI. C. de fideic. lib. L. II. C. ſi aduerſ. fiſc. L. XVI. C. ad L. Iul. de adulter. L. I. C. in quib. cau. tut. ADIRE DEBETIS COMPETENTEM IVDICEM, L. I. C. de excuſ. tut. ADIRE SVVM IVDICEM POTES, L. vlt. C. de crim. expil. hered. POTES COMPETENTEM IVDICEM ADIRE, L. I C. qui pet. tut. APVD SVOS IVDICES CAVSAM AGERE DEBES, L. I. C. de ingen. man. A IVDICE COMPETENTE POSTVLA, L. III. C. qui pet. tut. Denique principem ad Præſides prouinciarum negotia remittere conſueuiſſe per reſcriptiones huiuſmodi, EVM QVI PROVINCIÆ PRÆEST, ADIRE POTES, vel, POTERIS, ídque interdū cū hac adiectione, IS ÆSTIMABIT QVID SIT PARTIVM SVARVM, teſtantur Iulianus & Calliſtratus in L. VIII. & IX. D. de offic. Præſid.

Interdum his verbis vtebantur, QVÆ IN LIBELLVM CONTVLISTI ALLEGA. Imp. Alex. in L. I. C. de fide inſtr. lib. X. QVOD IN LIBELLVM CONTVLISTI, *procuratori meo, ad cuius officiū deſiderium tuū pertinet*, ALLEGA, CVI SI PROBAVERIS, &c. Idē L. VIII. in incertis Titt. C. Greg. QVÆ IN LIBELLO CONTVLISTI, PRÆSIDI PROVINCIÆ ALLEGA. Seuer. & Antonin. in L. I. C. vectigal. noua. ALLEGA PRÆSIDI PROVINCIÆ, QVÆ IN LIBELLVM CONTVLISTI. Iidē Impp. in L. I. C. quor. bonor. IVDICIBVS QVI SVPER EA RE COGNITVRI SVNT, DE FIDE INTENTIONIS ALLEGA. Nōnunquā Principes in hæc verba reſcribebāt, ADITVS P. P. CAVSA COGNITA PROVIDEBIT, vt in L. III. C. ſi minor ſe maior. L. II. C. de tēp. in integ. reſt. L. XII. C. de iure dot. L. vlt. C. cō. diu. L. XVIII. C. de pact. L. XV. C. de lib. cau. vel ADITVS P. P. PERPENDET, EXISTIMABIT, EXAMINABIT, L. I. C. vbi pup. ed. L. XII. C. de trāſ. l. XII. C. de his qui ac. nō poſ. l. t. C. ſi aduer. dot. l. V. C. cō. vtr. iud. L. VII. C. de adulter.

ADITVS PRÆCIPIET, L.I.C.vt cau poſt pub.L.v.C.de ingen.man. ADITVS RECTOR PROVINCIÆ HORTABITVR, L.VIII.C.de liber.cau. RECTOR PROVINCIÆ ADITVS SVAM NOBIS COMMODABIT NOTIONEM, L.III.C.de lib.exhib. ADITVS RECTOR PROVINCIÆ PRO SVA GRAVITATE PROVIDEBIT, vel, CVRABIT, L.XVIII.C.de Pact.L.IIII.C.ſi aduerſ. rẽ iud. RECTOR PROVINCIÆ ADITVS CAVSAM COGNOSCERE DECIDEREQVE SVA SENTENTIA CVRABIT, L.II.C.ſi à non cõpet.iud. ADITVS P.P. CONSVETVM EXERCERI IVBEBIT ORDINEM IVRIS, L.IIII.C.de patr.poteſt. POTERIS ADITO PRÆSIDE PROVINCIÆ POSTVLARE, L.III.C.de his quæ vi metúſve cau.L.VI.C. de reſtitut.milit. ADITO PRÆSIDE PROVINCIÆ IMPETRABIS, L.IX.C de adminiſtr.tut. ADITVS P.P. IVBEBIT, L.I.C. ſi vẽd.pign.ager.L.XIIII.C.de remiſſio.pign. ADITVS P.P. AD SOLVTIONEM COMPELLET, L.I.C.de fide inſtr.Non diſſimiles formulæ reperientur in L.VII.C.de his quæ vi L.IIII. C.ſi vẽd.pign.ager.L.IX.C.de bon.auct.iud.poſſ.L.v. C.ad L. Fab.de plagiar.L.II.C.de crim.expil.hered.L.II.C.res int.al.act.L.II.C. de Commodato. L.VIII. C.de act.emp.

Quandoque etiam, COMPETENTEM IVDICEM, vel, EVM CVIVS DE EA RE NOTIO ERAT, ADEVNDVM reſcribebant. Sic Imp.Antonin. POTES TV COMPETENTEM IVDICEM ADIRE, L.I.C.qui pet.tut. ADITVS COMPETENS IVDEX COGNOSCET, L.II.C.vbi de crim. ADITI A TE COMPETENTES IVDICES IVBEBVNT, L.v.§.itẽ Diuus D.de agnoſc.& al.lib.& L.IX.C.ſi cert.pet.L.VII.C.de teſtã.tut.L.vlt.C.ſi om.cau.teſt.L.vlt.C.de al.lib. ADITVS COMPETENS IVDEX CAVSAM EXAMINABIT, L.I.C.ne de ſtatu def. ADITVS COMPETENS IVDEX DISPICIET, vel, ÆSTIMABIT, vel, IVBEBIT, L.I.C.de Præd.min.L.III.C.de confir. tut.L.vlt.C. ſi om. cau.teſt. COMPETENS IVDEX TE ADEVNTE PROVIDEBIT, L.vlt.C.vt in poſſ.leg. IS CVIVS DE EA RE NOTIO EST, ADITVS CVRABIT, L.VI.D. ſi cui plus quã per L.Falc. IS CVIVS DE EA RE NOTIO EST, ADITVS, RATIONEM DESIDERII TVI HABEBIT, in reſcripto D.Marci apud Iuſtinian Inſtit.de eo cui libertat. cau. bo. add. ADITO EO CVIVS SVPER EA RE NOTIO EST, PETERE NON VETABERIS, L.VII.C. qui pet.tut.

Nonnunquam ſimpliciter ita reſcribebant, P.P. VOS AVDIET, L.v.C. de pign. L.I. C.ſi tut.vel cur.falſ.alleg. RECTOR PROVINCIÆ AVDIENTIAM PRÆBERE NON DVBITABIT, L.XII.C.ad L. Fab.de plag. PRAESIDIS PROVINCIÆ NOTIO EST, L.II.C.ſi aduerſ.fiſ. PROCONSVL PRÆBEBIT NOTIONEM SVAM, L.I.C. ſi ex falſ. inſtr. P.P. COGNOSCET, aut, DISCEPTABIT, L.VI.C.quando prou. non eſt nec. L.VI.C.de reb.credit.L.XVI.C. de euictionib. APVD PRÆSIDEM PROVINCIÆ COGNOSCETVR, L.XI.C.de liber.cau. P.P. CAVSA COGNITA STATVET, aut, PROVIDEBIT. L.I. C.quæ ſit longa conſ.L.III. C.de ædif.priuat.L.II.C.de temp. in integ. reſtit. L.II. C.de ædific.priuat. P.P. ÆSTIMABIT, L.I.C.de pat. poteſt. L.XI.C. de excuſat.tut. L.IIII. C.de obſeq.patro.præſt. L.II.C.ſi aduerſ.fiſ. P.P. INTELLIGAT AN AVDIENDVM SIT CRIMEN NECNE, L.VIII.C. ad L.Fab. de plag. P.P. RESTITVI IVBEBIT, L. XII. & XVI.C.de euictio. L.v. C. de rei vind.L.II.C. com.diuid. L.III. C.de donat.int.vir.L.vlt.C de partu pign. L.IIII.C. de oper. lib. RESTITVI PROVIDEBIT, vel, EFFICIET, L.X.C.de furt.L.XXI.C.de euictio. L.III. C.de preſcript. lon. tẽp. L.IIII.C.de ingen. manuæ miſſ. P.P. SECVNDVM IVRISDICTIONIS FORMAM IVBEBIT, L.IX.C.de lega.& aliàs, IVBEBIT, L.II.C.de exec.rei iud.L.I.C.ad exhib. L.III.C.de Relig. L.XII.& XVI.C.de euictionib. ſic & in L.VII. C. de ſuſpect. tutorib.& L.II.C.de pignorib. item L.II. C.de pact.pignor. L.XVII. C. ad L. Corn. de falſ. A RECTORE PROVINCIÆ IMPETRABIS RESTITVI TIBI, L.XVIII.C.ad L.Iul.de adult. P.P. VINDICTAM CONGRVENTEM IMPERTIRI NON DVBITABIT, L.VII. C. de obſequ. patron. præſtan. & IVRISDICTIONEM IMPERTIETVR, L.XIIII. C. de fideiuſſorib. Et IS QVI PROVINCIAM REGIT IN IMPERTIENDA COGNITIONE SVAS PARTES SECVNDVM LEGES EXIBEBIT, L.II.C. ſi aduerſ. rem iudicat. & L.IIII. C.de in lit. iurand. RECTOR PROVINCIÆ AVCTORITATIS SVÆ AVXILIVM IMPERTIRI NON DVBITABIT, L.X.C.de pignorib. ſic & in L.I.C.ſi mãcip. ita vænier. PRÆFECTVS VRBI IMPERTIET FACVLTATEM. Aliàs legitur, P.P. NON PATIETVR, NON SINET, NON PERMITTET, L.VIII.C.de ſentent.paſſ. L.IIII.C.de execut. rei iud. L.I. III. & IIII. C.quẽad.ciuil.mun.L.v.C.de adq.poſſ.L.VI.C.de iure Reip. PRÆSES INTERPELLATVS VIM FIERI PROHIBEBIT, L.IX.C.de tranſact.& L.II.ſi ſub alter.nom. res emp. in Tit.

cx corpore C.Gregor. PRÆSES PROVINCIÆ CVRÆ HABEBIT, vel CVRABIT, L.I.C.vbi cau.ſtar.L.VIII. C.de captiuis & poſtl.L.VI.C.de iniur.L.XXXII. C. de tranſact.L.IX.C. de remiſſio pign. & L.v.C.de actionib.emp.L.VIII. C. de appell. PRÆSES PROVINCIÆ AD SVAM SOLLICITVOINEM REVOCABIT, L.I.C.quæ ſit lõga cõſ.L.II.C.de delatorib. PER PRÆSIOEM PROVINCIÆ COGETVR, L.XI.C.de donat.int. vir. RECTORIS PROVINCIÆ AVCTORITATE COMPELLETVR, L.v.C.de patr. poteſt. PRÆSES PROVINCIÆ EFFICACI INSTANTIA COMPELLET, L.VI.C.de capõu.& poſtl. PRÆSES PROVINCIÆ INTERCESSIONE AVCTORITATIS SVÆ PROSPICIET, L.I.C.de abolitionib. POTERIS INTERCESSV PRÆSIOIS PROVINCIÆ RECVPERARE, L.II.C.ſi pign.pignori dat. PRAESIDIS AEQVITAS PACIET, L.I.C. ſi propter inimicit. PRAESES OESIDERIO VESTRO MEDEBITVR, vel, MEDELAM IVRIS ADHIBEBIT, L v.C.de appell.L.XVII.C.de euiction. PRAESES PROVINCIAE NON IGNORAT, vel, NON IGNORABIT, L.III.C.de ſentent.& interlocut. L.II. C.de legitim.hered.L.I.C.de peric.ſucceſſ.L.I.C.ſumptus iniuncti. PRAESES PROVINCIAE MINIME AMBIGET, L.I.C. ſi poſt creation. Vlp.in L.III.§.vlt. D.de Alim.leg. Diuum Piũ Rubrio cuidã Teleſphoro in hæc verba reſcripſiſſe refert. CONSVLES, VOCATIS HIS, A QVIBVS VOBIS ALIMENTA DEBERI EX CAVSA FIOEICOMMISSI CONSTITERIT, VEL OMNES AB VNO, VEL FACTA PRO RATA OISTRIBVTIONE, QVIS ET A QVIBVS PERCIPIATIS, OECERNENT. FISCVS ENIM, SI EO NOMINE QVIO AB EO VOBIS OEBERETVR, EXEMPLVM SEQVETVR. IAM NVNC SCIATIS PARTES EORVM, QVI SOLVENOO ESSE OESIERINT, NON PERTINERE AO ONVS RELIQVORVM HEREDVM.

Hoc loco alienũ noo erit eas appellationes inſerere, quas ex Imperarorum Reſcriptis, rectores prouinciarũ, aliáq; poteſtate, dignitatéve præditos, vbi eorũ mẽtio incideret, reportaſſe ſcio. Sanè tam Prætores quàm Procoſſ. VIROS CLARISSIMOS in Reſcriptis appellatos, docẽt L.III.C.de procurat.L.III.& v.C.ex quib.cauſ.infam.L.I.C.ſi aduerſ. liber. L.I.C.ſi aduerſ.credit.L.I.C.ſi ex falſ.inſtr.& reſcriptũ Diui Pij ad libellũ Alfij in fragmẽtis Pithœanis Tit.III.&L.I.ex delict.defunct.in Tit.ex Corpore C.Hermogeoiani & L.I.de iu.fiſ.in iiſdẽ Tit. Eadémq; appellatione Præſes prouinciæ ab illis ornabatur, L.I. C.in quib.cauſ.tut.& L.III.C.ſi aduerſ.iẽ iudic.L.IX.C.de tranſact. L.II.C.ſi aduerſ.fiſ. L.XIIII.C.de fideiuſſ.L.II.C.de ord.iud.L.II.C. de delat.lib.x.L.v.C.de pign. & L.I.ſi amiſ.vel reddit.inſtr.in Tit.ex Corpore C.Greg. Hoc idẽ, indicatũ fuiſſe ootis iſtis, P.P. V.C. Magno teſtis eſt, qui eas ita interpretatur, PRAESES PROVINCIAE VIR CLARISSIMVS.

Cõſules vero AMPLISSIMI vocãtur in Diuorũ fratrũ Reſcripto apud Vlp.L.I.§.ſi quis D.de appell. Ex quo reſcripto hoc amplius diſcimus, Præfectũ vrbi, cum in eũ ſermonẽ veniebãt, AMICVM ab Impp appellatũ: Illic enim legere eſt, *Ad Iuniũ Ruſticũ* AMICVM NOSTRVM PRAEFECTVM VRBI *prouocares*. Imp. Alex.in L.I.C.ſi mãcip. PRAEFECTVS VRBI AMICVS NOSTER *impertiet facultatẽ*. Idẽ io L.IIII.C.de inutilib. ſtipul. *Secundũ reſponſum Domitij Vlpiani*, PRAEFECTI ANNONAE, IVRISCONSVLTI, AMICI MEI. Sic in Seueri & Antonini reſcripto L.vlt.D.de offic.præf.vigil. *ad Fabiũ Cilonẽ* PRAEFECTVM VRBI AMICVM NOSTRVM. Impp. Valer.& Galien.in L.I.ſi aduerſ.donat.ſponſ.fact in Titulis ex Corpore Codicis Gregoriani, *Opponet*, aiunt, *auctoritatẽ ſuã Iulius Donatus* V.C. PRAEFECTVS VRBI, AMICVS NOSTER. Imp. Aurelius in L.I. Ex delict.defunct. in Titulis ex Corpore C. Hermogen. *Auditis itaque partiũ allegationibus* V.C. PROCONSVL PROVINCIAE AFRICAE, AMICVS NOSTER, *in pronuntiando formã iuris ſequetur*. Dioclet.& Max.in L.IIII. C.de iur. & fac.ignor. *Oſtende igitur hoc apud* CORRECTOREM VIRVM CLARISSIMVM AMICVM NOSTRVM. Traianus Plinio lib.x. Epiſt. *Notũ mihi facere debebis, vt epiſtolã tibi ad Põpeium Plãtam*, PRAEFECTVM AEGYPTI, AMICVM MEVM, *mittam*. Cuius promiſſi fidẽ impleri poſtulãs Plinius, *Rogo ergo*, ait, *Indulgentiſſime Imperator, vt mihi ad Põpeiũ Plantã præfectũ Aegypti* AMICVM TVVM, *ſic vt promiſiſti, epiſtolas mittas*. Quæ verba credibile eſt ſignificata his notis AM.N. licet eas aliter Magno interpretetur. Iuriſconſultos eõam Amicos vocant Diui fratres, io L.XVII.D.de iu.patron.& Præfectos Præt. Antonin.in L.I.C.de ſentent. paſſ. Nunc ad interruptam reſcriptorum ſeriem redeamus.

SIMILI QVO de prouinciarum Præſidibus modo, de Competente quoque Iudice ad quem ſæpe, oullo ſpeciali Magiſtratus poteſtaóſve nomine expreſſo litigatores ab Imperatoribus remiſſos prædiximus, reſcribebãt, vt in L.IIII.C.ſi ſer.export.

COM-

COMPETENS IVDEX COGNITIONEM PRÆBEBIT. In L.I.C.quemadm. teſtam.aper.& L. II.C.de alend.liber. COMPETENS IVDEX IVBEBIT. In L.I. C.ne tut.vel curat. & L.IX. C.de his qui accuſ.non poſſ. COMPETENS IVDEX NON IGNORAT. Alias reſcribitur, COMPETENS IVDEX PRÆSTARI CVRABIT, L.I.C.de Ædilic.actionib. APVD COMPETENTEM IVDICEM ACCVSARE POTERIS, L.III.C.de nupt. COMPETENS IVDEX SOLVI PRÆCIPIET, L. II. C.de dot.promiſſio COMPETENS IVDEX ÆSTIMABIT, L.I.C. diuortio facto. L. III.C.de alend.liber. POTVIT ET DEBVIT COMPETENS IVDEX, L.II.C in quib.cauſ. tutor. IVDEX COMPETENS PRÆSTET, L. VII.C.de his qui accuſ. non poſſ. A COMPETENTI IVDICE POSTVLARE NON PROHIBERIS, L.IX.C.de bon.auctorit. iud. poſſid. SI COMPETENTI IVDICI PROBAVERIS, L.I.C.quando dies legat.

Quandoque etiam, EVM CVIVS DE EA RE NOTIO EST; dicunt: quæ verba his notis C. D. E. R. N. E. ſcribi ſolita Magno auctor eſt. Sic in L. II.C. de in lit. dan. tutore IS CVIVS DE EA RE NOTIO EST, ÆSTIMABIT. In L.III C.de compenſationib. IS CVIVS DE EA RE NOTIO EST, IVBEBIT. In L.II.C.ſi aduerſ.libert. AB EO CVIVS IVRISDICTIO EST, CONSVLI DEBET. Et L.I.C.ſi minor ſe maior.dixer. POSTVLARE APVD EVM CVI DE EA RE IVRISDICTIO EST, POTES. Aliàs, IS APVD QVEM RES AGITVR IVBEBIT, L.II. C.de eden. IDQVE CVRABIT IS AD CVIVS PARTES EA RES PERTINET, L. I. C.in integ.reſtit.poſtul. Alibi eſt, IVDEX QVI SVPER EA RE DATVS ERIT, VEL QVI SVPER EA RE COGNITVRVS EST, vt in L. II. C. arbit. tutel. L.III.C.de adminiſt.tut. L.I.C.quor.bonor. IVDEX TVTELÆ IVDICIO REDDITVS, L.III. C.arbit. tut. IVDEX QVI SVPER FIDEICOMMISSIS IVS DICIT, PRÆSTARI IVBEBIT, L. II. C. de vſur.& fructib. legat. APVD EVM QVI DE HEREDITATE IVDICATVRVS EST, *decidi oportet*, L.III C.ne de ſtatu.def. Interdū generaliter, IVDEX PROVIDEBIT, DE VERITATE COGNOSCET, ÆSTIMABIT, NON IGNORABIT, L.VIII C.de fide inſtrument. L.II.C.de in lit.dan.tut. L.I.C.de his qui accuſ.nō poſſ. L.III.C.de vſuris pupill. L.IIII.C. ad exhib. & IVDICES ÆSTIMABVNT in reſcripto D. Marci, quod ab Vlpia. refertur in L.V.§.ſi mater D.de agnoſcend.& alend. lib. Agendi verò poteſtatem Impp. ad deſideria reſcribentes, modò directis, modò obliquis verbis faciebant. Directis, in hunc modum, IVDICIO CONSISTE, L.I.C.de actionib.emp. L.IX.C. de negot. geſt. L.III.C.de heredib.tutor. L.I.C.commun.diuid. L.III.C. de exceptionib. AGE, L. III.C.de tranſactionib.& APVD PRÆSIDEM AGE, L IIII.C.ad L.Iul.de vi pub. EVOCA AD PRÆTOREM, L.III.C.de procuratorib. APVD SVVM, vel, APVD COMPETENTEM IVDICEM CONVENI, L.I.C.de vēd.rer.fiſ.& L.VI.C.de Teſt. tut. COMPETENTER CONVENI, L.IIII.C quan.ex fac.tutor. APVD RECTOREM PROVINCIÆ CONVENI, L. XXVI.C.de pignorib. PRÆSIDALI NOTIONE CONVENITO, L.XX.C.de pignorib. IVDICIO SECVNDVM IVRIS FORMAM CONVENITE, L.I.C. ſi tutor. vel curat.interuen. L.vlt.C.ſi aduerſ.vendit. pignor. SECVNDVM IVRIS FORMAM EXPERIRE, L.III.C.famil.erciſc. ADITO PRÆSIDE PROVINCIÆ EXPERIRE ACTIONE COMPETENTI, L.IIII.C.ſi vend.pigno.ag. L.II.C.de ord.iudicior. ACTIONEM DIRIGE, L.II.C. ad L.Iul.de vi publ. ACTIONE VTERE, L.I.C.de lege Aquil. PERSEQVERE, L.II. C. de probationib. L.IIII.C.de crim.expil. heredit. Eiuſdem generis ſunt hæc, POSTVLA SVSPECTOS, L.II.C.de ſuſpect tutor. POSTVLA EXHIBERI, L.I. C.de liber. exhib. DENVNTIA, L.XVIII.C.de adminiſtr.tutor. L.IX.& XXIII C. de euictionib. DEPONE, L.XIX.C.de vſur. ADMONE, L.I,& VII.C.qui pet.tutor.

Obliquis verò verbis ſic, CONSISTERE POTES, L.II.C.de euictionib. L.I.C.de Magiſtratib. conuenien. AGERE, PETERE, CONVENIRE, POTES, L. IX.C. arbitr. tutel. L. IIII. C. de noxalib. actionib. L. IIII. & XIII.C.de furt. L.I.C.ad Trebellia. L.III.C.de impuber. L.I.C.de vſucapio.pro empt. L.I. C. quor. legator. L. XVIII. C. de euictionib. APVD PRÆSIDEM, vel, RECTOREM PROVINCIÆ AGERE, vel, PERSEQVI POTERIS, L.VI.C.de iu.delib. L.XXXIII.C.de tranſaction. L.XVII.C.de inoff.teſt. ADITO RECTORE PROVINCIÆ CONVENIRE PO-

TES, L.IX.C.de bon.auct.iud.poſſ.L.XXVI.C. de tranſactionib. EXPERIRI POTES L. I.C. de non numer.pecun.L.I.C.de Teſtament.tut.L.I.C. mandati, L.I.C.Famil. erciſc. L.I.C.quot.legator. PERSEQVI POTES L.XVII.& XVIII.C.de inoff.Teſt. L.XV.C. de euictionib. PETERE vel DIRIGERE PETITIONES, vel ACTIONEM, POTES L.I.C.de in lit.dan.tuto.L.II.C.de except. VINDICARE POTES, L.IX. C. de petitio.hered.& L.III.C.de rei vindic.L.X. C.qui pet.tutor.L.IIII.C.mandati. ACTIONE COMPETENTE EXPERIRI POTERIS, L.IX. C. de donat. inter virum & vxorem. ACTIONE CONSEQVI POTES, L. XI. C. de negotiis geſtis. POSTVLARE, vel SVSPECTVM FACERE POTES, L.I.& L.IIII.C.de ſuſpect. tutorib. PETERE, vel CONVENIRE DEBES L.I.C.de heredit.actionib.L.XXI. C.de fideicõmiſſ. APVD PRÆSIDEM PROVINCIÆ AGERE DEBES, L.IX.C.de donationib. Aliàs AGERE, PETERE, EXPERIRI, CONVENIRE, NON PROHIBERIS, vel, NON VETARIS, L.XII.& XVII. C. de furt. L.V.& XVI.C.de fideicommiſſ.L.XIIII. C.ad L.Falcid.L.IIII.C.ne de ſtatu defunctor.L.I.C.quib.res iud.non noc.L.III C.de priuileg.fiſ. L.XVII. C. de pignorib.L.VI. C.de except.L.V.C. de remiſſio. pignor. L. III.C.de crim.expil. her.L.XXIIII.C. de tranſactionibus. Addunt quandoque MORE IVDICIORVM CONVENIRE, vel PERSEQVI NON PROHIBERIS, L.IIII.C.ne de ſtatu defunctor.L.X.C.de procuratorib. ET MORE SOLITO PER IVDICEM ACTIONES EXERCERE NON PROHIBERIS, L.I.C.de ſeruitutib.L.XII.C.de pact. MORE SOLITO PERSEQVI ET EXPERIRI, L.XIIII.C.ad L.Iul.de adult.L.III.C.de iniur.& POENAM IVDICIORVM MORE EXIGES, L.XIIII.C.de pact.& MORE IVDICIORVM PERSEQVERE, L. II.C.de probat.

æquum postulantes

Planè his quos æquum poſtulare iudicabant, ita reſcribebant, IVRE, vel, MERITO, vel, NON INIVRIA POSTVLAS, L.I C. rer.amotar. L.XVII.C.de captiu. & poſtlim.L.II.C.qui ætate.L.I. C.de legationib. A IVDICE RECTE POSTVLABIS, L.V.C. de bon.auct.iud.poſſid.vel, IVRE POSTVLABIS, L.I.C.ſi tutor Reipub.cau. NON INIVRIA POSTVLABIS, L.III. C. de Magiſtrat.conuenien. RECTE POSTVLAT, L.VIII. C.de contrah.ſtipul.L.XXVII.C de Pact. IVRE DESIDERAS L.I.C.quibus ex cauſ. maior. IVRE CONVENIS, CONTENDIS, & L. XIII. de negotiis geſtis, L. IIII. Etiam ob chirograph. pec. IVSTVM EST DESIDERIVM, L.VI.C.de Eden. CVM RATIONIBVS IVRIS CONGRVIT DESIDERIVM TVVM, L. XVI. C.de his qui accuſ.non poſſ. NON INIVSTA RATIONE DESIDERATIS, L.I.C. de conuenien.fiſ.debitor. NON IMMERITO DESIDERAS, L.I.C.de rer.permutat. RECTE DESIDERABITIS, L.VII.C.ad L.Falcid. SECVNDVM RATIONEM IVRIS EXISTIMAS, L.I.C.ſol.matrim. CIVILE EST QVOD EXIGIT ADVERSARIVS, L.V.C.de furt. RECTE POSTVLAT, L. IX.C.de præſcriptio.longi temp. RATIONIS EST, L.XXIX.C. de euictionib. L.vlt.C.ſi aduerſ.ſolutio.L.I.C.quæ res pigno.oblig.L.XIII.C. de captiu. & poſtlim.L.II.C.quemadm.ciuil.mun. RATIO SVADET, L.II.C.de Impuber. RATIO IVRIS POSTVLAT, L.II.C. de heredit.vend. IVRIS DICTAT RATIO, L.X. C.de heredib.inſtituen. ÆQVITATIS RATIO SVADET, L.XIIII. C.de Tranſactionib. FRVSTRA CONVENIRIS, L.VI.C.de fideiuſſorib.L.II.C.ſi reus vel accuſat.& FRVSTRA TE CONVENIT, L.VII.C.de fideiuſſorib. NOVVM NON EST QVOD POSTVLAS, L.II.C.de appellationib.

iniquum

E contrario his quorum deſideria iniuſta, & à ratione abhorrere videbantur, ſic reſcribebant, INCIVILE EST QVOD POSTVLAS, L.IIII. C.de bon.auct.Iud.poſſid.L.XII.C. de rei vindicat. INCIVILEM REM DESIDERATIS, L.II.C.de furt. NEQVE ÆQVAM NEQVE VSITATAM REM DESIDERAS, L.I.C.ſi cert.pet.L.XIX.C.de excuſat.tutor. NON IVRE & CONTRA CONSVETVDINEM, vel, CONTRA IVRIS RATIONEM DESIDERAS, L.I. C.ne fiſc.vel Reſpub.L.I.C.de calumniatorib. L.I. C. de re milit. L.XX.C.de euictionib. NON IVSTA RATIONE, vel, CONTRA IVRIS FORMAM POSTVLAS, L.IIII.C.cõmun.vtr.iud.L.XI.C.de negot.geſt. CONTRA IVRA POSTVLAS, L.XIII.C.de collationib.&, QVA RATIONE POSTVLAS? L.I.C.de ord.cognition. DESIDERIO TVO IVRIS FORMA, vel, AVCTORITAS REFRAGATVR, L.XXVII.C.de euictionib.L.III.C.de Adoptionib.

ptionib. L. IIII. C. de duob. re. IMPROBVM EST DESIDERIVM, L. XVI. C. de procurat. L. x. C. de his quæ vi metúſve cau. L. XXVII. C. de Tranſactionib. DESIDERIVM TVVM CVM RATIONIBVS IVRIS NON CONGRVIT, L. XVI. C. de his qui accuſ poſſ. DESIDERIVM NON HABET RATIONEM, L. vlt. C. ſi aduerſ. vendit. pignor. PROFESSIO ET DESIDERIVM TVVM INTER SE DISCREPANT, L. VI. C. de munerib. patrimon. ADMITTI NEQVAQVAM POTEST RATIO DESIDERII TVI, L. VIII. C. de ſuſpect. tutorib. NVLLO IVRE, vel, NON IVRE DESIDERAS, L. I. C. de fideicommiſſ. libert. L. II. C. de teſtam. milit. NON IVSTE, vel, NON IVRE, aut, NON RECTE PETIS, POSCIS, POSTVLAS, L. XIIII. C. de ſolutionib. L. XVIII. C. de fideiuſſonb. L. VI. C. de bon auctor. iud. poſſid. L. v. C commun. de ſucceſſion. NON IVSTA RATIONE POSTVLAS, L. XI. C. de neg. geſt. PARVM PROBE POSTVLAS, L. x. C. de tranſactionib. NIMIS IMPROBE POSTVLATIS. L. III. C. vnde vi PARVM IVSTE PETIS, in reſcripto D. Pij, L. XVII. §. diuus. D. de vſur. NON HABET RATIONEM POSTVLATIO TVA, in reſcripto Seueri & Antonini, L. XVII. D. de tutel. & rat. diſtr. NON HABET RATIONEM QVOD QVERERIS, L. IIII. C. de pignorib. DESINE POSTVLARE, L. VI. C. de reuocan. donationib. NIHIL PETERE POTES; L. XXXIIII. C. de tranſactionib. CONTRA IVRIS RATIONEM CONVENIES, L. III. C. de bon. auct. iud. poſſid. ÆQVITATIS, vel, HVMANITATIS RATIO NON PERMITTIT, vel, NON PATITVR, L. IIII. C. de eden. L. vlt. C. ne fiſc. rem quam vendid. L. I. C. de repud. L. XXIII. C. de excuſat. tutor. L. I. C. de furt. NVLLA RATIO PERMITTIT, vel, SVADET, L. IIII. C. de pact. L. IIII. C. arbitr. tut. NVLLA RATIO DESIDERAT, L. III. C. de legitim. heredib. IVRIS RATIO NON SINIT, vel, NON PERMITTIT, L. VI. C. de tranſact. L. x. C. quom. & quan. iud. PVBLICI IVRIS AVCTORITAS NON SINIT, L. IIII C. de incolis. IVRA PROHIBENT, vel, NON PATIVNTVR, L. XIX. L. XXIX. & L. XXX. C. de tranſactionib. RATIONIS NON EST, L. vlt. C. quo quiſque ord. conuen. NVLLA RATIONE EXISTIMAS, L. IIII. C. de Condition. inſert. EXEMPLO PERNITIOSVM EST, vel, GRAVE, L. VII. C. de probationib. L. II. C. de quæſtionib. L. IIII. C. de re iudic. L. x. C. de remiſsio. pignor. FALSO TIBI PERSVASVM EST, L. III. C. qui dare tutor. L. II. C. de codicill. L. v. C. de decurionib. lib. x. FALSA SVASIONE CREDIS, L. I. C. de excuſat. tutor. ERRAT QVI TIBI PERSVASIT, L. III. C. de caſtren. pecul. QVI TIBI SVASIT, FALSVM ASSEVERAVIT, L. XXXIX. C. de tranſactionib. ERRAS, L. XVI. C. ad L. Iul. de adulter. FRVSTRA DESIDERAS, L. I. C. de condict. indeb. L. v. C. de tranſactionib. L. I. C. ſi ſæp. in integ. reſtit. L. VI. & VII. C. de munerib. patrimon. L. IIII. C. in quib. cauſ. in integ. reſtit. L. II. C. de condict. ob turp. cauſ. L. I. C. vbi in rem act. FRVSTRA PETIS, vel, POSTVLAS, L. XX. C. mandati, L. vlt. C. ſi maior fact. rat. hab. L. II. C. de his quæ à non dom. & in reſcripto Seueri & Anto. quod refertur à Paulo in L. IX. D. de iur. & fac. ignor. HIS ACCEDVNT hæc, FRVSTRA PVTAS, EXISTIMAS, CONTENDIS, PRÆTENDIS, L. I. C. de his qui in prior. credit. L. VIII. C. de ſent. paſſ. L. II. C. de donationib. L. vlt. C. ſi mater indemnitat. L. I. C. de dot. promiſsio. FRVSTRA CONARIS EXPERIRI, L. VII C. de nouationib. L. IIII. C. de poſtul. l. vlt. C. de ſer. pign. da. manum. FRVSTRA TENTASTI, L. II. C. ad S. C. Velleia. FRVSTRA DEPRECARIS, L. XIIII. C. de pact. FRVSTRA DISPVTAS, L. I. C. ne vxor pro mar. PLACITIS ACQVIESCE, OBTEMPERA, L. I. C. de poſtul. L. I. C. de aduocat. fiſ.

de iure certo

De Iure autem certo, ac minimè controuerſo, ita reſcribebant, EXPLORATI IVRIS EST, L. I. C. ſentent. reſc. non poſſe, L. XIII. C. ad L. Iul. de Adulter. L. I. C. vi bon. rapt. L. XII. C. de teſtam. mil. L. XVII. C. de fideiuſſonb. L. vlt. C. quando non peten. part. L. VII. C. de collationib. L. III. C. de municip. lib. x. L. I. C. ſi cert. pet. L. VI. C. de pact. conuent. L. XV. C. de inoffic. teſtam. L. VII. C. de vſufr. L. I. C. de poſtum. hered. L. XII. C. de fideicommiſſ. L. II. ad L. Falcid. CERTI IVRIS EST, L. v. C. ad S. C. Turpill. L. x. C. de liber. cau. L. XIII. C. de poſtum. hered. L. VI. C. commun. de ſucceſſionib. L. v. C. quib. non obücit. L. VIII. & IX. C de teſtament. milit. L. v. C. de Teſtament. L. VIII. C. qui potior. INCERTI IVRIS NON EST, L. III. C. de interdict. L. XIIII. C. de pignorib. L.

xi.C.de donationib.L.ix.C.ad L.Fab.de plagiar.L.1.C. de ſatiſdan. CERTISSIMI IVRIS EST,L.v.C.de in integr.reſtitut.L.v.C.qui dare tutor. L.xviii. C. de excuſat. tutor. L ii. de rei vindicatio. in Titulis ex Corpore Codicis Gregoriani. MANIFESTI IVRIS EST, L.xvii. C. de ſolutionib.L.vlt.C. qui ætate vel profeſ. lib.x L.i. & ix.C. de collationib.L.viii.C.qui potior.L.vlt.de ſucceſſionib.in Tit.C. Hermogeniani. MANIFESTISSIMI IVRIS EST,L.iii.C.quib.res iudic. non noc. L.xiiii. C.de donationib. INDVBITATI IVRIS EST,L.i.C.ſi vn.ex plurib.heredib.L.vi.C. de pact.L.ii.C.ad Trebellian.L.ii.de famil.erciſc. in C. Gregoria. & L. ii. in incertis Titulis eod. NEC DVBII IVRIS EST,L.xiii.C.de Tranſactionib. NVLLAM HABET IVRIS DVBITATIONEM,L.vii.C.qui dare tutor. NOTISSIMI IVRIS EST, L.iiii.C.de reuocād.iis quæ in fraud.L.iiii.C.ſi reus vel accuſator, L.xxvi.C. de trāſact.L.ii.C.res int.al.act.L.i.quib.res iudic nō noc.in Titulis ex Corpore C.Gregor. L.i.de iu.fiſ.in C.Hermog. IVRIS EVIDENTISSIMI EST,L.iii.C.de poſtum.hered.L.vi. & ix.C.de ingen.manumiſſ.L.v. C. de præſcript. longi temp. ABSOLVTI IVRIS eſt,L.xii.C.de collationib.& ABSOLVTISSIMI IVRIS EST,L.vi.C.de bon.proſcriptor. IGNOTI IVRIS NON EST,L.v.C. de reuocan. donationib. CELEBERRIMI IVRIS EST,L.ii.C. ſi quis aliq.teſt. NON EST IVRIS AMBIGVI, L.x.C. qui dare tutor.L.vlt.C.de crim.expil.heredit. L.vlt.C.de fideiuſſorib.tutor.L.ix. C. de collationib. NON EST OPINIONIS INCERTÆ, L.xxxii.C.de tranſactionib.L. vi.C.de obſeq.patron. L.iiii.de pact.in Tit.ex Corpore C. Gregor. NON EST IVRIS INCERTI, L. i.de donationib.in Tit.C. Hermogen. CERTISSIMVM EST,L.iiii C. de incol.L.iii.C.commun.de ſucceſſionib. L.xv. C. de pignorib. CERTVM EST, L.ii. C.in quib.cauſ. pignorib. L. iiii. C. de ſentent. L. v. C. de legitim. hered. L. vlt. C. de teſtamentar. manumiſſio. L. iii. C.ad Senatuſconſ. Tertyll. L. ii. C. quomodo & quan.iud.L.i.C de remiſſio.pignor.L.i.C.ſi tutor vel curat. CERTVM AC MANIFESTVM EST,L.xvi.C.de procuratorib. CERTVM ET ABSOLVTVM EST, L.i.C.de heredit.vel act.vend. CERTISSIMVM EST,L.iii. C. commun. de ſucceſſionibus, L.iiii. C. de ſolutionibus. L.ix. C. de incolis. CERTVM IVS EST, L.ii. C. de inoffic. teſtament. L. i. C. de legitim. hered. L.i.C.qui manumitt. non poſſ. & CERTISSIMVM IVS EST,L.ii.C.de in ius voc. CERTA FORMA EST, L. iiii. C. de locato, L.vi.C.vt in poſſeſſ. legat. EST IVRISDICTIONIS TENOR PROMPTISSIMVS,L.ii.C.de bon.auctor.iud.poſſid. MANIFESTVM EST, L.i.C.de quæſtionib.L.i.C.debitor.vend.pign.L.iiii.C.de inutil.ſtipulation.L.vii.& ix.C.de ſolutionib.L i.C. de inſtitut.& ſubſtitut.L.i.C.de conditionib.inſert. L. iiii. C. de in iur.L.iiii.C.ſi aduerſ.rem iudic.L.iii.C.de pœn.L.iiii.C.de municip. lib. x. L.xxvii.C.de tranſactionib.L.i.C.de vſur.legator.L.vi.C.commination.L.i.C.de adminiſtrat.rerum publ.lib.xi.L.ii.C.de erro.aduocat.L.v.C.de reſtitut.milit. L. vii.C. de iu.delib.L.v.C.ſi aliena. res L.i.C.de bon.auctor.iud. MANIFESTISSIMVM EST,L.i.C.de his qui ven.ætat.L.i.C.quando tut.eſſe deſin. NOTISSIMVM EST, L. iiii. C. de delatorib. NOTVM EST, L.i.C.de bon.proſcript.L.i.C.de ſentent.aduerſ.fiſc.L.i.C.vbi de criminib.L.iii.C.de tutorib.qui ſat.non deder. PVBLICE NOTVM EST,L.xxvi.C.de euictionib.L.xiiii.C.ad L. Cornel. de falſ. ORDINARIVM EST,L.v.C.de ord.cognitio. & ORDINARII IVRIS,in L.xiii.C.de rei vind. INCOGNITVM NON EST,L.vi.C.de accuſationib.L.vi.C. de procuratorib. L. ii. C. de profeſſor.& medic. L.ii.de rei vind.in C.Gregor. NON EST IGNOTVM,L.i.C.de vxor. milit.L.vi.C.de adminiſtr.tut.L.i.C.de libert.L.v.C.de execut.rei iud. DVBIVM NON EST, L.i.C.ſolu. matrimon.L.i. C.de vſur. pupillar.L.viii.C.de teſt.L.ii.C.quod cū eo,L. iii.C.ad S.C.Macedonia. DVBITARI NON OPORTET,L.ii.C.vbi fideic.pet. QVID DVBIVM EST? L.vlt.C.de fideiuſſorib.tutor.L.iii.C.de fideicommiſſ.libert.& QVIS IGNORAT? L.i.C.vbi cauſæ fiſcal. IN DVBIVM NON VENIT, L.iii.C.quæ res pign.oblig.L.ix.C.de ſentent.paſſ.L.i.C.de offic.eius qui vic.alic.iud.obtin.L.ii.C.de religioſ.L.i.C.de codicill.L.iii.C.de impuber. L.v. C.de obſeq. IN DVBIIS NON HABETVR,L.ix.C.de teſtamen.mil. NEMINI DVBIVM EST, L.xi.C.de adulter.

Interdum

Interdum etiam legimus, SÆPE RESCRIPTVM EST, L.I.C.vt cauſæ poſt pubert. L.II.C.de hered.tutor.L.I.C.de cõpenſationib.L.IIII.C.de peric.tutor.L.I.C.ſi in cauſa iud.L.I.C.de recept.arb.L.vlt.C.de crim.ſtellionat.L.I.C.de reis poſtulat.L.IIII.C. de iure deliber.L.I.C.de his qui à nõ dom.L.I.C.vt nemini lic.ſign.L.I.C.de mulierib. in quo loco,L.vlt.C.ſi ſæp.in integ.reſt.INNVMERIS RESCRIPTIS CONTINETVR,L.I.C.in quib.cau.in integ.reſtit.L.III.C.de teſtam.SÆPE, & FREQVENTER CONSTITVTVM EST,L.vlt.C.quib.res iudic.non noc.L.I.C.res int.al.act.L.III.C.de appellationib.L.XI.C.de accuſationib.L.III.C.de munerib.& honorib.L.v.C. de profeſſorib.& medic. & SECVNDVM EA QVÆ CONSTITVTA SVNT,L.I.C.ſi vnus ex plurib.L.v.C.de contrah.ſtipul.SÆPE,& PRIDEM DECRETVM EST,L.I.Cod. quando ex facto tutor.L.VII.C.quando prouoc.non eſt neceſſe. PLACITIS IMPERATORVM CONTINETVR.L.IIII.C.de heredib.inſtituen. RETRO PRINCIPES DECREVERVNT,L.II.C.quib.ad libert. CONSTITVTIONIBVS EST PERMISSVM, L.X.C.de quæſtionib. CONSTITVTIONIBVS DECLARATVR,L.I. C.de debitorib.ciuit. IAMPRIDEM PLACVIT,L.IIII.C.quæ res pigno.L.III.C.ſi tutor vel curat.L.I.C.ſi pign.pigno.dat.L.I.C.ſi aduerſ.vendit.pign.L.I.C.ad L.Cornel. de falſ.L.I & II.C.ſi vt omiſſ.heredit.L.VI.C.de quæſtionib.L.II.C.ſi omiſſa ſit cau.teſtamen.L.IIII.C.ad Trebellian. OLIM,vel, ANTIQVITVS PLACVIT, L.I.C. de partu pignor.L.I.C.de vſur.pupillarib.L.II.C.de inutilib.ſtipulat.MERITO,vel,NON IMMERITO PLACVIT,L.XX.C.ad L.Iul.de adulter.L.III.C.de donationib. RECTE,&,RECTA RATIONE PLACVIT, L.XX.C.de tranſactionib.L.III.C.de legat.ET SENTENTIIS PRVDENTIVM VIRORVM, ET CONSTITVTIONIBVS PLACET,L.VI.C.de teſtamen.milit.Et abſolutè, PLACVIT.L.III.& IIII.C. ad L.Falcid L.II.& vlt.C.ſi tutor vel curat.L.XVII.C.de legat.L.VI.C.de his quib.vt indign.L.IIII.& XVI.C.de collationib.L.IX.C.de heredib.inſtit. MAGIS PLACVIT,L. II.C.de his qui num.liber. ET TAM MIHI QVAM DIVO SEVERO PATRI MEO PLACVIT,ait Alexander L.I.C.de periculo tut.Vnde occaſionem nactus admonebo, Imperatores pleroſque, cùm deceſſorum ſuorum mentionem faciunt, eos PARENTES appellare. Idem Alexander in L.II.C.ſi penden. appellat. PARENTIBVS,ait, MEIS PLACVIT.Et in L.VI.C.ad L.Iul.de adulter. DIVI PARENTES MEI *quæſtionem de mancipiis eodem modo haberi permiſerunt*.Et in L.VI.C.de teſtamen.mil. *Conſtitutionibus* DIVORVM PARENTVM MEORVM *placet*. Similiter in L.VI.C.de ſeruo pigno.da.manum. *Ex conſtitutione* DIVORVM PARENTVM MEORVM *obligati ſunt*.Et L.I.C.in quib.cauſ.in integ.reſtit. *Innumeris* DIVORVM PARENTVM MEORVM,*ac meis reſcriptis continetur*.Item L.I.C.de reis poſtulat. A DIVIS PARENTIBVS NOSTRIS *ſæpe reſcriptum eſt*.Et L.II.C.ad L.Cornel.de falſ. *Satis apertè* DIVORVM PARENTVM MEORVM *reſcriptis declaratum eſt*.Idem Alexand. Antoninum PATREM paſſim appellat:vt in L.vlt.C.de eden. *Et quæ à* DIVO ANTONINO PATRE MEO, *& quæ à me reſcripta ſunt*. Et in L.VI.C.vt in poſſeſſ.legator. *Secundum* ANTONINI DIVI PATRIS MEI *conſtitutionem*.Et in L.IIII.C.de re milit. *Diuus Marcus , & Antoninus* PATER MEVS *conſtituit*. Atque vt Antoninum PATREM,ita Seuerum AVVM vocat,in L.v.C.ad L.Falcid. Quinetiam Seuerus & Antoninus in L.I.C.qui non poſſ.ad libert.peruen. *Cùm* DIVVS,aiunt, CLAVDIVS PATER MEVS *conſtituerit*.Et in L.II.C.de impuber. *Et ratio ſuadet,& Diuus Marcus* PATER *conſtituit*. Diocletianus & Maximianus in L.vlt.C.ſi aduerſ.fiſc.*Edicto quidem Diui Marci* PARENTIS NOSTRI.Et L.I.C.ne liceat potentior. *Diuinè admodum conſtituit Diuus Claudius* CONSVLTISSIMVS PRINCEPS PARENS NOSTER.Et in L.v.C.de Magiſtratib.cõuenien. *Ex Senatuſconſulto, quod auctore Diuo Traiano* PARENTE NOSTRO *factum eſt*.Iidem in l.IIII.C.ad Trebellia.*Cùm Diuo Antonino* PARENTI NOSTRO *&c.iamdudum placuerit*. Et in L.v.C.de his qui num.liber. DIVI PARENTES NOSTRI CONSTITVERVNT. Et in L.XI.C.de accuſationib. *Statutis* PRINCIPVM PARENTVM NOSTRORVM,*iuriſque forma præſcriptum eſt*. Conſtantinus in L.I.C.de omni agro deſer. *Cùm Diuus Aurelianus* PARENS NOSTER.

Valentinianus quoque & Valens Conſtantinum DIVINVM PARENTEM SVVM, in L.xvii. de Prætorib. in C.Theod. & deceſſores ſuos DIVOS PARENTES vocant, L.iiii. de reparat. appell. eod. Cod.

Plerumque autem vbi Imperatorum propria nomina non ponuntur, eos duntaxat DIVOS PRINCIPES appellant: vt in L.xvi. C. ad L.Iul. de adulter. Impp. Valerian. & Galien. *Diuerſum enim* DIVI PRINCIPES *ſæpè ſanxerunt.* Et l.i. C. de donationib. quæ ſub mo. *Vindicationem quoque* DIVI PRINCIPES *in hoc caſu dandam eſſe ſanxerunt.* Diocletianus & Maximian. in L.vii. C. quando prouoc. non eſt nec. *Iampridem à* DIVIS PRINCIPIBVS *infirmas eſſe decretum eſt.* Iidem in L.iii. C. de donationib. quæ ſub modo. *Sed cùm poſtea benignæ iuris interpretatione* DIVI PRINCIPES *admiſerint.* Gordian. in l.i. C. ſi pignus pigno. dat. ſit, DIVORVM PRINCIPVM *placitis continetur.* Ipſe etiam Alexand. in l.i. C. de debitorib. ciuit. *Tam meis*, ait, *quàm* DIVORVM PRINCIPVM *conſtitutionibus declaratur.* Et in L.iii. C. de his qui ſibi adſcrib. *Ampliſſimus ordo, vel* DIVI PRINCIPES, *veniam rarò dederunt.* At Gordianus in L.vi. C. de teſtamẽtar. manumiſſio. Diuum Marcum non alia quàm CONSVLTISSIMI PRINCIPIS appellatione laudat. Iuſtinianus verò elogium ei, PRVDENTISSIMI PRINCIPIS, ET SACRATISSIMI ET PHILOSOPHIÆ PLENI, tribuit in L.xi. C. de his quib. vt indig. vt Traiano, & OPTIMI cognomen, Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſt.

Equidem (fatendum eſt enim) indignor, quoties Iulianum ab Arcadio & Honorio DIVÆ MEMORIÆ appellari, lego in L.xvii. de Prætorib. in C.Theod. Nam Conſtantinum, DIVINÆ MEMORIÆ virum nominari, in L.xviii. eod. tit. aliis item nominibus commendari à Zenone, in L.v. C. de naturalib. liber. æquis animis accipimus. Theodoſium etiam & Valentinianum, DIVÆ MEMORIÆ vocari ab Anaſtaſio, L.ix. C. de repud. propitiis auribus audimus. Illos quoque Iuliani encomiaſtas DIVÆ MEMORIÆ nuncupari à Iuſtiniano, in L.xix. C. de collationib. necnõ Leonem INCLITÆ RECORDATIONIS appellari à Zenone, in L.ii. C. de quadrienn. præſcript. & à Iuſtiniano in L.vlt. C. de ſecund. nupt. & DIVÆ MEMORIÆ ab eodem Iuſtiniano, in L.x. C. de pact. conuent. Zenonem ſimiliter, DIVÆ MEMORIÆ à Iuſtiniano appellari, in L.vlt. C. de quadrien. præſcript. & §. qui igitur. Inſtit. de Actionib. Anaſtaſium deniq; DIVINÆ RECORDATIONIS, à Iuſtino in L.vii. C. de naturalib. liber. vt & DIVINÆ MEMORIÆ principem, à Iuſtiniano in L.vlt. C. mandati, dici, non grauatè patimur. At impium illum deſertorem, cui alioquin, ſi in fide quã Deo dederat, manſiſſet, ſumma omnia tribueremus, eodem verborum honore affici ferẽdum non eſt.

Verùm vt inſtitutum curſum teneamus, nonnunquam Impp. reſcribunt, MERITO, vel, IVRE RESPONSVM, vt in L.i. C. de his quæ vi metúsve cau. L.v. C. ad exhiben. L.i. C. de vacat. publ. mun. L.xiii. C. de euictionib. AVCTORITATE IVRIS SÆPISSIME RESPONSVM, L.vi. C. de pact. conuent.. Aliâs legimus, PRVDENTIBVS, ſeu IVRIS AVCTORIBVS PLACVIT, L.v. C. quando dies leg. ced. L.i. C. de verb. ſignific. L.ix. C. de fideicommiſſ. libert. & IVRIS AVCTORES RESPONDERVNT, L.i. C. quib. ad libert. procl. IVRIS AVCTORES PROBANT. L.xii. Cod. de quæſtionib. VETVS PLACITVM, ſeu IVS, EST L.x. C. de fideicomm. libert. L.vi. C. de accuſationib. IVRIS PLACITIS COMPREHENSVM EST, L.xii. C. ad L. Falcid. IVRIS AVCTORITATE MONSTRATVR, vel, DECLARATVR, L.xxiiii. C. de euictionib. L.vii. C. qui potior. in pign. L.v. C. de exceptionib. L.xii. C. de fideic. libert. IVRIS AVCTORITATE DEFINITVM EST, L.ii. C. de verb. ſignific. IVXTA IVS CIVILE POSSVNT, L.i. C. de adoptionib. IVRE NOSTRO EST POTESTAS, L.v. C. de fideiuſſorib. & contrà, NVLLI PRVDENTIVM PLACVIT, L.iii. C. in quib. cauſ. pign.

Interdum ſic reſcribitur, RECEPTVM EST, L.ii. C. de negot. geſt. L.i. quib. ex cauſ. maior. L.xii. C. de fideiuſſorib. PALAM EST, L.vi. C. de vſucap. pro empt. L.viii. C. de præd. minor. L.i. C. vnde lib. L.xiiii. C. de donation. CONSTAT, L.ix. C. qui potior. L.xi. C. qui potior. L.vi. C. de exceptionib. L.xiiii. C. de quæſtionib. L.ii. C. de inutilib.

tilib.ſtipul.L.xviii.C.de procuratorib.L.vlt.C.ſi aduerſ.rem iudic. L.vii. C. de impuber.& L.xxxix.C.de liber.cau.L.vi.C.de ſentent.& interlocut.L.ix.C. de decurionib. & CONSTITIT.L.ii.C.de pœn.iud. PROCVLDVBIO EST,L.xxi.C.de negor.geſt. L.xi.C.de decurionib. NON AMBIGITVR,L.vlt.C.de inutilib.ſtipul.L.vii.Cod.de patr.poteſt.L.iiii.C.de tranſactionib.L.i.C.de ſer.pign.da.L.v.C.commination. L.v. C.de donationib.L.vii.& ix.C.de adminiſtr.tutor.L.iii.C.vi bonor.rapt.L.ix. C. de iniur.L.xii.C.de iur.deliber.L.xiii.C.de fideicommiſſ.libert. L. xv. C. de quæſtionib. L.xii.C.de poſtum.L.viii.C.de munerib.patrimon.lib.x.L.xxv. de fideicommiſſ.L. v.C.de conditionib.inſert. NEC AMBIGI OPORTET,L.vi.C.de donationib. AMBIGERE NON DEBETIS,L.i.C.in quib.cauſ.tutor.L.ii.C. de pact. cõuent. NEMO AMBIGIT, L.x.C.de adquiten.vel retinen.poſſeſſ. NON DVBITATVR,L.i.C.de liber.præter. DVBITARI NON OPORTET,L.ii.C.de impuber. NVLLA DVBITATIO EST,L.xxii.C.de fideicommiſſ.L.i.C.ad S.C.Tertyllian.L.iii.C.qui admitti. CONSENTANEVM IVRI FVIT,L.viii.C.quomo.& quan.iud. CONSEQVENS EST,L.v.C.de ſentent.& interlocution.L.iiii.C.de teſtam.milit.L.vii.C.de teſtamẽtis. MORIS EST,L.ii.C.de iure Reipub. EX ORDINE POSTVLARI SOLET,L. x.C.de fideiuſſorib. AD IVDICIS OFFICIVM PERTINERE SOLET, L.i.C. de eden. NOVVM NON EST,L.v.C.de eden.L.ii.C.de appellationib.

Aliquoties etiam, vbi nulla dubitandi occaſio eſt, reſcribunt, FRVSTRA TIMES,& FRVSTRA VERERIS,L.i.& L.xvii.C.de adminiſtrat.tutor.L.iii.C.de nouationib. L.ii.C.de pœnis.L.xv.C.de adminiſtrat.tutor.L.x.C.de ſentent.paſſ.L.i.C. de iure deliber.L.vii.C.de re milit.lib.xii.L.viii.C.de probationib. Et VERERI, ſeu TIMERE NON DEBES,L.iii.C.de fide inſtrum.lib.x.L.ii.C.de confir.tuto.L.iii. C. de iniur. L.iiii.C.ad Trebellian.L.ii.C.de iure dot.L.xix.C.de euictionib. VERERI TE NON OPORTET,L.ii. C.de reuocan.donat. NVLLA RATIONE VERERIS,L.i.C.de venden.reb.ciuit. SVPERVACVAM GERIS SOLLICITVDINEM, L.xv.& xviii. C. de donat.quæ ſub mo. NVLLAM IVSTAM GERERE SOLLICITVDINEM POTES, L.vi. C. de codicill.L.iiii.C.ad Trebellian.L.ii.C.ad L.Iul.maieſt. MINVS INSTRVCTVS EST QVI TE SOLLICITVM REDDIDIT,L.ii. C.de adquit. poſſeſſ. NIHIL EST QVOD DEBEAS PERTIMESCERE, L.ii. C.de poſtlim. reuer.

Interdum Impp.ſupplicantes inſtruunt his verbis, SCIRE DEBES, L.i.C.de priuileg.dot.L.i.C.ad L.Falcid.L.vii.C.vt in poſſeſſ.legator.L.iiii.C.de teſtam.mil. IGNORARE NON DEBES,L.i.C.de verbor.ſignificar. SCIRE DEBVISTI, vel, DEBVERAS,L. vi. C.de contrah.ſtipulat.L.v.C.commun.de ſucceſſionib.L.xix.C.de fideiuſſorib.L.i.C.qui numero tutelar.

Alibi, SCIS TE PRÆSTARE DEBERE, L.i.C.de oper.libert.& SCIAS,L.i. C. de iu.domin.imper.& L.xvi.C.ad L.Iul.de adulter.L.iii.D.de aliment.leg. INTELLIGERE DEBES,L.ii.C.de luitio.pignor.L.xii.C.de donat.int.vir. INTELLIGERE VOBIS LICET,L.xi.C.de liber.cau. INTELLIGIS,L.ii.C.ſi aliena res pign. L.i.C.ſi aduerſ.libert.L.iiii.C.qui potior.in pign.L.ii.C.de his qui in prior.credit. L.i. C.ſi commun.res pign.L.iii.C.de contrahen.ſtipulat.L.iii.C.de fideiuſſorib. L. v. C. de Caſtren.pecul.lib.xii.L.ii.C.vnde legit.L.iii.& ix.Cod. de excuſationib. tutor.L. xviii.C.de euictionib.L.iii.C.de adoptionib.L.i.& x.C.de donationib.L.vi.C. ad L. Fab.de Plagiar.L.vii.C.de munerib.patrimon. L.vlt.C.de his qui non impletis, L. vi. C.de his quæ vi. L.iiii.C.de dolo,L.iiii.C.ſi aduerſ.rem iudic.L.i.C.ſi aduerſ.credit.L. i.C.de alienat.iudic.mut.cau.L.i.C.de iuriſdict.omn.iud.L.v.C.de pact. conuent. L. xvii.C.de donationib. int.vir.L.iiii.C.ne de ſtatu defunctor.L.i.C.de longi temp.præſcript.L.i.C.de his qui per met.L.iii.C.ſi reus vel accuſ. PERSPICITIS, L.vlt. C.de adminiſtr.tutor. NON IGNORAS, & NON IGNORABIS,L.i.C.de dote cauta, & L.iii.C.de ſeruitutib.

Nonnunquam etiam Impp.monent his verbis, IPSE DISPICE, L.i.C. de eden. CONSVLTIVS FECERITIS,L.i.C.in quib.cauſ.tut.L.i.C.de dolo. FRATER VESTER RECTIVS FECERIT,L.i.C.ad L.Cornel. de ſicar. SECVRITATI TVÆ

CONSVLES,L.I.C.de crimine ſtellion.CVRATE CAVTIVS NEGOTIARI,L.II.C. de furt. PRIVS EST VT,L.I.C.de his qui accuſ.nō poſſ.CONORVENTIVS VIDETVR,L.IIII.C.de patr.poteſt. IPSI DELIBERARE DEBENT,L.V.C.de his qui accuſ.nō poſſ.TECVM DELIBERARE DEBVERAS, L.XIX.C.ad L.Cornel.de falſ. BLANDIRI TIBI NON DEBES,L.XVII.C.de donationib. BLANDITVS TIBI EST, QVI NON TENERI TE PERSVASIT,L.XII. C. de fideiuſſorib. NIMIA CREDVLITATE CIRCVMVENTA ES,L.XI.C.de obligat.& act. MEMINISSE DOMINVM OPORTET,L.I,C.de bon.proſcript.& DVM MEMINERIS,L.II.C. de his quib.vt indign.

Iam de his quæ improbant,hæc obſeruanda ſunt: ALIENAM SECTÆ MEÆ SOLLICITVDINEM CONCEPISTI, L.II.C.ad L.Iul.maieſt. SECTÆ MEORVM TEMPORVM ALIENVM,L.II.C.de delatorib.lib.x. SECTA MEA NON PATITVR,L.V.C.ad L.Cornel. de falſ. TEMPORVM MEORVM DISCIPLINA NON PATITVR,L.II.C.ne fiſcus vel Reſpub.ABHORRET A SECVLO NOSTRO, L. II. C. eod. tit. LONGE A SECVLI NOSTRI BEATITVDINE ESSE CREDIDIMVS, L. XVII. C. de his qui accuſ.non poſſ. CONTRA SECVLI NOSTRI TRANQVILLITATEM IMPLORARI NON DECET,L.vlt.C.ne fiſc.vel Reſp.CASTITATI MEORVM TEMPORVM CONVENIT,L.IX.C.ad L.Iul.de adulter.INIVSTVM ET NOSTRIS ALIENVM TEMPORIBVS, L. vlt. C. de ſepulch. viol. & MORIBVS TEMPORVM MEORVM CONGRVENTEM SENTENTIAM,L.III. C.de nuptiis.Qua in ſpecie nefas eſſet præterire caput ex reſcripto Traiani ad Didium Secundum, cuius Pomponius mihi teſtis eſt, L.I.D.de interdict.& releg. Eius verba ſic habent, SCIO RELEGATORVM BONA, AVARITIA SVPERIORVM TEMPORVM FISCO VINDICATA: SED ALIVD CLEMENTIÆ MEÆ CONVENIT: QVI INTER CETERA, QVIBVS INNOCENTIAM RATIONVM MEORVM TEMPORVM, HOC QVOQVE REMISI EXEMPLVM. Idem Traianus Plinio Bithiniæ Proconſuli in hæc verba,quæ habentur lib.[illegible] Epiſt.Plinij,reſcripſit. SINE AVCTORE VERO PROPOSITI LIBELLI, NVLLVM OMNINO LOCVM HABERE DEBENT. NAM ET PESSIMI EXEMPLI, NEC NOSTRI SECVLI EST. Plin.etiã Epiſt.III.lib.x.ad eundem Imp. CONVENIENTISSIMVM, ait, ESSE TRANQVILITATI SECVLI TVI PVTAVI. Diocletian. quoque & Maximian. in Edicto contra Manichæos.VT IGITVR, aiunt, STIRPITVS AMPVTARI HÆC NEQVITIA DE BEATISSIMO NOSTRO SECVLO POSSIT. Symmachus Epiſt.XXXI.lib.x.ad Theodoſ. *Hoc* SECVLO VESTRO,*hoc virtutibus diuinis dignum eſt: vt ſecuritatem populi Ro.inter præcipua & prima curetis.* Eiuſdem generis ſunt hæc, MORIS NON EST NOSTRI, L.IIII.C.de emancipat. GRAVISSIMVM VERECVNDIA MEA DVXIT, L.I.C.ne fiſcus rem. NON PLACET, L.II.C.de reb.cred. L. vlt.C.ſent.reſc.non poſſe. NON EST ÆQVVM,L.IIII.C.de inoffic.teſt. INIQVVM EST,L.VII.C.de remiſſio.pignor.L.XVIII.C.de his qui accuſ. non poſſ. L. I. C. de fide inſtrumen. NON MODO ABSVRDVM, SED ET INIQVVM EST, L.IX.C.de procurat. NON LICET,L.XV.C.de pœnis,L.X.C.ad L. Iul.de adulter.L.XVIII. C.de tranſactionib. L.I. D.an per al.cau.app. EXEMPLI RATIO MINIME SINIT,L.VIII.C. de ſolution. INIQVI EXEMPLI EST,L.XLVII.D.de iudic. vel, PESSIMI EXEMPLI, vt Traianus ad Plin.lib.x.Epiſt. FAS NON EST,L.XII.C.de appellationib. L.I.Cod.de reuocand.donationib. NIMIS GRAVE EST,L.VI.C.de teſtib.L.I.ad exhib.in Tit. ex corpore Codicis Hermogen. DVRVM EST in reſcripto Traiani apud Plin.Epiſt.LXXII.lib.x.

Denegant porrò actionem,his verbis: ACTIO NON COMPETIT,L.XI.C.de fideiuſſorib. NVLLA REPETITIO EST,L.XV.C.de negot.geſt. NVLLA ACTIO SVPEREST,L.V.C.de ſolutionib. ACTIONEM INSTITVERE,vel,PERSEQVI NON POTES,L.I.C de obſeq. patto.L.XVI.C.ad L.Corn.de falſ. NVLLVM IVDICIVM TIBI COMPETIT,L.I.C.de contrar.iud.tut. NVLLAM VOS HABERE ACTIONEM MANIFESTVM EST,L.III.C.de inutilib.ſtipul.

Exceptioni verò locum eſſe reſcribebant in hæc verba, EXCEPTIONE VTI POTES,vel,POTERIS,L.XV.C.de fideiuſſorib. L.vlt.C.ne fiſc.vel Reſpub.L.III.C.de recept.

cept.arbitr. EXCEPTIONE TVERI TE POTES.L.I.C.de exceptionib. L.I.C.de re iudic. DEFENSIONIBVS VTI POTERITIS,L.XXVIII.C.de euictionib. VTERIS DEFENSIONIBVS COMPETENTIBVS,L.I. C.de acceptilationib. EXCEPTIONE RECTE SVMMOVEBIS,L.XI.C.de euictionib. PER DOLI EXCEPTIONEM SVMMOVERI EXCEPTIO DEBET,L.VII.C.de inutilib.ſtipulat. ADVERSVS EXPERIENTEM EXCEPTIONE PROPOSITA DEFENDI POTEST,L.IX.C.de contrah.ſtipul. IVSTA DEFENSIONE TE TVERI POTES,L.IIII.C.de his qui in prior.cred. PRÆSCRIPTIONIBVS TEMPORIS CAVSAM TVAM MAGIS DEFENDE,L.I.de fide inſtr.in Tit. ex corpore Cod. Hermog. ISTIVS LEGE RESCRIPTI EXCIPE ADVERSARIVM APVD IVDICEM COMPETENTEM,L.II.de calumniatorib.in Tit.eiuſd.Cod. Huc pertinẽt hæc, DEFENDE CAVSAM TVAM,L.I.C.de fide inſtr. SOLVTIONE MAGIS QVAM TRANSACTIONE TVVM DEFENDE NEGOTIVM,L.III.de pact.in Tit.eiuſdem Codicis.

Tacitis autem obiectionibus ita occurrunt Impp. NEC OBEST,NEC TIBI OBERIT, NEC OBESSE TIBI DEBET, vel POTEST,L.V.C.de pignorib. L.IIII.C.quando dies leg.ced.L.I.C.de pact.conuent.L.VIII.C.de negot.geſt.L.I.C.de his quæ ſub modo,L.X.C.de pact.L.I.& II.C.de fide inſtrum. Aliâs, NEC AD REM FACIT,L.IIII.C.arbit.tut. NIHIL NOCERE POTEST,L.IX.C.de ſolution. Familiaria ſunt & illis hæc, MVLTVM INTEREST,L.III.C.ſi penden.appell.L.I.C.de bon.libert.L.VI.C.ſi quis alt.vel ſibi,L.II.C.de comm.rer.alienat. L.I.C.de don.an.nupt.L.II.C.de calũniator.

Accuſandi porrò facultatem ſupplicãtibus faciebãt Impp.his verbis: ACCVSATIONEM INSTITVERE POTES, vel, DEBES, aut, MINIME PROHIBERIS,L.XVIII.C.ad L.Corn.de falſ.L.XV.C.de his qui accuſ.nõ poſſ.L.III.C.ſi reus vel accuſat.L.IIII.C.ad L.Iul.de vi publ. ACCVSARE SOLLEMNITER POTERIS,L.XV.C.ad L.Iul.de adulter. SOLLEMNI MORE ACCVSATIONEM APVD PRÆSIDEM PROVINCIÆ INSTITVERE NON PROHIBERIS,L.III.C.ad L.Iul.de vi. NON IMPEDIERIS ACCVSATIONEM IMPLETIS SOLLEMNIBVS INSTITVERE,L.III.C.ad L.Corn.de falſ. ACCVSATIONEM APVD PRÆSIDEM PROVINCIÆ CONSTITVERE POTES,L.XIIII.C.de his qui accuſ. APVD COMPETENTEM IVDICEM ACCVSARE POTERIS,L.III.C.de nupt. CRIMEN, vel, VINDICTAM PERSEQVI POTES,L.II.C.ad L.Fab.de plagiar.L.III.& IIII.C.de iniur. & MORE SOLITO PERSEQVI DEBES,L.XIIII.C.ad L.Iul.de adulter. ADITO PRÆSIDE PROVINCIÆ REVM POSTVLARE DEBES,L.V.C.ad L.Fab.de plagiat. APVD RECTOREM PROVINCIÆ INSTITVTA ACCVSATIONE PROBA,L.X.C.ad L.Cornel.de falſ. SOLLEMNIBVS TE INSCRIPTIONIBVS ADSTRINGE,L.X.C.de his qui accuſ.nõ poſſ. ACCVSATIONEM NON PROHIBERIS EXERCERE IN IVDICIO PRÆSIDALI,L.XVIII.C.de his qui accuſ.non poſſ. SI ACCVSATIONEM INSTITVERIS, TIBI RECTOR PROVINCIÆ AVDIENTIAM PRÆBERE NON DVBITABIT,L.XII.C.ad L.Fab.de plagiar.

Aditum verò ad Reſtitutionis in integrum beneficium dabant hoc modo: POTES, vel, NON PROHIBERIS IN INTEGRVM RESTITVTIONIS AVXILIVM IMPLORARE,L.II.C.ſi aduerſ.credit.L.III.C.de in integr.reſtit.L.vlt.C.de filiofam.mino. IN INTEGRVM RESTITVTIONEM POSTVLARE APVD EVM,CVI DE EA RE IVRISDICTIO EST,POTES,L.I.C.ſi minor ſe maior. PRÆSES PROVINCIÆ IN INTEGRVM RESTITVTIONIS DARE TIBI AVXILIVM DEBET,L.IIII.C.de in integ.reſtit. PRÆSES PROVINCIÆ CAVSA COGNITA PER IN INTEGRVM RESTITVTIONEM SVBVENIRI TIBI PROVIDEBIT,L.VII.C.de temporib.in integ.reſtit. AVXILIVM RESTITVTIONIS POSTVLARE POTES,L.I.C.eod.tit. IN INTEGRVM RESTITVTIONIS AVXILIVM ACCIPERE DEBETIS,L.I.C.ſi minor ſe ab hered. Ipſimet etiã Impp. in L.I.C.ſi ſæpius in integr. APPELLANDI IVS, aiunt, VOBIS RESTITVIMVS.

Adrogandi planè licentiam mulieri id deſideranti non minus ſcitè quàm benignè Impp.Diocletian.& Maximian.L.III.C.de adoptionib. ita indulgent: QVONIAM *in ſolatiũ amiſſorum tuorum filiorum cupis priuignum tuũ vicẽ legitimæ ſobolis obtinere*, ANNVIMVS VOTIS TVIS,SECVNDVM EA QVÆ ADNOTAVIMVS: ET EVM, PERINDE ATQVE EX TE PROGENITVM,AD VICEM NATVRALIS LEGITIMIQVE FILII HABERE PERMITTIMVS.

Nec immeritò certè familiarib.togati ordinis noſtri ſermonib.iuriſperiti illius,quo libel-

los agente tot egregia Diocletiani & Maximiani reſcripta emiſſa ſunt, nomen requiri & deſiderari animaduerti. Mirum enim eſt in tanta ſcriptorum copia, nullum tanti viri, cui noſtra artium regina Iuriſprudentia, plurimùm debet, non præconem modò, ſed ne nomenclatorem quidem, qui nomen poſteris ederet, inuentum. Sed interciderit licet nomen, non tamen tam muta erit, aut tam ingrata poſteritas, vt de eius laudibus cõticeſcat. Te, quiſquis es, iuris antiſtes ſanctiſſime, ſuſpicio, colo, veneror, & hæc ignotæ tuæ memoriæ iuſta facio, ne minimè cõclamatus iaceas. Reſcripta porrò quibus de agimus, non Latina tantùm, ſed & Græca lingua concipiebantur. Exempla Græcorum reſcriptorum aliquot in Pandectis habemus, veluti Diui Pij in L.I.§.I.D.de appellationib. Hadriani atq; Antonini Pij apud Iuſtin. martyr. Apolog.II.pro Chriſtianis, & in L.XXXVII. & XLVIII.D.de Iudic. Diuorum fratrum, & Eluij Pertinacis in L.V.§.demonſtratur, & §.licet.D.de iure immunit. Exemplum etiam Reſcripti Iulij Cæſaris Græcè conceptum extat apud Ioſeph.lib.XIIII. Antiq. Iudaic.cap.XVIII.

Sed vereor ne cui nimius & miſerè diligens in his Reſcriptorum formulis colligendis fuiſſe videar. Teſtatum tamen relinquam eas ferè omnes à me ex melioris notæ Reſcriptis elicitas ac deſcriptas eſſe: & hactenus in his potiſſimùm excutiendis laboraſſe me, quæ ad priuatorum deſideria reſcripſiſſe eos vel maximè Principes comperi, quibus in conſilio Iuris auctores fuiſſe hiſtoriarum monumentis proditum eſt. Reliquorum enim Reſcripta non æquè ad animum meum pertinẽt. Quamquam, vt publicus ingraueſcentis æquè ac florentis ætatis Imperij Ro. ſtylus à me lumen accipiat, de his quoque ſuo loco, mixtim etiam vbi occaſio dabitur, poſthac ſine detrectatione dicam. Interim ad alteram Reſcriptorum ſpeciem progrediamur.

Sciẽdum eſt igitur non ad Libellos modò & Deſideria, ſed & ad Cõſultationes, Relationéſque Conſulum, Prætorum, Proconſulum, Præſidum Prouinciarum, Legatorum Cæſaris, Rationalium, aliorúmque Iudicum, Imperatores reſcripſiſſe. Nam ſi Magiſtratus, prouinciarúmve Rectores de re aliqua dubitabant, ad principem referebant, cúmq; conſulebant, & is ad conſultationes eorum reſcribebat, L.I.D.de appellationib. L.XI.§.ex facto, D. de minorib. L.I.D.de inſpicien.vent. L.XXXII.§.cùm quidam, D.de recept. qui arbitr.§.ſed & maior. Inſtit.de his qui ſunt ſui vel al.iur. Idque ex Plin.lib.X.Epiſt.ad Traia.cognoſcitur. Nam illius libri Epiſtolæ propè omnes in hoc conſultationũ genere verſantur. Nec tamen omnibus conſulendi Principis ius erat. Sic enim Vlpian.in L.VI.§.legatos, D.de offic.Proconſ. *Legatos non oportet* PRINCIPEM CONSVLERE, *ſed Proconſulem ſuum: & is ad conſultationes Legatorum debebit reſpondere.*

Sed nec de omnibus quæſtionib⁹ cõſuli ſe Principes patiebãtur, vt apparet ex Reſcripto Hadriani in L.VI.D.ad L.Fab.de plagiat. Qua de re extat in L.I.de Relationib. in C. Theod. Conſtantini conſtitutio ad Plotianum Lucaniæ Correctorẽ, in hæc verba: *Super paucis, quæ iuridica ſententia decidi non poſſunt, noſtram debes conſulere maieſtatem, ne occupationes noſtras interrumpas: cùm litigatoribus legitimum remaneat arbitrium à ſententia prouocandi.* Idem in L.II. de operibus publicis, in eodem Cod. *De rebus autem præcipuis, maximiſque, non de quibuſcumque viliſſimis, noſtrum debent interpellare conſilium.* Proinde Plinius Bithyniam Proconſulari imperio obtinens, Traianum, prius veniam præfatus, ita conſulit: *Salua magnitudine tua,* DOMINE, *deſcendas, oportet ad meas curas: cùm ius mihi dederis* REFERENDI AD TE, *de quibus dubito.* Et alia Epiſtola idem Plinius Traiano: *Summas,* ait, DOMINE, *gratias ago, quod inter maximas occupationes, iis* DE QVIBVS TE CONSVLVI, *me quoque regere* DIGNATVS ES. Et aliâs: *Sollemne eſt mihi,* DOMINE, *omnia de quibus dubito* AD TE REFERRE.

Ex diuerſo quædã erãt de quibus Principẽ cõſulere prouinciarũ moderatores neceſſe habebãt. Modeſtin.in L.VI. D.de operib.pub. *De operib. quæ in muris, vel portis, vel reb. publicis fiũt, aut ſi muri extruãtur, D. Marcus reſcripſit,* PRÆSIDEM ADITVM, CONSVLERE PRINCIPEM DEFERE. Mandatam etiam legato iuriſdictionem Proconſulem adimere inconſulto principe non debere ait Vlpianus in L.VI.§.I.D.de offic.Procons. Præſides quoque prouinciarum quoties aliquem in inſulam deportandum putabant, adnotabant ſcribendum Principi, vt in inſulam deportaretur: ſic deinde principi ſcribebant, miſſa plena opinione, vt princeps æſtimaret an ſequẽda eſſet eorum ſententia, vt ex L. VI §.

vi. §.1.D.de interdict.& releg.L.1. §. Hi quibus.D.de legat.iii.& L.vi.§.Eius qui.D.de iniuſto rup. L.1.D.quando appelland.ſit,liquet.Quinetiam vbi reum in inſulam relegandum videri pronuntiabant,ſi inſulam ſub ſe, id eſt, ad eius prouinciæ quam adminiſtrabant formam pertinentem,non haberent, Imperatori ſcribebant, vt ipſe inſulam adſignaret, L.vii. D.de interdictis & releg.Prætereà Decuriones & Principales ciuitatum punire ſibi Præſes permittere non debebat; ſed recipere eos in carcerem,& Principi ſcribere de pœna eorum,L.1.D.quan.appellan.ſit, L.vi. §. Eius qui, D. de iniuſto rup.L.xv.& L.xxvii.D.de pœnis.

Atque adeò Principes ipſi conſuli ſe iubebant.Et ita in Reſcripto Marci & Commodi, in L.xiiii.de offic. Præſid. CONSVLES NOS, VT ÆSTIMEMVS, &c.Et in L.1. C. vectigal.no. *Allega Præſidi prouinciæ: qui* RE DILIGENTER INSPECTA, *vtilitatem communem intuitus*, SCRIBET NOBIS QVÆ COMPERERIT: *& an habenda ſit ratio veſtri,& quatenus*, EXISTIMABIMVS. Idem confirmatur L.1.de ſuariis & L. 1. ſi nupt.ex reſcrip.pet.in C.Th.

Reſcripſiſſe autẽ Principes Cõſulibus,inueniet,cui curæ erit,in L.xxix.§.ſex mẽſiũ.D.ad L.Iul.de adult.L.1.§.ſi quis,D.de appellat.Prætoribus,in L. vii. D.de in integ. reſtitut. L.1.in prin. D.de inſpicien.vent. & L.1.§.ſi ea,D.de vent. in poſſ. mitt. Proconſulibus verò in L.ii.D.de his qui ſunt ſui vel al.iur.L.x.D.de offic.Procons.L.xxxi.D.de re iudic.L.1.§.1.D.de ſuſpect.tutorib.L.xiiii.D.ad Turpilian.L.xiiii. D. de quæſtionib. L. iii.§.1.D.de offic.eius cui mand.eſt iuriſd.L.iii.§.Idem Diuus,D.de teſtib.Præſidibus prouinciarum, L.ii.§.prius autem, D.de vulg.& pupill.L.vii.§.interdicere,D.de interdict.& releg.L ix.D.de captiu.& poſtlim.L.iii.§.Spurios, D.de decurionib. Legatis Cæſaris ſeu prouinciarum,in L.iii.D.de teſtib.L.xv.§.vlt.D.de excuſationib.L.xii.D. cuſtod.& exhib.reor. Conſultos etiam à Procuratoribus ſuis Imperatores reſcripſiſſe narrat Paulus in L.xlviii.D.de iure fiſ.

Sollemnia planè verba literarum quibus Principes conſulebantur, erant hæc, ROGO, DOMINE, RESCRIBAS. Plinius Epiſt.cxi.lib.x. *Quid habere iuris* VELIS, *& Bithynas & Ponticas ciuitates, in exigendis pecuniis,quæ illis, vel ex locationibus, vel ex venditionibus,aliiſve cauſis debeantur*, ROGO DOMINE, RESCRIBAS. Idem Epiſtol.xxix. eiuſdem lib. *Quid ergo debeam ſequi*, ROGO DOMINE, SCRIBAS. Et Epiſt.xxvii. *In futurum quid ſeruari* VELIS, ROGO, RESCRIBAS.Item Epiſt. cxix. *Quod an celebrandum ſit,& quatenus*, PVTES, ROGO, SCRIBAS. Item aliâs, TE DOMINE, ROGO, VT QVID SENTIAS RESCRIBENDO, *aut conſilium meum confirmare, aut errorem emendare* DIGNERIS. Et alibi: *An omnino obſeruari, & quandiu* VELIS, ROGO, SCRIBAS, *méque hæſitatione liberes.* Item alibi, TE ROGO, *vt mihi præcipere* DIGNERIS *quid me putes obſeruare debere.* Item; ROGO, DOMINE, CONSILIO ME REGAS, HÆSITANTEM, *vtrum &c.*

Sed huiuſmodi conſultationum inſigne exemplum extat in fragmentis Iureconſultorum à P. Pithœo editis. Illic enim Vlpianus Hadrianum à Taurino Egnatio Proconſule Bæticæ conſultum reſcripſiſſe refert. Deinde ait, *Verba conſultationis & reſcripti ita ſe habent*: EM. INTER CLODIVM, OPTIME IMPERATOR, ET EVARISTVM COGNOVIT, QVOD CLODIVS LVPI FILIVS IN CONVIVIO, DVM SAGO IACTATVR, CVLPA MARII EVARISTI ITA MALE ACCEPTVS FVERIT,VT POST DIEM QVINTVM MORERETVR. ADQVE APPAREBAT NVLLAM INIMICITIAM CVM EVARISTO FVISSET, NEC CVPIDITATIS CVLPAM COERCENDVM CREDIDIT, VT CETERI EIVSDEM ÆTATIS IVVENES EMENDARENTVR. IDEOQVE MARIO EVARISTO, VRBE, ITALIA, PROVINCIA BÆTICÆ IN QVINQVENNIVM INTERDIXIT: DECREVIT, ET IMPENDI CAVSA, DVO MILLIA PATRI EIVS PERSOLVERET EVARISTVS,QVOD MANIFESTA EIVS FVERAT PAVPERTAS VELLET. *Verba Reſcripti*: POENAM MARI EVARISTI RECTE, EGN. TAVRINE MODERATVS ES AD MODVM CVLPÆ. REFERT ENIM ET IN MAIORIBVS DELICTIS CONSVLTO ALIQVID ADMITTATVR, AN CA-

[illegible]

SV, &c. *Et ſanè in omnibus criminibus diſtinctio hæc pœnã aut iuſtã eligere debet, aut tẽperamẽtum admittere*, Hadrianíne ſint an Vlpiani, non immeritò dubitari poteſt: nec vt in hanc potiùs quàm in illam ſententiam inclinem, quidquam mouet, L.v.§.vlt.D. de pœn. in qua Triboniani manum adgnoſcere mihi videor. Eſt enim caput illud ex Vlpiani lib. VII. de offic. Proconſul. quo de ſicariis & veneficis tractabatur: vnde & locus ille Fragmentorum ſumptus eſt: quem Tribonianus in duas partes diduxit. Vnam propoſuit in L.IIII.§.I.D. ad L.Cornel. de ſicar. Alteram in d.L.v.§. vlt. Verùm quid hæ notæ E M. in capite illius Fragmentorum loci adſcriptæ ſignificent, nodus eſt vindice dignus. Soluat qui Sphingem habet. Quamquam, quoniam diuinare libet, ex Magnonis notis coniiciendi locus relinquitur, Epiſtolam Ignatij Taurini à Reſcripto Hadriani ita diſtingui, & has notas, Epiſtolam Miſſam, indicare.

Quin, & aliis quoque verborum formulis, Imperatores conſulebantur. Plinius enim ſuis ad Traianum literis nunc ait, CONSVLENDVM TE EXISTIMAVI QVID OBSERVARI VELLES. Nũc, TE DOMINE, *Maximum Pontificẽ*, CONSVLENDVM PVTAVI QVID ME OBSERVARE VELIS. Aliâs verò, *De his autem qui nõ geſſiſſent, ſic hæſitabam:* PER QVOD EFFECTVM EST, VT TE DOMINE, CONSVLEREM, QVID OBSERVARI VELLES. Et aliâs, *Negauit:* PER QVOD EFFECTVM EST, VT TE CONSVLEREM, *an reddendum eum ſuæ pœnæ, an grauius aliquid, & quid potiſſimum conſtituendum* PVTARES. Alibi eſt: TE DOMINE ROGO, *vt me in hoc præcipuè genere cognitionis*, REGERE DIGNERIS. Et alibi: *Ideóque dilata cognitione*, AD CONSVLENDVM TE, *decucurri. Viſa eſt enim mihi digna res* CONSVLTATIONE. Itẽ aliâs: *Quibus ex cauſis integram cognitionem differendam exiſtimaui*, VT TE, DOMINE, CONSVLEREM, QVID SEQVENDVM PVTARES. Et alio loco: *Nihil decernendum putaui*, *donec* TE CONSVLEREM DE EO *quod mihi conſtitutione tua dignum videbatur.* Et aliâs: *Hic quoque non mediocriter hæreo* &c. ROGO ERGO VT DVBITATIONEM MEAM REGERE, *id eſt, beneficia tua interpretari*, IPSE DIGNERIS. Alia Epiſt. *Neceſſarium exiſtimaui*, CONSVLERE TE, QVID SERVANDVM PVTARES. Item, *Supplicium diſtuli*, VT TE CONSVLEREM DE MODO POENÆ. Aliâs: DISPICE DOMINE AN NECESSARIVM PVTES. Et, DISPICE ERGO DOMINE, *numquid* PVTES. Extant etiam Relationum exempla apud Symmachum Epiſt. XXIX. XXXII. XXXV. XXXVIII. XXXIX. XL. XLI. XLIII. XLIIII. XLV. XLVI. LI. LII. LIII. LV. LVIII. & LXIII. lib. x. quæ ab ipſo fonte petenda arbitrio cuiuſque relinquo.

Huiuſmodi autem Conſultationibus, Acta, Inſtrumenta, Libelli partium, Decreta, Edicta, quæque alia ad cauſam pertinebant, ſubiici conſueuerant. Plinius lib. x. Epiſtola ad Traianum: *Decretum Calui & Edictum, Item decretum Baſſi his literis ſubieci.* Et alia Epiſt. *Ea quæ ſunt vtrinque recitata, his literis ſubieci.* Idem aliâs: *Exegi, vt quæ dicebant, quæque recitabant, libello complecterentur:* QVEM TIBI *qualem acceperam*, MISI, *quamuis intelligerem, pleraque ex illo, ad id de quo quæritur, non pertinere.* Idem, CAPITA LEGIS, TVM EDICTVM AVGVSTI LITERIS SVBIECI. Et alibi, CAPITA LEGIS HIS LITERIS SVBIECI. Et aliâs: *Flauius Archippus per ſalutem æternitatémque tuam petiit à me, vt libellum quem mihi dedit, mitterem tibi. Quod ego ſic roganti præſtandum putaui: ita tamen, vt miſſurum me notum accuſatrici eius facerem. A qua & ipſa acceptum* LIBELLVM HIS EPISTOLIS IVNXI: *quo facilius velut audita vtraque parte*, DISPICERES, QVID STATVENDVM PVTARES. Sed & cùm Imperatori ſcriberetur, exemplum literarum litigatoribus quandoque editum, oſtendit L.vlt.D. quando appellan. ſit.

Conſtantinus planè in L. I. & VIII. de appellationibus, in Cod. Theod. conſtituit, vt vbi Iudices ad principem referendum eſſe in negotio ciuili ducerent, Conſultationis exemplum litigatoribus intra x. dies continuos edi apud acta iuberent, vt ſi cui fortè relatio eorum vel minus plana vel contraria videretur, is Refutatorias Preces ſimiliter apud acta offerret intra dies quinque continuos, poſtquam illi conſultationis exemplum editum eſſet. Deinde vt Iudices omnia apud ſe vel aliis negotia geſta, conſultationi cum Refutatoriis litigantis adnecterent. Quinque verò diebus tranſactis,

tempus præſentandi reſcripta

nec

nec offerentem preces Refutatorias litigatorem audiri, ſed ſine his, quoniam intra ſtatutum tempus oblatæ non eſſent, geſta omnia ad principis ſcientiam referre. Eáque eſt Conſtantiana, & patria lex, cuius fit mentio in L.v. de relationib. & L. xxiiii. de appellationib. eodem Cod. Id quod ipſemet Conſtantinus confirmans L.v. de appellationib. eodem C. addit, vt intra viceſimum diem, quæcumque ad inſtructionem cauſæ pertinerent, ad comitatum principis properantiſſimè adferrentur. Idem Imp. in Relationibus, Acta vt geſta eſſent, Refutatoriosque libellos vti oblati erant, referri oportere ſanxit, L.xxiiii. eod. tit. Valētinianus verò & Valens. L.iii. de relationib. in C.Th. vetant referri, non edito prius conſultationis exemplo, vt vel allegationibus refellerentur, vel probarentur adſenſu. Addiderunt iidem cum Gratiano, L.iiii. eod. tit. vt omnem omnino cauſam relationis ſeries comprehenderet, actis etiam neceſſariò ſociandis. Iidem Impp. in L.v. eodem tit. conſtituerunt, omnia ad eam de qua referebatur cauſam pertinentia acta tranſmitti, vel inſtructiones neceſſarias plenè actis inſeri, vt ait L.ix. de appellationib. in C.Th. Secundū quæ Symmach. Epiſt. xxix. lib.x. *Vt geſta*, ait, LITERIS CONNEXA *monſtrabunt*. Et Epiſt.xxxvii. *Coniuncta paginæ* ALLEGATIONES PARTIVM ET SVPPLEMENTA *ſumpſerunt*. Idē Epiſt.xxxviii. *Fidem* LITERIS SOCIATA GESTA *præſtabunt*. Et Epiſt.xl. *Diuino arbitrio numinis veſtri*, SVBDITIS ALLEGATIONIBVS PARTIVM, *ſummam negotij reſeruaui*. Itē Epiſt.xli. GESTA ET SVPPLEMENTA PARTIS VTRIVSQVE SVBIECI. Epiſt.xliii. *Præſto ſunt* MONVMENTA GESTORVM: PARTIVM QVOQVE SVPPLEMENTA *non deſunt*. Epiſt.xliiii. *Fides* GESTIS RERVM COHÆRENTIBVS *explicatur*. Et Epiſt.xlv. *Cuius meritum perennitas veſtra lectis* GESTIS, AC REFVTATORIIS COHÆRENTIBVS, *æſtimabit*. Et Epiſt.xlvi. *Omnium* GESTORVM *fida* DOCVMENTA SVPPLEMENTIS PARTIVM, RELATIONI, EX MORE, SOCIATA SVNT. Et Epiſt.liii. *Præſto eſt* GESTORVM FIDES, *quæ perennitatem veſtram poßit inſtruere*. Et Epiſt.lviii. RELATIONI GESTA CONIVNXI. Et Epiſt. lxiii. RELATIONI GESTA SVBTEXVI, PARTIVM *quoque* SVPPLEMENTA SOCIAVI.

De huiuſmodi portò Reſcriptorum ſpecie, vix quidquam in vniuerſum, quod certam quaſi formam habeat, conſtitui poteſt. Vt tamen eorum conceptio cuiuis nota ſit, ſingularia aliquot huius generis Reſcriptorū exempla ſubiiciā. Ponam autem primo loco ea quæ ad mandatas cognitiones pertinent. Calliſtratus in L.xxxiii. D. de re iudic. Diuum Hadrianum ita reſcripſiſſe tradit: EXEMPLVM LIBELLI DATI MIHI A IVLIO TARENTINO MITTI TIBI IVSSLTu, SI TIBI PROBAVERIT, *conſpiratione aduerſariorum, & teſtibus pecunia corruptis, oppreſſum ſe*: ET REM SEVERB VINDICA, *& ſi qua à iudice tam malo exemplo circumſcripto iudicata ſunt*, IN INTEGRVM RESTITVE. Vlpian. in L.vi. D. ad L.Iul. de vi publ. Diuum Pium ita reſcripſiſſe refert: EXEMPLVM LIBBLLI DATI MIHI A DOMITIO SILVANO, NOMINE DOMITII SILVANI PATRVI, SVBIICI IVSSI, *motus querela eius, qua ſignificauit, filium ſuum ingenuum, iuuenem admodum, raptum, atque concluſum; mox verberibus ac tormentis vſque ad ſummum periculum adflictum*: GEMINE CARISSIME, VELIM AVDIAS EVM: ET SI COMPERERIS HÆC ITA ADMISSA, REM SEVERE EXEQVARIS. Idē Vlpian. in L.iii. D. de alimēt. leg. hoc reſcriptū citat: EXEMPLVM LIBELLI DATI MIHI A LIBERTIS SILII MISI VOBIS, SCIENS AD EXEMPLVM ISTAM REM PERTINERE: *quia multi teſtamentis ſuis præſtari liberis iubent neceſſaria, quæ quia minimi æris ſunt, ad nihilum perducuntur, cùm plures heredes cœperunt per ſucceßiones exiſtere*. QVA DE CAVSA PVTO VOS RECTE FACTVROS, *ſi conuocatis Familiæ heredibus,* *ex hæredibus pluribus unus eligitur* *procuratoribúſve eorum*, CONSTITVERITIS, *cui à ceteris dari debeat pecunia, ex cuius vſuris alimenta præſtentur*. Idem in L.ii. D. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt, Reſcriptum Diui Pij ad Ælium Marcianū Proconſulē Beticæ cōmemorat in hæc verba: *Dominorum quidem poteſtatem in ſuos ſeruos illibatā eſſe oportet, nec cuiquam hominum ius ſuum detrahi. Sed dominorū intereſt, ne auxilium cōtra ſæuitiā vel famē, vel intolerabilē iniuriā denegetur iis, qui iuſtè deprecātur*. IDEOQVE COGNOSCE DE QVERELIS EORVM, *qui ex familia Iulij Sabini ad*

ſtatuam confugerunt: & ſi vel durius habitos, quàm æquum eſt, vel infami iniuria affectos COGNOVERIS, VENIRI IVBE, *ita vt in poteſtate domini non reuertantur.* Idem in L.I.D. de inſpicien. vent. *Diui fratres Valerio Priſciano Prætori Vrbano in hæc verba reſcripſerunt:* NOVAM REM DESIDERARE RVTILIVS SEVERVS VIDETVR, *vt vxori quæ ab eo diuerterat, & ſe non eſſe prægnatem profiteatur, cuſtodem apponat. Et ideò* NEMO MIRABITVR, SI NOS QVOQVE NOVVM CONSILIVM ET REMEDIVM SVGGERAMVS. *Igitur, ſi perſtat in eadem poſtulatione*, COMMODISSIMVM EST, *eligi honeſtiſſimæ fœminæ domum, in qua Domitia veniat: & ibi tres obſtetrices probatæ & artis & fidei, quæ à te adſumptæ fuerint, eam inſpiciant. Et ſi quidem vel omnes vel duæ renuntiauerint*, PRÆGNATEM VIDERI: *tunc perſuadendum mulieri erit, vt perinde cuſtodem admittat, atque ſi ipſa hoc deſideraſſet. Quod ſi enixa non fuerit*, SCIAT MARITVS AD INVIDIAM EXISTIMATIONEMQVE SVAM PERTINERE: *vt non immeritò poſſit videri captaſſe hoc ad aliquam mulieris iniuriam. Si autem vel omnes, vel plures non eſſe grauidam renuntiauerint*, NVLLA CAVSA CVSTODIENDI ERIT. Idem in L.XXVII. D.de liber. cauſ. *Diui fratres Proculo & Munatio reſcripſerunt: Cùm Romulus, de cuius ſtatu quæritur, pupillaris ætatis ſit: an exigente Varia* Hedone *matre, & conſentiente Vario Hermete tutore, ad tempus pubertatis cauſa differenda ſit*, VESTRÆ GRAVITATIS EST, EX FIDE PERSONARVM, QVOD VTILE EST PVPILLO, CONSTITVERE. Diocletian. & Maximian. ad Rationalem, L.I.Cod.de bon. vacantib. SCIRE DEBET GRAVITAS TVA. Rectoribus certè prouinciarum GRAVITATIS elogium aptatum liquet ex L.XVIII. C. de pactis, & L.IIII. C.ſi aduerſus rem iudic. Modeſtinus in L.XV.§.vltim. D.de excuſationib. Hadrianum Legato Lygdonenſi ita reſcripſiſſe ait: *Si Clodius Macer quamuis filiusfam. ſit, idoneus tutor eſſe videbitur: pater autem eius idcirco cauere non vult, vt filium ſuum tutela eximat, & in hoc artificio perſeuerauerit*, EXISTIMO TE NVIC FRAVDI RECTE OCCVRSVRVM, &c. Vlpianus in L.I. §.ſi ea quæ. D.de ventre in poſſeſſ. mitt. *Diuus Hadrianus Proculo Prætori reſcripſit:* VT SVMMATIM DE RE COGNOSCERET, ET SI MANIFESTA CALVMNIA VIDEBITVR, EIVS *quæ ventris nomine in poſſeſſione mitti* DESIDERAT, NIHIL NOVI DECERNERET: *ſi dubitari de re poterit*, OPERAM DARET, *ne præiudicium fiat ei quod in vtero eſt.* Impp. Seuerus & Antoninus in L.I.Cod.de ſentent. & interloc. NON VIDETVR NOBIS *rationem habere ſententia deceſſoris tui, qui cùm cognouiſſet inter petitorem & procuratorem, non procuratorem, ſed ipſam dominam litis condemnauit, cuius perſona in iudicio non fuit.* POTES IGITVR, VT RE INTEGRA, DE CAVSA COGNOSCERE. Diocletian. in L.I. C. ne liceat potentiorib. INTER LITIGATORES AVDIENTIAM TVAM IMPERTIRI DEBEBIS. Paul. in L.XXXVII §.Imperator, D.de legat. II. IMPER. ALEXAND. A. CLAVDIO IVLIANO PRÆFECTO VRBI. SI LIQVET TIBI, IVLIANE CARISSIME, *auiã interuertẽdæ inofficioſi querelæ patrimoniũ ſuum donationibus in nepotem factis exinaniſſe:* RATIO DEPOSCIT, *id quod donatum eſt pro media parte reuocari.*

de pœnis temperandis

Vti verò ad conſultationem Præſidum de pœnis reorum reſcriberent, patet ex L. Pædius. § I.D. de incend. ruin. naufr. in qua Paulus Antoninum de his qui prædã ex naufragio diripuiſſent, ita reſcripſiſſe refert: QVOD *de naufragiis nauis & ratis* SCRIPSISTI MIHI, *eò pertinet* VT EXPLORES, *qua pœna adficiendos* EOS PVTEM, *qui diripuiſſe aliqua ex illis probantur.* ET FACILE, VT OPINOR, CONSTITVI POTEST. *Nam plurimùm intereſt peritura collegerint, an quæ ſeruari poſſint flagitioſè inuaſerint. Ideóque ſi grauior præda vi adpetita videbitur, liberos quidem fuſtibus cæſos in trienniũ* RELEGABIS: *aut ſi ſordidiores erũt, in opus publicum eiuſdem temporis* DABIS: *ſeruos flagellis cæſos in metallum* DAMNABIS. *Si non magnæ pecuniæ res fuerint, liberos fuſtibus, ſeruos flagellis cæſos* DIMITTERE POTERIS. *Et omnino, vt in cæteris, ita huiuſmodi cauſis, ex perſonarũ conditione & rerum qualitate, & diligenter ſunt* ÆSTIMANDÆ, *ne quid aut durius aut remiſſius conſtituatur*, QVAM CAVSA POSTVLABIT. Calliſtratus in L.II D.de termino moto. *Diuus Hadrianus in hæc verba reſcripſit: Quin peſſimum factum ſit eorũ qui terminos finiũ cauſa poſitos propulerunt*, DVBITARI NON POTEST. DE POENA TAMEN MODVS *ex cõdicione perſonæ & mẽte facientis magis* STATVI POTEST. *Nã ſi ſplendi-*

ſplẽdidiores perſonæ ſunt, quæ cõuincũtur: nõ dubiè occupandorũ alienorũ finiũ cauſa id admiſerunt. ET POSSVNT in tempus, vt cuiuſq; patiatur ætas, RELEGARI, id eſt ſi iuuenior, in longius, ſi ſenior, reciſius. Si verò alij negotium geſſerunt, & miniſterio functi ſunt: CASTIGARI, & ad opus biennio DARI: Quod ſi per ignorantiam, aut fortuito lapides furati ſunt, SVFFICIET EOS VERBERIBVS DECIDERE. In fragm. Pithœan. Tit. I. Hadriani reſcriptũ ex Vlp. lib. VII. de offic. procos. refertur in hæc verba. Et qui hominem occidit, abſolui ſolet, ſcilicet ſi non occidendi animo id admiſit: & qui non occidit, ſed voluit occidere, pro homicida damnatur. E RE ITAQVE CONSTITVENDVM EST; ex quo ferro percuſſit ipſa funditus. Nam ſi gladium inſtrinxit, aut telo percuſſit, QVID DVBIVM EST, quin occidendi animo percuſſerit? Sic lapide percuſſit, aut cucuma, aut cum fortè rixaretur, ferro percuſſit, ſed non occidendi mente. ERGO HOC EXQVISITE, & ſi voluntas occidendi fuit, vt homicidam ſeruum ſupplicio cum iure IVBETE AFFICI.

Vlpian. in L. I. D. de S.C. Silaniano Hadrianum ita reſcripſiſſe,. Serui quotiens dominis ſuis auxilium ferre poſſunt, non debent ſaluti eorum ſuam anteponere. Potuiſſe autem ancillam, quæ in eodem conclaui cum domina ſua fuerat, auxilium ei ferre, ſi non corpore ſuo, at certè voce plorantem, vt hi qui in domo fuerant, aut vicini audirent, hoc ipſum manifeſtum eſt, quod dixit percuſſorem ſibi mortem minatum, ſi proclamaſſet. VLTIMVM VTIQVE SVPPLICIVM PATI DEBET, vel hoc, ne ceteri ſerui credant, in periculo dominorum ſibi quemque conſulere debere. Idem in L. vlt. D. de offic. præfec. vigil. Impp. Seuerus & Antoninus Iunio Rufino Præfecto vigilum ita reſcripſerunt. INSVLARIOS, & eos qui negligenter ignes apud ſe habuerint, POTES FVSTIBVS, VEL FLAGELLIS CÆDI IVBERE: eos autem, qui dolo feciſſe incendium conuincentur, AD FABIVM CILONEM PRÆFECTVM VEL AMICVM NOSTRVM REMITTES. Calliſtrat. in L. III. §. item diuus D. de teſtib. Hadrianum Iunio Rufino Proconſuli Macedoniæ hæc reſcripſiſſe commemorat. Quod crimina obiecerit APVD ME Alexander Apro, & quia non probabat, nec teſtes producebat, ſed teſtimoniis vti volebat, QVIBVS APVD ME LOCVS NON EST, NAM IPSOS INTERROGARE SOLEO: QVEM REMISSI AD PROVINCIÆ PRÆSIDEM, VT IS DE FIDE TESTIVM QVÆRERET: & niſi impleſſet quod intẽderat, RELEGARETVR. Vlpian. in L. XIIII. D. de offic. præſid. Diuũ Marcũ & Cõmodũ Scapulæ Tertyllo ſic reſcripſiſſe tradit. SI TIBI LIQVIDO COMPERTVM EST, Aelium Priſcum in eo furore eſſe, vt continua mentis alienatione, omni intellectu careat: nec ſubeſt vlla ſuſpicio matrem ab eo ſimulatione dementiæ occiſam: POTES DE MODO POENÆ EIVS DISSIMVLARE, cum ſatis furore ipſo puniatur: & tamen diligentius cuſtodiendus erit, ac, SI PVTABIS, etiam vinculo coërcendus: quoniam tam ad pœnam, quam ad tutelam eius, & ſecuritatem proximorum pertinebit. Si verò, vt plerumque adſolet, interuallis quibuſdam ſenſu ſaniore, non fortè eo momento ſcelus admiſerit, nec morbo eius danda eſt venia, DILIGENTER EXPLORABIS: & ſi quid tale compereris, CONSVLES NOS, VT ÆSTIMEMVS an per immanitatem facinoris, ſi cùm poſſet videri ſentire, commiſerit: ſupplicio adficiendus ſit. CVM AVTEM EX LITERIS TVIS COGNOVERIMVS tali eum loco atque ordine eſſe, vt a ſuis vel etiam in propria villa cuſtodiatur: RECTE FACTVRVS NOBIS VIDERIS, ſi eos à quibus illo tempore obſeruatus eſſet, vocaueris, & CAVSSAM tantæ negligentiæ EXCVSSERIS, & in vnumquemque eorum prout tibi leuari vel onerari culpa eius videbitur CONSTITVERIS, &c. Calliſtratus in L. II. D. de Sc. Silan. Diuus Marcus Commodus Piſoni reſcripſit in hæc verba. CVM CONSTITERIT APVD TE, PISO CARISSIME, Iulium Donatum, poſteaquam conterritus aduentu latronũ profugerat villam ſuam, vulneratũ eſſe: mox teſtamento facto, purgaſſe officium ſeruorum ſuorũ: NEC PIETAS PRO SERVIS NEC SOLLICITVDO HEREDIS OBTINERE DEBET, VT AD POENAM VOCENTVR, quos abſoluit dominus ipſe. Extat & Diuorũ fratrum Epiſtola in L. I. §. vlt. D. de Quæſtionib. ad Voconium Saxam huiuſmodi. PRVDENTER, ET EGREGIA RATIONE HVMANITATIS, SAXA CARISSIME, Primitiuum ſeruum, qui homicidium in ſe confingere metu ad dominum reuertendi ſuſpectus eſſet, perſeuerantem falſa demonſtratione, DAMNASTI, QVÆSITVRVS de conſciis quos æque habere ſe commentitus fuerat, vt ad certiorem ipſius de ſe cõfeſſionem peruenires. NEC FRVSTRA FVIT TAM PRVDENS CONSILIVM TVVM: cum in tormentis conſtiterit, neque illos ei conſcios fuiſſe: & ipſum de ſe temere commentum. POTES ITAQVE DECRETI GRATIAM FACERE, & eum per officium diſtrahi IVBERE: conditio-

ne addita, ne vnquã in poteſtatẽ domini reuertatur, quem pretio recepto CERTVM HABEMVS *libẽter tali ſeruo cariturũ.* Ad Cõſultationes, Relationésve aliquot præterea Reſcripta cõmemorat Calliſtrat. in L. III. D. de teſtib. Illic enim Hadrianum Viuio Varro legato prouinciæ Ciliciæ in hæc verba reſcripſiſſe refert. TV MAGIS SCIRE POTES, *quanta fides habenda ſit teſtibus, qui, & cuius dignitatis, & cuius exiſtimationis ſint: & qui ſimpliciter viſi ſint dicere, vtrum vnum, eundémque meditatum ſermonem attulerint: an ad ea, quæ interrogaueras, ex tempore veriſimilia reſponderint.* Eundem Hadrianum ibidem ait, Valerio Vero reſcripſiſſe ſic, *Quæ argumenta ad quem modum probandæ cuique rei ſufficiant, nullo certo modo ſatis definiri poteſt: ſicut non ſemper, ita ſæpe ſine publicis monumentis cuiuſque rei veritas deprehenditur. Aliàs numerus teſtium, aliàs dignitas & auctoritas, aliàs veluti conſentiens fama confirmat rei de qua quæritur fidem.* HOC ERGO SOLVM TIBI RESCRIBERE POSSVM SVMMATIM: *non vtique ad vnam probationis ſpeciem cognitionem ſtatim alligari debere.* SED EX SENTENTIA ANIMI TVI TE ÆSTIMARE OPORTERE, *quid aut credas, aut parum tibi probatum opinaris.* Eiuſdem Imperatoris ad Gabinium Maximum reſcriptum citat huiuſmodi. *Alia eſt auctoritas præſentium teſtium, alia teſtimoniorum quæ recitari ſolent.* TECVM ERGO DELIBERA, *vt ſi retinere eos velis, des eis impendia.* Addit ibidẽ, Diuos Fratres ita reſcripſiſſe. *Quod ad teſtes euocandos pertinet,* DILIGENTIÆ IVDICANTIS EST EXPLORARE, *quæ conſuetudo in ea prouincia, in quam iudicat, fuerit. Nam ſi probabitur, ſæpe in aliam ciuitatem teſtimonij gratia pleroſque euocatos:* NON ESSE DVBITANDVM, *quin euocandi ſint, quos neceſſarios in ipſa cognitione deprehenderit qui iudicat.*

Interdum etiam ſine cauſa ſe conſuli reſcribebant. Exemplum eſt in L. VI. D. de L. Fab. de plagiat. in qua Calliſtratus Hadrianum reſcripſiſſe ait, in hæc verba. *Seruos alienos qui ſollicitauerit, aut interceperit, crimine plagij quod illi intenditur, teneatur, nécne,* FACIT QVÆSTIONEM. ET IDEO NON ME CONSVLI DE EA RE OPORTET: SED QVOD VERISSIMVM IN RE PRÆSENTI COGNOSCITVR, SEQVI IVDICEM OPORTET. *Planè autem* SCIRE DEBET, *poſſe aliquem furti crimine ob ſeruos alienos interceptos teneri, nec idcirco tamen ſtatim plagiarium eſſe exiſtimari.* Sic Traianus Plinio. POTVISTI NON HÆRERE, MI SECVNDE CARISSIME, CIRCA ID DE QVO ME CONSVLENDVM EXISTIMASTI: CVM PROPOSITVM MEVM OPTIME NOSSES, NON EX METV, NEC TERRORE HOMINVM AVT CRIMINIBVS MAIESTATIS REVERENTIAM NOMINI MEO ADQVIRI. OMISSA ERGO QVÆSTIONE, QVAM NON ADMITTEREM, ETIAM SI EXEMPLIS ADIVVARETVR, *ratio totius operis effecti ſub cura tua à Coccesano Dione excutiatur &c.*

Ambiguam porrò iuris controuerſi Quæſtionem eleganter Diuos Fratres reſcripto ſuo decidiſſe refert Vlpian. in L. XVII. D. de Iure patron. in hunc modum. COMPERIMVS A PERITIORIBVS DVBITATVM ALIQVANDO, *an nepos contra tabulas auiti liberti bonorum poſſeſſionem petere poſſit, ſi eum libertum pater patris, cùm annorum viginti quinq; eſſet, capitis accuſaſſet. Et Proculum, ſanè non leuem iuris auctorem, in hac opinione fuiſſe, vt nepoti in huiuſmodi cauſa non putaret dandam bonorum poſſeſſionem:* CVIVS SENTENTIAM NOS QVOQVE SECVTI SVMVS, CVM RESCRIBEREMVS AD LIBELLVM CÆSIDIÆ LONGINÆ. *Sed & Voluſius Mæcianus* AMICVS NOSTER, *vt & iuris ciuilis præter veterem & bene fundatam peritiam, anxiè diligens, religione reſcripti noſtri ductus, ſicut coram nobis adfirmauit, non arbitratum ſe aliter reſpondere debere. Sed cùm & ipſo Mæciano & aliis* AMICIS NOSTRIS *iuriſperitis adhibitis plenius tractaremus:* MAGIS VISVM EST, *nepotem neque verbis, neque ſententia legis, aut edicti Prætoris, ex perſona vel nota patris ſui excludi à bonis auiti liberti. Plurium etiam iuris auctorum, ſed & Saluij Iuliani* AMICI NOSTRI CLARISSIMI VIRI *hanc ſententiam fuiſſe.* Calliſtratus in L. XXXI. D. de re iudic. Diuum Pium Caſſio Procoſ. in hæc verba reſcripſiſſe refert. *His qui fatebuntur debere, aut ex re iudicata neceſſe habebunt reddere,* TEMPVS AD SOLVENDVM DETVR, *quod ſufficere pro facultate cuiuſque* VIDEBITVR. *Eorum, qui intra diem vel ab initio datum, vel ex cauſa poſtea prorogatum ſibi, non reddiderint, pignora capi, eáque, ſi intra duos menſes non ſoluerint,* VENDANTVR. *Si quid ex pretiis ſuperſit,* REDDATVR *ei, cuius pignora vendita, erant.*

Porrò ex Traiani ad Plinij conſultationes Reſcriptis, hæc præcipuè noranda reſtant. IN RE PRÆSENTI OPTIME DELIBERABIS, ET CONSTITVES. *Vt æſtimatis etiam iis quæ contra dicuntur*, QVOD OPTIMVM CREDIDERIS, STATVATIS. Et aliàs; *Secundum cuiuſque loci conditionem* IPSE DISPICE: ET QVOD OPTIMVM EXISTIMAVERIS, INSEQVERE. TIBI EAM FIDVCIAM DILIGENTIÆ HABEO, *vt credam te omni ratione id acturum*, &c. Alibi, IN TVA SEVERITATE AC DILIGENTIA POSITVM EST. AD DILIGENTIAM TVAM PERTINET INQVIRERE. QVID ITAQVE COMPERERIS, PERFER IN NOTITIAM MEAM. *Quid ſuadendum ſit*, TV CONSTITVES. EXPLORANDVM EST DILIGENTER. COGNOVI LITERIS TVIS, vt & in L. XIIII. D. de offic. præſid. & L. XIX. C. ad L. Iul. de adulter. ILLVD HÆREAT NOBIS. MEMINERIMVS. MEMINERIS. *Quas partes impleturum te ſecundum ſuſceptam fidem* CONFIDO. OPTIME FECISTI *remittendo*. RECTE RENVNTIASTI MIHI. RECTE INSTRVXISTI. SATIS CONSTAT. IAM NVNC SCIANT. POTES *ſine ſollicitudine religionis transferre*. *Elice igitur id quod præcipuè* RES IPSA SVASERIT. QVÆSTIO SÆPE TRACTATA EST. ÆSTIMABO AN DEBEAS COGNOSCERE. *Interpretationi tuæ* IDEM EXISTIMO ET PVTO. MERITO HÆSISTI, MERITO VERERIS.

Hoc amplius ex iiſdem Epiſtolis, quibus verbis beneficia ab Impp. peti & concedi ſolerent, colligimus. Ciuitatem certè Romanam Harpocrati Iatraliptæ, item libertis quibuſdam ius Quiritium Plinius petit in hunc modum. QVARE ROGO DES EI CIVITATEM ROMANAM. *Eſt enim peregrinæ conditionis, manumiſſus à peregrina.* Et mox: ITEM ROGO, DES IVS QVIRITIVM LIBERTIS *Antoniæ Maximillæ ornatiſſimæ fœminæ*: quod ſe patrona præſente petere, ait. Poſtumij quoque Marini Medici propinquis ciuitatem ita petit. ROGO ERGO VT PROPINQVIS EIVS DES CIVITATEM. Et paulo poſt, ITEM LIBERIS EIVSDEM, &c. ITA VT SINT IN PATRIS POTESTATE, VTQVE IIS IN LIBERTOS SERVETVR IVS PATRONORVM. ITEM ROGO INDVLGEAS IVS QVIRITIVM *L. Satrio Abaſcãtio & P. Cælio Phoſphoro & Trãchariæ Soteridi: quod à te volentibus patronis peto.* Et aliàs, Latinis libertis quorum ius Valerius Paulinus, excepto vno, ei reliquerat, ius Quiritiũ petens: ROGO *tribus interim* IVS QVIRITIVM DES. Cui Traianus reſpondens, ait. *Cùm honeſtiſſimè iis, qui apud fidem tuam à Valerio Paulino depoſiti ſunt, conſultum velis, maturè per me, iis interim, quibus nunc petiſti*, VT SCIAS DEDISSE ME IVS QVIRITIVM, REFERRI IN COMMENTARIOS MEOS IVSSI. Cuius formulæ aliud quoque exemplum in iiſdem Epiſtolis conſignatum eſt. Nam cùm Suetonio Trãquillo ius trium liberorum Plinius petiiſſet, Traianus poſtulatis annuens ita reſcribit. TVO DESIDERIO SVBSCRIPSI: ET VT SCIAS DEDISSE ME IVS TRIVM LIBERORVM SVETONIO TRANQVILLO, EA CONDITIONE, QVA ADSVEVI, REFERRI IN COMMENTARIOS MEOS IVSSI. Ex quo apparet Cæſares libros ſeu commentarios habuiſſe in quos data, conceſſa, indulta, referebant: Quod confirmat Hygenus in lib. de limitib. agror. cùm ait, *Libros æris & typum totius perticæ linteis deſcriptum ſecundum ſuas terminationes adſcriptis affinibus, tabulario Cæſaris inferemus: & ſi qua beneficio conceſſa, aut aſſignata coloniæ fuerint ſiue in proximo, ſiue inter alias ciuitates, in* LIBRO BENEFICIORVM *adſcribemus*. Modeſtin. in L. XXXII. D. ex quib. cauſ. maior. *Qui ad ærarium delati, aut* IN COMMENTARIVM PRINCIPIS *relati ſunt*. Sed & Siculus Flaccus Sanctuarij Principis meminit in eadẽ re in lib. de cõdit. agror. *Quod ſi quis*, inquiẽs, *contradicat*, SANCTVARIVM CÆSARIS *reſpici ſolet. Omnium enim agrorum & diuiſorum & aſſignatorum formas, ſed & diuiſionem, & commentarios & principatus*, IN SANCTVARIO *habet. qualeſcunque enim formæ fuerint, ſi ambigatur de earum fide, ad* SANCTVARIVM PRINCIPIS *reuertendum erit*. Reſcripta vtique Principũ in Scriniis aſſeruari conſueuiſſe ex Plinij ad Traian. Epiſtol. LXIII. lib. X. cognoſcitur.

Proconſules autem, præſidéſve ſuis ad Principes Relationibus, Conſultationibúsque variè eos appellabant. Plinius enim lib. X. Epiſt. Traianum modò ita affatur: IMPERATOR OPTIME, modò, SANCTISSIME IMPERATOR, modò INDVLGENTISSIME IMPERATOR, aliàs, IMPERATOR MAXIME: vt plurimùm verò, DOMINVM vocat. Egnatius etiam Taurùs in illa quam paulo antè retuli conſultatione Hadrianum OPTIMVM

tituli imperatorij

IMPERATOREM appellat. Domini vtique appellationẽ quam Tiberium reſpuiſſe Sueton. in eius vita cap. XXVII. auctor eſt, cupidè reliqui poſtea Principes amplexi ſunt. Sic Viuius Zeno Imperatorem Antoninum alloquens in L. proxime D. de his quæ in teſt. delent. ROGO, ait, DOMINE IMPERATOR, AVDIAS ME PATIENTER. Martialis Epiſtola ad Domitianum, quæ præfixa eſt lib. VIII. *Omnes quidem libelli mei*, DOMINE, *quibus tu, famam, id eſt, vitam, dediſti.* Sic & Eudæmon Nicomedenſis Græco ſuo libello quẽ Imper. Antonino dedit, Κύριε, ait, βασιλεῦ Ἀντωνῖνε.

Præſides verò & Rectores prouinciarũ & alij, CARISSIMI ab Impp. vocabãtur. Sic in L. VI. D. ad L. Iul. de vi pub. GEMINE CARISSIME, & in L. II. de Sc. Silania. PISO CARISSIME. In L. LXXXVII. §. Imperator D. de legat. II. IVLIANE CARISSIME. Similiter in Reſcripto Diocletiani de Manichæis in fragmentis Pithœanis Tit. XV. IVLIANE CARISSIME. In L. v. de Pactis in C. Th. VALENTINIANE CARISSIME. In Nou. Maioriani de adulteriis, ROGATIANE CARISSIME. Traianus quoque Plinio reſcribens, eum ita compellat, SECVNDE CARISSIME, & MI SECVNDE CARISSIME. At in Reſcriptis ad Senatũ, PATRES CONSCRIPTI. In L. vlt. C. de iu. deliber. L. XIIII. & XV. de prætorib. L. III de Cano. frumẽt. L. v. de indulgẽt. crimin. in Cod. Th. Nou. Theod. ne decurio ad Senator. dignit. Nou. Maioriani de ritu Imperij. Præter Reſcripta autẽ, Epiſtolæ etiam & literæ Imperatorum in libris iuris memorantur. Epiſtolarum enim Traiani fit mentio in L. vlt. D. de abigeis, Hadriani, in L. XIII §. extat D. de iu. fiſ. L. LXII. de accuſation. L. II. D. de offic. præf. vr. L VI. §. eius qui D. de iniuſto rup. L. XXVI. D. de fideiuſſorib. L. vlt. C. de conſtit. pecu. L. III §. vlt. D ne vis fiat ei qui in poſſ. L. II. C. de incolis. Diui Pij, in L. IX. §. ſi quis ius ignorans D. de iur. & fac. ignor L. v. D. de cenſib. L III. D. ne vis fiat ei qui in poſſeſſ. Diuorum fratrum, L. IIII. & XX. D. de manumiſſionib. Marci & Commodi in L. I. §. ſed & in eum D. de ſer. fugit. Diui Seueri in L VI. §. non verò D. de offic. proconſ. L. I. D. de off. præf. vr. L. I. §. I. D. de legat. III. L. VIII. §. I. D. de ſuſpect. tutor. L. VI. D. de vacat. muner. L. XX. §. ceterum D. de petit. hered. L. VIII. §. præfecto D de pœn. L. VI. D. de interdict. & releg. Epiſtulam planè & Reſcriptum promiſcuè appellant Iuriſconſulti in L. I. D. de quæſtionib. L. XIIII. §. I. D. de appellationib. L. XII D. de teſtib. Et omnia quidem reſcripta epiſtolæ erant, ſed non contrà. Poterãt enim neque libello, neque relatione præcedente Epiſtolæ vltrò ſcribi.

Ceterùm Imperatores Conſulatum per literas alicui deferentes his fermè verbis vti ſolebant. TE MANET PALMATA. Quòd Vopiſcus in Probo indicat. Nam poſtquam ex epiſtola Imperatoris Taciti ad Probum verba hæc retulit, *Conſulatum in annum proximum nobiſcum decreuimus.* TE ENIM MANET PRO VIRTVTIBVS TVIS CAPITOLINA PALMATA, ſubiicit, *Ferunt quidam Probo id pro imperij omine fuiſſe, quod Tacitus ſcripſit,* TE MANET CAPITOLINA PALMATA. *Sed in hanc ſententiam omnibus ſemper Conſulibus ſcribebatur.* Idem tamen Vopiſcus in Aureliano memorat à Valentiniano Auguſto eum honorem Tacito mandatum his verbis. NAM TE CONSVLEM HODIE DESIGNO. Codicillos verò Conſulatus Caſſiodorus lib. VI. Variar. ita cõcipit. *Atque ideo per illam indictionem* CONSVLATVS TE DECORAMVS INSIGNIBVS.

In fine porrò Reſcriptorum addi conſueuiſſe Diem, Conſulem & Locum nemo eſt qui neſciat: ac prætertquam quod id ex ſubſcriptionibus Reſcriptorum quæ in Codicem ſuum Iuſtinianus retulit, patet, demonſtratur etiam L. II. §. vlt. D. ad Sc. Tertyllian. & ex Vlpiani loco qui citatur in fragment. Pithœanis Tit. XIII. At non omnibus peræque notum eſt, altero Conſule deficiente, ignotum futuri Conſulis nomen apponi cõſueuiſſe his verbis, ET QVI FVERIT NVNTIATVS. Cuius formulæ teſtimonia habemus in L. IIII. v. & vlt. de his qui ad Eccleſ. cõfuger. L. vlt. de hæretic. L. vlt. de petitionib. L. vlt. de Princip. agent. in reb. L. I. de Caſtrenſian. in C. Th. Nou. Theod. & Valentin. de Theodoſia. Codic. auctorit. & Nou. de confirmat. leg. Nouellar. Theod. Conſtantinus quidem in L. I. de Conſtitut. princ. in C. Th. conſtituit, ſi qua poſtea edicta ſiue conſtitutiones ſine die & Conſule deprehenderentur, vt auctoritate careant. Multa tamen Reſcripta ſine die & Cõſule extãt in Cod. Iuſtiniani. Quinetiã D. Auguſtinus

in

in collatione cõtra Donatiſtas auctor eſt cùm Donatiſtæ Imperiales literas calũniari conarentur eo quod ſine Conſule fuiſſent recitatæ: cognitorem interlocutum eſſe, EVIDENTISSIMIS LEGIBVS DEFINITVM ESSE, IMPERIALIA CONSTITVTA, ETIAM SI CONSVLES NON LEGERENTVR, IN DVBIVM NON VOCARI. Et paulo poſt: *Etiam ſi Cõſul deſit, non impediri Imperialis conſtituti veritatem.*

Reſcripta autem non ſemper integra, nec in Iuſtiniani, nec in Theodoſij Cod. ponuntur: Partem duntaxat excerptã adſcribi, ſignificãt collectores in inſcriptionibus, hoc modo, POST ALIA, vt in inſcriptione L. VI. de cognitionib. L. III. C. de feriis L. IIII. de delatorib. L. II. de tempor. curſu. L. vlt. de denuntiatio. L. vlt. de iuriſdictio. L. I. de actionib. L. I. de omiſ. actio. impel. L. I. de dominio rei, L. VII. de legitim. hered. L. VIII. & X. de executorib. L. V. & VI. de naufrag. in C. Th. Aliàs, INTER CETERA, ET AD LOCVM, L. I. IIII. & VI. de pact. in C. Th. & in inſcriptionibus Nou. Leonis & Seueri de abrogatis capitib. iniuſt. leg. Quibus verbis etiam vtitur auctor Cod. Hermog L. II. & V. de pact. L. I. de calũniatorib. L. III. de donation. L. I. vbi agi oport. L. I. de inſtru. L. I. de teſtam. L. I. & II. de ſucceſſionib. vt & collector fragmẽtorũ à P. Pithœo editorũ Tit. XV. his verbis. *Cui' reſcripti verba quia multa ſunt, de fine eius*, AD LOCVM *hæc pauca ſubiecit*. Aliàs etiã vt in L. III. de poſtulan. in C. Th. & in inſcriptione Nou. Maioriani de Epiſcopali iudic. ſcribitur DE RE NECESSARIA, AD LOCVM. In Cod. verò Iuſtiniani hoc idem ſignificatur his verbis, PARS EX RESCRIPTO, vt videre eſt inſcriptione L. III. C. in quib. cauſ. pign. L. IIII. de quæſtionib. PARS EX EPISTOLA, L. XIII. C. de fideiuſſorib. L. VI. C. de præſcriptio. lon. temp. Sic PARS LITERARVM, in L. XLVIII. D. de iudic. & PARS ACTORVM, in L. vlt. de offic. iudic. omn. & L. vlt. qui bon. ced. poſſ. in C. Th. & L. II. de excuſat. muner. in C. Iuſtiniani lib. X. CAPVT EX RESCRIPTO, L. I. D. de interdict. & releg. Inueniũtur & hæc verba, EXEMPLVM SACRARVM LITERARVM, in inſcriptionibus L. V. C. de iu. fiſci L. vlt. C. de lon. temp. præſcript. item L. XX. de hæretic. & L. X. de his qui ſuper religio. contend. in C. Th.

Sentio me paulatim in ea tempora delapſum, quibus tota penè formularum dignitas concidit. Nec tamen certis omnino verbis ætas hæc, in quam veſtigium ponimus, caruit: quorum obſeruatio coniunctam rituum, quos labante Imperio vſus inuexit, cognitionem habet. Attingamus ergo, quando ita polliciti ſumus, quæ in poſteriorum Imperatorum Reſcriptis præcipuè notanda occurrunt. Inutile certè non erit nouæ Romæ æquè ac veteris, Imperiales formulas cognoſcere. Erit etiam quædã ex ipſa nouitate & varietate rerum delectatio. Admonẽdi autẽ ſumus Reſcriptorum cõſtitutionúmque initiis ſalutem adſcribi conſueuiſſe. Idque verbis non iiſdem vſquequaque, nec vno modo. Interdũ enim fiebat hoc directis hiſce verbis, AVE CARISSIME NOBIS, vt in inſcriptione L. II. de offic. Rector. prouinc. & L. V. de priuileg. eor. qui in ſac. palat. in C. Th. HAVE ANTHEMI CARISSIME NOBIS. Et L. I. qui petant. eod. Cod. HAVE ORPHITE CARISSIME. Et L. XXXIIII. de heretic. HAVE DONATE CARISSIME NOBIS. In L. IIII. de operib. public. HAVE FELIX CARISSIME NOBIS. Et L. V. eod. tit. HAVE CATVLINE CARISSIME NOBIS. Et L. XXXIII. eod. tit. HAVE VINCENTI CARISSIME NOBIS. In L. LII. de appellationib. HAVE RVFINE CARISSIME NOBIS. Hoc enim illic valent iſtæ notæ K. NB. quarum compẽdio eadem verba ſtringuntur in inſcriptionibus L. XXVII. de decurionib. L. vlt. ne quid publicæ lætit. nunt. L. XVII. de ſuſceptorib. L. XIII. de luſtrali conlat. L. II. de his qui ex publ. conlat. L. V. & VIII. de falſa moneta, eod. C. Th. Vnde emẽdanda eſt inſcriptio L. I. de Erogat. milit. annonæ, & ita reſtituenda, HAVE FELIX C. NB. id eſt, CARISSIME NOBIS. In fragmẽtis quoque Pithœanis Tit. I. ex Cod. Gregor. Reſcriptum citatur, cuius initium eſt, HABE AGATO KN. Quod ſic interpretor, AVE AGATO CARISSIME NOBIS. Hinc etiam reſtituenda quibuſdam videtur inſcriptio L. XI. de accuſ. in Cod. Iuſtin. hoc modo, HAVE CRISPINE CARISSIME NOBIS.

Salutabo

Interdum vero verbis obliquis ſalus adſcribebatur, vt in L. I. de priuileg. eor. qui in ſac. palat. IMP. CONSTANTINVS A. PALATINIS ET BENE MERITIS SVIS SALVTEM. Et L. I. de matern. bon. IMP. CONSTANTINVS CONSVLIBVS, PRÆTORIBVS, TRIBB.

PLEBIS, SENATVI SALVTEM DICIT. L.II.ne quid public.lætit.nunt. in eod.Cod. IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS PROVINCIALIBVS SALVTEM DICVNT. L.XXXII.de appellationib.eod C. IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. SALVTEM DICVNT ORDINI CIVITATIS CARTHAGINIS. Sic & in L. XV. quorũ appellat. non recip. IMPP. VALENTINIAN. ET VALENS AA. SALVTEM DICVNT ORDINI CIVITATIS CARTHAGINIENSIVM, & L.vlt.de iuriſdictio. eod. C.Th. IMPP. HONOR. ET THEODOS. AA; CONSVLIBVS, PRÆTORIBVS, TRIBVNIS PL. SENATVI SVO SALVTEM DICVNT. Et L. vlt. de accuſationib. IMPP. HONOR. ET THEODOS. AA. CONSVLIBVS, PRÆTORIBVS, TRIBVNIS PL. SENATVI, SVIS, SALVTEM DICVNT. Eadémque eſt inſcriptio Nouellæ Th. & Valentinia. de indulgent.reliquor. Pari modo ſingulis perſonis ſalutem dicebant: In fragmentis namque ex corpore Codicis Gregoriani Tit.ſi aduerſ.donatiõ.ſponſis fact. inſcriptio legitur huiuſmodi, IMPP. VALERIAN. ET GALIEN. AA. ET VALERIANVS CÆSAR, AVINIO OCTAVIANO SVO SALVTEM. Et in inſcriptione L.I.ne liceat potentiorib.in Cod.Iuſtin. IMPP. DIOCLETIAN. ET MAXIMIAN. AA. ARISTOBOLO SALVTEM. In L.I.de curatorib. Calend in C.Th. IMP. CONSTANTINVS A. LOCRIO VERINO SVO SALVTEM. Et L.VIII.de iuriſdict.eod.C. IMPP. ARCAD. ET HONOR. AA. PASIPHILO SVO SALVTEM. In inſcriptionibus L.XIII.de appellationib. in C. Iuſtinia. L. V.& VI.eod.tit.in C.Th. IMP. CONSTANTINVS A. PROBIANO SVO S. Et in L. III. de ſicariis, IMP. IVLIANVS A. PL. APRONIANO SVO S. In L.XXVII.de ſuſceptorib. IMPP. ARCAD. ET HONOR. POMPEIANO SVO SALVTEM. Et in L.XXXI.eod.tit. Impp. Honor.& Theod. EVCHARIO SVO S. His ſimiles ſunt inſcriptiones, L.XXIIII.de annona & tribut.L.XXXI. de ſuſceptorib L.vlt.de exactorib. L.vlt.de religio.in C.Th.

Imperatores planè in ſuis ad Præfectos prætorio Patritióſve Reſcriptis, eos PARENTES KARISSIMOS appellabant. Imperator quidem Alexand.in L.IIII.C.de locato. *Ad Domitium*, ait, *Vlpianum Præfectum Prætorio*, & PARENTEM MEVM, *eos remittere curabit.* Impp. Conſtantinus & Conſtans in L. VI. de annona & tribut.in C. Theod. *Ea quantitas quam Rufini viri clariſsimi, & inluſtris, Præfecti prætorio*, PARENTIS AMICIQVE NOSTRI *moderatio.* Conſtantin.in L.I.de Epiſcop.iudic.in C.Th. ad Ablauium Præf. præt. *Ablaui*, PARENS CARISSIME. Impp. Theod. & Valentinian. in Nou.de ſepulchris ad Albinum. Pf. Pr. ALBINE PARENS CARISSIME AVGVSTORVM. Item Nou. de libert. & ſucceſſionib.cor.ad eundem. *Albine* PARENS CARISSIME AVGVSTORVM. Nou. de Manichæis ad eundem. *Vnde Albine* PARENS CARISSIME AVGVSTORVM. Atque ita eundem Albinum vocant Nou. II.de Teſtament.& Nou.de confirmatio.leg. nouellar. D.Theod. Et Nou.Valentin.de fructib.inter marit.&vx. Sic & Nou.de releuat. adærat. vel donat. poſſeſſ. quæ eſt ad Hermocratem Pf. Pr. *Hermocrates* PARENS CARISSIME AVGVSTORVM. Et Nou.de homicid.caſu vel volun.fac ad Maximum Pf. Pr. & Patritium. *Maxime* PARENS CARISSIME AVGVSTORVM. In Nouella quoque Imp. Maioriani de ædific.public.ad Æmylianum Pf. Pr. *Aemyliane* PARENS CARISSIME AVGVSTORVM. Quæ verba hoc notarum compẽdio, P. K. AA, ſcribi ſolebant, vt apparet ex Nou.II. & III. de Patrimonialib. rei domin. & limitroph. fund. & Nou. de bon Fabricenſ. Nou.II.III. & IIII.de Theod.Cod.auctorit. Nou.I.de Amota militant. fo.præſcriptio. Nou.de Nauibus, Nou. de Poſtulan. Nou. de Lenonib. Nou. Neque domum diuinam. Nou.de tribut. fiſcalib. Nou. de pecun. Afris cred. Nou. de ſicariis Nou.de ſucceſſione Curial. Nou.In damnum publicum. Nou.II.de Tyronib.Nou. I. & II de Palatin. Nou.ne Duciani vel limitanei. Nou. de competitionib. Nou.de offic. & numerar.Nou.de Epiſcop.ordinat.Nou.de Teſtament.clericor.& Nou.Leonis & Anthemij de adulter. Nou. de confirmatio.leg. Leonis & Nou.de bon.vacãtib. quæ omnes ſcriptæ ſunt ad Præfectos Prætorio.

Ex quarum notarum praua interpretatione multi errores orti ſunt. Nam cum earũ poteſtatẽ Antiquarij ignorarẽt, ita aliquoties reddiderũt, *Præfecte Cariſsime Auguſtorũ*, vt in Theod. & Valentin. Nou. de Iudæis, Nou.ne curialis prædium, Nou.de tutorib. Nou.de patern.ſeu matern.bonis Nou.de Teſtam.Nou.de alluuionib. Nou.I.& II. de bon.decurion.& Nou.Valentiniani de libert.& ſucceſſionib.cor. & Nou. de cõfirmãd.

his

his quæ adminiſtrantib. & Nouella Valentinian. & Martiani de indulgent. reliquor. & Nouella de præd. ciuitat. omni. & Nou. de matrimon. Senat. & in Nouella Leonis & Maioriani de curialib. & Nou. Imperatorum Leonis & Seueri de abrogat. capitib. iniuſtis.

Aliâs verò interpretati ſunt, *Parens Cariſſime atque amantiſſime*, vt in L. 11. de Epiſcop. iudic. & L. 11. de pactis in Cod. Theod. & in Nou. Theod. & Valentin. Nou. de Theodoſ. Codic. auctorit. & Nou. de repudiis, & Nou. de xxx. annor. præſcript. & Valentiniani Nou. de Colonis vagis, & Nou. de parentib. qui filios ſuos diſtrax. & Nou. de Epiſcop. iudic. vt & in veteri verſione Latina Nouellar. Iuſtiniani CXII. CXIIII. & CXV. & in Conſtitutione Conſtantini Tyranni ad Agricolam P. P. Galliarum.

Nec Præfectis modò Prætorio, ſed & Præfectis vrbi, hanc PARENTVM appellationẽ Impp. tribuebant: vt ex L. 11. de pact. in Cod. Theodoſ. & ex Impp. Theodoſij & Valentin. Nou. 1. & 11. de inuaſorib. Nou. de Corporatis vrb. Ro. Nou. de Nauiculariis amnic. Nou. de Honorat. & quis in grad. præferat. planum fit: quæ omnes ſcriptæ ſunt ad Præfectos vrbis. Eadémque appellatione Magiſtros officiorũ ornaſſe eos teſtatur Impp. Theod. & Valentin. Nouella de ſcholarib. ſcripta ad Florentium Magiſtrum officiorũ his verbis, FLORENTI P. K. Magiſtros etiam vtriuſque militiæ ita appellatos docet Nou. 1 de tyronib. ſcripta ad Sigualdum comitem & Magiſtrum vtriuſque militiæ notis hiſce, P. k. A. Sed & Magiſtros militum eodem nominis honore adfectos, Nouella IIII. de amota militantib. fori præſcript. comprobat, ſcripta ad Ariouindum Magiſtrum militum, in qua ita eſt, ARIOVINDE PAR. k. A. Comitem quoque Rerũ priuatarum, ita appellatum, mirum eſt, Nou. de Reſcindend. venditionib. Illic enim Eudoxium Comitem rer. priuat. ſic affantur, EVDOXI P. k. A.

Hæc planè PARENTIS appellatio Claudiano lepidi ioci materiam præbuit. Is enim Eutropium Eunuchum virum Conſularem, cuius bona publicata & in fiſcum coacta erant, ita ludit.

Direptas quid plangis opes, quas natus habebit?
Non aliter poteras PRINCIPIS *eſſe* PATER.

Quorũ verſuum ſenſus hic eſt, Eutropiũ, æquo animo aduerſum fortunæ caſum bonorũq; ſuorũ publicationẽ ferre debere, cũ eo modò ad Principẽ: qui ei filij loco fuerit, & cuius ipſe PARENS appellatus ſit, ea peruenerint. Ratio quippe naturalis quaſi lex quædã tacita, liberis parentum hereditatẽ addicit, velut ad debitam ſucceſſionem eos vocãdo. Imperatores ſanè, PATRES SIBI FECISSE eos, quibus Patritiatus codicillos dabant, Iuſtinianus tradit in L. vlt. de Conſulib. lib. XII. §. filiusfa. Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſol. & Nou. LXXXI.

Rectores verò prouinciarum & Comites FRATRES vocabantur, Caſſiodorus in formula Rectoris prouinciæ lib. VI. Variar. *Quid de te æſtimatum ſit, datur aduerti, qui tot videntur nobiles potuiſſe poſtponi. Additur, quod à principe* FRATER VOCARIS: *vt nobilitate pretioſi nominis à vilitate criminum tollereris*. Impp. Theodoſ. & Valẽtinian. Nou. de patrimonialib. rei dominicæ, ad Comitem ſacrarum largitionum, *Marcelline* FRATER AMANTISSIME. Et Nou. III. de Palatin. ad Florianum Comitem ſacrar. largit. FLORIANE FR. A. Iidem Impp. Nou. de ambitu & loc. limit. ad Numum Magiſtrum Officiorum. NVME FRATER A. & Nou. de Metatis ad eundem Numum. NVME FR. A. Et Nou. de Lampadar. ad Opilionem Magiſtrum Officior. OPILIO FR. A. Et Nou. de Principib. agent. in reb. OPILIO FR. A. Iuſtinianus etiam Arſilium Præſidem Tharſi FRATREM IVCVNDISSIMVM appellat Nou. CXXI. Sic & Comes rerum Priuatarum ab Impp. Leone & Maioriano vocatur, Nou. de bonis caduc. in qua Ennodium Comitem Rerum priuatarũ alloquentes, ENNODI, aiunt, FRATER AMANTISSIME.

Alios quoque Comites ita vocatos teſtatur Nou. III. Impp. Theod. & Valentin. de tyronib. ad Hiſiodorũ Comitẽ: his verbis. HISIODORE FR. A. Planè Impp. Valẽt. & Th. in L. 11. C. de Offic. diuer. iud. celſioribus viris honorẽ à iudicibus haberi iubẽtes vetãt, ne in ſubſcriptionibus ſuis, eos FRATRES audeant nominare. Reliquos Iudices, vulgari

CARISSIMORVM nomine appellatos ſupra docuimus. Valentinian. vero Theodoſ. & Arcad. Optatum Pf. Auguſtalem CARISSIMVM AC IVCVNDISSIMVM appellant, L. IIII. de Epiſcop. iudic. in C. Th.

Ceterùm præter illam PARENTVM appellationem, honorificis quoque hiſce verbis, INLVSTRIS ET MAGNIFICA AVCTORITAS TVA, Præfectos Prætorio in fine Reſcriptorum ſuorum affari Impp. ſolebant, vt probatur L. vlt. de decurionib. L. XI. de extraord. munerib. in C. Th. Cõſtitutio. Iuſtinia. de Iuſtin. C. cõfirman. & Valẽtin. de Th. C. auctor. Nou. de Iudæis, Nou. de Releuat. adærat. vel don. Nou. I. & II. de bonis decurio. Nou. de repudiis, Nou. ne curialis præd. al. Nou. de tutor. Nou. cõtra ſentẽt. Pf. Pr. Nou. de pater. vel mater. bon. Nou. de Teſt. Nou. de alluuionib. Nou. II. de patrim. rei domin. Nou. de Nauibus, Nou. de Manichæis, Nou. de poſtulãdo, Nou. ne duciani vel limit. milit. Nou. II. & III. de amota militantib. fo. præſcript. Nou. de competitionib. Nou. de locis Reip. quoq. mo. poſſ. Nou. Anthemij de bonis vacantib. Et in Edicto v. Iuſtiniani ad Ioan. Pf. Pr. Ἡ ἔνδοξος καὶ μεγαλοπρεπὴς σοῦ αὐθεντία. Et Nou. CXVII. & CXXVI. ἡ ἔνδοξος καὶ μεγαλοφυὴς σοῦ αὐθεντία vel ILLVSTRIS ET PRÆCELSA, ſeu SVBLIMIS MAGNIFICENTIA TVA, L. I. de grege domin. lib. XI. Cod. Iuſtin. L. II. de Epiſcop. iud. L. XV. de extraord. munerib. L. III. & IIII. de legatis L. XI. de Medic. & profeſſorib. L. II. ad L. Iul. repetund. L. XXII. de his qui ſuper religio. conten. in C. Th. Nou. Th. & Valent. de homicid. caſu vel volunt. Nou. I. & II. de Teſtament. Nou. de ſepulchr. Nou. de libert & ſucceſſionib. Nou. de XXX. annor. præſcr. Nou. de Colonis vag. Nou. de confirmãd. iis quæ adminiſtr. Nou. de tribut fiſcalib. Nou. de præd. piſtor. Nou. de ſucceſſio. curial. Nou. Maioriani de indulgent. reliquor. Nou. de ſanctimonialib. & Nou. de ædific. publ. Nou. Leonis & Seueri de abrogat. iniuſt. capitib. Nou. Leonis & Anthemij de mulierib. quæ ſe ſeru. propr. & Nou. de confirmat. leg. D. Leon. vel ILLVSTRIS ET MAGNIFICA CELSITVDO TVA, L. XV. de accuſationib. in C. Th. Nou. Valẽtin. & Martia. de præd. ciuit. omn. EXCELLENS EMINENTIA TVA, L. IX. de indulgent. crimin. & L. XXXVIII. de operib. public. in C. Th. EXCELLENS, vel, SVBLIMIS AVCTORITAS vel MAGNITVDO TVA, L. IX. & XII. de Iudæis, L. XV. de Epiſc. in C. Th. LAVDABILIS SVBLIMITAS TVA, L. XXVII. de appellationib. in C. Th. PRÆCELSA SINCERITAS TVA, L. vlt. de aduocat. fiſc. in Cod. Theodoſ. Interdum breuius, in hunc modum, SVBLIMITAS TVA, L. VI. de conlatio. donatar. L. vlt. de patrocin. vicor. L. XIIII. & XVI. de legatis L. I. de excuſat. artific. L. vlt. de ſuariis L. XXV. de petitorib. L. XXVI. XXXIII. & XXXVI. de anno. & trib. L. LIX. de operib. publ. in C. Th. CELSITVDO TVA, L. VIII. de extraord. munerib. L. I. de quadrimenſtr. breuib. L. X. de legat. L. I. de Irenarch. L. XXXII. de Nauicul. L. II. de ſep. viol. in C. Th. Nou. II. de amota milit. EMINENTIA TVA, L. XXXII. de ſuſceptorib. in C. Th. & in Nouell. Iuſtiniani ſæpe ἡ σὴ ὑπεροχή. MAGNITVDO TVA, L. vlt de poſtul. L. III. ne conlatio. translat. poſtul. in C. Th. L. I. C. de offic. Pr. Pr. Afric. CVLMEN TVVM, L. V. de cõlat. donatar. eod. Cod. Nou. Th. & Valẽtin. de alluuion. Nou. I. de amota milit. EXCELLENTIA TVA, L. II. ad L. Iul. repet. L. V. de patrocin. vicor. L. X. de legatis L. XLIII. de operib. pub. eod. Cod. SINCERITAS TVA, L. XXXIX. de decurionib. L. I. ne operæ à conlatorib. L. I. ſi per obreption. eod. C. GRAVITAS TVA, L. I. de centonar. AMPLITVDO TVA, Nou. Valentin. de fructib. int. marit. & vxor. Illa denique Præfectura, quam eleganter Eunapius ἀπόρφυρον ἀρχὴν vocat, AMPLISSIMA, SVBLIMISSIMA, EMINSNTISSIMA, ILLVSTRIS & EXCELSA appellatur, L. XXXI. de Nauicular. L. I. de naufrag. L. XIII. de anno. & tribut. L. XLI. de operib. public. L. IIII. ne conlat. trãſlat. L. XVI. de indulgent. debit. L. LXI. de appellationib. L. I. qui à præbitio. tyron. L. vlt. de conlatio. donatar. L. CLXXXVIII. de decurionib. in C. Theod. Nou. de releuat. vel adærat. & Nou. II. de amota milit. Ipſi verò Præfecti Prætorio VIRI CLARISSIMI ET INLVSTRES vocantur, L. XII. de extraordinar. munerib. L. I. qui à præbitio. tyron. L. III. de indulgẽt. debitor.

PRÆFECTVM quoque vrbi eodem prope honore ſuis in Reſcriptis proſequebantur. Ei enim reſcribentes, vtuntur his verbis, SVBLIMIS EMINENTIA TVA, L. XXV. de operib. public. L. XLIX. de appellationib. in C. Theod. SVBLIMITAS TVA, L. II. de gladiatorib. L. I. de ſentẽt. ex peric. recit. L. XXIX. de Nauicular.

L. XX.

L.xx.de his qui ſuper religio. cont. CVLMEN TVVM L.I.de frumen. vrb. conſt. L. XXXVII. de Epiſcopis. MAGNITVDO TVA, L. XIIII. de annon. ciuic. eod. C. EXCELLENS AVCTORITAS TVA, L.v.C.de pœnis. ILLVSTRIS AVCTORITAS TVA, L.VI. de ſuariis. ILLVSTRIS MAGNIFICENTIA TVA, L. XII.& vlt.de annon.ciuic. L. vlt. de opetib. public. Nou. I. & II. de inuaſorib. Nou. de Corporat. vrb. Ro. INLVSTRIS MAGNITVDO TVA, Nou. de Nauicular.amnic. INLVSTRIS ET PRÆCELSA MAGNIFICENTIA TVA, Nou. de Honoratis. AMPLITVDO TVA, Nou.de inuaſorib. SINCERITAS TVA, L.XVI.de Luſtrali collatio. in C.Th. GRAVITAS TVA, L.XVIII. de appell.eod.Cod. Eius quoq; ſedes, INLVSTRIS dicitur, L.LXI. de appell. L.vlt.de ſuariis L.XIIII. de anno.ciuic.in C.Th. Ipſe,modo, V.C. modo, VIR INLVSTRIS vocatur, L.II.de Nauicular. L.I.de campo Mart. L.vlt.de tutorib.in C.Th. Nou. Valentinia.de Epiſcop.iudic.

Magiſtro etiam vtriuſque militiæ reſcribunt, SVBLIMIS MAGNITVDO TVA, L. LXV. de hæretic.in C.Th.& INLVSTRIS MAGNIFICENTIA TVA, L. CXIII. de decuriotiib. INLVSTRIS AC MAGNIFICA AVCTORITAS TVA, Nou. IIII. de Amota militantib. fori præſcriptio. INLVSTRIS ET PRÆCELSA MAGNIFICENTIA TVA, Nou. de Tyronib. Magiſtro Officiorum, qui & ipſe VIR INLVSTER dicitur, L. CXX. de decurionib. reſcribunt, SVBLIMITAS TVA, L. XIX. de his qui ſuper religio. cont. eod.C. & INLVSTRIS AVCTORITAS TVA, Nou. de ſcholarib. & Nou.de ambitu. & Nou. de Metatis, Nou.de princip.agent.in reb. AMPLITVDO TVA, Nou. de Lampadar. Sed & Comitibus Hiſpaniarum & Orientis reſcribunt, SVBLIMITAS TVA, L.IIII.& XIII.de decuriotiib. Præfecto verò annonæ, quem VIRVM CLARISSIMVM appellant in L. III.VI.& XXXVIII.de Nauicular. L.IX.de ſuariis, reſcribũt, GRAVITAS TVA, L.V.de præd. Nauicular. SINCERITAS TVA, L III.de annon.ciuic.

Comiti rerum priuatarum reſcribunt, PRÆSTANTIA TVA, L. XII.de extraordin. muner. in C.Th. SVBLIMITAS TVA, L.VII.de petitio. L.II. de incorporat.eod.C. SINCERITAS TVA, L. XLI.& XLV. de appellationib.eod. C. LAVDANDA EXPERIENTIA TVA, L.XVI.de petitionib. INLVSTRIS AVCTORITAS TVA, Nou. de reſcind. venditionib. Nã & eum VIRVM INLVSTREM vocant, L.vlt.de incorporatio. L.XXVII. & XXXII. de petitionib. Nou. Theod.& Valentinia. de competitionib.

Præſidibus autem, Conſularibus, Correctoribus, Vicariis, Præfecto Ægypti, reſcribũt, GRAVITAS TVA, L.III.de Protoſtaſia L.VIII.quor.appell.nõ recip. L.I.de præben.ſalar. L.XXIX. de appellat. L.LXXX. de decurionib. L.I de his qui ven.ætat. L.III ad L.Cornel. de falſ. Etiã vicario Africæ, qui VIR SPECTABILIS dicitur in L. vlt. de decur. vrb. Ro. reſcribũt, LAVDABILIS SINCERITAS TVA, L.XVII.de piſtorib. L.II. de ſuſceptor. L.IX. de exactionib.in C.Th. Et Procõſuli Africæ, LAVDABILITAS TVA, L. CLXVI.de appell. Rationalibus, GRAVITAS TVA, L.I.de bon.vacãt.in C.Iuſtin. L.I.de his qui ſe defer. in C.Th. Comiti Metallorũ, LAVDABILITAS TVA, L. III. de Metallis. Præfectos ſanè Prætorio, Cõſulares itẽ viros defunctos cùm nominant, CLARISSIMÆ MEMORIÆ vocant, L. XIIII. de Nauiculariis, L.I. de annona & trib. Alios vero, SPECTABILIS MEMORIÆ, L.XLV.de hæretic. Antiſtites vtique REVERENTISSIMOS appellant, L. XLV. de Epiſcopis L.vlt.de annona & trib. De ſe ipſis autẽ Imperatores, omnia ſibi diuina arrogantes, reſcribunt, MANSVETVDO NOSTRA, CLEMENTIA NOSTRA, PIETAS NOSTRA, TRANQVILLITAS NOSTRA, ÆTERNITAS NOSTRA, PERENNITAS NOSTRA, SERENITAS NOSTRA, NVMEN NOSTRVM. Exemplorũ quia plenæ ſunt cõſtitutiones, auctoritatẽ à me nemo deſiderabit. Hoc tãtùm dicã, nõ paſſos eſſe Impp. eadẽ nomina cuilibet culmini honorive præſidẽtes vſurpare. Iuſtinianus certè, queãdmodũ ſub Tit. Nou. cõſtitut. CXII I. Iulianus anteceſſor edidit, *Inuenimus*, ait, *Quæſtorẽ & Præfectum Prætorio per Orientẽ in ſacro auditorio iiſdẽ interlocutionibus uti, quibus nos vtimur. Dicebant enim,* NOSTRA SERENITAS, ET NOSTRA PIETAS & MANSVETVDO, *& aduocati hiſdem vocibus ad eos vtebantur.* Et mox: *Illa autem illicita verba ſibi vindicare nulli concedimus.* [imperatores ſibi diuina etc.]

Iam nouiſſima ſacrorum, ſeu Diualium (liceat corruptis illius ſeculi verbis vti) Reſcriptorum parte vulgaris apponi clauſula conſueuerat, qua, Pf. Præt. vel vrbi, aliiſve

proceribus,ad quos ea emittebantur,negotium dabatur,vt quæ pro cōmuni & publica vtilitate ac ſalute conſtituebant, EDICTIS PROPOSITIS DIVVLGARE, & in omnium notitiam perferre, obſeruari quoque & effectui mancipari curarent. Exempla è ſcriniis Imperialibus deprompta adſcribam, eò lubentius, quod extrema Regiorum reſcriptorum,ſeu literarum, vt vocant, patentium, quæ ad curias Parlamentorum,aliósque Magiſtratus diriguntur, clauſula inde originem traxiſſe videatur: quemadmodum & ille ſalutis in Reſcriptorum initiis dicendæ mos, recepta item & vſu trita clauſula, *Si paret*, è veterum Reſcriptorum fonte procul dubio fluxerunt. Illas autem quarum nobis implenda probatio eſt, clauſulas, nō eſt quod ſiue in Theodoſiano, ſiue Iuſtinianeo Codice quiſquam conquirat atque inueſtiget: cùm eas compilatores breuitatis gratia in ſuis ἀποσμαπίοις meritò reſecandas cenſuerint. At in Nouellis, quæ non ſunt eundem caſum paſſæ,plurima extant. Manſerunt tamen & in Codicibus his locis. L. vlt. de decurionib. in C. Th. Impp. Theodoſ. & Valentinia. ad Darium Pf. Pr. Orientis. *Illuſtris auctoritas tua ſtatuta noſtræ clementiæ*, EDICTIS PROPOSITIS AD OMNIVM NOTITIAM FACIAT PERVENIRE. Arcad. & Honor. Cæſario Pf. Pr. in L. I. C. de grege domin. lib. XI. Cod. Iuſtinia. PROPOSITIS EDICTIS, *ſublimis magnificentiæ tuæ minimi maximique moneantur, vt ſciant*. Iidem Impp. Cæſario Pf. Pr. in L. IX. C. de indulgent. debitor. in C. Th. *Idque* EXCELLENS EMINENTIA TVA, EDICTIS PROPOSITIS, *cunctis faciat innoteſcere*. Iidem cùm Th. in L. II. de Epiſcop. iudic. in C. Th. quæ ad Hadrianum Pf. Pr. ſcripta eſt. *Hanc igitur legem, ſublimis magnificentia tua cunctas per diœceſes ſibi creditas*, PVBLICABIT EDICTIS. Theodoſ. & Valentinia. Nou. de Theodoſ. cod. auctorit. ad Florentium Pf. Pr. Orientis. *Quod reſtat, Florenti* P.K. AA. *Illuſtris & magnifica auctoritas tua, cui amicum, cui familiare eſt placere principibus*, EDICTIS PROPOSITIS IN OMNIVM POPVLORVM, IN OMNIVM PROVINCIARVM NOTITIAM, *ſcita maieſtatis Auguſtæ noſtræ* FACIAT PERVENIRE: & Nou. de Iudæis ad eundem Florentium. *Illuſtris igitur & magnifica auctoritas tua, quæ decreuimus*, PROPOSITIS *excellentiæ ſuæ* SOLLEMNITER EDECTIS, IN OMNIVM FACIAT PERVENIRE NOTITIAM. *Prouinciarum quoque moderatoribus faciat intimari, vt & eorum pari ſollicitudine cunctis ciuitatibus atque prouinciis, quæ neceſſario ſancimus innoteſcant*. Iidem Impp. Nou. de releuat. adærat. vel donat. poſſ. ad Hermocratem P. P. *Inluſtris igitur & magnifica auctoritas tua, quæ per hanc ſaluberrimam legem pro multorum commoditate ſtatuimus*, SOLLEMNITER EDICTIS (hoc enim ex v. c. ſuppleo) VBIQVE PROPOSITIS AD OMNIVM NOTITIAM VENIRE PERFICIAT. Iidem Impp. Nou. ne curialis prædium alterius &c. ad eundem Florent. ILLVSTRIS ITAQVE ET MAGNIFICA AVCTORITAS TVA, *prouidentiſſime conſtituta*, EDICTIS PROPOSITIS, AD OMNES PROVINCIAS PERFERRI PRÆCIPIAT. Et Nou. de tutoribus ad eundem. *Illuſtris itaque & magnifica auctoritas tua, legem perpetuo valituram*, EDICTIS PROPOSITIS, *ab omnibus obſeruari præcipiat*. Item Nou. contra ſentent. Præfector. præt. ad Thalaſſum Pf. Pr. Illyrici. *Illuſtris itaque & magnifica auctoritas tua, huius legis ne quē latere poſſit vtilitas*, EDICTIS PROPOSITIS, EAM AD OMNIVM NOTITIAM VENIRE PRÆCIPIAT. Et Nou. de patern. ſeu matern. bonis, ad Florentium Præf. Pret. *Illuſtris itaque ac magnifica auctoritas tua, legem ſaluberrime promulgatam*, EDICTIS PROPOSITIS, AD OMNEM NOTITIAM FACIAT PERVENIRE. Et Nou. de Teſtament. ad eundem Florentium. *Illuſtris itaque & magnifica auctoritas tua, conſultiſſimam legem*, EDICTIS PROPOSITIS, *ad omnium notitiam perferri præcipiat*. Quæ totidem ferè verbis repetunt in Nou. de alluuionib. Nou. I. II. III. & IIII. de amota militantib. fo. præſcript. Nou. II. & III. de patrimonialib. rei dominic. Nou. de fructib. inter marit. Nou. de Teſtamentis, Nouella de Nauibus, Nou. de Manichæis, Nou. de ſepulchris & Nou. de poſtulando, Nou. I. & II. de bonis decurionum. Nou. de confirmatio. leg. Nouell. D. Th. Nou. de competitionib. Nou. ne duciani vel limitan. milit. Nou. de Teſtament. clericor.

Patentes literæ

Interdum verò mandant vt cunctorum notitiæ publicari propoſitis iubeant Edictis. Nou. de homicid. ca. vel volun. fac. Aliàs vt propoſitis edictis publicari præcipiant. Nou.

de

de repud. Nōnunquam, VT PROPRIIS EDICTIS ÆQVITATEM LEGIS INSINVENT. Nou. de libert. & ſucceſſ. eor. Quandoque, VT LEGEM PROPOSITIS VVLGENT EDICTIS, vt Nou. de XXX. annor. Præſcriptio & Nouell. de parentib. qui fil. ſuos diſtrax. Nouell. de tribut. fiſcalib. Nou. de offic. & numerar. præf. Nou. de Epiſcop. iudic. Aliàs, VT PROGRAMMATE SVO AD VNIVERSORVM NOTITIAM PERVENIRE, vt Nou. de confirmand. iis quæ adminiſtr. Nou. II. de inuaſorib. Nou. de præd piſtor. Nou. de Palatin.

Atque vt huius formulæ latius pateat auctoritas, alios quoque eiuſmodi Mandatorum teſtes Imperatores citabo. Impp. Valentin. & Martianus Nou. de indulgent. reliq. Pf. Pr. *Illuſtris itaque & præcelſa magnificentia tua, huius ſaluberrimæ pragmaticæ legis moderationem per vniuerſos populos, ac prouinciarum Iudices*, EDICTIS PROPOSITIS DIVVLGARI CVRABIT. Iidē Impp. Nou. de Matrimon. Senator. *Illuſtris igitur & magnifica auctoritas tua, hanc ſerenitatis noſtræ legem perpetuo in æuum omne valituram*, EDICTIS EX MORE PROPOSITIS, *ad omnium notitiam faciat peruenire.* Et Nou. vlt. de teſtamēt. cleric. *Illuſtris igitur & magnifica auctoritas tua, ea quæ generalis legis huius ſanctione decreui*, EDICTIS EX MORE PROPOSITIS, *ad omnium notitiam faciat peruenire*. Imp. Maiorianus in Nou. de indulgent. reliq. ad eundem Palladium, *Inluſtris & præcelſa magnificentia tua, huius legis ſaluberrima conſtituta* PROPOSITIS DIVVLGABIT EDICTIS. Idem Maiorian. cum Leone, Nou. de ædific. publicis ad Æmylianum P.P *Quapropter inluſtris magnificentia tua ſaluberrimam ſanctionem* PROPOSITIS DIVVLGABIT EDICTIS. Sic enim eum locum emendo ex eorundem Impp. Nou. de ſanctimonialib. & viduis ad Baſilium P. P. in cuius extremo ita eſt, *Inluſtris igitur, & præcelſa magnificentia tua, ſaluberrimam ſanctionem* PROPOSITIS DIVVLGABIT EDICTIS, *vt omnes intelligant*. Impp. Leo & Seuerus Nou. de abrogat. capitib. iniuſt. ad eundem Baſilium. *Quare inluſtris & præcelſa magnificentia tua, huius conſtitutionis oraculum* EDICTORVM FACIET SOLLEMNITATE PROPONI. Impp. Leo & Anthemius de Mulierib. quæ ſe ſeru. propr. ſcripta ad Lupercianum Præf. Prætor. *Inluſtris igitur Lupercian e* P. K. A. *& præcelſa magnificentia tua, ſaluberrimam ſanctionem ad omnium notitiam peruenire*, EDICTORVM DEVVLGATIONE præcipiat. Iidem Impp Nou de confirmatio. leg. D. Leonis ad eundem Lupercianum Pf. Pr. *Inluſtris igitur & præcelſa magnificentia tua, venerabilia conſtituta* PROPOSITIS DEVVLGABIT EDICTIS. Et Nou. de bonis vacantib. ad eundem Lupercianum, *Illuſtris igitur & magnifica auctoritas tua, quæ hac ſaluberrima lege ſerenitas noſtra conſtituit, obſeruari & ad omnium notitiam*, EDICTIS EX MORE PROPOSITIS, *iubeat peruenire*. Sic & Iuſtinianus in conſtitutio. de Iuſtinian. Cod. confirman. Mennæ Præfecto Prætorio præcipit, vt ad omnium populorum notitiam eundem Codicem, EDICTIS EX MORE PROPOSITIS, peruenire faciat. Idem in L. I. C. de offic. Præf. Præt. Africæ, Archelao Pf. Pr. Afr. mandat, vt quæ cōſtituerat, Edictis publicis, omnibus innoteſcere curaret. In ſacro quoque pragmatico Tiberij Auguſti de confirmatione conſtitut. Iuſtin. Imp. de filiis liberar. *Inluſtris igitur & magnifica auctoritas tua, hanc pragmaticam ſanctionē in æternum valituram* EDICTIS PROPOSITIS *omnibus habitatoribus Africanarū partium innoteſcat*.

Sic & Iuſtinianus Nouellis ſuis Græcis mandat Præfectis Prætorio leges ſuas ad eorum, quibus præerant, notitiam perferre διὰ τῶν Ἐδίκτων, vt in Nou. CXX. ad Petrum Pf. Pr. Ἡ ὑπεροχὴ τοίνυν ἡ σὴ ἅπερ διὰ τοῦ παρόντος νόμου εἰς τὸ διηνεκὲς ἰσχύσοντος ἡ ἡμετέρα ἐθέσπισε γαληνότης, ἅπαντα παραφυλάξαι σπουδασάτω, Ἐδίκτων ἐν τοῖς συνήθεσι καὶ νομίμοις μόνον τόποις ἐπὶ δέκα ἡμέρας προτιθεμένων. Idem Nou. CXXIX. Ἡ τοίνυν σὴ ἐνδοξότης &c. δῆλα ταῖς ἐπαρχίαις διὰ τῶν συνειθισμένων Ἐδίκτων τὰ νῦν ἡμῖν παραστάντα ποιήσει. Idē Nou. CXXXI. Ἅπερ τοίνυν διὰ τοῦ παρόντος νόμου εἰς τὸ διηνεκὲς ἰσχύσοντος ἡ ἡμετέρα ἐθέσπισε γαληνότης, ἡ σὴ ὑπεροχὴ, Ἐδίκτων κατὰ τὸ σύνηθες κατὰ τὴν βασιλίδα ταύτην πόλιν προτιθεμένων, εἰς τὴν ἁπάντων γνῶσιν ἐλθεῖν σπουδασάτω. Et Nou. VI. τὸν παρόντα τοίνυν γενικὸν ἡμῶν νόμον, δῆλον ἡ σὴ ἐνδοξότης ποιήσει διὰ τῶν συνειθισμένων Ἐδίκτων, τοῖς τε τὴν μεγάλην ταύτην οἰκοῦσι πόλιν, τοῖς τε τὰς ἐπαρχίας οἰκοῦσιν. Idē Nou. CXXVIII. Ἅπερ τοίνυν διὰ τοῦ παρόντος σωτηριώδους νόμου τοῦ εἰς τὸ διηνεκὲς ἰσχύσοντος διετυπώσαμεν, ἡ σὴ ἐνδοξότης εἰς τὴν ἁπάντων γνῶσιν ἐλθεῖν ποιησάτω, ἐδίκτων κατὰ ταύτην τὴν βασιλίδα πόλιν προτιθεμένων, ἵνα δι' αὐτῶν πᾶσι δῆλα γένηται. Idem ad

Petrum Pſ. Pr. Orient. Nou. CXVIII. Η ἐνδοξότης τοίνυν ἡ σὴ τὰ διὰ τοῦ παρόντος νόμου παρ᾽ ἡμῶν διατυπωθέντα εἰς τὴν ἁπάντων γνῶσιν ἐλθεῖν προνοησάτω. ἐπὶ ταύτης μὲν τῆς βασιλίδος πόλεως, ἐδίκτων κατὰ τὸ συνηθὲς προτιθεμένων. Idem ad eundem Pſ. Pr. Nou. XLIX. τὰ τοίνυν παραστάντα, καὶ διὰ τοῦ δε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου, ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἅπασι ποιησάτω φανερὰ, ἐδίκτων παρ᾽ αὐτῆς καταπεμπομένων. Idē Edicto IIII. ad Io. Pſ. Pr. Η ἔνδοξος τοίνυν καὶ μεγαλοπρεπὴς σου αὐθεντία, ἅπερ διὰ τούτου τοῦ γενικοῦ νόμου ὥρισεν ἡ ἡμετέρα γαληνότης, ἐδίκτοις προτεθέντων εἰς τὴν πάντων γνῶσιν ἐλθεῖν ποιησάτω. Idémque Petro Pſ. Pr. præcipitur Nou. CXXIII. & CXXIIII.

Nō tātùm autē Reſcriptis, cōſtitutionibúſve ad Præfectos Pr. miſſis, ſed & iis quæ ad alios Iudices dignitateq; aut poteſtatē præditos dirigebātur, eiuſmodi præceptio apponi conſueuerat. Patet hoc ex Nou. de inuaſorib. quæ ſcripta eſt ad Pierium Præfectū vrbis, in qua ita eſt, *Vt verò ea quæ pro poſſeſſorum omnium quiete ſancimus, in omnium poſſint notitiam peruenire, hanc legem noſtram Amplitudo tua*, PROPOSITIS VVLGABIT EDICTIS. Idémque præcipiunt Impp. Nou. II. eiuſdem Tit. ſcripta ad Auxentium Præf. vrb. Et Nou. de Honoratis & quis in gradu præferat. ad Storatium Præfectum vrbis. *Inluſtris igitur & precelſa magnificentia tua hac nos generali lege ſanxiſſe cognoſcat, quam* PROPOSITIS EDICTIS VVLGARE *debebit*. Huic ſimile præceptum eſt Iuſtiniani Nou. CXXXV. ſcripta ad Muſonium Præf. vrbi.

Simili modò quas ad Magiſtros vtriuſq; militię dirigebāt cōſtitutiones, ab illis, Edictorū promulgatione in omnium notitiam peruenire volebant. Docet hoc Nou. de Tyronib. ad Sigiſualdum Comitem & Magiſtrum vtriuſque militiæ, in cuius extremo ſic eſt, *Quā legem ne quis ſe ignoraſſe confingat, per omnes prouinciarum ciuitates*, EDICTIS SOLLEMNIBVS DIVVLGABIS. Paritérque vbi ad Magiſtros officiorum conſtitutiones mittebantur idem imperari conſueuerat. Sic enim iidem Impp. Nou. de ambitu & loc. limit. ad Numum Magiſtr. offic. *Inluſtris igitur auctoritas tua, cuius integram fidem rebus ipſis experta eſt noſtra perennitas, hanc generalem ſaluberrimámque noſtræ clementiæ ſanctionem obſeruationi perpetuæ, effectuique mancipari præcipiat*, & EDICTIS VBIQVE PROPOSITIS *ad omnium notitiam venire perficiat*. Idémque Iuſtinianus præcipit Nou. II. quæ ſcripta eſt ad Hermogenem Magiſtrum officiorum. Et Nou. CXXIII. ad Petrum Magiſtr. offic. Η σὴ τοίνυν ἐνδοξότης ἅ τινα διὰ τοῦ παρόντος νόμου, τοῦ εἰς διηνεκὲς ἰσχύοντος, ἡ ἡμετέρα ἐθέσπισε γαληνότης, κατὰ πάντα φυλαχθῆναι προνοησάτω, καὶ εἰς τὴν ἁπάντων γνῶσιν, κατὰ ταύτην τὴν βασιλίδα πόλιν προτιθεμένων ἐδίκτων, ἀγάγοι. Idem Petro Magiſtro officiorum negotij datur eiuſdem Iuſtiniani Nou. CXXXVII. Comiti quoque rerum priuatarum eadem fit præceptio à Theodoſio & Valentinia. Nou. de reſcind. vendit. his verbis. *Inluſtris itaque auctoritas tua legem hanc* EDICTIS PROPOSITIS *ad omnium notitiam perferri præcipiat*. Nec abſimile præceptum fit Floro Comiti R. P. à Iuſtiniano Nou. XII.

Quod autem in omnibus ſuprà ſcriptis locis Edicto, id aliàs Programate fieri præcipitur: veluti Nou. II. de inuaſorib. ad Auxentium P. V. *Vnde inluſtris magnificentia tua, hāc quā præcepti ſuperioris vacuatur incautior definitio*, PROGRAMMATIS LECTIONE EVVLGABIT, *vt agnoſci, ab omnibus poſſit*. Idem Nouella I. de Palatinis ad Maximum Pſ. Pr. *Inluſtris & precelſa magnificentia tua, edictalem legem & functionibus publicis iugiter profuturam*, PROGRAMMATE SVO *in cunctorum prouincialium iubebit ire notitiam*. Et Nou. de confirmand. his quæ adminiſtr. *Illuſtris itaque & precelſa magnificentia tua hanc ſaluberrimam ſanctionem* PROGRAMMATE SVO *ad vniuerſorum faciat notitiam peruenire*. Iuſtinian. Nou. II. Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω, καὶ φανερὰ πᾶσι Διὰ Προγραμμάτων οἰκείων ποιησάτω. Idem Nou. III. Τὰ τοίνυν παρ᾽ ἡμῶν ἐπ᾽ ὠφελείᾳ τῶν ὑπηκόων νενομοθετημένα μανθάνουσα ἡ σὴ ὑπεροχὴ, Τοῖς Συνήθεσι Προγράμμασιν, ἐνταῦθά τε καὶ πανταχόσε τῆς ὑπηκόου φανερὰ γενέσθαι παρασκευασάτω. Quæ ab eo ſūt eodē loquēdi genere dicta quo Nou. XIIII. ἐν πάσῃ τῇ ὑπηκόῳ. Idē Nou. LXXVIII. Ταῦτα ἡ σὴ ὑπεροχὴ μανθάνουσα, τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις κατὰ ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν δῆλα ποιησάτω διὰ Προγραμμάτων οἰκείων, ἐνταῦθά τε καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις. Item Nou. XXXVIII. & XXXIX. Η σὴ ὑπεροχὴ κατὰ τὸ συνηθὲς, Διὰ Προγραμμάτων οἰκείων, φανερὰ πᾶσι καταστησάτω. Item Nou. XLVIII. & LXXVI. Η τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ παραστάντα ἡμῖν κατὰ

τὸ

τὸ σύνηθες παρὰ Προγραμμάτων οἰκείων, φανερὰ πᾶσι καταστησάτω. Et Nouella LXXVIII. & Nou. LXXXIX. Η σὴ ὑπεροχὴ φανερὰ πᾶσι ποιησάτω Προγραμμάτων τιθεμένων, δι' ὧν ἅπασι ὁ νόμος ἔσται σαφής. Idem præcipitur Ioanni Pf.pr. Nou. LXXVI. LXXXII. & LXXXIIII.

Aliâs iubebatur hoc fieri, Διὰ προσταγμάτων. Nou. VII. ad Io.Pf.pr. Ταῦτα τοίνυν ἡ σὴ ὑπεροχὴ πάντα μανθάνουσα, ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, τοῖς ὑποτεταγμένοις φανερὰ παρασκευασάτω γενέσθαι, κατὰ τὸν νενομισμένον, Προστάγμασι χρωμένη πρὸς πάντας τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἡγουμένους. Idem ad Ioannem Pf.pr.Orient. Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν, καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου, ἡ σὴ ὑπεροχὴ διὰ Προσταγμάτων οἰκείων φανερὰ πᾶσι γενέσθαι κατὰ τὸ σύνηθες παρασκευασάτω, καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς παραφυλάττειν σπουδασάτω. Nou. XIIII. Exemplum ſcriptum ad Magiſtrum officiorũ cum hac adiectione, Η τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τόνδε ὑμῶν δεξαμένη τὸν νόμον, ἐν ἁπάσῃ τῇ ὑπηκόῳ διὰ προσταγμάτων οἰκείων, τοῦτον ἅπασι φανερὸν καταστησάτω. Petro verò Mag.officior.idem Nou.CXXXVII. Τὰ τοίνυν, ait, παραστάντα ἡμῖν, καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου, ἡ σὴ ἐνδοξότης διὰ Προθεμάτων κατὰ τοὺς συνήθεις τόπους τῆς βασιλίδος πόλεως προστιθεμένων, εἰς γνῶσιν πάντων ἀγαγεῖν σπουδασάτω καὶ καταφανῆ ποιῆσαι τοῖς τῶν ἐπαρχιῶν ἡγουμένοις.

Interdum verò διὰ Κηρυγμάτων οἰκείων Præfecti Pr. nota facere Principum Edicta iubebantur. Iuſtinianus Nou.LI. ad Ioannem Præfectum Pr. Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν, καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου, ἡ σὴ ὑπεροχὴ Κηρύγμασιν οἰκείοις, ἅπασι ποιησάτω φανερά. Et Nou.LII. ad eundem Io. Pf.P. Η τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ διὰ τῆσδε τῆς θείας ἡμῶν διατάξεως νενομοθετημένα διὰ Κηρυγμάτων οἰκείων κατὰ τὸ σύνηθες ποιῆσαι φανερὰ πᾶσι σπουδασάτω. Idémque Nouella LIII. eidem Ioanni iiſdem fermè verbis præcipitur. Sic & Nouella LXVI. ad eundem, Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν, καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου, διὰ Κηρυγμάτων οἰκείων ἡ σὴ ὑπεροχὴ πᾶσι ποιησάτω φανερά, τοῖς τε ἐπὶ τῆς μεγάλης ταύτης πόλεως, τοῖς τε ἔξωθεν. Idem Nou.LXVIII. Η τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ κατὰ τοῦτο ἡμῖν παραστάντα τὸν τρόπον, ἅπασι φανερὰ δι' οἰκείων Κηρυγμάτων καὶ προστάξεων καταστησάτω.

Quandoque etiam Iuſtinianus Κηρύγμασι χρῆσθαι iubet, adiicítque hæc verba, κατὰ τὰς ἐπαρχίας αἷς ἐφέστηκας, vel, οἷς ἄρχεις. Veluti Nou.LIIII. Η τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ παραστάντα ἐν ἅπασι τοῖς ἔθνεσιν οἷς ἄρχει, διὰ Κηρυγμάτων οἰκείων κατὰ τὸ σύνηθες, φανερὰ ποιησάτω. Et Nou.LX. ad Ioannem Pf.P.Orient. Η τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ παραστάντα ἡμῖν, καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου, ἅπασι ποιησάτω φανερά, κατὰ τὸν νενομισμένον τρόπον Κηρύγμασι κατὰ τὰς ἐπαρχίας χρωμένη. Eadem verba reperiuntur & in Nou.ſeq. ad eundem Pf. Pr.directa. Sic & Nou.XVIII. ad eundem Ioannem Pf.Pr.Orient. Η τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ καλῶς ἡμῖν καὶ ὁσίως παραστάντα, καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων ἀπραγμοσύνης ἐξηυρημένα ἐν ἅπασι τοῖς ἔθνεσιν αἷς ἄρχεις, διὰ Κηρυγμάτων οἰκείων ποιησάτω φανερά. Idẽ Nou.LXXII. Η τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ παραστάντα ἡμῖν, Κηρύγμασι κατὰ τὰς Επαρχίας αἷς ἐφέστηκας χρωμένη πᾶσι ποιησάτω φανερά. At Nou.I. ad illum ipſum Ioan.Pf.Prætorio paulò aliter, Γενήσεται μὲν, ait, παρὰ τῆς σῆς ὑπεροχῆς ἐνταυθοῖ Κηρύγματα πᾶσι παραγγέλλοντα τὴν τοῦ νόμου δύναμιν. Et mox, Οἱ δὲ τῶν μητροπόλεων ἄρχοντες ταῦτα λαμβάνοντες ἑκάστῃ παραπέμψουσι. Iuſtinianus etiam Nou.XII. Florum Comitem Rerum priuatarum iubet ad legem ſuam publicandam Κηρύγμασι χρῆσθαι πρὸς τοὺς τῶν ἐθνῶν ἡγουμένους.

Quandoque etiam generales conſtitutiones Edictis quidem in Regia ciuitate more ſolito proponendis, Præceptionibus autem ad prouinciarum rectores dirigẽdis ad omnium notitiam à Præfectis Prætorio perferri iubebant. Nou.CXXV. Τὰ τοίνυν διὰ τοῦ παρόντος νόμου τοῦ εἰς τὸ διηνεκὲς ἰσχύσοντος, παρὰ τῆς ἡμετέρας γαληνότητος ὁρισθέντα, τοῦτο μὲν ἡ σὴ ὑπεροχή, τοῦτο δὲ καὶ πάντες οἱ ἄλλοι δικασταί, μείζονές τε καὶ ἐλάττονες παραφυλάξαι σπουδασάτωσαν. Εδίκτων μὲν ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει, κατὰ τὸ σύνηθες, παρὰ τῆς σῆς ὑπεροχῆς προστιθεμένων, Προστάξεων δὲ πρὸς τοὺς τῶν Επαρχιῶν λαμπροτάτους ἄρχοντας καταπεμπομένων. Idẽ Nou.CXV. ad Theodotum Pr.Pr. Orient. Η τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὴν παροῦσαν ἡμῶν γενικὴν νομοθεσίαν Προγραμμάτων μὲν κατὰ ταύτην τὴν βασιλίδα πόλιν, κατὰ τὸ σύνηθες, προστιθεμένων, Προστάξεων δὲ πρὸς τοὺς τῶν Επαρχιῶν ἄρχοντας στελλομένων, εἰς τὴν ἁπάντων γνῶσιν ἐλθεῖν παρασκευασάτω. Et Nou.CXVI. Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν, καὶ διὰ τοῦ παρόντος δηλούμενα νόμου, ἡ σὴ ὑπεροχὴ γινώσκουσα, κατὰ μὲν τὴν εὐδαίμονα ταύτην πόλιν, Εδίκτων κατὰ τὸ σύνηθες προστιθεμένων, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις, Προστάξεων στελλομένων πᾶσι δῆλα καταστῆσαι σπουδασάτω. Idem

Nou. CIX. ad Ioannem Pf.Pr. Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν, καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ γινώσκουσα, &c. διά τε τῶν εἰωθότων ἐδίκτων καὶ προσταγμάτων οἰκείων πᾶσι ποιησάσθω φανερά, ἔν τε τῇ εὐδαίμονι ταύτῃ πόλει καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις. Et Nou. CIX. Ἡ ὑπεροχὴ τοίνυν ἡ σή, ἃ διὰ τοῦ παρόντος νόμου, εἰς τὸ διηνεκὲς κρατήσοντος ἡ ἡμετέρα ἐθέσπισε γαληνότης, ἐδίκτων μὲν ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει προτεθειμένων, προστάξεων δὲ πρὸς τοὺς πασῶν τῶν ἐπαρχιῶν ἡγουμένους καταπεμπομένων, εἰς τὴν τῶν πάντων γνῶσιν ἐλθεῖν παρασκευάσει. Idem Nou. CXLV. Ἡ σὴ τοίνυν ἐνδοξότης, τὰ διὰ τοῦ παρόντος ἡμῶν θείου νόμου θεσπισθέντα γινώσκουσα, ποιήσεται μὲν ψήφους ἀκολούθους αὐτοῖς, ἐδίκτοις δὲ χρήσεται, καὶ προστάξεσι πρὸς τοὺς τὰς ἐπαρχίας ἰθύνοντας, καὶ τοὺς τῶν πόλεων ἐπισκόπους. Idem Nou. CXXXIIII. Προνοησάτω τοίνυν ἡ σὴ ἐνδοξότης, τὸν παρόντα θεῖον ἡμῶν νόμον κατὰ ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν προτεθῆναι, καὶ στεῖλαι κατὰ τὰς ἐπαρχίας καὶ καταφανῆ ποιῆσαι τοῖς τούτων ἡγουμένοις. Iuſtinus Nou. I. Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν, καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου ἡμῶν πραγματικοῦ νόμου δηλούμενα, ἡ σὴ ἐνδοξότης γράμμασι χρωμένη κατὰ τήνδε τὴν βασιλίδα πόλιν ἅπασι φανερὰ καταστήσει. In veteri quoque verſione Nou. CXII. quæ ſcripta eſt ad Theodotum Præfectum Prætorio Orientis, hęc pręter ea quæ è Græco Codice continentur, apponitur concluſio. *Illuſtris itaque & magnifica auctoritas tua præſentem numinis noſtri legem in perpetuum valituram, Edictis, in hac regia vrbe propoſitis, ac Præceptionibus in vniuerſas prouincias ſub tua iuriſdictione conſtitutas directis, faciat manifeſtam: vt omnes ea quæ pro vtilitate eorum ſancimus, à ſe cuſtodienda cognoſcant.*

Interdum nulla Edicta proponi iudices, ſed curare vt ad omnium notitiam leges peruenirēt, iubebant: vt Nou. de Scholarib. ad Florent. Magiſtr. Officior. *Inluſtris itaque auctoritas tua legem hanc perpetuò valituram ad deuotiſſimorum ſcholarium notitiam perferri præcipiat.* Sic & in Nou. I. de Palatinis, & Nou. neque domum diuinam, ad Maximum Pf. Pr. *Inluſtris igitur & præcelſa Magnitudo tua hanc legem conſuetæ ſibi prouiſionis vigore in omnium prouinciarum populorúmque notitiam perferre iubebit.* Idem Nou. II. de Palatin. ad Paterium Pf. Pr. *Pateri* P. K. A. *Inluſtris igitur & præcelſa magnificentia tua hanc omnibus innoteſcere ſanctionem iubebit.* Iidem Nouella de Metatis ad Numum Magiſtrum Officiorum. *Illuſtris itaque auctoritas tua, quæ per hanc diuinam legem diximus ſancienda, ſollemniter ad omnium notitiam peruenire conſtituat.* Et Nouella CXIII. ad Theodotum Pf.Pr.Orient. Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου, ἡ σὴ ὑπεροχὴ παραφυλάξαι μὲν προνοησάτω, πᾶσι δὲ δῆλα καταστησάτω. Nou. XLVII. Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου, ἔν τε ταύτῃ τῇ μεγάλῃ πόλει, ἔν τε ταῖς ἐπαρχίαις ἁπάσαις ὧν ἄρχει, φανερὰ καταστησάτω. Idem Nou. CVII. Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν, καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου, ἡ σὴ ἐνδοξότης γινώσκουσα, ἅπασι ποιησάτω φανερά. Idem Nou. CXXX. Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν, καὶ διὰ τοῦ παρόντος δηλούμενα νόμου, ἡ σὴ ἐνδοξότης ἔν τε τῇ βασιλίδι πόλει καὶ τοῖς κατὰ τὸν τόπον ὁσιωτάτοις ἐπισκόποις, τοῖς τε λαμπροτάτοις τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχουσι, καὶ πᾶσι τοῖς ἡμετέροις ὑποτελέσιν ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ καὶ πόλει δῆλα καταστησάτω.

Nonnunquā extrema hac Conſtitutionū clauſula, cauebatur duntaxat, vt eas obſeruari præciperent, EFFECTVIQVE MANCIPARI ſtuderēt hi, ad quos eæ dirigebantur, pœna quandoque addita contra temeratores. Sic in Nou. Theod. & Valentinia. de Lenonib. *Illuſtris igitur*, aiunt, *auctoritas tua, ea quæ tuendæ honeſtatis decreuimus gratia, veneratione debita iubeat cuſtodiri, officio amplitudinis tuæ* VIGINTI LIBRARVM AVRI POENAM, SI PRÆCEPTA NOSTRA NEGLEXERIT, LVITVRO. Iidem Nou. de Principib. agent. in reb. Tit. XXXIIII. ad Opilionem Magiſt. Offic. *Inluſtris itaque auctoritas tua, hæc quæ merito conſtituta ſunt, præcipiet pro ſua æquitate ſeruari*, MVLTA X. LIBRARVM AVRI STATVTA, SI QVIS LEGIS HVIVS OBVIAVERIT CONSTITVTIS. Iidem Nou. de Ambitu, *Inluſtris igitur auctoritas tua, hanc generalem ſaluberrimámque noſtræ clementiæ ſanctionem obſeruationis perpetuæ*, EFFECTVIQVE MANCIPARI PRÆCIPIAT. Proponuntur etiam multæ iis qui aduerſus conſtituta facerent, Nouella de pecun. Africæ credit. & Nouell. de Succeſſionibus Curialium, itē Nou. I. & II. de Tyronib. & Nou. de Competitionib. Iuſtinian. in L. II. C. de Offic. Præf. Præt. Africæ, ad Beliſarium, *Gloria itaque tua, quæ per hanc Pragmaticam ſanctionem noſtram ſtatuuntur æternitatis effectui* MANCIPARI, *obſeruaríque præcipiat.* Quæ clauſula ibidem poſt

aliquot

poſt aliquot verba interpoſita repetitur. Item in Pragmatica ſanctione Iuſtiniani, quæ à Iuliano anteceſſore refertur: *Quæ igitur per hanc diuinam Pragmaticam ſanctionem noſtra ſtatuit æternitas, Magnitudo tua, modis omnibus* EFFECTVI MANCIPARE, *obſeruaréque procuret, pœna decem librarum auri imminente, contra temeratores noſtrarum iuſsionum.* Idem Iuſtinianus Nou. de Adſcriptitiis & Colonis ad Dominicum PP. Illyrici apud eundem Iulianum: *Tua igitur Gloria quæ nobis viſa ſunt per hanc legem diuinam ſignificãtem* EFFECTVI MANCIPARE *feſtinet multa imminente decem librarum auri, qui eam violauerit, aut conceſſerit violandam.* Sic & in Conſtitutione Iuſtini Imperatoris de filiis liberarum in Africã directa ad Theodorum: *Quæ igitur per hanc diuinam Pragmaticam ſanctionem noſtra ſanxit æternitas, tam tua Magnitudo, quàm qui poſt te eandem adminiſtrationem adepti fuerint, vnà cum officio ſuo* EFFECTVI MANCIPARE, *obſeruaréque procurent.* Formulam hanc magna verborum varietate expreſſam paſſim in Iuſtiniani Nouellis lector reperiet. Modò enim ait, φυλάττειν, vel, Παραφυλάξαι σπευδέτω, vel, Παραφυλαξάτω, vel, Βέβαια φυλαξάτω, vt Nou. XXXVIII. LXXXVII. CI. CVI. CXXXV. & CLXII. & Edicto VII. & IX. eiuſdem Iuſtinia. Modò Ακέραια φυλάττειν εἰς τὸ διηνεκὲς σπουδαζέτω, vt Nou. XX. XLI. LXIII. & CXXXVI. Aliâs, Ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπουδασάτω, vt Nou. XX. XXXII. XLI. XLIIII. LXIII. LXXXV. XC. XCII. XCIIII. XCV. XCVIII. XCIX. C. CIII. CX. CXXII. CXXXIII. CXLIII. CLI. CLIII. CLIIII. CLV. CLIX. Et Edicto III. IIII. X. XI. XII. eiuſdem Iuſtiniani. Aliâs, Εἰς ἔργον ἀγαγεῖν, vel, πρὸς ἔργον ἀχθῆναι σπουδασάτω, vt Nou. LXXX. & CXLVIII, & Edicto II.

Additur quandoq; e, vt tam is ad quem conſtitutio dirigitur, quàm eius ſucceſſores, legem quæ ſancitur, ad effectum perducere vnà cum Officio, quod ei paret, curent, his verbis, Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ καὶ οἱ μετὰ σὲ τὴν αὐτὴν ἀρχὴν παραληψόμενοι: vel, Οἱ μετὰ σὲ τὴν ἀρχὴν ἕξοντες. vel, Ὁ κατὰ καιρὸν τῆς αὐτῆς ἡγησόμενος ἀρχῆς. aut, Καὶ ἡ πειθομένη σοι Τάξις, vel, ἅμα τῇ πειθομένῃ αὐτῷ Τάξει. vt Nou. III. XXI. XLIII. LIX. LXIII. & CLVII. Iuſtiniani & Nou. III. Iuſtini legitur. Et ita in Conſtitutione Iuſtini de filiis liberarum. *Quæ igitur per hanc diuinam Pragmaticam ſanctionem noſtra ſanxit æternitas*, TAM TVA MAGNITVDO, QVAM QVI POST TE EANDEM ADMINISTRATIONEM ADEPTI FVERINT, VNA CVM OFFICIO SVO, EFFECTVI MANCIPARE, OBSERVAREQVE PROCVRENT. Eáque recta eſt Græcæ vocis Τάξεως interpretatio, quæ vetuſtum interpretem Latinum Nouellarum Iuſtiniani non latuit, qui extremã Nouellæ LXIII. partem ita conuertit: *Quæ igitur*, &c. TVA CELSITVDO IN PERPETVVM VNA CVM OBEDIENTI OFFICIO SERVARI FESTINET.

Cæterùm ſuas de diuinis & Eccleſiaſticis rebus Conſtitutiones, Iuſtinianus ad Patriarchas & Archiepiſcopos dirigens, per eos innoteſcere Epiſcopis, Eccleſiiſque eorum iuri ſubiectis præcipiebat. Teſtem do Nouellam ſextam, cuius hæc ſunt verba: Οἱ μὲν οὖν ἁγιώτατοι Πατριάρχαι διοικήσεως ἑκάστης, ταῦτα προθήσουσιν ἐν ταῖς ὑφ' ἑαυτοὺς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, δῆλα δὲ ποιήσουσι τοῖς θεοφιλεστάτοις μητροπολίταις τὰ παρ' ἡμῶν διατεταγμένα. Idem Nou. XL. ad Petrum Archiepiſcopum Hieroſolymorum. Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν, καὶ διὰ τοῦδε τοῦ ἰδικοῦ νόμου, καὶ αὐτοῦ τοῖς τῶν νόμων ἐγγραφησομένου βιβλίοις, ἡ σὴ Μακαριότης γινώσκουσα, φανερὸν αὐτὸν τοῖς ὑπὸ σὲ πᾶσι καταστησάτω. Et Nou. XLII. ad Menam Archiepiſcopum, Ἡ τοίνυν σὴ Μακαριότης τὰ ὀφθέντα ἡμῖν παραστάντα φυλαττέτω τε καὶ εἰς ἔργον ἀγέτω, καταπέμπουσα αὐτὰ διὰ θεοφιλῶν αὐτῆς γραμμάτων πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτὴν τεταγμένοις ὁσιωτάτοις μητροπολίταις, ὧν ἑκάστῳ γενήσεται φροντὶς ταῖς ὑπ' αὐτοὺς τεταγμέναις ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ταῦτα ποιῆσαι φανερά. Idem ad eundem Menã Nou. LV. Ἡ τοίνυν σὴ Μακαριότης τὰ παραστάντα ἡμῖν καὶ φυλαξάτω, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὴν τοὺς μητροπολιτικοὺς θρόνους ἔχουσι φανερὰ καταστησάτω. Iterúmq; ad eundem Archiepiſcopũ Menam. Nou. LXVII. Τοῦτον δὲ ἡμῶν τὸν νόμον πρός τε τὸν θρόνον τῆς σῆς Μακαριότητος, πρός τε τοὺς λοιποὺς ἁγιωτάτους Πατριάρχας καταπεμπομένου αὐτοὶ διὰ γραμμάτων οἰκείων τοῖς ὑφ' ὑμᾶς μητροπολίταις ποιήσονται φανερόν. Ad eundem modũ Iuſtin. Nou. V. Ταῦτα τοίνυν, ait, ἅπαντα οἵ τε ὁσιώτατοι Πατριάρχαι τοῖς ὑφ' ἑαυτοὺς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις δηλώσουσιν, ἐκεῖνοί τε τοῖς μοναστηρίοις τοῖς ὑπὸ τὴν ἑαυτῶν χεῖρα καθεστῶσι γνωριζέτωσαν. Aliâs verò, vt Nou. LVII. hoc dumtaxat præcipit, Ἡ τοίνυν σὴ Μακαριότης, καὶ οἱ μετ' αὐτὴν ἐπὶ τῶν ἀρχιερατικῶν γενόμενοι θρόνων, τὰ παρ' ἡμῖν διατεταγμένα, καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου, ἔργῳ καὶ

πέμπτι παραδοῦναι σπουδάσω: vel, Τὴν Μακαριότητα τὴν σὴν φυλάττειν διηνεκῶς θεσπίζομεν. Sic in Nouella de priuilegio Archiepiſcopi primæ Iuſtinianæ apud Iulian. antecessor. quæ ſcripta eſt Catelliano Archiepiſcopo, BEATITVDO *igitur* TVA, *quæ noſtra ſanxit æternitas, modis omnibus* AD EFFECTVM PERDVCERE *non differat*. In quibus exemplis, ſollemnia hæc in Archiepiſcopis appellandis verba, Η ΣΗ ΜΑΚΑΡΙΟΤΗΣ, ſeu, BEATITVDO TVA, obſeruanda curſim moneo.

Ex his quæ ſuprà diximus ſatis ſupérque probatum eſt, id egiſſe principes, vt conſtitutiones ſuæ Edictis, Programmatibus, Præceptionibus, Præfectorũ prætorio, aliorúmve Iudicum, quorum de ea re qua de lex ferebatur, iuriſdictio erat, in vulgus exirent, & ad populorum qui eorum imperio parebant, notitiam perducerentur: quod & teſtatur L.XIIII.de bon. proſcriptor. in C.Th. ad Cæſarium P.P. ſcripta, his verbis: *Hoc edictis propoſitis, præcipimus per omnes prouincias diuulgari.* Theodoſio etiã & Valẽtiniano in L.III. C.de Legib. placet, Legum vim obtinere ea quæ *per omnes populos iudicum Programmatibus diuulgari conſtituerunt.*

Iam illa in Principum literis hodiéque recepta verba, SCIANT OMNES, è veterũ Impp. ſcriniis ad nos manaſſe, in difficili non erit demonſtrare. Vſurpantur enim ab Impp. L.vlt.de his qui ex public. rationib. L.vlt.de Probationib. & L. vlt. quando libell. princ. dat. L.vlt.de dolo. L.I.de manda. princip. in C.Iuſtinia. L.III.de pœnis, L.II. de his qui cum. diſpenſato. L.XLVIII.de hæretic. L.IIII.de patrocin. vicor. in C.Th. Interdũm verò ſcribunt, VNIVERSI COGNOSCANT, vt in L.I. de fund. rei priuat. lib.XI.C.Iuſtinia. Aut SINGVLI VNIVERSIQVE COGNOSCANT, vt in L.XV. de accuſationib. L.II.de calumniatorib. & in Edicto Theod. & Valentiniani ad populũ, Nou. de Pantapolis. In Edicto verò quod proponitur in Nou. de pretio ſolidi, quo Quirites alloquuntur, ſcribitur, AGNOSCAT VNIVERSITAS.

Porrò ſuas quandoque Conſtitutiones & Edicta ipſimet Impp. proponi iubebant celeberrimis vrbis Regiæ, & aliarũ ciuitatum locis, vt apparet ex Iuſtiniani Nou.LXXXII. XCIIII.CXII.& Iuſtini Nou.IIII.& vlt. Sic & Conſtantinus in L.I.ſi cert. pet. chirograph. in C.Th. Et *quamuis neſcire promulgata non liceat*, PER OMNEM HVNC ANNVM PENDERE IVBEMVS EDICTVM. Impp. Arcad. & Honor. in L.XXVII. de hæretic. in cod. Cod. *Reſcriptum, quod Donatiſtæ à Iuliano tunc principe impetraſſe dicuntur*, PROPOSITO PROGRAMMATE, CELEBERRIMIS IN LOCIS VOLVMVS ANTEFERRI. Sic in Edicto Impp. Conſtantini & Licinij, quod ab Euſebio lib.X.hiſtor. Eccleaſt. cap.V. refertur. Ταῦτα ὑφ' ἡμῶν γραφέντα πανταχοῦ προτεθῆναι καὶ εἰς γνῶσιν πάντων ἀγαγεῖν ἀκόλουθόν ἐστιν. In vrbe quidem Conſtantinopolitana Iuſtinianus Nou. LXXXIII. præcipit legem ſuam, Προτεθῆναι ἐπί τε τῆς Βασιλείου στοᾶς, ἐπί τε τῶν ἄλλων μερῶν τῆς πόλεως. Nouella verò CXX. Ἐν τοῖς συνήθεσι καὶ νομίμοις τόποις. Aliâs, κατὰ τοὺς συνήθεις τόπους &, Εἰς τοὺς ἐπιφανεῖς ἑκάστης πόλεως τόπους. Romæ verò in foro Traiani proponi Principum Edicta conſueuiſſe indicat Imp. Marci reſcriptum ad S.P.Q.R. apud Iuſtinum Martyr. Apolog.II. pro Chriſtianis, in quo eſt, Καὶ κελεύω τοῦτό μου τὸ διάταγμα ἐν τῷ φόρῳ τῷ Τραιανοῦ προτεθῆναι πρὸς τὸ δύνασθαι ἀναγινώσκεσθαι· φροντίσει ὁ Πραίφεκτος Βιτράσιος Πολλίων εἰς τὰς πέριξ ἐπαρχίας πεμφθῆναι. Quo loci lubens, ſi per criticos quos mihi propitios & faciles opto, liceret, verbis, Δύνασθαι ἀναγινώσκεσθαι, inſererem, intercalarémque, Ἐξ ἐπιπέδου, vt hoc modo ſollemnia illa verba Edictorum, VNDE DE PLANO RECTE LEGI POSSIT, implerẽtur. Aliter enim, palàm proſcribi Edicta nõ videbãtur, ſecundum Vlpiani interpretationẽ in L.XI.§.proſcribere, D.de Inſtitor. vbi PROSCRIBERE, ait, PALAM, *ſic accipimus*, VNDE DE PLANO RECTE LEGI POSSIT. Quæ verba vt legitima hiſce ſingularibus literis V.D.P.R.L.P. ſcribi ſolita Valer. Prob. in Notis auctor eſt. Moris certè fuiſſe Edicta Romæ in foro Traiani proponere teſtantur ſubſcriptiones, L.II.ad L.Cornel.de falſ. L.VII.ad L.Iul.de adulter. L.II.de iure fiſ. L.IIII.de conlatio. donatar. L.I.de priuileg. corporat. vrb. Ro. L. II. de habitu quo vti oport. L.II.de petitionib. L.I.de campo Mart. vrb. Ro. in C.Th. & Nou. Theod. & Valentin. de poſtulan. & Nou. de Honorat. & qui in gradu præfer. Nou.I.& II. de teſtament. Nou. Valentinia. de liber. & ſucceſſionib. eor. Illic enim vtique ſubſcriptum eſt,

PRO-

PROPOSITA IN FORO TRAIANI. Huc pertinent quæ in Magnonis notis legimus, IN FORO CÆSARIS, IN FORO PACIS, IN FORO TRAIANI, IN FORO NERVÆ, IN FORO TRANSITORIO, IN FORO IVLI, IN FORO POPVLI, IN FORO BOARIO, IN FORO FLAMINIO. Sed & in L.ix. de nauicular. in C.Th. Subſcriptio extat huiuſmodi, PROPOSITA IN FORO APRONIANI, & in Conſtitutio. Theod. & Valentin. relata in fragment. Iureconſultorum Pithœanis, Tit.vi. PROPOSITA IN ATRIO MINERVÆ. Reſcripto Antonini τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας, apud Euſeb. lib. IIII. hiſt. Eccleſ. cap. XIII. præter ea quæ Iuſtini Martyris Apolog. II. pro Chriſtian. continentur, ſubſcribitur, Προετέθη ἐν Ἐφέσῳ ἐν τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας, quæ Rufinus vertit, PROPOSITA EPHESI PVBLICE IN CONVENTV ASIÆ.

Interdum etiam leges ſuas in æs incidi iubebant. Conſtantin. in L.II. quemadmodũ mun. ciuil. in Cod. Th. *Quod vt perpetua obſeruatione firmetur, legem hanc inciſam* ÆNEIS TABVLIS, *iuſſimus publicare.* Idem Imp. in L.I. de aliment. quæ inopes paren. in Cod. Th. ÆREIS, ait, TABVLIS, *vel ceruſſatis, aut linteis mappis ſcripta per omnes ciuitates Italiæ* PROPONATVR LEX. Valentinian. & Valens in L.IIII. de Suariis eod. Cod. *Hæc autem omnia* ÆNEÆ TABVLÆ *in foro Suario collocanda,* AD ÆTERNAM MEMORIAM OPORTEBIT INSCVLPI. Iidem Impp. in L.I. de iure Ital. eod. Cod. *Conceſſi igitur gratia beneficij* PVBLICIS ACTIS VS INTIMETVR, ET INCISA TABVLIS, *debita ſollemnitate permaneat.*

Præterea Iuſtinianus Conſtitutiones ſuas τῶν Νόμων βιβλίοις ἐγγράφεσθαι, vel, τῷ τῶν θείων Διατάξεων βιβλίῳ ἀποτεθῆναι decernit Nou. XXV. XXVI & XL. Idem Nou. IX. ad Ioãnem Archiepiſc. C.P. Legem ſuam intro apud vaſa ſancta reponi iubet.

Verùm priuſquàm ad reliquas ſubſcriptiones deſcendam, prædicendum cenſeo Reſcriptis, Edictiſque Principes manu ſua ſubſcripſiſſe, vt traditur in L.III. C. de diuerſ. Reſcript. Euſebius lib. II. de vita Conſtantini, Εἴληπται δ' ἐξ αὐθεντικοῦ τοῦ παρ' ἡμῖν φυλαττομένου βασιλικοῦ νόμου, καὶ τῆς αὐτοῦ δεξιᾶς ἐγγράφου ὑποσημειώσεως, τῆς τοῦ λόγου πιστώσεως, οἷά τινος σφραγῖδος κατασημαινούσης τὴν μαρτυρίαν. Planè Leo in L.VI. C. de diuerſ. Reſcript. ea tantummodò fas eſſe proferri, vel dici Reſcripta conſtituit, quæ in chartis, ſiue membranis ſubnotatio ſuæ ſubſcriptionis impreſſerat. Subſcriptionum verò Imperialium exempla aliquot adducam. In Edictis quidem ad populum plerumque manu ſua ſubſcribebant his verbis, PROPONATVR AMANTISSIMO NOSTRI POPVLO RO. vel POPVLO CONSTANTINOPOLITANO. Docet hoc Nou. Theod. & Valentin. de Reddito iure armor. in cuius extremo eſt: *Et manu diuina*, PROPONATVR AMANTISSIMO NOSTRO POPVLO RO. *Et ad latus*, DAT. VIII. KAL. IVL. ROMÆ VALENTINIANO ET ANATOLIO V.C. COSS. Idem probat eorumdem Impp. Nouella de pretio ſolidi, cuius nouiſſima verba ſunt hæc, *Et manu diuina*, PROPONATVR AMANTISSIMO NOSTRI POPVLO RO. *Et ad latus*, DATA XV. KAL. FEBR. ROMÆ, VALENTINIANO V. A. COS. Sic in Edicto Iuſtiniani ad populum Conſtantinopolitanum Nou. CXLI. PROPONATVR CONSTANTINOPOLITANIS CIVIBVS NOSTRIS. Et Nou. XIII. de Prætorib. plebeiis in fi. PROPONATVR CONSTANTINOPOLITANIS CIVIBVS NOSTRIS. Eiuſdem formæ eſt ſubſcriptio Nouellæ cv. in qua eſt, LEGATVR.

Ad Senatum verò ſcribentes, in fine adiiciebant manu ſua, OPTAMVS VOS FELICISSIMOS AC FLORENTISSIMOS PER MVLTOS ANNOS BENE VALERE SANCTISSIMI ORDINIS PATRES CONSCRIPTI. Patet hoc ex Nouel. Theodoſij & Valent. de indulgent. reliq. ad Senatum, in cuius calce ſcriptum eſt: OPTAMVS VOS FELICISSIMOS AC FLORENTISSIMOS, NOSTRIQVE AMANTISSIMOS PER MVLTOS ANNOS BENE VALERE, SANCTISSIME ORDINIS P.C. Nouellæ quoque Maioriani ad Senatum, de ritu Imperij ſui, finis eſt huiuſmodi: *Et manu diuina*, OPTAMVS VOS FELICISSIMOS ET FLORENTISSIMOS PER MVLTOS ANNOS BENE VALERE (ſic enim emendo) SANCTISSIMI ORDINIS PATRES CONSCRIPTI.

ad conſil... uerba.

Subſcribebant etiam interdum Imperatores manu ſua in hunc modum, DIVINITAS TE SERVET PER MVLTOS ANNOS PARENS KARISSIME. Poſtrema namque Nouellæ Theodoſij & Valentin. de Epiſc. ordinat. ad Aëtium Patritium verba hæc ſunt, *Et manu diuina* (vt ex veteri Cod. ſuppleo) DIVINITAS TE SERVET PER MVLTOS ANNOS PARENS KARISSIME. In fine etiam Nouellæ de homicid. caſu vel volunt. facto ad Maximum Pf. Pr. & Patritium, ſcriptum eſt, *Et manu diuina:* DIVINITAS TE SERVET PER MVLTOS ANNOS PARENS KARISSIME AVGVSTORVM. Eodem modo Iuſtinianus Nou. cxxi. ad Ariliùm Præſidem Tharſi, DIVINITAS TE SERVET PER MVLTOS ANNOS FRATER IVCVNDISSIME. Extat in ſacro Pragmatico Tiberij Auguſti directo ad Theodorū, Imperialis huiuſmodi ſubſcriptio, DIVINITAS TE SERVET PER MVLTOS ANNOS PARENS KARISSIME ATQVE AMANTISSIME. Eſt & in Iuſtiniani Nouella VII. ad Epiphanium Patriarcham Conſtantinopolitanum talis ſubſcriptio. DIVINITAS TE SERVET PER MVLTOS ANNOS SANCTE AC RELIGIOSISSIME PATER. Et hoc fortè eſt quod in veteri verſione Nouellæ VI. quæ ad eundem Epiphanium dirigitur, additur, SCRIPTA CVM ADIECTIONE DOMINICA. In fine etiam Epiſtolæ Iuſtiniani ad Ioannem Pontificem, quæ inſerta eſt, L. inter claras. C. de ſumma Trinit. hæc habetur ſubſcriptio, DIVINITAS TE CONSERVET PER MVLTOS ANNOS SANCTE AC RELIGIOSISSIME PATER. Cuiuſmodi ſubſcriptionis vetuſtiorem auctorem habemus Conſtantinum Imperator cuius Epiſtolæ ad Euſebium Cæſareæ, & Macarium Hieroſolymorum Epiſcopum, apud Euſebium lib. II. III. & IIII. vitæ eiuſdem Imperatoris, & Socratem lib. I. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. VI. & Theodoritum lib. I. eiuſdem hiſtor. cap. X. & XVI. ita concluduntur, Ὁ Θεός σε διαφυλάξοι ἀδελφὲ ἀγαπητέ. Idem Euſeb. lib. X. eiuſdem argumēti ἀντίγραφα βασιλικῆς ἐπιςολῆς Conſtantini ad Mileiadem vrbis Ro. Pontificem refert, cuius poſtrema verba ſunt hæc, Ἡ θειότης ὑμᾶς τοῦ μεγάλου θεοῦ διαφυλάξοι πολλοῖς ἔτεσι τιμιώτατε. Ibidem aliud ἀντίγραφον Epiſtolæ Conſtantini ad Chreſtum Syracuſanorum Epiſcopum adducit, cum hac ſubſcriptione, Ὑγιαίνοντά σε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ διαφυλάξοι ἐπὶ πολλοῖς ἔτεσιν. Ad Cæcilianum quoque Carthaginienſem Epiſcopum ab eodem Imp. miſſam Epiſtolam profert, his in fine verbis, Ἡ θειότης τοῦ μεγάλου θεοῦ σε διαφυλάξοι ἐπὶ πολλοῖς ἔτεσι. Idem Euſeb. lib. III. vitæ Conſtantini eiuſdem Imp. Epiſtolam ad Eccleſias, & aliam ad Epiſcopos Palæſtinæ, aliaſque ad populū Antiochenū, & Epiſcopus Antiochiæ congregatos, & lib. IIII. eiuſdē argumenti, aliā ad Epiſcopos, τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ ἐν Τύρῳ, inſerit, quarū, vt & alterius eiuſdē Imp. Epiſt. ad Catholicam Alexandrinorum Eccleſiam, & item alterius ad Epiſcopos, apud Socratem lib. II. Hiſtor. Eccleſiaſt. & alterius ad Nicomedenſes apud Theodorit. lib. I. nouiſſima verba ſunt hæc, Ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξοι ἀδελφοὶ ἀγαπητοί. Idem Socrates lib. II. cap. III. cum Theodorito lib. II. cap. II. eiuſdem Conſtantini Epiſtolam ad Alexandrinos adfert, cuius finis hic eſt, Ἡ θεία πρόνοια ὑμᾶς διαφυλάξοι ἀδελφοὶ ἀγαπητοί. Quā Hiſtor. Tripartitæ collector lib. IIII. cap. II. trāſcripſit. Sed & in Epiſtola Cōſtantini ad Arium Preſbyterum apud Socrat. lib. I. legitur, Ὁ Θεός σε διαφυλάξοι ἀγαπητέ. Denique Imperator Gratianus Epiſtolā ſuam ad B. Ambroſiū, quæ eſt XXV. lib. V. Epiſtolar. Ambroſianar. ita concludit, DIVINITAS TE SERVET PER MVLTOS ANNOS, PARENS ET CVLTOR DEI ÆTERNI QVEM COLIMVS IESV CHRISTI. Epiſtolæ etiam Imp. Iuliani ad Alypium poſtrema verba ſunt hæc, Ἐρρωμένος καὶ εὐδαιμονῶν διατελοίης, ἐπὶ μήκιστον ἀδελφὲ ποθεινότατε καὶ φιλικώτατε.

Interdum verò ſubſcribebant Impp. VALE CARISSIME. Euſeb. lib. X. hiſtor. Eccleſ. citat ἀντίγραφον βασιλικῆς διατάξεως ad Anilinum Africæ Proconſulem, in cuius principio eſt, Χαῖρε Ἀνυλῖνε τιμιώτατε ἡμῖν. In fine vero, Ἔρρωσο Ἀνυλῖνε τιμιώτατε, καὶ ποθεινότατε ἡμῖν. Aliud quoque ἀντίγραφον Epiſtolæ eiuſdem Conſtantini ad eundem Anilinum, ibidem refert, cum hoc initio, Χαῖρε Ἀνυλῖνε τιμιώτατε ἡμῖν, cum hoc fine, Ἔρρωσο Ἀνυλῖνε τιμιώτατε. Sic & in Edicto Iuſtini Imp. de filiis liberarum emiſſa ad Theodorum, ſubſcriptio Imperialis adiicitur, VALE THEODORE PARENS CARISSIME ATQVE AMANTISSIME.

Illa autem verba, *Et manu diuina*, quæ ſubſcriptiones antecedunt, ſingularibus hiſce literis E T. M. D. perſcriptas Magno teſtis eſt. Enimuerò quod manu illa, ſi Diis placet, diuina, ſubſcribebatur, ſingulari quodam encauti genere ſcribi Imperator Leo conſtituit, in L. VI. C. de diuerſ. reſcript. Sacra enim Reſcripta alio colore, quàm purpurea inſcriptione luſtrari vetat: coctíque muricis & triti conchylij ardore ſignari præcipit; nec eius ſacri encauti confectionem habere, priuatis vult licere. Vnde patet Imperialia Reſcripta miniatis literis & encauto muriceo conſignari conſueuiſſe. Quod & Cõſtantinopolitanos Imperatores ſeruaſſe teſtatur Conſtantinus Manaſſes in Annalib. his verbis, quæ, cùm Græcorum copiam nõ habeam, vti Latinè reddita ſunt, ſubiiciam. *Nam ſi quis*, ait, *ei chartam offerret*, RVBRIS IN EA LITERIS NOMEN IMPERATORIVM SVBSCRIBEBAT. Et mox: *Hanc chartam fratri offert: rogat, hanc ſcripturam literis Imperatoriis munire, ac ſubſignare velit. Imperator precibus ſororis annuit, mox calamum prehendit manu, & exaratis* PVRPVREI COLORIS LITERIS, *chartã confirmat.* Idẽ alio loco: *Nã Romani conſiliis obtẽperans Imp.* LITERAS RVBRICA SVBSCRIPTAS, *ad exercitũ mittit.* Idémq; ex Nicetę multis locis colligi poteſt: Ὁ δὲ δή, ait, μέγας Δομέστικος τῆς τῶν βασιλείων φυλακῆς ἐπιμεληθεὶς, καὶ τὸ τοῦ βασιλέως Μανουὴλ παρὰ τοῖς ἀστοῖς ἀναγορεύσεως, γράμμα ἐρυθροσήμαντον, σφραγῖδι χρυσίᾳ καὶ σηρικῷ νήματι ἐμπεδῶν κέγχρος ἀναδιδούμενος αἵματι τῷ κλήρῳ τοῦ μεγάλου νεὼ ἐπιδίδωσι, τυπῶν αὐτοῖς ἀργύρεα ἐτήσια χρήματα, εἰς μνᾶς δὶς ἑκατὸν κορυφούμενα. Ἐλέγετο δὲ καὶ ἐπὶ σὰς ἐρυθροβαφῆ μεμβράνην βασίλειον γραφὴν ἐπιφέρεσθαι τὸν ἄξιον. Idem aliàs, Καὶ βασιλικαῖς ὑποσημαίνειν ταῖς τὰς γραφαῖς καὶ βαφαῖς. Et alibi, Ἀμέλει καὶ γραφαῖς ἐρυθραῖς ὡς φλογίνῃ ῥομφαίᾳ τὸ δόγμα τοῦ διαληφθὼς ἀπειλεῖ σοι θάνατον καὶ ἀποκήρυξιν πίστεως. Idem alio loco, Καὶ τὸ βασιλικὸν ἀπαλείφοντας ἐρυθρόδανον. Rurſúſque, Ἐγχειρήσας γραμμάτιον ἐρυθρόγραφον. Et aliàs, Καὶ γράμμα σφίσιν ἐρυθρόγραφον ἐνεχείρισε. Sic & in Nou. III. Alexij Comneni de ſolutione ſponſalium, Τῷ μηνὶ Μαρτίῳ ἐπινεμήσεως ιε, δι' ἐρυθρῶν γραμμάτων. Et in Nou. Manuelis Comneni de diuerſ. cauſ. ac negot. Τῷ μηνὶ Μαρτίῳ, ἰνδικτιῶνος ιδ, δι' ἐρυθρῶν γραμμάτων τῆς βασιλικῆς χειρός. καὶ ἡ διὰ κηροῦ σφραγὶς εἶχε τὸ διὰ τοῦ Λογοθέτου τοῦ δρόμου, τοῦ ἁγιωθεοδωρίτου Μιχαὴλ ἔτους ϛχοδ. Edicto etiam Manuelis Porphyrogeniti, quod Curterius à ſe conuerſum Latinè edidit, Imperatoris illius nomen rubris literis ſubſcriptum conſpicitur.

Atque vt encautum ſpeciale, ita & literarum apices ſuos ac proprios Imperialia ſcrinia habebant. Quod ego ex L. III. C. ad L. Cornel. de falſ. didici: in qua Valentinian. & Val. perſpexiſſe ſe aiunt literarum principalium imitationem inde cœpiſſe, quòd Vicarij Africæ officium, iiſdem apicibus Conſultationes, Relationéſque conſcriberet, quibus ſcrinia Imperialia vtebantur. Cui malo obuiam ire ſtudentes, cauẽt vt poſthac communibus literis vniuerſa mandentur, quæ vel de Prouincia, vel à Iudice ſcriberentur, vt nemo ſtyli Imperialis exemplum, aut priuatim, aut publicè ſumeret.

Porrò ſubſcriptionis, quam MANV DIVINA factam diximus, fit mẽtio in L. XLII. de hæretic. his verbis, *Caſſatis quæ pragmatici, vel* ADNOTATIONE MANVS NOSTRÆ *potuerunt impetrari.* Theodoſius Nou. de confirmat. leg. Nouell. *Neceſſarium duximus, has nunc ſaltem vniuerſas, tuæ Serenitati, cùm* NOSTRÆ MAIESTATIS SVBNOTATIONE *tranſmittere.* Hinc *diuinæ adnotationes* in L. III. de cõlat. ær. & *Adnotatio noſtra*, L. I. de his qui à principe in C. Iuſtinia. & *Sacra adnotatio*, L. vlt. C. ſi contra ius adnotatio, L. vlt. C. de diuerſis reſcript.

Præter Imperialem autẽ ſubſcriptionem, Conſtitutionibus Quæſtor ſubſcribebat. Nouellæ certe CXIII. quæ vulgò, Vt diuinæ iuſſ. ſubſcription. hab. inſcribitur, Epitome Græca hoc habet, Πᾶσα θεία κέλευσις ὑπογραφὴν ἐχέτω τοῦ Κοιαίστωρος, καὶ δηλούτω περὶ τινῶν ἐξεφωνήθη. Plenior verò eſt Latina verſio, cuius verba ipſa apponam, *Præſenti Lege decernimus nullam diuinam iuſſionem, neque per viri magnifici Quæſtoris Adiutores, neq; per aliam cuiuſlibet militiæ aut dignitatis, aut officij perſonam, cuicumque iudici confectam à quolibet ſuſcipi cognitore, cui magnifici viri Quæſtoris adnotatio ſubiecta non fuerit, qua contineatur, & inter quos, & ad quem Iudicem, vel per quam fuerit directa perſonam.* Subſcribebat verò Quæſtor his verbis, LEGI, vel, SVBSCRIPSI, vt apparet ex Iuſtiniani Nou. XXII. in cuius extremo, verba hæc, LEGI, in ipſo etiam Græco exemplari iterantur. In Conſtitutione quoque Iuſtini Imp. de filiis liberarũ & in ſacro Pragmatico Tiberij de cõfirmatio. Cõſtitutio. Iuſtini Imp. poſt ſubſcriptionẽ Imperialẽ vtrobiq; ſubiicitur, QVÆ-

STOR LEGI. In Nou. verò Theod. & Valentin. de homicid. caſu vel volunt. facto, Poſt Diem & Cõſulem additur, SVBSCRIPSI. Similitérque eorundem Impp. Nou. II. de teſtament. æquè poſt Diem & Conſulẽ ſubiungitur, SVBSCRIPSI. In fine etiam Nouellæ Iuſtinia. CLIX. ſubſcriptio extat huiuſmodi, IOANNES ET CVRVS SVBDITIS OBTVLIMVS. At Romani Senioris Nouella prima ſubſcribitur, Ηπιγόρευσι Θωμᾶς Μαγιςρος. In fine verò Nou. I. Alexij Comeni eſt, Διὰ τῦ Βασιλέως. Sacra planè, & vt paſſim vocant, diuina Reſponſa, Quæſtorem & Magiſtros ſcriniorum dictaſſe, oſtendit L. vlt. C. de diuerſ. reſcr. Et hoc eſt quod Impp. in L. XIIII. de extraord. muner. in C. Th. aiũt: *Eos qui cum honore Comitum nomine Magiſtrorum, Memoriæ præfuerunt, vel Epiſtolis, vel Libellis. Item eos qui peragendis ſignandíſque Reſponſis noſtræ manſuetudinis obſecundant.*

Nec verò ſatis vnquam pro merito laudabuntur Impp. Theodoſius & Valentinianus, qui ſibi ipſi leges dicentes, conſtituerunt, ſi quid noui emergeret, quod formam generalem expoſceret, aut ſi qua noua de re condenda lex eſſet, vt ab omnibus antea tam proceribus palatij, quàm Senatoribus tractaretur: & ſi vniuerſis Iudicibus Senatoribúſque placuiſſet, tunc dictaretur, ac ſic denuò collectis omnibus recenſeretur, & cùm omnes conſenſiſſent, tunc demum in ſacro Principis conſiſtorio recitaretur, vt vniuerſorum conſenſu & Principis auctoritate firmaretur. Quinetiam nullas ſe in poſterum leges promulgaturos, niſi ſuprà dicta forma obſeruata teſtati ſunt, L. VIII. C. de Legib. Leges verò vt generales ab omnib' obſeruari iidẽ Impp. Theodoſ. & Valentin. in L. III. eod. tit. decernunt, quæ vel ab illis miſſa ad Senatum oratione condebantur, vel inſerto Edicti vocabulo nuncupabantur. Orationis vtique ad Senatum ab eorum temporum Imperatoribus miſſæ, fit mẽtio in L. vlt. de curatorib. calendar. & L. II. de calcis coctorib. in C. Th.

Illius autem in quo ſpatiamur ſeculi, Imperatorum Conſtitutionibus, ad latus Imperialis ſubſcriptionis, adiiciebatur Dies & Conſul, quemadmodum patet ex Theod, & Valentin. Nou. de reddito iure armor. & Nou. de pretio ſolidi, & Nou. de indulgent. reliquor. Nec tantùm quo Die & Cõſule Data, ſed & quo Accepta, Propoſita, Emiſſa, Antelata, ſubiiciebatur. Veluti Theodoſij Nou. I. de teſtament. DAT. XII. KAL. NOVEMBR. ROM. AETIO III. ET Q. AVRELIO SYMMACHO VV. CC. COSS. PP. IN FORO D. TRAIANI: ANTELATA EDICTO ALBINI ITERVM PRÆF. PRÆT. ET PATRICII. Eiuſdem Tit. Nou. II. DAT. VII. KAL. IAN. ROMÆ, AETIO IIII. ET SYMMACHO VV. CC. ACC. VI. KAL. IAN. ROMÆ. PP. V. KAL. IAN. IN FORO TRAIANI. SVBSCRIPSI. Et Nou. de Sepulch. DATA III. ID. MART. ROMÆ ACC. VI. KAL. APRIL. ROMÆ CALLYPIO V. C. COSS. P. P. IN FORO TRAIANI VIII. ID. APRIL. ANTELATA EDICTO ALBINI VIRI INLVSTRIS PF. P. II. ET PATRICII. Itẽ Nouella de libert. & ſucceſſion. eor. DAT. III. NON. IVN. ROMÆ, CALLYPIO ET ARDABVRE VV. CC. COSS. PP. IN FORO TRAIANI, V. ID. IVN. ANTELATA EDICTO ALBINI V. C. Sic & diuerſis dicbus DATAS & PROPOSITAS eaſdem Conſtitutiones, legimus in L. III. ad L. Iul. de adult. L. I. de his qui per met. iud. L. I. Quib. militantib. L. V. de filiis milit. & L. I. de infirmand. pœn. L. II. de ſponſalib. L. II. de petitionib. L. I. de cãpo Mart. in C. Th. Itẽ alio atq; alio die, & diuerſis nonnũquã Coss. DATA & ACCEPTA, L. V. de accuſationib. L. XXXII. de Prætorib. L. I. de quæſtor. L. I. de magiſtr. ſcrinior. L. I. de prox. comitib. L. I de cõlatio. fundor. patrimon. L. II. & LIII. de appellat. L. VII. & XII. de diuerſ. offic. L. VII. de nauicul. L. V. de hæret. L. I. de indulgẽt. debit. L. vlt. de ſcenic. in C. Th. Nou. Theod. & Valẽtin. Neq; domũ diuin. Nou. Anthemij de mulierib. quæ ſe propr. ſeru. addix. Quibus addenda eſt ſubſcriptio L. XI. de Palatin. ſacrar. largit. in C. Th. in qua nõ modò diuerſis diebus Data & Accepta lex ſubſignatur, ſed præterea nomẽ Iudicis additur, à quo, accepta fuit Cõſtitutio, in hũc modũ: DAT. NON. MAII, CONSTANTINOP. ACCEPTA A VALERIO COMITE SACRARVM LARCITIONVM &c. vt & in L. vlt. de ſcenic, cod. Cod. DATA VI. N. FEBR. ROM. CONSTANTIO V. C. CÆS. ACCEPTA A TRIBVN. VOLVPTATVM X. KAL. FEBR. KARTHAGINE POST CONSVLATVM HONORII VIIII. ET THEOD. V. AA. CONSS. PROPOSITA etiã & EMISSA iungũtur in ſubſcriptione L. II. C. de diuid. tut. vt PROPOSITA & ACCEPTA, L. II. de honor. codicill. in C. Th.

Variis verò verborum figuris Conſtitutiones ſubnotabantur. Vulgares quidẽ ſubſcriptiones

ſeriptiones ſunt hæ, DATA, PROPOSITA, ACCEPTA, SVBDITA, SVPPOSITA, SVBSCRIPTA: Quæ notis ſcribi conſueuerant. Exempla quæ tam in Iuſtiniani, quàm Theodoſij Codice, & Nouellis ob oculos obuerſantur ſuperuacuæ eſſet diligentiæ proferre. Minus tritæ ſunt ſubſcriptiones iſtæ, ALLEGATA, vt in L.v.de pactis in Cod. Theod & in Magnonis notis, his ſingularibus literis, ALL. REGESTA, in L.XIIII.de indulgent.debit. in Cod. Th. EMISSA, in L.xxx.& L.I.de appellationib.L.CXII.de decurionib.L.II.de legit.hered.in C.Th Nou.Theod & Valentin.de Tribut.fiſcalib.& EMENSA AD MAGISTROS MILITVM, ET COMITES, ET DVCES OMNES, in L.xi.de diuerſ.offic.eod.C. LECTA APVD ACTA, L.I.de cognitionib. L.I.finium regundor.L.II.de extraordin.munerib. L.XIIII.de Epiſcopis, in C.Theod. LECTA ACTIS, L.II.de naufrag. Item in iis maximè Edictis quæ ad Senatū dirigūtur, LECTA IN SENATV, L.VIII.de metallis, L.XIII.de accuſationib. L.xix.de operibus publ. LECTA APVD SENATVM, in Conſtitutione Conſtantini, quæ Frontini de limitib.agror.libris inſerta eſt. LECTA A BRAXIO PROCONSVLE, L.VIII. & L.IX.de Prætorib.in C.Th. RECITATA IN SENATV PER VIRVM INL. POSTVMIANVM, Nou.Th.& Valent.de indulgēt.reliquor RECITATA APVD VETTIVM RVFINVM P.V. IN SENATV. L.I.de matern.bon.in vtroque Cod. RECITATA SEPTIES IN NOVO CONSISTORIO PALATII IVSTINIANI, in L.xxx.C. de iure dot. LECTA IN ECCLESIIS ROM L.xx.de Epiſcop.in C.Th. Aliâs, LECTA ſimpliciter abſque vllius loci adiectione, vt L.IIII & VIII. de extraordin. munerib. L.XI.& XXIII.de Prætorib.in C.Th. ANTELATA EDICTO PRÆFECTI PRÆTORIO, Nou. Theod.& Valent. de teſtament. Nou.de ſepulchris, & Nou. de libert.& ſucceſſionib.eor. Sic PROPOSITA SVB EDICTO PRÆFECTI PRÆTORIO, Nou. Th.& Valent.de xxx.annor.præſcript. PROPOSITA IN PROGRAMMATE VICARII VRBIS, in L.xxv.de annona in C.Th. PRÆLATA LITERIS COMITIS RERVM PRIVATARVM, L.vlt.de immunit.conc.eod.C. PRÆLATA LITERIS V.C. VICARII, in L.IIII.de cuſtod.reor.eod.C. Et hæ quidē ſubſcriptiones, PRÆLATA, vel ANTELATA, quæ idem valent, à ſcriniis Imperialibus minimè manabāt, nec ab initio Conſtitutionibus cohærebant, ſed ex poſtfacto illis addebantur, poſt earū promulgationem factam Edictis, Programmatibus, Literis, Iudicum ad quos directæ fuerāt. Eiuſmodi enim promulgatio formulis illis ſignificabatur. Nec alia eſt horum verborū *Anteferri* & *Præferri*, ſentētia, in L.XXXVII.de hæretic. L.vlt.de incorporatio. L.XXXVIII. de Epiſcop. L.vlt.de immunit.conc. L.I.ſi per obreptio.in C.Th. Nou.Maioriani de bo. caduc.& in collatio.Carthagin.contra Donatiſt. Magno certè in iuris Notis vocem ANTELATA, non omiſit.

Aliâs ſubſcribebatur, DATA EPISTOLA, L.VIII.de numerar. L.xv.de Epiſcop. in C.Th. DATA EPISTVLA PRÆFECTO, CVI HÆC SACRA FVERAT ANTELATA, L.VI.de cohortalib.eod.Cod. MISSA SVB DIE, L.vlt.de tract.& ſtatiu. in C.Th. MISSA A P.P. OR. L.III.ne quid publ.lætit.nunt.eod.C. SCRIPTA PETRO CONSVLARI PHOENICIS, L.IX.de filiis militar appar. & L.LXXXIII.de decurionib.eodem C. SCRIPTA LEX, Nou.Martiani de indulgent.reliquor.in C.Th. SCRIPTA PALLADIO, VIRO ILLVSTRI, COMITI SACRARVM LARGITIONVM: GENNADIO VIRO ILLVSTRI, COMITI RERVM PRIVATARVM: MAXIMINO VIRO ILLVSTRI, COMITI ET PRÆPOSITO SACRI CVBICVLI. Iuſtinian.Nou.XXXIX. Νόμος ἐγράφη Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ Ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς ἑῴας Πραιτωρίων. Et Nou.XXI. Νόμος γραφεὶς Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ. Nou.CV. Ἐγράφη νόμος Στρατηγίῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ Κόμητι θείων largitionων. Et Nou.XL. Ἰδικὸς νόμος γραφεὶς Πέτρῳ τῷ ὁσιωτάτῳ, καὶ μακαριωτάτῳ ἀξιώσαντι ἢ ἀξιῶντι. Aliâs ſubſcribitur, ἐξεφωνήθη, vt Nouel.Iuſtinia. CXI. Sic in Baſilij Nou. ἐκφωνηθέντα. & in Nou. Romani Porphyrogenetæ, ἐκ τῆς ἐκφωνηθέντος βασιλικοῦ ἐδίκτου. Non tacebo etiam quod eſt in Nou. Anthemij de confirmatio.leg.dom.Leo. DAT. SVB DIE &C. ACTVM SVB DIE EODEM. Et L.I.de claſſic.in C.Th. DATA INDICTIONE XII.

Interdū autē addebatur in fine Reſcriptorū, EA AD ALIOS QVOQVE EODEM EXEMPLO SCRIPTA ESSE. Sic in L.IX.de indulg.debit.in C.Th. DE EADEM RE SCRIPTVM EDICTVM. Et in L.vlt.de princip.agent.in reb.eod.C. EODEM EXEMPLO

ISIDORO PP. REGINO PP. ILLYRICTORI LEONTIO P.V. THEODO COMITI ÆGYPTI, ABTHARTIO COMITI ORIEN. CLEOPATRO PRÆFECTO AVGVSTALI, HESYCHIO PROCONS. ACHAIÆ, EVSTATHIO VICARIO ASIÆ, NECTARIO VICARIO PONTICÆ. Et in inſcriptione L. vlt. de cohortalibus in eod. C. Iſidoro PPO. *Poſt alia.* EODEM EXEMPLO EVBVLO PPO. ILLYRICI. Et in fi. L. IX. de indulgent. debitor. in eod. Cod. DE EADEM RE SCRIPTVM EDICTVM AD POPVLVM, AD MARCIANVM COM. S. L. MVSELLIO PRÆPOSITO SACRI CVBICVLI, DE TITVLIS AD DOMVM SACRAM PERTINENTIBVS, AD RECTORES PROVINCIARVM, ET DE METALLARIIS EDICTVM AD POPVLVM, PER PROVINCIAS ILLYRICI, ET AD RECTORES PROVINCIARVM. Sic & in L. CLXXXVII. de decurionib. eod. C. EODEM EXEMPLO EVBVLO PRÆFECTO PRÆTORIO ILLYRICI. Imp. Theodoſius & Valentinianus Nouella vltima de amota militantibus fori præſcript. EODEM EXEMPLO ASPARI VIRO INLVSTRI, COMITI, EXMAGISTRO MILITVM, ET EXCONSVLI BIS ORDINARIO. Et Nou. eorumdem Impp. de Iudæis: EODEM EXEMPLO VIRO ILLVSTRI PRÆF. PR. ILLYRICI. Sic & Iuſtinian. Nou. VI. Ἐγράφη ἓν ἰσότυπον τῷ ὁσιωτάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ Ἀλεξανδρείας. Et Nouella VIII. Ἐγράφη τὸ ἴσον τῷ ἐπάρχῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως. In cuius Nouellæ veteri verſione Latina hæc præterea adduntur, SCRIPTVM HVIVS LEGIS EXEMPLVM DOMINICO GLORIOSISSIMO PRÆTORIORVM PER ILLYRICVM PRÆFECTO. Item Nou. CV. Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν πραιτωρίων. Ibidémque Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον Λογγίνῳ τῷ λογιωτάτῳ καὶ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῆς εὐδαίμονος τῆς πόλεως. Idem Nou. XIIII. Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον τῷ ἐνδοξοτάτῳ Μαγίστρῳ. Et Nouella a XXI. octies ſcribitur, Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον. Impp. Honor. & Theodoſ. in L. vltima de Veteran. in C. Th. *De quibus ad omnes militares iudices paria ſcripta direximus.* Sic & apud Socrat. lib. II. Hiſtor. Eccleſ. Νικηταὶ Κωνστάντιος Αὔγουστος Νεστορίῳ. Τῷ δὲ αὐτῷ τύπῳ καὶ τοῖς ἐν Αὐγουσταμνικῇ καὶ Θηβαΐδι καὶ Λιβύῃ καὶ Λυκίᾳ ἡγεμόσιν.

Sed iã Reſcriptorũ, Conſtitutionúmq; Principaliũ curriculo cõfecto, ad Mãdata, quæ Præſidibus in prouincias proficiſcentibus à Principibus dabãtur, trãſeamus. Ea certis ac cõceptis verbis data, auctore Auguſto, Dio lib. LIII. docet, Ἐντολὰς δέ τινας, inquiẽs, καὶ τοῖς ἐπιτρόποις καὶ τοῖς ἀνθυπάτοις, τοῖς τε ἀντιστρατήγοις, δίδωσιν, ὅπως ἐπὶ ῥητοῖς ἐξίωσι. Quæ verba ab interprete propter obſcuritatem ſilentio prætermiſſa eſſe mirum non eſt. Nã & eiuſdem vocis, ἐντολῶν, ignorantia, caliginem alterius interpretis oculis obduxit in verſione libelli Luciani, qui inſcribitur, Ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος: In quo nouum & hactenus incognitum Mandatorum caput deprehendiſſe mihi videor. Mãdatis enim Præſides monitos, VT VALETVDINEM DILIGENTER CVRARENT, demõſtrãt hæc eius auctoris verba, Καὶ ἐν τῷ τῶν ἐντολῶν, τοῦτο πρῶτον ὑμῖν δεῖ παράγγελμα, τῆς ὑγιείας τῆς ἡμετέρας αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι. Nam illic, ἐντολῶν nomine, Mãdata, quibus de agimus, exaudiẽda ſunt: quod cùm non caperet interpres lõgè à ſcopo aberrauit. De huiuſmodi autem Mandatis, hæc Iuſtinia. Nou. XXIIII. de Præt. Piſid. Ἀλλὰ καὶ ἐγέγραφε τὸν τρόπον καθ' ὃν διοικήσειαν τὴν ἀρχὴν, ἅπερ οἱ παρ' ἡμῶν Νομοθέται, MANDATA ἐκάλουν. Et Nou. XXV. de Prætore Lycaoniæ, Ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν βασιλικῶν παραγγελμάτων ἄπερ, MANDATA PRINCIPIS, οἱ πρώην ἐκάλουν βασιλεῖς τε καὶ Νομοθέται. Iiſdem verò Mãdatis, teſte Vlpiano in L. XIX. D. de offic. præſid. præcipiebatur, NE IN VLTERIOREM FAMILIARITATEM PROVINCIALES ADMITTERENT. Quod & cauẽdum eſſe Quinto fratri Cicero Epiſtola ad eũ ſcripta monet. Mãdatis quoq; Principũ comprehẽſum, VT CVRARET IS QVI PROVINCIÆ PRÆERAT, MALIS HOMINIBVS PROVINCIAM PVRGARE, Paul. in L. III. D. de offic. Præſid. auctor eſt. Adiiciebatur etiam, VT SACRILEGOS, LATRONES, PLAGIARIOS CONQVIRERENT, &, VT PROVT QVISQVE DELIQVISSET, IN EVM ANIMADVERTERENT, quemadmodum Martianus tradit in L. IIII. §. 1. D. ad L. Iuliam peculat. Vnde apparet è Mãdatis principalibus hauſiſſe Vlpianũ caput hoc, quod ex eius lib. VII. de officio Proconſ. in Pandectas relatum eſt in L. XIII. D. de offic. Præſid. *Congruit bono & graui Præſidi, curare, vt pacata atque quieta prouincia ſit, quam regit. Quod non difficile obtinebit,*

Mandata principum.

latrones conquirantur

timebit, ſi ſollicitè agat, ut malis hominibus prouincia careat. *Nam &* SACRILEGOS, LATRONES, PLAGIARIOS, FVRES CONQVIRERE DEBET; ET PROVT QVISQVE DELIQVERIT, IN EVM ANIMADVERTERE. Illud præterea Mandatis comprehenſum fuiſſe credo, VT NOCENTES CONFESSOS DAMNARENT, NEGANTES AVTEM AD TORMENTA REVOCARENT: In eámque opinionem inducor ex hiſce Tertulliani in lib. ad Scapulam verbis. *Quid enim tibi amplius Mandatur, quàm,* NOCENTES CONFESSOS DAMNARE, NEGANTES AVTEM AD TORMENTA REVOCARE? *Videtis ergo quando vos contra* MANDATA *facitis, ut confeſſos negare cogatis.* Idem in Apologet. aduerſus gentes: *Niſi enim fallor, leges malos erui iubent, non abſcondi,* CONFESSOS DAMNARI *præſcribunt, non abſolui: hoc Senatuſconſulta, hoc* PRINCIPVM MANDATA *definiunt, hoc imperium, cuius miniſtri eſtis.* Alia quoque duo Mandatorum capita refert Calliſtrat. in L. XXVII. §. de decurionibus, D. de pœnis. Vnum, de Decurionibus, principalibúſque ciuitatum, quo cauebatur, VT SI QVIS EORVM QVID ADMISISSE VIDERETVR, PROPTER QVOD RELEGANDVS EXTRA PROVINCIAM IN INSVLAM ESSET, IMPERATORI SCRIBERETVR, ADIECTA SENTENTIA A PRÆSIDE. Alterum in hæc verba: SI QVIS EX PRINCIPIBVS ALICVIVS CIVITATIS LATROCINIVM FECERINT, ALIVDVE QVOD FACINVS, VT CAPITALEM POENAM MERVISSE VIDEANTVR, COMMISERINT; VINCTOS EOS CVSTODIES, ET MIHI SCRIBES, ET ADIICIES, QVOD QVISQVE COMMISERIT. Venuleius Saturninus in L. XV. eodem titulo: *Diuus Hadrianus eos qui in numero Decurionum eſſent, capite puniri prohibuit: niſi ſi qui parentem occidiſſent. Verùm pœna legis Corneliæ puniendos,* MANDATIS *pleniſſimè cautum eſt.* Sed & Mandatis continebatur, VT DE QVERELIS PATRONORVM ADVERSVS LIBERTOS COGNOSCERENT, DEQVE ALIIS IVS DICENTES, LIBERTIS, SECVNDVM DELICTVM ADMISSVM, POENAS IRROGARENT, prout Modeſtinus ſcribit in L. VII. §. I. D. de iure patron. Alio quoq; Mandatorum capite, quod ex Vlpiani lib. VIII. de offic. Procons. citatur in L. VI. §. I. D. de extraordin. criminib. cauebatur in hæc verba, PRÆTEREA DEBEBIS CVSTODIRE, NE DARDANARII VLLIVS MERCIS SINT, NE AVT AB HIS QVI COEMPTAS MERCES SVPPRIMVNT, AVT Á LOCVPLETIORIBVS QVI FRVCTVS SVOS ÆQVIS PRETIIS VENDERE NOLLENT, DVM MINVS VBERES PROVENTVS EXPECTANT, ANNONA ONERETVR. Quinetiam ex iiſdem Mandatis caput hoc Venuleius laudat in L. X. D. de cuſtod. reorum. SI QVOS EX HIS QVI IN CARCERIBVS SVNT, CELERITER ET SINE CAVSA SOLVTOS A MAGISTRATIBVS COGNOVERIS, EOS VINCIRI IVBEBIS, ET HIS QVI SOLVERINT, MVLTAM DICES. NAM CVM SCIERINT, TIBI QVOQVE MOLESTIÆ FVTVRVM, MAGISTRATVS, SI FACILE SOLVERINT VINCTOS, NON INDIFFERENTER DE CETERO FACIENT. Vlpianus in L. I. D. de milit. teſt. ſcribit Mandatis Principum inſeri conſueuiſſe caput tale: CVM IN NOTITIAM MEAM PROLATVM SIT, SVBINDE TESTAMENTA A COMMILITONIBVS RELICTA PROFERRI, QVÆ POSSINT IN CONTROVERSIAM DEDVCI, SI AD DILIGENTIAM LEGVM REVOCENTVR, ET OBSERVANTIAM: SECVTVS ANIMI MEI INTEGRITVDINEM ERGA OPTIMOS FIDELISSIMOSQVE COMMILITONES, SIMPLICITATI EORVM CONSVLENDVM EXISTIMAVI, VT QVOQVO MODO TESTATI ESSENT, RATA ESSET EORVM VOLVNTAS. FACIANT IGITVR TESTAMENTA QVOMODO VOLENT, FACIANT QVOMODO POTERVNT: SVFFICIATQVE AD BONORVM SVORVM DIVISIONEM FACIENDAM NVDA VOLVNTAS TESTATORIS. Ex quibus locis, quemadmodum Mandata conciperentur, facilè à quouis intelligi poteſt. Directis enim ea verbis, prout ſcripta erant, efferuntur. Ex obliquis verò eorum verbis aliquot alia proferam.

carcerati ne celeriter relaxentur

Mandatis planè Principalibus cautum, NE QVIS PERPETVIS VINCVLIS DAMNARETVR, Calliſtratus auctor eſt in L. XXXV. D. de pœnis. Extat & aliud

Mandatorum caput in L.vi.§.i.D.de cuſtod.reor.quo continebatur, VT IRENARCHÆ CVM APPREHENDISSENT LATRONES, INTERROGARENT EOS DE SOCIIS ET RECEPTATORIBVS, ET INTERROGATIONES LITERIS INCLVSAS, ATQVE OBSIGNATAS, AD COGNITIONEM MAGISTRATVS MITTERENT.

Hoc amplius Mandatis cōprehendebatur, NE PRÆSIDES PROVINCIARVM PATERENTVR ESSE COLLEGIA, SODALITIA, NEVE MILITES COLLEGIA IN CASTRIS HABERENT: SED PERMITTEBATVR TENVIORIBVS STIPEM MENSTRVAM CONFERRENT, DVM TAMEN SEMEL IN MENSE COIRENT, vt Martianus in L.i. D.de collegiis ſcribit. Vnde Plin.ad Traian. lib. x.Epiſtol. *Quod ipſum*, ait, *facere deſiiſſe poſt Edictum meum, quo, ſecundum* MANDATA TVA, ΕΤΑΙΡΙΑΣ ESSE *vetueram*. Tertullianus in lib.de ieiunio, *Niſi fortè in Senatuſconſulta & in* PRINCIPVM MANDATA *coitionibus oppoſita delinquimus*.

Mandatis præterea cauebatur, intra annū requirendorū bona obſignari, vt ſi redierint & ſe purgauerint, integrā rē ſuā habeāt, ſi neq; reſpōderint, neq; qui ſe defendāt, habuerint tunc poſt annum bona in fiſcum cogantur. L.vlt.D.de requit.reis. Mandatis quoque comprehendebatur, NE DONVM VEL MVNVS PROCOS. VEL QVI IN ALIO OFFICIO ESSET, ACCIPERET, EMERETVE QVID, NISI VICTVS COTIDIANI CAVSSA, vt ab Vlpiano traditur in L.vi.§.vlt. D. de offic.Procos. LARGITIONES QVOQVE EX PVBLICO FIERI, Mandata prohibebant. Plinius lib.x.Epiſt.ad Traian. *Ecdicus*, DOMINE, *Amiſenorum ciuitatis, petebat apud me à Iulio Piſone denariorum circiter* XL *millia, donata ei publicè ante annos* XX. *& bule, & Eccleſia conſentiente, vtebatúrque* MANDATIS TVIS, QVIBVS EIVSMODI DONATIONES VETANTVR. Cui reſpondens Traianus, *Sicut*, ait, LARGITIONES EX PVBLICO FIERI MANDATA PROHIBENT. Quinetiam Mandatis permittebatur, Præſidibus prouinciarum MVLCTAM DICERE, L.cxxxi.in fi. D.de verb.ſignific. Mandatis etiam Principum præceptum, cui, pacto vēditoris, pomœrio cuiuſlibet ciuitatis interdictum eſt, vrbe ETIAM interdictum eſſe videri, Papinianus ſcribit in L.v.D.de ſeruis export. Hoc amplius, QVI OFFICIVM IN ALIQVA PROVINCIA ADMINISTRABAT, INDE ORIVNDAM, VEL IBI DOMICILIVM HABENTEM, VXOREM DVCERE, Mandatis prohibebatur. EOS TAMEN QVI IN PATRIA SVA MILITABANT, EX EADEM PROVINCIA VXOREM DVCERE, Mandatis quibuſdam permittebatur. Quæ non obſcurè colligimus ex L.xxxviii.L.lxiii.L.lxv.D.de ritu nuptiarum.L.vi.C.de nuptiis. De Titulis etiam Inſcriptionum operum publicorum Mandatis cautum fuiſſe Calliſtratus indicat, L.vlt.D.de operibus publicis. Item Mandatis continebatur, VT SINE ACCVSATORE NEMO AVDIRETVR. Tertullianus lib.ad Scapulam, *Prudens etiam miſſum ad ſe Chriſtianum in elogio, concuſſione eius intellecta, dimiſit, ſciſſo eodem elogio*, SINE ACCVSATORE NEGANS SE AVDITVRVM HOMINEM, SECVNDVM MANDATVM. Idem eodem libro aliud Mandatorum caput ita leuiter perſtringit. *Nam & nunc à Præſide Legionis, & à Præſide Mauritaniæ vexatur hoc nomen* (ſcilicet Chriſtianum) ſed GLADIO TENVS: SICVT ET A PRIMORDIO MANDATVM EST ANIMADVERTI IN HVIVSMODI. Imp. Alexand. in L.ii. Cod. qui manumitt. non poſſ. *Seruos meos, nec per interpoſitam perſonam ad libertatem perducere homines peculij ſui poſſe*, MANDATIS PRINCIPVM *comprehenditur*. Plin.lib.x.Epiſt. ad Traian. *Nam ſicut* MANDATIS TVIS CAVTVM EST, NE RESTITVAM AB ALIO, AVT A ME RELEGATOS: *ita de iis quos alius relegauerit & reſtituerit, nihil comprehenſum eſt*. Theodoſij etiam & Valentiniani Mandata quædam miſſa ad Antiochum P.P. ceteróſque P.P. per Referēdarium, referuntur in L.vlt.C.de offic.eius qui vic.alicuius iudic. vt inſcriptio teſtatur. Nouam deniq; Mandatorum, ſeu, vt ille vocat, Παραγγελμάτων, formulam, Iuſtinianus compoſuit, Nou.xviii. quæ prolixior eſt, quàm vt hic commodè adſcribi poſſit.

Reſponsa prudentum

Reſtat ad huius libri penſum abſoluendum de Prudentum Reſponſis dicere. Planè Conſultores qui ad Iuriſconſultos conſulendi gratia adibant, non ſine præfatione id faciebant.

ciebant. Rogabant enim an per otium & per occupationes conſulere eos poſſent: quod fiebat his verbis, LICET CONSVLERE? id eſt, licétne mihi tua opera vti, & à te conſilium expetere? Hoc Cicero in Mureniana coniiciendum relinquit, cùm de Iuriſconſultis agens, ait, *Et veſtrum illud*, LICET CONSVLERE? Oſtendit & Horatius lib. II. Sermon. Sat. II. quo loci inducit quendam de plebe, cùm rege Agamemnone altercantem, interrogare an liceat ſibi cum de aliquibus percontari: quod ille his verbis interrogat, *Ergo* CONSVLERE, *& mox reſpondere*, LICEBIT? Cui rex ſequenti verſu ita reſpondet, CONSVLE. Vnde ſuſpicione ducor, reſpondiſſe Prudentes, CONSVLE, vel, LICET. Tibullus autem iuris amatorij ſcientiam ſibi arrogans, ſeque ad priſcorum Iuriſconſultorum imitationem componens, amãtibus qui ſua opera vti vellent, facturum ſe conſilij ſui copiam venuſtè profitetur: eíſque patere fores ſuas conſulendi cauſa, nuntiat Eleg. IIII. lib. I. his verſibus:

Me, qui ſpernentur, amantes
CONSVLTENT: CVNCTIS IANVA NOSTRA PATET.
Tempus erit, quum me Veneris præcepta ferentem
DEDVCAT *iuuenum ſedula turba ſenem.*

Iuriſconſulti autem interdum coram, viua voce, interdum per Epiſtolas ab abſentibus conſulebantur. Quo in genere Epiſtolicarum quæſtionum ſeu Cõſultationum diuerſis verborum formulis Conſultores vſos reperio. Quandoq; enim poſt ſalutem adſcriptã, & quæſtionem propoſitam, Conſultores vtebantur his verbis VELIM RESCRIBAS, vel, ROGO RESCRIBAS. Nonnunquam verò hoc vno verbo, QVÆRO. Prioris formulæ hæc exempla habeo. Pomponius in L. vlt. D. de minorib. IVNIVS DIOPHANTVS POMPONIO SVO SALVTEM. *Minor viginti quinque annis nouandi animo interceſſit*, &c. EGO DIDICI *ex tempore in integrum reſtitutionis tantundem temporis præſtandum, quantum ſupererat:* TV QVID DE EO PVTAS, VELIM RESCRIBAS. RESPONDIT, *Sine dubio*, &c. In fragmentis Iuriſconſultorum à P. Pithœo editis Tit. IIII. ex Papiniani lib. ſingulari de adulter. huiuſmodi Conſultatio refertur. *Cùm patri lex Regia dederit in filium vitæ necíſque poteſtatem, quò bonum fuit lege comprehendi, vt poteſtas fieret etiam filiam occidendi*, VELLEM MIHI RESCRIBERE: NAM SCIRE CVPIO. RESPONDI. *Nunquid ex contrario præſtat nobis*, &c. Idem Papinianus in L. XI. §. quidam D. ad L. Iul. de adulter. aliam Conſultationem ponit eiuſmodi. QVIDAM *accuſare volebat adulterij mulierem: & poſtulabat, ne ſibi computarentur dies, quos in cuſtodiam feciſſet: Me hoc admittente, extitit qui mihi contradiceret:* CVIVS OPINIONEM AN TV PROBES, ROGO MATVRIVS MIHI SCRIBAS. RESPONDIT, *Opinionem tuam & verba legis, & ſententia adiuuant*, &c. Idem Papinianus in L. LXXXIII. D. de leg. II. Latino Largo ſe conſulenti reſpondiſſe ita ſcribit, LATINVS LARGVS: PROXIME EX FACTO INCIDIT SPECIES TALIS: LIBERTINVS *patronum ex ſemiſſe heredẽ inſtituit*, &c. ROGO ERGO QVID DE HOC EXISTIMES, RESCRIBAS, RESPONDIT, NEC *repetitum* VIDERI *in hunc caſum fideicommiſſum.* Ex quo apertiſſime deprehenditur & arguitur vitium ſcripturæ, in alio capite quod ex Paulo excerptum eſt in L. Latinus D. qui ſine manum. quę ſic in omnibus codicibus edita eſt. *Latinus Largus vendidit ancillam, ita vt manumitteretur*, omnino male. Non enim venditoris ſed conſultoris perſonam illic Latinus Largus ſuſtinet, & τὸ *vendidit*, ſpecies eſt facti, quæ à Latino Largo proponitur, & de qua illic Paulus conſulitur. Proinde verba ita interpungenda ſunt, LATINVS LARGVS: *Vendidit ancillam ita vt manumitteretur, non addito tempore:* QVÆRO, *quando ex conſtitutione incipit ei libertas competere ceſſante emptore in manumittendo?* RESPONDI, *inſpiciendum eſt quod actum ſit, vtrum cum primum potuiſſet vt manumitteret, &c.* Ac ne quis vno Papiniani reſponſo niti me, ſtaréque credat, adferam ſimile Pauli ad eiuſdem Latini Largi conſultationem reſponſum, eadem figura verborum cõceptum. Eſt autem id reſpõſum poſitum ſub Titulo de exceptione rei iudic. in L. XXX. §. Latinus Largus, in hunc modum. LATINVS LARGVS: *Cùm de hereditate inter Mæuium ad quem pertinebat, & Titium qui controuerſiam mouerat, tranſigeretur &c.* QVÆRO AN *ius aui ſui &c.* RESPONDI, *ſi de proprietate &c.*

Marcellus in L.XLIIII.§.I.D. ad Trebellian. *Sed in huiuſmodi quæſtione* ROGO RESPONDEAS AN RECTE SENSERIM: *Rogata eſt filia &c.* Et mox: ITEM QVÆRO *de penſionibus*: RESPONDI OMNIA *ea hæreditatis appellatione continentur*.

Alterius formulæ non pauca in libris noſtris exempla habemus, nec tamen vnius eiuſdémque figuræ omnia. Interdum enim Epiſtolæ ſpecie ac ſtylo, ſalute vtrinque adſcripta, tam quæſtio proponitur, quam reſponſum redditur. Sic in L. XXVII. D. qui teſta. fac. poſſ. Celſus proponitur à Domitio Labeone per Epiſtolam conſultus, verbis quæ infra ſcripta ſunt. DOMITIVS LABEO CELSO SVO SALVTEM, QVÆRO, *an teſtiũ numero habendus ſit is qui* ROGATVS *eſt ad teſtamentum ſcribendum idem quoque cum tabulas ſcripſiſſet ſignauerit?* Cui Celſus in hunc modum reſpondet. IVBENTIVS CELSVS LABEONI SVO S. AVT NON INTELLIGO *quid ſit de quo me conſulis, aut valde ſtulta eſt conſultatio tua, &c.* Huic ſimilis refertur Epiſtolica iuris quæſtio, in L. XVIII. D. de iure Codicill. PLOTIANA CELSO SVO S. LVCIVS TITIVS *his verbis ita cauit*: SI QVID TABVLIS *aliòve quo genere ad hoc teſtamentum pertinens reliquero, ita valere volo.* QVÆRO AN CODICILLI *qui ante hoc teſtamentum ſcripti ſunt debeant rati eſſe.* Cui ille in hunc modum reſpondet IVBENTIVS CELSVS PLOTIANÆ SVÆ S. *Hæc verba*, SI QVID AD HOC *teſtamentum pertinens reliquero, valere volo: etiam ea quæ ante teſtamentum ſcripta ſunt comprehendere.* Sic & in L.XLVIII.D.de legat.II.LICINIVS LVCVSTA PROCVLO SVO SALVTEM. *Cum faciat conditionem &c. Numquid etiam ea Mancipia quæ poſtea ex his Mancipiis nata ſunt vxori debeantur,* QVÆRO. PROCVLVS LVCVSTÆ SVO S. SI VXOR *mallet, &c.*

Interdum vero, ſalute minime reddita, quæſtioni per Epiſtolam propoſitæ Iuriſconſulti reſponſum ſubiiciebant hoc familiari verbo, RESPONDI: vt in L.VI.D.de legat. præſtan. SALVIVS ARISTO IVLIANO SALVTEM. *Qui filium* &c. QVÆRO SI AVT VTERQVE &c. RESPONDIT, *Sæpe animaduerti &c.* Sic in L.XIII.D.de his quæ vt indign. CLAVDIVS SELEVCVS PAPINIANO SVO S. *Mæuius in adulterio Semproniæ damnatus &c.* QVÆRO AN *iuſtum matrimonium fuerit?* RESPONDI &c. & in L. XCIIII.§.Fauius D.de ſolutionib. FAVIVS IANVARIVS PAPINIANO S. *Cùm Titius* &c. QVÆRO, *id quod ſolutum eſt in quam cauſam acceptum videtur?* RESPONDI, *ſi quidẽ* &c. Sic & L.XVII. D.de pact.dotalib. ATILICINVS PROCVLO SVO S. *Cùm inter virum & vxorem pactum conuentum ante nuptias factum ſit.* QVÆRO VTRVM *quinquennij die &c.* PROCVLVS RESPONDIT &c. Ita ſæpe Paulus à Neſennio Apollinari conſultum ſe proponit: Veluti in L.XXII.D.ad L.Falcid. NESENNIVS APOLLINARIS IVLIO PAVLO. EX FACTO, DOMINE, SPECIES EIVSMODI INCIDIT: *Titia filias ſuas tres numero æquis ex partibus ſcripſit hæredes &c.* QVÆRO AN *aduerſus coheredes ſuas à quibus legata & ipſa accepit vti poſſit Falcidia &c.* RESPONDI, &c. Et in L.XXXVII. D.de excuſationib. tutor. NESENNIVS APOLLINARIS IVLIO PAVLO. *Mater filium &c.* QVÆRO AN *legatum amittat, & quid ſi teſtamento &c.* RESPONDI &c. Idem in L.XLI. D. de re iudic. NESENNIVS APOLLINARIS: *Si te donaturum mihi delegauero creditori meo*, AN IN SOLIDVM CONVENIENDVS SIS? AN DIVERSVM PVTES, *ſi non creditori meo ſed ei cui donare volebam te delegauero*: ET QVID, DE EO, *qui pro muliere cui donare volebat, marito eius dotem promiſerit?* RESPONDIT: *Nullus creditor &c.* Alia eſt multo plenior & vberior eiuſdem Neſennij conſultatio, in L. XXXIIII. D. de negot. geſt. in hæc verba. NESENNIVS APOLLINARIS IVLIO PAVLO S. *Auia nepotis ſui negotia geſſit Defunctis vtriſque, Auiæ heredes conueniebantur, à nepotis heredibus negotiorum geſtorum actione. Repetebãt heredes auiæ alimenta præſtita nepoti.* RESPONDEBATVR, *Auiam iure pietatis de ſuo præſtitiſſe*, &c. *Præterea conſtitutum eſſe* DICEBATVR &c. EX CONTRARIO DICEBATVR, &c. TRACTATVM EST NVMQVID, *vtróque patrimonio erogata videantur.* QVÆRO QVID TIBI IVSTIVS VIDEATVR. RESPONDI, HÆC DISCEPTATIO IN FACTVM CONSTITIT. A Licinio eodam Rufino conſultum ſe per literas Paulus ita ſcribit in L.IIII.D.quib. ad libert.proclam. LICINIVS RVFINVS IVLIO PAVLO. *Is cui fideicommiſſa libertas debebatur, poſt vicenſimum annum veniri ſe paſſus eſt.* QVÆRO, *denegandum ſit ei ad libertatem proclamare.*

clamare. MOVET ME *exemplum cuiuſuis liberi hominis &c.* SED E CONTRARIO MOVET ME, &c. RESPONDIT. *Venditio quidem &c.* Vnde apparet huiuſmodi Epiſtolicis Conſultationibus, rationes iuris, & ea quæ dubitationem faciebant, comprehendi conſueuiſſe, his verbis, MOVET ME. Sic in L.XXVIII. D. de reb. auct. iud. poſſid. is qui Iauolenum conſulit, ait, ILLVD MAXIME MOVET, QVOD PRÆCEPTORIBVS TVIS PLACET *vnum eſſe teſtamentum.* Et in L.XXVI. D. de vſufr. leg. qui Paulum conſulit, ait, MOVET ENIM ME QVOD *dies legati, &c.* Similiter qui Modeſtinum conſulit in L.XXXIX. D. de actionib. emp. auctores laudat veteres Iuriſconſultos.

Proculum etiam ſæpius à Nepote per literas conſultum legimus: Vt in L.CXXV. D. de verb. ſignific. NEPOS PROCVLO SVO SALVTEM. *Ab eo qui ita promiſit, Cùm commodum erit, dotis filiæ meæ tibi erunt aurei centum:* PVTASNE *protinus nuptiis factis dotem peti poſſe?* &c. Reſponſum verò Proculi ſubiicitur in hunc modum. PROCVLVS. *Cùm dotem quis ita promiſit.* Extant ad eiuſdem Nepotis Cõſultationes, alia Proculi Reſponſa duo: vnum in L.XLVII. D. de legat. I. SEMPRONIVS PROCVLVS NEPOTI SVO SALVTEM *Binæ tabulæ,* &c. QVÆRIS VTRVM, &c. PROCVLVS RESPONDIT. Alterum in L.XVII. D. de iure dot. cuius initium eſt, PROCVLVS NEPOTI SVO SALVTEM. *Ancilla,* &c. Par eſt alia formula reſponſi Pauli ad Conſultationem in L.LXXXI. D. de condition. & demonſtrat. quæ ita incipit, IVLIVS PAVLVS NIMPHIDIO. QVÆSISTI *ſi ita,* &c. Eſt & elegans conſultatio per Epiſtolam in L.XI. D. de heredib. inſtit. in qua prælatis verbis teſtamenti, *Attius fundi, &c.* quæſtio ita proponitur. *Idque Proculo placet;* QVID TIBI VIDETVR? Cui reſpondet Iauolenus in hunc modum. RESPONDIT, *Vera eſt Proculi opinio.* Marcellus etiam à Sulpitio conſultum ſe ita reſpondiſſe narrat in L.XLVIII. D. de donation. int. vir. & vx. SVLPITIVS MARCELLO. *Mulier quæ ad communem filium, &c.* QVÆRO AN *donatio tibi videatur vt nihil agatur, an valeat quidem &c.* RESPONDIT. *Si color.* Plinius ſecundus Ariſtonem Iureconſultum conſulit his verbis lib. VIII. Epiſt. XIIII. *Cùm ſis peritiſſimus & priuati iuris & publici, cuius pars Senatorium eſt,* CVPIO EX TE POTISSIMVM AVDIRE, *errauerim in Senatu proxime nécne: non vt in præteritum (ſerum enim) verum vt in futurum ſi quid ſimile inciderit, erudiar &c.* Et in fine. *Obtinui quidem quod poſtulabã, nihilominus tamen* QVÆRO AN *poſtulare debuerim, an abſtinere.*

Aliâs quæſtio proponitur in hũc modũ, QVÆRO AN EXISTIMES, vel QVID EXISTIMES. Modeſtin. in L.XVI. D. de vſu & vſufr. *Legatum ciuitati relictum eſt, &c.* QVÆRO QVID DE LEGATO EXISTIMES. MODESTINVS RESPONDIT, &c. & in L.XXI. D. de vſucap. AN *vllius momenti eam locationem* EXISTIMES, QVÆRO. *Quod ſi nullius momenti* EXISTIMAS, AN *durare nihilominus vſucapionem* PVTES. ITEM QVÆRO, *ſi eidem vendidero eum fundum,* QVID DE HIS CAVSIS DE QVIBVS SVPRA QVÆSII, EXISTIMES. RESPONDIT, *ſi is &c.* At in L.LXIX. D. de heredib. inſtituen. diuerſa Formula Conſultationis refertur in hunc modum *Trebatius neutrum fore heredem: Cartilius vtrumque:* TV CVI AD SENTIARIS? PROCVLVS: CARTILIO ADSENTIOR. Aliâs interrogatio ita concipitur, ID IVS EST NEGNE? L.XXVI. D. de oper. libert. Et, QVÆREBATVR QVID IVRIS ESSET, L.XIX. D. de teſtam. milit. L.XXIII. D. de mort. cau. donat. Sed & in L.XIIII. ad L. Cornel. de falſ. QVÆRO QVIS EXITVS QVÆSTIONIS SIT? RESPONDI. PLVRES QVÆSTIONES CONIVNXISTI: *Et quidem quantum, &c.* SEQVENS QVÆSTIO EST, &c.

Atque hoc modo Iuriſconſulti RESCRIBERE dicebantur. Scæuola in L.XLIIII. D. de re iud. QVÆRITVR, AN *in ex cauſa iudicati teneantur:* RESCRIPSIT *dandam in eos actionem* Vlpian. in L.LII. §. ſi quis Aſinum D. de furt. *Quod & Herennio Modeſtino ſtudioſo meo, de Dalmatia* CONSVLENTI RESCRIPSI. Celſus in L.XXXVIII. §. Firmus D. de actionib. empt. *Firmus à Proculo quæſiit* &c. ILLE RESCRIPSIT Pomponius in L.XLVI. D. de manum. teſt. ARISTO NERATIO APPIANO RESCRIPSIT. Inde & libris Epiſtolarũ reſpõdiſſe Iuriſcõſultos legimus in L.XII. §. Neratius quoq; & §. deniq; D. de inſtruc. vel inſtr. L.LVIII. D. pro ſoc. Epiſtolas etiam inuicem de iure ſcribebant. Neratij certè Priſci ad Ariſtonem, & Ariſtonis Epiſtolæ ad Neratium memorãtur in L.III. D. quæ res pignor.

& L.XIX.§.illud D.locati. Sexto quoq; Cæcilio Africano Iulianũ reſpõdiſſe Vlpian. refert in L.III.§.1.D.de agnoſc.liber. Vulgo autem in libris noſtris I.C. Reſpõſa ita cõcipiuntur, QVÆRO AN &C. SCÆVOLA, vel, MARCELLVS, vel, PAVLVS, vel, MODESTINVS RESPONDIT, vt in L.XVIII.D.de iu.patronat. L.XXIII. D. de manumiſſionib. in princ. & §. Lucia Titia, cùm ſequentib. D.de legat.II. L.XXV. §. vlt. D.de liber. & poſthum. L. XXVIII. D.de mort.cau.donationib. L.XXXIIII. D.de pignerat.actio. L.XXII. D. de Sc. Silan. L.XXVIII. D.de vſu & vſuf.leg. L.V.& VI.D.de ann. leg. L.XXXIII.§ vlt.& L.XXXIIII. D.de alimẽt.leg. L.vlt.D.pro derelic. L.XLVII §.1.D.de bon.liber. L.LXXI.D.de hered. inſtituen. L.XLIIII. D.de manumiſſ.teſtam. L.IIII.& V.D. de aliment. legat. vel, QVÆRO, RESPONDIT, L.XIIII.& L. vlt. D.de dote prælег. L.XX.D.de aliment.leg. L.XLIIII. D.ad Trebellia. L. XL. D pro empto. L.XLI.D.de fideicõmiſſ. libert. L.XLI.§.1.de legat. II. L. XXXIX. de legat.III D.de adquir. hered L. vlt. D. vnde cogn. L.III. D. de obſeq. parentib. L. XXXV. & XXXVI. D.de bon.libert.

Vbi verò plures quæſtiones coniungebãtur, dicebant, ITEM QVÆRO, L.XLI.§.Titius Sticho, cum ſequẽtib. D. de fideicommiſſ.libert. L.LXXXVIII. §.Impuberem De legat.II. L.XXXVIII D.de vſu & vſufr.leg. L.XL.§.ſeruus teſtamẽto D. de ſtatulib. L.CXXII. §. Callimachus D. de verbor.obligatio. L.XLIII. §.1 D.de vulg.& pup. L. LVI. D.de adq. rer. do. L.LXII. D.de iu.dot. Et ITEM ROGAVI, L.XXVI. § vlt. D.de oper.libert.

Aliàs QVÆSITVM EST, RESPONDIT. L.XXVI.D. de Sc. Silan. L.XL.in princ.& §. ſeruus & §.vlt. D.de ſtatulib. L.vlt.D.pro empto. L.XLI. §. Stichus & §. intra certa D. de fideicommiſſ. libert. L.XXV.& XCV.in princ.& §.vlt. D.ad L.Falcid. L.LX. & L.vlt. D. de re iudic. L.XXIIII. D.de appellationib. L. XXXV. §. vlt. D. de legat. III. L. LIX. § puram D. de manumiſſ. teſtam. L. XIIII. §. Maritus D.ad L. Corn. de falſ. L.XCI. D. de legat.I.

Aliàs, QVÆSITVM EST, PAVLVS RESPONDIT, L.XII. de aliment. legat. Et QVÆSITVM EST, IVVENTIVS CELSVS RESPONDIT, L.XXX. de legat.II. CVM QVÆREBATVR, &C. RESPONDIT, L.LXII. D.de re iud. L. LX §. lana D.de legat.III. QVÆREBATVR, DICEBAM, L. XIX. D.de teſtam.milit. L.LXXXII. D.ad L.Falcid L.IX. D.de caſtren. pecul. L. XIII. D iudic. ſol. Quæ verba etiam Paulus res in Auditorio tractatas referens, vſurpat in L XL. D. ſi cert. pet. & L.XCVII. D. de adquir. heredit. & Vlpian.in L.XXII.D. ad Trebellia. CONSVLEBAR DE FIDEICOMMISSO &C. DICEBAM, L.XIIII.§.quidam D.de aliment.leg. Et QVÆREBATVR: DIXI, L. XIIII. D. de vſufr. leg. L.XVIII.D.ad L.Falcid. QVÆSITVM EST: DIXI, L.XCIIII. D.de leg.I. L.XLIIII. D. de adq.poſſeſſ. CONSVLEBATVR NVM: RESPONDI, L. LII. §.1.D.ad L. Aquil. L.XV.D.de publican. CONSVLEBATVR POSSETNE AGI, L.vlt.D.ſi quadrup. DOMINVS PVERI CONSVLEBAT, L. LII. §.in cliuo D.ad L.Aquil. CONSVLEBATVR: RESPONDIT, L.XIIII. D.de pecul.leg. L.XLVII.de heredib. inſtit. CONSVLEBAT: RESPONDI, L.XLIII.§.vlt.D.de dam.inf. QVIDAM CONSVLVIT, &C. RESPONDI, L.XIX.D. ad exhib. D. LVII. D. de iud. L.IX.D. de re iudic. PROPONEBATVR, & QVÆREBATVR: RESPONDI, L.LXXVI. D. de caſtren.pecul.

responsa prudentũ

In ſollemnibus autem verbis, Prudentes cum de iure reſpondebant, verba hæc habuiſſe, SECVNDVM EA QVÆ PROPONERENTVR, notum eſt. Si quis tamen teſtimonia in promptu habere cupiat, reiiciam eum ad L.XIII.§.vlt.& L.XV.in princ. L.XVI.§ 1. L. XVII.§. Baſilicæ, D. de aliment. legat. L. XXXIIII. XXXVI. & XXXVII. D.de vſu & vſufr.legar. L.XXV.§. vlt. D. ad L. Falcid. L. XXI. D.quæ in fraud.credit. L. XXXIIII. D. de pignerat.actio. L. LXXVIII. in princ.& §.1.D. ad Trebellia. L. CXXII. §. Callimachus D. de verbor.oblig. L.XXII. ad L.Cornel.de falſ. L.XCII. D.de adquir. hered. L. XXIIII. D.de appellationib. L.LXXXVIII.§.1.& §.quæ marito.& §. Sempronia & §. filiam & §. Lucius Titius L.vlt.§. Lucius D.de legat.II. L.XXXII. L.XXXV.§.vlt. L. XXXVIII. XXXIX. L.XLI.§.teſtamento, L.XCII. L.CI.& CII.D.de leg.III. L.vlt.D.de donat. L.LIX.§.purã D. de manum.teſt. L.XLI.§.tutoris D.de fideic.libert. L. XXVI. D. qui & à quib. L.XXXVIII. in fi.D.de liber.cau. L.XXIII. §.ſeruis D.de pecul.leg. L.LX.D.de adq.rer.do. Interdum, SI VT PROPONITVR, L.XXXVIII.D. de liber.cau. L. XXV.§. vlt. D.de liber. & poſtum.

Aliàs,

Aliàs, RESPONDIT VERBIS QVÆ PROPONERENTVR, L.XXXIII.D. de vſu & vſufr.leg.L.vlt. D.de dote pręleg.& EX HIS QVÆ PROPONERENTVR, L.LXXXVIII.§.Damæ D.de legat.II. RESPONDIT EX VERBIS CONSVLTATIONI INSERTIS, L.XXXIIII. de legat.II.

IN PROPOSITO, L.XVIII.§.ſeruus D. de ſtipulat ſeruor.L. XXXVIII.§.I. de ſolutionib. L.LXI.§.locaui D.de furt.L.IX.D.de caſtren.pecul. L.XXXIIII.D.de neg.geſt.IN SPECIE PROPOSITA,L.LXXXI. D.de hered.inſtituen. IN SPECIE DE QVA QVÆRITVR, L. XXXIX.D.de actionib.empt.L.LXXXVII.§.I.D.de legat.II.

NIHIL PROPONI CVR, L.vlt.D.de teſtamentar.tut.L.XVIII. & XXVI.D.de Sc. Silan.L.XI.§.I.D.de ſtatulib.L.VIII.D.de magiſtratib.conueniend.L.XLI.in princ.& §. Seio D.de fideicommiſſ.libert.L.vlt.D.pro ſuo L.CXX.D.de leg.I. L. XXXIIII. §. Gaius Seius D.de legat.II.L.XXXII. in princ.& § heredis & L.XXXIII. D.de vſu & vſufr.leg.L. vlt.§.vlt.D.de dote præleg.L.XC.D.de ſolutionib. L.LXI.D.de heredib.inſtit. L.XLI.§. concubinæ de leg.III.L.LII.D.de iure dot. NIHIL PROPONI PROPTER QVOD, L. IIII. D.de aliment.legat.

RESPONDIT NON PROPONI, L. LXXVIII.§. tres heredes D. ad Trebellian. L. XXXIIII.§.L.Titius relictis. D.de legat.II. Aliàs, RESPONDIT NIHIL PROPONI, L.XXXVIII.§.Iulius Agrippa & §.mater de leg.III. NIHIL PROHIBET, L. XVXIIII. §.vlt.de legat.II.

RESPONDIT, EVM CVIVS NOTIO EST ÆSTIMATVRVM, L.XV.§.I & L.XVI.§.I. D. de aliment.leg.L.XXVIII.§.Titius teſtamento D.de liberatio.leg.L.XIIII.in fi.D. de dote præleg.L.LXIX.§.I.D.de leg.III. IVDICATVRO ÆSTIMANDVM, L.XL. §.Titius teſtamento D.de ſtatulib. AD IVDICIS OFFICIVM PERTINERE, L.XCV.§.vlt.D.ad L. Falcid.

Interdum etiam EX FACTO CONSVLTOS ſe Reſpondere dicebant, L.LII.§.item ex facto D.pro ſoc.L.III.§.I.D.de minorib. EX FACTO PROPONEBATVR, L.XXXV. D. de heredib.inſtit. EX FACTO QVÆRITVR, L.XLIII.D.de vulgari L.LII. D. de pecul. leg.L.XIII.§. ex facto D. de adq. poſſ. EX FACTO QVÆREBATVR, L.XXX.D. de negot. geſt. EX FACTO INCIDIT SPECIES TALIS, L.LXXXIII.D.de leg.II.L.XXII.D.ad L. Falcid. EX FACTO AGITATVM REFERVNT, L.XIX.D.de heredib. inſtit. EX FACTO TRACTATVM EST, L.XVII. D.ad Trebellian.L.XXXIX.§.ſcio D.de legat.I. EX FACTO TRACTATVM MEMINI. L.XVII.§.ex facto ad Trebellian.

IC. autem opiniones ſuas his verbis enuntiare, EXISTIMO, PVTO, VIDETVR MIHI, MAGIS EST, PROPE EST, nemo eſt qui neſciat. Etiam quæ ab iis definiebatur, his plerumque verbis referuntur, PLACVIT PRVDENTIBVS, &, PLACVIT, vt in L.XXXI. D.de vulgari L.VIII.D.de aliment.leg.L.IX.D.ad L.Falcid.L.III. & L.XLI.§.I.D.de vulgari, L.XLVII.§.ſed ſi Stichus,& L.XIIII.§.vlt. D.de legat.I.L.LXIX.§.mater & L. LXXVI.§. heres D.de legat.II.L.XCIIII.D.de legat. III. L.XXIII.§. etiam & L. XXIIII.§.ſi petitum D.de fideicommiſſ.libertat.L.XXI.D.de liber.cau.L.I.D. de manumiſſionib.L.XLIIII. D. de vſucapion. L.VI.§.I.D.de aqua & aquir.pl.Recte placuit, L.LXXVII.§. volo MERITO PLACVIT, L.LXXV.D.de iu.dot.

PLACET, L.IIII.D.de liber.& poſthum.L.LXXIX. D.de adquir.heredit.L.XXXIII.D. de legat.I.L.XIIII.D.de manumiſſ.teſtam.L.IIII.§.vlt.D.pro ſuo L.XX.D.de his quæ in fraud.creditor.L.XXI §.placet D.de dam.infec. POST MVLTAS VARIETATES PLACET, L.LV.§.I.D.de legat.II. OMNINO MIHI NON PLACET, L.XLVIII.§.vlt.D. de legat.I.

Peculiaria etiam Iuriſconſultis ſunt hæc, QVÆSTIONIS EST: FVIT QVÆSTIONIS: SCIO QVÆSITVM: BELLE: vel, BELLISSIME QVÆRITVR, aut DVBITATVR: HOC IVRE VTIMVR, RECEPTVM EST, VIDEAMVS, VIDENDVM EST QVOD DICITVR, PONAMVS: FINGAMVS: QVOD VVLGO RESPONDETVR: Quod dictum iuris ſtudioſis ſat eſt. Ingens enim horum verborum turba paſſim in Pandectis iacet. Sumenda ea erunt, non colligenda. Tum etiam ne libet hic in conſanguinei ſui de verbor.ſignificatio.poſſeſſiones irruat, cautio eſt.

Ex Iuriſconſultorum etiam formulis, Cicero Epiſtolis ad Trebat. lib. VII. Familiar. quaſdam perſtringit: veluti Epiſt. XVII. HOC, *quemadmodum, vos ſcribere ſoletis in veſtris libris*, IDEM Q. CORNELIO VIDEBATVR. Itémque Epiſt. X. IDEM ET MVTIO MANLIO PLACEBAT. Aliàs Epiſt. XXII. eiuſdẽ lib. Ego *tamẽ Scæuolæ & Teſtæ* ADSENTIOR. Sic in L. LXIX. D. de heredib. inſtit. Proculus, CARTILIO ADSENTIOR. Venuleius in L. CXXXVIII. D. de verbor. obligationib. poſt recitatas Sabini & Proculi contrarias opiniones. SED EGO, ait, CVM PROCVLO SENTIO. Celſus in L. VII. in fi. D. de ſupellect. leg. *Non tamen*, A SERVIO DISSENTIO. Vlpian. in L. I. §. item quæritur D. de aq. cotid. Et *Offilius in tota aqua rectè cum prohiberi ait*: EGO OFFILIO ADSENTIO. Idẽ in L. I. D. de Cõcubin. CVM ATILICINO SENTIO. Et L. LXXIX. D. de iure dot. ET EGO CVM SERVIO SENTIO. Vlpian. in L. III. §. Neratius D. de adq. poſſ. *Quidam putant Sabini ſententiam veriorem*: QVIBVS CONSENTIO. In L. XII. §. nouiſſimè D. quando dies legator. *Ipſe quoque*, ait, HVIC SENTENTIÆ ACCEDO. Idem in L. VII. D. de oper. libert. *Et ego*, inquit, CELSO ADQVIESCO. Aliàs, EGO TREBATII SENTENTIAM PROBO, L. XXX. D. de teſtamentar. tut. & LABEONIS SENTENTIAM PROBO, L. IIII. D. de inſtruc. vel inſtrum. Et HOC PROBO, L. XXXIX. D. de auro argen. LABEO PVTAT, QVOD NON IMPROBO, L. vlt. §. vlt. D. de trit. vino & ol. QVOD VERVM PVTO, & IDQVE VERVM EST: & QVOD ET VERVM EST, L. XVI. de leg. I. L. VII. D. de trit. vi. L. III. D. pro ſuo. L. vi §. ſicut autẽ D. de pecul. leg. L. XXIX. in prin. §. I. & §. ſeq. D. de leg. III. QVOD ET VERIVS EST, L. V. §. I. D. de leg. I. L. XXI. §. ſi arbiter D. de recep. qui arbitr. L. LX. D de leg. III. L. XXVIII. D. de adquir. rer. do. L. III. D. in quib. cauſ. pign. *Sabinus exiſtimat*. QVÆ SENTENTIA MIHI QVOQVE PLACET, L. XIII. de trit. vi & ol. *Pomponius ſcribit*, ET ITA EGO QVOQVE PVTO, L. I. §. iubet D. de collatio. bonor. PVTO SENTENTIAM OFILII VERAM L. IIII. §. quod ſi D. de doli except. NON EST VERVM, L. III. §. Neratius D. de adquir. poſſeſſ. *Marcianus putat*, ſed EGO PROCLIVIOR SVM VT PVTEM, L. XI. §. ſi heres rogatus D. de legat. III. Et ITA LABEONI ET NERVÆ PLACET: L. XIIII. D. de in diem addictio. QVOD CASSIO ET PEGASO PLACET: & SANE EORVM SENTENTIA PROBABILIS EST, L. XI. D. de Iuriſdict. omn. iud. ET ITA SERVIO, LABEONI, SABINO, PLACVIT, L. XIX. §. I. D. locat. IVLIANO, ET MARCELLO PLACET, L. I. §. ſciendum D. de ſuis & legitim. IDEM NERVA, L. VI. §. ſicut autẽ D. de pecul. leg. IDEM AQVILA, L. vlt. D. de ſuſpect. tutorib.

Mouet etiam me Plutarchus, vt ne ſilentio tranſeam ea nomina quibus Iuriſconſulti exempl cauſa vtuntur. Ea ſunt GAIVS SEIVS, LVCIVS TITIVS, MÆVIVS, SEMPRONIVS. Item MÆVIA, TITIA, SEMPRONIA. Hoc enim ἐν Αἰτίοις ille ita notauit. Τοῖς δὲ ὀνόμασι τούτοις, ἄλλως (ita rectè vet. Cod. habet) κέχρηνται κοινοῖς οὖσιν, ὥσπερ οἱ Νομικοὶ Γάϊον Σήϊον, καὶ Λούκιον Τίτιον, καὶ οἱ φιλόσοφοι Δίωνα καὶ Θέωνα παραλαμβάνουσιν.

Prudentum portò, qui ius publicè reſpondebant, vt Plinius loquitur Epiſt. XV. lib. VI. Reſponſa maximæ fuiſſe auctoritatis nemo ignorat. Priſcis quidem temporibus Reſponſa ſua non ſignabant Iuriſconſulti, ſed plerumque iudicibus ipſi ſcribebant, aut teſtabantur qui illos cõſulebant, vt ait Pompon. in L. II. D. de Orig. iur. A Iudicibus enim conſultos Prudentes, docet L. III. §. I. D. de minorib. L. II. D. de pact. dotalib. Poſtea inualuit, vt Reſponſa ſignata darentur. Quo reſpexit Seneca lib. VIII. de Benefic. cap XVI. his verbis. *Si tamen quid ſentiam quæris, & vis* SIGNARI RESPONSVM. Ea verò auctoritate ſuæ valuiſſe etiam ſi ratio non redderetur, idem Seneca Epiſt. XCV. lib XIIII. notat. Precibus autẽ quandoq; inſerta fuiſſe Iuriſcõſultorũ Reſponſa oſtendit L. XII. C. de legat. Ab ipſis etiã Imperatoribus in Reſcriptis ſuis ea citabantur, vt apparet ex L. II. C. de cõtrah. empt. L. III. C. de adq. poſſeſſ. L. III. C. ad exhib. L. VI. C. de nuptiis L. XI C. de quæſtionib. L. XI. C. ad L. Cornel. de falſ. L. XVI. C. de fideicommiſſ. Lectum quoque fuiſſe in iudicio Domitij Vlpiani Reſponſum Paulus refert in L. XLIII. D. de actionib. empt. *Præfectis Prætorio ſuaſi*, ait Papinian. in L. III. §. cùm Pollidius D. de vſur.

de vſur. *Dixi in Auditorio*, Triphoninus in L. LXXVIII. §. ſi fundus D. de iu. dot. *Ego quoque in Auditorio publico idem ſecutus ſum*, ait Marcian. in L. I. §. vlt. D. ne de ſtatu def. Iuriſconſultorum porrò partes & munia non RESPONDENDI modo, ſed & CAVENDI, & SCRIBENDI verbis explicabantur, vt Cicero pro Muræna tradit, & in meis de verbor. quæ ad ius pertin. ſignific. libris attigi. In conſilium etiàm adhibitos à Magiſtratibus, memini me in libris Selectar. antiquit. notare. In conſilio fuiſſe principibus, conſtat, ex L. XVII. D. de iu. patronat. & Lampridio in Alexandro: Cui rei argumento eſt, L. vlt. D. ſi quis à paren. manumiſſ. Ad teſtamenta ſcribenda adhibitos oſtendã ſuo loco. Mõſtraſſe quoquè eos Remedia quibus, iis quorũ res erat, ſuccurretur, documẽto ſunt, L. LXXX. §. vlt. D. ad L. Faleid. L. LXVI. D. de iu dot. L. v. §. Imperator D. vt in poſſeſſio. legator. L. v. §. ſi is cui D. de oper. no. nunt. Ac planè Modeſtinus de Eurematicis librum ſingularem ſcripſerat. Hic ego conſiſto, & mihi ipſe iuſtitium indico, vt à Togata ad armatam Militiam tranſeam.

BARN. BRISSONII REGII CONSISTORII CONSILIARII, AMPLISSIMIQVE SENATVS PARISIENSIS PRÆSIDIS,

DE FORMVLIS ET SOLLEMNIBVS populi Ro. verbis.

LIB. IIII.

MILITARIBVS Formulis quartus hic liber pollicitatione mea debetur: quod ego quaſi æs alienum, bona fide, ad diem & horam, ne appellatus quidem à quoquã, quatenus facere poſſum, diſſoluo. Difficilis eſt enim ſolidi huius nominis expediendi ratio, propterea quod magna earum Formularum, ex quibus integra ſumma conficienda eſſet, penuria laboramus. Quam meam excuſationem æquos rerum æſtimatores accepturos cõfido, ad quos ſi qui me fortè duriores oneroſioréſve creditores euocent, iuſto ſacramento contendam, audiendos non eſſe, qui à me plura, quam quæ ex veterum auctorum non ſupina neque diſſoluta lectione redigi potuerint, exigant. Reſcripto etiam Diui Pij me tuebor, & cum ex liberalitate mea conueniar, non niſi in quantum facere poſſum, damnandum me dicam. Aut ſi porrò moleſti importuníque flagitatores eſſe pergãt, bonam copiam eierabo, nec foro quidem, verum totis bibliothecis cedam. Ordiar autem à Sacramento militari, quo neque aptius, neque rei propoſitæ conuenientius principium ſumi poteſt. Primis planè Reipub. Ro. temporibus Sacramento rãtum à Tribunis milites rogabantur: ceterum ipſi inter ſe cõiurabant, SE FVGÆ ATQVE FORMIDINIS CAVSSA NON ABITVROS, NEQVE EX ORDINE RECESSVROS, NISI CIBI PETENDI, FERIENDIVE HOSTIS, AVT CIVIS SERVANDI CAVSSA. Flacco verò & Varrone Coſs. iureiurãdo Milites fieri cœpere. Auctorẽ habeo Frõtinũ lib. IIII. Stratag. cap. I. apud quẽ tamẽ in alterius Cõſulis nomine mẽdũ ut ſubeſſe ſuſpicer, Liuius facit, cuius lib. XXII. qua parte acta illi⁹ anni, qui L. Aemiliũ Paulũ & Terentium Varronem Coſs. habuit, recenſet, verba ſunt hæc. *Milites tunc, quod nunquam antea factum erat, iureiurando à Tribunis militum adacti*, IVSSV CONSVLVM CONVENTVROS, NEQVE INIVSSV ABITVROS. *Nam ad eam diem nil præter ſacramentum fuerat, & vbi ad decimatum aut centuriatum conueniſſent, ſua voluntate ipſi inter*

ſi inter

ſi inter ſe Equites decuriati, centuriati pedites, coniurabant, SESE PVGÆ ATQVE FORMIDINIS ERGO NON ABITVROS, NEQVE EX ORDINE RECESSVROS, NISI TELI SVMENDI AVT PETENDI, AVT HOSTIS FERIENDI, AVT CIVIS SERVANDI CAVSSA. *Id ex voluntario inter ipſos fœdere à Tribunis ad legitimam iuriſiurandi adactionem tranſlatum*. Quanquam quo tempore P. Valerius ad recipiendum Capitolium arma plebi dedit, omnes in verba iuraſſe idem Liuius lib. III. ſcribit, CONVENTVROS SE IVSSV CONSVLIS, NEC INIVSSV ABITVROS, Dionyſius quoque Halicarnaſſ. lib. x. omnes iuraſſe refert: τὸν στρατιωτικὸν ὅρκον, Ἀκολουθήσειν τοῖς ὑπάτοις, ἐφ' οὓς ἂν καλῶνται πολέμους καὶ μήτε ἀπολείψειν τὰ σημεῖα, μήτε ἄλλο πράξειν μηδὲν ἐναντίον τῷ Δήμῳ.

FORMVLAM certè iuriſiurandi, quo Tribunus militaris, cum delectus antiquitus fieret, militéſque ſcriberentur, eos adigebat, huiuſmodi fuiſſe Agellius lib. XVI. noct. Attic. cap. IIII. ex Cincij de re milit. libro tertio literis prodidit. IN MAGISTRATV C. LÆLII C. F. COS. L. CORNEL. P. F. COS. IN EXERCITV, DECEMQVE MILLIA PASSVVM PROPE, FVRTVM NON FACIES DOLO MALO, SOLVS, NEQVE CVM PLVRIBVS, PLVRIS NVMI ARGENTEI, IN DIES SINGVLOS, EXTRA HASTAM, HASTILE, LIGNA, PABVLVM, VTREM, FOLLEM, FACVLAM, SI QVID IBI INVENERIS, SVSTVLERISVE, QVOD TVVM NON ERIT, QVOD PLVRIS NVMI ARGENTEI ERIT, VTI TV AD C. LÆLIVM C. F. COS. L. VE CORNELIVM P. F. COS. SIVE AD QVEM EORVM IVS ERIT, PROFERAS, AVT PROFITEBERE, IN TRIDVO PROXIMO, QVIDQVID INVENERIS SVSTVLERISVE DOLO MALO: AVT DOMINO SVO, CVIVM ID CENSEBIS ESSE, REDDES, VTI QVOD RECTE FACTVM ESSE VOLES. Cui adfine eſt quod Polybius lib. VI. ſcribit. Μετὰ δὲ τὴν στρατοπεδείαν συναθροισθέντας οἱ χιλίαρχοι, τοὺς ἐκ τοῦ στρατοπέδου πάντας ἐλευθέρους ὁμοῦ καὶ δούλους, ὁρκίζουσι καθ' ἕνα ποιούμενοι τὸν ὁρκισμόν. Ὁ δὲ ὅρκος ἐστί· Μηδὲν ἐκ τῆς παρεμβολῆς κλέψειν, ἀλλὰ κἂν εὕροι τι, τοῦτ' ἀνοίσειν ἐπὶ τοὺς χιλιάρχους. Idē lib. x. teſtis eſt milites in procinctu ſollemni iureiurando adactos, SESE NIL QVIDQVAM EX PRÆDA PARTA AVERSVROS, INTERVERSVROSVE ESSE. Περὶ δὲ τοῦ, inquiens, μηδένα νοσφίζεσθαι μηδὲν τῶν ἐκ τῆς διαρπαγῆς, ἀλλὰ τηρεῖν κατὰ πίστιν, κατὰ τὸν ὅρκον ὀμνύουσι πάντες, ὅταν ἀθροισθῶσι πρῶτον εἰς τὴν παρεμβολὴν ἐξιέναι μέλλοντες εἰς τὴν πολεμίαν. Præterea idem auctor lib. VI. Tribunos ait, delectu habito poſtquam per ſuam quemque legionem militem diſtribuerint, eligentes vnum ex his maximè idoneum Ἐξορκίζουσιν, ἦ μὴν πειθαρχήσειν καὶ ποιήσειν τὸ προσταττόμενον ὑπὸ τῶν ἀρχόντων κατὰ δύναμιν. Tum reliquos ſingulatim procedentes idem iuraſſe memorat. Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. XI. tradit iuraſſe eos, Ἀκολουθεῖν ὅποι ἂν ἄγωσιν, eóque ſacramento obſtrictis fas non fuiſſe duces deſerere. Obligatos etiam eodem iureiurando, NE SIGNA DESERERENT, idē auctor lib. VI. oſtēdit his verbis. Τῶν γὰρ ἱερῶν ταγμάτων ἐπικύριος ἦν τοῖς στρατιωτικοῖς ὅρκοις κατειργομένων, ἓν δ' εἰς ἀπολείπεσθαι τῶν σημείων ἠξίου. τοσοῦτον ἴσχυσεν ὁ τῶν ὅρκων ἐν ἑκάστῳ φόβος. Planè ſecundo Punico bello aliquot aduerſis præliis exhauſta militari iuuentute Romana, cum publicè ſeruos ad propulſandum hoſtium impetum emi placuiſſet, eos à Triumuiris eius rei ergo creatis, adactos iureiurando, STRENVAM SE FORTEMQVE OPERAM DATVROS, QVOAD POENI IN ITALIA ESSENT, Valer. Max. lib. VII. cap. VI. & Liuius lib. XXII. ſcriptum reliquerunt.

Scipionem verò Liuius lib. XXII. docet iureiūrando à ſe dato & præſtito, alios eodem adegiſſe in hæc verba, VT EGO REMPVB. NON DESERAM, NEQVE VLLVM CIVEM RO. DESERERE PATIAR: SI SCIENS FALLO EX ANIMI MEI SENTENTIA, TVM ME IVPITER OPT. MAX. DOMVM, FAMILIAM, REMQVE MEAM PESSIMO LETHO AFFICIAS: IN HÆC VERBA L. CÆCILI IVRES EXPOSTVLO, CETERIQVE QVI ADESTIS: QVI NON

IVRAVERIT, IN SE HVNC GLADIVM STRICTVM ESSE SCIAT. Ipſi etiam inter ſe quandoq; milites coniurabant, SE NON NISI VICTORES EX ACIE REVERSVROS. Cuiuſmodi iuſiurandum inſtructa iam acie Flauoleio Centurione præeũte præſtitum Liuius lib.II.refert. Nam cùm M. Fabius Conſul certum atque decretum ſibi eſſe dixiſſet nõ dare ſignum, niſi victores ſe redituros ex pugna milites iuraſſent: *Centurio, ait, erat M. Flauoleius inter primores pugnæ flagitator:* VICTOR, *inquit*, M. FABI REVERTAR EX ACIE: SI FALLAT, IOVEM PATREM GRADIVVMQVE *Martem, alióſque iratos inuoco Deos. Idem deinceps omnis exercitus in ſe quiſque iurat.* Hoc & Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. IX. narrans de eodem Flauoleio ait, Ξίφος ἀνατείνας ὤμοσε τὸν ἐπιχώριον τε Ῥωμαίοις ϰ̀ χεάπιον ὅρκον, τὴν ἀγαθὴν ἑαυτοῦ πίστιν, Νικήσας τοὺς πολεμίους ἥξειν εἰς τὴν πόλιν, ἄλλως δ' οὔ. Cæſar lib. III. de bello Ciuili. *Perterrito etiam tum exercitu princeps Labienus procedit*, IVRATQVE, SE EVM NON DESERTVRVM, EVNDEMQVE CASVM SVBITVRVM, QVEMCVMQVE EI FORTVNA TRIBVISSET: HOC IDEM RELIQVI IVRANT LEGATI. *Hos Tribuni militum, Centurionéſque ſequuntur: atque* IDEM *omnis exercitus* IVRAT. Idem Cæſar lib. III. eiuſdem argumenti, de Labieno. *Hæc cum dixiſſet*, IVRAVIT SE NISI VICTOREM IN CASTRA NON REVERSVRVM: *reliquóſque, vt idem facerent, hortatus eſt: hoc laudans Pompeius* IDEM IVRAVIT: *nec vero ex reliquis fuit quiſquam qui iurare dubitaret.* Liuius lib. XXVII. delectum à Coſs. acriter, intentéque habitum narrans, coloniarum aliquot quas illic enumerat, iuniores iureiurando adactos ſcribit, SVPRA DIES TRIGINTA NON PERNOCTATVROS SE ESSE EXTRA MOENIA COLONIÆ SVÆ, DONEC HOSTIS IN ITALIA ESSET. Bello quoque Macedonico ſuſcepto, Cenſores, vt delectum adiuuarent, in cenſu agendo, ad commune omnium ciuium iuſiurandum adiecerunt, vt adiurarẽt hæc, TV MINOR ANNIS SEX ET QVADRAGINTA ES, TVQVE EX EDICTO C. CLAVDII, TIB. SEMPRONII, CENSORVM, AD DELECTVM PRODITO: ET QVOTIESCVMQVE DELECTVS ERIT, QVICVMQVE CENSORES MAGISTRATVM HABEBVNT, SI MILES FACTVS NON ERIS, IN DELECTV PRODIBIS. Auctor Liu. lib. XLIII. Ibidéq; eoſdẽ Cẽſores cauſas ſtipendiis miſſorum cognouiſſe: & cuius nondum iuſta miſſio viſa eſſet, ita iuſiurandum adegiſſe ſcribit, EX TVI ANIMI SENTENTIA, TV EX EDICTO C. CLAVDII SEMPRONII CENSORVM, IN PROVINCIAM MACEDONIAM REDIBIS, QVOD SINE DOLO MALO FACERE POTERIS.

Militibus autem ſcriptis, dies, vt ex Cincio Agell. lib. XVI. cap. III. tradit, præfiniebatur, quo ADESSENT, & vt citati Conſulibus reſponderent. Deinde ita cõcipiebatur iuſiurandum, VT ADESSENT NISI HARVMCE QVÆ CAVSA ERIT: FVNVS FAMILIARE FERIÆVE DENICALES (quam vocem imperitè Aſcenſius expunxit & eius loco vindemiales ſubſtituit) KALENDÆQVE, QVÆ NON, EIVS REI CAVSA IN EVM DIEM COLLATÆ SINT, QVO ISTO DIE MINVS IBI ESSET: MORBVS SONTICVS: AVSPICIVM, QVOD SINE PIACVLO PRÆTERIRE NON LICEAT: SACRIFICIVMVE ANNIVERSARIVM, QVOD RECTE FIERI NON POSSIT, NISI IPSOS EO DIE IBI SIT: STATVS CONDICTVSVE DIES CVM HOSTE. SI CVI EORVM, HARVMCE QVÆ CAVSA ERIT; TVM SE POSTRIDIE QVAM PER EAS CAVSAS LICEBIT, EO DIE VENTVRVM, ADITVRVMQVE EVM, QVI EVM PAGVM, VICVM OPPIDVMVE DELEGERIT.

Atq; hæc omnia Ὁρκοῦ Στρατιωτικοῦ nomine cõtinẽtur apud Dionyſ. Halicar. lib. X. & Appian. lib. I. Bell. ciuil. Eóq; modò IN CONSVLIS VERBA IVRASSE milites dicebãtur. Liuius lib. III. *Cùm, quo tempore P. Valerius ad recipiendum Capitolium arma plebi dedit, omnes* IN VERBA IVRAVERINT. Et mox: *Edicimus, vt omnes qui* IN VERBA IVRASTIS. Idem lib. VI. *Ita vt ſeniores quoque, quibus aliquid roboris ſupereſſet,* IN VERBA SVA IVRATOS, *centuriaret*. Et lib. XXII. *Libertini etiam, quibus liberi eſſent, & ætas militaris,* IN VERBA IVRAVERANT. Idem lib. XLV. *Socios nauales dato annuo ſtipẽdio dimitti, & cum his omnes, qui* IN CONSVLIS VERBA IVRAVERANT.

FVIT hæc SACRAMENTI Militaris, ſtante Repub. ratio. At vbi ea in Cæſarum poteſtatem venit; militaribus ſacramentis hoc amplius adiectum eſt, vt Cæſaris ſalutem omnibus rebus anteferrent. Quod Arrian. lib. III. Epicteti cap. XIIII. docet his verbis. Τῷ τούτῳ τῷ θεῷ ἔδει ϰ̀ ὑμᾶς ὀμνύειν ὅρκον, οἷον οἱ στρατιῶται

στρατιώτης τῷ Καίσαρι. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν, τὴν μισθοφορίαν λαμβάνοντες, ὀμνύουσι, Πάντων προτιμήσειν τὴν τοῦ Καίσαρος σωτηρίαν. Et mox: *Ἐκεῖ μὲν ὀμνύουσιν αὐτῷ μὴ προτιμήσειν ἕτερον.* Eáq; de cauſa Tertullian. in lib. de Corona milit. patrẽ ac matrẽ & omnẽ proximũ, ſacramento ſuo eieraſſe milites notat. Caligulam etiam inſtituiſſe, vt ſacramentis omnibus adiiceretur: NEQVE ME, LIBEROSQVE MEOS CARIORES HABEO, QVAM CAIVM ET SORORES EIVS, Suetonius in eius vita memoriæ prodidit. Præterea Milites iuraſſe, MILITIA SE NISI POST COMPLETA STIPENDIA RECESSVROS, Iſidor lib. IX. Etymologiar. cap. III. Seruij, quantũ coniicio, in lib. VIII. Aeneid. auctoritate fretus tradit. Denique vbi religione Chriſtiana Populus Ro. imbui cœpit, mutatam fuiſſe ſacramenti militaris formulam ex Vegetio lib. II. cap. V. didici. *Nam picturis,* ait ille, *in cute punctis, milites ſcripti, cũ matriculis inſeruntur, iurare ſolent. Et ideò* SACRAMENTA *dicuntur*. IVRANT AVTEM PER DEVM ET CHRISTVM, ET SPIRITVM SANCTVM, ET PER MAIESTATEM IMPERATORIS, *quæ ſecundum Deum generi humano diligenda eſt, & colenda.* Et mox: IVRANT *autem* MILITES, OMNIA SE FACTVROS QVÆ PRÆCEPERIT IMPERATOR: NVNQVAM DESERTVROS MILITIAM: NEC MORTEM RECVSATVROS PRO ROMANA REPVB. Milites vtique in nomen, ſeu verba Principum iureiurando adactos, Sueton. in Claudio. cap. IX. in Galba, cap. XI. & XVI. in Othone, cap. VIII. in Vitellio, cap. XV. in Veſpaſiano, cap. VI. Tacit. lib. VI. XVII. & XX. necnon Spartianus in Seuero docent. Cuiuſmodi Iuriſiurandi formulam quandam exprimit Ammian. Marcellin. lib. XXI. quò loci de Iuliani militibus hæc ſcribit: *Iuſsique vniuerſi* IN EIVS NOMEN IVRARE SOLLEMNITER, *gladiis ceruicibus ſuis admotis, ſub execrationibus diris, verbis iurauere conceptis,* OMNES PRO EO CASVS, QVOAD VITAM PROFVDERINT, SI ID NECESSITAS EXEGERIT, PERLATVROS. *Quæ ſecuti Rectores, omnéſque principis proximi, fidem ſimul religione firmarunt.* Idémque lib. XXVI. de Turmis aliquot equitum peditumque à Procopio tyranno coactis, *Promiſsis,* ait, *vberrimis inhiantes, ſub execrationibus diris,* IN VERBA IVRAVERE PROCOPII, hanc *polliciti pertinaciam:* QVOD EVM SVIS ARMIS DEFENSABVNT. Sic autem, SACRAMENTO ROGARI, & SACRAMENTO DICERE, Milites dicebantur, quo genere loquendi præter Liuiũ lib. III. XXIIII. & XXV. vtũtur Seneca Epiſt. XXXVII. & LXVI. Plin. lib. X. Epiſtolar. & Tacit. lib. I. & XX.

Enimuero in Delectu habendo, Coſs. pro Tribunali ſedentes, vel ſellis in foro poſitis, ciuium ſingulorum nomina citari iubebant, vt ex Liuio lib. II. & aliis locis apparet. Citabantur deinde nominatim ac ſingillatim. Obſeruatum autem, Cicero lib. I. de diuinatio. tradit, *vt primus miles fieret bono nomine.* Cuius dicti interpres erit Feſtus Pomp. qui in verbo, *Lacus Lucrinus,* ait; *In delectu, vt & in cenſu, primos, boni ominis gratia, nominatos,* VALERIVM, SALVIVM, STATORIVM. Omina enim, vt ait Ouid. lib. I. Faſtor. principiis ineſſe credebãt. Eáque gratia primos citabãt, quorum nomina bonum aliquẽ euentũ portendebãt, qualia erant ea quæ Valere, Saluos eſſe, & Stare nec fugere ſignificabant. Citati porrò, AD NOMINA RESPONDEBANT. Quod vel vnus Liuij locus lib. III. abundè probat. *Silentio Patrum edicitur delectus: Iuniores, cùm ſine prouocatione imperium eſſet,* AD NOMINA RESPONDERVNT. Citati verò interdum morbo ſontico ſe excuſabant, verbíſque ad id ſollẽnibus vtebantur. Liuius lib. VI. de quodam qui ad bellum eligebatur ſuffragiis populi: *Comitiiſque,* IVRARE *parato,* IN VERBA EXCVSANDÆ VALETVDINI SOLITA, *conſenſus populi reſtiterat.*

Interdum emerita ſtipẽdia, vacationéſve prætexebant. De huiuſmodi cauſis, qui delectũ habebant cognoſcere ſolebant. Liuius lib. III. *Cùm Conſules in concione pronuntiaſſent,* TEMPVS NON ESSE CAVSAS COGNOSCENDI: *omnes Iuniores, poſtero die, prima luce, in campo Martio adeſſent,* COGNOSCENDIS CAVSIS *eorum qui* NOMINA NON DEDISSENT, &c. Idem lib. XXXIIII. *Nec placere Tribunos pl.* CAVSAS COGNOSCERE, *quominus ad edictum conueniretur.* Atque adeo in Edicto de Delectu exceptionem appoſitam, VT NOMINA DARENT, NISI QVIBVS EMERITA STIPENDIA, VEL MORBVS CAVSSÆ ESSENT, Liuius lib. XXIIII. ſcribit. Qui verò nulla excuſatione propoſita reſpondebant, HI NOMINA DEDISSE dicebantur: Quo genere loquendi Liuius non ſemel vtitur.

Poſtquam autem nomina dederant, Edicto plerũq; certa die adeſſe iubebãtur: cuiuſmodi Edictum Liuius lib. III. refert, conceptum in hæc verba, EDICIMVS VT OMNES QVI IN VERBA IVRASTIS, CRASTINA DIE ARMATI AD LACVM REGILLVM ADSITIS. Eodémque exemplo Annibal apud eundem Liuium lib. XXI. PRIMO VERE, ait, EDICO ADSITIS, VT DIIS BENE IVVANTIBVS, BELLVM INGENTIS GLORIÆ PRÆDÆQVE FVTVRVM INCIPIAMVS. Idem lib. IIII. *Dictator omnes luce prima extra Collinam portam* ADESSE *iubet.* Et hoc erat, DIEM AD CONVENIENDVM EDICERE. Liuius lib. VII. *Popilius Coſ. exercitu ſcripto, cum omnes extra portam Capenam* AD MARTIS ÆDEM CONVENIRE ARMATOS *iuniores iuſſiſſet.* Idẽ lib. X. *Prius tamẽ quã exiret,* MILITIBVS EDICTO SORAM IVSSIS CONVENIRE. Et lib. XXII. *Legionibus ſcriptis,* TYBVR DIEM AD CONVENIENDVM EDIXIT. Et lib. XXIII. *T. Sempronius* MILITIBVS DIEM AD CONVENIENDVM EDIXIT. Idem lib. XLII. *Conſuli, cui Macedonia prouincia obuenerat, denũtiatũ,* VT EXERCITVI DIEM PRIMAM QVAMQVE DICERET AD CONVENIENDVM. De eadem re ab Imp. Alexandro Seuero Edicta vti proponerentur, demõſtrat Spartianus in eius vita his verbis. *Tacebantur ſecreta bellorum, itinerũ autẽ dies publicè proponebãtur, ita vt Edictũ penderet ante menſes duos: in quo ſcriptũ eſſet,* ILLA DIE, ILLA HORA AB VRBE SVM EXITVRVS: ET SI DII VOLVERVNT, IN PRIMA MANSIONE MANSVRVS. Cæſar lib. III. de bello ciuili. *Erat Edictum, Pompeij nomine, Amphipoli propoſitum,* VTI OMNES EIVS PROVINCIÆ IVNIORES, GRÆCI CIVESQVE RO. IVRANDI CAVSA CONVENIRENT. Liuius lib. XXXVI. *M. Acilius Coſ.* EDIXIT: *vt quos L. Quintius milites conſcripſiſſet, & quos ſociis nominique Latino imperaſſet, quos ſecum in prouinciam ire oporteret, & Tribuni militum legionũ primæ & tertiæ,* VTI OMNES BRVNDVSIVM IDIBVS MAIIS CONVENIRENT.

Præter Delectum verò, erat alia Militiæ ſpecies, quæ per Tumultum repentè ſuſcipiebatur. Donatus in Eunuch. Terentij Act. IIII. Sc. VII. ad eã verba, *Simalio, Donax, Syriſce* SEQVIMINI. *Huiuſmodi Militia,* ait, *per Tumultum repente ſuſcipitur, & dicitur,* EVOCATIO, *vbi dux alloquitur ciues,* QVI REMPVB. SALVAM VVLTIS, ME SEQVIMINI. *Vnde Virgilius ſic ait, Deſuetáque bello*

Agmina in arma vocat, ſubito, ferrúmque retractat.

Ipſe vocat pugnas, ſequitur tum cetera pubes.

Quæ verba lib. VII. Æneid. habentur. Et ad eum locum Seruius, *Tria ſunt,* ait, *vt ſupra diximus, Militiæ genera:* SACRAMENTVM, *in quo vnuſquiſque miles* IVRAT SE NON RECEDERE NISI PRÆCEPTO CONSVLIS POST COMPLETA STIPENDIA, *id eſt militiæ tempora, ſcilicet viginti quinque annos.* CONIVRATIO. *quæ fit in Tumultu, id eſt Italico bello & Gallico, quandoque vicinum verbis periculum ſingulos iurare non patitur, vt inter Fabios fuit.* EVOCATIO, *quod genus nunc tangit: nam ad ſubitum bellum euocabantur. Vnde etiam Conſul ſolebat dicere,* QVI VVLT REMPVB. SALVAM ME SEQVATVR. Idẽ Seruius in princip. lib. VIII. Æneid. ad hunc verſum.

Vt belli ſignum Laurenti Turnus ab arce.

Apud maiores noſtros tria erant Militiæ genera in bellis gerendis: nam aut LEGITIMA *erat* MILITIA: *aut* CONIVRATIO: *aut* EVOCATIO. LEGITIMA *erat* MILITIA *eorum qui ſinguli iurabant pro Repub. ſe eſſe facturos, nec diſcedebant niſi completis ſtipendiis, id eſt, militiæ tẽporibus: Et* SACRAMENTVM *vocabatur. Aut certè ſi eſſet Tumultus id eſt, bellum Italicũ, vel Gallicum, in quibus ex periculi vicinitate, erat timor multus, quia ſingulos interrogare non vacabat: qui fuerat ducturus exercitum, ibat ad Capitolium, & exinde proferens duo vexilla, vnum roſeum, quod pedites euocabat, & vnum ceruleum, quod erat equitum (nam ceruleus color eſt maris, à cuius Deo equum conſtat inuentum) dicebat,* QVI SALVAM VVLT REMPVB. ME SEQVATVR. *Et qui conueniſſent ſimul iurabant, & dicebatur iſta militia* CONIVRATIO. Vnde apud Liuium lib. XXIII. Scipio conſilij rem eſſe negans, *Irent,* ait, *extemplo armati* QVI REMPVB. SALVAM VELLENT. Qua de formula ſatis ſupérque libro ſecundo diximus.

Iam qui Exercitum Comitiorum Centuriatorũ cauſa imperabat, quibus olim verbis vteretur, ſuprà ex Varrone docui. Eodẽ Varrone auctore lib. V. de ling. Lat. Cẽſor præconi ita impetabat, VT VIROS VOCARET, QVOD BONVM FORTVNATVM, FELIX,

FELIX, SALVTAREQVE SIET POPVLO RO. QVIRITIE. REIQVE PVBLICÆ POPVLI RO. QVIRITIVM, MIHIQVE, COLLEGÆQVE MEO, FIDEI, MAGISTRATVIQVE NOSTRO: OMNES QVIRITES PEDITES, ARMATOS, PRIVATÓSQVE CVRATORES OMNIVM TRIEVVM, SI QVIS PRO SE SIVE ALTERO RATIONEM DARI VOLET, VOCA IN LICIVM HVC AD ME. Quomodo VIRI VOCARI dicebantur. Eóque ſenſu verba hæc accipienda ſunt apud Macrobium lib. I. Saturnal. cap. XVI. quô loci Varronis verba citat hæc, *Mundus cùm patet, Deorum Terreſtrium* (ſic enim emendandum aliâs probabo) *atque Inferûm quaſi ianua patet: Propterea non modò prælium committi, verumetiam delectum rei militaris cauſa habere, ac militiam proficiſci, nauem ſoluere, vxorem liberûm quærendorum cauſa ducere, religioſum eſt. Vitabant veteres, ad* VIROS VOCANDOS, *etiam dies qui eſſent notati rebus aduerſis: Vitabant etiam feriis, ſicut Varro in Augurum libris ſcripſit in hæc verba,* VIROS VOCARE *feriis non oportet,* SI VOCAVIT, *piaculum eſto.*

Verùm antequam in aciem milites qui nomina iam dederunt, ſacramentóque rogati ſunt, educam, docere neceſſe eſt, quibus verbis bella indici denuntiaríque ſolebant. Nec enim, vt Cicero lib. I. Officior. ſcribit vllum bellum iuſtum eſſe credebant, niſi quod, aut REBVS REPETITIS gereretur, aut denuntiatum eſſet antè, atque indictum. Proinde antequam bella ſuſciperentur, Fetiales ad res repetendas mittebāt. Varr. lib. IIII. de ling. Lat. *Fetiales, ait, quod fidei publicæ inter populos præerant. Nam per hos fiebat, vt Iuſtum conciperetur bellum (& inde deſitum) & vt fœdere fides pacis conſtitueretur. Ex his mittebant antequam conciperetur,* QVI RES REPETERENT: *& per hos etiam nunc fit fœdus.* Idem de vita populi Ro. apud Nonium. *Itaque bella & tardè & nulla licentia ſuſcipiebant, quod bellum nullum niſi pium putabant geri oportere, & priuſquàm bellum indicerent iis à quibus iniurias factas ſciebant, Fetiales legatos* RES REPETITVM *mittebant quatuor, quos Oratores vocabant.* Liuius lib. IIII. *Miſſi tandem Fetiales, nec eorum cùm more patrum iurati* REPETERENT RES, *verba ſunt audita.* Et poſtea, *Eo anno quia tempus induciarum cum Veienti exierat per legatos Fetialéſque* RES REPETI *cepta, quibus venientibus ad finem legatio Veientium obuiam fuit, petiere ne priuſquam ipſi Senatum adiſſent, Veios iretur: ab Senatu impetratum, quia diſcordia inteſtina laborarent Veientes, ne* RES AB IIS REPETERENTVR. Idem lib. VII. *De Hernicis conſultus, Senatus cùm fetiales* AD RES REPETENDAS *nequicquam miſiſſet.* Et lib. VIII. *Fetialibus Palepolim* AD RES REPETENDAS *miſſis.* Et eodem lib. *Quæque res per Fetiales ex fœdere* REPETITÆ ESSENT *ſecundum ius fáſque* RESTITVERENTVR. Idē lib. X. *Ad vnum omnes iungendum fœdus cum Lucanis,* RESQVE REPETENDAS *à Samnitibus cenſent.* Ibidem Senatū, Fetiales, ad Phaliſcos, AD RES REPETENDAS mittendos, cenſuiſſe refert. Idē lib. XXXVIII. *Sæpè legatos ante miſſos:* RES REPETITAS: *poſtremò qui bellum indicerent, miſſos.* Et lib. XLII. *Legati* AD RES REPETENDAS *in Macedoniam, renuntiandúmque amicitiæ Regis miſſi.* Valer. Max. lib. II. cap. II. *Qui legati à Senatu Tarentum* AD RES REPETENDAS *miſſi.* Cicero pro Sextio; *Rex amicus, nulla iniuria commemorata, nullis* REPETITIS REBVS, *cum bonis omnibus publicaretur.* Macrob. lib. I. Saturnal. cap. XVI. *Præliares autem omnes, quibus fas eſt* RES REPETERE, *vel hoſtem laceſſere.* Et quia clara voce RES hoc genere per Fetiales REPETEBANTVR, inde CLARIGATIONI nomē, teſte Seruio in IX. & X. Æneid. Plinius de verbena loquens, lib. XXII. cap. II. *Hac ſemper, ait, & legati cùm ad hoſtes* CLARIGATVMQVE *mitterentur, vſi: id eſt* RES RAPTAS CLARE REPETITVM. *Vnus vtique Verbenárius appellatur.* In his verbis etiam luſit Ennius verſu iſto,

> *Non ex iure manum conſertum, ſed mage ferro*
> REM REPETVNT.

Formulam autem qua res repeterentur, Liuius lib. I. exponit his verbis: *Legatus vbi ad fines eorū venit,* VNDE RES REPETVNTVR, *capite velato (filum lanæ velamen eſt)* AVDI IVPITER, *inquit,* AVDITE FINES *(cuiuſcumque gentis ſunt, nominat)* AVDIAT FAS. EGO SVM PVBLICVS NVNTIVS POPVLI RO. IVSTE PIEQVE LEGATVS VENIO, VERBISQVE MEIS FIDES SIT. *Peragit deinde poſtulata. Inde Iouem teſtem facit.* SI EGO INIVSTE IMPIEQVE ILLOS HOMINES, ILLASQVE RES

DEDIER NVNTIO POPVLI RO. MIHI EXPOSCO, TVM PATRIÆ COMPOTEM ME NVNQVAM SINAS ESSE. *Hæc cùm fines ſuprà ſcandit, hæc quicumque ei primus vir obuius fuerit, hæc portam regrediens, hæc forum ingreſſus, paucis verbis carminis concipiendíque iuriſiurandi mutatis peragit. Si non deduntur, quos expoſcit, diebus tribus & triginta (tot enim ſollemnes ſunt) peractis, ita bellum indicit.* AVDI IVPITER ET TV IVNO: QVIRINE, DIIQVE OMNES CELESTES, VÓSQVE TERRESTRES OMNES, VÓSQVE INFERNI AVDITE. EGO VOS TESTOR, POPVLVM ILLVM (*quicumque eſt nominat*) INIVSTVM ESSE, NEQVE IVS PERSOLVERE, SED DE ISTIS REBVS IN PATRIA MAIORES NATV CONSVLEMVS, QVO PACTO IVS NOSTRVM ADIPISCAMVR. Ad hanc Formulã alludere videtur Manlius Torquatus Conſul apud eundem Liuium lib. VIII. dum conuerſus ad ſimulacrum Iouis, inquit, AVDI IVPITER HÆC SCELERA, AVDITE IVS FASQVE. Vnde apparet, Rebus Repetitis, niſi eæ redderentur, bellũ indici conſueuiſſe. Liuius lib. VII. *Patres Fetialibus* AD RES REPETENDAS *miſſis, bellóque* QVIA NON REDDERENTVR, *ſollemni more indicto.* Idem lib. X. *Huius propinquitas populi acuit curam patribus, vt Fetiales mittendos* AD RES REPETENDAS *cenſerent:* QVIBVS NON REDDITIS, *ex auctoritate Patrum, iuſſu Populi, bellum Faliſcis indictum eſt.* Et lib. XXXVI. *Amicitiam renuntiatam videri, cum legatis toties* REPETENTIBVS RES, NEC REDDI, *nec ſatisfieri æquum cenſuiſſent.* Seru. in lib. X. Æneid. ad verba, *Res rapuiſſe licebit. Clarigationem exercere, hoc eſt per Fetiales bella indicere. Nam veteres,* RES RAPERE *dicebant, etiam ſi rapinæ nullum crimen exiſteret. Similiter* SATISFACERE, RES REDDERE, *dicebant.* Feſtus Pomp. RECIPERATIO *eſt, vt ait Gallus Aelius, cùm inter populum & reges, nationéſque & ciuitates peregrinas lex conuenit, quomodo per Reciperatores* REDDANTVR RES, RECIPERENTVRQVE, RESQVE PRIVATI INTER SE PERSEQVANTVR. Fetiales certè ad res repetendas ad Samnites miſſos, nihil aliud quàm Samnitem decedere agro Sociorum, ac deducere exercitum finibus Lucanis iuſſiſſe Liuius lib. X. refert. Cùm verò nuntius Romam ad conſulendum rediiſſet, tum Patres verbis hiſce, QVARVM RERVM &c. quæ ſuprà libro II. recenſuimus, conſulebantur. Et vbi maior pars eorum qui aderant, in eandem ſententiam ibat, bellum erat conſenſu populi fieri ſolitum, vt Fetialis, quemadmodum Liuius lib. I. ait, *Haſtam ferratam, aut ſanguineam præuſtam ad fines eorum ferret, & non minùs tribus puberibus præſentibus diceret:* QVOD POPVLI PRISCORVM LATINORVM, HOMINESQVE PRISCI LATINI ADVERSVS POPVLVM RO. QVIRIT. FECERVNT, DELIQVERVNT, QVOD POPVLVS RO. QVIRIT. BELLVM CVM PRISCIS LATINIS IVSSIT ESSE, SENATVSQVE POPVLI RO. QVIRITIVM CENSVIT, CONSENSIT, CONSCIVIT, VT BELLVM CVM PRISCIS LATINIS FIERET: OB EAM REM, EGO POPVLVSQVE RO. POPVLIS PRISCORVM LATINORVM, HOMINIBVSQVE PRISCIS LATINIS BELLVM INDICO, FACIOQVE. *Id vbi dixiſſet, haſtam in fines eorum emittebat. Hoc tum modo ab Latinis* REPETITÆ RES, *ac bellum indictum: moremque eum poſteri acceperunt.* Hanc belli indicendi formulam Agellius lib. XVI. Noct. Attic. cap. IIII. ex Cincij libris paulò aliter conceptam refert. *Cincius, ait, de re militari, Fetialem populi Ro. bellum indicentem hoſtibus, telúmque in agrum eorum iacientem, hiſce verbis vti ſcripſit:* QVOD POPVLVS HERMVNDVLVS, HOMINESQVE POPVLI HERMVNDVLI ADVERSVS POPVLVM RO. BELLVM FECERE, DELIQVEREQVE: QVODQVE POPVLVS RO. CVM POPVLO HERMVNDVLO, HOMINIBVSQVE HERMVNDVLIS BELLVM IVSSIT, OB EAM REM EGO POPVLVSQVE RO. POPVLO HERMVNDVLO, HOMINIBVSQVE HERMVNDVLIS BELLVM INDICO, FACIOQVE. Quos ſollemnes ritus Dionyſius Halicarnaſſeus lib. II. explicat. Nam poſtquàm Fetialium has partes eſſe dixit, φυλάττειν, ἵνα μηδένα Ῥωμαῖοι πόλεμον ἐξενέγκωσι κατὰ μιᾶς ἐνσπόνδου πόλεως ἄδικον· ἀρξάντων δὲ παρασπονδεῖν, καὶ τὰ δίκαια αἰτεῖν, πρῶτον λόγῳ, ἐὰν δὲ μὴ πείθωνται τοῖς ἀξιουμένοις, τότ᾽ ἐπικυροῦν τὸν πόλεμον. Poſt alia ſubiicit: Εἷς μὲν ἐκ τῶν εἰρηνοδικῶν (ſic Fetiales appellat) ὃν οἱ λοιποὶ προεχειρίσαντο, κεκοσμημένος ἐσθῆτι καὶ φορήμασιν ἱεροῖς, ἵνα διάδηλος ᾖ παρὰ τοὺς ἄλλους, εἰς τὰ τῶν ἀδικούντων

ἀδικοῦσαν παρεγίνετο πόλιν· ἐπιστὰς δὲ ἐν τοῖς ὁρίοις, τόν τε Δία καὶ τοὺς ἄλλους ἐπεκαλεῖτο θεούς, μαρτυρόμενος ὅτι δίκας αἰτῶν ἥκει περὶ τῆς Ῥωμαίων πόλεως, ἔπειτα ὀμόσας ὅτι πρὸς ἀδικοῦσαν ἔρχεται πόλιν, καὶ ἀρὰς τὰς μεγίστας, εἰ ψεύδοιτο, ἐπαρασάμενος ἑαυτῷ τε καὶ τῇ πόλει, τότε ἐντὸς ᾔει τῶν ὅρων. ἔπειτα ὅτῳ πρώτῳ ἐπιτύχοι, τοῦτον ἐπιμαρτυρόμενος, εἴτε τῶν ἀγροίκων, εἴτε τῶν πολιτικῶν εἴη, καὶ τὰς αὐτὰς προσθεὶς ἀράς, πρὸς τὴν πόλιν ᾤχετο. κἄπειτα πρὶν ἐς τὴν πόλιν παρελθεῖν, τὸν πυλωρὸν ἢ τὸν πρῶτον ἀπαντήσαντα ἐν ταῖς πύλαις τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπιμαρτυρόμενος εἰς τὴν ἀγορὰν προῄει. Ἐκεῖ δὲ καταστὰς τοῖς ἐν τέλει περὶ ὧν ἥκοι διελέγετο, πανταχῆ τούς τε ὅρκους καὶ τὰς ἀρὰς προστιθείς. εἰ μὲν οὖν ὑπέχοιεν τὰς δίκας, παραδιδόντες τοὺς ἐν ταῖς αἰτίαις, ἀπῄει τοὺς ἄνδρας ἀπάγων, φίλος τε ἤδη γεγονὼς καὶ παρὰ φίλων. Εἰ δὲ χρόνον εἰς βουλὴν αἰτήσαιντο, δέκα διδοὺς ἡμέρας, παρεγίνετο πάλιν, καὶ μέχρι τῆς αἰτήσεως ἀνεδέχετο. Διελθουσῶν δὲ τῶν τριάκοντα ἡμερῶν, εἰ μὴ παρέχοι αὐτῷ τὰ δίκαια ἡ πόλις, ἐπικαλεσάμενος τούς τε οὐρανίους καὶ καταχθονίους θεοὺς ἀπῄει, τοσοῦτον μόνον εἰπών, ὅτι βουλεύσεται περὶ αὐτῶν ἡ Ῥωμαίων πόλις ἐφ᾽ ἡσυχίας. Quod paulò compendioſius Plutarchus in Numa: Οἱ δὲ Ῥωμαίων Φιτιαλεῖς πολλάκις μὲν ἐβάδιζον ὡς τοὺς ἀδικοῦντας, αὐτοὶ πείθοντες εὐγνωμονεῖν, Ἀγνωμονούντων δὲ μαρτυρόμενοι θεούς, καὶ κατευξάμενοι, πολλὰ καὶ δεινὰ καθ᾽ αὑτῶν αὐτοὶ καὶ τῆς πατρίδος, εἰ μὴ δικαίως ἐπεξίασιν, οὕτω κατήγγελλον αὐτοῖς τὸν πόλεμον. Κωλυόντων δὲ τούτων, ἢ μὴ συναινούντων οὔτε στρατιώτῃ θεμιτόν, οὔτε βασιλεῖ Ῥωμαίων, ὅπλα κινεῖν.. Seruius in lib. IX. Æneid. ad verſum,

—Et iaculum intorquens emittit in auras:

Principium pugnæ.

Hoc, ait, *de Romana ſollemnitate tractum eſt. Quum enim volebant bellum indicere, Pater patratus, hoc eſt Princeps Fetialium, proficiſcebatur ad hoſtium fines: Et præfatus quædam ſollemnia, clara voce dicebat ſe bellum indicere, propter certas cauſas: aut quia ſocios læſerant: aut quia nec abrepta animalia, nec obnoxios reddiderant. Et hæc* CLARIGATIO *dicebatur à claritate vocis: poſt quam clarigationē haſta in eorum fines immiſſa, indicabatur iam pugnæ principium.* Idem in lib. X. Æneid. *Ancus Martius quum videret populum Romanum ardentem amore bellorum plerumque inferre bella gentibus, nulla iuſta extante ratione, & exinde pericula grauia creari, miſit ad gentem Aequicolanam, & accepit iura Fetialia, per quæ Bellum indicebatur hoc modo, ſicut etiam de Albanis retulit Liuius. Nam ſi quando hominem vel animalia ab aliqua gente rapta eſſent populo Romano, cum Fecialibus, id eſt ſacerdotibus, qui faciendis fœderibus præſunt, proficiſcebatur etiā Pater patratus, & ante fores ſtans, clara voce dicebat Belli cauſam: & nolentibus* RES RAPTAS RESTITVERE, *vel auctores iniuriæ tradere, iaciebat haſtam, quæ res erat pugnæ principium, & ſic licebat more belli* RES RAPERE. CLARIGATIO *autem dicta eſt, aut à clara voce, qua vtebatur Pater patratus, aut* ἀπὸ τοῦ κλήρου, *hoc eſt à ſorte.* Ac planè, vt Cicero lib. I. Officior. ait, *Tota belli æquitas Fetiali populi Ro. iure perſcripta erat.*

Ex illa autem Belli ſciſcendi decernendique formula, quam Liuius lib. I. refert, manauit IVSTI PIIQVE BELLI frequens in veterum auctorum libris Epitheton. Sic enim idem Liuius lib. III. *Falſum teſtem, qui dicendæ cauſæ innoxio poteſtatem ademiſſet,* IVSTO AC PIO BELLO *perſequebatur.* Idem lib. IX. *Exoluamus religione populum, ſi qua obligamur, ne quid diuini, humanique obſtet, quominus* IVSTVM PIVMQVE *de integro ineatur bellū.* Idē lib. XXXIII. Athenas & in Achaiam legatos miſſos refert, *qui teſtarentur ſociis,* IVSTO PIOQVE BELLO *ſe perſequuturum Boetios.* Et lib. XXXIX. *Pro vobis igitur* IVSTVM PIVMQVE *ſuſcepimus* BELLVM. Idem lib. XLII. *Vel vt permitterent, vt aduerſus* INIVSTA ARMA, PIO IVSTOQVE *ſe tutarentur* BELLO. Rurſus ibid. *Se neque arte, neq; caſu, ſed collatis cominus viribus* IVSTO AC PIO BELLO *eſſe ſuperatum.* Cic. lib. II. de Inuentio. *Non enim* IVSTE NEQVE PIE *Bellum geſsiſſe.* Suet. in Galba, cap. X. *Ac ſubinde Alexandrina nauis Dertoſa appulit armis onuſta, ſine gubernatore, ſine nauta aut vectore vllo: vt nemini dubiū eſſet* IVSTVM PIVMQVE, *& fauentibus Diis bellum ſuſcipi.* Qu. Curtius lib. V. *Sed* SI IVSTA AC PIA BELLA *Dij auerſantur, fortibus tamen viris licebit honeſtè mori?* L. Annæus Flor. lib. II. IVSTA ILLA ET PIA *cum exteris bella.* Lucanus lib. II.

—Nec enim iſta vocari

PRÆLIA IVSTA *decet, patriæ ſed vindicis iram.*

PIA QVOQVE ET IVSTA ARMA ex eodem fonte fluxerunt. Apud Liuium lib.

XXX. Scipio Annibali reſpondens: *Et tunc*, ait, *Mamertinorum ſociorum periculum, & nunc Sagunti excidium nobis* IVSTA AC PIA *induerunt arma.* Apud eundem lib. VIII. C. Pontius Samnitum dux, IVSTVM *eſt* BELLVM, inquit, *Samnites, quibus neceſſarium, &* PIA ARMA *quibus nulla niſi in armis relinquitur ſpes.* Iuſto autem & pio bello iniuſtũ, impiũ, nefarium opponit Cicero I. in Catilin. Oratio. & in Diuinatione, libróque X. Epiſt. ad Attic. Lucan. lib. I. & D. Auguſtin. lib. IIII. de ciuit. Dei cap. XV. Sic & INIVSTA ARMA dixit Liuius lib. VII.

Atque vt ad eas voces, quæ iam inſtructa acie, eorum qui exercitibus præerant, ore mittebantur, veniamus, ARMA CAPERE, milites, vbi impetus in hoſtes faciendus erat, iubebantur. Varro lib. II. de re Ruſt. cap. IIII. *Cùm cohortaretur milites,* VT CAPERENT ARMA. Liuius lib. X. Cos. ARMA CAPERE MILITES IVBET, *& ſequi ſe extra vallum.* Virgil. lib. III.

—Sociis, tunc, ARMA CAPESSANT *Edico.* Silius Italic. lib. VII.

Propere CAPERE ARMA *maniplis*
EDICIT.— Et lib. VIII.

Ite igitur, CAPITE ARMA VIRI.

Vt verò arma caperent Milites, conclamari conſueuiſſe AD ARMA, AD ARMA, ex his quæ ſubiecti locis planum fiet. Cæſar lib. I. de bello ciuili. *Conclamabatur* AD ARMA, *atque omnes copiæ paucis exceptis præſidio exeunt.* Liuius lib. III. *Alternæ voces,* AD ARMA, *&* HOSTES IN VRBE SVNT, *audiebantur.* Eodémque lib. *Curſus clamórque vocantium* AD ARMA. Et pòſt: *Perpulerunt, vt* AD ARMA, *conclamaretur.* Ibidémque de Valerij Cos. Oratione. *Vltimum orationis fuit ſe arma capere, vocare omnes Quirites* AD ARMA. Idem lib. VI. *Ingens in vrbe trepidatio fuit, conclamatúmque* AD ARMA. Item lib. VII. *Conclamatum* AD ARMA, *concurſúmque in muros.* Ruſus eod. lib. *Conclamatum tamẽ celeriter* AD ARMA *eſt.* Et lib. VIII. *Et concurſatum, conclamatúmque* AD ARMA *eſt omnibus locis.* Idem lib. IX. *Decurrit inde quanto maximè poterat tumultu,* AD ARMA, *&, Pro veſtram fidẽ Ciues, clamitans:* ARX AB HOSTIBVS CAPTA EST, ITE, DEFENDITE. Et lib. X. *Quæſtórque ibi L. Opimius Panſa occiſus, Conclamatum inde,* AD ARMA. Et lib. XXI. *Et in oppido,* AD ARMA, *conclamatum eſt.* Et lib. XXIII. *Quem vt adeſſe tumultuoſi nuntij refugientes ex ſpeculis ſtationibúſque attulere* AD ARMA, *conclamatum.* Idem lib. XXIIII. *Simul ad libertatem, ſimul* AD ARMA *vocantes in Acradinam conuenire iubent.* Et lib. XXV. *Et pleroſque ferociter ſignum vt daret inſtitiſſe duci,* AD ARMA *vocantes ſciret.* Et lib. XXIX. *Aliis exercitibus alios iamque* AD ARMA *pro ſe quiſque vocabat.* Et poſtea: *Velut* AD ARMA *conclamatum eſſet, concurrerunt.* Iterúmque eodem lib. *Velut ſi vrbem extemplo aggreſſurus Scipio foret, ita* AD ARMA *eſt conclamatum.* Et lib. XLII. *Cùm vidiſſent procul venientem hoſtem* AD ARMA CONCLAMAVERVNT. Ammian. Marcellin. lib. XXVII. *Signis illico fixis ex more, cùm vndique* AD ARMA CONCLAMARETVR. Ouidius lib. XIIII. Metamorphoſ.

Certatimque omnes vno ore ARMA, ARMA, *loquuntur.*

Horat. lib. I. Carm. Ode XXXV.

AD ARMA, *ceſſantes,* AD ARMA
Concitet, imperiúmque frangat.

L. Annæus Flor. lib. II. *Comploratum igitur publicè ſtatim, & pari voce clamatum eſt,* AD ARMA. Atque vt AD ARMA, ita & AD SIGNA quandoque vocabant. Spartian. in Auidio Caſſ. *Non ſtatim &* AD SIGNA EDICI *iuſſit.* Virgil. lib. X. Æneid.

Principio ſociis edicit, SIGNA SEQVANTVR.

Porrò vbi in aciẽ exeũdũ erat, ſigniferis imperari à ducibus ſolebat, vt CONVELLERENT, & EFFERRENT SIGNA. Cicero lib. I. de Diuinatio. SIGNA CONVELLI, ET SE SEQVI IVSSIT. Liuius lib. XXII. de Flaminio Cos. *Hæc ſimul increpans, cùm ocyus* SIGNA CONVELLI IVBERET. Et mox: *Cùm* SIGNVM *omni vi moliente ſignifero* CONVELLI *nequire, ei nuntiatum eſſet, conuerſum ad nuntium, dixiſſe refert,* ABI, NVNTIA, SIGNVM EFFODIANT, SI AD CONVELLENDVM MANVS PRÆ METV OBTORPVERINT. Valerius Max. lib. I. cap. VI. de eodẽ Flaminio: *Apud lacũ Thraſymenum*

cum

cum Annibale conflicturus cùm CONVELLI SIGNA IVBERET. Silius Italic. lib. III.

Extemplo EDICIT CONVELLERE SIGNA.

Et lib. VIII.

VELLANTVR SIGNA, *ac diua ducente petamus.*

Idem lib. lib. XII. *—Caſtris auulſa* MOVERE

SIGNA *iubet ductor.*

Et lib. XIII.

His fractus ductor CONVELLI SIGNA *maniplis*

Optato lætis abitu IVBET.—

Quandoque etiam imperabatur, vt EFFERRENT SIGNA. Liuius lib. XXIIII. SIGNA EFFERRI CONSVL IVBET. Et lib. XXIX. *Tum vocatos in concionem milites Prætor* SIGNA EXTRA VRBEM EFFERRE IVBET. Et lib. XXXIIII. *Duæ legiones duabus principalibus portis* SIGNA EFFERRE IVSSÆ. Aliâs verò PROFERRI SIGNA *imperabant*. Liuius lib. IX. *Conſul vbi armatos, paratóſque videt*, SIGNA EXTRA VRBEM PROFERRI IVSSIT. Idem lib. XXII. *Clamor inde ortus, vt* SIGNA PROFERRI IVBERENT, *ducerentque ad perſequendos hoſtes.*

Quandoque etiam clamabant, INFER SIGNVM IN HOSTEM. Liuius lib. VI. de Camillo, *Signiferum ſecum arreptum in hoſtes rapit*, INFER MILES, *clamitans*, SIGNVM. Idem lib. XXX. *Milites*, ait, *ad* INFERENDA IN HOSTEM SIGNA *hortabantur*. Et lib. XXV. INFERRE *vexillarios* IVSSIT SIGNA. Cæſar lib. II. de bello Gall. *Reliquos cohortatus milites*, SIGNA INFERRE, ET MANIPVLOS LAXARE IVSSIT. Liuius lib. XLI. de L. Altio Tribuno primo ſecundæ legionis. *Sub hæc*, ait, *A. Beculonium ſigniferum ſuum miræ fortitudinis virũ*, INFERRE SIGNVM IVSSIT. Apud eũdẽ Liu. lib. IX. Fabius Dictator, FERTE SIGNA IN HOSTEM. Idẽ lib. XXVII. SIGNA FERRE IN VRBEM IVSSIT. Frontin. lib. II. Stratagematωn cap. VIII. *Similius Priſcus Dictator cùm* SIGNA LEGIONVM FERRI IN HOSTES PHALISCOS IVSSISSET, *ſigniferum cunctantem occidi imperauit.*

Vbi vero manendũ erat, imperabant ſignifero, STATVERE SIGNVM. Valer. Max. lib. I. cap. V. *E præſidio cohortibus redeuntibus Centurio exclamaret*, SIGNIFER STATVE SIGNVM. HIC OPTIME MANEBIMVS. Quod & Liu. lib. V. ad finem referens, ait: *Cohortes ex præſidiis reuertentes forte agmine forum tranſirent in Comitio exclamauit*, SIGNIGER STATVE SIGNVM, HIC MANEBIMVS OPTIME. Hoc Plutarchus in Camillo expreſſit his verbis, Καὶ τὸν φέροντα πρῶτον τὸ σημεῖον, μεγάλῃ φωνῇ προσαγορεύσας ἐκέλευσεν, Αὐτοῦ μένειν, καὶ τὸ Σημεῖον τίθεσθαι· Κάλλιστα γὰρ ἐνταῦθα καθεδεῖσθαι καὶ μένειν.

Has etiam Militares voces Liuius lib. III. refert, ACCELERA SIGNIFER: SEQVERE MILES. Idem lib. III. narrat in acie clamatum, SEQVERE IMPERATOREM. Apud Cæſarem lib. I. Commentar. de bello Ciu. *Craſtinus euocatus*, SEQVIMINI ME, inquit, *Manipulares mei qui fuiſtis: & veſtro Imperatori, quam conſtituiſtis, operam date.* Iubebant etiã SIGNVM DARI. Idem Liuius lib. XXIIII. SIGNVM DARI *properè iuſſit*. Quin & Milites ab Imperatore ducéve ſuo petebant, VT SIGNVM DARET. Liu. lib. II. *Nexi omnes*, VT SIGNVM DARET, *clamabant*. Idem lib. XXIIII. SIGNVM VT DARET, *ferociter inſtabant*. Et lib. VII. *Et vndique* VT SIGNVM DARET, *clamabant.*

Cùm verò caſtra mouenda erant, SIGNA FERRI, VASA COLLIGI iubebantur. Cæſar lib. I. de bello Gall. *Nonnulli etiam Cæſari renuntiabant*, CVM CASTRA MOVERI, AC SIGNA FERRI *iuberet, non fore dicto audientes milites.* Cicero lib. VI. in Verr. *Ille ex Sicilia* CASTRA IAM MOVERAT, ET VASA COLLEGERAT. Liuius lib. XXI. *Itaque proxima nocte iuſſis militibus* VASA *ſilentio* COLLIGERE. Idem lib. XXII. *Signo dato, conclamatur inde*, VT COLLIGANTVR VÁSA. Et lib. XXIIII. SIGNVM DEINDE COLLIGENDI VASA DEDIT. Idem lib. XXVII. *Si collis, in quem ſpeculatum irent, placuiſſet*, VASA COLLIGERENT AC SEQVERENTVR. Eodémque lib. *Extinctis ignibus vigilia prima* DATO SIGNO VT VASA COLLIGE-

RENT. Donatus ad ea verba Terentij Phormio. Act.I. Sc.IIII. *Aliquid conuaſaſſem. Figuratum eſt,ait,* A COLLIGENDIS VASIS. Quo alludens Seneca Epiſt. XIX. *Incipiamus,*ait,*in ſenectute* VASA COLLIGERE. Atq; hoc modo, CONCLAMARI VASA dicebantur. Cæſar lib.I. Commentar. de bello Ciuili: *Quo cognito,* SIGNVM DARI *iubet,& *VASA *militari more* CONCLAMARI. *Illi exaudito clamore, veriti, ne noctu* &c. Idem lib.III. de Scipione: *Et noctu, nec* CONCLAMATIS *quidem* VASIS *flumen tranſiit.* Et paullo poſt: *Simulauit ſeſe anguſtiis rei frumentariæ adductum,* CASTRA MOVERE, VASISQVE *militari more* C CLAMATIS, *progreſſus millia paſſuum tria* &c. Item eodem lib. *Duas in caſtris legiones reliquit: de quarta vigilia compluribus portis eductas eodem itinere præmiſit, paruóque ſpatio intermiſſo, vt & militare inſtitutum ſeruaretur, & ne citiſſima eius profectio cognoſceretur,* CONCLAMARI IVSSIT.

Fugientes verò milites in prælio, CONSISTERE iubebant. Cæſar lib.III. de bello Ciuili *Adeò vt cùm Cæſar ſigna fugientium manu prehenderet, &* CONSISTERE *iuberet.*

Ipſi ſeſe inuicem Milites hortabantur, VT HOSTEM FERIRENT. Plutarch. in Marcello, cùm Feretrij Iouis origines diſcutit, Ἄλλοι δὲ περὶ τὴν τῦ πολέμου πληγὴν γεγενῆσθαι τοὔνομα λέγουσι. καὶ γὰρ νῦν ἐν ταῖς μάχαις ὅτ' ἂν διώκωσι τοὺς πολεμίους πυκνὸν τὸ ΦΕΡΙ, τοῦτ' ἔστι παῖε, παρεγγυῶσιν ἀλλήλοις. Quod verbum proprium hac in parte locum habuiſſe teſtatur clauſula illa ſacramenti apud Liuiū, NISI SIBI PETENDI, HOSTISVE FERIENDI CAVSA. Annibalis quoq; cohortationem ita Ennius, vt eſt à Cicerone pro Cornelio Balbo relatum, conceperat,

> HOSTEM QVI FERIET, *mihi erit Carthaginienſis,*
> *Quiſquis erit.*

Porrò inter Militaria verba non infimum locum obtinent hæc, VIR VIRVM LEGIT. Tacit. lib. XVII. *Apud frequentem militum concionem Imperatoria breuitate adoptari à ſe Piſonem more diui Auguſti, & exemplo militari, quo* VIR VIRVM LEGERET, *pronuntiat.* Virgil. lib. x. Æneid.

> —SEQVE VIRO VIR
> CONTVLIT, *haud furto melior, ſed fortibus armis.*

Idem lib. XI.

> *Implicuere inter ſe acies,* LEGITQVE VIRVM VIR.

Valer. Flacc. lib. VI.

> *Ille, vbi conſertis iunxere frequentia telis*
> *Agmina,* VIRQVE VIRVM GALEIS ADFLAVIT *adactis.*

Polyb. lib. I. Τοσούτῳ λαμπρότερος ἦν ὁ κίνδυνος, ὡς ἂν ἐκ τοσούτου πλήθους κατ' ἄνδρα καὶ κατὰ ζεῦγος οἱονεὶ μονομαχικῆς συνεστώσης, περὶ τοὺς ἀγωνιζομένους φιλοτιμίας. In delectu etiam de Samnitibus habito decem nominatos, VT VIR VIRVM LEGERET, Liuius lib. x. refert. Cicero pro Milo. *Niſi vt* VIRVM A VIRO LECTVM *eſſe diceres.* Eodem genere loquendi etiam in Senatus lectione vtitur Suetonius in Auguſto cap. XXXV.

Sollemne vtique Imperatoribus fuit, milites ſuos ante prælium cohortari, vt eo modo illam animi incitationem atque alacritatem naturaliter innatam omnibus, quæ ſtudio pugnæ incenditur, oratione ſua augerent, verbíſque, ſi fieri poſſet, virtutem adderent. Cicero Philipp. IIII. *Faciam igitur,* VT IMPERATORES INSTRVCTA ACIE SOLENT: *quanquam paratiſſimos milites ad præliandum videant, vt eos tamen* ADHÓRTENTVR, *ſic ego vos ardentes & erectos ad libertatem recuperandam cohortabor.* Cæſar lib. III. Commentar. de bello Ciuili: *Exercitum cum militari more ad* PVGNAM COHORTARETVR, *ſuáque in eum perpetui amoris officia prædicaret: in primis commemorauit, teſtibus ſe militibus vti poſſe quanto ſtudio pacem petiſſet.* Idem lib. II. de bello Gallico: *Cæſar neceſſariis rebus imperatis, ad cohortandos milites, quam in partem fors obtulit, decurrit: & ad legionem decimam deuenit. Milites non longiore oratione eſt hortatus, quàm* VTI SVÆ PRISTINÆ VIRTVTIS MEMORIAM RETINERENT, NEV PERTVRBARENTVR ANIMO, HOSTIVMQVÉ IMPETVM FORTITER SVSTINERENT.

Dio

Dio lib. XLVII. de bello Philippenſi agens, Παραινέσεις, τὸ μὲν ἀθρόοις, τοῦτο δ' ἐξ καὶ καθ' ἑκάστους ἀμφοτέροις ἀπὸ τῶν στρατηγῶν, καὶ ἀπὸ τῶν ὑποστρατήγων τῶν θ' ὑπομειόνων ἐγένοντο, πολλὰ μὲν πρὸς τὸ αὐτίκα τοῦ κινδύνου ἀναγκαῖα.

Hoc vti fieret & quibus verbis, docent Orationes Valerij Cos. & Horatij, apud Liuiũ lib. III. Mamerci, lib. IIII. Camilli & Cornelij Coss. lib. VI. Popilij, Valerij, & P. Decij, lib. VII. Q. Fabij, lib. IX. Annibalis & Scipionis lib. XXI. Portij Catonis, & Quintij, lib. XXXIII. Acili, lib. XXXVI. Cn. Manlij. lib. XXXVIII. Æmilij. lib. XLIIII. Catilinę, apud Salluſt. in bello Catilin.

Atque vt in vrbanis concionibus, qui cum Populo agebant, QVIRITES eos vocabãt: ita, qui in caſtris exercitũ alloquebantur, hoc verbo, MILITES, affabãtur. Id ex illis Liuij militaribus, quas modò citaui, concionibus liquet. At qui auram popularem militum captabant, iiſque blandiri ſtudebant, COMMILITONES appellabant. Sueton. in Iulio cap. LXVII. *Nec* MILITES *eos, pro concione, ſed blandiori nomine,* COMMILITONES *appellabat.* Idem in Galba cap. XX. *Sunt qui tradant ad primum tumultum proclamaſſe eum,* QVID AGITIS COMMILITONIS? EGO VESTER SVM ET VOS MEI. Sic & à Bruto & Caſſio, item ab Octauio milites Συστρατιώτας vocatos Appian. lib. IIII. & V. de bell. Ciuilib. oſtendit. Eodem nomine compellantur ab Othone, apud Tacit. lib. XVII. & in concionibus quas Clodium Albinum, & Maximinos habuiſſe, Capitolinus in eorũ vitis memoriæ prodidit, vt & in Concionibus Macrini, & Diadumeni, quas Lampridius in Diadumeno ponit. At Auguſto, poſtquam imperium adeptus eſt, blandã hanc appellationem diſplicuiſſe Suetonius in eius vita cap. XV. ita ſcribit: *Neque poſt bella ciuilia, aut in concione, aut per edictum vllos militum* COMMILITONES *appellabat, ſed* MILITES. *Ac ne à filiis quidem, aut priuignis ſuis Imperio præditis, aliter appellari paſſus eſt: ambitioſius id exiſtimans, quàm aut ratio militaris, aut temporum quies, aut ſua domùsque ſuæ maieſtas poſtularet.* Auctor Hiſtoriæ Miſcellæ lib. VII. de eodem Auguſto: *Auunculi quoque inuentum vehementer arguebat; qui Milites* COMMILITONES *nouo blandóque more appellans, dum affectabat carior fieri, auctoritatem principis emollinerat.* Per contrarium verò probri ignominiæve cauſa Quirites vocabantur. Sueton. in Iulio cap. LXX. *Decumanos autem Romæ cùm ingentibus minis, ſummóque etiam vrbis periculo, miſsionem & præmia flagitantes, ardente tunc in Africa bello, neq; adire cunctatus eſt, quamquã deterrentibus amicis, neque dimittere: ſed vna voce qua* QVIRITES EOS, *pro* MILITIBVS, *appellarat, tam facilè circumegit & flexit: vt ei, Milites ſe eſſe confeſtim reſponderint, & quamuis recuſantem, vltrò in Africam ſunt ſequuti.* Plutarch. in Cæſare: Καὶ χαλεπῶς ἤκουσεν, ὅτι τῶν στρατιωτῶν στασιασάντων, καὶ δύο στρατηγικοὺς ἄνδρας ἀνελόντων, Κοσκώνιον καὶ Γάλβαν, ἐπετίμησε μὲν αὐτοῖς τοσοῦτον, ὅσον ἀντὶ στρατιωτῶν, πολίτας προσαγορεῦσαι, χιλίας δὲ διένειμεν ἑκάστῳ δραχμὰς καὶ χώρας τῆς Ἰταλίας ἀπεκλήρωσε πολλήν. ἦν δὲ αὐτοῦ διαβολὴ, καὶ ἡ Δολαβέλλα μανία, καὶ ἡ Ἀματίου φιλαργυρία, καὶ μεθύων Ἀντώνιος, καὶ Κορφίνιος, τὴν Πομπηΐου σκευαζόμενος οἰκίαν καὶ μετοικοδομῶν ὡς ἱκανὴν οὐκ οὖσαν. Quod & Lucan. lib. V. verſibus expreſſit, Cæſarem ita loquentem inducens,

Tradite noſtra viris, ignaui ſigna QVIRITES.

Appian. lib. II. bellor. Ciuil. Ἀρξάμενος λέγειν, Πολῖται ἀντὶ στρατιωτῶν προσεῖπεν, ὅπερ ἐστὶ σύμβολον ἀφειμένων τῆς στρατείας, καὶ ἰδιωτευόντων. Et hoc eſt quod Tacitus lib. I. ait: *Diuus Iulius ſeditionem exercitus verbo vno compeſcuit.* Quod poſtea imitatus eſt Imp. Alexander Seuerus teſte Lampridio. Nam Milites quidem primum pro concione, COMMILITONES appellauit: Vbi verò fremere eos, & tumultum ciere cõſpexit, CONTINETE, ait, VOCEM *truculentam campo ac bellis neceſſariam: ne vos hodie omnes vno ore atque vna voce,* QVIRITES, DIMITTAM. *Et incertũ, an* QVIRITES: *non enim digni eſtis, qui vel Romanæ plebis ſitis.*

Ipſi planè Milites mutuis ſermonibus, COMMILITONES ſeſe appellabant, vt appareat ex Quintiliano lib. VI. cap. IIII. Illic enim narratur C. Caſſius militi ſine gladio decurrenti dixiſſe, *Heus tu* COMMILITO, *pugno bene vteris,* Similitérque Auguſtus, cùm ab eo miles neſcio quid improbè peteret, veniret contra Martianus quem ſuſpicabatur & ipſum aliquid iniuſtè rogaturum. *Non magis,* inquit, *faciam* COMMILITO, *quæ petis quã quod Martianus à me petiturus eſt.*

Porrò vti Exercitus luſtraretur, tradit Dio lib. XLVII. Formam etiam luſtrandæ claſſis

deſcribit Appianus lib. v. bellorum Ciuil. Signum verò, Militiæ more, Tribunis excubantibus datum, Suetonius in Calig. cap. LIX. docet, *Alij Sabinum*, inquiens, *ſubmota per conſcios Centuriones turba*, SIGNVM MORE MILITIÆ PETISSE, *& Caio* IOVEM *dante, Chæream exclamaſſe*, ACCIPE RATVM. Idem in Claud. cap. XLII. *Quoties quidem hoſtem vel inſidiatorem vltus eſſet*, EXCVBITORI TRIBVNO SIGNVM DE MORE POSCENTI, *non temerè aliud dedit, quàm*,

Ἄνδρα ἐπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπαίνῃ.

Idem in Nero. cap. IX. *Primo etiam Imperij die*, SIGNVM EXCVBANTI TRIBVNO DEDIT, OPTIMAM MATREM. Seneca lib. II. In ſapient. non cadere iniur. de Chærea Tribuno militum. *Huic Caius* SIGNVM PETENTI, *modò* VENERIS, *modò* PRIAPI, DABAT, *aliter atque aliter exprobrans armato mollitiem*. Capitolinus in Pertinace, PETENTI SIGNVM *prima die* TRIBVNO, DEDIT, MILITEMVS. Spartianus in Antonino: SIGNVM, TRIBVNO, ÆQVANIMITATIS, DEDIT. Idem in Seuero: *Iuſſit deinde* SIGNVM TRIBVNO DARI, LABOREMVS: *quia Pertinax, quando in imperium adſcitus eſt*, SIGNVM DEDERAT, MILITEMVS. Bello verò Pharſalico, Συνθήματα data hæc, à Cæſare quidem, Ἀφροδίτην Νικηφόρον, à Pompeio verò, Ἡρακλέα ἀνίκητον. Appianus lib. II. bellorum Ciuil. refert. Idem lib. v. eiuſdem argumenti, huius rei ritum ita exponit: Καὶ ὁ Λεύκιος ἔπεμπε τοὺς Χιλιάρχους, τὸ Σύνθημα τῷ στρατῷ ληψομένους παρὰ τοῦ Καίσαρος. οἱ δὲ ἔφερον αὐτῷ τὸν ἀριθμὸν τοῦ στρατοῦ, καθὰ καὶ νῦν ἔθος ἐστὶ τὸν αἰτοῦντα τὸ σύνθημα Χιλίαρχον, ἐπιδιδόναι τῷ βασιλεῖ βιβλίον ἐφήμερον τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ παρόντος. Οἱ μὲν δὴ τὸ σύνθημα λαβόντες &c. Plutarchus in Bruto: Ἱστοροῦσι, ὅτι τὴν τελευταίαν ἐν Φιλίπποις μαχούμενος ἐξῄει μάχην, Σύνθημα παρ' αὐτοῦ τοῖς στρατιώταις, Ἀπόλλωνα δεδῶναι. Dio lib. XLVII. κἀκ τούτου πρῶτον μὲν τὰ Συνθήματα αὐτῆς διήλλαξεν (ἦν δὲ τοῖς μὲν ἀμφὶ τὸν Βροῦτον, Ἐλευθερία, τοῖς δὲ ἑτέροις, ὅ δή ποτε καὶ ἐδόθη. Tribuni planè ac Centuriones Imperatori, more Militiæ, renuntiantes eius iuſſa ſe adimpleuiſſe, his ſollemnibus verbis vtebantur, FACTVM QVOD IMPERASTI. Suetonius in Tiberio cap. XXII. *Tiberius, renuntianti Tribuno*, FACTVM ESSE QVOD IMPERASSET. Idem in Claud. cap. XXIX. *De nece Conſularis viri renuntiante Centurione*, FACTVM ESSE QVOD IMPERASSET. Cornelius Tacitus lib. I. Annalium: *Nuntianti Centurioni, vt mos militiæ*, FACTVM ESSE QVOD IMPERASSET. Quod ego eò lubentius adſcripſi, vt huius obſeruationis auctorem laudem Iuſtum Lipſium, Belgij lumen, de cuius laudibus tacere malo quàm pauca dicere. Teſſeræ vtique Militaris exemplum præbet Liuius lib. IX. cùm ait: *Quod poſtquam Conſuli nuntiatum eſt, extemplo* TESSERAM *dari iubet*, VT PRANDEAT MILES, FIRMATISQVE CIBO VIRIBVS, ARMA CAPIAT.

Ac ne quid Lectoris cognitioni deſit, quod ſcientia dignum videatur, operæpretium eſt, & hoc loco, extra ordinem licet, Cenſorias in Equitum recognitione vſurpatas formulas adſcribere. Centurias Equitum recognoſcentes Cenſores, citare præconem vnumquemque nominatim iubebant, & ſi quem nota animaduerſionéve cenſoria dignũ exiſtimabant, ei, EQVVM VENDERE imperabant. Liuius lib. XXIX. *Equitum deinde cẽſus agi cœptus eſt, & ambo fortè Cenſores equum publicum habebant. Cùm ad tribum Polliam ventũ eſſet, in qua M. Liuij nomen erat, & præco cunctaretur citare ipſum Cenſorem*: CITA, *inquit Nero*, M. LIVIVM, *& ſiue ex reſidua & vetere ſimultate, ſiue intempeſtiua iactatione ſeueritatis inflatus, M. Liuium, quia iudicio populi eſſet condemnatus*, EQVVM VENDERE *iuſſit. Item M. Liuius cùm ad tribum Narnienſem, & nomen collegæ ventum eſt*, VENDERE EQVVM *C. Claudiũ iuſſit, duarum rerum cauſſa: vnius*, QVOD FALSVM ADVERSVS SE TESTIMONIVM DIXISSET: *alterius*, QVOD NON SINCERA FIDE SECVM IN GRATIAM REDIISSET. Idem iiſdem propè verbis Valerius Maxim. lib. II. cap. IX. refert. In equitum verò tranſuectione, hac formula vtebantur, TRADVC EQVVM. Valerius Max. lib. IIII. cap. I. de Africano Cenſore, *Centurias recognoſcens Equitum, poſtquam C. Licinium ſacerdotem*, CITATVM PROCESSISSE *animaduertit, dixit, ſe ſcire illum verbis conceptis peierauiſſe. Proinde ſi quis eum accuſare vellet, vſurum teſtimonio ſuo: ſed nulla ad id negotium accedente*, TRADVC EQVVM, *inquit*, SACERDOS, AC LVCRI FAC CENSORIAM NOTAM:

ne ego

ne ego in tuam perſonam, & accuſatoris & teſtis & iudicis partes egiſſe videar.

Sanguinolentis autem ex acie redeuntibus, dici ſolitum, MACTE VIRTVTE ESTO, Seneca Epiſtol. LXVII. auctor eſt. Cuius formulæ complura in Liuio teſtimonia extant. Sic enim lib. II. *Iuberem*, ait, MACTE VIRTVTE ESSE, *ſi pro mea patria iſta virtus ſtaret.* Idem lib. IIII. *Tum Dictator*, MACTE VIRTVTE, inquit, C. SERVILI ESTO, *liberata Repub.* Apud eundem lib. VII. *Decius Tribunus*, MACTI VIRTVTE MILITES ROMANI ESTE. Idem eod. lib. *Tum Dictator Manlio*, MACTE VIRTVTE *ac pietate in patrem, patriámque* T. MANLI ESTO: *Perge, & nomen inuictum, iuuantibus Diis, præſta.* Et lib. X. *Tu quidem* MACTE VIRTVTE *diligentiáque* ESTO. Apud eundem lib. XXII. Æmilius Cos. ad Cornelium Lentulum Trib. militum, *Tu quidem* C. CORNELI MACTE VIRTVTE ESTO. Et lib. XXIII. Marcellus ad Nolanum iuuenem. *Itaque* MACTE VIRTVTE ESTO, inquit, *apud me tibi omnis honos, omnéque præmium erit.* Silius Italic. lib. IIII.

—MACTE, Ô MACTE INDOLE SACRA
Vera Iouis proles.

Et lib. X.

—MACTE Ô VIRTVTE PATERNÀ.

Et lib. XII.

—MACTE Ô VIRTVTIS AVITÆ.

Victores etiam redeuntes ex pugna Milites clamorem feciſſe geminata ó litera, Feſtus Pomp. in verbo, *Ouantes*, tradit.

Hic Acclamationum Militarium exempla aliquot inſerere non erit à propoſito alienum. Lampridius in Diadumeno, poſt Macrini ad exercitum concionem qua dixerat, *Videtis commilitones & me ætatis prouectæ & Diadumenum puerum: quem diu principem, ſi Dij faueant, habebitis* &c. acclamatum refert: MACRINE IMPERATOR DII TE SERVENT: ANTONINE DIADVMENE, DII TE SERVENT. ANTONINVM DIVVM OMNES ROGAMVS. IVPITER OPTIME MAXIME MACRINO ET ANTONINO VITAM. TV SCIS IVPITER, MACRINVS VINCI NON POTEST. ANTONINVM HABEMVS, OMNIA HABEMVS. ANTONINVM NOBIS DII DEDERVNT PATREM. ANTONINVS DIGNVS IMPERIO. *Macrinus Imperator dixit*, HABETE IGITVR, COMMILITONES, PRO IMPERIO AVREOS TERNOS: PRO ANTONINI NOMINE AVREOS QVINOS, ET SOLITAS PROMOTIONES, SED GEMINATAS: DII FACIANT, VT HÆC SÆPIVS FIANT. Et hæc quidē acclamatio, DII TE SERVENT, Militibus cum Senatu, Populóq; cōmunis fuit. Senatoriā enim fuiſſe, fidē faciunt acclamationes eæ quas ſupra lib. II. indidi. In vſu verò fuiſſe populo, docet Capitolinus in Antonino Pio, cū ait, *Huic cùm Italiam regeret, Imperij omen factum eſt his verbis*, AVGVSTE DII TE SERVENT. Vopiſcus in Saturnino. *Nam vt primū Ægyptij magnam poteſtatem ad ſe veniſſe viderunt, ſtatim clamauerunt*, SATVRNINE AVGVSTE DII TE SERVENT. A militibus verò alias quoque vſurpatam docet Vopiſcus in Probo his verbis: *Cùm ad exercitus nuntius veniſſet, tum primùm animus militibus fuit, præuenire Italicos exercitus, ne iterū Senatus principem daret: ſed cùm inter milites ſermo eſſet, quis fieri deberet, & manipulatim in campo Tribuni eos alloquerentur, dicentes requirendum eſſe principem aliquem fortem, ſanctum, verecundum, clementem, probum, idque per multos circulos, vt fieri aſſolet, diceretur, quaſi diuino nutu vndique ab omnibus acclamatum eſt*, PROBE AVGVSTE DII TE SERVENT. Pertinet ad hoc caput L. I. de Veteran. lib. XI. Cod. cuius verba ſunt hæc, *Imperator Conſtantinus cùm introiſſet principia & ſalutatus eſſet à Præfectis, & Tribunis & viris eminentiſſimis, acclamatum eſt*, AVGVSTE CONSTANTINE DEVS TE NOBIS SERVET: VESTRA SALVS, NOSTRA SALVS: VERE DICIMVS, IVRATI DICIMVS. *Adunati veterani exclamauerunt*, CONSTANTINE AVGVSTE, QVO NOS VETERANOS FACTOS, SI NVLLAM INDVLGENTIAM HABEMVS? *Conſtantinus Auguſtus dixit*: MAGIS MAGISQVE CONVETERANIS MEIS BEATITV-

DINEM AVGERE DEBEO, QVAM MINVERE. *Victorinus Veteranus dixit:* MVNERIBVS ET ONERIBVS VNIVERSIS LOCIS CONVENIRI, NON SINAMVR: *Conſtantinus Auguſtus dixit*, APERTIVS INDICA, QVÆ SVNT MAXIME MVNERA QVÆ VOS CONTVMACITER GRAVANT. *Vniuerſi Veterani dixerunt*, IPSE PERSPICIS. *Conſtantinus Auguſtus dixit*: IAM NVNC MAGNIFICENTIA MEA OMNIBVS VETERANIS ID ESSE CONCESSVM PERSPICVVM SIT, NE QVIS EORVM IN VLLO MVNERE CIVILI, NEC IN OPERIBVS PVBLICIS CONVENIATVR, NEC VLLA COLLATIONE, NEC A MAGISTRATIBVS, NEC VECTIGALIBVS, IN QVIBVSCVNQVE NVNDINIS INTERFVERINT, VLLA OB VENDITIONEM PROPONENDAM DARE DEBEBVNT. PVBLICANI QVOQVE (VT ADSOLENT AGENTIBVS SVPPLERE) AB EISDEM VETERANIS AMOVEANTVR. QVIETE POST LABORES SVOS PERENNITER PERFRVANTVR. FISCO NOSTRO QVOQVE EADEM EPISTOLA INTERDIXIMVS, VT NVLLVM OMNINO EX HIS INQVIETARET, SED LICEAT EIS EMERE ET VENDERE, OPTIMIS NEGOTIIS PECVNIAM TRACTARE, ET MERCIMONIA AGITARE: NEC SOLVM INTEGRA BENEFICIA EORVM SVB SECVLI NOSTRI OTIO ET PACE PERFRVANTVR, SED ETIAM NVLLO MVNERE CIVILI, ID EST, CORPORALI SEV PERSONALI, VEL DEPORTATORIO ONERE EOS AFFICI CONCEDIMVS. DAT. KAL. MAR. CIVITATE BELLOVOCORVM, CONSTANTINO A. VI. ET CONSTANTIO CÆS. COSS. Capitolin. in Maximo & Balbino: *Deinde ad Roſtra populum conuocarunt: vbi cùm orationẽ de Senatus ſententia, & de ſua electione habuiſſent, populus Ro. cum militibus, qui fortè conuenerant, acclamauit*, GORDIANVM CÆSAREM OMNES ROGAMVS. Has etiã Militares Gratulationes Vell. Paterc. lib. II. cõmemorat. *At verò militũ conſpectu eius elicitæ gaudio lachrymæ, alacritáſque & ſalutationis noua quædam exultatio, & contingendi manum cupiditas, non continentium protinus quin adÿcerent*, VIDEMVS TE IMPERATOR, SALVVM RECEPIMVS: *ac deinde*, EGO TECVM IMPERATOR IN ARMENIA, EGO IN RHETIA FVI: EGO A TE IN VINDELICIS, EGO IN PANNONIA, EGO IN GERMANIA DONATVS SVM. Minutius certè Magiſter Equitum, temerè inito certamine cum Annibale, ſubſidio Fabij Dictatoris conſeruatus, cui plebiſcito erat æquatus, & ipſe eum PATREM appellauit, & à Legionibus ſuis PATRONVM SALVTARI voluit, vt Valer. Max. lib. V. cap. II. cum Liuio lib. XXII. & Plutarcho in Fabio refert.

Ceterùm bellorum varius exitus erat, nec eodem modo finis illis imponebatur. Aut enim vincebãtur hoſtes: aut ſe Dedebant: aut pax cum illis fiebat, fœdúsve, amicitia & ſocietas iungebatur. Victorias ſequebantur Præmia, Trophæa, Triumphi, de quibus ſingulis dicam. Quod ad præmia attinet, cæſis fugatíſque hoſtibus, qui fortiter & egregiè pugnauerant, ab Imperatore pro concione laudibus, & donis militaribus ornari conſueuerant. Liuius lib. V. *Luce orta, vocatis claſſico ad concilium Militibus, ad Tribunos, cùm & rectè & perperam facto pretium deberetur, Manlius primùm* OB VIRTVTEM LAVDATVS, DONATVSQVE *non ab Tribunis ſolùm Militum, ſed conſenſu etiam militari.* Et lib. VII. *Et* PRO CONCIONE *Dictator* LAVDIBVS *legati militúmque, quorum virtute caſtra defenſa erant, ſimul audientibus laudes meritas tollit animos, ſimul ceteros ad æmulandas virtutes acuit.* Ouidius libri II. de Ponto, Elegia I.

Atque ita victorem cum magnæ vocis honore
Bellica LAVDATIS ARMA DEDISSE VIRIS.

Formula autem Donorum militarium benè meritis dandorum, ex eo quem adſcribam Valerij loco, manifeſta erit. Sic enim lib. VIII. cap. XIII. *Nec tacitè id Scipio tulit. Nam Equiti,* HABERIS, *inquit,* DONVM *viri diuitis, Quod vbi ille accepit, protecto ante*

pedes Labieni auro, vultum demiſit. Idem *vt audiit Scipionem dicentem* , IMPERATOR TE ARGENTEIS ARMILLIS DONAT, *alacer gaudio abiit*, Formula etiam doni militaris dati extat apud Silium Italic. lib. XIII. apud quem Fuluius pro Tribunali Milonem Lanuuinum corona aurea ita donat,

Lanuuio generate, inquit, quem ſoſpita Iuno
Dat nobis, Milo, GRADIVI CAPE VICTOR HONOREM:
TEMPORA MVRALI CINCTVS TVRRITA CORONA.

Cicero lib. v. in Verrem, ANVLO EST AVREO *ſcriba donatus, & ad eam donationem concio eſt aduocata.* Et mox : *Quæ porrò præfatio tuæ donationis fuit? illa ſcilicet vetus, atque imperatoria* , QVANDO TV QVIDEM IN PRÆLIO, IN BELLO, IN RE MILITARI : *cuius ne mentio quidem te Prætore vlla facta eſt: an illa ?* QVANDOQVIDEM TV NVLLA VNQVAM MIHI IN CVPIDITATE AC TVRPITVDINE DEFVISTI, OMNIBVSQVE IN IISDEM FLAGITIIS MECVM, ET IN LEGATIONE, ET IN PRÆTVRA, ET HIC IN SICILIA VERSATVS ES: OB HASCE RES, QVONIAM TE LOCVPLETAVI, HOC ANVLO AVREO DONO. de Opt. gen. Orator. *Atque ita prædicaretur*, EVM DONARI VIRTVTIS ERGÒ. Liuius lib. XXIIII. de Volonibus. *Poſtero die*, ait, *per Tribunum militum inde deducti, concione militum aduocata à Graccho ſuperueniunt. Vbi cùm Proconſul veteres milites primùm, prout cuiuſque virtus, atque opera in ea pugna fuerat*, MILITARIBVS DONIS DONASSET, *tunc, quod ad Volones attineret, omnes, ait*, MALE LAVDATOS A SE, DIGNOS INDIGNOSQVE, QVAM QVENQVAM EO DIE CASTIGATVM ESSE. QVOD BONVM, FAVSTVM, FELIXQVE REIPVBLICÆ, IPSISQVE ESSET, OMNES EOS LIBEROS ESSE IVBERE.

Viciſſim etiam rebus bene geſtis Milites duces ſuos, IMPERATORES appellare, & hoc nomine eos ſalutare ſolebant. Cicero lib. II. Epiſtolarum familiar. *Ita victoria iuſta*, IMPERATOR APPELLATVS APVD ISSVM &c. Idem ad App. lib. III. earundem Epiſtol. *Quod non ſtatim vt* APPELLATVS IMPERATOR *ſum, ſed aliis rebus additis.* Plutarchus in Cicerone: ἐφ' ᾧ καὶ αὐτοκράτωρ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀνηγορεύθη. Idem Cic. Epiſt. xx. lib. v. ad Atticum: *Caſtella munitiſſima, nocturno Pontini aduentu, noſtro matutino, cepimus, incendimus*, IMPERATORES APPELLATI SVMVS. Cæſar lib. II. de bello Ciuili: *Iis rebus geſtis, Curio ſe in caſtra ad Bagradam recepit, atque vniuerſi exercitus* ACCLAMATIONE IMPERATOR APPELLATVR. Vnde ibidem Curio: *Equidem me Cæſaris militem dici volui: vos me* IMPERATORIS NOMINE APPELLASTIS. Idem Cæſar lib. III. de bell. Ciu. *Pompeius eo prælio* IMPERATOR EST APPELLATVS. *Hoc nomen obtinuit, atque ita ſe poſtea* SALVTARI *paſſus eſt: ſed neq; in literis, quas ſcribere eſt ſolitus, neque in faſcibus, inſignia laureæ prætulit.* Hircius de bello Hiſpanien. *Ita ante diem* XI. *Calendarum Martij oppido potitus*, IMPERATOR EST APPELLATVS. Appian. lib. v. de bell. ciuil. lib. Οἱ δὲ τὸν Καίσαρα πόῤῥωθεν ὡς Αὐτοκράτορα ἠσπάσαντο. Velleius Paterc. lib. II. *Ex eo honore ſortitus Macedoniã*, APPELLATVSQVE IN EA IMPERATOR. Idẽ eod. de Iunio Blæſo. *Qui poſt paucos annos Procos. in Africa ornamenta triumphalia, cum* APPELLATIONE IMPERATORIA, *meruit.* Liu. lib. VII. IMPERATOR, *extemplo adueniens*, APPELLATVS. Idem lib. XXVII. *Tum Scipio ſilentio per præconem facto ſibi maximum* NOMEN IMPERATORIS *eſſe dixit*, QVO SE MILITES SVI APPELLASSENT. Tacit. lib. III. *Sed Tiberius pro confecto interpretatus, id quoque Blæſo tribuit*, *vt* IMPERATOR A LEGIONIBVS SALVTARETVR, *priſco erga duces honore, qui* BENE GESTA REP. *gaudio & impetu victoris exercitus conclamabatur. Erantque plures ſimul Imperatores: nec ſuper ceterorum æqualitatem: conceſſit quibuſdam & Auguſtus id vocabulum, ac tunc Tiberius Blæſo.* Idem lib. XVIII. *Egreſſum cubiculo Veſpaſianum pauci milites ſolito aſſiſtunt ordine, vt legatum ſalutaturi*, IMPERATOREM *ſalutauerunt.* Suetonius in Tito cap. v. de Hieroſolymorum oppugnatione. *Cepitque eam natali filiæ ſuæ, tanto militum gaudio ac fauore, vt in gratulatione*, IMPERATOREM EVM CONSALVTAVERINT. Sic Octauium, à Lucij, Antonium, à Domitij Ænobarbi militibus, Imperatores conſalutatos Appian. lib. v. Bellor. ciuil. ſcribit. Hac etiam appellatione, Catilina victo

inſignitum Antonium Ciceronis in Conſulatu collegam, licet legitimo hoſtium numero minimè cæſo, Dio lib. XXXVII. ita narrat: Καὶ Αὐτοκράτωρ ἐπὶ τῇ νίκῃ, καίτοι τοῦ ἀριθμοῦ τῶν πεφονευμένων ἐλάττονος παρὰ τὸ νενομισμένον ὄντος, ἐπεκλήθη. Idem lib. LVIII. de Claudio: Αὐτοκράτωρ πολλάκις ἐπωνομάσθη παρὰ τὰ πάτρια. Οὐ γάρ ἐστιν ἐξ ὅτου πλεῖον ἢ ἅπαξ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πολέμου τὴν ἐπίκλησιν ταύτην λαβεῖν. Appian. lib. II. bellor. Ciuil. Καὶ ὑπὸ τῆς στρατιᾶς ἐν τοῖς ὅπλοις ἔτι οὔσης Αὐτοκράτωρ ὑπέστη προσαγορευθῆναι. Ἔστι δὲ τιμὴ τοῖς Στρατηγοῖς τόδε τὸ προσαγόρευμα, παρὰ τῶν στρατῶν, καθάπερ αὐτοῖς ἐπιμαρτυρούντων ἀξίους σφῶν Αὐτοκράτορας εἶναι. καὶ τήνδε τὴν τιμὴν οἱ Στρατηγοὶ πάλαι μὲν ἐπὶ πᾶσι τοῖς μεγίστοις ἔργοις προσίεντο· νῦν δ' ὅρον εἶναι τῇδε τῇ εὐφημίᾳ πυνθάνομαι τὸ μυρίους πεσεῖν.

Iam Triumphum OB REMPVB. BENE GESTAM, vel OB RES PROSPERE ET FELICITER GESTAS decretum ſuprà lib. II. docuimus. Imperatori autem Triumphanti, dum per vrbem in Capitolium curru veheretur, acclamari à militibus ſolitum, IO TRIVMPHE, Varro tradit lib. v. de lingua Latina: *Sic Triumphare, ait, appellatum, quod cum Imperatore milites redeuntes clamitant per vrbem in Capitolium eunti,* IO TRIVMPHE, IO. Liuius lib. XXI. *Infantem in vtero matris in Marrucinis*, IO TRIVMPHE, *clamaſſe.* Horatium librò IIII. Carm. de Triumpho Auguſti,

Túque dum procedis, IO TRIVMPHE,
Non ſemel dicemus, IO TRIVMPHE,
Ciuitas omnis, dabimúsque diuis
—*Tura benignis.*

Idem lib. Epodωn Ode IX.

IO TRIVMPHE, *tu moraris aureos*
Currus, & intactas boues,
IO TRIVMPHE, *nec Iugurthino parem*
Bello reportaſti ducem.

Tibull. lib. II. Eleg. VI.

Ipſe gerens Laurus, Lauro deuinctus agreſti
Miles, IO, *magna voce*, TRIVMPHE, *canet.*

Ouid. lib. IIII. Triſt. Eleg. II. de Triumpho Germanici agens,

Tempora Phœbeo lauro cingentur, IO QVE
Miles, IO, *magna voce*, TRIVMPHE, *canet.*

Idem lib. I. Amor. Eleg. II.

Omnia te metuent, ad te ſua brachia tendent:
Vulgus, IO, *magna voce*, TRIVMPHE, CANET.

Martialis lib. VII. Epigrammat.

Vulgus, IO, *magnos, clamat tibi Roma*, TRIVMPHOS.

Alcimus Auitus lib. VI. ad Fuſcinam ſororem cap. VI.

Cautius ac melius, mihi tum laudabere: cùm iam
Hoſtibus euictu, & IO *clamante* TRIVMPHO.

Et hæc vtique, *læta vox*, accipienda eſt apud Ouidium lib. I. Metamorphoſ. vbi Apollo de lauro loquens,

Tu ducibus, ait, lætis aderis, cum LÆTA TRIVMPHVM
VOX CANET.—

Nam & TRIVMPHVM CLAMARE, in hanc ſententiam dicunt Liuius lib. XXI. & Silius Italic. lib. XIII. *Et* TRIVMPHVM PROCLAMARE, Valerius Max. lib. I. cap. VI. Planè vox hæc, IO exultantium eſt: vnde Ouidius lib. II. de arte amandi,

Dicite IO PÆAN, *&* IO *bis dicite* PÆAN,
Decidit in caſſes præda petita meos.

Tibull. Eleg. I.

Agna cadet vobis, quam circum ruſtica turba
Clamet, IO, *meſſes & bona vina date.*

Iocularia verò quædam carmina & dicteria Milites in ſuos Imperatores triumphantes iacere

iacere ſolebant. Dionyſius Halicarnaſſ lib. VII. Ἐφεῖται γὰρ τοῖς κατάγουσι τὰς νίκας ἰαμβίζειν καὶ κατασκώπτειν τοὺς ἐπιφανεστάτους ἄνδρας αὐτοῖς στρατηλάταις, ὡς Ἀθήνησι τοῖς πομπευταῖς τοῖς ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν πρότερον ἅμα τοῖς σκώμμασι παρορχουμένοις, νῦν δὲ ποίηματα ᾄδουσιν αὐτοσχέδια. Sueton.in Iulio cap. XLIX. *Gallico denique triumpho milites eius inter cetera carmina, qualia currum proſequentes ioculariter canunt, etiam vulgatiſſimum illud pronuntiauerunt,*

GALLIAS CÆSAR SVBEGIT, NICOMEDES CÆSAREM.
ECCE CÆSAR NVNC TRIVMPHAT QVI SVBEGIT GALLIAS,
NICOMEDES NON TRIVMPHAT, QVI SVBEGIT CÆSAREM:

Dio lib. XLIII. idem referens, Καὶ τὴν, ait παρὰ τῷ Νικομήδει τῷ τῆς Βιθυνίας βασιλεύσαντι διατριβὴν, ὅτι μεγάλως ποτὲ παρ' ἑαυτῷ ἐγγὺς διακερτόμησαν, ὥστε καὶ εἰπεῖν, ὅτι Καῖσαρ μὲν Γαλάτας ἐδουλώσατο, Καίσαρα δὲ Νικομήδης. Idem Sueton. in Iulio cap. LI. *Ne prouincialibus quidem matrimoniis abſtinuiſſe, vel hoc diſticho apparet, iactato æquè à militibus per Gallicum triumphum.*

VRBANI SERVATE VXORES, MECHVM CALVVM ADDVCIMVS:
AVRO IN GALLIA STVPRVM EMISTI, HIC SVMPSISTI MVTVVM.

Velleius Paterc. lib. II. *Eóque inter iocos militares qui currum Lepidi Planciique ſequuti erãt, inter execrationem ciuium, vſurpabant hunc verſum,*

DE GERMANIS, NON DE GALLIS, DVO TRIVMPHANT CONSVLES.

Plin. lib. XIX. cap. VIII. *Olus quoque ſilueſtre eſt trium foliorum, Diui Iulij carminibus præcipuè iocis militaribus celebratum. Alternis quippe verſibus exprobrauere* LAPSANA SE VIXISSE APVD DIRRACHIVM, *præmiorum parſimoniam cauillantes.* Liuius lib. IIII. de C. Valerio Coſ. Itaque cum ex Sc. vrbem Ouans introiret, alternis inconditi verſus militari licentia iactati, quibus Conſul increpitus, Menenij nomen celebre laudibus fuit. Idem lib. V. de Camillo. Dictator recuperata ex hoſtibus patria, triumphans in vrbem redit: intérque iocos militares quos inconditos iaciunt, ROMVLVS AC PARENS PATRIÆ, CONDITORQVE ALTER VRBIS, haud vanis laudibus appellatur. Idem lib. X. In triumpho Fabij de Gallis, celebratam, ait, inconditis carminibus eius victoriam. Et lib. XXXIX. Multi omnium ordinum donati militaribus currum ſequuti ſunt, CARMINAQVE A MILITIBVS ea in Imperatorẽ DICTA, vt facilè appareret in ducem indulgẽtem ambitioſúmque ea dici.

Enimuero qui Triumphãti ponè currum adſtabat, hoc ei, quemadmodum Tertullianus Apologetico ſcribit, à tergo ſuggerebat, RESPICE POST TE: HOMINEM MEMENTO TE Arrian. lib. XLIII. Epicteti cap. XXIIII. Οἷον οἱ τοῖς θριαμβεύουσιν ἐφεστῶτες ὄπισθεν, καὶ ὑπομιμνήσκοντες, ὅτι ἄνθρωποί εἰσι.

Solebat & in Triumpho, Pompæ ferculo, præferri Titulus geſta belli ſignificans. Cæſar certè Pontico Triumpho, res à ſe geſtas, hoc breui titulo complexus eſt, VENI, VIDI, VICI: quæ, *non belli acta, ſed celeriter confecti negotij notã continebant*, vt ait Sueton. in Iulio. cap. XXXII.

Tabulas etiam ab iis qui triumphabant, cum indice rerum à ſe geſtarum, figi conſueuiſſe, quæ Saturniis plerumque verſibus cõſcribebãtur docet, Attilius. Fortunatianus in Arte. *Apud noſtros autem,* inquiens, *in Tabulis antiquis, quas triumphaturi duces in Capitolio* FIGEBANT, VICTORIÆQVE SVÆ TITVLVM *Saturniis verſibus proſequebantur, talia reperi exempla. Ex Regilli tabula,* DVELLO MAGNO DIRIMENDO REGIBVS SVBIGENDIS. Et mox: *In Acilij Glabrionis Tabula,* FVNDIT, FVGAT, PROSTERNIT MAXIMAS LEGIONES. Donatianus in lib. de Metris. *Saturnio metro primùm in Italia vſi: Dictum autem à Saturnia vetuſtiſſima vrbe Italiæ: Hic verſus quibuſdam videtur obſcurus, quia paſſim & ſine cura eo homines vtebantur, maximè tamen Triumphaturi, in Capitolio tabulas huiuſmodi verſibus incidebant. Id eſt ſic:* SVMMAS OPES QVI REGVM REGIAS REFREGIT. Præfationem Triumphi habemus apud Plin. lib. VII, cap. XXVI. de Pompeio. *Triumphi verò,* ait ille, *quem duxit ad tertium Cal. Octobres M. Meſſala, M. Piſone Coſſ. præfatio hæc fuit:* CVM ORAM MARITIMAM A PRÆDONIBVS LIBERASSET, ET IMPERIVM MARIS POPVLO RO. RESTITVISSET, EX ASIA, PONTO, ARMENIA, PAPHLAGONIA, CAPPA-

DOCIA, CILICIA, SYRIA, SCYTHIS, IVDÆIS, ALBANIS, IBERIA, INSVLA CRETA, BASTERNIS, ET SVPER HÆC DE REGIBVS MITHRIDATE ATQVE TIGRANE TRIVMPHAVIT. *Summa ſummarũ in illo gloria fuit, vt ipſe in concione dixit, cum de ſuis rebus diſſereret,* ASIAM VLTIMAM PROVINCIARVM ACCEPISSE, EANDEMQVE MEDIAM REDDIDISSE.

Triumphis Trophæa adiungenda ſunt. Ea cum armorum congerie ſtrui conſueuiſſe, notum eſt: inſcriptionéſque additas oſtendit Tacit. lib. II. *Laudatis*, inquiens, *pro concione virtutibus, Cæſar* CONGERIEM ARMORVM STRVXIT, SVPERBO CVM TITVLO; DEBELLATIS INTER RHENVM ALBIMQVE NATIONIBVS, EXERCITVM TIBERII CÆSARIS EA MONIMENTA MARTI ET IOVI ET AVGVSTO SACRAVISSE. Plutarch. in lib. de fortuna Ro. de Sylla, Καὶ Ρωμαίοις μὲν Φῆλιξ ὀνομάζετο· τοῖς δὲ ἕλλησιν οὕτως ἔγραφε· Λεύκιος Κορνήλιος Σύλλας ἐπαφρόδιτος. Καὶ τὰ παρ' ἡμῖν ἐν Χαιρωνείᾳ Τρόπαια καὶ τὰ τῶν Μιθριδατικῶν οὕτως ἐπιγέγραπται. Dio lib. XXXVII. de Pompeio, Τρόπαια δὲ ἄλλα τε πολλὰ, καὶ καλῶς κεκοσμημένα καθ' ἕκαστον τῶν ἔργων, καὶ τὸ βραχύτατον ἔπεμψε, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἓν μέγα πολυτελῶς κεκοσμημένον, καὶ γραφὴν ἔχον, Ὅτι τῆς οἰκουμένης ἐστίν. Tacit. lib. II. de honoribus in Germanicum collatis. *Arcus additi Romæ, & apud ripam Rheni & in monte Syriæ Amano, cum* INSCRIPTIONE RERVM GESTARVM, AC MORTEM OB REMPVB. OBIISSE. Plinius lib. III. cap. XX. inſcriptionem è Trophæo Alpium ponit, quæ talis eſt. IMP. CÆSARI D. IVL. F. AVGVSTO PONT. MAX. IMP. XIIII. TRIBVNIC. POTESTAT. XVII. S. P. Q. R. QVOD EIVS DVCTV, AVSPICIISQVE GENTES ALPINÆ OMNES, QVÆ A MARI SVPERO AD INFERVM PERTINEBANT, SVB IMPERIVM P. R. REDACTÆ SVNT. Qua in Tabula obſeruanda ſunt verba hæc, DVCTV AVSPICIISQVE, quæ ſollemnia fuiſſe frequens eorum vſus arguit. Liuius lib. XLI. Tabulam refert in æde Matris Matutæ poſitam cum indice hoc, TIB. SEMPRONII GRACCHI CONSVLIS IMPERIO, AVSPICIOQVE, LEGIO, EXERCITVSQVE POPVLI RO. SARDINIAM SVBEGIT. Velleius Paterc. lib. II, *Sed fulgentiſſimum C. Cæſaris opus in iis conſpicitur: quippe eius* DVCTV AVSPICIISQVE *infractæ, &c.* Liuius lib. X *Cùm numerarentur duces eorum annorum,* DVCTV ET AVSPICIO RES GERI COEPTÆ. Idem lib. XXIIII. *Si ſtantibus vobis in aciem armatis, repentè deligendi duo Imperatores eſſent quorum,* DVCTV ET AVSPICIO *dimicaretis?* Et lib. XLI. *Ob eas res,* DVCTV AVSPICIOQVE *Sempronij proſperè geſtas.* Item lib. II. *Herdonij* DVCTV AVSPICIOQVE *Rempub. euerſuri eſtis.* Cicero de Haruſp. reſponſ. QVIQVE SVO DVCTV ET IMPERIO *cruento illo atque funeſto.* Quæ diſiunxit Cornel. Tacit. lib. II. inquiens. *Ob recepta ſigna cum Varo amiſſa* DVCTV *Germanici, &* AVSPICIIS *Tiberij.*

Hoſtium quoque Spoliis Titulos adſcribi conſueuiſſe conſtat. Ouid. lib. II. de Arte aman.

Sed quicunque meo ſuperarit Amazona ferro,
INSCRIBAT SPOLIIS, NASO MAGISTER ERAT.

Silius Italic. lib. XV.

Pyrenes tumulo, clypeum cum carmine figunt,
HASDRVBALIS SPOLIVM GRADIVO SCIPIO VICTOR.

Liuius lib. IIII. de Coſſo Dictatore. *Spolia in æde Iouis Feretrij, prope Romuli ſpolia, quæ prima* OPIMA *appellata, ſola ea tempeſtate erant, cum ſollemni dedicatione* DONO FIXIT. Extat Romæ vetus inſcriptio in hæc verba. P. DECIVS DECII F. PRIMO COS. DE SAMNITIBVS TRIVMPHANS, SPOLIA EX IEIS CERERI CONSECRAVIT, ITERVM ET TERTIVM CONSVL.

Numis autẽ qui ad rerũ præclarè geſtarũ memoriã interdũ percutiebantur, cauſæ adiici ſolebant. Veluti Numis Augusti, REPVB. CONSERVATA: ÆGYPTO CAPTA. ASIA RECEPTA. CIVIBVS SERVATIS. ARMENIA CAPTA: SIGNIS RECEPTIS. CIVIBVS ET SIGNIS MILITARIBVS A PARTHIS RECVPERATIS. In numis Tiberij, CIVITATIBVS ASIÆ RESTITVTIS. In numis Veſpaſiani, IVDÆA CAPTA. In numis Domitiani, GERMANIA CAPTA. Sic in nummis Neruæ legimus, FISCI IVDAICI CALVMNIA SVBLATA. Item, VEHICVLATIONE ITALIA REMISSA. PLEBI VRBANÆ FRVMENTO.

MENTO CONSTITVTO. In numis Traiani, ASSYRIA ET PALESTINA IN POTESTATEM POPVLI RO. REDACTA.

Coronis quoque ciuicis, aut querceis, quæ in aliquot Auguſti, Tiberij, Caij, Claudij, Galbæ, Vitellij, Veſpaſiani numis exprimuntur, additur, OB CIVES SERVATOS.

Ouid. lib. III. Triſt. Eleg. I.

Cauſa ſuperpoſitæ ſcripto teſtata coronæ,
SERVATOS CIVES *indicat* HVIVS OPE.

Iam, vt alterũm partitionis noſtræ membrum exequamur, Deditio, qua verborum cõceptione fieret Liuius lib. I. docet, *Rex*, ait, *interrogauit*, ESTIS NE VOS LEGATI ORATORESQVE MISSI, A POPVLO COLLATINO, VT VOS POPVLVMQVE COLLATINVM DEDERETIS? SVMVS. ESTNE POP. COLLATINVS IN SVA POTESTATE? EST. DEDITISNE VOS, POPVLVMQVE COLLATINVM, VRBEM, AGROS, AQVAM, TERMINOS, DELVBRA, VTENSILIA, DIVINA, HVMANAQVE OMNIA, IN MEAM POPVLIQVE RO. DEDITIONEM? DEDIMVS. ET EGO RECIPIO. Apud eundem Liuium lib. VII. Campani per legatos his verbis ſe populo Romano dedunt. QVANDOQVIDEM NOSTRA TVERI ADVERSVS VIM ATQVE INIVRIAM IVSTA VI NON VVLTIS, VESTRA CERTE DEFENDETIS. ITAQVE POPVLVM CAMPANVM, VRBEMQVE CAPVAM, AGROS, DELVBRA DEVM, DIVINA HVMANAQVE OMNIA, IN VESTRAM, PATRES CONSCRIPTI, POPVLIQVE RO. DEDITIONEM DEDIMVS, QVIDQVID DEINDE PATIEMVR, DEDITITII VESTRI PASSVRI. Idem lib. IX. *An ſi eadem ſuperbia, quę ſponſionem iſtam expreſſerunt nobis, Samnites coëgiſſent nos*, VERBA LEGITIMA DEDENTIVM VRBES, *nuncupare*, DEDITVM POPVLVM RO. *vos Tribuni diceretis, & hanc* VRBEM, TEMPLA, DELVBRA, FINES, AQVAS, *Samnitium eſſe*? Sic & DEDITIONIS VERBA accipienda ſunt apud Valer. Max. lib. VI. cap. V. Cuiuſmodi formulam ſic expreſſit Plautus Amphitrio. Act. I. Sc. I.

Conuenit, VICTI VTRI SINT EO PRÆLIO.
VRBEM, AGRVM, ARAS, FOCOS SEQVE VTI DEDERENT,
Et paulo poſt:
Poſtridie in caſtra, ex vrbe, ad nos veniunt flentes principes,
Velatis manibus orant, ignoſcamus peccatum ſuum.
DEDVNTQVE SE, DIVINA, HVMANAQVE OMNIA,
IN DEDITIONEM, ATQVE IN ARBITRATVM CVNCTI THEBANO POPVLO.

Apud Liuium lib. V. Legati Faliſcorum in Senatum introducti, *Victi*, aiunt, *à vobis & Imperatore veſtro*, DEDIMVS NOS VOBIS. Aduatici verò ſeſe Cæſari dedentes, SE, SVAQVE OMNIA, ROMANORVM POTESTATI PERMITTERE dixerunt, vt ipſemet Cæſar lib. II. Commentar. de bello Gall. ſcribit.

Planè qui ſe dedebant, ARMA ABIICERE, & TRADERE, iubebantur. Cæſar lib. III. Commentar. de bello ciu. poſtquam Pompeianos de deditione, miſſis legatis, agere cœpiſſe dixit, addit: *Cæſar prima luce omnes eos qui in monte cõſederãt, ex ſuperioribus locis in planitiem deſcendere, atque* ARMA PROIICERE *iuſſit. Quod vbi ſine recuſatione fecerunt, paſſiſque palmis proiecti ad terram, flentes, ab eo* SALVTEM *petierunt: conſolatus, conſurgere iuſſit.* Et mox: *Militibúſque ſuis iuſſit, ne qui eorum violarentur: ne quid ſui deſiderarent.* Idẽ lib. III. de bello Gall. Sontiatum deditionem narrans, *Legatos*, ait, *ad Craſſum mittunt*, SEQVE IN DEDITIONEM VT RECIPIAT, *petunt. Qua re impetrata*, ARMA TRADERE *iuſſi, faciunt.* Idem lib. II. narrat, Aduaticos ſe ſe Cæſari dedentes rogaſſe eum ne ſe armis ſpoliaret, propterea quod ferè omnes finitimos inimicos haberẽt, à quibus ſe defendere, traditis armis, nõ poſſent. Ad quę Cæſar reſpõdit, *Se magis conſuetudine ſua, quàm merito eorum ciuitatem conſeruaturum, ſi prius quam* ARIES MVRVM ATTIGISSET, SE DEDISSENT: SED DEDITIONIS NVLLAM ESSE CONDITIONEM, NISI ARMIS TRADITIS. Et lib. VII. *Hedui manus tendere*, DEDITIONEM *ſignificare*, ET PROIECTIS ARMIS, *mortem deprecari incipiunt.* Liuius lib. XL. *Montanorum Ligurum ab A. Poſthumio vineæ caſæ, frumenta deuſta, donec cladibus omnibus belli coacti, in* DEDITIONEM VENERVNT, AR-

MAQVE TRADIDERVNT. Idem libro VI. *Volſci* ABIECTIS ARMIS SESE DEDIDERVNT. Quinetiam Numantinis de Deditione agentibus à Scipione reſponſum Appian. ἐν Ἰβηρικῇ, refert: Δεῖν αὐτοὺς ἐγχειρίσαι τὰ κατὰ σφᾶς, καὶ σὺν ὅπλοις παραδοῦναι τὴν πόλιν. Tandem cum ij fame propemodum enecti ſeſe dedidiſſent, iuſſiſſe Scipionem ait, αὐτοὺς τῆς μὲν ἡμέρας ἐκείνης συνενεγκεῖν τὰ ὅπλα ἔνθα συνέταξε, τῆς δ' ἐπιούσης προελθεῖν εἰς ἕτερον χωρίον. Apud eundẽ ἐν Λιβυκῇ, Pub. Cornelius nõ eſſe in ſocietatem & amicitiam aſſumendos Carthaginienſes: ſed in deditionem accipiendos, his verbis cenſet. Ἀλλ' ἐπιτρεψάτωσαν ἡμῖν αὐτοὺς νόμῳ νενικημένων, ὡς πολλοὶ σφᾶς ἐπιτρέψαι. Et mox: ὅταν δὲ παραδῶσιν αὐτούς, καὶ τὰ ὅπλα παρελώμεθα, καὶ τὰ σώματα ἐφ' ἡμῖν γένηται, καὶ πεισθῶσιν, ὅτι μηδὲν αὐτοῖς ἐστὶ ἴδιον.

Pactionis autem in Deditione factæ exẽplum habemus apud Liuium lib. XXII. his verbis. *Ceterum ab omnibus labore, vigiliis vulneribus etiam feſſis maturior ipſius ſpe* DEDITIO EST FACTA. *Pacti,* VT ARMA ATQVE EQVOS TRADERENT, IN CAPITA ROMANA TRECENIS NVMMIS QVADRIGATIS, IN SOCIOS DVCENIS, IN SERVOS CENTENIS: ET VT EO PRETIO PERSOLVTO, CVM SINGVLIS ABIRENT VESTIMENTIS. Idem lib. XXIII. de Nuceria ab Annibale obſeſſa. *Eam cùm aliquandiu circumſediſſet ſæpe vi, ſæpe ſolicitandis nequicquã nunc plebe, nunc principibus, fame demum* IN DEDITIONEM ACCEPIT: *Pactus,* VT INERMES CVM SINGVLIS ABIRENT VESTIMENTIS. *Deinde, vt qui à principio mitis omnibus Italicis, præter Rom. videri vellet,* PRÆMIA ATQVE HONORES IIS QVI REMANSISSENT, AC MILITARE VELLENT SECVM, *propoſuit.*

Hircius de bello Hiſpanien. Catonem Luſitanum ſe dedentem huiuſmodi apud Cęſarem verba feciſſe commemorat. VICTI ET DESERTI A POMPEIO, TVA VIRTVTE SVPERATI, SALVTEM A TVA CLEMENTIA DEPOSCIMVS: PETIMVSQVE, VT QVALEM TE ALIIS GENTIBVS PRÆSTITISTI, SIMILEM IN CIVIVM DEDITIONE PRÆSTES. Idem alio eiuſdem lib. loco. *Eodem tempore oppidanorum legati, qui antea exierant, Cæſarem adierunt,* SI SIBI E VITAM CONCEDERET, SESE INSEQVENTI DIE OPPIDVM ESSE DEDITVROS. *Quibus reſpondit,* SE CÆSAREM ESSE, FIDEMQVE PRÆSTATVRVM. Appian. ἐν Λιβυκῇ. Οἱ δὲ τὰς ἱκετηρίας λαβόντες, ἐδέοντο τοῦ Σκιπίωνος περὶ μόνης σωτηρίας, τοῖς ἐθέλουσιν ἐπὶ τῷδε τῆς Βύρσης ἐξιέναι.

Interdum autem nihil pacti hoſtes, in fidem populi Rom. ſeſe dedebant: quod feciſſe Ligures à Popilio Coſ. fuſos Liuius lib. XLII. refert. Ita, FIDEI SE, NON POTESTATI COMMITTERE dicebantur: quæ diuerſa facit Valer. Max. lib. VI. cap. V.

Seruius in II. Æneid. auctor eſt, Imperatores cum in fidem Trãsfugas recipiebant, his verbis vſos, QVISQVIS ES, NOSTER ERIS, eóque alluſiſſe Virgiliũ cum ait,

QVISQVIS ES, *amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios:*
NOSTER ERIS.

Idem Seruius in IIII. Æneid. SALTEM: *Sermo tractus à captiuo, qui cùm frequenter ab hoſtibus captaretur, dicebat,* SVBLATIS OMNIBVS SALVTEM CONCEDE. *Inde per Synereſim hic natus eſt ſermo, vt in contemptu rerum multarum petito aliquo,* SALTEM *dicas.*

Hoſtibus verò vti Dederentur ij quos Senatus Dedẽdos cenſuerat, exponit Liuius lib. IX in hunc modum. *Prægreſſi Fetiales, vbi ad portam venere, veſtem detrahi pacis ſponſoribus iubent: manus poſt tergum vinciri: Cùm apparitor verecundia maieſtatis, Poſthumium laxius vinciret,* QVIN TV, *inquit,* ADDVCIS LORVM, VT IVSTA FIAT DEDITIO? *Tum vbi in cœtum Samnitiũ & ad Tribunal ventum Põtij eſt, A. Cornelius Aruina Fetialis ita verba fecit.* QVANDOQVIDEM HICE HOMINES INIVSSV POPVLI ROM. QVIRITIVM FOEDVS ICTVM IRI SPOPONDERVNT, ATQVE OB EAM REM NOXAM NOCVERVNT, OB EAM REM, QVO POPVLVS RO. SCELERE IMPIO SIT SOLVTVS, HOSCE HOMINES VOBIS DEDO.

Hinc ad Fœderũ formulas caſtra nobis mouenda ſunt. In fœdere autem ineundo

certa

certa fuiſſe, ex Fetiali iure, verba adhibita oſtendit Tranquillus in Claudio cap. xxv. *Cùm regibus*, inquiens, *fœdus in foro icit, porca caſa, ac veterum* FETIALIVM PRÆFATIONE ADHIBITA. Ea præfatio qualis fuerit, ex his Liuij quæ ſequuntur verbis illuceſſit. Sic enim ille lib. I. de Fœdere inter Tullum Hoſtilium & Albanos percuſſo agens, *Fœdera*, ait, *alia aliis legibus, ceterum eodem modò omnia fiunt. Tum ita factum accepimus, nec vllius vetuſtior fœderis memoria eſt. Fetialis regem Tullum ita rogauit.* IVBESNE ME REX CVM PATRE PATRATO POPVLI ALBANI FOEDVS FERIRE? *Iubente rege*, SAGMINA, *inquit*, TE REX POSCO. *Rex ait*, PVRAM TOLLITO. *Fetialis ex arce graminis herbam puram attulit: poſtea regem ita rogauit:* REX, FACISNE ME TV REGIVM NVNTIVM POPVLI ROM. QVIRITIVM, VASA, COMITESQVE MEOS? *Rex reſpondit*, QVOD SINE FRAVDE MEA POPVLI ROM. QVIRITIVM FIAT, FACIO. *Fetialis erat M. Valerius: is Patrem Patratum Sp. Fuſium fecit, verbena caput capillóſque tangens (pater patratus ad iusiurandum patrandum, id eſt ſanciendum fit) fœdus, multiſque id verbis, quæ longo effata carmine nõ operæ eſt referre, peragit: Legibus deinde recitatis*, AVDI, *inquit*, IVPITER, AVDI PATERPATRATE POP. ALBANI, AVDI TV POPVLVS ALBANVS, VT ILLA PALAM PRIMA POSTREMA EX ILLIS TABVLIS, CERAVE RECITATA SVNT, SINE DOLO MALO, VTIQVE EA HIC HODIE RECTISSIME INTELLECTA SVNT: ILLIS LEGIBVS POPVLVS RO. PRIOR NON DEFICIET. SI PRIOR DEFEXIT, PVBLICO CONSILIO, DOLO MALO, TV ILLO DIE IVPITER POPVLVM RO. SIC FERITO, VT EGO HVNC PORCVM HODIE FERIAM: TANTOQVE MAGIS FERITO, QVANTO MAGIS POTES POLLESQ. *Id vbi dixit, porcum ſaxo ſilice percuſſit.* Quem ritum etiã duobus aliis locis idem auctor perſtrinxit: Libro quidem nono in hunc modum. *Quid enim ſponſionibus in fœdere opus eſſet, aut obſidibus, vbi* PRECATIONE RES TRANSIGITVR, PER QVEM POPVLVM FIAT, QVOMINVS LEGIBVS DICTIS STETVR, VT EVM ITA IVPITER FERIAT, QVEMADMODVM A FETIALIBVS PORCVS FERIATVR. Idem lib. xxx. *Fetiales cum in Africam ad fœdus feriendum ire iuberentur, ipſis poſtulantibus S. C. in hæc verba factum eſt*, VT PRIVOS LAPIDES, SILICES, PRIVASQVE VERBENAS, SECVM FERRENT, VT PRÆTOR ROMANVS HIS IMPERARET, VT FOEDVS FERIRENT. *Illi Prætorem Sagmina poſcerent: herbæ id genus ex arce ſumptum dari Fetialibus ſolet.*

Formulam etiam iuriſiurandi quo Fœdera firmabantur, Polybius lib. III. eleganter explicat. Τὸν δὲ ὅρκον ὀμνύειν ἔδει τοιοῦτον. Ἐπὶ μὲν τῶν πρώτων Συνθηκῶν Καρχηδονίους μὲν, τοὺς θεοὺς τοὺς πατρῴους: Ῥωμαίους δὲ Δία λίθον, κατά τι παλαιὸν ἔθος: ἐπὶ δὲ τούτων τὸν Ἄρην, καὶ τὸν Ἐνυάλιον. Ἔστι δὲ τὸ Δία λίθον τοιοῦτον. Λαβὼν εἰς τὴν χεῖρα λίθον ὁ ποιούμενος τὰ ὅρκια περὶ τῶν Συνθηκῶν, ἐπειδὰν ὀμόσῃ δημοσίᾳ πίστει λέγει τάδε, Εὐορκοῦντι μὲν ποιεῖν τἀγαθά. Εἰ δ' ἄλλως διανοηθείην τι, ἢ πράξαιμι πάντων ἄλλων σωζομένων, ἐν ταῖς ἰδίαις πατρίσιν, ἐν τοῖς ἰδίοις νόμοις, ἐπὶ τῶν ἰδίων βίων, ἱερῶν, τάφων ἐγὼ μόνος ἐκπέσοιμι οὕτως, ὡς ὅδε λίθος νῦν. Καὶ ταῦτ' εἰπὼν ῥίπτει τὸν λίθον ἐκ τῆς χειρός. Seruius in XII. Aeneid. ad verbum, *Concipe fœdus. Concipe*, ait, *id eſt, conceptis verbis.* CONCEPTA AVTEM VERBA *dicunt iurandi formulam quam vobis tranſgredi non licet.* Et certè ἐν συνθήκαις θεοὺς ἐγγυητὰς factos τῶν ὁμολογιῶν, Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. IIII. ſcribit,

Antiquiſſimum autem literarum monumentis proditum Fœdus eſt, cùm populis Latinis ictum, cuius leges Tarquinium Priſcum conſcripſiſſe Dionyſius Halicarnaſſ. commemorat. Id cum perſona eius extinctum, Turnus Hardonius apud eundem Dionyſ. lib. IIII. contendebat, propterea quod eo cautum non eſſet, vt ad eius poſteros tranſiret. Vetuſtiſſimum eſt & id Fœdus, quod regibus expulſis populo Ro. Porſena dedit: quo nominatim comprehenſum fuiſſe, NE FERRO NISI IN AGRICVLTVRA VTERENTVR, Plinius lib. XIIII. cap. IIII. ſcribit. Huic adiungam fœdus quod Sp. Caſſio & Poſthumio Cominio Coſ. ictum cum Latinis populis Liuius lib. II. refert: cuius idem auctor lib. VII. meminit, his verbis. *Sed inter multos terrores ſolatio fuit pax La-*

tinis petentibus data, & magna vis militum ab iis, EX FOEDERE VETVSTO, *quod multis intermiſerant annis, accepta.* Id, FOEDVS LATINVM, in vetuſtis auctoribus vocatur: ex quo Feſt. Pomp. hoc caput citat, PECVNIAM QVI NANCITOR (id eſt nactus erit) HABETO: ETSI QVID PIGNORIS NANCISCITVR SIBI HABETO. Alia eius capita Dionyſius Halicarnaſſ. his verbis enuntiat. Ἐγένοντο δὲ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ καὶ πρὸς τὰς τῶν Λατίνων πόλεις ἁπάσας, συνθῆκαι καιναὶ μεθ᾽ ὅρκων, περὶ εἰρήνης καὶ φιλίας, &c. Et mox: Ἦν δὲ τὰ γραφέντα τοιάδε ἐν ταῖς συνθήκαις. Ῥωμαίοις καὶ ταῖς Λατίνων πόλεσιν ἁπάσαις εἰρήνη πρὸς ἀλλήλους ἔστω, μέχρις ἂν οὐρανός τε καὶ γῆ τὴν αὐτὴν στάσιν ἔχωσι. καὶ μήτε αὐτοὶ πολεμείτωσαν πρὸς ἀλλήλους, μηδ᾽ ἄλλοθεν πολεμίους ἐπαγέτωσαν, μήτε τοῖς ἐπιφέρουσι πόλεμον ὁδοὺς παρεχέτωσαν ἀσφαλεῖς. βοηθείτωσάν τε τοῖς πολεμουμένοις ἁπάσῃ δυνάμει, λαφύρων τε καὶ λείας τῆς ἐκ τοῦ πολέμου κοινοῦ τὸ ἴσον λαγχανέτωσαν μέρος ἀμφότεροι. Τῶν τε ἰδιωτικῶν συμβολαίων αἱ κρίσεις ἐν ἡμέραις γιγνέσθωσαν δέκα, παρ᾽ οἷς ἂν γένηται τὸ συμβόλαιον. ταῖς δὲ συνθήκαις ταύταις μηδὲν ἐξέστω προσθεῖναι, μήτ᾽ ἀφελεῖν ἀπ᾽ αὐτῶν, ὅτι ἂν μὴ Ῥωμαίοις τε καὶ Λατίνοις ἅπασι δοκῇ. Ταῦτα μὲν δὴ Ῥωμαῖοι τε καὶ Λατῖνοι συνέθηκαν πρὸς ἀλλήλους ὀμόσαντες καθ᾽ ἱερῶν. Idem lib. VIII. capita quædam ex hoc fœdere attingit, narrans Romanos auxilij, quod ab illis Latini poſtulabant, inopes permiſiſſe illis τὴν ἑαυτῶν στρατιὰν καταγράφειν, καὶ ἡγεμόνας τῆς δυνάμεως ἰδίους, ἐκπέμπειν τε ὅσην ἂν αὐτοὶ ἐκπέμψωσι δύναμιν. Ἐν γὰρ ταῖς συνθήκαις, ἃς ἐποιήσαντο πρὸς αὐτοὺς περὶ φιλίας, ἀπόρρητον ἦν τούτων ἑκάτερον.

Porrò quinque inter populum Romanum, & Carthaginienſem, à regibus exactis ad vſque belli ſecundi Punici, quod Annibalis ductu & auſpicio Carthaginienſes geſſerunt, tempus, inita fœdera, Polybius lib. III. recenſet. Prius quidem Bruto & Horatio Coſ. ictum in hæc verba. Φιλίαν εἶναι Ῥωμαίοις καὶ τοῖς Ῥωμαίων συμμάχοις, καὶ Καρχηδονίοις καὶ τοῖς Καρχηδονίων συμμάχοις. Μὴ πλεῖν Ῥωμαίους μήτε τοὺς Ῥωμαίων συμμάχους ἐπέκεινα τοῦ καλοῦ ἀκρωτηρίου, ἐὰν μὴ ὑπὸ χειμῶνος ἢ πολεμίων ἀναγκασθῶσιν. ἐὰν δέ τις βίᾳ κατενεχθῇ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ μηδὲν ἀγοράζειν, μηδὲ λαμβάνειν μηδέν, πλὴν ὅσα πρὸς πλοίου ἐπισκευὴν, ἢ πρὸς ἱερά. (Ἐν πέντ᾽ ἡμέραις δὲ ἀπαλλαττέσθωσαν οἱ κατορμισθέντες.) Quæ vtique clauſula parentheſi incluſa in Græco quidem codice deeſt, ſed eam ego ex interpretatione quam Polybius ſubiicit, addendam cenſui. Sequitur, Τοῖς δὲ κατ᾽ ἐμπορίαν παραγινομένοις, μηδὲν ἔστω τέλος, πλὴν ἐπὶ κήρυκι ἢ γραμματεῖ. Ὅσα δ᾽ ἂν τούτων παρόντων πραθῇ δημοσίᾳ πίστει, ὀφειλέσθω τῷ ἀποδομένῳ. Ὅσα δ᾽ ἂν ἢ ἐν Λιβύῃ, ἢ ἐν Σαρδόνι πραθῇ, ἐὰν Ῥωμαίων τις εἰς Σικελίαν παραγίγνηται, ἧς Καρχηδόνιοι ἐπάρχουσιν, ἴσα ἔστω τὰ Ῥωμαίων πάντα. Καρχηδόνιοι δὲ μὴ ἀδικείτωσαν δῆμον Ἀρδεατῶν, Ἀντιατῶν, Ἀρεντίνων, Κιρκαιιτῶν, Ταρρακινητῶν, μηδ᾽ ἄλλον μηδένα Λατίνων, ὅσοι ἂν ὑπήκοοι. Ἐὰν δέ τινες μὴ ὦσιν ὑπήκοοι τῶν πόλεων ἀπεχέσθωσαν. ἂν δὲ λάβωσι, Ῥωμαίοις ἀποδιδότωσαν ἀκέραιον, φρούριον μὴ ἐνοικοδομείτωσαν ἐν τῇ Λατίνῃ. ἐὰν ὡς πολέμιοι εἰς τὴν χώραν εἰσέλθωσιν, ἐν τῇ χώρᾳ μὴ ἐννυκτερευέτωσαν.

Alterius fœderis verba hæc fuiſſe idem Polybius eodem lib. ſcribit. Φιλίαν εἶναι Ῥωμαίοις καὶ τοῖς Ῥωμαίων συμμάχοις καὶ Καρχηδονίων, καὶ Τυρίων καὶ Ἰτυκαίων δήμῳ καὶ τοῖς τούτων συμμάχοις. Τοῦ καλοῦ ἀκρωτηρίου, Μαστίας Ταρσηΐου, μὴ λῄζεσθαι ἐπέκεινα Ῥωμαίους, μηδ᾽ ἐμπορεύεσθαι, μηδὲ πόλιν κτίζειν. ἐὰν δὲ Καρχηδόνιοι λάβωσιν ἐν τῇ Λατίνῃ πόλιν τινὰ μὴ οὖσαν ὑπήκοον Ῥωμαίοις, τὰ χρήματα καὶ τοὺς ἄνδρας ἐχέτωσαν, τὴν δὲ πόλιν ἀποδιδότωσαν. Ἐὰν δέ τινες τῶν Καρχηδονίων λάβωσί τινας, πρὸς οὓς εἰρήνη μὲν ἐστὶ ἔγγραπτος Ῥωμαίοις, μὴ ὑποτάττονται δέ τι αὐτοῖς, μὴ καταγαγέτωσαν εἰς τοὺς Ῥωμαίων λιμένας. ἐὰν δὲ καταχθέντος ἐπιλάβηται ὁ Ῥωμαῖος, ἀφιέσθω. ὡσαύτως δὲ μηδ᾽ οἱ Ῥωμαῖοι ποιείτωσαν. ἂν ἔκ τινος χώρας ἧς Καρχηδόνιοι ἐπάρχουσι, ὕδωρ ἢ ἐφόδια λάβῃ ὁ Ῥωμαῖος, μετὰ τούτων τῶν ἐφοδίων μὴ ἀδικείτω μηδένα. πρὸς οὓς εἰρήνη καὶ φιλία ἐστὶ Καρχηδονίοις, ποιείτω. εἰ δὲ μὴ ἰδίᾳ, μεταπορευέσθω, ἐὰν δέ τις τοῦτο ποιήσῃ, δημόσιον γινέσθω τὸ ἀδίκημα. Ἐν Σαρδόνι καὶ Λιβύῃ μηδεὶς Ῥωμαίων μήτ᾽ ἐμπορευέσθω, μήτε πόλιν κτιζέτω εἰ μὴ ἕως τοῦ ἐφόδια λαβεῖν, ἢ πλοῖον ἐπισκευάσαι. ἐὰν δὲ χειμὼν κατενέγκῃ, ἐν πένθ᾽ ἡμέραις ἀποτρεχέτω. ἐν Σικελίᾳ ἧς Καρχηδόνιοι ἐπάρχουσι, καὶ ἐν Καρχηδόνι πάντα καὶ ποιείτω, καὶ πωλείτω, ὅσα καὶ τῷ πολίτῃ ἔξεστιν. ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ Καρχηδόνιος ποιείτω ἐν Ῥώμῃ πάλιν.

Tertiò verò Fœdere quod eo tempore quo Pyrrhus Epirotarum Rex in Italiam traiecit, percuſſum fuit, ad ſuperiora capita, hæc acceſſiſſe ait. Ἐὰν δὲ συμμαχίαν ποιῶνται πρὸς Πύρρον ἔγγραπτον, ποιείσθωσαν ἀμφότεροι ἵνα ἐξῇ (ſic emendo) βοηθεῖν ἀλλήλοις ἐν

τῇ τῶν

τῇ τῶν πολεμουμένων χώρᾳ. Ὁπότεροι δ' ἂν χρείαν ἔχωσι τῆς βοηθείας, τὰ πλοῖα παρεχέτωσαν Καρχηδόνιοι, καὶ εἰς τὴν ὁδὸν, καὶ εἰς τὴν ἔφοδον. Τὰ δὲ ὀψώνια τοῖς αὑτῶν ἑκάτεροι. Καρχηδόνιοι δὲ καὶ κατὰ θάλατταν Ῥωμαίοις βοηθείτωσαν, ἂν χρεία ᾖ. τὰ δὲ πληρώματα μηδεὶς ἀναγκαζέτω ἐκβαίνειν ἀκουσίως. Sed & confecto Sicilienſi bello aliud & quartum Fœdus ictum in hãc ſententiam fuiſſe ſcribit: Ἐκχωρεῖν Καρχηδονίους Σικελίας καὶ τῶν νήσων, ἁπασῶν τῶν κειμένων Ἰταλίας μεταξὺ καὶ Σικελίας. τὴν ἀσφάλειαν ὑπάρχειν παρ' ἑκατέρων τοῖς ἑκατέρων συμμάχοις. μηδετέρους ἐν ταῖς ἀλλήλων ἐπαρχίαις μηδὲν ἐπιτάττειν. μηδ' οἰκοδομεῖν δημοσίᾳ, μηδὲ ξενολογεῖν, μηδὲ προσλαμβάνειν εἰς φιλίαν τῶν ἀλλήλων συμμάχοις, ἐξενεγκεῖν Καρχηδονίους ἐν ἔτεσι δέκα δισχίλια καὶ διακόσια τάλαντα, παραυτίκα δὲ δοῦναι χίλια. τοὺς αἰχμαλώτους χωρὶς λύτρων ἀποδοῦναι πάντας Καρχηδονίους τοῖς Ῥωμαίοις. Quinto verò Fœdere Punicum bellum finẽ accepiſſe refert, cuius, & alterius item cum Aſdrubale fœderis ſummã cõplectitur, his verbis. Συνθήκας ἐποιήσαντο τοιαύτας. Ἐκχωρεῖν Καρχηδονίους Σαρδόνος καὶ προσεκτῖσαι ἄλλα χίλια καὶ διακόσια τάλαντα, καθάπερ ἐπάνω προείπομεν. ἐπὶ δὲ τοῖς προειρημένοις, τελευταίας πρὸς Ἀσδρούβαν ἐν Ἰβηρίᾳ γίνονται διομολογήσεις, ἐφ' ᾧ μὴ διαβαίνειν Καρχηδονίους τῷ πολέμῳ τὸν Ἴβηρα ποταμόν. Hoc fœdus Appianus ἐν Λιβυκῇ ita perſtrinxit. Καρχηδονίοις ὅρος ἐν Ἰβηρίᾳ γίνεται, μὴ διαβαίνειν τὸν Ἴβηρα ποταμόν.

Alterius fœderis quod à Luctatio Cos. cum Carthaginienſibus ictum fuit, Liuius lib. XXI. meminit. Eo, vt ille ait, vtrorumque ſociis cauebatur. De Saguntinis tamen tunc nihil nominatim cautum, quia nondum ſocij erant: At poſteriore fœdere cum Aſdrubale icto, nominatim excepti fuere. Qua de re cùm incidiſſet controuerſia, dicebant Romani, etſi priore fœdere ſtaretur, ſatis cautum Saguntinis, propterea quod ſocij vtrinque excepti erant. Nam neque additum erat, IIS QVI TVNC ESSENT, NEC QVI POSTEA ASSVMERENTVR. Illo verò Luctatij fœdere diſertè cautum, ID ITA RATVM FORE, SI POPVLVS CENSVISSET, ibidem ſcribit. Confirmat Polybius lib. III. his verbis. Οὐ γὰρ προσέκειτο, καθάπερ ἐπὶ τοῖς Λυτατίου, κυρίας εἶναι ταύτας, ἐὰν καὶ τῷ δήμῳ δόξῃ τῶν Ῥωμαίων, ἀλλ' αὐτοτελῶς ἐποιήσατο τὰς ὁμολογίας Ἀσδρούβας. Ἐν αἷς ἦν, τὸν Ἴβηρα ποταμὸν μὴ διαβαίνειν ἐπὶ πολέμῳ Καρχηδονίους. Καὶ μὴν ἐν ταῖς περὶ Σικελίας συνθήκαις, ἦν ἔγγραπτον, καθάπερ κἀκεῖνοί φασιν, ὑπάρχειν τοῖς ἀμφοτέρων συμμάχοις τὴν παρ' ἑκατέρων ἀσφάλειαν. Οὐκ αὐτοῖς μόνον τοῖς τότε συμμαχοῦσι, καθάπερ ἐποιοῦντο τὴν ἐκδοχὴν οἱ Καρχηδόνιοι, προσέκειτο γὰρ ἄν, ἤτοι τὸ μὴ προσλαμβάνειν ἑτέρους συμμάχους παρὰ τοὺς προϋπάρχοντας, ἢ τὸ μὴ παραλαμβάνεσθαι τοὺς ὕστερον προσληφθέντας τούτων τῶν συνθηκῶν. ὅτε δὲ τούτων οὐδέτερον ἐγράφη, προφανὲς ἦν ὅτι πᾶσι τοῖς μετὰ ταῦτα προσληφθησομένοις, τὴν παρ' ἀμφοῖν ἀσφάλειαν ἀεὶ δέον ἦν ὑπάρχειν· ὃ δὴ καὶ πάντως ἂν εἰκὸς εἶναι δόξειεν.

Apud Liuium lib. XXX. Scipio Carthaginienſibus has pacis leges dicit. CAPTIVOS ET PERFVGAS ET FVGITIVOS RESTITVANT: EXERCITVS EX ITALIA ET GALLIA DEDVCANT: HISPANIA ABSTINEANT. INSVLIS OMNIBVS, QVÆ INTER ITALIAM ET AFRICAM SVNT, DECEDANT. NAVES LONGAS, PRÆTER VIGINTI, OMNES TRADANT. TRITICI QVINQVAGINTA, HORDEI CCC. MILLIA MODIVM, PECVNIÆ SVMMAM, QVANTAM IMPERAVERIT. Poſtea eis cũ multa caſtigatione perfidiæ monitis, vt tot cladibus edocti, tandem Deos & iuſiurandum eſſe crederent, conditiones pacis has ab eodẽ Scipione dictas refert, vt liberi LEGIBVS SVIS VIVERENT. QVAS VRBES, QVOSQVE AGROS, QVIBVSQVE FINIBVS ANTE BELLVM TENVISSENT, TENERENT: POPVLANDIQVE FINEM EO DIE ROMANI FACERENT. PERFVGAS, FVGITIVOSQVE ET CAPTIVOS OMNES, ET NAVES ROSTRATAS, PRÆTER DECEM TRIREMES, TRADERENT: ELEPHANTOSQVE QVOS HABERENT, DOMITOS, NEQVE DOMARENT ALIOS: BELLVM NEVE IN AFRICA NEQVE EXTRA AFRICAM INIVSSV POPVLI ROM. GERERENT. MASINISSÆ RES REDDERENT, FOEDVSQVE CVM EO FACERENT. FRVMENTVM, STIPENDIVMQVE AVXILIIS, DONEC AB ROMA LEGATI REDIISSENT, PRÆSTARENT: DECEM M. TALENTVM ARGENTI DESCRIPTA, PENSIONIBVS ÆQVIS, IN ANNOS L. SOLVERENT: OBSIDES CENTVM SCIPIONIS ARBITRATV DARENT, NEC MINORES XIIII. ANNIS, NEVE XXX. MAIORES: INDVCIAS ITA SE DATVRVM SI PER PRIORES INDVCIAS NAVES ONERARIÆ CAPTÆ, QVÆQVE FVISSENT IN NAVIBVS, RESTITVERENTVR: ALITER NEC INDVCIAS, NEC SPEM PACIS VLLAM ESSE. quibus legib9 pacẽ factã poſtea fuiſſe, ait. App. verò ἐν Λιβυκῇ, Scipionẽ primũ has pacis leges illis dixiſſe narrat, Μάγωνα μὲν ἀποπλεῖν ἐκ Λιγύων αὐτίκα, καὶ τοῦ λοιποῦ Καρχηδονίους μὴ ξενολογεῖν, μηδὲ ναῦς ἔχειν μακρὰς πλείους τριάκοντα, μηδὲ πολυπραγμονεῖν

οὓς ἔλαβον, Ρωμαίοις ἀγορὰν φέροντας, ἀποδοῦναι καὶ τὰ ἡρπασμένα ἅπαντα, ἢ τῶν ἀπολωλότων τιμήν, ἣν ἂν ὁρίσῃ Σκιπίων, ποινήν τε τοῦ ἀδικήματος χίλια τάλαντα εἰσενεγκεῖν. Idem Scipio has eis pacis leges dare ſe, ſi ita Senatui videatur, ibidem pronuntiat. Δίδομεν ὑμῖν καὶ ἔτι τὴν εἰρήνην, ὦ Καρχηδόνιοι, ἢν τάς τε ναῦς τὰς μακρὰς παραδιδῶτε Ρωμαίοις χωρὶς δέκα μόνων, καὶ τοὺς ἐλέφαντας ὅσους ἔχετε, καὶ ὅσα ἡρπάσατε πρώην, ἢ τῶν ἀπολωλότων τιμήν, ἐμοῦ τὰ ἀμφίβολα κρίνοντος, καὶ αἰχμάλωτα πάντα, καὶ αὐτομόλους, καὶ ὅσους Αννίβας ἐξ Ιταλίας ἤγαγε. Ταῦτα μὲν ἐν τριάκοντα ἡμέραις, ἀφ' οὗ ἂν εἰρήνη κριθῇ. ἐν δ' ἑξήκοντα ἡμέραις, Μάγωνα καὶ Λιγύων ἀποστῆναι, καὶ τὰς φρουρὰς ὑμᾶς ἐξαγαγεῖν ἐκ τῶν πόλεων, ὅσαι τῶν Φοινικίδων τάφρον ἐκτός εἰσι, καὶ ὅσα αὐτῶν ἔχετε ὅμηρα ἀποδοῦναι, καὶ ἐς Ρώμην ἑκάστου ἔτους ἀναφέρειν Εὐβοϊκὰ τάλαντα διακόσια ἐπὶ πεντήκοντα ἐνιαυτούς, καὶ μήτε ξενολογεῖν ἀπὸ Κελτῶν ἢ Λιγύων ἔτι, μὴ Μασσανάσσῃ, μήτε ἄλλῳ Ρωμαίων φίλῳ πολεμεῖν, μηδὲ στρατεύειν τινὰ Καρχηδονίων ἐπ' ἐκείνους ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. τὴν δὲ πόλιν ὑμᾶς ἔχειν, καὶ τὴν χώραν ὅσην ἐντὸς τῶν Φοινικίδων τάφρον ἔχετε, ἐμοῦ διαπλέοντος ἐς Λιβύην, Ρωμαίων τε εἶναι φίλους καὶ συμμάχους κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν, ἐὰν ἀρέσκῃ ταῦτα τῇ βουλῇ. ἀρεσάντων δὲ Ρωμαίους ἀναχωρεῖν ἐκ Λιβύης πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἡμέραις. Horum fœderum capita quædam attingit Liuius lib. XLII. *Carthaginenſes, ait, querebantur, præter agrum, de quo ante legati à Roma, qui in re præſenti cognoſcerent, miſsi eſſent, amplius ſeptuaginta oppida caſtellaque agri Carthaginienſis biennio proximo, Maſaniſſam vi armis poſſedisſe. Id illi cui nihil penſi ſit, facile eſſe: Carthaginienſes Fœdere illigatos ſilere.* PROHIBERI ENIM EXTRA FINES EFFERRE ARMA. *Quanquam ſciant, in ſuis finibus, ſi inde mundus pecterent, ſe geſturos bellum: illo haud ambiguo capite Fœderis deterreri, quo diſerte vetentur,* CVM SOCIIS POPVLI ROMANI BELLVM GERERE. In Fœdere etiam quod inter populum Ro. & Carthaginienſes factum eſt, ſcriptum inueniri, VT CARTHAGINIENSES QVOTQVOT ANNIS POPVLI RO. DAREM CERTVM PONDVS ARGENTI PVRI PVTI, Agell. lib. VI. cap. V. ex Alfeno IC. tradit.

Ex illis autem Ro. cum Carthaginienſibus Fœderibus quæ ex Polybio ſupra adſcripſimus, apparet, generale caput fœderum initiis apponi conſueuiſſe huiuſmodi, AMICITIA ESTO. Quod & Liuius lib. XXXVIII. comprobat, fœdus cum Antiocho in hæc ferè verba conſcriptum fuiſſe narrans. AMICITIA REGI ANTIOCHO CVM POPVLO ROMANO HIS LEGIBVS ET CONDITIONIBVS ESTO. NE QVEM EXERCITVM QVI CVM POPVLO ROMANO SOCIISVE BELLVM GESTVRVS ERIT, REX PER FINES REGNI SVI, EORVMVE QVI SVB DITIONE EIVS ERVNT, TRANSIRE SINITO, NEV COMMEATV, NEV QVA ALIA OPE IVVATO. IDEM ROMANI, SOCIIQVE ANTIOCHO, ET IIS QVI SVB IMPERIO EIVS ERVNT, PRÆSTENT. BELLI GERENDI IVS ANTIOCHO NE ESTO, CVM IIS QVI INSVLAS COLVNT, NEVE IN EVROPAM TRANSEVNDI. EXCEDITO VRBIBVS, AGRIS, VICIS, CASTELLIS, CIS TAVRVM MONTEM, VSQVE AD TANAIM AMNEM, ET A VALLE TAVRI, VSQVE AD IVGA QVA IN LYCAONIAM VERGIT. NE QVA ARMA EFFERTO EX IIS OPPIDIS, AGRIS, CASTELLISQVE, QVIBVS EXCEDAT: SI QVA EXTVLIT, QVÆ, QVOQVE OPORTEBIT RECTE RESTITVITO. NE MILITEM, NEV QVEM ALIVM EX REGNO EVMENIS RECIPITO. SI QVI EARVM VRBIVM CIVES QVÆ REGNO ABSCEDVNT, CVM REGE ANTIOCHO, INTRAQVE FINES EIVS REGNI SVNT, APAMEAM OMNES ANTE DIEM CERTAM REDEANT. QVI EX REGNO ANTIOCHI APVD ROMANOS SOCIOSQVE SVNT, IIS IVS ABEVNDI, MANENDIQVE ESTO. SERVOS, SEV FVGITIVOS, SEV BELLO CAPTOS, SEV QVI LIBER CAPTVS, AVT TRANSFVGA ERIT, REDDITO ROMANIS, SOCIISQVE. ELEPHANTOS TRADITO OMNES, NEQVE ALIOS PARATO. TRADITO ET NAVES LONGAS, ARMAMENTAQVE EARVM: NEVE PLVRES, QVAM DECEM NAVES ACTVARIAS, NVLLA QVARVM PLVSQVAM XXX. REMIS AGATVR, HABETO: NEVE MONEREM EX BELLI CAVSA QVOD IPSE ILLATVRVS ERIT. NEVE NAVIGATO CITRA CALICADNVM, NEVE SARPEDONEM, PROMONTORIA: EXTRA QVAM, SI QVA NAVIS PECVNIAM, STIPENDIVM, AVT LEGATOS, AVT OBSIDES PORTABIT. MILITES MERCEDE CONDVCENDI EX IIS GENTIBVS, QVÆ SVB DITIONE POPVLI ROMANI SVNT, ANTIOCHO REGI IVS NE ESTO: NE VOLVNTARIOS QVIDEM RECIPIENDI. RHODIORVM, SOCIORVMVE, QVÆ ÆDES ÆDIFICIAQVE INTRA FINES REGNI ANTIOCHI SVNT, QVO IVRE ANTE BELLVM FVERVNT, EO RHODIORVM, SOCIORVMVE SVNTO. SI QVÆ PECVNIÆ DEBENTVR,

TVR, EARVM EXACTIO ESTO. SI QVID ABLATVM EST, ID CONQVIRENDI, COGNOSCENDI, REPETENDIQVE, IVS ITEM ESTO. SI QVAS VRBES QVAS TRADI OPORTET, II TENENT, QVIBVS ANTIOCHVS DEDIT, EX IIS PRÆSIDIA DEDVCITO: VTIQVE RECTE TRADANTVR CVRATO. ARGENTI PROBI, XII. MILLIA ATTICA TALENLENTA DATO, INTRA DVODECIM ANNOS, PENSIONIBVS ÆQVIS. TALENTVM, NE MINVS PONDO LXXX. ROMANIS PONDERIBVS PENDAT, ET TRITICI DXL. MILLIA MODIVM. EVMENI REGI TALENTA CCCL. INTRA QVINQVENNIVM DATO: ET PRO FRVMENTO, QVOD ÆSTIMATIONE FIAT, TALENTA CXXVII. OBSIDES ROMANIS XX. DATO: ET PRO TRIENNIO MVTATO, NE MINORES OCTONVM DENVM ANNORVM, NEV MAIORES QVINVM QVADRAGENVM. SI QVI SOCIORVM POPVLI ROMANI VLTRO BELLVM INFERENT ANTIOCHO; VIM VI ARCENDI IVS ESTO: DVM NE QVAM VRBEM AVT BELLI IVRE TENEAT, AVT IN AMICITIAM ACCIPIAT. CONTROVERSIAS INTER SE IVRE AC IVDICIO DISCEPTENT: AVT, SI VTRISQVE PLACEBIT, BELLO. Appian. ἐν Συριακῇ, P. Scipionem ita Antiocho fœderis illius leges dicentem inducit. Δίδομεν δὲ ὅσα καὶ πρότερον αὐτῷ προὐτείνομεν, μικρὰ ἄττα προσθέντες, ὅσα καὶ ἡμῖν ἔσται χρήσιμα, καὶ αὐτῷ λυσιτελῆ πρὸς τὸ μέλλον ἐς ἀσφάλειαν. ἀπέχεσθαι μὲν αὐτὸν τῆς Εὐρώπης ὅλης, καὶ Ἀσίας τῶν ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου, καὶ τούτοις ὅροι τεθήσονται. παραδοῦναι δ' ἐλέφαντας ὅσους ἔχει, καὶ ναῦς ὅσας ἂν ἐπιτάξωμεν. ἐς δὲ λοιπὸν ἐλέφαντας μὲν οὐκ ἔχειν, ναῦς δὲ ὅσας ἂν ὁρίσωμεν. Δοῦναι δὲ καὶ εἴκοσι ὅμηρα, ἃ ἂν ὁ στρατηγὸς ἐπιγράψῃ, καὶ χρήματα ἐς τὴν τοῦδε τοῦ πολέμου δαπάνην δι' αὐτὸν γενομένου, τάλαντα Εὐβοϊκὰ αὐτίκα μὲν ἤδη πεντακόσια, καὶ ὅταν τὰς δὲ τὰς σπονδὰς ἡ Σύγκλητος ἐπιψηφίσῃ, δισχίλια καὶ πεντακόσια. Δώδεκα δ' ἔτεσιν ἄλλοις ἐπέτεια μύρια καὶ δισχίλια, τὸ μέρος ἑκάστου ἔτους ἀναφέροντ' ἐς Ῥώμην. ἀποδοῦναι δ' ἡμῖν αἰχμάλωτα καὶ αὐτόμολα πάντα, καὶ Εὐμενεῖ ὅσα λοιπὰ τῆς πρὸς Ἄτταλον τὸν Εὐμένους πατέρα συνθήκης ἔχει. Ταῦτα Ἀντιόχῳ πράττοντι ἀδόλως δίδομεν εἰρήνην τε καὶ φιλίαν, ὅταν ἡ Σύγκλητος ἐπιψηφίσῃ. Quæ Senatus decreto ſuo, vt ſubiicit, firmauit, paucis duntaxat additis, quæ ille complectitur his verbis. Ὅρους μὲν Ἀντιόχῳ τῆς ἀρχῆς εἶναι δύο ἄκρας, Καλυκάδνόν τε, καὶ Σαρπηδόνιον, καὶ τάσδε μὴ παραπλεῖν Ἀντίοχον ἐπὶ πολέμῳ. Ναῦς δὲ καταφράκτους δυόδεκα ἔχειν μόνας, αἷς ἐς τοὺς ὑπηκόους πολέμου κατάρχει. Πολεμούμενον δὲ καὶ πλείοσι χρῆσθαι. μηδένα δ' ἐκ τῆς Ῥωμαίων ξενολογεῖν, μηδὲ φυγάδας ἐξ αὐτῆς ὑποδέχεσθαι, καὶ τὰ ὅμηρα διὰ τριετίας ἐναλλάσσειν, χωρὶς γε τοῦ παιδὸς Ἀντιόχου. Cæterum de fœdere cum Æquis icto hæc Dionyſ. Halicar. lib. x. ſcribit. Καὶ πρὸς Αἰκανοὺς πρεσβευσαμένους ὑπὲρ εἰρήνης, ἐποιήσατο συνθήκας περὶ καταλύσεως τοῦ πολέμου, ἐν αἷς ἐγράφη, Πόλεις τε καὶ χώρας ἔχοντας Αἰκανοὺς, ὧν ἐκράτουν, ὅτε αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο Ῥωμαίοις, εἶναι ὑπηκόους, ἄλλο μὲν ὑποτελοῦντας μηδέν· ἐν δὲ τοῖς πολέμοις συμμαχίαν ἀποστέλλοντας, ὅσην δή ποτε, ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι σύμμαχοι.

Apud Liuium lib. XXXII. T. Quintius has Philippo Macedonum Regi in eorũ colloquio pacis leges dat, DEDVCENDA EX OMNIBVS GRÆCIÆ CIVITATIBVS REGI PRÆSIDIA ESSE. CAPTIVOS ET TRANSFVGAS SOCIIS POPVLI ROMANI REDDENDOS: RESTITVENDA ROMANIS EA ILLYRICI LOCA, QVÆ POST PACEM IN EPIRO FACTAM OCCVPASSET. PTOLEMÆO REGI ÆGYPTI REDDENDAS VRBES, QVAS POST PHILOPATORIS PTOLEMÆI MORTEM OCCVPASSET. SVAS POPVLIQVE ROMANI CONDITIONES HAS ESSE: CETERVM ET SOCIORVM AVDIRI POSTVLATA ÆQVVM ESSE. ATTALI REGIS LEGATVS: NAVES CAPTIVOSQVE, QVÆ AD CHIVM NAVALI PRÆLIO CAPTA ESSENT, ET NICEPHORIVM, VENERISQVE TEMPLVM, QVÆ SPOLIASSET, EVASTASSETQVE, PRO INCORRVPTIS RESTITVI. Ab eodem Quintio, pacem Philippo Macedonum Regi ex decem Legatorum ſententia datam idẽ Liuius lib. XXXIII. ſcribit, in has leges. OMNES GRÆCORVM CIVITATES, QVÆ IN EVROPA QVÆQVE IN ASIA ESSENT, LIBERTATEM AC SVAS LEGES HABERENT: QVÆ EARVM SVB DITIONE PHILIPPI FVISSENT, PRÆSIDIA EX HIS PHILIPPVS DEDVCERET: HIS QVÆ IN ASIA ESSENT, EVROMO PEDASISQVE ET BARGYLLIS, ET IASSO ET MYRINA, ET ABYDO, ET THASSO, ET PERINTHO. EAS QVOQVE ENIM PLACERE LIBERAS ESSE DECIANORVM LIBERTATE. QVINTIVS PRVSIÆ BITHYNIORVM REGI SCRIBERET, QVID SENATVI ET DECEM LEGATIS PLACVISSET. CAPTIVOS

M ij

TRANSFVGASQVE REDDERE PHILIPPVM ROMANIS, ET NAVES OMNES TECTAS TRADERE: QVIN ET REGIAM VNAM INHABILIS PROPE MAGNITVDINIS, QVAM SEXDECIM VERSVS REMORVM AGEBANT: NE PLVS QVINGENTIS ARMATORVM HABERET, NEVE ELEPHANTVM VLLVM. BELLVM EXTRA MACEDONIÆ FINES NE INIVSSV SENATVS GERERET: MILLE TALENTVM DARET POPVLO ROMANO: DIMIDIVM PRÆSENS, DIMIDIVM PENSIONIBVS DECEM ANNORVM. Idem Liuius lib. XXXIIII. cum Nabide Lacedæmoniorum Tyranno pacem factam ſcribit in hunc modum. *Inde Quintius adhibitis Legatis tantùm, Tribuniſque militum conditiones, in quas cum Tyranno pax fieret, has conſcripſit:* SEX MENSIVM INDVTIÆ VT ESSENT NABIDI, ROMANISQVE, ET EVMENI REGI, ET RHODIIS. LEGATOS EXTEMPLO MITTERENT ROMAM, T. QVINTIVS ET NABIS, VT PAX EX AVCTORITATE SENATVS CONFIRMARETVR. EX QVA DIE SCRIPTÆ CONDITIONES PACIS EDITÆ NABIDI FORENT, EA DIES VT INDVTIARVM PRINCIPIVM ESSET. ET VT EX EA DIE, INTRA DECIMVM DIEM, AB ARCIS CETERISQVE OPPIDIS, QVÆ IN ARGIVORVM AGRIS ESSENT, PRÆSIDIA OMNIA DEDVCERENTVR: VACVAQVE ET LIBERA TRADERENTVR ROMANIS: ET NE QVOD INDE MANCIPIVM REGIVM PVBLICVMVE AVT PRIVATVM EDVCERETVR: ET SI QVA ANTE EDVCTA FORENT, DOMINIS RECTE RESTITVERENTVR. NAVES QVAS CIVITATIBVS MARITIMIS ADEMISSET, REDDERET: NEVE IPSAM NAVEM VLLAM, PRÆTER DVOS LEMBOS, QVI NON PLVSQVAM SEXDECIM REMIS AGERENTVR, HABERET. PERFVGAS ET CAPTIVOS OMNIBVS SOCIIS POPVLI ROMANI CIVITATIBVS REDDERET, ET MESSENIIS OMNIA QVÆ COMPARERENT, QVÆQVE DOMI COGNOSCERENT. EXVLIBVS QVOQVE LACEDÆMONIIS LIBEROS ET CONIVGES RESTITVERET, QVÆ EARVM VIROS SEQVI VOLVISSENT: INVITA NE QVA EXVLIS COMES ESSET. MERCENARIORVM MILITVM NABIDIS, QVI AVT IN CIVITATES SVAS, AVT AD ROMANOS TRANSISSENT, IIS RES SVÆ OMNES RECTE REDDERENTVR. IN CRETA INSVLA NE QVAM VRBEM HABERET: QVAS HABVISSET, REDDERET ROMANIS. NE QVAM SOCIETATEM CVM VLLO CRETENSIVM AVT QVOQVAM ALIO INSTITVERET, NEV BELLVM GERERET CIVITATIBVS OMNIBVS QVAS IPSE RESTITVISSET, QVÆQVE SE SVAQVE IN FIDEM AC DITIONEM POPVLI ROMANI TRADIDISSENT, OMNIA PRÆSIDIA DEDVCERET: SEQVE IPSE SVOSQVE AB HIS ABSTINERET. NE QVOD OPPIDVM, NE QVOD CASTELLVM IN SVO ALIENOVE AGRO CONDERET. OBSIDES, EA ITA FVTVTVRA, DARET QVINQVE, QVOS IMPERATORI ROMANO PLACVISSET, FILIVM IN HIS SVVM: ET TALENTA CENTVM ARGENTI IN PRÆSENTI, ET QVINQVAGINTA TALENTA IN SINGVLOS ANNOS PER ANNOS OCTO. Syllam verò Mithridati has pacis leges dantem facit Appianus in Mithridatico. Ἐὰν τὸν στόλον ἡμῖν, ὃν ἔχεις, ὦ Ἀρχέλαε, παραδιδῷ πάντα Μιθριδάτης: ἀποδῷ δὲ καὶ στρατηγοὺς ἡμῖν, ἢ πρέσβεις, ἢ αἰχμαλώτους, ἢ αὐτομόλους, ἢ ἀνδράποδα ἀποδράντα καὶ Χίους, ἐπὶ τοῖσδε, καὶ ὅσους ἄλλους ἀνασπάστους ἐς τὸν Πόντον ἐποιήσατο, μεθῇ. Ἐξαγάγῃ δὲ καὶ τὰς φρουρὰς ἐκ πάντων φρουρίων χωρὶς ὧν ἐκράτει πρὸ τῆς δὲ τῆς παρασπονδήσεως. Ἐσενέγκῃ δὲ καὶ τὴν δαπάνην τήνδε τοῦ πολέμου, τὴν δι' αὐτὸν γενομένην. Καὶ στέργῃ μόνης ἄρχων τῆς πατρῴας δυναστείας, ἐλπίζω πείσειν Ῥωμαίους αὐτῷ μηδὲν ἐπιμνήσαι τῶν γεγονότων. Quas conditiones Mithridatem accepiſſe poſt aliquot interiecta, refert.

Fœderis autem cum Aetolis icti has fuiſſe leges ac conditiones Liuius lib. XXXVIII. refert. IMPERIVM MAIESTATEMQVE POPVLI RO. GENS ÆTOLORVM CONSERVATO SINE DOLO MALO. NE QVEM EXERCITVM QVI ADVERSVS SOCIOS AMICOSQVE EORVM DVCETVR, PER FINES SVOS TRANSIRE SINITO: NEVE VLLA OPE IVVATO. HOSTES EOSDEM HABETO, BELLVMQVE PARITER GERITO: PERFVGAS, FVGITIVOS, CAPTIVOSQVE REDDITO. ROMANIS SOCIISQVE, PRÆTERQVAM SI QVI CAPTI CVM DOMOS REDISSENT, ITERVM CAPTI SVNT: AVT SI QVI EO TEMPORE EX HIS CAPTI SVNT QVI TVM HOSTES ERANT ROMANIS, CVM INTER PRÆSIDIA ROMANA ÆTOLI ESSENT. ALIORVM

QVI

QVI COMPAREBVNT INTRA DIES CENTVM CORCYRÆORVM MAGISTRATIBVS SINE DOLO MALO TRADANTVR. QVI NON COMPAREBVNT, QVANDO QVISQVE EORVM PRIMVM INVENTVS FVERIT, REDDATVR. OBSIDES XL. ARBITRATV COS. RO. DATO NE MINORES XII. ANNORVM MAIORES XL. OBSES NE ESTO PRÆTOR, PRÆFECTVS EQVITVM, SCRIBA PVBLICVS: NEV QVIS QVI ANTE OBSES FVERIT APVD RO. CEPHALENIA EXTRA PACIS LEGES ESTO &c. QVÆ VRBES, QVI AGRI, QVI HOMINES, ÆTOLORVM IVRIS ALIQVANDO FVERVNT: QVI EORVM L. QVINTIO, CN. DOMITIO COSS. POSTVE EOS COSS. AVT ARMIS SVBACTI, AVT VOLVNTATE, IN DITIONEM POPVLI RO. VENERVNT, NE QVEM EORVM ÆTOLII RECEPISSE VELINT. AENIADÆ CVM VRBE AGRISQVE ACARNANVM SVNTO. In fœdere etiã quod cum Gaditanis auctore L. Martio Primipili Centurione ictum fuit, tum cum Carthago nixa duabus Hiſpaniis populo Ro. immineret, ac Sciplones duo extincti occidiſſent, ſcriptum fuiſſe, VT PIA ET ÆTERNA PAX ESSET. Item VT GADITANI MAIESTATEM POPVLI RO. COMITER CONSTRVARENT, Cic. pro Cornelio Balbo ſcribit. *Nihil eſt aliud in fœdere* (de Gaditano loquitur) *percutiẽdo, niſi* VT PIA ET ÆTERNA PAX SIT, *illud quam eſt, quod non eſt in omnibus fœderibus,* MAIESTATEM POPVLI RO. COMITER CONSERVENT. *Id habet hanc vim, vt ille ſit in fœdere inferior. Primùm verbi genus huius,* CONSERVANDI, *quo magis in legibus quam fœderibus vti ſolemus, imperantis eſt, non precantis. Deinde cum alterius* POPVLI MAIESTAS CONSERVARI IVBETVR *de altero ſiletur, certè ille populus in ſuperiore conditione cauſáque ponitur ponitur, cuius maieſtas fœderis ſanctione defenditur.* Proculus in L. VII. D. de captiu. & poſtlim. reuerſ. LIBER POPVLVS *eſt is qui nullius alterius populi poteſtati eſt ſubiectus: ſiue is fœderatus eſt:* Item SIVE ÆQVO FOEDERE, *in amicitiam venit: ſiue fœdere comprehenſum eſt,* VT IS POPVLVS ALTERIVS POPVLI MAIESTATEM COMITER CONSERVARET. *Hoc enim adiicitur, vt intelligatur alterum populum ſuperiorem eſſe non vt intelligatur alterum non eſſe liberum.* Seruius in lib. III. Aeneid. ad hunc verſum. *Cognatáſque vrbes, Cognatas,* ait, *vrbes, quidam in honorem Auguſti dictas accipiunt. Is enim cum in Epiro Nicopolim conderet, cauit in fœdere ipſius ciuitatis,* VI, SICVT COGNATI, OBSERVARENTVR A ROMANIS. Liu. lib. XXVI. conſcriptas conditiones narrans, quibus Aetoli in amicitiam ſocietatémque populi Ro. venirent: additum ait, VT SI PLACERET, VELLENTQVE, EODEM IVRE AMICITIÆ ELEI, LACEDÆMONIIQVE, ASIÆQVE ET ILLYRIORVM REGES ESSENT. BELLVM VT EXTEMPLO ÆTOLI CVM PHILIPPO TERRA GERERENT. NAVIBVS NE MINVS XX. QVINQVEREMIBVS ADIVVARET ROMANVS. VRBIVM CORCYRA TENVS, AB ÆTOLIA INCIPIENTI, SOLVM, TECTAQVE, ET MVRI CVM AGRIS, ÆTOLORVM: ALIA OMNIS PRÆDA POPVLI RO. ESSET. DARENTQVE OPERAM ROMANI, VT ACARNANIAM ÆTOLI HABERENT. SI ÆTOLI PACEM CVM PHILIPPO FACERENT, FOEDERI ADSCRIBERENT, ITA RATAM EORVM PACEM SI PHILIPPVS ARMA AB ROMANIS, SOCIISQVE, QVIQVE EORVM DITIONIS ESSENT, ABSTINVISSET. ITEM SI POPVLVS RO. FOEDERE IVNGERETVR REGI, VT CAVERET, NE IVS EI BELLI INFERENDI ÆTOLIS, SOCIISQVE EORVM ESSET.

Sanè fœdera quæ inter populum Ro. & Iudaicum intereeſſetunt, percenſet Ioſeph. lib. XII. antiq. Iudaic. cap. XVII. lib. XIII. cap. XVII. & lib. XIIII. cap. XVI. Eorum exẽpla quia ſupra lib. II. in capite de Societate & Amicitia Senatus conſultis iungi ſolita, adduxi, nõ committam, vt in ταυτολογίας crimen vocari poſſim.

Illud interdum fœderibus comprehendebatur, VT EOSDEM AMICOS ATQVE INIMICOS, FOEDERATI HABERENT. Teſtimonio eſt fœdus cum Rhodiis M. Marcello & Seruio Sulpitio Coſſ. renouatum: quo adſcriptum erat, EOSDEM SE HOSTES HABITVROS QVOS SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS. Quod ego ex literis didici, quæ à Lẽtulo ad Senatum populúmque Ro. ſcriptæ habentur lib. XII. familiar. Epiſtol. Ciceronis Liuius etiam lib. XXXVII. Aetolorum legatis duas pacis conditiones latas ait, vt VEL SENATVI LIBERVM ARBITRIVM DE SE PERMITTERENT, VEL MILLE TALENTVM DARENT: EOSDEMQVE AMICOS ATQVE INIMICOS HABERENT. Idẽ alio eiuſdẽ libri loco eorũdẽ Aetolorũ Legatos refert ab vno Senatore, PERMITTERENT ARBITRIVM DE SE

POPVLO ROMANO? Deinde ab altero, HABITVRINE EOSDEM QVOS POPVLVS RO. SOCIOS ET HOSTES ESSENT? Idē lib. XXXVIII. narrat Fuluiū Coſ. pacem petentibus Aetolis reſpondiſſe, ÆTOLOS NISI INERMES, DE PACE AGENTES, NON AVDITVRVM SE: ARMA ILLIS PRIVS, EQVOSQVE OMNES TRADENDOS ESSE: DEINDE MILLE TALENTVM ARGENTI POPVLO RO. DANDVM: CVIVS SVMMÆ DIMIDIVM PRÆSENS NVMERETVR, SI PACEM HABERE VELLENT. AD EA ADIECTVRVM ETIAM IN FOEDVS ESSE, VT EOSDEM QVOS POPVLVS RO. AMICOS, ATQVE HOSTES HABEANT. Et ita hodiéque in eiuſmodi fœderibus quæ vulgari noſtro ſermone liguas offenſiuas & defenſiuas appellamus, vetus & tralatitium caput hoc apponitur, futuros qui paciſcuntur, amicorum amicos, & inimicorum inimicos.

Præterea Fœderibus olim, vt etiamnum adſolet, vltro citróque, eorum qui fœdus & amicitiam inter ſe iungebant, Fœderati comprehendebantur, quos nominatim adſcribere moris erat. Liuius lib. XXIII. de Fœdere inter Romanos & Philippū Macedonū regem, *P. Sempronius conditiones pacis dixit*, VT PARTHINI, ET DIMALLVM, ET BARGVLVM, ET EVGENIVM ROMANORVM ESSENT, *Atintanas miſsis Romam legatis ab Senatu impetraſſe, vt Macedoni accederent. In eas conditiones cùm pax conueniſſet, ab rege* FOEDERI ADSCRIPTI, PRVSIA BITHYNIÆ REX, ACHÆI, BOEOTI, THESSALI, ACARNANES, EPIROTÆ. *Ab Romanis*, ILLIENSES, ATTALVS REX, PLEVRATVS, NABIS LACEDÆMONIORVM TYRANNVS, ELEI, MESSENII, ATHENIENSES. *Hæc conſcripta conſignatáque ſunt, & in duos menſis induciæ factæ, donec Romam mitterentur legati, vt populus in has cōditiones pacem iuberet.* Plinius lib. III. Nat. hiſtor. cap. IIII. *Vocontiorum ciuitatis fœderatæ duo capita, Vaſco & lucus Auguſti. Oppida verò ignobilia,* XIX. *ſicut* XXIIII. *Nemauſientibus attributa. Adiecit* FORMVLÆ *Galba Imperator ex Inalpinis Auanticos, atque Ebroduntios.*

Ne Peregrinorum quidem fœdera tacēda ſunt. Liuius lib. XXIII. auctor eſt, fœdus & amicitiam per legatos Philippum Macedonum Regem cum Annibale iunxiſſe legibus his, VT PHILIPPVS REX QVAM MAXIMA CLASSE (*ducentas autem videbatur effecturus*) IN ITALIAM TRAIICERET, ET VASTARET MARITIMAM ORAM, BELLVM PRO PARTE SVA TERRA MARIQVE GERERET. VBI DEBELLATVM ESSET, ITALIA OMNIS, CVM IPSA VRBE ROMA, CARTHAGINIENSIVM ATQVE ANNIBALIS ESSET, PRÆDAQVE OMNIS ANNIBALI CEDERET. PERDOMITA ITALIA, NAVIGARENT IN GRÆCIAM, BELLVMQVE CVM QVIBVS REGIBVS PLACERET, GERERENT. QVÆ CIVITATES CONTINENTIS INSVLÆ AD MACEDONIAM VERGVNT, EÆ PHILIPPI REGNIQVE EIVS ESSENT. *In has fermè leges*, ait Liuius, *inter Pœnū ducē, legatóſq; Macedonum ictū fœdus.* Idē lib. XXIII. Cāpanos cū Annibale pacē his conditionibus feciſſe ſcribit. NE QVIS IMPERATOR, MAGISTRATVSVE POENORVM, IVS VLLVM IN CIVEM CAMPANVM HABERET: NEVE CIVIS CAMPANVS INVITVS MILITARET, MVNVSVE FACERET. VT SVÆ LEGES, SVI MAGISTRATVS, CAMPANIS ESSENT. VT TRECENTOS EX ROMANIS CAPTIVOS POENVS DARET CAMPANIS, QVOS IPSI ELEGISSENT: CVM QVIBVS EQVITVM CAMPANORVM, QVI IN SICILIA STIPENDIA FACERENT, PERMVTATIO FIERET. Eiuſdem Annibalis iuſſu, narrante Liuio lib. XXIIII. Locrenſibus pax data fuit, VT LEGIBVS SVIS VIVERENT: VIÆ PARITER ET PORTVS IN POTESTATE LOCRENSIVM ESSENT: SOCIETAS EO IVRE STARET: ET POENVS LOCRENSEM, LOCRENSISQVE POENVM BELLO AC PACE IVVARET. Germanorum verò, Inſubtium, Heluetiorum, Iapidum, nonnullorum itē ex Gallia Barbarorum fœderibus exceptum fuiſſe Cic. pro Corn. Bal. ſcribit, NE QVIS EORVM A ROMANIS CIVIS RECIPERETVR. Formulam vtique pacis inter M. Antonium, Octauiū Cæſarē & Sex. Pōpeium initæ, ex Appiani lib. Bellor. ciuil. & Velleio Paterc. lib. II. petendam ſignaſſe ſat eſt.

Sciendum eſt autem, ex Liuio lib. XXXIIII. Tria fuiſſe Fœderum genera, quibus Reges ciuitatéſque inter ſe amicitias, ſocietatéſque paciſcerentur. Vnum, cùm bello victis dicebantur leges, Vbi enim omnia ei qui armis plus poterat, dedita erant, quæ ex

iis

iis habere victos, quibus mulctati eos vellet, ipſius ius atque arbitrium erat. Alterum cùm pares bello, æquo fœdere in Pacem atque Amicitiam veniebant. Tunc enim repetebantur, reddebantúrque, per conuentionem res, & ſi quarum turbata poſſeſſio erat, eæ aut ex formula iuris antiqui, aut ex partis vtriuſque commodo componerentur. Tertium erat genus, cùm, qui hoſtes nunquam fuerant, ad amicitiam ſociali fœdere inter ſe iungendam coibant. Hi neq; dicebant, neque accipiebant leges: id enim victoris & victi erat. Ex hoc genere cùm rex Antiochus eſſet, mirari ſe Quintio dicebat, quòd Romani æquum cenſerent ei leges dicere, quas Aſiæ vrbium liberas & immunes, quas ſtipendiarias eſſe vellent: quas intrare præſidia regia, tegémque vetarent. Cũ Philippo enim hoſte pacem, non cum Antiocho amico, ſocietatis fœdus ita ſanciẽdũ fuiſſe. Liuius lib. IX. *Theates Apuli impetrauerunt, vt fœdus daretur: neque vt* ÆQVO *tamen* FOEDERE, *ſed vt in ditione populi Ro. eſſent.* Eius generis fœdus fuiſſe à Mancino cum Numantinis ictum Appianus ἐν Ἰβηρικῇ ita ſcribit: Καὶ μεθ' ἡμέραν ἀγχωμάλων, περισχόντων αὐτὸν Νομαντίνων, καὶ πάντας ἀποκτείνειν ἀπειλούντων, εἰ μὴ συνθοῖτο εἰρήνην, Συνέθετο ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ Ῥωμαίοις καὶ Νομαντίνοις. Virgil. lib. XI.

ET FOEDERIS ÆQVAS
DICAMVS LEGES, *ſociósque in regna vocemus.*

Eiuſmodi fœdus Æneas cum Latino iungit apud eundem lib. XII. Æneid. his verſibus,

Non ego nec Teucris Italos parere iubebo,
Nec mihi regna peto: PARIBVS SED LEGIBVS AMBÆ
Inuictæ gentes æterna IN FOEDERA MITTAM.

Eô certè alluſiſſe eum non dubium eſt lib. IIII. Æneid. cùm ait,

Si quod, NON ÆQVO FOEDERE *amantes*
Curæ numen habet.

Liuius lib. VII. *Vt qui* EX ÆQVO NOS IN AMICITIAM VENISSE *meminiſſemus.* Idem lib. XXIII. *Quod* FOEDVS ÆQVVM *dedimus: quod leges noſtras.* Ad Fœderum vtiq; formulas bellè alludit Petronius Arbiter Satyrico, his verbis: *Vtitur pœnitentiæ occaſione dux Eumolpus, & caſtigato antè vehementiſſimè Lica,* TABVLAS FOEDERIS SIGNAT, *queis hæc formula erat.* EX TVI ANIMI SENTENTIA, VT TV TRIPHÆNA, NEQVE INIVRIAM TIBI FACTAM A GYTONE QVERARIS, NEQVE SI QVID ANTE HVNC DIEM FACTVM EST, OBIICIAS, VINDICABISVE, AVT VLLO ALIO GENERE PERSEQVENDVM CVRABIS: VT TV NIHIL IMPERABIS PVERO REPVGNANTI, NON AMPLEXVM, NON OSCVLVM, NON COITVM VENERE CONSTRICTVM, NISI PRO QVA RE PRÆSENTES NVMERAVERIS DENARIOS CENTVM. ITEM LICA, EX TVI ANIMI SENTENTIA, VT TV ENCOLPION, NEC VERBO CONTVMELIOSO INSEQVARIS, NEC VVLTV, NEQVE QVÆRES VBI NOCTE DORMIAT, AVT SI QVÆSIERIS, PRO SINGVLIS INIVRIIS NVMERABIS PRÆSENTES DENARIOS DVCENTOS. IN HÆC VERBA FOEDERIBVS COMPOSITIS ARMA DEPONIMVS: ET NE RESIDVA IN ANIMIS ETIAM POST IVSIVRANDVM IRA REMANERET; PRÆTERITA ABOLERI OSCVLIS PLACET.

Pactis autem pacis de his qui bello capti erant, caueri conſueuiſſe oſtendit Triphonin. in L. XII. D. de captiu. & poſtl. his verbis, *In pace poſtliminium eſt his qui bello capti erant: de quibus* NIHIL IN PACTIS ERAT COMPREHENSVM. Pompon. in L. XX. eodem tit.: *Si captiuus, de quo in pace cautum fuerat,* VT REDIRET, *ſua voluntate manſit* &c.

Quandoq; etiam inter hoſtes in breue, & in præſens tempus conueniebat, NE INVICEM SE LACESSERENT. Quod, Inducias, vocabant interprete Paulo in L. XIX. §. Induciæ, D. de captiu. & poſtlim. Varro autem in libro Humanarum, qui erat de bello & pace, Inducias definiebat eſſe, PACEM CASTRENSEM PAVCORVM DIERVM. Quam tamen definitionem Agellius lib. I, cap. XXV. mordet: Induciáſque ita dictas credit, quaſi tu dicas,

INDE VTI IAM. Pactum enim Indutiarum ait eſſe eiuſmodi, VT IN DIEM CERTVM NON PVGNETVR, NIHILQVE INCOMMODI DETVR: SED EX EO DIE, POSTEA VTI IAM, OMNIA BELLI IVRE AGANTVR. *Quod dicitur dies certus præfinitus, pactúmque ſit,* VT ANTE EVM DIEM NE PVGNETVR, ATQVE IS DIES VBI VENIT, INDE VTI IAM PVGNETVR: *idcirco ex iis quibus dixi vocibus quaſi per quendam coitum & copulam, nomen Indutiarum connexum eſt.* Cuius notationis fides penes auctorem erit. Nos in medio rem relinquimus. Cæſar lib. III. de bello Ciu. Induтias à Bibulo poſtulatas ſcribit, dum à Pompeio redire poſſet, néve alter alteri noceret.

Confecto bello, Exercitus nobis dimittendus eſt. Erant autem multa Miſſionum genera, quæ Vlpianus enumerat in L. II. §. I. D. de his qui notant. infa. *Eſt enim*, ait, HONESTA, *quæ emeritis ſtipendiis, vel antè, ab Imperatore indulgetur: &* CAVSARIA, *quæ propter valetudinem laboribus militiæ ſoluit. Eſt* IGNOMINIOSA. IGNOMINIOSA *autem* MISSIO *toties eſt, quoties is qui mittit, addit nominatim,* IGNOMINIÆ CAVSSA SE MITTERE. *Semper enim debet addere, cur miles mittatur.* Ignominioſæ planè Miſſionis elegans formula extat in Hircij, ſiue Oppij lib. de bello Africo. Illic enim Cæſar ignauos petulantéſque milites his verbis ab exercitu dimittit: QVAPROPTER C. AVIENE, QVOD IN ITALIA MILITES POPVLI RO. CONTRA REMP. INSTIGASTI, RAPINASQVE PER MVNICIPIA FECISTI, QVODQVE MIHI REIQVE PVBLICÆ INVTILIS FVISTI, ET PRO MILITIBVS, TVAM FAMILIAM, IVMENTAQVE IN NAVES IMPOSVISTI, TVAQVE OPERA, MILITIBVSQVE, TEMPORE NECESSARIO RESPVBLICA CARET: OB EAS RES IGNOMINIÆ CAVSSA AB EXERCITV MEO TE REMOVEO, HODIEQVE EX AFRICA ABESSE, ET QVANTVM POTES, PROFICISCI IVBEO. ITEMQVE TE A. FONTEI, QVOD TRIBVNVS MILITVM SEDITIOSVS, MALVSQVE CIVIS FVISTI, AB EXERCITV DIMITTO. T. ALLIENE, M. TYRO C. CLVSIANE, CVM ORDINES IN MEO EXERCITV BENEFICIO NON VIRTVTE CONSEQVVTI, ITA VOS GESSERITIS, VT NEQVE BELLO FORTES, NEQVE PACE BONI, AVT VTILES FVERITIS, ET MAGIS IN SEDITIONE, CONCITANDISQVE MILITIBVS ADVERSARIORVM NOSTRORVM IMPERATORIS, QVAM PVDORIS MODESTIÆQVE FVERITIS STVDIOSIORES, INDIGNOS VOS ESSE ARBITROR, QVI IN MEO EXERCITV ORDINES DVCATIS: MISSOSQVE FACIO, ET QVANTVM POTESTIS, ABESSE EX AFRICA IVBEO. Aliâs inuenio hac in re veteres vſos his verbis, DISCEDITE QVIRITES, ATQVE ARMA DEPONITE. Apud Lucanum certè lib. V. Cæſar ita milites dimittit,

—DISCEDITE CASTRIS,

TRADITE NOSTRA VIRIS IGNAVI SIGNA, QVIRITES.

Quod exēplum ſecutus fertur Imp. Alexād. Seuer. de quo Lāpridius hæc narrat: *Mota ſeditione in caſtris, cùm Alexander tribunal aſcendiſſet, vinctíſque omnibus ad tribunal adductus, circūſtantibus militibus & quibuſdā armatis ita cœpit.* COMMILITONES, *ſi tamē iſta vobis quæ à veſtris facta ſunt diſplicent, diſciplina maiorum Rempub. tenet: quæ ſi dilabitur, & nomen Romanum & imperium amittemus, neque enim ſub nobis iſta facienda ſunt, quæ ſub impura illa beſtia nuper facta ſunt. Milites Romani veſtri ſocij, mei contubernales & commilitones, amant, potant, lauant, Græcorum more etiam quidam ſe inſtituunt. Hoc ego diutius feram? & non eos capitali dedam ſupplicio? Tumultus poſt hoc ortus eſt. atque iterum:* QVI IN CONCIONE *eſtis, vocem in bello contra hoſtem, non contra Imperatorem veſtrum neceſſariam emittite: certè campiductores veſtri hanc vos docuerunt contra Sarmatas & Germanos ac Perſas emittere: non contra eum qui acceptam à prouincialibus annonam, qui veſtem, qui ſtipendia vobis attribuit. Continete igitur vocem truculentam campo ac bellis neceſſariam,* NE VOS HODIE OMNES VNO ORE, ATQVE VNA VOCE, QVIRITES, DIMITTAM: *& incertum, an* QVIRITES. *Non enim digni eſtis, qui vel Romanæ plebis ſitis, ſi ius Romanum non agnoſcitis. Et cùm vehementius fremerent, ac ferro quoque minarentur:* DEPONITE, *inquit, dextras con-*

tra hoſtes erigendas, ſi fortes eſtis. Me enim iſta non terrent. Si enim vnum hominem occideritis, non nobis deerit Reſp. non Senatus, non P.R. qui de vobis vindicet. Cùm nihilominus poſt iſta fremerẽt, exclamauit, QVIRITES, DISCEDITE, ATQVE ARMA DEPONITE. Cæſarianam autem illam Miſſionem Appianus & Dio diuerſis verbis concipiunt. Ille enim lib.II. bellor. Ciuil. Militibus miſſionem poſtulantibus, Cæſarem nihil cunctatum reſpondiſſe ait, ἀφίημι τῆς στρατείας. Hic verò lib.XLI. ita cum loquentẽ facit: Παύσατε μὲν δὴ ταῦτα τῆς στρατιᾶς, ὥ τι ἂν ἡμᾶς ὀνομάσαιμι. Seuerus verò apud Herodianum lib.II. Milites ita exauctorat: κελεύω ἀποζῶσαί τε ὑμᾶς καὶ ἀποδύσαντας, εἴ τινας περικεῖσθε ἐσθῆτας στρατιωτικὰς, γυμνοὺς ἀποπέμπειν. Παραγγέλλω τε ὑμῖν ἀπιέναι ὡς πορρωτάτω τῆς Ῥώμης, ἀπειλῶ καὶ διόμνυμαι καὶ προαγορεύω κολασθήσεσθαι κεφαλικῶς, εἴ τις ὑμῶν ἐντὸς ἑκατόστου σημείου ἀπὸ τῆς Ῥώμης φανείη. Scipio autem caſtris abegiſſe inutilem multitudinem dicitur, ab Appiano ἐν λιβυκῇ, his verbis, ἄπιτε πάντες ἐκ τοῦ στρατοπέδου σήμερον, ὅσοι μὴ στρατεύεσθε, χωρὶς τῶν ἐπιτετραμμένων ὑπ' ἐμοῦ μένειν. Commeatus vtique dandi formulam exhibet Liuius lib.XXI. Annibalis ore, hoc modo: ITAQVE CVM LONGINQVA AB DOMO INSTET MILITIA, INCERTVMQVE SIT, QVANDO DOMOS VESTRAS, ET QVÆ CVIQVE IBI CHARA SVNT VISVRI SITIS: SI QVIS VESTRVM SVOS INVISERE VVLT, COMMEATVM DO: PRIMO VERE EDICO ADSITIS, VT DIIS BENE IVVANTIBVS, BELLVM INGENTIS GLORIÆ, PRÆDÆQVE FVTVRVM INCIPIAMVS. Atque hac Miſſionum Commeatúſq; formula, Militares formulas miſſas faciemus.

BARN. BRISSONII REGII CONSISTORII CONSILIARII, AMPLISSIMIQVE SENATVS PARISIENSIS PRÆSIDIS,

DE FORMVLIS, ET SOLLEMNIBVS populi Ro. verbis.

LIB. V.

A SAGIS ad Togas, à Paludamẽtis ad Prætextas, remiſſo, exutóque, quod per aliquot paginarum ſpatium Militares Formulæ indixerant, iuſtitio, redeundum eſt. Hoc enim libro, hærere in foro, volitare in tribunalibus, lites ſequi, iudicia obire, decreui. Quem latè olim patentem campum, exiguis hodie finibus, non minus veterum librorum iactura, quàm Conſtantini, de Formulis & Impetrationibus actionum ſublatis, conſtitutio circumſcripſit. Enitar tamen, quantum labore efficere, ac diligentia conſequi potero, vt hac quoque in parte otij mei ratio conſtet. Et quoniam omnium actionum inſtituendarum principium, à Titulo de in Ius vocando, proficiſci Iuſtinianus dixit, inde quoque ſermonis huius initium ducere commodum videtur. Verba autem quibus iuris ſui experiundi gratia, ad Prætorem euocare olim aduerſarios ſolebant, erant huiuſmodi, IN IVS EAMVS: vel, IN IVS VENI, SEQVERE AD TRIBVNAL: vel, IN IVS AMBVLA. Prioris formulæ teſtes habeo locupletiſſimos, Plautum, & Terẽtium. Apud illũ enim Pœnulo Act. v. Sc. IIII. Hanno Pœnus,

> ITE, *ait*, IN IVS, *ne moramini,*
> *Anteſtante me atque duce.*

Eiuſdémque comœdiæ Sc. penult. Agoraſtocles lenonem ita in Ius vocat, LENO, EAMVS IN IVS. Apud hunc verò, Phormione Act. v. Sc. VIII. Demipho Phormionem appellans, IN IVS EAMVS, ait. Sed & Seneca in ἀποκολοκυντώσει Pedonem Pompeium his verbis Claudium in ius vocantem facit, IN IVS EAMVS: *ego tibi ſellas oſtendam* Martialis lib. II. Epigrammat.

> IN IVS, *ô fallax atque infitiator,* EAMVS.

Et lib. XII.

> *Sit tandem pudor, aut* EAMVS IN IVS.

Alterius Formulæ auctor mihi eſt Plinius in Panegyrico: *Dicitur*, ait ille, *actori atque procuratori tuo*, IN IVS VENI, SEQVERE AD TRIBVNAL. Poſterioris verò

Plautus,

Plautus, compluribus in locis. Vt in Curculione, Act.v.Sc.II. Phedr.

Qui ſcias mercari furtiuas atque ingenuas virgines,
AMBVLA IN IVS.

Et paullo pòſt,

Ergo AMBVLA IN IVS.

Et in Perſa Act.IIII. Sc.vlt.

Age, AMBVLA IN IVS *Leno*. *D. quid me* IN IVS VOCAS?

Et paullo pòſt,

Sum ſurdus, AMBVLA, SEQVERE HAC.

Idem Rudente Act.III. Sc.vlt.

Ego hunc ſceleſtum in Ius rapiam exulem:
AGE, AMBVLA IN IVS.

Et mox,

In Iure cauſam dicito: hic, verbum ſat eſt.
SEQVERE. LA. *Obſecro te, ſubueni, mi Charmides,*
Rapior obtorto collo.

Similiter apud Terẽtiũ Phormio. Act.v.Sc.VIII. Demipho Phormioni, IN IVS AMBVLA. Interdum etiam Plautus eandem Formulam concipit in hunc modum, IN IVS VOCO. Veluti Pœnulo Act.v.Sc.IIII.

Moramini, IN IVS VOCO.
Niſi honeſtiu' ſit prehendi.

Rurſus eiuſdem Comœd. Sc.penult.

Leno, IN IVS TE VOCO.

Idem Aſinar. Act.II. Sc.IIII.

IN IVS VOCO TE.

Et Perſa Act.IIII. Sc.vlt.

Sed ego IN IVS VOCO.

Quod ſi vocati in ius, protinus & illicò non ſequerentur, ſed fruſtrarentur & morarentur, pedémve ſtruerent, teſtimonium iis qui præſtò aderant, denuntiabatur, his verbis, LICET ANTESTARI? quæ hoc ſignificabant, Licétne vobis teſtibus ad hanc rem vti? Illi vbi, LICET, reſpondiſſent, annuiſſéntve, aurem in qua memoriæ ſedem veteres locabant, porrigebant, qua molliter tacta, atque apprehenſa, monebantur rei geſtæ memores eſſe. Quo facto manu iniecta aduerſarius, ni ſatiſdaret, in ius rapi, obtortóque collo ad Prætoris tribunal trahi poterat. Hunc morem omnium apertiſſimè Horatius expreſſit lib.III. Sermonum, *auris*

—Caſu venit obuius illi
Aduerſarius: &, QVÒ TV, ait, TVRPISSIME? *magna*
Exclamat voce: &, LICET ANTESTARI? *Ego verò*
Oppono auriculam: RAPIT IN IVS, *clamor vtrinque.*

Plaut. Curculio Act.v.Sc.II.

Ph. AMBVLA IN IVS. *M. non eo*. Ph. LICET ANTESTARI? M. *Nõ licet.*
Ph. *Iupiter te malè diſperdat miles: Inteſtatus viuito.*
C. *At ego, quem* LICET. Ph. *tu accede huc, Curculio:* M. *ſeruum* ANTESTARI? C. *Vide*
Hem, vt ſcias me liberum eſſe. M. *Ergo* AMBVLA IN IVS. *Hem tibi.*
C. O CIVES, CIVES. M. *Quid clamas?* Ph. *Quid iſtum tibi tactio eſt?*
M. *Quia mihi libitum eſt.*

Qui Plauti locus vulgò perſonarum ſerie permixta ac confuſa, mirè perturbatus eſt.

Vadimoniorum etiam, quæ iudicio ſiſtendi cauſa fiebant, certam fuiſſe ac ſollemnem conceptionem, Cicero Epiſt.XIIII. lib.II. Epiſtol. ad Qu. Fratrem oſtendit, *Trebatium*, inquiens, *quòd ad ſe miſerim, perſalsè & humaniter etiam mihi gratias agit. Negat enim in tanta multitudine eorum qui vnà eſſent, quemquam fuiſſe*, QVI VADIMONIVM CON-

CIPERE POSSET. Satiſdabat vtique reus ſe in Ius venturum, fideiuſſorêſque dabat, qui eum certo die IVDICIO SISTI, aut QVANTI EA RES ESSET, promitterent. Cicero pro Quintio: *Ita diſceditur, vt,* IDIBVS SEPTEMBRIS P. QVINTIVM SISTI ALPHENVS PROMITTERET. *Venit Romam Quintius*: VADIMONIVM SISTIT. Idem ex Titulis, Qui ſatiſd. cogan. & Si quis cautionib. Iudic. ſiſten. cau. fac. in Pandectis perſpicuè apparet. Acro ad illum Horatij verſum lib. I. Sermo. Sat. I.

Ille datis vadibus qui rure extractus in vrbem,

Vadibus, ait, *ſponſoribus: à vadimonio, quod promittit, is qui ad iudicium vocatur,* CERTO DIE ADFVTVRVM. *Vades ideò dicti, quod qui eos dederit, vadendi, id eſt, diſcedendi habet poteſtatem.*

Ex Vadimoniorum planè ſollemnibus verbis hæc erant, IN DIEM TERTIVM, SIVE PERENDINVM: quorum Cicero pro Muræna meminit, quô loci addubitaſſe Prudẽtes ſcribit, DIEM TERTIVM, an PERENDINVM dici oporteret. Ea verba notis hiſce ſcribi ſolita I. D. T. S. P. Valerius Probus tradit. Aſcon. in III. in Verrem. COMPERENDINATIO *eſt ab vtriſque litigatoribus inuicem ſibi denuntiatio* IN PERENDINVM DIEM. *Namque cùm in rem aliquam agerent litigatores, & pœna ſe ſacramenti peterent,* POSCEBANT IVDICEM: QVI DABATVR *poſt trigeſimum diẽ: quo dato, deinde inter ſe* IN PERENDINVM DIEM, VT AD IVDICIVM VENIRENT, DENVNTIABANT, *quo cũ eſſet ventum antequã cauſſa ageretur, quaſi per indicẽ rem exponebãt, quod ipſum dicebatur.* CAVSÆ CONIECTIO, *quaſi cauſæ ſuæ in breue coactio.* Sacerdotes certè populi Ro. tunc cũ in DIEM TERTIVM dicere vellent, DIE PERENDINI dixiſſe Agell. lib. x. cap. XXIIII. auctor eſt. Illa porrò verba de quibus inter iuriſcõſultos nõ cõueniſſe Cic. ait, ad vadimonia pertinuiſſe, eoq; referẽda eſſe, docet Agellius lib. VII. Noct. Attic. cap. I. de Scipione Africano oppidum quoddam obſidente agens. *Et quodam die ius in caſtris ſedens dicebat, atque ex eo loco id oppidum procul videbatur. Tum è militibus qui in iure apud eum ſtabãt, interrogauit quiſpiã ex more,* IN QVEM DIEM, LOCVMQVE VADIMONIVM PROMITTI *iuberet. Et Scipio manum ad ipſam, oppidi quod obſidebatur arcem protendens,* PERENDIE, *inquit,* SE SISTANT ILLO LOCO. Priſcis quidem temporibus, Actorem denũtiaſſe aduerſario, vt Iudicio certa & ſtata die adeſſet, Theophil. tradit in §. Appellamus Inſtit. de actionib. vbi & Iuſtinianus, in perſonã Actiones, inde CONDICTIONVM nomen inueniſſe ſcribit, quod CONDICERE priſca lingua denuntiare ſignificabat. CONDICTIONEM etiam Paulus in Feſti Pomp. Epitome, in diem certum eius rei quæ agitur, denuntiationem, interpretatur. Hinc & STATVS CONDICTVS DIES CVM HOSTE, apud Plaut. Curculio. Act. I. Sc. I. Agell. lib. XVII. cap. III. Verùm vetuſtas Denuntiationum ambages ſuſtulere Impp. Arcad. Honor. & Theodoſ. conſtitutione ad Aemilianum Pf. v. quæ ponitur in L. ſi quis debiti, ſub Tit. de denuntiatio. vel edit. reſcrip. in Cod. Theod.

Reus planè qui vadimonium promiſerat, iudicio adeſſe ſeſe, citatus reſpondebat, his fermè verbis, ECCE SISTO ME. Indicat Plautus Curculio. Act. I. Sc. III. cùm ait,

Vbi tu es qui me conuadatus veneriis vadimoniis?
Vbi tu es qui me libello venerio citaſti?
SISTO EGO TIBI ME, *& mihi contra itidem* VT SISTAS
Suadeo.

Cui Phædromus reſpondet,

ASSVM: *nam ſi abſim, haud recuſem, quin mihi malè ſit mel meum.*

Iam vbi in Ius ventũ erat, interdum à Prætore Aduocati petebantur, quos ſe petentibus daturum Edicto pollicebatur, L. I. D. de poſtulan. Cic. ad Trebat. Epiſt. XI. lib. VII. Familiar. *Ego omnibus, vnde petitur, hoc conſilij dederim, vt à ſingulis interregibus* BINAS ADVOCATIONES *poſtulent. Satiſne tibi videor ius ciuile didiciſſe?* Seneca in Proœmio lib. III. Controuerſiar. *Tanta illi perturbatio fuit, vt* ADVOCATIONEM PETERET. Idem in ἀποκολοκυντώσει. *Tandem procedit Petronius vetus conuictor eius, &* POSTVLAT ADVOCATIONEM, Et lib. I. de ira. *Deinde* ADVOCATIONEM *etiã ſibi* PETIT,

TIT, *vt excutiendæ veritati ſpatium habeat.* Et lib. III. *Si in hoc erit* PETITA ADVOCATIO, *iudicium apparebit eſſe, non iram.* De aduocato autem à Prætore dato lepidum Siculi cuiuſdam reſponſum à Cicer. lib. II. de Orato. refertur. Nam cùm ei Scipio Prætor patronum cauſæ dediſſet hoſpitem ſuum, hominem nobilem, ſed admodum ſtultum, QVÆSO, inquit ille, PRÆTOR, *aduerſario meo* DA ISTVM PATRONVM: *Deinde mihi neminem dederis.*

Poſtulabantur etiam à Prætore Iudices, qui de ea re qua de agebatur, cognoſcerent. Videntur autem id deſiderantium verba fuiſſe hæc, PRÆTOR, IVDICEM ARBITRVMVE POSTVLO VTI DES. Quæ ſingularibus hiſce literis, P.I.A. V.P.V. D. Valer. Prob. teſtatur. Vnde Cic. Occaſionem ſeu maledicti, ſeu ioci arripuit in Orat. pro Muræna: *Iam illud*, inquiens, *mihi quidem mirum videri ſolet, tot homines, tam ingenioſos, per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, vtrum* DIEM TERTIVM, *an* PERENDINVM, IVDICEM AN ARBITRVM, REM AN LITEM, *dici oporteret.* Nam & in actionibus disiunctiuè dictum, QVAM REM SIVE LITEM, Varr. lib. VI. de lingua Lat. comprobat his verbis. *Quibus res erat in controuerſia, ea vocabatur* LIS. *Ideò in actionibus videmus dici,* QVAM REM SIVE LITEM DICERE OPORTET. Et ita in formula Relationis ſeu Conſultationis de bello apud Liu. lib. I. QVARVM RERVM LITIVM, CAVSARVM, &c. In Iudice verò collocando, addicendóve, dici ſolitum, SI ALIVM PROCAS, NIVE EVM PROCAS, hoc eſt, poſcis, Feſt. Pomp. in verbo, *Procum*, tradit. Seruius etiam ad finem verſus lib. I. Æneid. *Penitúſque procacibus auſtris: Procax*, ait, *propriè petax eſt. nam* PROCARE, *eſt petere, vnde proci petitores vocantur.*

Porrò, quandoque contentione aliqua orta, iurgióve moto, Iudicem aduerſario Ferre ſe dicebat is qui ad iudiciũ prouocabat. Sic apud Liu. lib. VIII. Q. Fabius aduerſus Papyrij Curſoris ſeueritatẽ ad populũ prouocãs, *Eúmque tibi*, ait, *Exercitus, Senatúſque iudicium fugienti* IVDICEM FERO, *qui certè vnus plus quàm tua Dictatura pollet.* Idem lib. III. *Proinde, vt ille iterum ac ſæpius prouocet, ſic ſe iterum ac ſæpius* IVDICEM ILLI FERRE. Et lib. IX. *Quem tibi tuarum irarum, quem meorum ſuppliciorum* IVDICEM FERAM? Cicero lib. II. de Oratore: *Vt Sergius ille Galba* CVM IVDICES *L. Scribonio Tribuno pleb.* FERRET *familiares ſuos.* Et alio eiuſdem libri loco, M. Flaccum multis probris Scipioni obiectis ei P. Mucium Iudicem tuliſſe refert. Quinetiam interdum in Iudicem litigatores conſentiebant, ex eorúmque conuentione is Iudex Addicebatur, vt apparet ex L. LXXX. D. de iudic. Valer. Max. lib. II. cap. VIII. *Itaq; Iudex* INTER EOS CONVENIT *Attilius Calatinus.*

Planè qui iudicẽ aliquẽ reiiciebãt, eos ſollẽnibus verbis illũ ſibi iniquũ, eieraſſe puto. Nec me leuis cõiectura ad id credendũ impellit. Hoc enim rectè colligi mihi videtur ex his Ciceronis lib. II. de Orato. verbis: *Placet etiam mihi illud Scipionis illius, qui T. Gracchum perculit. Cùm ei Flaccus multis probris obiectis P. Mutium* IVDICEM TVLISSET, EIERO, *inquit,* INIQVVS EST. Idem lib. V. in Verrem: *Scandilius* POSTVLARE *de conuentu* RECVPERATORES. *Tum iſte negat ſe de exiſtimatione ſua cuiquam, niſi ſuis commiſſurum. Negotiatores putant eſſe turpe* ID FORVM SIBI INIQVVM EIERARE, *vbi negotientur. Prætor prouinciam totam,* SIBI INIQVAM EIVRAT. Idem Philipp. XII. *Itaque vt alacres & læti ſpe pacis oblata, inter ſe impij ciues, quaſi viciſſent, gratulabantur, ſic* ME INIQVVM EIERABANT, *& de me querebantur.* Eum ſiquidem apud quem odio, aut gratia altera pars præualeret, quíque litigatori quaqua ratione infenſus eſſet, perturbationíſve alicuius, quæ eũ à rectè iudicando auerteret, ſuſpicione laboraret, iniquum iudicem habitum, vulgatum eſt.

Aliam reiiciendi Iudicis formulam porrigit Plin. in Panegyr. *Licet*, ait ille, REIICERE: *licet exclamare,* HVNC NOLO: TIMIDVS EST, *& bona ſeculi parum intelligit.* ILLVM NOLO, QVIA CÆSAREM FORTITER AMAT. Et paullo pòſt: *Liberum eſt diſceptanti dicere*, NOLO EVM ELIGERE.

Ceterùm plerumq; ſacramento litigatores inter ſe contendebant, vt ex Varrone, Cicerone, & Feſto Pomp. pridẽ patefactum eſt. Quia in re videntur recepta fuiſſe verba hæc, QVANDO NEGAS, TE SACRAMENTO QVINGENARIO PROVOCO. Quæ in numerum notarum iuris Valer. Prob. retulit. Apud eundẽ de eodem ſacramento hæ notæ conſpiciuntur, Q. N. S. Q. id eſt, vt ille interpretatur, QVANDO NEGAT, SACRAMENTO QVÆRITO. Quam fuiſſe Prætoris pronuntiationem quidam exiſtimant.

Sponſionibus etiam ſe inuicem qui contendebant prouocare conſueuerant, ſiue actionibus, ſiue interdictis experturi eſſent. Eas particula hac, N I, conceptas fuiſſe teſtimoniis multis confirmabo. Cicero lib. v. in Verr. *P. Rubrius Q. Apronium ſponſione laceſſiuit*, NI APRONIVS DICTITARET TE SIBI IN DECVMIS ESSE SOCIVM. Et poſtea: *Sponſio eſt*, NI TE APRONIVS IN DECVMIS SOCIVM ESSE DICAT. Idē Orat. VII. in eūdem Verr. *Cogere eum cœpit, cùm ageret nemo, nemo poſtularet*, HS *duobus millibus ſponſionem facere cum lictore ſuo*, NI FVRTIS QVÆSTVM FACERET. Idem pro Cæcinna: *Facta eſt ſponſio*, NI CÆCINNA RESTITVTVS, EX EDICTO PRÆTORIS ESSET. Et alio eiuſdem Orationis loco: *Optimè ſponſionē facere poſſent*, NI ADVERSVS INTERDICTVM PRÆTORIS VIS FACTA ESSET. Idē in Piſo. *Cùm ego eum Cœlimontana introiſſe dixiſſem, ſponſione*, NI ESQVILINA INTROIISSET, *homo promptus laceſſiuit*. Item lib. III. Offic. *Fimbriam, audiebam de patre noſtro puer, Iudicem Mario Luctatio fuiſſe, equiti Rom. ſanè honeſto, cū is ſponſionem feciſſet*, NI VIR BONVS ESSET. Et Epiſt. XXI. lib. VII. Familiar. ad Trebat. *Cùm ei dicerem, tibi videri, ſponſionem illam nos ſine periculo facere poſſe*, NI BONORVM TVRPILIÆ POSSESSIONEM Q. CÆPIO PRÆTOR EX EDICTO SVO MIHI DEDIT. Quo fit vt exiſtimē, vt apud Ciceronē pro Quītio legendum: *Iubet P. Quintium ſponſionem cum Sex. Næuio facere*, NI BONA SVA EX EDICTO P. BVRRIENI PRÆTORIS DIES XXX. POSSESSA ESSENT. Aſcon. in III. contra Verr. *Sponſione ipſe prouocatur ab aduerſario, certæ pecuniæ, aut æſtimationis, quam amittat*, NI SVA SIT HEREDITAS DE QVA CONTENDIT. Agellius lib. XIIII. cap. II. Noct. Attic. hæc ex Catonis Oratione quā is pro L. Turio, contra Cn. Gellium dixit, verba citat: *Nunc ſi ſponſionem feciſſet Gellius cum Titio*, NI VIR MELIOR ESSET GELLIVS, QVAM TITIVS, *nemo opinor tam inſanus eſſet, qui iudicaret meliorem eſſe Gellium quàm Titium*.

Stipulationes in ea re vltrò citróque interceſſiſſe, ac STIPVLATVM vnum, RESTIPVLATVM verò alterum docet Valerius Maximus lib. II. cap. VIII. L. Lutatij Cos. & Valerij Prætoris contentionem de Triumpho narrans: *Pertinaciúsque*, ait, *progreſſa contentione, Valerius ſponſione Lutatium prouocauit*, NI SVO DVCTV CLASSIS PVNICA ESSET OPPRESSA. *Nec dubitauit*, RESTIPVLARI *Lutatius*. Hanc tamen Sponſionum formulam per voculam, QVOD, bis extulit idem Valer. Max. Veluti lib. VI. cap. I. *Sed ſponſionem ſe facere paratum diceret*, QVOD ADOLESCENS ILLE PALAM ATQVE APERTE CORPORE QVÆSTVM FACTITASSET. Similiter lib. VII. cap. II. *Iudex addictus de ſponſione quam is cum aduerſario*, QVOD VIR BONVS ESSET, *fecerat*.

In iudice quoque ferendo eandē particulā, N I, adhibitā Liu. lib. III. oſtendit, cū ait: *Proinde, vt ille iterū, ac ſæpius prouocet, ſeſe iterū ac ſæpius* IVDICEM ILLI FERRE, NI VINDICIAS AB LIBERTATE IN SERVITVTEM DEDERIT. Idem eod. lib. NI ITA ESSET, *multi priuatim* PEREEANT *Volſcio* IVDICEM. Plaut. Ruden. Act. v. Sc. vlt.

Cedo qui cùm habeam iudicem,

NI DOLO MALO INSTIPVLATVS SIS, NIVE ETIAM DVM SIEM QVINQVE ET VIGINTI NATVS ANNOS.

Poſtulabantur autem à Prætore iudicia. Cicero III. in Verrem. *in eum* IVDICIVM *de profeſſione iugerum* POSTVLABATVR. Idem lib. II. Epiſtolar. ad Attic. *Et cùm eſſet damnatus, erat* IVDICIVM POSTVLATVRVS. Iulianus in L. minor, D. de Euictionib. *Seius* POSTVLABAT APVD PRÆTOREM, VTILEM SIBI DE EVICTIONE STIPVLATIONEM IN TITIVM DARI. Paul. in L. ſi quis cum, D. comm. diuid. *Pomponius ſcripſit poſci iudicem poſſe à quolibet ſociorum*.

Præterea poſtulatum à Prætore, VT ABSENTIS, vel, QVI IVDICIO NON STITISSET, BONA EX EDICTO POSSIDERE LICERET, Cicero in Orat. pro Quintio docet. Idem lib. III. in Verr. *Inſimulant hominem fraudandi cauſa diſceſſiſſe*: POSTVLANT, VT BONA POSSIDERE LICEAT.

Iam quibus verbis Prætores Aduocati compellarent, ex Agellij vno & item altero loco liquebit. Sic enim lib. XV. cap. V. *Quapropter vrbaniſſimè reſpondiſſe Pretorem, nō indoctum virū barbatulo cuidā ex aduocatorū turba, Sulpitius Apollinaris in quadam Epiſtola ſcriptū reliquit. Nā cùm ille, inquit, Rabula, audaculus ita poſtulaſſet, verbáq; ita feciſſet*: OMNIA, VIR CLARISSIME, NEGOTIA, DE QVIBVS TE COGNITVRVM ESSE HO-

DIE DIXISTI, DILIGENTIA ET VELOCITATE TVA, PROFLIGATA SVNT. *Vnum id ſolùm relictum eſt,* DE QVO ROGO, AVDIAS. *Tum Prætor ſatis ridiculè:* AN ILLA NEGOTIA DE QVIBVS IAM COGNOVISSE ME DICIS, PROFLIGATA SVNT, EQVIDEM NESCIO. HOC AVTEM NEGOTIVM QVOD IN TE INCIDIT, PROCVLDVBIO, SIVE ID AVDIAM, SIVE NON AVDIAM, PROFLIGATVM EST. Idē Agellius lib. II.cap.XXII.verba Varronis ex Satyra refert hæc, *Memini ego Prætoris docti hominis Tribunali me fortè aſſiſtere, atque ibi aduocatum non incelebrem ſic poſtulare, vt quam cauſam diceret, rémque quæ agebatur, non attingeret. Tunc Prætorem, ei cuia res erat, dixiſſe,* ADVOCATVM EVM NON HABERE: *& cùm is quia ea verba faciebat, reclamaſſet:* EGO ILLI, VIR CLARISSIME, SVPERSVM, *reſpondiſſe Prætorem feſtiuiter,* TV PLANE SVPERES, NON ADES. Marcellus in L.proximè, D.de his quæ in teſtam. delent. Viuium Zenonem aduocatum apud Imp. Antoninū hæc, in cognitione quadam teſtamentaria, dixiſſe refert, ROGO, DOMINE IMPERATOR, AVDIAS ME PATIENTER.

In formulis autem iudiciorum dandorum principem locum tenuiſſe verba hæc, SI PARET, non eſt ignotum: id quod Cicero Orat. pro Roſc. Comœdo apertiſſimè demonſtrat. Idem in Diuinatione: *Vt hoc Quæſtori Cæcilio, viro optimo & homini æquiſſimo, nuntiatum eſt, vocari ad ſe Agonidem iubet: Iudicium dat ſtatim,* SI PARERET, EAM SE ET SVA, VENERIS ESSE, DIXISSE. Idem lib.III.in Verrem: *Dabat iſte iudicium,* SI PARERET, IVGERA EIVSMODI FVNDI ESSE PLVRA, QVAM COLONVS PROFESSVS ESSET, *tum vti Xeno damnaretur.* Et alio eiuſdem Orationis loco: *Quærebant, quæ in verba Recuperatores daret: reſpondebat,* SI PARERET ADVERSVS EDICTVM FECISSE. Feſt. Pomp. PARRET, *quod eſt in formulis, debuit & producta priore ſyllaba, & non gemino,* R, *ſcribi: vt fieret,* PARET, *quod eſt, inueniatur: vt comparet, apparet,* Petron. Arbiter Satyrico,

Iuriſconſultus PARET, NON PARET, *habetō;*
Atque eſto quidquid Seruius & Labeo.

Hæc formula à Theophilo in §.æquè, Inſtitut.de action ib. & §.tutores, Inſtitut.de his per quos agere poſſ. & Conſtantin. Hermenop. lib.I. Epit. Tit.II. Græcè redditur his verbis, Ei φαίνεται.

ACTIONES CERTE in perſonam liquet mihi adfirmare datas hac formula, SI PARET TITIVM MÆVIO DARE FACERE OPORTERE, SEMPRONIVS IVDEX ESTO. Quæ poſtrema duo verba notis hiſce ſcripta I. E. ex Valerio Probo & Iſidoro lib.I. Etymologiar. conſtat. Totius verò huius formulæ, vel vnus idoneus teſtis eſſet Cicero pro Roſc. Comœdo his verbis: *Eius rei ipſa verba formulæ, teſtimonio ſunt: Quid eſt in iudicio? directum, aſperum, ſimplex,* SI PARET HS. IↃↃↃ. DARI OPORTERE. Et paullo pòſt: *Quæro abs te, quid ita de hac pecunia, de his ipſis* HS. IↃↃↃ, *de tuarum tabularum fide, compromiſſum feceris, arbitrū ſumpſeris,* QVANTVM ÆQVIVS MELIVS SIT DARI, REPROMITTI, SI PARERET. Hanc etiā actionū in perſonam formulā Iuſtinianus tribus locis perſpicuè comprobat. Vnus eſt in §. is quoque qui non debitum, Inſtitut. quib. mod. re contrah. oblig. *Nam perinde,* ait, *ab eo condici poteſt,* SI PARET EVM DARE, FACERE, OPORTERE, *ac ſi mutuum accepiſſet.* Alter eſt in §. ſic itaque diſcretis, Inſtitut. de actionib. *Certum eſt non poſſe actorem ſuam rem ita ab aliquo petere,* SI PARET EVM DARE OPORTERE. Tertius eſt in §. præterea, Inſtitut. de perpet. & temporalib. actionib. *Qua de cauſa efficax eſt aduerſus eum actio, qua actor intendit,* SI PARET EVM DARE OPORTERE. Theophil. in §.tutores, Inſtitut. de his per quos agere poſſ. Ὅτι ὁ προκουράτωρ εἰ μὴ ἄκτωρ ἐστὶν, οὕτως εἴωθε κρίνειν, Εἰ φαίνεται τὸν ἀντίδικον Χρέμην Δοῦναι Τιτίῳ, οὗ εἰμὶ προκουράτωρ, καταδίκασον αὐτὸν, ὦ δικαστά. Et mox, Εἰ δέ τις ἐνάγεται ὡς προκουράτωρ, ὁ κανὼν οὕτως ὀφείλει λέγειν, Εἰ φαίνεται Δοῦναι χρεῶν Σεῖον δέκα νομίσματα, καταδίκασον Πέτρον τὸν αὐτοῦ Προκουράτορα εἰς δέκα νομίσματα.

Sanè eos qui condicebant, ſeu in perſonam agebant, intendere ſolitos, DARI SIBI

OPORTERE, Iuriſconſultorum indicio, plurimis in locis planum fit. Scæuola in L. ſi duo, D. de ſolutionib. *Quod ſi* INTENDAT DARI SIBI OPORTERE, *vel ideò* DARI OPORTET IPSI, *quòd heres exiſtit*. Modeſtin. in L. liber homo, D. de verb. oblig. *Liber homo in ſtipulatum deduci non poteſt: & quia nec* DARI OPORTERE INTENDI, *nec eius æſtimatio præſtari poteſt*. Paulus in L. ſi vnus, D. de ſeruit. ruſt. præd. *Sed ſi omnes ſtipulentur. ſiue communis ſeruus, ſinguli ex ſociis ſibi*, DARI OPORTERE, *petere poſſunt*. Iulianus in L. non quocumque, § 1. D. de lega. 1. *rectè ex teſtamento petam*, EAM MIHI DARE OPORTERE. Vlpianus in L. 11. § idem Iulianus, D. quod certo loco, *An is qui Epheſi ſibi, aut Titio, dari ſtipulatus eſt, ſi alibi Titio ſoluatur, nihilominus poſſit* INTENDERE, SIBI DARI OPORTERE. Et in L. ſi quis à me, D. de actionib. emp. *Pomponius poſſe dici ait, venditorem* SIBI DARI OPORTERE QVOD PLVS EST, PETERE. Et in L. ſi ad libertatē, D. de noxalib. actionib. *Si is qui pro ſeruo moritur, ignorans eum deceſſiſſe, noxale iudicium acceperit, abſolui debet, quia deſiit verum eſſe, propter eum* DARI OPORTERE. Iuſtinian. in Tit. de exceptionib. *Si metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapſus, ſtipulanti Titio promiſiſti, quod non debueris promittere, palam eſt iure ciuili te obligatum eſſe, & actio, qua* INTENDITVR DARI OPORTERE, *efficax eſt*. Idē in §. plus autem. Inſtitut. de actionib *Si is, qui ita ſtipulatus fuerit, Epheſi dare ſpondes? Romæ* INTENDAT DARI SIBI OPORTERE. Denique Valerius Probus in Iuris notis numerat has. A. T. M. D. O, id eſt, AIO TE MIHI DARE OPORTERE: quibus proculdubio verbis actorum in huiuſmodi actionibus intentio concipiebatur. Hanc autem DARI OPORTERE, formulam, ad condictiones ſolas pertinuiſſe: ab actionibus verò in rem alienam fuiſſe auctor eſt Iuſtin. in §. ſic itaque diſcretis. Inſtit. de actionib. Nemo enim rem ſuam DARI SIBI OPORTERE intendebat, niſi ſi aduerſus furē condictione furtiua experiretur.

Enimuerò quod obligatione aliqua (quo ex fonte in perſonam actiones manaſſe nemo neſcit) debebatur, his plerumque generalibus verbis deſignabatur, QVOD TE MIHI DARE, FACERE OPORTET, L. Et vno, D. de acceptilationib. L. emptor, & L. à te hominem, & l. vlt. D. de Nouationib. L. ſi à colono, D. de verbor. obligationib. L. quod te, D. ſi cert. pet. L. cùm rem, D. rem pup. ſal. fo. Iiſdémque verbis vſos eos qui quæ ſibi ab aliis debebantur, legabant, docet L. ſi ita ſcripſiſſet, D. de lega. 11. L. cùm ita, & L. ſi ei, D. de libera. leg.

Eadē quoque verborum formula concipi ſolebat iuſiurandum, quod creditores debitoribus deferentibus præſtabant. Paulus in L. cum qui, §. 1. D. de iureiurando: *Si Iurauero te* STICHVM MIHI DARE OPORTERE. & §. vlt. *Si iurauero*, VSVMFRVCTVM DARI MIHI OPORTERE. In L. nam poſteaquam, in principio, D. eodem tit. *An hoc ſolùm quæritur, an iurauerit*, DARI SIBI OPORTERE. & § 1. eiuſdem L. *Si is qui temporaria actione mihi obligatus erat, detulerit iuſiurandum, vt iurem eum* DARE OPORTERE, & §. præterea. *Si fraudator detulerit iuſiurandum creditori, vt iuraret* DECEM SIBI DARI OPORTERE. & §. iuſiurādū. *Si datus ad petendum procurator iurauerit* DARI MIHI OPORTERE. Atq; vt actor reo deferente iurabat DARI SIBI OPORTERE., ſic & reus, DARI SIBI NON OPORTERE. L. ſi duo, §. vlt, D. de iureiurando. *Si quis iurauerit in re pecuniaria per Genium Principis* DARE SE NON OPORTERE. In L. quoties, D. eodem. *Veluti de pecunia credita cùm iurat actor*, SIBI DARI OPORTERE: *vel reus*, SE DARE NON OPORTERE. & L. Si ſeruus, D. eod. *Si ſeruus iurauerit dominum* DARE NON OPORTERE. L. qui iuraſſe, §. ſi pater filium, D. eod. *Si pater filium* DARE NON OPORTERE *iurauerit*. & L. vlt. in prin. *Creditore qui de mutua pecunia contra pupillum contendebat, iuſiurandum deferente pupillus iurauit*, SE DARE NON OPORTERE. & §. ſi fideiuſſor, *Si fideiuſſor iurauerit* SE NON DARE OPORTERE. & §. vltimo. *Si defenſor abſentis vel præſentis iurauerit eum quem defendit* DARE NON OPORTERE. In L. in duobus, §. igitur, D. eod. tit. *Si cùm ex ſtipulatu iudicatum ſolui conueniretur, iurauit* SE DARE NON OPORTERE. Et §. vlt. *Si fortè reus extra iudicium actore deferente iurauerit* SE DARE NON OPORTERE. Et in L. quòd ſi deferente, D. quib. mod. pign. *Si deferente creditore iurauit debitor* SE DA-

RE

RE NON OPORTERE, *pignus liberatur.* Hermogen. in L. vlt. D. de exceptionib. *Filiusfamilias exceptionem patri quærit, ſi eum* DARE NON OPORTERE IVRAVERIT. Simili modo, Cõfeſſiones ab his qui perſonali actione conueniebantur, conceptas oſtendit, L. certum, §. ſ. D. de confeſſ. *Si quis incertum confiteatur, vel corpus* SIT CONFESSVS, STICHVM, VEL FVNDVM DARE SE OPORTERE.

Verbum autem hoc, OPORTERE, non ad facultatem Iudicis pertinebat, qui poterat, vel pluris, vel minoris, condemnare: ſed ad veritatem referebatur, quemadmodum Paulus tradit in L. verbum oportere, D. de verb. ſignific. Item, QVI SIBI DARE FACERE OPORTERE, intendebat, ſatis habebat quoduis eorum probare, ait L. ſæpe, D. eod. tit. Planè qui argentũ vel aurũ depoſitum petebat, ſpeciem & pondus complecti debebat, auctore Vlp. in L. 1. §. ſi quis argentum, D. depoſiti. SCYPHVM fortè vel LANCEM, vel PATERAM dicendo, & MATERIAM ET PONDVS addẽdo. Sed & ſi purpura eſſet infecta, vel lana, PONDVS SIMILITER ADIICIENDVM: ſaluo eo, vt ſi de quantitate ponderis incertũ eſſet, iuranti ſuccurreretur. Item, Si ciſta ſignata depoſita eſſet, Trebatio placebat ciſtam repetendam, non ſingulatum rerum depoſiti agendum.

Cæterùm Formulis Prætoriis interdum latiſſima poteſtas arbitro, ex æquo & bono ſtatuendi quid alterum alteri præſtare oporteret, concedebatur. Id fiebat, additis atque inſertis verbis, EX FIDE BONA. Cicero III. Officior. *Atque iſte dolus malus legibus erat vindicatus, vt tutela* XII. *Tab. & circumſcriptio adoleſcentium lege Lætoria: & ſine lege, Iudiciis, in quibus additur,* EX FIDE BONA. Idem eodem lib. *Arbitrum illum adegit,* QVIDQVID SIBI DARE FACERE OPORTERET, EX FIDE BONA. Et paullo pòſt: *Quæ quidem Scæuola Pont. Max. ſummam vim eſſe dicebat in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur,* EX FIDE BONA. Idem Topicis: *In omnibus igitur iis Iudiciis, in quibus,* EX FIDE BONA *eſt additum, plurimus eorum viſus eſt.* Valer. Max lib. VIII. cap. II. *Calpurnius domum demoliri coactus, M. Porcium Catonem, inclyti Catonis patrem arbitrum Claudio addixit, & formulam,* QVIDQVID SIBI DARE FACERE OPORTERET EX FIDE BONA. Vlpianus in L. Quarto, D. Locati. *In quantum illum condemnari,* EX BONA FIDE OPORTEBIT. Huc pertinet quod Vlpian. in L. XI. D. de dolo, ait, *In factum verbis temperandam actionem dandam, vt* BONÆ FIDEI *mentio fiat.*

ex fide bona

Interdum Formulis addebatur, QVANTVM ÆQVIVS MELIVS SIT DARI. Cicero pro Roſc. Com. *Quid eſt in arbitrio? mite, moderatum,* QVANTVM ÆQVIVS MELIVS, SIT DARI. Et poſtea; *arbitrum ſumpſeris,* QVANTVM ÆQVIVS MELIVS SIT DARI, REPROMITTIVE, SI PARERET. Et paullo pòſt: *Quis vnquã, ad arbitros quantum petiit, tantùm abſtulit? Nemo.* QVANTVM *enim* ÆQVIVS ESSET SIBI DARI, PETIT. Eiuſmodi verba in Arbitrio rei vxoriæ adiici mos erat. Cic. lib. III. Offic. *Reliquorum autem Iudiciorum hæc verba maximè excellunt,* IN ARBITRIO REI VXORIÆ, MELIVS ÆQVIVS. Idem Topic. *Inprimiſque in* ARBITRIO REI VXORIÆ, *in quo eſt,* ÆQVIVS MELIVS, *parati eſſe debent.* Hinc illud Scæuolæ in L. penult. §. vlt. D. ſoluto matrim. *Quia* NEC MELIVS NEC ÆQVIVS ESSET, *quod exigere vir ab vxore non potuiſſet, ob id ex detrimento viri, mulierem locupletari.* Eodémq; reſpexiſſe videri poteſt Proculus in L. ſi Cornelius, D. de ſolutio. in qua de viri & vxoris controuerſia quadam in rei vxoriæ actionẽ cadente, tractans, NEC MELIVS, ait, NEC ÆQVIVS ESSE EXISTIMAREM *eum fundum Seiæ reddi.*

quantum æquius melius ſit dari,

Aliàs verò additum, VT INTER BONOS BENE AGIER OPORTET, ET SINE FRAVDATIONE, Cicer. Topic. tradit. Idem lib. III. Officior. *Nam quãti verba illa?* VTINE PROPTER TE, FIDEMVE TVAM CAPTVS, FRAVDATVSVE SIEM. *Quam illa aurea?* VT INTER BONOS BENE AGIER OPORTET, ET SINE FRAVDATIONE. Quæ fuiſſe propria ac peculiaria Arbitrij Fiduciæ, idẽ oſtẽdit Epiſt. XII. ad Trebatium lib. VII. Familiar. inquiẽs: *Vbi porrò illa erit Formula Fiduciæ,* INTER BONOS BENE AGIER, ET SINE FRAVDATIONE?

Actionem etiam de peculio hanc habuiſſe adiectionem, ET SI QVID DOLO

MALO DOMINI CAPTVS FRAVDATVSVE ACTOR EST, Vlpianus tradit in L. In bonæ fidei, D. de pecul. Idem in L. 1. §. filiusfam. D. depoſiti. *Si eorum nomine qui ſunt in poteſtate, agatur, veniét in iudicium*, ET SI QVID PER EVM IN CVIVS IVRE SVNT, CAPTVS FRAVDATVSVE EST.

Intentione porrò ſua, Actor cauſam petẽdi complecti ſolebat, verbi gratia, in hunc módum, AIO TE CENTVM MIHI DARE OPORTERE, EX TESTAMENTO, vel, EX STIPVLATV. Patet hoc ex L. ſi is qui Stichum, D. de obligat. & act. & L. non quocumque, §. 1. D. de legat. lib. 1. Quintilian. lib. IIII. cap. II. *Accidit aliquando alteri, & ſæpius actori cauſa, vel quia ſatis eſt proponere, vel quia ſic magis expedit. Satis eſt dixiſſe*, CERTAM CREDITAM PECVNIAM PETO EX STIPVLATIONE: LEGATVM PETO EX TESTAMENTO *Diuerſæ partis expoſitio eſt, cur ea non debeantur.* Sed de actionibus in rem dicamus.

In his planè Prætor in hæc verba Iudicem dabat, SI PARET FVNDVM Q. D. A. P. TITII EX IVRE QVIRITIVM ESSE, NEQVE IS FVNDVS EI A MÆVIO RESTITVETVR, SEMPRONIVS IVDEX ESTO. Id ita eſſe Cicero III. in Verr. iniquitatem Verrinarum formularum reprehendens, docet: *Si verò, ait, illud quoque accedet, vt Prætor in ea verba Iudicium det, vt, vel Octauius Balbus Iudex, homo & Iuris & officij peritiſſimus non poſſit aliter iudicare: Sit eiuſmodi*, LVCIVS OCTAVIVS IVDEX ESTO, SI PARET FVNDVM CAPENATEM, QVO DE AGITVR EX IVRE QVIRITIVM SERVILII ESSE, NEQVE IS FVNDVS Q. CATVLO RESTITVETVR: *non neceſſe erit L. Octauio Iudici cogere P. Seruiliũ Q. Catulo fundum reſtituere & condemnare eum quem non oporteat?* Arguit verò eô loci manifeſtam formulæ iniquitatem, quæ fundum, quem ex Iure Quiritium Seruilij eſſe ponit, Q. Catulo reſtitui iubet, ſic vt aliter iudicare anguſtiſſimis formulæ cancellis concluſus Iudex non poſſet. Hanc Formulam Theophilus in §. Æquè Inſtit. de Actionib. in rem ita effert, Εἰ φαίνεται τὸν ἀγρὸν τῆς ἐμῆς εἶναι δεσποτείας. Cõſtantin. Harmenop. lib. 1. Epit. tit. II. Ἕκαστος, ait, ἐπάγων ὀφείλει προσποιεῖν ἑκάστῳ τὴν τάξιν ἐκ τῶν συμφερόντων αὐτῷ, οἷον, Εἰ φαίνεται τὸν δὲ τὸν ἀγρὸν μὴ εἶναι τῆς τοῦ ἀντιδίκου δεσποτείας. Cuius formulæ leuiter preſſa veſtigia in aliquot Pandectarum capitibus cernuntur, vt in L. certum, D. de confeſſis. *Sed & ſi vindicem* REM MEAM ESSE. & in L. veluti, D. de petitio. heredit. *Sicut Titij* HEREDITATEM NOSTRAM ESSE, INTENDERE *poſſumus, ita & Seij*, Et in L. licet, D. eod. tit. *Qui vel ex aſſe, vel ex parte heres eſt*, INTENDIT *quidem* HEREDITATEM SVAM ESSE *totam, vel pro parte.* Iabolen. in L. ſi ſeruus, D. de liber. cau. *Petere eum*, TVVM ESSE *poterit*. Et in L. II. D. de in lit. iur. *Siue* NOSTRVM *quid* PETAMVS. Iuſtinianus in §. ſic itaque diſcretis, Inſtit. de actionib. *quamuis ſit aduerſus eos etiam in rem actio, per quam* REM SVAM *quis* ESSE PETIT. Denique Paul. in L. ſi in rem, D. de rei vindicat. his verbis, *Si veſtimenta* NOSTRA ESSE, *vel*, DARI OPORTERE NOBIS, PETAMVS, vtriuſque tam in rem quàm in perſonam actionis formulas expreſſit, non aliter atque Vlpianus in L. ſed ſi poſſeſſori, §. 1. D. de iureiuran. *Si iurauero, vſumfructum alicuius rei, vel* MEVM ESSE, *vel*, DARI MIHI OPORTERE. Et in L. ſed & ſi ſeruus, D. eod. *Si iurarit*, REM DOMINI ESSE, *vel*, EI DARI OPORTERE. Vnde apparet in Actionibus in rem, iuraſſe petitorem REM SVAM ESSE. Vlpian. in L. ſed & ſi res, §. ſi petenti, D. de Publicia. *Si petenti mihi rem, iuſiurandum detuleris, egóque iurauero*, REM MEAM ESSE. Idem in L. Nã poſteaquã, §. vlt. D. de iureiur. *Si petitor iurauit poſſeſſore deferente*, REM SVAM ESSE. Et L. ſi duo, §. 1. D. eod. *Eum qui iurauit* FVNDVM SVVM ESSE. Contrà, ſi poſſeſſoria quo res vindicabatur, iuſiurãdũ deferebatur, is REM SVAM ESSE, vel, PETITORIS NON ESSE, iurabat. L. ſed ſi poſſeſſori, D. de iureiur. & L. ſed & ſi res, §. ſi petẽti, D. de Public.

Planè, qui ſeruum vindicabat, iniecta manu, dicebat, HIC MEVS EST. Ouid. Eleg. IIII. lib. 1. Amor.

Et dicam, MEA SVNT, *iniyciámque manus.*

Idem lib. II. Amor.

INIICIAM DOMINAS IN MEA IVRA MANVS.

Hinc

Hinc lib.IIII. Faſtor. Aprilem, quem quidam ab aperiendo dictum volunt, Venerem ſibi arrogare ita ait:

Aprilem memorant ab aperto tempore dictum:
Quem Venus INIECTA VINDICAT, *Alma,* MANV.

Ad quem Vindicationis ſollemnem morem alluſiſſe credo Virgilium Ecloga IX. his verſibus:

—Aduena noſtri,
Quod nunquam veriti ſumus, vt poſſeſſor agelli,
Diceret, HÆC MEA SVNT, VETERES MIGRATE COLONI.

Macrob. ad illum Virgilij verſum lib. x. Aeneid.

INIECERE MANVM *Parcæ, teliſque ſacrarunt.*
Euandri. —

Hîc, ait, *proprietatem & humani, & diuini iuris executus eſt. Nam ex* MANVS INIECTIONE *penè mancipium deſignauit, & ſacrationis vocabulo, obſeruantiam diuini iuris impleuit.* Seruius ad eundem locum, Virgilium ſermone iuris vſum notat. *Nam* MANVS, ait, INIECTIO *dicitur, quotiès nulla iudicis auctoritate expectata rem nobis debitam vindicamus.* Martial. lib. I. Epigram. LIII.

Et cùm ſe dominum vocabit ille,
DICAS ESSE MEOS, *manúque miſſos.*

Quintilian. in argumento declamationis CCCLIX. *Publicanus noluit ſcrutari: tranſlatis* MANVS INIECIT, ET SVOS DICIT. Apud eundem Declamatio. CCCXLI. Rem ſuam aduerſus publicanum vindicás, intentionem ſuam duobus his verbis complectitur, MEA EST. D. Auguſtin. lib. I. contra Academic. *Iam tibi profectò* INIECISSET MANVS, SVIQVE IVRIS TE ESSE PROCLAMANS, *& in bonorum poſſeſſionem te adducens.* Liuius lib. III. *Virgini venienti in forum (ibi namque in tabernis literarum ludi erãt) miniſter Decemuiri libidinis,* MANVM INIECIT, SERVA SVA NATAM, SERVAMQVE APPELLANS ESSE: SEQVIQVE SE IVBEBAT, *cunctantem, vi abſtracturum.*

Plaut. Ruden. Act. III. Sc. I.

GR. *Neſcio: neque ego iſtas veſtras leges vrbanas ſcio:*
Niſi quia, HVNC MEVM ESSE DICO. TR. ET EGO ITEM ESSE AIO MEVM.

Ac fortè (nihil enim ad[illegible]mo) de his verbis Seneca ſenſit, cùm in ἀποκολοκυντώσει ait, *Ad ſummam tria verba citò dicat, & ſeruum me ducat.*

In homine autem petendo, quemadmodum Paulus tradit in L. ſi in rem D. de rei vindicat. nomen eius dici debebat, & vtrum puer, an adoleſcens eſſet, vtique ſi plures eſſent: ſed ſi nomen eius ignoraretur, demonſtratione eius vtendum erat, veluti, QVI EX ILLA HEREDITATE EST, vel, QVI EX ILLA ANCILLA NATVS EST. Filij verò familias vindicatio vti fieret, docet Vlpian. in L. I. §. per hanc D. de rei vindic. *Si quis ita petit filium ſuum, vel in poteſtate,* EX IVRE ROMANO; *videtur mihi & Pomponio conſentire, rectè eum egiſſe. Ait enim adiecta cauſa,* EX LEGE QVIRITIVM *vindicare poſſe.* Boëtius in Topica Cic. ex Caij lib. I. Inſtitut. In mancipationis ſollemnibus eum, qui mancipio accipiebat, æs tenentẽ ita dixiſſe refert, HVNC EGO HOMINEM EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIO. In iure verò Ceſſionem factam hoc modo ex eodem Caio ſcribit: *Apud magiſtratum populi Ro. vel apud Prætorem, vel apud Præſidem prouinciæ, is cui* RES IN IVRE CEDITVR, *rem tenens ita vindicat,* HVNC EGO HOMINEM EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIO. *Deinde poſtquam hic vindicauerit, Prætor interrogat eum qui cedit,* AN CONTRA VINDICAT. *quo negante, aut tacente, tunc ei qui vindicauerit, eam rem* ADDICIT: *idque* LEGIS ACTIO *vocabatur.*

Proinde eo Adoptionis ritu, quem Agellius lib. v. cap. XIX. & Caius lib. I. Inſtitut. cap. v. & vi. deſcribunt, veriſimile eſt in ea mancipatione, imaginariáque venditione quæ intercedebat, verba hæc ſollemnia vſurpata.

Iam fundi petendi formula vti componeretur, Cicerone magiſtro erudimur. Is enim pro Muræna cùm Iuriſconſultorum ſcientiam inſectatur, longum vindicationis carmen ita exagitat: *Itaque irati illi,* (de Iuriſconſultis loquitur) *quòd ſunt veriti, ne dierum*

ratione peruulgata, & cognita, ſine ſua opera LEGE *poſſet* AGI, *notas quaſdam compoſuerunt, vt omnibus in rebus ipſi intereſſent. Cũ hoc fieri belliſſimè poſſet,* FVNDVS SABINVS MEVS EST: IMMO MEVS: *deinde iudicium noluerunt.* FVNDVM, *inquit,* QVI EST IN AGRO, QVI SABINVS VOCATVR. *Satis verboſè: cedò quid poſtea?* EVM EGO EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIO. *Quid tum?* INDE EGO TE EX IVRE MANVM CONSERTVM VOCO. *Quid huic tam loquaciter litigioſo reſponderet ille, vnde petebatur, non habebat. Tranſit ad eum Iuriſconſultus tibicinis Latini modo:* VNDE TV ME, *inquit,* EX IVRE MANVM CONSERTVM VOCASTI, INDE EGO TE REVOCO. *Prætor interea ne pulchrum ſe ac beatum putaret, atque aliquid ipſe ſua ſponte loqueretur, ei quoque carmen compoſitum eſt, cùm ceteris rebus abſurdum, tum verò nullo vſu.* VTRISQVE SVPERSTITIBVS PRÆSENTIBVS, ISTAM VIAM DICO. ITE VIAM. *Præſto aderat ſapiens ille, qui ire viam doceret.* REDITE VIAM. *eodem duce redibant.* Hæc ille, apud quem rectène an cum vitio legatur, *Vtriſque ſuperſtitibus præſentibus iſtam, &c.* in dubium vocat Seruius, qui in III. Aeneid. ad ea verba, *ſuperátne & veſcitur aura, Alij dicunt,* ait, *ſuperat, id eſt ſuperſtes eſt: ſed ſuperſtes præſentem ſignificat: vt Cic. in Mureniana. Suis vtriſque ſuperſtitibus, id eſt præſentibus.* Ex quo videri poſſet vocẽ, *Præſentibus,* è gloſſemate in ordinẽ verborũ irrepſiſſe. Sed Feſt. Pomp. vulgatã lectionẽ confirmat, cuius verba quòd ad formulã noſtram pertineant, apponã: SVPERSTITES, ait, *teſtes præſentes ſignificat: Cuius rei teſtimonium eſt, quod* SVPERSTITIBVS PRÆSENTIBVS, II, INTER QVOS CONTROVERSIA EST, VINDICIAS SVMERE *iubentur. Plautus in Artemone: Nunc mihi licet quiduis loqui, nemo hic adeſt,* SVPERSTES.

Illi verò vindicationis formulæ Agellius lib. XX. cap. IX. teſtimonium perhibet hoc modo. EX IVRE MANVM CONSERTVM, *verba ſunt ex antiquis actionibus: quæ cum* LEGE AGITVR, *& vindiciæ contenduntur, dici nunc quoque apud Prætorem ſolent.* Quæ verba etiam in carminibus Ennij inueniri ſubijcit, ex cuius octauo Annali hos decantatiſſimos verſus adducit:

NON EX IVRE MANVM CONSERTVM, *ſed mage ferro*
REM REPETVNT, *regnúmque petunt, vadunt ſolida vi.*

Quos & Cicero pro Muræna; & Epiſt. XIII. ad Trebat. lib. VII. Familiar. citat. Sollẽnia deinde hæc verba Agellius ita explicat. *Itaque id, quod ex Iureconſultis, ex libris quoq; eorum didici, inſerendum his commentariis exiſtimaui: quoniam in medio rerum & hominum vitam qui colunt, ignorare non oportet verba actionum ciuilium celebriora.* MANVM CONSERERE, *eſt de qua re diſceptatur, in re præſenti, ſiue ager, ſiue quid aliud eſt, cùm aduerſarium ſimul manu prenderet, in ea re ſollemnibus verbis vindicare: id eſt, vindicia correpta manu, in re atque in loco præſenti. Id apud Prætorẽ ex XII. Tabulis fiebat: in quibus ita ſcriptum eſt,* SI QVI IN IVRE MANVM CONSERVNT. *Sed poſtquam Prætores propagatis Italiæ finibus, datis iuriſdictionibus, negotiis occupati, proficiſci, vindiciarum dicendarum cauſa, longinquas res grauabantur, inſtitutum eſt contra XII. Tabulas tacito conſenſu, vt litigantes non ex iure apud Præt. manum consererent: ſed,* EX IVRE MANVM CONSERTVM VOCARENT, *id eſt, alter alterum ex iure ad conſerendam manum in rem de qua ageretur; vocaret. Atque profecti ſimul in agrum de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, vti vnam glebam, in ius, in vrbem, ad Prætorem deferrent, & in ea gleba tanquam in toto agro vindicarent. Idcirco Ennius ſignificare volens bellum, non, vt ad Prætorem ſolitum eſt, legitimis actionibus, neque ex iure manum conſertum, ſed bello ferróque, & vera vi atque ſolida, hoc videtur dixiſſe: conferens vim illam ciuilem & feſtucariam, quæ verbo diceretur, non quæ manu fieret, cum vi bellica & cruenta.* Hinc in Iuris ciuilis notis has Valer. Probus ponit, E. I. M. C. V. id eſt, EX IVRE MANVM CONSERTVM VOCO. Feſt. Pomp. VINDICIÆ *olim dicebantur, illa, quæ ex fundo ſumptæ, in ius adlatæ erant. At Ser. Sulpitius nomine* (ſic enim ſuppleo) *iam ſingulariter formato, vindiciam eſſe ait, qua de re controuerſia eſt, ab eo quod vindicatur.* Eum autem qui fundum petiturus eſſet, nomen eius, & quo loci eſſet, dicere debuiſſe Paulus tradit in L. ſi in rem D. de rei vindic. Ibidémque ait, eum qui in rem agebat, deſignare debuiſſe rem quam vindicabat, & vtrum totam an partem, & quotam peteret. Ac infectæ quidem materiæ, Pondus: ſignatæ, Numerum: factæ autem, Speciem dicere: Quin & Menſura

dicenda

dicenda erat, cum res Menſura continebatur. Sed ſi veſtimenta peteret, Numerum & Colorem dicere debebat.

Vindicationibus etiam cauſam petendi adiectam fuiſſe indicat, L. I. §. I. D. de rei vindicat. Vlpian. in L. ſi mater §. ſi quis autem D. de except. rei iudic. *Si quis autem* PETAT FVNDVM SVVM ESSE, EO QVOD TITIVS EVM SIBI TRADIDERIT: *ſi poſtea alia ex cauſa petat, cauſa adiecta, non debet ſummoueri exceptione*. Huc ſpectare veriſimile eſt quæ Cicero pro Muræna ex Iuriſconſultorum adytis profert, SED ANNE TV DICIS CAVSA VINDICAVERIS.

Confeſſoria planè actione qui agebant, ita intendebant AIO IVS MIHI ESSE IRE, AGERE, vel VTI FRVI, vel, AQVAM DVCERE PER TVVM FVNDVM, vel ALTIVS TOLLERE, prout ea erat ſeruitus quæ vindicabatur. Vlpian. in L. ſicut, §. Ariſto D. ſi ſeruit. vindic. *Ergo per contrarium agi poterit*, IVS ESSE FVMVM IMMITTERE. Et §. apud Pomponium, *an quis poſsit ita agere*, LICERE FVMVM NON GRAVEM, *puta, ex foco*, IN SVO FACERE, AVT NON LICERE. Marcellus in L. An vnus D. eod. Tit. *An ſi prohibeatur à ſociis, poſsit cum iis ita experiri*, IVS SIBI ESSE ÆDIFICARE. Vlpian. in L. ſi ei loco D. eod. tit. *Poſſum*, INTENDERE, IVS MIHI ESSE IRE AGERE. Et mox: *Poſſe me agere de iure meo, id eſt*, IVS ESSE IMMITTENDI STILLICIDIVM. Et poſtea, IVS SIBI ESSE IRE AGERE, VEL FRVI, INTENDERE *poteſt*. Idem in L. Vtifrui D. ſi vſusfr. pet. VTIFRVI IVS SIBI ESSE, *ſolus* INTENDERE *poteſt, qui habet vſumfructum*. Et in L. ſi rem §. vlt. D. de Euictio. *Si fundum in quo vſusfructus Titij erat, qui ei relictus eſt quoad viuet, detracto vſufructu ignoranti mihi vendideris, & Titius capite deminutus fuerit, & aget Titius*, IVS SIBI ESSE VTENDI FRVENDI. Et in L. Egi D. de exceptio. rei iud. *Egi tecum*, IVS MIHI ESSE ÆDES MEAS VSQVE X. PEDES ALTIVS TOLLERE. Papinian. in L. ſi precario D. commu. præd. *Nec vtiliter* INTENDITVR, IVS SIBI ESSE INVITO TE ÆDIFICATVM HABERE. Sic & in L. II. §. in operis D. de noui oper. nuntiatio. *Deinde cœperit agere*, IVS SIBI ESSE ÆDIFICATVM HABERE. Similiter in L. ſi priuſquam D. eod. tit. *non priùs ſe ædificaturum, quam vltrò egiſſet*, IVS SIBI ESSE INVITO ADVERSARIO ALTIVS TOLLERE. Paulus in L. ſi prius §. ſic & ſi D. de aqua & aq. pluu. *Agere potero*, IVS ESSE MIHI IRE AGERE AD ILLVM FVNDVM SVPERIOREM, *quamuis ſeruitutem ipſe per fundum meum non habeam*.

Negatoriæ verò actionis, ex libris noſtris exempla æquè proponam. Vlpian. in L. ſi quando D. ſi ſeruit. vindic. *Agi oportet*, IVS NON ESSE ILLVM PARIETEM ITA PROIECTVM IN SVVM ESSE INVITO SE. Et §. I. eiuſdē L. *Annio conſilium omnes Iuſperiti dederunt, vt cum eo ageret*, IVS EI NON ESSE IN EO LOCO EA POSITA HABERE INVITO SE. Scæuola in L. ædificatum XLV. D. de damno. inf. *Aedificatum habes: Ago*, TIBI IVS NON ESSE HABERE. Papinian. in L. Binas D. de ſeruit. vrb. prædior. *Nec vllam inuicem habituros actionem*, IVS NON ESSE IMMISSVM HABERE. Et in L. IIII. D. de ſeruitut. leg. *neque me neq; te agere poſſe*, IVS NON ESSE ALTERI ITA IMMISSAS HABERE. Et in L. ſi plures §. penult. D. arb. fur. cæſ. *Agere autem licebit*, NON ESSE EI IVS SICVTI TIGNVM AVT PROTECTVM IMMISSVM HABERE. Marcianus in L. ſi is qui §. I. D. de pignorib. *ſi velit cum creditore proprietarius agere*, NON ESSE, EI IVS VTI FRVI INVITO SE. Vnde in L. vti frui D. ſi vſusfr. pet. *Magis tamen*, ait, Vlpianus, *de ſuo iure agere videtur, quàm de alieno, cum* INVITO SE NEGAT IVS ESSE VTENDI FRVENDI FRVCTVARIO, *vel* SIBI IVS EVM PROHIBENDI. Idem Vlp. in L. loci corpus §. vlt. D. ſi ſeruit. vindic. *Aduerſus eum rectè agetur*, IVS EI NON ESSE ALTIVS TOLLERE. Idem in L. & ſi fortè D. eod. tit. *Fruſtra* INTENDES, IVS MIHI NON ESSE ITA ÆDIFICATVM HABERE. In L. ſi cum meus in fi. D. eod. *Potero tecum agere*, IVS TIBI NON ESSE PARIETEM ILLVM ITA HABERE. In L. fiſtulas eod. tit. *Puto*

poſſe te rectè mecum agere, IVS MIHI NON ESSE FLVMINA EX MEO IN TVVM PARIETEM FLVERE. & in L. ſicut autem, eod. tit. *Et ſic quoque ſicut in ceteris ſeruitutibus actio contraria dabitur: hoc eſt*, IVS TIBI NON ESSE ME COGERE. & in §. Ariſto. *Poſſe igitur ſuperiorem cum inferiore agere*, IVS ILLI NON ESSE ID ITA FACERE. Et mox: *poſſe ita agi*, IVS ILLI NON ESSE IN SVO LAPIDEM CÆDERE, VT IN MEVM FVNDVM FRAGMENTA CADANT. Et paulo poſt: *Agique ſic poſſe dicit cum eo, qui eum fumum immittat*, IVS EI NON ESSE FVMVM IMMITTERE. Paul. in L. ſi eo loco D. eodem tit. *Si in itinere quod per fundum tibi debeo, ædifices, rectè* INTENDAM, IVS TIBI NON ESSE ÆDIFICARE, *vel* ÆDIFICATVM HABERE. Marcell. in L. an vnus eod. tit. *An ſocij cum eo ita agere poßint*, IVS SIBI PROHIBENDI ESSE, *vel*, ILLI ÆDIFICANDI NON ESSE. *Et ſi ædificatum iam ſit, an poßint cum eo ita experiri*, IVS TIBI NON ESSE ITA ÆDIFICATVM HABERE. Vlpian. in L. quemadmodũ §. I. D. ad L. Aquil. *Debuiſti enim mecum*, IVS MIHI NON ESSE PROTECTVM HABERE, *agere*. Iauolenus in L. Egi D. ſi ſeruit. vind. *Egi*, IVS ILLI NON ESSE TIGNA IN PARIETEM MEVM IMMISSA HABERE. Iulian. in L. II. D. de noui oper. nũtiatio. *Neque enim ſicut aduerſus vicinum, ita aduerſus dominum agere poteſt*, IVS EI NON ESSE INVITO SE ALTIVS ÆDIFICARE. Et in L. ſi priuſquam eod. tit. *Si priuſquam ædificatum eſſet, ageretur*, IVS VICINO NON ESSE ALTIVS ÆDES TOLLERE. In L. III. §. ſi quis riuũ D. de riuis, *Per in rem actionem dicendum eſt poſſe aduerſus eum vindicari*, IVS EI NON ESSE. Theophilus in §. æquè Inſtitut. de Actionib. Confeſſoriæ negatoriæque actionis hæc exempla profert. Εἰ φαίνεταί μοι ἐξεῖναι βαδίζειν διὰ τοῦ ἀγροῦ τοῦ γείτονος, ἢ ἐξάγειν ὕδωρ ἕλκειν. Item: εἰ φαίνεται τὸ vsufrui, ἐμὸν εἶναι. Item, εἰ φαίνεταί τὸν δὲ μὴ ἔχειν τὸ δίκαιον τοῦ ἐλαύνειν τὰ ὑποζύγια.

Alias prætereà ex veterum ſcriptis mihi cognitas actiones edam. Ex his verba hæc Cicero pro Muræna adfert. QVANDO TE IN IVRE CONSPICIO. Ea fuiſſe actionis in auctorem qui in iudicio adeſſet, verba, Cic. pro Cæcinna indicat: *Actio*, inquiens, *eſt in auctorem præſentem*, *his verbis*, QVANDO, TE IN IVRE CONSPICIO. Quæ ita conciſè ab eo citatur, plenius verò in Valerij Probi notis, QVANDO EGO TE IN IVRE CONSPICIO, POSTVLO AN FIAS AVCTOR. Actionis vero formulam in eum cuius OPE CONSILIO furtum factum eſſet prodit Cic. lib. III. de Nat. deor. *Inde illa actio*, OPE CONSILIOQVE TVO FVRTVM FACTVM AIO. Vlpian. in L. ſi ſeruus ſeruum §. ſi quis de manu, D. ad L. Aquil. *Quod ſi ad aliquem peruenerint*, OPE CONSILIO FVRTVM FACTVM, *agendum*. Idem in L. qui ſeruo D. de furt. *Furti tenebitur is qui perſuaſit*, QVASI OPE CONSILIO EIVS FVRTVM FACTVM SIT. Et mox: *Tunc tamen incipere teneri cum quis fugitiui fur eſſe ceperit*, QVASI *videatur* OPE CONSILIO EIVS FVRTVM FACTVM. Idẽ in L. ſi quis vxori §. cum Titio. D. eod. *Furti tenearis*, QVASI OPE TVA CONSILIOQVE FVRTVM FACTVM SIT. Vt plurimum tamen ἀσυνδέτως, & ſine copula hæc verba enuntiantur, vt in L. proinde D. de condictio. furt. OPE CONSILIO *alicuius furtum factum ſit, condictione non tenebitur*. Et in L. Neratius §. quamuis D. de ſeruo corr. *Tamen & furti agere poſſumus, quia* OPE CONSILIO SOLLICITATORIS VIDENTVR RES ABESSE. Et L. I. D. Furti aduerſ. naut. *Iudicium datur, ſiue* FVRTVM OPE CONSILIO EXERCITORIS FACTVM SIT. In L. in furti §. I. D. de furt. OPE CONSILIO FVRTVM FACTVM, *Celſus ait:* Et in L. qui ſeruo §. Pomponius D. de furt. *Quia* OPEM CONSILIVM *contrectatori tulit*. Paul. in L. ſæpe D. de verbor. ſignific. *Item dubitatum, illa verba*, OPE, CONSILIO, *quemadmodũ accipienda ſint, ſententiæ coniungentium, aut ſeparantium*. Hæc in libris Notarum ſignificantur his ſingularibus literis, O. C. Tractatur & de hac ſpecie actionis in §. Interdum cum ſeq. Inſtit. de obligat. quæ ex delic. naſc.

Interdum etiam qui furti agebat, ita intendebat, REM SIBI FVRTO ADVERSARII ABESSE. Vlpian. in L. in actione D. de furt. hanc furti actionis formulam proponit, *Veluti, Aureos tot*, PLVRESVE FVRTO EI ABESSE. Martial. lib. VI. Epigr.

Sed

Sed lis eſt mihi de tribus capellis,
VICINI QVEROR HAS ABESSE FVRTO.

Chirius Fortunatian. lib. III. Rhetoricor. *Pauper veſtimenta vendebat: extitit alius pauper, qui vindicabat ea*, & FVRTO ABESSE SIBI DICERET. Quintilian. Declamatio. XIII. *Age ſi mihi aluei* FVRTO ABESSENT, *vtrum nulla mihi daretur actio?* In actione verò furti, quemadmodum Vlpian. ſcribit in L. in actione D. de furt. ſufficiebat rem demonſtrari, vt poſſet intelligi. De pondere autem vaſorum, non erat neceſſe loqui. Sufficiebat igitur ita dici, LANCEM, vel DISCVM, vel PATERAM. Sed adſcribenda etiam materia erat, vtrum argẽtea, an aurea, an alia quæ eſſet. Quod ſi quis argentum infectum peteret, etiam maſſam argenteam dicere, & põdus debebat ponere. Signati verò argenti numerum debebat complecti, veluti, AVREOS TOT, PLVRISVE FVRTO EI ABESSE. Planè vt idẽ Vlpian. ait in L. ſi quis vxori §. ſi linea D. de furt. ſi linea Margaritarum ſubrepta eſſet, dici debebat NVMERVS: ſed & ſi de vino furti ageretur, neceſſe erat dici, QVOT AMPHORÆ SVBREPTÆ ESSENT. Pariter ſi vaſa ſubrepta eſſent, NVMERVS erat dicendus.

Erat & certa iniuriarum actionis formula. Sueton. in Vitellio cap. VII. *Cùm libertino cuidã acerbius debitum repoſcenti*, INIVRIARVM FORMVLAM, QVASI CALCE AB EO PERCVSSVS, INTENDISSET. Ea qualis eſſet, ex Pauli libro ſingulari, ſub Titulo, Quemadmodum iniuriarum agatur, intelligimus: vnde fragmentorum Pithœanorum collector hæc excerpſit. *Qui iniuriæ aget*, CERTVM DICAT, QVID INIVRIÆ FACTVM SIT, ET TAXATIONEM PONAT NON MINOREM QVAM QVANTI VADIMONIVM FVERIT. CERTVM DICIT, *qui ſuo nomine demonſtrat iniuriam, neque ita, vt per diſiunctionem*, HOC AVT ILLVD ACCIDISSE *comprehendat, ſed vt neceſſe habeat, aut vnam nomine ſuo rem deſtinare, aut plures ita complecti, vt omnes eas accidiſſe cogatur probare. Certum autem, an incertum dicat, cognitio ipſius Prætoris eſt. Demonſtrat autem hoc loco Prætor non vocem agentis, ſed qualem formulam edat. Certum non dicit, qui dicit*, SE PVLSATVM, SI SIT VERBERATVS: *ſed & partem corporis demonſtrat, & quem in modum*, PVGNO *puta*, AN FVSTE, AN LAPIDE: *ſicut formula poſita eſt*, QVOD AVLI AGERII PVGNO MALA PERCVSSA EST. *Illud non cogitur dicere*, DEXTRA *an* SINISTRA, *nec* QVA MANV *percuſsit. Ita ſi dicat*, INFAMATVM SE ESSE, *debet adiicere, quemadmodum infamatus ſit. Sic enim & formula concepta eſt*, QVOD NVMEDIVS NIGIDIVS ILLVM IMMISIT AVLO AGERIO INFAMANDI CAVSA.

Ad hanc iniuriarum formulam & hæc Vlpiani verba pertinent in L. lex Cornelia D. de iniur. *Lex Cornelia de iniuriis competit ei qui iniuriarum agere volet, ob eam rem*, QVOD SE PVLSATVM, VERBERATVMVE, DOMVMVE SVAM VI INTROITAM ESSE DICAT. Et aliquot interiectis: *Lex itaque Cornelia ex tribus cauſis dedit actionem*, QVOD QVIS PVLSATVS, VERBERATVSVE, DOMVSVE EIVS VI INTROITA SIT. Idem in L. Prætor edixit D. eod. eadem quæ ſuprà ex Paulo Prætorij edicti verba retulimus, explicans, eum qui iniuriarum actionem intenderet, deſignare debere ait, & certum ſpecialiter dicere, quàm ſe iniuriã paſſum contenderet: Nomen etiam iniuriæ dicendum fuiſſe ex Labeone: neque ſub alternatione, puta, ILLVD, AVT ILLVD: ſed, ILLAM INIVRIAM SE PASSVM. Et ſi plures iniurias factas quis diceret, cogẽdum iniurias quas ſimul paſſus erat, cõiungere. Ex Prætoria verò iniuriarũ formula, hæc idẽ Vlpian. attingit in L. Itẽ apud Labeonem, §. Adiicitur. D. eod. tit. *Si Magiſtratus municipalis ſeruum meum loris ruperit, an poſsim cum eo experiri*, QVASI ADVERSVS BONOS MORES VERBERAVERIT. Idem in L. ſed ſi vnius §. ſeruus D. de iniur. *Mela putat, dandam mihi iniuriarum aduerſus te*, IN QVANTVM OB EAM REM ÆQVVM IVDICI VIDEBITVR.

Ceterùm ipſæ actionum formulæ, vt plurimum per dictionem QVOD, concipiebantur: Cicero in Diuinatio. *Quamobrem, ſi tibi iudicium poſtulas dari*, QVOD TECVM VNA FECERIT, *concedo, ſi id lege permittitur*. Idem lib. III. in Verr. *Cauſa erat iudicij pertimeſcendi*, QVOD EX EDICTO PROFESSVS NON ESSET. Et alio eiuſdem lib. loco: *Minus te iugerũm profeſſum eſſe*, DICO: RECVPERATORES RE-

IICE, QVOD ADVERSVS EDICTVM FECERIS. Et aliàs eod.lib. *Poſtulauit à Metello, vt ex Edicto ſuo iudicium daret in Apronium,* QVOD PER VIM, AC METVM ABSTVLISSET: *Quam formulam, Octauianam, & Romæ Metellus habuerat, & habebat in prouincia.* Idem pro Quintio. *A Cn. Dolabella denique Prætore poſtulat, vt ſibi Quintius iudicatum ſolui ſatiſdet ex formula,* QVOD AB EO PETAT, CVIVS EX EDICTO PRÆT. ROMÆ BONA XXX. DIES POSSESSA SINT. Idem ad Trebat. Epiſt. XXII. lib. VII. familiar. *Illuſeras heri inter ſcyphos quod dixeram controuerſiam eſſe poſſétne hæres,* QVOD FVRTVM ANTEA FACTVM ESSET, *rectè furti agere.* Eiuſdem generis eſt quod de Fimbria petulãtiſſimo & audaciſſimo homine à Cicero. in Oratio. pro Sex. Roſc. Amer. & Valer. lib. IX. cap. XI. refertur: qui cùm in funere Matij curaſſet, vt Q. Scæuola vulneraretur, poſtquam eum ex vulnere recreatum reſciuit, diem ei ad populum dixit, accuſationémque intendit, QVOD NON TOTVM TELVM CORPORE RECEPISSET. Auctor Rhetoric. ad Herenn. lib. II. *M. Druſus Prætor vrbanus,* QVOD CVM HÆREDE MANDATI AGERETVR, *Iudicium reddidit.* Quintilian. lib. VI. cap. IIII. *Quod feciſſe quendam ſcio, qui humiliori liberè aduerſus ſe loquenti, Colaphum, inquit, tibi ducam,* ET FORMVLAM TIBI SCRIBO, QVOD CAPVT DVRVM HABEAS. Sueton. in lib. de clar. Rhetorib. *Romam venit: res cognita eſt: petitur puer,* QVOD DOMINI VOLVNTATE FVERIT LIBER IN LIBERTATE. Cicero lib. IIII. Epiſtol. ad Attic. *Reatini me ad ſua τέμπη duxerunt, vt agerẽ cauſam contra Interemnates apud Conſulem & decem legatos,* QVOD LACVS VELINVS A M. CVRIO EMISSVS INTERCISO MONTE IN NAR DEFLVIT, *ex quo illa ſiccata & humida tamen modicè Roſia.* Exſtant & huiuſmodi formularũ non pauca in libris noſtris teſtimonia. Alphenus in L. vlt. D. ſi quadrup. paup. feciſ. *Quærebatur, poſſétne cum domino muli agi,* QVOD PAVPERIEM FECISSET. Sic & in L. liber homo §. 1. D. ad L. Aquil. *Si quadrupes, cuius nomine actio eſſet,* QVOD PAVPERIEM FECISSET. Scæuola in L. Lucius §. Sempronia D. de leg. II. *mouit contrà inſtitutum actionem,* QVOD DOLO EIVS FACTVM ESSE DICEBAT, QVOMINVS TESTATRIX VOLENS PRIMO LOCO SCRIBERE EAM HEREDEM, TESTAMENTVM MVTARET. Celſus in L. ſi rem §. 1. D. de Euictionib. *Rectéque cum ceteris agam,* QVOD EVICTIONIS NOMINE VICTI SINT. Et in L. ſi pignora D. de pignerat. actio. *Nam ſi egerit,* QVOD METVS CAVSA FACTVM EST: *& quadruplum ſit conſequutus.* Et in L. communis, §. vlt. D. commu. diuid. *Teneris mihi prætoria actione,* QVOD FECISSES NE TECVM COMMVNI DIVIDVNDO AGERETVR. In L. ſeruus §. vlt. D. de in rem verſo, *ſicuti ſi,* QVOD IVSSV EIVS CREDIDISSEM, EXPERIRER, & in L. II. D. quod iuſſu. *In pupillum eſſe dandam actionem,* QVOD IVSSIT TVTOR. Et in L. ſeruus in fi. D. de obligat. & actio. *non conuenit Prætorem,* QVOD SERVVS IVSSV DOMINI FECISSET, *de ea re in liberum iudicium dare.* Ipſa certè actio, QVOD IVSSV, paſſim à Iuriſconſultis appellatur. Vlpian. in L. ſi dubitet §. vlt. D. de fideiuſſorib. *Sed an pater, ex hac cauſa,* QVOD IVSSV, *teneatur. Et puto ad omnes contractus,* QVOD IVSSV, *etiam referri.* Idem in L. 1. D. de verbor. obligat. *Item ſi quis ex his obligari velit, iubeat, & erit,* QVOD IVSSV, *obligatus:* Paulus in L. II. D. quod iuſſu. *Danda eſt in eos,* QVOD IVSSV, ACTIO. Et in L. IIII. eod. tit. *Pomponius ſcribit,* QVOD IVSSV, *cum eo agi poſſe.* Et in L. vlt. eo. tit. *Iure, hoc caſu,* QVOD IVSSV, *actio non competit.* In L. IIII. §. vlt. D. quod cum eo. *Is qui de peculio egit, cum poſſet,* QVOD IVSSV, *in ea cauſa eſt ne poſſit,* QVOD IVSSV, *poſtea agere.* Impp. in L. vlt. eod. tit. *Dominos ita conſtringi actione prætoria, quæ appellatur,* QVOD IVSSV. Vlpian. in L. 1. de pecul. *aut enim de peculio, aut de in rem verſo, aut,* QVOD IVSSV, *hinc oritur actio.* Idem in L. ſi res D. de in rem verſo. *Quod ſeruus domino emit. ſiquidem voluntate eius emit, poteſt,* QVOD IVSSV, *agi.* Quod nomẽ ab Edicti Prætorij verbis huic actioni inditum dici poteſt, vt & actioni, QVOD METVS CAVSA. L. 1. §. ſed & partus in fi. L. ſi cum exceptione, §. poſt annũ, & §. vlt. & L. ſi mulier §. vlt. D. quod met. cau. Quæ &, METVS ACTIO, vocatur L. debitori §. 1. D. de dolo, vt METVS CAVSA EXCEPTIO, in L. IIII. §. penult. D. de doli exceptio. & L. licet D. de obſequiis à liberto patrono præſt. Sed aliis præterea exemplis no-

ſtram

ſtram qua de agitur formulam confirmemus. Scæuola L. ſi ſic ſtipulatus ſim in prin. D. de verb. obligat. Et *Egi*, QVOD MIHI VIM FECERIS. In L. ſi verò plures §. hæc autem actio. D. de his qui deiecer. vel effud. *Actio de eo competit*, QVOD LIBER PERISSE DICETVR. Alfen. in L. quidam D. de in rem ver. *Nummos petebat actione de peculio, aut*, QVOD IN REM DOMINI VERSVM ESSET. Hanc enim, *de in rem verſo*, adiectionem, actio de peculio habebat. L. 1. §. apud Iulianum D. de hered. vel act. vend. L. filiusf. D. de in rem ver. Similiter in L. vlt. de oper. noui nunt. *An venditorẽ teneri putas*, QVOD ADVERSVS EDICTVM FACTVM SIT. Et in L. 1. §. ſi reus D. de eo per quẽ fact. er. *Si ex ſtipulatu conueniatur de pœna*, QVOD AD IVDICIVM NON VENERAT. In L. Electio §. neque D. de noxalib. actionib. *Neque hæredi neque in hæredẽ*, QVOD DEFVNCTVS MENTITVS EST, *actio danda eſt*. Vlpian. in L. ſi eum D. de exercitor. act. QVOD OPERAS SERVI MEI CONDVXERIS, *ex locato ages*. In L. is cũ quo D. de aq. pl. *cũ quo pluuiæ arcẽdæ agitur*, QVOD OPVS FECIT accedat, L. age C. de trãſact. iũcta L. cum ita D. de liber. leg. L. 1. §. ſi is qui D. de exercitor. Paul. lib. II. Sent. tit. VIII. Eadémque erat in accuſationibus formula recepta: vt in L. Prætor edixit §. 1. D. de iniuriis. *Si ita agere velit*, QVOD TV VENENVM DEDISTI HOMINIS OCCIDENDI CAVSA. Et paulo poſt, *Quid ergo ſi quis idcirco velit iniuriarum agere*, QVOD GLADIO CAPVT EIVS PERCVSSVM EST. Et L. filio §. Seia, D. de adimẽd. leg. *Titius accuſabat eũ*, QVOD PATREM SVVM MANDASSET INTERFICIENDVM. Valer. Max. lib. VI. cap. 1. *Cui Cominius Tribunus pl. diẽ ad populũ dixit*, QVOD CORNICVLARIVM SVVM STVPRI CAVSA APPELLASSET. Idem ibid. *Marcellus Aedilis Curulis C. Scantinio Capitolino Trib. pleb. diem ad populum dixit*, QVOD FILIVM SVVM DE STVPRO APPELLASSET. Hoc & libellis accuſatoriis demonſtratur, quorum cõceptio ponitur in L. libellorũ D. de accuſat. ex qua hæc præterea ad cauſam noſtrã pertinẽtia ſubieci. *Sed ſi aliud crimen obiciat, veluti*, QVOD DOMVM SVAM PRÆBVIT, VT STVPRVM MATERFA. PATERETVR: QVOD ADVLTERVM DEPREHENSVM DIMISERIT: QVOD PRETIVM PRO COMPERTO STVPRO ACCEPERIT. Paul. lib. V. Sẽt. Tit. 1. *In priorem verò*, QVOD PRODENDÆ LIBERTATIS GRATIA PACTVM EST, *extra ordinem vindicatur*.

Hoc amplius de ſingulis actionibus diſpiciamus. Planè qui certam creditam pecuniã petebat, vtebatur actione illã, SI CERTVM PETETVR. L. 1. D. de condictio. triticiar. L. 1. D. de interrogationib. in iu. facien. Quam à primis Edicti Prætorij verbis appellationem ductam, ſatis conſtat: Vnde & Interdictis Quorũ bonorum, Quod legatorum, Vti poſſidetis, Vtrubi, Quod vi aut clam, Quod precariò, nomen. Aliàs actio hæc CERTI CONDICTIO appellatur, L. certi condictio D. ſi cer. pet. & Inſtit. quib. mod. re contrahit. oblig. in prin. & Inſtit. de verbor. obligat. in prin. L. ſi quis delegauerit D. de nouationib. & CONDICTICIA ACTIO PER QVAM CERTVM PETITVR, L. ſi quis certum D. ſi cer. pet. ET ACTIO CERTÆ PECVNIÆ, à Seneca lib. III. de Benefic. cap. VII. & ACTIO PECVNIÆ CREDITÆ, in L. pater D. de procuratorib. de ſingulis actionibus

Ex illius formula Quintilian. lib. IIII. cap. II. *Satis eſt*, ait, *dixiſſe*, CERTAM CREDITAM PECVNIAM PETO EX STIPVLATIONE. Et paulo poſt: *Nam quid in pleriſque iudiciis priuatis de* RE CERTA CREDITA, *locato & conducto, interdictis, habere loci poteſt?* Idem lib. VIII. cap. III. *An non pudeat*, CERTAM CREDITAM PECVNIAM *periodis* POSTVLARE? Cic. pro Roſc. Com. *Præterea enim, quemadmodũ* CERTAM PECVNIAM PETERE *poſſit, non reperio*. Scæuola in L. vlt. §. vlt. D. de condict. indeb. *Lucius Titius Caio Seio minori viginti quinque annis*, PECVNIAM CERTAM CREDIDIT.

Atque vt CERTI, ita & INCERTI CONDICTIO in vſu erat, L. ſi tibi D. de action. emp. L. & ideo D. de condictio. furt. L. duo in ſolidum §. vlt. D. de precar. ſeu INCERTI ACTIO, L. ſi ſic legatum D. de leg. 1. & L. diem proferre §. vlt. D. de recept. qui arbitr. L. ob eam cauſam & L. permiſiſti D. de præſcript. verb. L. ſi conuenerit D. commun. diuid. Cuiuſmodi genere actionum liberatio cõdici ſolebat. Nam vt Iulian. ait in L. III. D. de condictio. ſine cau. *Qui ſine cauſa obligantur*, INCERTI CONDICTIONE CONSEQVI POSSVNT, VT LIBERENTVR. Idem Iulian. in L. quemadmodum §. 1. D. de iure dot. *Item* INCERTI CONDICTIONE CONSECVTVRAM, VT PROMISSIONE LIBERETVR. Paul. in L. ſi heres D. de action. emp. *Pomponius etiam* INCERTI CONDICERE *eum poſſe*

ait, VT LIBERETVR. Iulian.in L.11.§.aliud D. de donationib. INCERTI CONDICTIONE *ſtipulatorem compellam*, VT MIHI ACCEPTVM FACIAT STIPVLATIONEM. Paulus etiã in L.ſi quis delegauerit D.de Nouationib. ait, *Si quis delegauerit debitorem qui ſe doli mali exceptione tueri poterat, ſiquidem per ignorantiam promiſerit creditori, & pecunia nondum ſoluta ſit*, INCERTI CONDICTIONE *contra eum qui delegauerit, vſurum.* Eáq; eſt Cõdictio de qua Vlpian.in L.Iulianus D.de doli except.ſentit, cum ait, *præterea* CONDICTIO *mihi aduerſus ſtipulatorem* COMPETIT, VT ME LIBERET. Eiuſmodi Cõdictionibus, vt ſeruitutes imponerentur, agebatur. Marcian. in L. ſi binarum D.de ſeruitut. vrb.præd. *Si binarum ædium dominus dixiſſet, eas quas venderet ſeruas fore, ſed in traditione non feciſſet mentionem ſeruitutis, vel ex vẽdito agere poteſt, vel* INCERTVM CONDICERE, VT SERVITVS IMPONATVR. Paul.in L.1.D.de vſufr. leg. *Sed* INCERTI ACTIO *erit cũ herede*, VT LEGATARIO, QVAMDIV VIXERIT, EVNDI, AGENDI, DVCENDI, FACVLTATEM PRÆSTET. Pomponius in L.ſed & ſi in fi.D.de condictio.indeb. *Cùm iter excipere deberem, fundum liberum per errorem tradidi.* INCERTI CONDICAM, VT ITER MIHI CONCEDATVR. Omiſſa quoque cautio incerti cõdicebatur. Vlpian.in L.Hoc ſenatuſconſultũ §.1.D.de vſufr.ear.rer. *Sed ſi quidem adhuc conſtante vſufructu cautionẽ quis velit condicere, dici poteſt*, OMISSAM CAVTIONEM *poſſe* CONDICI INCERTI CONDICTIONE. Præterea Vlpia. in L.in cauſæ.§.Pomponius D.de minorib. *Sed & illud Põponius adiicit, quod potuit* INCERTI CONDICI HÆC CAVTIO *etiam à maiore.* Sed & Marcian.in L.qui exceptionem §.pen.D. de condict.indeb.ait. *Si heres domum legatam, quàm ſua pecunia refecerit, ſine deductione impẽſæ tradiderit, poſſe legatario* INCERTI CONDICI, *quaſi plus debito dederit.* Marcel.in L.ſi mulier.§.1.D.de iure dot. *Aliquis dixerit* INCERTI CVM EO AGI *poſſe*, FIDEICOMMISSI PRÆSTET ÆSTIMATIONEM. Quinetiam cum quis iudicio ſiſti promiſerat, neque adiecerat pœnã, Si ſtatus nõ eſſet, INCERTI CVM EO IN QVOD INTEREST AGEBATVR, L.vlt.D.ſi quis in ius voc. Alios inſuper caſus quibus Incerti agebatur, diſcet cui cõmodum erit, ex L. pen. D.depoſ. L. tribus heredibus, D.de vſufr.ear.rer. L.nõ noſtrũ §.ſi heres D de liberatio.leg. Proponitur & in L.Lucius.D.de petitio.hered.actionis formula huiuſmodi, *Quæro, an* DE NON IVRE FACTO NEC SIGNATO TESTAMENTO QVERELA *illi competat.*

Ex EMPTO actione is qui emerat, vtebatur. In hoc autẽ iudiciũ deducebatur id quod præſtari inter contrahentes actũ erat. Quod ſi nihil conuenerat, tunc & in id agebatur, vt ea præſtarentur quæ naturaliter inerant iudicij eius poteſtate, id eſt, VT REM VENDITOR TRADERET. Quæ ſunt à me ex Vlpia. L.ex empto D.de actionib.emp. ſumpta. Quod ſi res vendita non traderetur, IN ID QVOD INTEREST, agebatur, id eſt, quod rẽ habere emptoris intereſſet. L.1.D.eod.tit. Et aliis quoq; de cauſis eadem actione IN ID QVOD INTEREST agebatur. Veluti in L.ſi ſeruũ D. eod. tit. *Teneris* EX EMPTO, QVANTI MEA INTERERIT, SCISSE. L.ex empto §.qui autẽ D.eod.tit. *Ex empto eum in hoc quidem non teneri*, QVOD EMPTORIS INTEREST: *verũ tamẽ*, VT PRETIVM REDDAT, TENERI. In L. Iulianus D.eod.tit. QVOD INTERFVIT IDONEE VENISSE, *erit præſtandum.* Et in L. ſeruus eod. tit. *vtiliter me* EX EMPTO *acturum putauit*, IN ID QVANTI MEA INTERSIT, MEAM ESSE FACTAM. Paul. in L. Titius eodem tit. *Nam* EMPTI IVDICIVM, *ad eam quoque ſpeciem ſufficere exiſtimo. Non enim pretium continet tantum, ſed* OMNE QVOD INTEREST EMPTORIS *ſeruum non euinci.* African. in L.ſi fundus D. locati. *Si vendideris mihi fundum, iſque prius quam vacuus traderetur, publicatus fuerit, tenearis* EX EMPTO, *quod hactenus verum erit*, VT PRETIVM RESTITVAS, *non* VT ETIAM ID PRÆSTES, SI QVID PLVRIS MEA INTERFVIT EVM VACVVM MIHI TRADI. Iulian. in L. venditor D. de Euictionib. *Venditor hominis emptori præſtare debet*, QVANTI EIVS INTEREST, HOMINEM VENDITORIS FVISSE. Iauolen. in L. ſi in venditione D.eo. *nihil venditor præſtabit, præter ſimplam euictionis nomine: & ex natura ex empto actionis*, HOC QVOD INTEREST. Denique Paul.in L. euicta re D.eo. *Euicta re*, ait, EX EMPTO ACTIO *non ad pretium duntaxat recipiendum, ſed ad* ID QVOD INTEREST *competit.* Quod & probant L.ſi cum venditor §. vlt.& L.emptori D.eo.tit. Alieno etiam ſeruo vendito, ex empto actionem eſſe Vlpian.ſcribit, VT HABERE LICERE EMPTORI CAVEATVR, ſed &, VT TRADATVR EI POSSESSIO, L. ex em-

pio

pto § venditorem, D.co. Aliæ quoq; huius actionis formulæ memorantur in L.creditor, in prin.& §.1. D.co.tit. L.licet, §.ea obligatio, D.de procurator. Interdũ hac actione dũtaxat petebatur, QVANTO MINORIS RES EMPTA FVISSET. Vlp.in L. Iulianus D.de actionib.emp. *Id tantum* EX EMPTO ACTIONE *præſtatuiũ*, QVANTO MINORIS ESSEM EMPTVRVS, SI ID ITA ESSE SCISSEM. Et §. Item qui,ead. L. TENETVR, QVANTI MINORIS EMPTVRVS ESSET, SI EVM ESSE FVGITIVVM SCISSET. Paul.in L.ſed ſi mihi §.vlt.D.de Euictionib. *Si ſeruitus euincatur*, QVANTI MINORIS OB ID PRÆDIVM EST, LIS ÆSTIMANDA EST. Vlpianus in L.quia dicitur D. eod. *Egit*, QVANTI MINORIS, OB *fugam ſerui* Aliâs verò QVANTO PLVRIS: vt in L.Iulianus §. ſi venditor D.de action.emp. EMPTI EVM IVDICIO TENERI, VT PRÆSTARET EMPTORI, QVANTO PLVRIS SERVVM EMISSET, SI ITA PECVLIATVS ESSET. Et §. per contrarium. *Competere actionem* EX VENDITO *in tantum*, QVANTO PLVRIS HEREDITAS VALERET, *ſi hæ res ſubtractæ non fuiſſent.*

Ex VENDITO autẽ actio venditori competebat, ad ea conſequenda, quæ ei ab emptore præſtari oportebat. In quod iudicium veniebat, pretium quanti res venierat. Item vſuræ pretij poſt diem traditionis. L.Iulianus. §. Ex vẽdito D.de actionib.emp. Hac actione etiam venditorem conſecutum ſumptus, qui facti eſſent in re diſtracta, ſcribitur eadẽ L.§ præterea.

His addenda eſt ea actio de qua in L.4 abeo §.vlt.D.de Aedilicio ed. fit mẽtio, in qua eſt. *Si vno pretio plures ſeruos vendidiſti, ſanóſque eſſe promiſiſti & pars duntaxat eorum minus ſana ſit, de omnibus*, ADVERSVS DICTVM PROMISSVMVE RECTE AGI. Similiter in L.quod venditor D.de dolo. *Si verò decipiendi emptoris cauſa dictum eſt, æquè ſic habendum eſt, vt non naſcatur*, ADVERSVS DICTVM PROMISSVMVE, ACTIO. Quam vtique actionem Aediles in Edicto ſuo propoſuerant, cuius clauſulam ad hanc rem pertinentem ſubieci. SIVE ADVERSVS QVOD DICTVM PROMISSVMVE FVERIT CVM VENIRET, FVISSET, QVOD EIVS PRÆSTARI OPORTERE DICETVR, EMPTORI OMNIBVSQVE AD QVOS EA RES PERTINET IVDICIVM DABIMVS, L.1.& L. Aediles §.non tantùm D.de Aedilic. edic. Quo Edicto, vt reliquas Aedilicias actiones perſequamur, præter Redhibitoriam prędita etiam erat alia actio ÆSTIMATORIA, ſiue, QVANTO MINORIS. Paulus in L.bouem §. aliquando D.de Aedilic.edic. *Aliquando etiam redhiberi mancipium debebit, licet* ÆSTIMATORIA, *id eſt*, QVANTO MINORIS AGAMVS. Caius in L.ſi quid, eod.tit. *Aut* REDHIBITORIO, *aut* ÆSTIMATORIO, *id eſt*, QVANTO MINORIS IVDICIO *agere poteſt*. Vlpian. in L.quia dicitur D.de Euictionib. *Egit, inquit*, QVANTI MINORIS PROPTER FVGAM SERVI: *deinde agit*, PROPTER MORBVM. Sic & in L.quod ſi nolit.§.ſi quis egerit D.de Aedilic.edict. *Si quis* EGERIT QVANTO MINORIS PROPTER SERVI FVGAM, *deinde agat* PROPTER MORBVM. Iulian.in L.ſi is qui §.1.D.de exceptio. rei iudic. *eſt in poteſtate emptoris, intra ſex mẽſes* REDHIBITORIA *agere mallet, an ea, quæ datur* QVANTO MINORIS HOMO CVM VENIRET, FVERIT. Eaq; eſt ACTIO QVANTO MINORIS, in L.11.C.de Aedilic.actio. Propoſita ſanè erat hæc actio non mancipiorũ duntaxat, ſed & iumentorum cauſa, illa parte edicti, quæ refertur in L. Aediles aiunt, in prin.& §.ſi fortè D.de ædilic.edic. Redhibitoriæ autem actionis formula exprimitur & in L. diuortio, §.illum, D.de neg.geſt.

Ex CONDVCTO actio cõductori dabatur, VT FRVI LICERET, VEL VT PRÆSTARETVR QVOD IN LEGE CONDVCTIONIS CONVENERAT, L.ex cõducto, D. locati. Vnde in L.ſi fundus, D.eo. *Si fundus quẽ mihi locaueris publicatus ſit, teneri te* ACTIONE EX CONDVCTO, VT MIHI FRVI LICEAT. L.ſi quis domũ.io prin. D.co.tit. *Nihilominus eũ* TENERI EX CONDVCTO EI QVI CONDVXIT VT EI PRÆSTETVR FRVI QVOD CONDVXIT LICERE. Et §.1. ead. L. *heredẽ eius nõ* TENERI, VT FRVI PRÆSTET. Et L.ſi in lege §.colonus D.eo *Colonus* SI EI FRVI NON LICEAT, *totius quinquẽnij nomine ſtatim* RECTE AGET. Et mox: *Item ex conducto vtiliter agat u, cui ſecundum conuentionem non præſtantur quæ conuenerant, ſiue prohibeatur* FRVI, *à domino, vel ab extraneo quem dominus prohibere potuit*. Et §. vltimo, *Si nõ patiatur heres conductorem reliquo tempore* FRVI, EST EX CONDVCTO ACTIO. Dabatur & illa actio in id quod conductoris intererat. Triphonin. in L. Nos videamus

D.locati. *Videamus ne ſexaginta præſtanda, nec quinquaginta ſint, ſed* QVANTI INTEREST PERFRVI CONDVCTIONE. Vlpian. in L.ſed addes eod.tit. *Ex conducto teneat,* IN ID QVOD PVPILLI INTERFVIT. Et §.1. *Tenebitur* IN ID QVOD INTEREST. Et L. ſi fundus D. eod. *Si colonus tuus fundo frui à te, aut ab eo prohibetur quẽ tu prohibere ne id facias poſſis, tantum ei præſtabis,* QVANTI EIVS INTERFVERIT FRVI.

Creditores verò qui quaſi Seruiana, pignora, hypothecáſve perſequebantur, hoc intendebant REM in bonis debitorum ſuorùm fuiſſe, tunc cùm illis pignori oppoſita fuerant, cuius rei probandæ onus illis incumbebat. Papinian. in L. ſi ſuperatus D. de pignorib. *Seruanda erit creditori actio Seruiana probanti,* RES IN BONIS EO TEMPORE QVO PIGNVS CONTRAHEBATVR, ILLIVS FVISSE. Caius in L. Et quæ nondum §.1. D. eod. tit. *Quod dicitur, Creditorem probare debere, cùm conueniebat,* REM IN BONIS DEBITORIS FVISSE. Quo reſpexiſſe videri poſſunt Vlpian. in L.1.§.illud, D.de migran.& Iuſtinian. in §.item ſi. Inſtit. de actionib. Ex hypothecariæ etiam actionis formula quædã perſtringuntur in L.ex ſextante in fi.D. de except.rei iud.& L. grege §.vlt.D.de pignorib. Sunt & ex Pigneratitiæ actionis formula verba obſeruanda in L.ſi rem §. omnis L.ſolutum in princ.& §.ſolutam. L.eleganter §.qui reprobos D. de pignerat. actio.

Plerumque autem, ait Iuſtinian, in §. ſed iſtæ Inſtit.de actionib.ita permittebat Prætor in rem agere, vt vel actor diceret, ſe QVASI VSVCEPISSE QVOD NON VSVCEPERAT: vel ex diuerſo poſſeſſor diceret, ADVERSARIVM SVVM NON VSVCEPISSE, QVOD VSV CEPERAT. Nam ſicui ex iuſta cauſa res aliqua tradita eſſet, ac necdum eius rei dominus effectus, eius poſſeſſionem caſu amiſiſſet, cùm nullam haberet in rem directam actionem qua vindicaret rem ſuam eſſe, cuius nondum dominiũ nactus erat, propoſita eſt à Prætore Publicio actio, quæ inde PVBLICIANA appellatur, in qua dicebat is qui poſſeſſionem amiſerat, EAM REM SE VSVCEPISSE, QVAM VSV NON CEPERAT, & ita ſuam eſſe petebat. Cui iudicio exceptionem, SI EA RES POSSESSORIS NON SIT, meritò additam fuiſſe Neratius ſcribit in L. vlt. D.de publicia. Non enim ideò ea actio comparata erat, vt res domino qui ſuæ rei poſſeſſionem recuperaſſet, auferretur, ſed vt is qui bona fide emiſſet, poſſeſſionémque eius rei ex ea cauſa nactus eſſet, potius rem haberet.

Ceterùm, vbi dominus ex facto ſerui, Noxali iudicio conueniebatur, hoc intendebat actor, vel LITIS ÆSTIMATIONEM eum SVFFERRE debere, vel NOXÆ SERVVM DEDERE, vt Iuſtinian. docet Inſtit. de noxalib. actionib. Iudicium enim noxæ deditionis ſolius nullum erat, quemadmodum ait Vlpian. in L. miles §.1. D de iudic. Idem Vlpianus in L. ſed ſi vnius §. cum ſeruus D. de iniur. *Dabitur ei facultas præſtare ei ſeruum verberandum: aut ſi de eo verberibus ſatis non fiat,* NOXÆ DEDENDVM, *vel* LITIS ÆSTIMATIONEM SVFFERENDAM. Idem in L. ſi ſeruus ſeruum §. item ſi ſeruus D. ad L. Aquil. ait ſeruo communi occiſo alterum ex dominis agentem, aut LITIS ÆSTIMATIONEM conſecuturum pro parte, aut NOXÆ DEDI ei in ſolidum oportere. Et in L.1. D.ſi famil.furt. fec. dic. *Ne cùm plures furtum admittunt, euertant domini patrimonium, ſi omnes* DEDERE, *aut pro ſingulis* ÆSTIMATIONEM LITIS OFFERRE *cogatur.*

INTERDVM tamen in ſolidum & omnimodo, DETRACTA NOXÆ DEDITIONE actor experiebatur, L. ſi plurium D. de noxalibus. Vlpian. in L.quoties §.vlt.D.de noxalib. *poſt exactum iuſiurandum poſſe actorẽ,* DETRACTA NOXÆ DEDITIONE EXPERIRI. Paul. in L. in delictis §. ſi detracta D.eod.tit. *ſi* DETRACTA NOXÆ DEDITIONE, *quaſi cum conſcio domino* ACTVM *ſit qui non erat conſcius, abſolutione facta, & finito iudicio, amplius* AGENDO CVM NOXÆ DEDITIONE, *exceptione rei iudicatæ ſummouebitur.* Et §. vlt. *Contrà quoque ſi cum eo qui ſcit,* CVM NOXÆ DEDITIONE ACTVM SIT, *amplius in dominum,* DETRACTA NOXÆ DEDITIONE, DANDA ACTIO NON EST. Aliàs dicitur, SINE NOXÆ DEDITIONE IVDICIVM SVSCIPI, REDDI, DICTARI, L. 11. §. 1. D. ſi ex noxali cauſa agatur, L. doli §. ſi ſeruus D. de ſeruo corrup. ſic in L. ſi ſeruus §. vlt. D. de noxalib. AN IVDICIVM

DICTARE

DICTARE SINE NOXÆ DEDITIONE, *velit*. In L. electio §. neque heredi D. de noxalib. *Liberum eſſe debet defendenti abſentem ſeruum, huius edicti pœnam euitare, id eſt & SINE NOXÆ DEDITIONE, conueniatur.* Vlpian. in L. I. §. vlt. D. de publican. *Quod nouiſsimè Prætor ait,* SI HI NON EXHIBEANTVR, IN DOMINOS SINE NOXÆ DEDITIONE IVDICIVM DABO: *hoc proprium eſt huius edicti, quod ſi non exhibeantur ſerui, competit* IVDICIVM SINE NOXÆ DEDITIONE, *cùm ſi exhibuiſſent,* vt idem ait, L. III. eod. tit. *noxali iudicio conuenirentur.*

Iam qui de inofficioſo teſtamento dicebat, hoc intendebat, PARVM SANÆ MENTIS FVISSE TESTATOREM CVM TESTAMENTVM ORDINARET, quod ſe immerentem, contra officium pietatis exheredaſſet. Martianus in L. II. D. de inoff. teſtam. HOC COLORE, DE INOFFICIOSO TESTAMENTO AGITVR, QVASI PARVM SANÆ MENTIS FVERVNT, VT TESTAMENTVM ORDINARENT: *& hoc dicitur, non quaſi verè furioſus, vel demens teſtatus ſit: ſed rectè quidem fecit teſtamentum, ſed non ex officio pietatis.* Vnde apud Scæuolam in L. Titia D. eod. tit. Paulus notat, ſi filius in querela inofficioſi obtinuerit, nec fideicommiſſa ab inteſtato data deberi, QVASI A DEMENTE. Non de nihilo ergo Apuleius, vt inſaniæ ſuſpicionem, ab vxore Pudentilla amoliretur, ſupremas eius Tabulas inſpici monet, quibus filium heredem ſcripſerat. Sic enim Apolog. II. *Lege,* ait, *potius teſtamentum, ſi quid* QVASI INSANA SCRIPSIT. *Hic reperies, & quidem mox à principio, Sicinius Pudens filius meus mihi heres eſto.* Querelam planè de inofficioſo patris teſtamento à filio exheredato his verbis perferri fingit Quintilian. Declamatio. CCCXXV. QVO MEO MERITO PATER ME EXHEREDAVIT? Nam qui ſuper ea re cognoſcebat, MERITA LIBERORVM examinare & perpēdere ſolebat. Vlpian. in L. III. §. ſi emancipatus D. de bon. poſſ. contr. tab. *Nec enim minus in hoc nepote, is qui de inofficioſo cogniturus eſt,* MERITA NEPOTIS, *quàm patris eius delicta perpendet* Impp. Diocletian. & Maximian. in L. ſi filiam C. de inoff. teſt. *Si filiam tuam, eo quòd turpiter & cum flagitioſa fœditate viuit, à ſucceſsione tua excludendam putes, ſi non inconſulto calore, ſed* EX MERITIS EIVS *ad id odiū incitatus es,* &c. Sed & Aſconius in III. Verrin. Inofficioſum teſtamentum, ait eſſe CONTRA MERITA.

Certam etiam fuiſſe Adſertionum formulam non dubium eſt. Ea videtur fuiſſe huiuſmodi, HVNC LIBERALI CAVSA, MANV ADSERO. Quam integram Terentius verſu vno clauſit, apud quem Adelph. Act. II. Sc. I. Æſchines ita loquitur:

Neque vendendam cenſeo, quæ libera eſt.
Nam EGO ILLAM LIBERALI ADSERO CAVSA MANV.

Vbi Donatus, *Ordo eſt*, ait, EGO LIBERALI CAVSA MANV ADSERO. *Et ſunt iuris verba, quibus,* ADSERTORES *dicuntur, alienæ vindices libertatis.* Plautus Pœnulo Act. IIII. Sc. vlt.

Omnia memoras, quo id facilius fiat: MANV EAS ADSERAT
SVAS, POPVLARIS, LIBERALI CAVSA.

Idem Act. v. Sc. II.

--Et ſi frugi eſſe vis,
Eas LIBERALI *tum* ADSERES CAVSA MANV.

Idem Perſa Act. I. Sc. III.

Nam vbi ego argentum accepero
Continuo tu illam à lenone ADSERITO MANV.

Et in Curculio. Act. v. Sc. II.

Promiſiſtin' ſi quiſquam hanc, LIBERALI ADSERERET MANV
Te omne argentum redditurum?

Varro lib. v. de lingua Lat. *Hinc,* ADSERERE MANV *in libertatem cùm prehendimus.* Feſt. Pomp. lib. XVI. *Sertorem quidam putant dictum à prendendo, quia cū cuſpiam adſerat manū, educendi eius gratiâ, ex ſeruitute in libertatē vocatur* ADSERTOR. Quam tamen notationē Verrium non probaſſe, ridiculámque aliam originem huius verbi protuliſſe,

ibidem docet. Quò adludens Plautus Rudente Act.III.Sc.I.

Quos cum capio, ſiquidem cepi, MEI SVNT, *habeo pro meis.*

Nec MANV ADSERVNTVR, *neque illinc partem quiſquam poſtulat.*

Et Martial.lib.I.

Gaudia non remeant, ſed fugitiua volant,

Hæc vtraque MANV *complexúque* ADSERE *toto.*

Ab hac autem manuum prehenſione, Adſertio, in Lexico Latinogræco B. Germani Pariſienſis, καρπισία, & Adſertor, Καρπιστὴς definitur. Quo in ſignificatu etiã Arrian.lib. IIII. Epictet.cap.VII. hoc verbo vſus eſt. Εἰς ἐμὲ οὐδεὶς ἐξουσίαν ἔχει· ἠλευθέρωμαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ· ἔγνωκα αὐτοῦ τὰς ἐντολάς· οὐκέτι οὐδεὶς δουλαγωγῆσαι με δύναται, Καρπιστὴν ἔχω, οἷον δεῖ, δικαστὰς οἵους δεῖ. Idem lib.III.cap.XXIIII. Ἴδε ἐπειλῆφθαι σού τις νῦν τοῦτος ὁ ἐξάγων σε ἀπὸ τῆς συνηθείας σοι διατρίβειν καὶ λέγει. Δοῦλος ἐμὸς εἶ. ἐπ' ἐμοὶ γάρ ἐστι κωλῦσαί σε διάγειν ὡς θέλεις. ἐπ' ἐμοὶ τὸ ἀνεῖναί σε τὸ ταπεινῶν, ὅταν θέλω. Et mox: τί λέγεις πρὸς τοῦτον τὸν δουλαγωγοῦντά σε, ποῖον αὐτῷ Καρπιστὴν δίδως; ἢ οὐδ' ὅλως ἀντιβλέπεις, ἀλλ' ἀφεὶς τοὺς πολλοὺς λόγους ἱκετεύεις ἵνα ἀφεθῇς. Idem eiuſd.lib.cap.VII. μὴ ὅτι φιλοσοφεῖς ἔσω φορτικὸν τὸ ὄνομα, ἀλλ' ὅτι Καρπιστὴν δίδως. τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ ταῖς ἀληθείαις ἐλευθερία. Rurſus ibidem, λέγε οὖν, ταῖς ἀληθείαις δοῦλε, καὶ μὴ δραπέτευε σου τοὺς κυρίους, μηδ' ἀπαρνοῦ, μηδὲ τόλμα Καρπιστὴν διδόναι τοσούτους ἔχων τῆς δουλείας ἐλέγχους. Solipater lib. I. Inſtit. Grammatic. *vindiciæ*, καρπισία, ἐλευθερία. Inde & Καρπισμὸς apud Clemen. Alexandrin. lib.V. Stromat. Κάρπος enim iuncturam manus, Græcis ſignificat. Suidas: Κάρπος, ἡ ἐπικαρπία καὶ τὸ μέρος τῶν χειρῶν, δύο γὰρ σημαίνει. Heſichius Καρπὸς, τὸ ἄρθρον τῆς χειρός. Sic enim legendum eſſe, non vt vulgò corruptè ἄθρον, Ariſtot. lib. I. de partib. animal. docet. Quem Ariſtotelis locum laudari ab Euſtathio exiſtimo, cùm in lib. Iliad. ε ita ſcribit. Ἀριστοτέλης δὲ φησὶν ὅτι χειρὸς τὸ ἐντὸς θέναρ σαρκῶδες. λέγει δὲ καὶ τὸν καρπὸν ἄρθρον εἶναι χειρὸς καὶ βραχίονος. Idem in ε. Iliad. καρπὸν ait eſſe, μεταξὺ σωμάτιον χειρὸς καὶ πήχεως. Idem in η. Odyſs. κάρπος γὰρ καὶ μέρος ἤτοι ἄρθρον χειρὸς μεταξὺ βραχίονος καὶ θέναρος ἀφ' οὗ παράγεται τὸ μετακάρπιον. Pollux quoque lib. II. Onomaſtic. πήχεως τὸ πέρας καρπὸν ὀνομάζεται, ſcribit.

E vetuſtis porrò actionum formulis quaſdam Cicero ſuppeditat. Etenim lib. V. de finib. bonor. & malor. *Quæ cùm*, ait, *Zeno didiciſſet à noſtris*, VT IN ACTIONIBVS PERSCRIBI SOLET, DE EADEM RE FECIT ALIO MODO. Idem Epiſt. XXVII. ad Ser. Sulpit. lib. XIII. familiar. *Sed tamen non parcam operæ, &*, VT VOS IN VESTRIS FORMVLIS, *ſic ego in Epiſtolis*, DE EADEM RE ALIO MODO. Accedat alia formula ex Topic. *Nã iacere telum, voluntatis eſt, ferire quem nolueris, fortunæ. Ex quo aries ille ſubiicitur veſtris actionibus*, SI TELVM MANV FVGIT, MAGIS QVAM IECIT. Quod Boëtius ita explicat. *Si quis cædis accuſetur, optima ſolet eſſe defenſio, ſi alia non ſuppetit*, FVGISSE MANV TELVM, ET MAGIS QVAM VOLVISSET, IECISSE, *vt non voluntati, quæ in culpis condemnatur, ſed ignorantiæ, factum tribuatur*. D. Auguſtin. lib. I. de libero arbitr. cap. IIII. *Nam & miles hoſtem, & iudex vel miniſter eius nocentem, & cui fortè inuito atque imprudenti* TELVM MANV FVGIT, *non mihi videtur peccare, cùm hominem occidunt: Si miſſi teli imprudentia digna eſſe venia videatur.* Confert etiam Quintilian. Declamat. CCCXVIII. hæc, *Quare, ne illa quidem tibi actio quæ inuidiam facere ſolet legatum non ſoluentibus, relicta eſt, vt dicas*, QVOD EGO MERVI, QVOD IVRE PETO.

Actiones planè omnes certis formulis adſtrictæ, verborúmque cancellis circumſcriptæ erant, vt Pomponius in L. II. D. de orig. iur. ita teſtatur. *Deinde ex his legibus* (videlicet XII. tab.) *eodem tempore ferè actiones compoſitæ ſunt, quibus inter ſe homines diſceptarent: quas actiones ne populus, prout vellet, inſtitueret, certas ſollemnéſque eſſe voluerũt, & appellatur hæc pars iuris, Legis actiones, id eſt legitimæ actiones.* Cicero pro Roſc. Com. *Sunt iura, ſunt formulæ de omnibus rebus cõſtitutæ, ne quis, aut in genere iniuriæ, aut in ratione actionis errare poſſit. Expreſſæ ſunt enim ex vniuſcuiuſq; dãno, dolore, incõmodo, calamitate, iniuria publicæ à Prætore formulæ, ad quas priuata lis accommodatur.* Et certè in earũ cõceptione magna cautio adhibebatur: obſeruandum enim erat, ne aliter ageretur quàm oporteret, aptèque & congruè formula concipienda erat, propterea quod qui in formulæ genere erraſſet, cauſa cadebat, litem perdebat, & rem amittebat. Cic. lib. II. de Inuentio. *Ita ius ciuile habemus conſtitutum, vt*

CAVSÆ

CAVSA CADAT IS, QVI NON QVEMADMODVM OPORTET, EGERIT. Quintilianus lib.III.cap.VIII. *In omnibus ferè cauſis, in quibus* CECIDISSE QVIS FORMVLA *dicitur, hæ ſunt quæſtiones,* AN HVIC, AN CVM HOC, AN HAC LEGE, AN APVD HVNC, AN HOC TEMPORE, LICEAT AGERE. Idem lib.VII.cap.III. *Eſt etiam periculoſum, cùm ſi* VNO VERBO SIT ERRATVM, *tota* CAVSA CECIDISSE *videamur.* Idem Declamatio.CCLX. *Sit tolerabile* FORMVLA ERRARE, *& in petitione pecuniæ non uti iure conceſſo: Aliquis caput hominis perperam petit, vt terreat, vt occidat?* Et mox: *Facta cetera habent ſuas leges, ſua iura, ſuas actiones.* Item Declamatio.CCCL. *Non ignoro frequentem eſſe huiuſmodi, in iudiciis minoribus dumtaxat, contentionem, vt petitor* EXCIDISSE FORMVLA, VT ALITER QVAM POTVERIT, AGERE DICATVR. Vnde Vlpian. in L.I.ſi minor falſ.mod.dixer.de actione in factum à Prætore contra menſorem propoſita agens, *Ideò autem,* ait, *hanc actionem propoſuit, quia non crediderunt veteres inter talem perſonam locationem & conductionem eſſe: ſed magis operam beneficij loco præberi, & id quod datur, ei ad remunerandum dari, & inde honorarium appellari. Si autẽ ex locato conducto fuerit actum, dicendum erit nec tenere intentionem.* Hinc etiam quoties incertũ erat quæ potius actio competeret, duas dictabant, edebãt, inſtituebántque, ſed proteſtabantur ſe ex altera dumtaxat velle ſuum conſequi. Huius rei nobis auctor eſt Vlpianus in L.I.§.quia autem, D. quod legator. cuius verba hæc ſunt: *Quemadmodum ſolemus facere, quotiens incertum eſt quæ potius actio teneat. Nã duas dictamus, proteſtati ex altera nos velle conſequi quod nos contingit.*

Non eſt ergo quod miretur quiſquam toties inter Iuriſconſultos de actione conſtituenda ambigi, quæ ſpeciei propoſitæ apta, congrua & conueniens eſſet, cùm in genere actionis errantibus periculum iacturæ litis immineret. Cuiuſmodi diſceptationum cùm aliàs ſæpè, tum in L.ſi conuenerit, & L. arbor, §. ſi per eumdem, D. communi diuid. L.permiſiſti, in princip.& §.vlt.& L.ſi gratuitam, & L. apud Labeonem, L. ſi tibi ſoluenda, & L. Titius, D.de præſcript.verb.& L.Iulianus, §.I.D.ad exhibend.L.I.§. ſi te rogauero, cum ſeq.D.depoſiti, exempla inueniuntur.

Hac gratia etiã, omniſq; tollendæ dubitationis cauſa, actionẽ de æſtimato propoſitã Vlpian. ſcribit in L.I.D.de æſtimator. Nam cùm rem æſtimatam vendendam quis dederat, quia dubitabatur, vtrùm, ex vendito eſſet actio, propter æſtimationem: an ex locato, quaſi rem vendendam locaſſe videretur: an ex conducto, quaſi operas conduxiſſet: an mandati: melius viſum eſt hanc actionem proponi. Inde etiam cùm vulgaria atque vſitata actionum nomina deficiebant, ceſſabántque iudicia prodita, facilè deſcendebant ad eas actiones, quæ IN FACTVM appellabantur, præſcriptiſq; verbis agebãt: quò neceſſe erat confugere, cùm proprium rei nomen inuenire non poterant, negotiáque aut contractus exiſtebant, quorum appellationes nullæ iure ciuili proditæ erant. L. I. II.& III.D.de præſcript.verb. Sic Paulus in L.in rem, §.item quæcumque, D. de rei vindic. *Ideóque,* ait, *in omnibus his caſibus, in quibus neque ad exhibendum, neque in rem locum habet,* IN FACTVM *actio neceſſaria eſt.* Idem in L.quæ religioſis, D.eod. IN FACTVM *autem actione petitori* EXTRA ORDINEM SVBVENITVR. Ita ceſſante vindicatione, IN FACTVM actionẽ reddi debere tradit Iulian.in L.cùm autem. D.eod.vind.tit.& ceſſante ad exhibendũ, IN FACTVM actione ſuccurrendum Vlpian.in L.III.§. interdũ, & L.Iulianus, §.Marcellus, D.ad exhiben. Et ceſſante actione pro ſocio, IN FACTVM agẽdum, L.ſed eo nomine, D.de noxalib.actionib. Deniq; vbi furti actio locum habere non poterat, ad actionem IN FACTVM decurſum oſtẽdunt, L.ſi quis vxori, §. ſi quis aſinum, & L.ſi is qui rem, §.ſi tu Titium, D.de furt.

Illud notum eſt eos qui intentione ſua plus complexi eſſent, quàm ad eos pertineret, eiſve competeret: quique vel re, vel tempore, vel loco, vel cauſa, vel qualitate, vel æſtimatione plus petiiſſent, cauſa cecidiſſe. §.ſi quis agens, Inſtitur.de actionib. Paul.lib. I.Sentẽtiar.Tit.X.L.I.& II.de calũniatorib.in Titt.ex corpore Cod.Hermogen. Euſeb. Emiſen.Homil.XI.de Paſcha: *Nam ſicut in negotiis gerendis,* ait, *quatuor modis plus petendo ſubire periculum pro iuris ratione perhibetur. Quibus quatuor? id eſt, loco, tempore, genere, qualitate. Loco, ſi alibi fortè ſibi debitum improbus fœnerator extorſerit, quàm vbi cautio deſignabat. Tem-* causa cadere

pore, ſi citius: Quantitate, ſi amplius petierit. Genere, ſi alterius rei, ac meliorũ materiæ mercem quã ſcriptura continebat, exegerit. Inde certè Scæuola Hypſæum & Octauium iuris ignaros patronos ridebat: quorum ille, quemadmodum à Cicerone lib. I. de Orat. refertur, maxima voce plurimis verbis à M. Craſſo Prætore contendebat, vt ei cui aderat, cauſa cadere liceret: Hic verò, non minus longa oratione recuſabat, ne aduerſarius cauſa caderet, ac ne is, pro quo ipſe diceret, turpi tutelæ iudicio atque omni moleſtia, ſtultitia aduerſarij liberaretur. *Atqui*, addit Cicero, *non defuit illis patronis eloquentia, neque dicendi ratio aut copia, ſed iuris ciuilis prudentia, quòd alter plus lege agendo petebat, quàm quãtũ lex in* XII. *tab. permiſerat: quod cũ impetraſſet, cauſa caderet: alter iniquũ putabat, plus ſecũ agi, quã quod eſſet in actione: neq; intelligebat, ſi ita eſſet actũ, litẽ aduerſariũ perditurũ.* Itaq; Paul. lib. I. Sētent. Tit. XIIII. hereditatẽ pro ea parte peti debuiſſe docet, pro qua ad petitorẽ pertineret: ne alioquin plus petẽdi periculum incurreret, ac cauſam perderet. Quamquam interdum Prætor incertæ partis petitionem indulgebat, idoneis cauſis interuenientibus, L. I. §. vlt. D. ſi pars heredit. pet. Eum etiam qui partem debiti compenſare, vel deducere debuiſſet, ſi totum petiiſſet, plus petendo cauſa cecidiſſe Paul. lib. II. Sentent. Tit. V. auctor eſt. Veteris autem huius iuris quod eſt Zenonis & Iuſtiniani Conſtitutionibus abrogatum, manſerunt reliquiæ in L. I. D. de interrogat. in iu. facien. ita tamen vt eis terram iniecisse Tribonianum perſpicuè cernamus. Sic enim illic ſcriptum eſt: *Toties heres in iure interrogandus eſt, qua ex parte heres ſit, quoties aduerſus eum actio inſtituitur, & dubitat actor qua ex parte is cum quo agere velit, heres ſit. Eſt autem interrogatio tunc neceſſaria, cùm in perſonam ſit actio. & ita ſi certum petetur: ne dum ignoret actor, qua ex parte aduerſarius defuncto heres extiterit, interdũ plus petendo aliquid damni ſentiat.* Poſtrẽma enim verba hæc à Triboniano interpolata ſunt, dum ad ſuorũ temporum rationem accommodare ſtudet, quod Vlpianus ſcripſerat, *plus petendo cauſa cadat.*

Ceterùm qui ex ſupradictis cauſis litẽ perdiderant, interdũ à Prætore in integrũ reſtituebãtur. Seneca Epiſt. XLIX. lib. VI. *Quid enim aliud agitis, cùm eum quem interrogatis ſcientes in fraudẽ inducitis, quàm vt* FORMVLA CECIDISSE *videatur? Sed quemadmodũ illũ Prætor, ſic hos in integrum Philoſophia reſtituit.* Minori quidem XXV. annis, qui plus petendo cauſa cecidiſſet, in integrum reſtitutionis auxilium indultum, maiori etiam ob iuſtum errorem ſubuentum fuiſſe, tradit Iuſtinianus in §. ſi quis agens, Inſtit. de actionib. Fertur & Claudius Cæſar iis qui plus petendo apud priuatos Iudices cauſa ceciderant, actiones reſtituiſſe, quemadmodum Sueton. in eius vita cap. XIIII. ſcribit.

Vſque adeò autem certis formularum cancellis actiones omnes incluſæ erant, vt Formularum nomine ſæpenumerò appellentur: quemadmodum in noſtris de verbor. quæ ad ius pertin. ſignific. libris comprobauimus. Et ita, legis Aquiliæ actio, DAMNI DATI FORMVLA dicitur à Plinio lib. IX. Natural. hiſtor. cap. LIX. & actio de dolo, FORMVLA DE DOLO MALO, à Cicerone lib. II. de Finib. cuius C. Aquilium Gallum auctorem fuiſſe idem lib. III. Officior. ſcribit his verbis: *Nondum C. Aquilius collega meus protulerat* DE DOLO MALO FORMVLAS. Et lib. III. de nat. Deor. *Inde euerriculum malitiarum omnium,* IVDICIVM DE DOLO MALO, *quod C. Aquilius familiaris noſter protulit.* Ad FORMVLAM quoque HYPOTHECARIAM Martianũ librum ſingularem ſcripſiſſe Index Pandectis præfixus teſtatur. Sic & COMMVNI DIVIDVNDO, ET FAMILIÆ HERCISCVNDÆ FORMVLAM legimus apud Apul. lib. IX. de Aſino aur. Harum formularum concipiendarum gratia ſolebãt adiri Iuriconſulti. Valer. Max. lib. VII. cap. II. de A. Cæſellio Iuriſconſulto, *Nullius*, ait, *aut gratia, aut auctoritate compelli potuit, vt de aliqua earum rerum, quas Triumuiri dederant,* FORMVLAM *componeret.* Cic. lib. I. de legib. *Quamobrem quô me vocas, aut quid hortaris, vt libellos conficiam, de ſtillicidiorum, ac parietum iure? aut,* VT STIPVLATIONVM ET IVDICIORVM FORMVLAS COMPONAM. Vnde & Formularios & Leguleios Quintilianus eos vocat lib. XII. cap. III. Antonius etiam apud Ciceronẽ lib. I. de Orato. Leguleium, præconem actionum, cautorem formularum, aucupem ſyllabarum, appellat.

Ob eas autem quas ſuprà memorauimus cauſas, actionis ſibi genus edi, reus poſtulabat, L. ſi debitori, & L. non videtur, D. de iudic. Nam vt ab Vlpiano in L. I. D. de edẽ.

ſcribitur:

ſcribitur: *Qua quiſque actione agere vellet,eam edere debebat, vt proinde ſciret reus vtrùm cedere an contendere vltrà deberet:& ſi contendendum putaret, veniret inſtructus, cognita actione qua conueniebatur.* Hæc editio vti fieret demonſtrant Impp. Diocletian.& Maximianus in L.II.de calumniatorib.in Titt.ex corpore Codicis Hermogenia. *Quoties,* aiunt, *ordinatis actionibus aliquid petitur,ideò petitor cogitur ſpecialiter litis genus edere, ne plus debito aut eo quod competit,poſtuletur.Siue itaque fideicommiſſum,ſiue fundus.ſiue pars fundi, ſiue domus,ſiue pars domus.ſiue debitum,aut quodcunque petatur,ſpecialiter deſignari debet petitionis ſumma vel quantitas,cùm genus litis editur.* Proinde Seuerus & Antoninus in L.III.C.de eden. Editam actionem ſpeciem futuræ litis demonſtrare dicunt Edere autem erat, vel,copiam deſcribendi facere,vel in libello complecti & dare,vel producere aduerſarium ſuum ad album Prætoris,& demonſtrare quod dictaturus eſſet,vel id dicere quo vti vellet, L.I.D.de eden.

Legitimæ porrò Actiones, quæque iure ciuili, aut honorario prodiræ, proprium nomen habent,hæ ferè ſunt, In perſonam quidem, CERTI CONDICTIO, SI CERTVM PETETVR, CONDICTIO TRITICIARIA, CONDICTIO EX LEGE, CONDICTIO INDEBITI, CONDICTIO CAVSA DATA CAVSA NON SECVTA, CONDICTIO OB TVRPEM VEL INIVSTAM CAVSAM, CONDICTIO SINE CAVSA, CONDICTIO FVRTIVA, INCERTI CONDICTIO, ACTIO EX EMPTO, VENDITO, REDHIBITORIA, QVANTO MINORIS, ADVERSVS DICTVM PROMISSVM, EX LOCATO, CONDVCTO, COMMODATI DIRECTA, COMMODATI CONTRARIA, PIGNERATICIA DIRECTA, PIGNERATICIA CONTRARIA, DEPOSITI DIRECTA, DEPOSITI CONTRARIA, MANDATI DIRECTA, MANDATI CONTRARIA, PRO SOCIO, TVTELÆ DIRECTA, TVTELÆ CONTRARIA, DE PECVLIO, DE IN REM VERSO, QVOD IVSSV, EXERCITORIA, INSTITORIA, TRIBVTORIA, SERVI CORRVPTI, SI QVADRVPES PAVPERIEM FECISSE DICETVR. EX STIPVLATV, IVDICATI, EX TESTAMENTO, LEGIS AQVILIÆ, vel DAMNI INIVRIÆ, ÆSTIMATORIA, DE PASTV PECORIS, AREORVM FVRTIM CÆSARVM, FVRTI, VI BONORVM RAPTORVM, INIVRIARVM, DE DOTE, REI VXORIÆ, DE MORIBVS, RERVM AMOTARVM, RECEPTITIA, PECVNIÆ CONSTITVTÆ, AD EXHIBENDVM, QVOD METVS CAVSA, DE DOLO MALO, AQVÆ PLVVIÆ ARCENDÆ, NEGOTIORVM GESTORVM DIRECTA ET CONTRARIA, DE TIGNO IVNCTO, SEPVLCHRI VIOLATI, ONERIS AVERSI, SERVI CORRVPTI.

Actiones verò in rem, PETITIO HEREDITATIS, REI VINDICATIO, PVBLICIANA, QVERELA INOFFICIOSI TESTAMENTI, CONFESSORIA, NEGATORIA, SERVIANA, vel QVASI, PAVLIANA, FAVIANA, CALVISIANA, RESCISSORIA.

Mixtæ autē hæ, FAMILIÆ ERCISCVNDÆ, COMMVNI DIVIDVNDO, FINIVM REGVNDORVM. Vbi verò legitimæ & honorariæ actiones deficiebāt, ad earum exemplum Vtiles dabantur L.ſi vero §.vlt.D.de his qui effuder. vel deiecer. L.Iulianus §.ſi procurator D.de act.emp. L.liberto D.de nec geſt. L.ſi cū vilico L.in eū D.de inſtitor. L.Boues D.ad L.Aquil. L.I.§.vlt.D.de ſuperficieb. L.I.C.de precat. L.cum res C.ſi aliena res pigno. L.I.C.de rer.permutat.

Legitimis autē actionibus experiri,erat LEGE AGERE. Cicero lib.I. de Orato.& Orat. pro Cęcinna,& IIII.in Verr. Valerius Max.lib.VII.cap.VII. Plin.lib.VII.cap.V. Agell.lib.XX.cap.IX.& L.II.§.deinde ex his legibus,D.de orig.iur.

Ei planè cuius intentio contemptibilis aduerſario videbatur,dici ſolitum, LEGE AGITO, Donatus notat in Phormio. Terent. Act.V.Sc.VIII. Quô loci Phormio, *Vna,* ait, *iniuria eſt tecum.* Cui Demipho reſpondet, LEGE AGITO ERGO. Confirmat hoc idem Donatus auctoritate Plauti, cuius verſum citat ex Aulularia, LEGE AGITO. Habetur verò hic verſus Act.III.Sc.III.in hæc verba,

LEGE AGITO MECVM: MOLESTVS NE SIS: *& cœnam coque.*

Erant & olim certæ Interdictorum formulæ. Ordinario enim iure Interdicta à Prætore reddebãtur, vt ex Oratione Ciceronis pro Cæcina patet. Vnde Vlpian. in L. I. D. ſi ventr. nom. mul. in poſſ. mitt. *Coget autem*, ait, *eum diſcedere nõ Prætoria poteſtate, vel manu miniſtrorum: ſed melius & ciuilius faciet, ſi eum per interdictum* AD IVS ORDINARIVM *remiſerit*. Frontin. de limitib. agror. *De poſſeßione controuerſia eſt, de qua ad interdictum hoc eſt*, IVRE ORDINARIO, *litigatur*. Quæ verba Aggen. Vrbic. explicans: *De poſſeßione*, ait, *fit controuerſia, quoties de totius fundi ſtatu per interdictum, hoc eſt*, IVRE ORDINARIO *litigatur. Hoc non eſt diſciplinæ noſtræ iudicium: ſed apud Præſidem prouinciæ agitur, & ex lege reſtituitur poſſeßio, cui poterit adimere*. Prætorem quidem in Interdicto VTI POSSIDETIS, his verbis vſum Feſt. Pomp. ſcribit, VTI NVNC POSSIDETIS EVM FVNDVM Q. D. A. QVOD NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO, ALTER AB ALTERO POSSIDETIS, ITA POSSIDEATIS. ADVERSVS EA VIM FIERI VETO. Vlpian. verò ſic, VT EAS ÆDES Q. D. A. NEC VI NEC CLAM NEC PRECARIO A. A. A. POSSIDETIS, QVO MINVS ITA POSSIDEATIS, VIM FIERI VETO. L. I. D. vti poſſid. Eadem L. §. præterea, *Perpetuo*, ait Vlpian. *huic interdicto inſunt hæc*, QVOD NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO AB ILLO POSSIDES. Ad quæ Terentianus Chærea lepidè alludit Eunuch. Act. II. Sc. III.

Hanc tu mihi, inquiens, *vel* VI, VEL CLAM, VEL PRECARIO
Fac tradas. Vbi Donatus, *Secundum ius locutus eſt. Nam his tribus mala fide aliquid poßidetur*, VI, CLAM, PRECARIO.

Ex interdicto de vi armata Cicero in Oratione pro Cæcina citat hæc: VNDE TV, AVT FAMILIA, AVT PROCVRATOR TVVS, HOMINIBVS COACTIS, ARMATISVE. Quo pertinent quæ Vlpianus tractat in L. quod eſt. §. armis, D. de vi & vi armata. Ex cuius Edicti formula Cicero Epiſt. XVI. lib. XV. Familiariũ ita iocatur: *Poſtulabimúsque, ex qua hæreſi* VI HOMINIBVS ARMATIS DEIECTVS SIS, IN EAM RESTITVARE. *In hoc interdicto non ſolet addi*, IN HOC ANNO. Edicti vtique VNDE VI formula apud Iuris auctores proponitur huiuſmodi: VNDE TV ILLVM VI DEIECISTI, AVT FAMILIA TVA DEIECIT, DE EO QVÆQVE ILLE TVNC IBI HABVIT. Duo enim ſeparata, de vi, armis, & ſine armis facta fuiſſe propoſita interdicta, Cicero pro Cæcina ſcribit: *Dupliciter*, ait, *homines deiiciuntur: aut ſine coactis armatíſque hominibus: aut per huiuſmodi rationem & vim. Ad duas dißimiles res duo deiuncta interdicta ſunt*. Hoc ſignificat inſcriptio Rubricæ DE VI ET VI ARMATA. Quorum Interdictorum diſſimilitudinem è re eſſe cenſeo adnotare, quam ſatis apertè Cicero ſua illa pro Cæcina Oratione declarat. Primùm quidem de vi ita interdici conſueuiſſe ait, VNDE TV DEIECISTI, EO RESTITVAS. Deinde poſt aliquot interpoſita, hãc inter vtrumque Interdictum, de Vi Cottidiana & Armata differẽtiam ſtatuit: *Cur ergo aut in illud cottidianum Interdictum*, VNDE ILLE ME VI DEIECIT, *additur*, CVM EGO POSSIDEREM, *ſi deiici nemo poteſt, qui non poßidet? aut in hoc Interdictum*, DE HOMINIBVS ARMATIS, *non additur? Si oportet quæri*, POSSEDERIT NEC NE? *Negas* DEIICI, *niſi qui* POSSIDEAT. *Oſtendo, ſi ſine* ARMATIS, COACTISVE HOMINIBVS DEIECTVS *quiſquam ſit, eum qui fateatur ſe* DEIECISSE, *vincere ſponſione, ſi oſtendat, eum non poſſediſſe. Negas* DEIICI, *niſi qui* POSSIDEAT. *Oſtendo, ex hoc Interdicto* DE ARMATIS HOMINIBVS, *qui poßit oſtendere non poſſediſſe eum qui deiectus ſit, condemnari tamen ſponſionis neceſſe eſſe, ſi fateatur eſſe deiectum*. Et mox: *In illa* VI COTTIDIANA *non ſatis eſt poſſe docere*, SE DEIECTVM, *niſi oſtendere poßit*, CVM POSSIDERET, TVM DEIECTVM. *Ne id quidem ſatis eſt, niſi docet*, ITA SE POSSEDISSE, VT NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO POSSEDERIT. *Itaque is, qui ſe*, RESTITVISSE DICIT, *magna voce ſæpè confiteri ſolet*, SE VI DEIECISSE: *verùm illud addit*, NON POSSIDEBAT: *vel etiam, cùm hoc ipſum conceßit, vincit tamen ſponſione, ſi planum facit*, AB SE ILLVM AVT VI, AVT CLAM, AVT PRECARIO POSSEDISSE. Et paullo pòſt: *Ecquid intereſt, vtrùm hoc additum*, CVM A. CÆCINA POSSEDERIT, *nec ne? Ecquid te ratio iuris, ecquid interdictorum dißimilitudo, ecquid auctoritas maiorum commouet?* Hoc ergo inter illa Interdicta intererat, quod in Interdicto VN-

DE VI

DE VI neceſſe habebat vi deiectus, docere ſe poſſediſſe, & quidẽ nõ vi, non clàm, non precario, ab aduerſario. In Interdicto verò de VI ARMATA, non quærebatur, vtrum poſſediſſet, nécne. Hinc Pompon. in L. ſed ſi vi, D. de vi & vi arm. *Sed ſi* VI ARMATA DEIECTVS *es, ſicut ipſum fundum recipis*, ETIAMSI AVT VI AVT CLAM, AVT PRECARIO EVM POSSIDERES: *ita res quoque mobiles*, OMNIMODO *recipies*. In hoc etiam de HOMINIBVS ARMATIS ET COACTIS Interdicto, nõ fuiſſe additũ, IN HOC ANNO, ex Cicer. Epiſtol. ſuprà adductus locus teſtatur. Præterea illud VNDE VI, id eſt, de vi cottidiana Interdictũ, nec liberto in patronũ, nec liberis aduerſus parentes dabatur: aliter atque ſi VI ARMATA vſus eſſet aduerſus libertum patronus, vel aduerſus liberos parens. Tunc enim Interdictum competebat, L. I. §. ex interdicto, D. de vi & vi arm. L. II. & L. licet, D. de obſeq. parentib. & patron. præſt.

Interdictorum porrò ſicut non vnum genus, ita nec vna eadémque conceptio erat. Aut enim PROHIBITORIA erãt, aut RESTITVTORIA, aut EXHIBITORIA, L. I. §. interdictorũ, & L. II. D. de interdict. L. certum, §. ſed & ſi, D. de confeſſ. §. I. Inſtitut. de interdict.

In Prohibitoriis ita Prætor interdicebat, VIM FIERI VETO, L. II. §. vlt. D. ne quid in lo. publ. L. I. D. de loco publ. fru. L. I. D. de via publ. & itin. publ. refic. L. I. D. vt in flum. publ. nauig. L. I. D. de ripa munien. L. I. D. vti poſſid. L. I. D. de ſuperficieb. L. I. & L. III. §. ait Prætor, D. de itin. actúq. priu. L. I. in princ. & §. deinde ait Prætor, D. de aq. cottid. L. I. D. de riuis, L. I. in princ. & §. deinde ait Prætor, D. de fonte, L. I. D. de cloac. L. I. in princ. & §. ait Prætor, & §. deinde ait Prætor, D. de arbor. cæd. L. I. D. de glande legen. L. III. D. de liberis exhib. L. I. D. de vtrubi, L. I. D. de migran. L. Prætor ait, §. deinde ait Prætor, D. de oper. noui nunt. Et interdum ſimpliciter, VETO, L. I. D. ne quid in loco ſac. L. II. §. ait Prætor, D. ne quid in loco publ. L. I. D. ne quid in flumine pub.

In Reſtitutoriis verò ſic, RESTITVAS, L. I. D. quorum bonor. L. II. §. Prætor ait, D. ne quid in lo. publ. L. I. §. deinde, D. ne quid in flum. publ. L. I. §. vlt. D. de cloac. L. II. D. de precario, L. Prætor ait, in princ. D. de oper. noui nunt. L. I. D. quod vi aut clàm, L. ait prætor D. quæ in fraud. credit. Cuiuſmodi interdictum illic poſitum, FRAVDATORIVM vocatur, in L. pupilli, D. de ſolutionib.

In Exhibitoriis autem Prætor vtebatur verbo, EXHIBEAS, L. I. D. de tabul. exhib. L. I. D. de libero hom. exhib. L. I. D. de liberis exhibend.

His ſingulares quaſdam Interdictorum formulas adiungam. Vlpian. in L. I. §. deinde ait Prætor, D. de aqua cottid. *Qui de aqua cottidiana interdicit, ita interdicit*, VTI HOC ANNO AQVAM DVXISTI. *At qui de æſtiua, ſic*, VTI PRIORE ÆSTATE. In L. I. §. Labeo, D. eod. *Labeo putat per hoc interdictum prohiberi quem*, NE QVID IN ILLO FVNDO FACIAT, SERAT, SVCCIDAT, PVTET, ÆDIFICET. QVARE EX RE, EA AQVA QVAM ILLE HOC ANNO PER FVNDVM SINE VITIO DVXIT, INQVINETVR, VITIETVR, CORRVMPATVR, DETERIORVE FIAT. Idem Vlpianus in L. Iulianus, §. I. D. ad exhib. *Et placet nobis Pomponij ſententia, ſiue glans extet, ſiue conſumpta ſit: ſed ſi extet, etiam Interdicto de glande legenda*, VT MIHI TERTIO QVOQVE DIE LEGENDÆ GLANDIS FACVLTAS ESSET, *vti potero, ſi damni infecti cauero*. Idem in L. I. §. non autem omne, D. de fluminib. *Vtile interdictum competere*, NE VIS EI FIAT, QVO MINVS ID OPVS, QVOD IN ALVEO FLVMINIS, RIPAVE ITA FACTVM SIT, VT ITER, CVRSVS FLVMINIS DETERIOR SIT, FIAT, TOLLERE, DEMOLIRI, PVRGARE, RESTITVERE, VIRI BONI ARBITRATV POSSIT. In L. III. §. Labeo, D. vti poſſid. INTERDICO TECVM, SICVTI NVNC POSSIDETIS EAS ÆDES EX QVIBVS PROIECTVS EST. Item in L. Pomponius, D. de procuratorib. VT LIBERI QVI IN POTESTATE ABSENTIS DICVNTVR, DVCANTVR, *Interdictum non poſſe deſiderare ait*. In L. Non cogendum, §. vlt. D. eod. *Si procuratori opus nouum nuntiatum ſit, iſque interdicto vtatur*, NE VIS EI FIAT ÆDIFICANTI. Interdicta autẽ æquè atque actiones, edebantur, L. vlt. §. ſi legatarius, & §. vlt. D. quod legator.

Ex Interdictorum formulis hæc præterea obſeruanda ſunt. Vlpian. in L. Prætor ait §. vlt. D. damno inf. *Interdictum reddendum ei, in cuius ædes rudera decidiſſent, per quod vicinus compelletur*, AVT TOLLERE, AVT TOTAS ÆDES PRO DERELICTO HABERE. Et L. hoc amplius §. 1. D. eod. *Interdictum à Prætore datum*, NE VIS FIERET DOMINIS, QVO MINVS SVA TOLLERENT, AVFERRENT, SI MODO DAMNI INFECTI REPROMITTERENT. In L. 1. §. 1. D. de oper. no. nunt. *erit tranſeundum ad Interdictum*, QVOD VI AVT CLAM FACTVM ERIT, VT RESTITVATVR. Et §. ſi is cui, ead. L. *Interdictum in eum*, DE OPERE RESTITVENDO *reddere*: quibus verbis ſignificat Interdictum quod proponitur in L. Prætor ait D. eod. tit. Quod Interdictum RESTITVTORIVM appellatur in L. Stipulatio §. 1. D. eod. & *Interdictum quod ex noui operis nuntiatione competit*, L. ſi alius §. ait D. quod vi clam. Itẽ in L. de pupillo §. vlt. D. de oper. no. nunt. *Deinde Interdicto aduerſus eũ vtar*, NE VIM MIHI FACIAT, QVOMINVS ÆDIFICEM.

Porrò accuratam illam formularum conceptionem in extraordinariis iudiciis non fuiſſe obſeruatã ſcriptũ reliquit Paulus in L. Actio, D. de negot. geſt. Nam quoties extra ordinem ius dicebatur (qualia fuere tandem omnia iudicia) non erat neceſſe reddi Interdictum: ſed perinde iudicabatur ſine Interdictis, ac ſi vtilis actio ex cauſa iudicati reddita fuiſſet, quemadmodum Iuſtinianus ſcribit, in § vlt. Inſtitut. de interdict. Vnde Diocletian. & Maximian. in L. III. C. de interdictis. *Interdicta autem*, inquiunt, *licet in extraordinariis iudiciis locum non habeant, tamen ad exemplum eorum res agitur.* Inde eſt, quod Rubricæ *de Interdictis*, additur, *ſiue extraordinariis, quæ pro his competunt actionibus*. Eadem de cauſa in multis conſtitutionibus, vbi de Interdictis agitur, EXEMPLO EORVM, VEL AD INSTAR INTERDICTI, agendum legimus. Veluti in L. II. C. vnde vi. *Pulſos reſtituendos eſſe*, INTERDICTI EXEMPLO, *ſi nec dum vtilis annus exceſſit, certiſſimi iuris eſt.* Et in L. IIII. eodem tit. *ſi de poſſeſſione vi deiectus es, cum lege Iulia vis priuatæ reum poſtulare*, & AD INSTAR INTERDICTI *Vnde vi conuenire poteſt*. Quæ verba vetus quidam gloſator in meo manu ſcripto Codice ita interpretatur, id eſt, vtili actione in factum loco interdicti. Sic & in L. vii. C. de liber. exhib. AD INSTAR INTERDICTI *de exhibenda filia Philippo eum conueniendum putaueris*, & L. vlt. C. de actio. *Igitur* AD INSTAR INTERDICTI, *ſeu actionis permiſſæ, experiendum eſſe perſpicitis.*

Ac demum euanuit tandem tota Formularum conceptio. Extat enim Conſtantini cõſtitutio ſub Rubrica de Formulis & Impetrat. ſublat. quæ iuris Formulas aucupatione ſyllabarum inſidiantes cunctorũ actibus radicitus amputari præcipit. Quo nomine ille à Nazario in Panegyrico laudari videtur his verbis: *Nouæ leges regendis* (ſic enim emendandum nemo dubitauerit) *moribus, & frangendis vitiis conſtitutæ.* VETERVM CALVMNIOSÆ AMBAGES RECISÆ, CAPTANDÆ SIMPLICITATIS LAQVEOS *perdiderunt. Pudore tuo munita coniugia.* Nã vt hac nouiſſima clauſula, Conſtantini de adulteris gladio feriendis conſtitutionẽ, quam Tribonianus contulit in L. quamuis, C. ad L. Iul. de adultet. ita ſuperiore, hanc in qua gradum fiximus, ſignari veriſimile eſt. Nec minus idem Imperator Teſtamentarias quàm Iudiciarias formulas orbe Romano ſummouit, vt apparet ex L. quoniam, C. de Teſtament. quod & de eo prædicat Euſebius quarto eius voluminis libro, quo vitam eius cõplexus eſt. Arcadij quoque & Honorij conſtitutio in L. vlt. C. de interdict. ita habet: *Si quis quodlibet interdictum efflagitet, ruptis veteribus ambagibus, inter ipſa cognitionum auſpicia rationem exprimere, ac ſuas allegationes ſubeatur proponere*. Similitérque verborum inanium captiones quæ in bonorum poſſeſſione accipienda antiquitus obſeruabantur, excluſit Imperator Conſtantius in L. vlt. C. qui admitti.

Qua in re, vtrùm ius nouum veteri & antiquo antecellat, aliorum iudicium eſto. Nam quod ad me attinet, diẽ diffindi iubeo, & quod probabilibus in vtramque partem argumentis quæſtio tractari poſſit, aſſenſum ſuſtineo. Interim meum ego inſtitutum tenebo, propoſitúmque argumentum ſine vlla detrectatione exequar.

Non ACTIONES tantùm & INTERDICTA, ſed & PRÆIVDICIA à Prætore reddebantur. Vlpianus in L. ſed & hæ, §. 1. de procuratorib. *Non ſolùm autem ſi* ACTIO POSTVLETVR *à procuratore, ſed &* PRÆIVDICIVM vel INTERDICTVM. Idẽ

in L.III.§ illud, D.de agnoſc.& alen.lib. *Si viuo patre* REDDITVM SIT PRÆIVDICIVM. Quibus autem in cauſis huic remedio locus eſſet, Vlpian.tradit in L.vlt.D.ſi ingen.eſſe dic.his verbis: *Quoties de hoc contenditur,* AN QVIS LIBERTVS SIT: *ſiue operæ petantur, ſiue obſequium deſideretur, ſiue etiam famoſa actio intendatur, ſiue in ius vocetur qui ſe patronum dicit, ſiue nulla cauſa interueniat,* REDDITVR PRÆIVDICIVM: *Sed quotiens quis libertinum quidem ſe confitetur, libertum autem Gaij Seij ſe negat, Idem* PRÆIVDICIVM DATVR. Hinc in L.adoptiuum, §.patronum, D.de in ius voc. *Vel ſi colluſionem detexit, vel ſi qui* PRÆIVDICIO PRONVNTIETVR ESSE LIBERTVS. *De* PARTV *etiam* AGNOSCENDO, PRÆIVDICIO ACTVM, *itémque* AN VXOR ESSET, *diſceptatum, docet* Vlpian.in L.III.§.item Plancianum, cum ſeq. D.de agnoſc.& alen.lib.

LIBEROS planè qui erant in poteſtate, non in rem actione, ſed, aut PRÆIVDICIIS, aut Interdictis PETI debuiſſe idẽ Vlp.probat in L.I.§.I.D.de rei vindic. LIBERTVS etiam à quo ali ſe debere patronus contendebat, PRÆIVDICIO CERTARE poterat, SI SE LIBERTVM NEGARET, L.ſi quis à liberis, §.ſolent, D.de agnoſc. & alen.lib. Iuſtinian.in §.præiudiciales, Inſtit.de actionib. PRÆIVDICIALES ACTIONES *in rem eſſe videntur, quales ſunt, per quas quæritur,* AN ALIQVIS LIBER, AN LIBERTVS SIT, VEL DE PARTV AGNOSCENDO. Nam quæ PRÆIVDICIA Iuriſconſulti dicunt, ea, PRÆIVDICIALES ACTIONES, Iuſtinianus vocat. ACTIONIS vtique verbo PRÆIVDICIA contineri ait, L.actionis, D.de obligation.& action. In his verò PRÆIVDICIIS is actoris partes ſuſtinebat, qui habebat intentionẽ ſecundum id quod intendebat. L.generaliter, D.de exceptionib. In PRÆIVDICIO quoque licet patronus poſſeſſor eſſe videretur, non tamen actoris partibus libertus fungi debebat, ſed is qui ſe patronum eſſe contendebat, L.quotiens, D.de probationib.

Actionum etiam inſtar PRÆTORIÆ STIPVLATIONES obtinebant, earúmque vicem repræſentabant, L.actionis, D.de obligat.& act. L. Non ſolùm, D.rat.rem hab. Nam ſi quis, verbi gratia, ſibi legatorũ, vel damni infecti caueri vellet, in iure hoc apud Prætorem poſtulabatur, L.ſed & hæ, §.I. L.Pomponius, D.de procuratorib. Huiuſmodi verò Prætorias Stipulationes legem accepiſſe de mente Prætoris qui eas propoſuerat, nec illis immutare quidquã licuiſſe, neq; addere, neque detrahere, ait L.in conuẽtionalibus, D.de verb.oblig. Earũ autẽ tres ſpecies Vlpianus facit in L.I.D.de ſtip.Præt. Quaſdam enim IVDICIALES vocat, quæ propter Iudicium interponebãtur, vt ratum fieret, quales erant, Iudicatum ſolui, & ex operis noui nuntiatione: quaſdam CAVTIONALES, quæ inſtar actionis habebant, & vt eſſet noua actio, intercedebant, vt de legatis ſtipulationes, & de tutela & ratam rem haberi, & de damni infecti. Quaſdam COMMVNES quæ fiebant iudicio ſiſtendi cauſa. De quibus ſingulis quoniam in iure verſabantur, hic potiſſimũ vt tractemus, argumenti ſeries expoſcit. Enimuerò aut ſuo quis nomine, aut alieno agebat, interdicebat, præiudicióve experiebatur, aut reſtitutionem in integrum, Prætorianámve cautionẽ deſiderabat. Qui alieno, is vel PROCVRATOR, vel COGNITOR dicebatur. Nam vt ait Aſconius in Diuinat. Qui defendebat alterũ in iudicio, aut PATRONVS dicebatur, ſi orator eſſet, aut ADVOCATVS, ſi aut ius ſuggerebat, aut præſentiam ſuam commodabat amico, aut PROCVRATOR, ſi negotium ſuſcipiebat, aut COGNITOR, ſi præſentis cauſam nouerat, & ſic tuebatur, vt ſuam. Is etiam qui abſentis defenſionem ſuſcipiebat, DEFENSOR in libris noſtris appellatur. Procurator autem ſiue in rem ſiue in perſonam ageret, non aliter audiebatur, quàm ſi ſatiſdaret dominum, aut eum ad quem res pertinebat, rem ratam habiturum, vt Iuſtinian. Inſtitut.de ſatiſdationib.tradit.

Nec ſolùm in actionibus quas procurator intendebat, verùm in ſtipulationibus quoque quas interponi deſiderabat, veluti, ſi damni infecti, vel legatorum ſtipularetur, ſatiſdare debebat, Dominum ratam rem habiturum, L.non ſolùm, D.rem rat.hab. L.inter quos, §.alieno, D.de dam.infec. L.Pomponius, §.I. D. de procuratorib. Item qui procuratorio nomine nouum opus nuntiabat, ſatiſdare debebat, eam rem ratam

dominum habiturum, alioquin nuntiatio omnimodo remittebatur, L. de pupillo, §. qui procuratorio, D. de oper. no. nunt.

Simili modo & qui in integrum reſtitutionis auxilium alterius nomine implorabat, hac ſtipulatione interpoſita audiebatur, L. quod ſi, D. de minorib.

Hac autem ſtipulatione comprehendebatur, RATAM REM DOMINVM, EIVSVE HEREDEM, EVMQVE AD QVEM RES PERTINERET, HABITVRVM, L. ſi quis vni, L. ſi indebitum, §. vlt. L. ſi procurator, L. ſi ſine, §. ſi in ſtipulatum, D. rat. rem hab. Eáque ſunt vulgaria verba de rato habendo, in L. cùm minor, D. eod. quæ veriſimile eſt ex Edicto profecta, quod proponitur in L. ſeruum quoque, §. ait Prætor, D. de procuratorib. illis verbis, ET EI QVO NOMINE AGET, ID RATVM HABERE EVM AD QVEM EA RES PERTINET, BONI VIRI ARBITRATV SATISDET. Quò pertinent quæ Vlpian. ſcribit in L. non ſolùm, §. qui alieno, D. eod. *Qui alieno nomine agit quamcumque actionem,* ID RATVM HABITVRVM EVM, AD QVEM EA RES PERTINEBIT, *cauere debet.* Et §. quæritur, ead. L. *Quæritur apud Iulianum, vtrùm* DOMINVM SOLVM RATAM REM HABERE *debet ſatiſdare, an etiam* CETEROS CREDITORES. *Et ait dumtaxat de* DOMINO CAVENDVM, *nec illis verbis*, AD QVEM EA RES PERTINET, *creditores contineri.*

Plenius verò Iulianus in L. procurator, D. rat. rē hab. hac ſtipulatione caueri conſueuiſſe docet, NON PETITVRVM EVM CVIVS DE EA RE ACTIO, PETITIO, PERSECVTIO, ESSET: ET RATVM HABITVROS OMNES AD QVOS EA RES PERTINEBIT. Quod ſi propter iniuriam filio vel nepoti factam, procurator patris auíve nomine iniuriarum ageret, non patris ſolùm, auíve, ſed & filij nepotíſve perſonam ſtipulatione hac comprehendere debebat, L. ſi ſine, §. qui patris, D. eod.

At ſi pro minore XXV. annis procurator interpoſitus petiiſſet, propter metum in integrum reſtitutionis, ita, præcedente mandato, cauendum fuiſſe, SI ILLE IN INTEGRVM RESTITVTVS FVERIT, HERESVE EIVS, AVT IS AD QVEM EA RES PERTINEBIT, QVANTI EA RES ERIT, TANTAM PECVNIAM DARI? Papinianus monet in L. cùm minor, D. eod. tit.

Addebatur & in hac ſtipulatione AMPLIVS NON PETI, L. ſi quis vni, & L. amplius, & L. procurator cū peteret, D. rat. rē hab. Cuius clauſulæ Cicero nō ſemel meminit. Veluti in Bruto: *At verò, inquā, tibi ego Brute, non ſoluam niſi priùs à te cauero,* AMPLIVS EO NOMINE NEMINEM, CVIVS PETITIO SIT, PETITVRVM. Et in Oratio. pro Roſc. Com. *Quid ita ſatis non dedit*, AMPLIVS A SE NEMINEM PETITVRVM. *Qui de ſua parte decidit, reliquis integram relinquit actionem, qui pro ſociis tranſigit, ſatiſdat,* NEMINEM POSTEA PETITVRVM. Et mox: *Cur igitur decidit & non reſtipulatur,* NEMINEM AMPLIVS PETITVRVM? Idem Epiſt. XXIX. lib. XIII. Famil. *Sed duo te nominatim rogo. Primum, vt ſi quid ſatiſdandum erit,* AMPLIVS EO NOMINE NON PETI, *cures vt ſatisdetur fide mea.* Papinian. in L. II. D. vt legator. ſeu fideic. nom. cau. *Nec ſi fortè velit pater cauere,* NEMINEM AMPLIVS PETITVRVM. Vlpian. in L. ſi ſeruus ſeruum, §. rupiſſe, D. ad L. Aquil. *Et ſi colonus eam exercuit, cauere eum debere?* AMPLIVS NON AGI, DOLI quoque MALI CLAVSVLA huic ſtipulationi inſerebatur, L. in ſtipulatione, L. ſi ſine, §. ſi in ſtipulationem, D. rat. rem hab.

Stipulatio planè rē ratā haberi cōtinebat, QVANTI EA RES ESSET, L. II. §. incertā, D. de prætor. ſtipulationib. atq; adeò, vt ſcribitur in L. ſi procurator, & L. in ſtipulationē, D. rat. rem hab. hac ſtipulatione continebatur, QVOD STIPVLATORIS INTERERAT. Quod & oſtendit L. procurator quinquaginta, D. eo. Sed & Paulus in L. ſi cōmiſſa, D. eo. *Si cōmiſſa ſit, ait, ſtipulatio,* RATAM REM DOMINVM HABITVRVM, *in tantum competit*, IN QVANTVM MEA INTERFVIT, *id eſt, quantum mihi abeſt, quantùmque lucrari potui.*

Itaque ſi is qui à procuratore ſtatus controuerſiam patiebatur, ſatis accepiſſet à procuratore, & poſtea dominus, veniētésque ab eo perſonæ ratum non habuiſſent, quòd procurator eum in ſeruitutem petiiſſet, vel aduerſus procuratorem ex ſeruitute in libertatem petitus fuiſſet, QVANTI EA RES ESSET, procurator præſtare debebat,

bebat. id eſt, *quanti interfuiſſet eius de ſtatu ſuo non periclitari, & propter impendia quæ in litem fecerat*, L. procurator, §. ſi quis, D. rem rat. hab.

Et hæc eſt STIPVLATIO quæ DE RATO HABENDO dicitur in L. II. D. rat. rem hab. & CAVTIO DE RATO, in L. non ſolùm, §. interdum res, §. ſi pater, & L. Pomponius, §. vlt. D. de procuratorib. & L. item eorum, §. actor, D. quod cuiuſque vniuerſit. & L. ſi autem, D. de negot. geſt. & RATIHABITIONIS SATISDATIO, in L. Pomponius, §. ratihabitionis, D. de procuratorib.

Iam vbi in rem agebatur, poſſeſſor olim ſatiſdare cõpellebatur IVDICATVM SOLVI, id eſt, *ſoluere quod eſſet iudicatum, & vel rem reſtituere, vel litis æſtimationem præſtare*: & quiſquis in rem actione conueniebatur, ſiue ſuo, ſiue alieno nomine iudicium acciperet, ita cauere cogebatur. At in actionibus in perſonam, ſi proprio quis nomine iudicium accipiebat, iudicatum ſolui non ſatiſdabat: ſi verò alieno nomine interueniret, omnino ſatiſdabat, quia nemo alienæ rei ſiue litis idoneus defenſor ſine ſatiſdatione intelligebatur: quæ poſtea aliquatenus immutata ſunt, vt Iuſtinianus Inſtitut. de ſatiſdationib. ſcribit. Manſit tamẽ veteris iuris regula, Procuratores, Defenſorésve qui alieno nomine actionẽ excipiebãt, iudicatũ ſolui ſatiſdare debuiſſe. L. qui proprio §. qui alium D. de procuratorib.

STIPVLATIO autem Iudicatum ſolui tres clauſulas in vnum collectas habebat: DE RE IVDICATA, DE RE DEFENDENDA, DE DOLO MALO, L. iudicatum VI. L. cùm quærebatur, & L. ex clauſula, D. iudic. ſol. Vnde Vlp. in L. iam tamẽ, §. in hac, D. eõ. in hac ſtipulatione ait, plures fuiſſe cauſas vna quãtitate cõcluſas. Prior vocatur OB REM IVDICATAM CLAVSVLA, in L. iam tamẽ, §. ſi ex fideiuſſoribus; L. cũ quærebatur, D. iudic. ſol. Altera, OB REM NON DEFENSAM, d. L. cum tamen, §. ſi tamen plures, & d. L. quærebatur; L. ſi ex duobus, L. ex iudicatum, D. iudic. ſol. L. ſi poſt, L. ſi defunctus, L. ſed & hæ, §. defendere, & L. non cogẽdum, §. I. D. de procuratorib. Illius clauſulæ formulam agnoſcimus in ea facti ſpecie, quam Scæuola proponit in L. cum apud. D. iudic. ſol. his verbis: *Cùm apud Sempronium iudicem datum reus defenderetur, ſtipulatione cautum eſt*, VT QVOD SEMPRONIVS IVDEX IVDICASSET, PRÆSTARETVR. Et mox, *Ideóque in ſtipulatione adiicitur*, QVIVE IN EIVS LOCVM SVBSTITVTVS ERIT. Ad hanc etiã ſtipulationem referendum cenſeo, quod eſt in L. in vſu, D. de verb. ſignific. *Item in ſtipulando ſatis habemus de herede cauere*, SI EA RES SECVNDVM ME, HEREDEMVE MEVM IVDICATA ERIT. *Et rurſus*, QVOD OB EAM REM TE, HEREDEMVE TVVM. Ex quibus veriſimile mihi fit hanc de re iudicata clauſulam his ferè verbis conceptam, SI EA RES SECVNDVM ME, HEREDEMVE MEVM A SEMPRONIO IVDICE, QVIVE IN EIVS LOCVM SVBSTITVTVS ERIT, IVDICATA ERIT, QVOD OB EAM REM TE HEREDEMVE TVVM DARE, FACERE, PRÆSTARE OPORTEBIT, QVANTI EA RES ERIT, DARI SPONDES? Altera verò clauſula ſtipulatos actores, RECTE, ET VIRI BONI ARBITRATV REM DEFENDI, credibile eſt. Ex hac vtique clauſula OB REM NON DEFENSAM committebatur ſtipulatio, ſi RECTE ET VIRI BONI ARBITRATV RES NON DEFENDERETVR. Eóque pertinent verba hæc, in L. iam tamen, §. nunc videamus, L. ſi reus, L. ex clauſula, & L. vir bonus, D. iudic. ſol. L. omnium, L. non cogendum, §. I. D. de procuratorib. Quod & illa parte edicti cauebatur, CVIVS NOMINE QVIS ACTIONEM DARI SIBI POSTVLABIT, IS EVM VIRI BONI ARBITRATV DEFENDAT, L. ſeruum quoq;, §. ait prætor, D. de procurator. Rectè autẽ defendi, quid eſſet, exponitur in L. rectè D. de iudic. forte ex edicto Prætoris in L. hæc autẽ, §. ait prætor, D. quib. ex cau. in poſſ. eat.

Sufficiebat planè tutoribus ad plenam defenſionem, ſiue ipſi iudicium ſuſciperent, ſiue pupillus, ipſis auctoribus: nec cogebantur tutores cauere, vt defenſores ſolebant, L. I. §. ſufficit D. de adminiſtrat. tut. Sed nec cauebat tutor curatórve, ratam rem pupillum, adoleſcentémve habitúrum; quia rem in iudicium deducebant, L. vulgo D. eo. African. porro in L. hæc ſtipulatio, D. iud. ſol. hãc ſtipulationis particulã ad-

fert huiuſmodi, QVANDIV RES NON DEFENDATVR. Nouiſſima verò clauſula Iudicatum ſolui ſtipulationis ita concipiebatur, DOLVM MALVM ABESSE; AFVTVRVMQVE, ESSE. Et interdum adiiciebatur, SI HVIVS REI DOLVS MALVS NON ABERIT, QVANTI EA RES EST, DARI SPONDES? L. nouiſſima, D. iudic. ſol. Eáque eſt DOLI CLAVSVLA, in L. qui ſe liti, D. de hered. pet.

Ceterùm ſi quis alio iudicio actutus Iudicatum ſolui ſatis accepiſſet, dein alio iudicio ageret, non committebatur ſtipulatio, quia de alia re cautum videbatur, L. non ab iudice, §. vlt. D. de iudic. Item ſi quis apud aliquem iudicem iturus, ſtipulatus eſſet iudicatum ſolui, & egiſſet apud alterum, non committebatur ſtipulatio, quia non huius iudicis ſententiæ fideiuſſores ſe ſubdiderant, L. ſi quis apud, D. iudic. ſol. *Incertam* autem *quantitatem* hæc ſtipulatio continebat, vt ait L. II. D. de ſtipul. prætor. Vlpianus tamen in L. iudicatum ſolui IX. D. iud. ſol. huiuſmodi ſtipulationẽ *expeditam* habere *quãtitatem* ſcribit. IN TANTVM *enim*, ait, *committitur*, IN QVANTVM IVDEX PRONVNTIAVERIT. Idem in L. non ſolùm, §. eſt & caſus, D. de procuratorib. *Debet cauere hic procurator, &* RATAM REM DOMINVM HABITVRVM: *ne fortè dominus reuerſus velit quid petere: item* IVDICATVM SOLVI: VT SI QVID FORTE PROPTER HANC RESTITVTIONEM IN INTEGRVM PRÆSTARI ADOLESCENTI DEBEAT, HOC PRÆSTETVR.

Planè is à quo hereditas petebatur ſatiſdare debebat, aut vt Paulus ſcribit lib. I. Sentent. Tit. XL. in petitorem transferebatur poſſeſſio, ſi is ſatiſdare contrà vellet. Hinc illud Ciceronis in III. contra Verrem: *Aut* PRO PRÆDE LITIS VINDICIARVM, CVM SATIS ACCEPISSET, *ſponſionem faceret, ita de hereditate certaret.* Quod Aſconius ita explicat: *Aut peteret, inquit, vt poſſeſſor eſſet: aut acciperet ab aduerſario ſatis,* PRO PRÆDE LITIS VINDICIARVM. *& ipſe ſponſionem faceret, & ita de hereditate certaret.* LIS VINDICIARVM EST, *cùm litigatur de ea re apud Prætorem, cuius incertum eſt quis debeat eſſe poſſeſſor: & ideò qui eam tenet,* SATISDAT PRO PRÆDE LITIS VINDICIARVM. *aduerſario ſuo, quo illi ſatisfaciat*, NIHIL SE DETERIVS IN POSSESSIONE FACTVRVM, DE QVA IVRGIVM ESSET. *Rurſus ſponſione ipſe prouocatur ab aduerſario certæ pecuniæ, aut æſtimationis, quam amittat, ni ſua ſit hereditas, de qua contendit.* PRÆDES *ergo dicuntur ſatiſdatores locupletes pro re, de qua apud iudicem lis eſt:* NE *interea qui tenet, diffidens cauſæ,* POSSESSIONEM DETERIOREM FACIAT, TECTA DISSIPET, EXCIDAT ARBORES, ET CVLTA DESERAT. Vnde in iuris notis hæ ſingulares literæ P. P. L. V. id eſt, PRO PRÆDE LITIS VINDICIARVM.

Edicto autem perpetuo cautum de ſatiſdatione danda ab eo à quo res petebatur, aut de transferenda in aduerſarium poſſeſſione teſtantur Impp. Diocletian. & Maximianus in L. I. C. vti poſſid. Sed & prohibebatur poſſeſſor hereditatis, de qua controuerſia erat, antequam lis inchoaretur aliquid de ea diſtrahere, niſi pro omni quantitate hereditatis, vel rerum eius reſtitutione ſatiſdare maluiſſet, L. Diuus, D. de heredit. petitio. Satiſdatione verò data diminutio concedebatur, cùm poſſeſſor hereditatis, qui petitori ſatiſdediſſet, interim loco domini haberetur, L. ex libero, in fi. D. de quæſtionib. quamquam & licet talis ſatiſdatio data non eſſet, ſed ſolita cautio, cauſa tamen cognita, diminutionem ſe conceſſurum Prætor edixerat; vt in d. L. Diuus ſcribitur.

Erat & Prætoria STIPVLATIO DAMNI INFECTI. Nam qui ex vicinis ædibus quæ vitium fecerant, ruinámve minabantur, damnum metuebat, is caueri ſibi damni infecti à Prætore deſiderabat, L. quamquam, §. idem Iulianus, D. de aq. & aq. pluu. *Si tamen dominus* DESIDERET CAVERI SIBI DAMNI INFECTI *ab eo, ex cuius prædio nocet*. L. Prætoris, §. I. D. de dam. inf. *Si aliquot ſint, qui* CAVERI SIBI DESIDERANT. & §. vlt. *Si dominus proprietatis & fructuarius* DESIDERET SIBI CAVERI DAMNI INFECTI. Et L. qui bona, §. ſi quis eo, D. eod. SI DESIDERET *ab eo qui in poſſeſſionem miſſus eſt,* VT SIBI DAMNI INFECTI HARVM ÆDIVM

NOMINE

NOMINE, QVARVM IN POSSESSIONEM MISSVS EST, CAVERIT, AN SIT AVDIENDVS. Et L.damni, §.ſi vicinus, D.eod. *Et inuicem* OESIDEREMVS, DAMNI INFECTI CAVERI. Sciendum eſt autem eum qui damni infecti ſibi caueri poſtulabat, priùs de CALVMNIA IVRARE debuiſſe, L.qui bona, §. qui damni, D.de dam.inf.id eſt, ſi ſuo nomine id poſtularet, *iurare non ſe calumniæ cauſa id poſtulare*, vel ſi alieno nomine ageret, *iurare non calumniæ cauſa eum cuius nomine* CAVTVM VELLET, POSTVLATVRVM FVISSE, L.Prætor ait, & L.qui bona, §.alieno, D. eod.tit. Statuebat autem Prætor diem in quã caueretur, d. L.Prætor. Quæ dies cautioni præſtituta, vbi finita eſſet, ad eius officium pertinebat, vel protelare & prorogare eam, vel in poſſeſſionem eius rei mittere. Et quidem qui ſuo nomine promittebat, is repromittebat dumtaxat, qui verò alieno, ſatiſdabat. In ea autem ſtipulatione appoſita fuiſſe verba hæc, SI QVID IBI RVET, SCINOETVR, FODIETVR, ÆOIFICABITVR, auctores ſunt Alfen. in L.damni infecti quidam, D.de dam.inf.& Põpon.in L.ſi procurator ratam, D.rat.rem hab. Idem Alfen.in d.L.damni, §.vlt. *Quoniam reſtipulatus eſſet à vicino*, SI QVID OB EAM REM, QVOO IBI ÆDIFICATVM ESSET, SIBI OAMNVM DATVM ESSET, ID REDDI. Huic ſtipulationi dies inſeri debebat, intra quem, ſi quid damni contingeret, cautio locum haberet: neque enim in infinitum obligatus eſſe debebat ſtipulatione, L.qui bona, §.vlt. L. damni infecti §.ſæpius, D.eod. In hac ſtipulatiooe etiam hæc comprehenſa, SI QVIN ARBORVM, LOCIVE VITIO ACCIDERIT, teſtatur Vlpian.in L.fluminum, §.itẽ apud Viuianum, D.eod. Idem in §.vlt.ead. L. *Stipulatio enim hoc continet*, QVOD VITIO ÆDIVM, LOCI, OPERIS DAMNVM FIT. Idem in d.L.fluminum, §. adiicitur; eod. In hac ſtipulatione adiectum fuiſſe ait, & HEREOVM NOMEN, VEL SVCCESSORVM, EORVMQVE AD QVOS EA RES PERTINET. Sequitur ibid. Sed VT NE QVID ÆDIVM, LOCI, OPERISVE VITIO DAMNVM FACTVM SIT, *ſtipulatio interponitur*. Alieno autem nomine, vt Pomponius ait in L.inter quos.§.alieno, D. de dam. inf. ita ſtipulari licebat, vt damnum quod domino datum eſſet, comprehenderetur: EXCEPTIOQVE PROCVRATORIA STIPVLATIONI INSERENOA ERAT, ſicut in ſtipulatione legatorum. Inter fructuarium verò & dominum proprietatis, ita damni infecti cautionem locum habuiſſe conſtat, ſi fructuatius quidem de SOLI VITIO CAVERI SIBI DESIDERARET, dominus verò proprietatis, DE OPERIS VITIO, ſi quid fructuatius ædificaret. Nam OE RVINA ÆDIVM neuter ab altero cautionem deſiderare poterat, L.damni infecti ſtipulatio, § 1.& L.inter, D.eod.tit.

Ex huius vtique ſtipulationis formula manant quæ Paulus ait in L.damni infecti, D. de dam.inf. *Quia* NEC LOCI, NEC OPERIS VITIO, *ſed publico iure id conſecutus ſit*. Vlp. in L.hoc amplius, §.quæſitũ, D.de dam.infec. *Quotiens inſula ſuperficiaria vitioſa eſt, dominum &* OE SOLI, ET DE ÆDIFICII VITIO, REPROMITTERE. Et L.damni infecti ſtipulatio, §.ei qui, D.eod. *Dominus ſoli*, QVOD VITIO SOLI DAMNVM FVTVRVM SIT, CAVERE *non debebit*. Quæ verba etiã obſeruãda ſunt in L.quãuis, L.eorũ, §.vlt. L.fluminũ, §.vitiũ, & §.idẽ Seruius, D.eod. Hinc in L.qui bona, §.ſi quis opus eo. *quia non eſt cautũ, neque* OE VITIO ÆDIVM, *neque de damno operis*. Ac planè vbi de eo opere quod in priuato fiebat, damni infecti cauebatur, tam de LOCI, quàm de OPERIS VITIO cauebatur: at vbi de eo opere quod in publico fiebat, DE OPERIS tantùm non etiam de loci VITIO cauebatur, L.ſi finita, §.1. L.fluminum, D.eod. Hæc autem ſtipulatio, vt ait, L. dãni infecti, §.emptor, D. eo. tit. in hoc fiebat, QVANTI EA RES ERAT. Et in L. in hac, D.eod. *In hac ſtipulatione venit*, QVANTI EA RES ERIT. Porrò vbi controuerſia erat, dominus eſſet, nécne is à quo cautio exigebatur, ſub exceptione ſatisdabat, SI DOMINVS NON ESSET, L.Prætor ait, L.ſi proprietarius, L.qui vias, §.vlt. D.de dam. infec. Hæc verò Dãni infecti ſtipulatio pertinebat, etiam ſi quid eius OPERIS, quod IN FVNDO MEO AQVÆ DVCENDÆ CAVSA, VITIO OAMNVM mihi contigerat, L.damni, D.de dam.inf. Proponitur & alia huius cautionis ſpecies, in L.ſed addes, §. ſi inquilinus, D. loca.in qua eſt, *Inquilinus damni infecti caueat*, NE IN ALIQVO, DVM AVFERT, DETERIOREM CAVSAM ÆDIVM FACIAT: SED VT PRISTINAM FACIEM ÆDIBVS REDDAT.

Ex Operis quoque noui nuntiatione ſtipulatio, in Prætoriis numerabatur, L.1.§.ſtipulationum, D.de ſtipul.prætor. Hæc ſtipulatio interponi ſolebat, QVOTIES VICINVS DICEBAT IVE SIBI ESSE PROHIBERE VICINVM OPVS NOVVM INVITO SE FACERE, L.ſtipulatio, D.de oper.no.nunt. *Habebat autem*, vt ibidem dicitur, *iſta ſtipulatio condicionem*, VT ITA DEMVM COMMITTERETVR, SI IVDICATVM FORET, SIVE ANTE REM IVDICATAM CAVSA ALIQVA ACCIDISSET, NEQVE RES DEFENDERETVR: & DE DOLO MALO *ſubiiciebatur* CLAVSVLA. Sequitur ibidem, *Siue autem* RES IVDICETVR, SIVE RES NON DEFENDATVR, *ſtipulatio in id quod committitur*, VT RES VIRI BONI ARBITRATV RESTITVATVR. *Quod ſi ita reſtitutum non erit*, QVANTI EA RES ERIT, TANTAM PECVNIAM DABIT, *ſi hoc petitori placuerit*. Et mox: *Idem dicit adiiciendum eſſe in ſtipulatione*, VT TANTVM PRÆSTETVR, QVANTI VNIVSCVIVSQVE INTERSIT, *ſi hoc maluerint. Ceterũ ſi ita fuerit, inquit, cautũ*, QVANTI EA RES ERIT. Paul. in L.ex operis, D.eo. *Ex operis noui nuntiatione ſi caueatur, tanti ſtipulatio committitur*, QVANTI IVDICATVM SIT. Hac certè ſtipulatione caueri ſolitum VT OPVS RESTITVERETVR, ait L.11.D.de ſtipul.prætor. In ſtipulatione etiam quæ ex hac cauſa interponebatur, HEREDIS mentionem factam ſcribit Paulus in L.non ſolùm, §.vlt. D.de oper.no.nunt. Stipulationi verò ex operis noui nuntiatione interpoſitæ, diem comprehendi conſueuiſſe oſtendit Iulianus in L.cùm procurator, §.1. D.eod.tit. Qui autem opus nouum nuntiabat, iurare debebat, NON CALVMNIÆ CAVSA OPVS NOVVM NVNTIARE, L.de pupillo, §. qui opus, D.eodem.

In hunc numerum atque ordinem venit & de Legatis ſtipulatio, L.1. D. de ſtipulationib.prætor. Eo modo legatorum, fideicommiſſorúmve conſeruandorum cauſa cauebatur, Tit.vt legat.ſeu fideicomm.ſeruand.cau. L.1.D. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. *Legatorum enim*, vt ait Vlpian. in L.1. D.vt legat. ſeu fideic. *nomine ſatisdari oportere Prætor putauit*, VT QVIBVS TESTATOR DARI, FIERI VOLVIT, HIS DIEBVS DETVR, VEL FIAT: DOLVMQVE MALVM AFVTVRVM STIPVLENTVR. IN REM autem fuiſſe CONCEPTAM hanc ſtipulationem docet Pompon. in L.ſi à te, D.eo.tit.

A Prætore etiam Reſtitutiones in integrum deſiderari & implorari ſolebãtur, L.111.§.ſcio. L.verum, §.item quæritur, D.de minorib. Eas ille cauſa cognita, & præſentibus aduerſariis, vel ſi per contumaciam deeſſent, perpendebat, L. in cauſæ, in prin.& §.1.L.non omnia, D.de minorib. Cognitionis enim Prætoriæ hanc rem fuiſſe ait, L.in cauſæ cognitione, §.interdum, D.eo. Vnde Paul.in L.quod ſi, §.vlt. D.eod. *Ex hoc Edicto*, ait, *nulla propria actio vel cautio proficiſcitur. Totum enim hoc pendet ex* PRÆTORIA COGNITIONE. Vnde in L.non ſolùm, §.eſt & caſus, D.de procuratorib. POSTVLATA EST COGNITIO DE IN INTEGRVM RESTITVTIONE, CVM MINOR CIRCVNSCRIPTVS IN VENDITIONE DICERETVR. Et in L.minor, D.de euictionib. *Minor* XXV. *annis fundum vendidit Titio: eum Titius Seio*: MINOR SE IN EA VENDITIONE CIRCVMSCRIPTVM DICIT, ET IMPETRAT COGNITIONEM, *non tantùm aduerſus Titium, ſed & aduerſus Seium*.

Interrogationum etiam quæ in iure fiebant, formulas & exempla ſubiiciam. Calliſtrat.in L.1.D.de interrogationib. in iu.fac. *Totiens heres in iure interrogandus eſt*, QVA EX PARTE HERES SIT, *quotiens aduerſus eum actio inſtituitur, & dubitat actor, qua ex parte is cum quo agere velit, heres ſit*. In L.quia interdum, D.eod. *Interrogatus quis*, AN HERES SIT. In L.qui interrogatur, D.eod. *Qui interrogatur* AN HERES, *vel* QVOTA EX PARTE SIT. L.ſi ſine, §.Celſus, D.eod. *Si defenſor in iudicio interrogatus*, AN IS QVEM DEFENDIT HERES, VEL QVOTA EX PARTE SIT. Et §.qui interrogatur, ead. L. *Niſi fortè ita interrogatus*, AN EX DIMIDIA PARTE HERES SIT, *& reſponderit*, HERES SVM. Eadem L.§.illud. *An quis cogatur reſpondere*, VTRVM EX TESTAMENTO HERES SIT, ET VTRVM SVO NOMINE EI QVÆSITA SIT HEREDITAS, AN PER EOS QVOS SVO IVRI SVBIECTOS HABET, VEL PER EVM CVI HERES EXTITIT. Et §.denique. *Eum quoque, cui eſt hereditas reſtituta*,

reſtituta, debere in iure interrogatum reſpondere. AN EI HEREDITAS EST RESTITVTA. L. de ætate §. ſi quis cum D. eod. *Si quis cum heres non eſſet, interrogatus reſpondit,* EX PARTE HEREDEM ESSE. Et §. ſi cùm eſſet ead. L. *ſi cum eſſet quis ex ſemiſſe heres dixerit*, SE EX QVADRANTE. L. non ſolùm D. de procuratorib. *Vt in iure interrogatus, ex omnibus cauſis reſpondeat, ex quibus dominus.* AN IGITVR HERES SIT ABSENS, *reſpondere debebit.* In L. quoties §. vlt. D. de probationib. *Ei qui in iure interrogatum dixit reſpondiſſe,* SE SOLVM HEREDEM ESSE. Dominus verò noxali iudicio conuentus interrogabatur, AN IN POTESTATE HABERET SERVVM. Vlpian. in L. qui interrogatur D. de interrogationib. in iu. fac. *Qui interrogatur,* AN IN POTESTATE HABEAT EVM CVIVS NOMINE NOXALI IVDICIO *agitur,* L. ſi ſeruus D. eo. *Si ſeruus ab hoſtibus captus ſit de quo quis in iure interrogatus, reſponderit,* IN SVA POTESTATE ESSE. Paul. in L. II. D. ſi ex noxal. cau. agat. *Si abſens ſit ſeruus, pro quo noxalis actio alicui competit, ſi quidem dominus non neget* IN SVA POTESTATE ESSE In L. Electio, §. neque heredi D. de noxalib. *Si negaueris ſeruum,* IN TVA POTESTATE ESSE. Ex noxali enim cauſa eos demum qui ſeruos in poteſtate habebant, aut dolo feciſſent quominus poſſiderent condemnatos patet ex L. quotiens §. prætor ait. L. ſi ſeruus D. de noxalib. act. Qui verò in poteſtate non habebant, nec dolo deſierant poſſidere, recuſare poterant noxale iudicium L. non ſolum D. eod. Inde in L. ſi bona D. eod. *Si bona fide poſſeſſor eum ſolum quem bona fide poſſidebat, dimiſerit, ne agi cum eo ex noxali cauſa poſſit, obligari eum actione, quæ datur aduerſus eos* QVI SERVVM IN POTESTATE HABEANT. AVT DOLO FECERINT, QVOMINVS POSSIDEANT. At ſi de peculio ageretur non oportebat reſponderi à patre, vel domino, AN IN POTESTATE HABERET FILIVM, VEL SERVVM: quia hoc ſolum quærebatur, an peculium apud eum cum quo ageretur eſſet, L. ſi ſine §. vlt. D. de interrogationib. In iure etiam interrogatum dominum, AN EIVS ESSET SERVVS, docent L. ſi quis interrogatus, L. confeſſionibus §. vlt. & L. ſi ante D. de interrogat. in iu. fac. L. Electio §. ſi ſeruum D. de noxalib. act. Sed & in L. I. §. Interdum D. ſi quadrup. pauper. *ſi in iure interrogatus,* AN SVA QVADRVPES ESSET, *reſponderit,* NON ESSE SVAM. In L. ſi quis in iure D. de interrogationib. *Si quis in iure interrogatus,* AN QVADRVPES QVÆ PAVPERIEM FECIT EIVS SIT, *reſponderit, tenetur.* In L. qui ſeruum, D. eodem tit. *In iure interrogatus,* AN FVNDVM POSSIDEAT. Et mox: *Cogi debere poſſeſſorem fundi reſpondere,* QVOTA EX PARTE FVNDVM POSSIDEAT. *Et ſi damni infecti caueamus, reſpondere debet,* QVOTA EX PARTE EIVS SIT PRÆDIVM CVM CAVEMVS. L. non alienum D. eod. *Non alienum eſt, eum à quo damni infecti ſtipulari velimus, interrogare in iure,* AN ÆDES, EIVS, VEL LOCVS SIT, EX QVO DAMNVM TIMEATVR: ET PRO QVA PARTE. In L. I. D. de inſpicien. vent. *Euocari mulier ad Prætorem poterit, & apud eum interrogari,* AN SE PVTET PRÆGNANTEM, *cogendáque erit reſpondere.* Et mox: *Quid ergo ſi interrogata,* DIXERIT SE PRÆGNATEM?

His conſequenter eorũ quæ in iure, ex vtraq; parte dici & allegari conſueuerant, formulas aliquot ex Pandectis adſcribam. Vlpian. in L. III. §. ante autem D. de publican. *Ante autem actorem* DICERE OPORTET, QVEM, VEL QVOS DESIDERET EXHIBERI, *vt ſi non exhibeantur hinc agatur. Sed & ſi* DICAT, EXHIBETE OMNES VT POSSIM DIGNOSCERE QVI SIT, *puto audiendum.* Item in L. ille à quo §. I. D. ad Trebellian. *Quid ergo ſi de fideicommiſſi viribus tractetur? hæc quæſtio prætermittenda non erit. Sed quid ſi fideicommiſſarius* DICAT, ADEAT PRIVS, ET SIC DE HOC QVÆRATVR, *credo interdum audiendum fideicommiſſarium.* Idem in L. ſi is à quo D. vt in poſſeſſ. leg. *Si is à quo ſatis petitur, offerat cognitionem, &* DICAT, HODIE CONSTAT DE FIDEICOMMISSO: HODIE AGAMVS. Vlpian. in L. de illo §. vlt. D. pro ſoc. *Nec poſſe dici ſocio,* ABSTINE COMMODO QVOD PER SERVVM ACCESSIT, SI DAMNVM PETIS. Idem in L. ait prætor §. præterea D. quæ in fraud. credit. *Non tamen* SI DICAT aliquis, OFFERO QVOD DEBETVR, EI QVEM SCIO CREDITOREM, *audiendus erit, vt actionem eludat.* Donat. in Phormio. Terent. Act. I. Sc. II. ad ea verba. *Ego te cognatum dicam. A perſona eius cum quo agitur. Potuit enim dici,* QVID MECVM EST TIBI. Et mox. Ad ea verba, *& tibi ſcribam dicam. A denuntiatione in perſonam: ne diceret,* NON MIHI DE-

NVNTIASTI. Deinde ad ea verba, *paternum amicum me aſsimulabo. A perſona litigantis potuit enim opponi*, PERSONAM NON HABES. Vlpian. in L. quæ omnia D. de procuratorib. *hactenus erit audiendus, ſi* DICAT, SE PROCVRATIONE QVIDEM CARERE VELLE, SED SI ID INLÆSA EXISTIMATIONE SVA FIAT. Et mox: *Planè ſi* DICAT, IN REM SVAM SE PROCVRATOREM DATVM, *& hoc probauerit*. Idē in L. 1. §. vlt. D. de ſtipulat. prætor. *Quod ſi ſit aliqua controuerſia, vt puta*, SI DICATVR, PER CALVMNIAM DESIDERARI VT STIPVLATIO INTERPONATVR, *ipſe Prætor debet ſuper ea re ſummatim cognoſcere*. In L. ſi plurium §. ſi quis dicet D. de noxalib. *ſi quis* DICET, DOMINVM DOLO FECISSE QVOMINVS IN POTESTATE EIVS SERVVS ESSET. *Ille autem*, CONTENDAT, AB ALIO EVM DEFENDI CVM SATISDATIONE. Et L. quoties §. vlt. D. eodem tit. *Neratius quoque dicebat, poſt exactum iuſiurandum poſſe actorem* DETRACTA NOXÆ DEDITIONE EXPERIRI, *ſi modo hoc* CONTENDAT, POSTEAQVAM IVRATVM EST, COEPISSE IN POTESTATE HABERE. In L. ſi contēdat D. de fideiuſſorib. SI CONTENDAT *fideiuſſor*, CETEROS SOLVENDO ESSE, *etiam exceptionem ei dandam*. In L. Moſchis D. de iure fiſ. *Cùm conuenirentur propter Moſchidis reliqua*, & DICEBANT, HEREDES MOSCHIDIS IDONEOS ESSE, ET MVLTOS ALIOS EX EISDEM BONIS EMISSE. Sine controuerſia autem formulæ manu iniecta vindicare, & dicere ſua eſſe poſſunt hæc, quæ ſunt in L. ſi ſine iudice §. qui patris D. rat. rem hab. *Qui patris nomine* INIVRIARVM AGIT, *Ob eam rem*. QVOD FILIVS EIVS VERBERATVS, PVLSATVSVE SIT. Sicut & hæc, SI DICANTVR TERMINI DEIECTI VEL EXARATI, L. ſed & loci § ſi dicantur D. fin. regundor. Item hæc, *Quæ autem de eo competit*, QVOD LIBER PERISSE DICETVR, L. ſi vero §. hæc autem D. de his qui effuder. vel deiecer. quæ actio proficiſcitur ex Edicto, quod refertur in L. 1. eod. tit. Necnon iſta, SI IN COMMISSVM INCIDISSE VECTIGALIS DICATVR, L. ſi ex cauſa § ſi in commiſſum D. de minorib. Et, *Veluti* SI QVIS EX EO TESTAMENTO LIBER ESSE DICATVR, QVOD TESTAMENTVM APERIRI PRÆTOR VETAT. QVIA TESTATOR A FAMILIA NECATVS ESSE DICATVR, L. liberis §. ſunt & aliæ D. de liber. cau. Quibus ſimilia ſunt hæc: SI INGENVVS ESSE DICATVR. QVOD FALSO TVTORE AVCTORE GESTVM ESSE DICATVR. QVOD CVM EO QVI IN ALIENA POTESTATE EST NEGOTIVM GESTVM ESSE DICETVR. SI VENTRIS NOMINE MVLIER IN POSSESSIONEM MISSA, EADEM POSSESSIO DOLO MALO AD ALIVM TRANSLATA ESSE DICATVR. SI MVLIER VENTRIS NOMINE IN POSSESSIONEM CALVMNIÆ CAVSA FVISSE DICATVR. SI CVI PLVS QVAM PER LEGEM FALCIDIAM LICERET, LEGATVM ESSE DICATVR. SI QVID IN VIA PVBLICA FACTVM ESSE DICATVR. SI QVI TESTAMENTO LIBER ESSE IVSSVS FVERIT, POST MORTEM DOMINI ANTE ADITAM HEREDITATEM SVBRIPVISSE AVT CORRIPVISSE DICETVR. Et in L. 1. D. de calumniatorib. IN EVM QVI VT CALVMNIÆ CAVSA NEGOTIVM FACERET VEL NON FACERET, PECVNIAM ACCEPISSE DICETVR. Et L. ſi ab eod. tit. SECVNDVM EDICTI FORMAM QVOD DE HIS EST QVI PECVNIAM VT NEGOTIVM FACERENT AVT NON FACERENT, ACCEPISSE DICERENTVR. Sic & in edicto de Aleatoribus, SI QVIS EVM APVD QVEM ALEA LVSVM ESSE DICETVR. Et in edicto de Religioſis. AVT IN SEPVLCHRVM IN QVO IVS NON FVERIT, ILLATA ESSE DICENTVR. Et in L. quoties §. Prætor ait D. de noxalib. SI IS IN CVIVS POTESTATE ESSE DICETVR. Et L. 1. de ſeruo corrup. QVI SERVVM SERVAMVE ALIENVM ALIENAMVE RECEPISSE PERSVASISSEVE QVID EI DICETVR. Et in L. 1. D. commodati. QVOD QVIS COMMODASSE DICETVR, L. 1. depoſiti. QVOD DOLO MALO EIVS FACTVM ESSE DICETVR.

Ac planè actorum intentio, verbo, DICO, plerumque concipiebatur: Africanus in L. deceſſit D. de Carbonia. edic. *Deceſſit, quem ego*, FILIVM MEVM ET IN

MEA

MEA POTESTATE ESSE DICO. *Exiſtit impubes, qui* EVM PATREMPA. ET AD SE HEREDITATEM PERTINERE DICAT. Et mox, *Superſtite filio impubere, qui* SE EI SVVM ESSE DICIT. EGO CONTENDO, ANTE EMANCIPATIONEM CONCEPTVM, ATQVE IDEO IN MEA POTESTATE ESSE, ET BONA EMANCIPATI AD ME PERTINERE. Macer in L. ſæpe D. de re iudic. *Si fundum Titius à te petierit, quem ego quoque. ſed nõ ex perſona Titij,* AD ME PERTINERE DICO. L. his conſequenter D. famil. ercisc. *Si ex pluribus heredibus vni ſeruus ſit generaliter per optionem legatus, & heredes* STICHVM TABVLAS HEREDITARIAS INTERLEVISSE DICANT, VEL CORRVPISSE. In L. I. §. de inſpiciẽdo, D. de inſpic. vent. SI MVLIER MORTVO MARITO PRÆGNANTEM SE ESSE DICET. In L. ille à quo §. I. D. ad Trebellian. *Si de teſtamento aliquid quæratur, heres non debet audiri,* SI SVSPECTAM SIBI HEREDITATEM DICAT. *Nam & ſi proximè* DICATVR, VEL IVS TESTANDI NON HABVISSE EVM QVI TESTATVS EST, *vel* DE VIRIBVS TESTAMENTI, *vel,* DE SVA CONDITIONE, *non erit* AVDIENDVS: In L. ſi quis libertatem D. de heredit. petitio. SI QVIS LIBERTATEM SIBI EX TESTAMENTO COMPETISSE DICAT. In L. etiamſi §. vlt. D. de minorib. *Actor maior ætate, qui adquieuit tunc temporis ſententiæ,* DICEBAT TOTAM DEBERE LITEM RESTAVRARE.

Minores xxv. annis ita in integrum reſtitutionem poſtulabant, vt CAPTOS SE DICERENT. Sic in L. minor autem D. de minorib. *Perraro ſolet permittere reſtitutionem, & induci in auditorium ſuum eum qui* PER INFIRMITATEM ÆTATIS CAPTVM SE DICAT, DVM EA QVÆ PRO CAVSA SVNT, DICTA NON ALLEGAT, VEL AB ADVOCATIS PRODITVM QVERATVR. In L. nam poſteaquam §. ſi minor D. de iureiuran. *Si minor* XXV. *annis detulerit, & hoc ipſo* CAPTVM SE DICAT. L. Etiam in prin. D. de minorib. *Si patre eodémque tutore auctore* PVPILLVS CAPTVS PROBARI POSSIT. Et in L. III. §. ſi quis minor D. eod. tit. *Si quis minor* XXV. *annis adrogandum ſe dedit, & in ipſa adrogatione* CIRCVMVENTVM SE DICAT. In L. verùm §. ex facto D. eod. *Adoleſcentes,* QVASI CAPTI, IN INTEGRVM RESTITVI A PRÆTORE DESIDERAVERANT. Nã vt Vlpian. ead. L. §. ſciendum ait, *Sciẽdum eſt autem non paßim minoribus ſubueniri, ſed cauſa cognita,* SI CAPTI ESSE PROPONANTVR, & §. quæritur ead. L. *putò* INSPICIENDVM A PRÆTORE QVIS CAPTVS SIT. In L. non omnia D. eod. *Non omnia quæ minores annis* XXV. *gerunt irrita ſunt, ſed ea tantum quæ cauſa cognita eiuſmodi deprehenſa ſunt: vel ab aliis* CIRCVMVENTI VEL SVA FACILITATE DECEPTI, *aut quod habuerunt amiſerunt, &c.* In L. ait Prætor §. non ſolùm D. eod. *Mihi autem ſemper ſuccurrendum videtur,* SI MINOR SIT, ET SE CIRCVMVENTVM DOCEAT. Duo ergo docere debebant, qui in integrum reſtitui deſiderabant: Videlicet, cum minoribus xxv. annis geſtum eſſe, cuius rei gratia ætatis probatio iis incumbebat, L. minor ex aſpectu L. intra vtile L. de ætate D. eod. Item, Captos ſe eſſe L. III. §. ergo, & §. ſi quid & L. ait Prætor in prin. & §. Pomponius D. eod.

Sunt etiam ex iiſdem intentionum formulis hæ Iuriſconſultorum locutiones deriuatæ, DICERE INOFFICIOSVM TESTAMENTVM, L. poſtumus D. de inoffic. teſt. L. poſt legatum in princ. & §. qui accuſauit & §. ætati D. de his quæ vt indign. & DICERE DE INOFFICIOSO teſtamento, L. ſi quis adfirmauit §. idem ſi tabulæ D. de dolo L. ſi poſt mortem §. exheredati D. de bonor. poſſeſſ. con. tab. L. quidam cum filium D. de verbor. obligat. L. Papinianus §. meminiſſe, L. ſi pars, §. vlt. L. qui de inofficioſo L. ſi inſtituta §. de inofficioſo L. ſi ſuſpecta §. I. D. de inoffic. teſt. Et DICERE RVPTVM, IRRITVM ET FALSVM teſtamentum, L. Papinianus §. ſi quis irritũ, D. de inoffic. L. diuus §. vlt. & L. ſi teſtamẽtũ D. de petitio. heredit. L. poſt legatũ, §. ætati & L. heredi D. de his qui vt indign. L. III. D. de L. Cornel. de falſ. L. ſi patronus ex minore & L. filius §. vlt. D. de bon. libert.

Eiuſdem notæ ſunt hæc, in L. loci corpus §. competit D. ſi ſeruit. vind. *Hoc igitur* INTENDO, HABERE ME IVS ALTIVS TOLLENDI INVITO EO CVM QVO AGO. Et in L. ſi eo loco D. eo. tit. *Poſſum* INTENDERE, IVS MIHI ESSE IRE, AGERE. Et mox: IVS SIBI ESSE IRE, AGERE; INTENDERE *poteſt*. Et L. ſi de communi D. eo, *Si de*

communi ſeruitute quis bene quidem DEBERI INTENDIT. In L.ſi cum dotem §. item pater D. ſolu. matrim. *Item pater furioſæ vtiliter* INTENDERE: SIBI FILIÆVE SVÆ REDDI DOTEM, *poteſt*. In L. liber homo D. de verb. oblig. *Quia nec* DARI OPORTERE INTENDI, *nec æſtimatio eius præſtari poteſt*. In L. vtifrui D. ſi vſusfr. pet. VTIFRVI IVS SIBI ESSE *ſolus poteſt* INTENDERE, *qui habet vſumfructum*. Sic in L. in executione §. in ſolidum D. de verb. obligat. *Cum* EX CAVSA EVICTIONIS INTENDIMVS. Et in L. cũ ex cauſa eod. *Cum* EX CAVSA DVPLÆ STIPVLATIONIS INTENDIMVS. Et in L. quæſitum D. de pecul. INTENDITVR *enim* RECTE, *etiam ſi nihil ſit in peculio.*

ADDAM ET aliquot exempla eorum quæ ex Deſideriis iudicialibus, mihi ad formularum ſpeciem accedere videntur: quæ lectores ad reliquorum obſeruationem excitare valeant. Vlpian. in L. III. §. ſi ipſe D. de tabul. exhib. *Si ipſe teſtator dum viuit*, TABVLAS SVAS ESSE DICAT, ET EXHIBERI DESIDERET. Idem in L. III. §. interdum D. ad exhib. *Hæ rationes à te poſſidentur*, DESIDERO EAS EXHIBERI. Imp. Antonin. in L. vlt. C. de eden. *An verò ab eo à quo aliquid petitur*, ACTOR DESIDERET RATIONES EXHIBERI. Papinian. in L. ſi culpa D. de rei vindicat. AVDIENDVS ERIT *à Iudice*, SI DESIDERET VT ADVERSARIVS ACTIONE SVA CEDAT. In L. actoris D. de procuratorib. *Actoris procurator non in rem ſuam datus propter impenſas quas in litem fecit, poteſt* DESIDERARE, VT SIBI EX IVDICATIONE SATISFIAT, *ſi dominus litis ſoluendo non ſit*. In L. nõnumquam D. de adoptionib. AVDIENDVS *erit, ſi pubes factus* EMANCIPARI DESIDERET. In L. iam tamen §. ſi tamen D. iudic. ſol. *Magis eſt, vt niſi* VNVM DENT PROCVRATOREM DESIDERANTE, *ſcilicet, hoc* ACTORE. L. cũ qui §. I. D. de inoffic. teſtam. *An heres* AVDIENDVS EST *ante inofficioſi querelam actã*, DESIDERANS RESTITVI SIBI EA QVÆ SOLVIT. L. Ceterum D. de rei vindic. *Improbè tamen* DESIDERABIT PETITOR, FRVCTVS ÆSTIMARI QVI EX ARTIFICIO EIVS PERCIPI POTVERVNT. In L. dies cautioni §. ſi tam D. de damno inf. *Cùm in tua poteſtate fuerit à Prætore, vel Præſide* DESIDERARE, IN POSSESSIONEM MITTI. In L. Statius Florus D. de iu. fiſ. *Põpeius condẽnatus* DESIDERABAT, ONVS ESSE ID HEREDITATIS OPORTERE. In L. ſi plures §. vlt. D. de fideiuſſorib. *Non poterit* DESIDERARE FIDEIVSSOR, VT INTER SE, ET EVM FIDEIVSSOREM PRO QVO FIDEIVSSIT, DIVIDATVR OBLIGATIO. *Ille enim loco rei eſt: nec poteſt reus* DESIDERARE, VT INTER SE ET FIDEIVSSOREM DIVIDATVR OBLIGATIO. In L. I. §. I. D. de inſpic. vent. *poteſt maritus iure ſuo*, FILIVM *per interdictum* DESIDERARE AVT EXHIBERI SIBI, AVT DVCERE PERMITTI EXTRA ORDINEM. Et L. vlt. D. de liber. exhib. *ſi inter duos qui ſe patres dicerent, controuerſia eſſet*, ET ALTER AB ALTERO EXHIBERI EVM DESIDERARET. In L. ſi quis à liberis D. de agnoſc. & alen. liber. *ſi quis* A LIBERIS ALI DESIDERET, *vel* SI LIBERI VT A PARENTE EXHIBEANTVR. Et §. ſi quis, eod. *ſi quis* A LIBERTI LIBERTO ALI SE DESIDERET, *vel ab eo, quem ex cauſa fideicommiſſi manumiſit, quemque ſuis nummis redemit*, NON DEBET AVDIRI. In L. cui neceſſitas D. de liber. cau. *Vltro*, SI IPSE PROBARE DESIDERET, AVDIENDVS EST. In L. ex duobus D. de negot. geſt. SVMPTVS SIBI QVASI RE MELIORE AB EO FACTA, DESIDERABAT. In L. ſi finita D. de dam. inf. *finito die in quem alioquin caueri ſolet*, DESIDERANDVM ESSE A PRÆTORE, VT LIBERETVR. In L. de pupillo §. qui remiſſionem D. de oper. no. nunt. *Qui* REMISSIONEM *abſentis nomine* DESIDERAT. Et §. is qui, ead. L. *Remittit vexationem ad Prætorem veniendi*, ET DESIDERANDI VT MISSA FIERET NVNTIATIO. In L. cum qui §. I. D. de inoff. teſt. *An heres* AVDIENDVS EST, *ante inofficioſi querelam actam* DESIDERANS RESTITVI SIBI EA QVÆ SOLVIT. Sic & IN INTEGRVM RESTITVTIO DESIDERARI dicebatur. Vlpian. in L. verum §. ex facto D. de minorib. *Adoleſcentes adierant Prætorem*, DESIDERANTES IN INTEGRVM ADVERSVS EVM RESTITVI, QVOD ESSET CONTRA CONSTITVTIONES EXCVSATVS. Et §. Itẽ

quæritur,

quærit. *Si minor aduerſus minorem* RESTITVI DESIDERAT AN SIT AVDIENDVS. L. In cauſæ §. Interdum D. de minorib. *poteſt* DESIDERARE *interdum* ADVERSVS POSSESSOREM RESTITVI. L. minor autem, D. eo. *Incolomitè*, RESTITVI DESIDERANTEM. In L. Æmylius D. eo. PVPILLA IN INTEGRVM RESTITVI DESIDERABAT. Et mox: *priores tutores* QVI NON RESTITVI DESIDERASSENT. In L. III. §. ſcio, D. eo. *Mox* DESIDERABAT RESTITVI IN INTEGRVM QVO MAGIS ABSTINERET PATERNA HEREDITATE: CONTRADICEBATVR EI, QVASI MAIOR PACTVS COMPROBASSET QVOD MINORI SIBI PLACVISSET. Quo loci non temere tranſeundum eſt verbum CONTRADICEBATVR, quod in Declamationum argumentis frequens eſt, & his notis ſignatur C.D. Vtitur & Vlpian. in L. I. §. poſtulare, D. de poſtulan. Idem & L. miles, §. quidam, & §. volenti, D. ad L. Iul. de adulter. & in L. Papinianus §. ſi filius, D. de inoffic. teſt. *Scriptus quidem heres petet hereditatem: filius verò* IN MODVM CONTRADICTIONIS *querelam inducat.*

Subiiciam & aliquot POSTVLATIONVM exempla, quæ ne quis à cauſa noſtra abhorrere putet, præmittam verbi interpretationem. POSTVLARE namque in Edicto de damno infecto, Vlpianus ſic accipiendum eſſe ait, *pro tribunali petere.* L. dies cautionis §. I. D. de dam. infec. Generaliter vero POSTVLARE definit eſſe, *Deſiderium ſuum vel amici ſui in iure apud eum, qui iuriſdictioni præeſt, exponere: vel alterius deſiderio contradicere,* L. I. §. poſtulare D. de poſtulan. Nam his verbis, *qui iuriſdictioni præeſt,* Prætorem, magiſtratúque, aut poteſtate præditum ſignificari, conſtat ex L. qui iuriſdictioni & L. eum qui D. de iuriſdictio. omn. iud. & L. qui neque D. de iudiciis. Sic APVD TRIBVNAL POSTVLARE, in L. Moris D. de pœnis. Poſtulationibus etiam prætorem pro Tribunali operam dediſſe, oſtendit L. II. §. in bonorum D. quis ordo in poſſ. POSTVLATIONIBVS quoque vacaſſe Conſules & Proconſules docet Plinius lib. VIII. & X. Epiſt. L. nec quidquam §. obſeruare D. de offic. proc. & hac quoque in parte, aſſeſſores partibus ſuis functos tradit, L. I. D. de offic. aſſeſſor. Cic. pro Quintio POSTVLAT A BVRRIENO PRÆTORE NÆVIVS, SIBI BONA EX EDICTO POSSIDERE LICEAT. Et ibid. *Ad vadimonium non venerat, &c. Illicóne ad Prætorem ire conuenit? Continuóne verum fuit,* POSTVLARE VT EX EDICTO BONA POSSIDERE LICERET? Idem ead. Orat. *Cùm Sextus Alphenus ſe procuratorem abſentis Quintij eſſe denuntiaſſet Næuio, & ſi quid agere vellet, iudicio defendere paratum, iſte* POSTVLAT, VT PROCVRATOR IVDICATVM SOLVI SATISDARET. Et mox: *A Cn. Dolabella denique* PRÆTORE POSTVLAT, VT SIBI QVINTIVS IVDICATVM SOLVI SATISDET. In L. qui abſentem D. de procuratorib. *Qui abſentem emptorem fundi defendebat,* POSTVLABAT *à venditore fundi,* VT AB EO DEFENDERETVR. *Venditor* DESIDERABAT CAVERI SIBI RATAM EAM REM DOMINVM HABITVRVM. In L. qui cum herede D. de obligat. & action. *Eum qui cum herede egerat, & exceptione ſummotus erat,* QVOD IN EA CAVSA ESSENT TESTAMENTI TABVLÆ, VT CONTRA EAS EMANCIPATO BONORVM POSSESSIO DARI POSSET: *Emancipato omittente bonorum poſſeſſionem, non inique* POSTVLABIT CREDITOR, RESITVI SIBI ACTIONEM ADVERSVS SCRIPTVM HEREDEM. L. qui bona §. ſi alieno D. de dam. infec. *Si alieno nomine* CAVERI MIHI DAMNI INFECTI POSTVLEM. In L. vlt. §. vlt. D. de appellationib. *An* POSTVLATIO *eorum contra quos appellatum erat,* DICENTIVM, ILLOS DEBVISSE CAVSAS APPELLATIONIS REDDERE, QVI PRIMI SVNT EXPERTI, *admittenda non ſit.* Hinc & SVSPECTI TVTORES POSTVLARI dicebantur, quod Romæ apud Prætorem, in prouinciis apud Præſides aut eos quibus mandata iuriſdictio erat, factum oſtendit, L. I. in princ. & §. damus D. de ſuſpect. tutor. & L. cognitio D. de offic. eius cui mand. eſt iuriſ.

Videor etiam mihi neſcio quid in his quæ ſubiungam ſubolfacere, quod formulas ſapiat. Vlpian. in L. ſi finita §. vlt. D. de dam. inf. *in factum actione vti poterit,* VT TANTVM PRÆSTETVR, EI QVANTVM PRÆSTARI OPORTERET, SI DE

EA RE CAVTVM FVISSET. In L.damni infecti ſtipulatio §.1. D. eod. *quia habet cum fructuario actionem*, VT VIRI BONI ARBITRATV IS FRVATVR. Idem in L.nam ſi nõ fuit D.eod. *In actionẽ damni infecti venit id*, QVANTI INTERFVIT ACTORIS, EVM PARIETEM STARE. In L.1.§. vlt. D.de oper.no.nunt. *aut vindicare vſumfructum ab eo qui opus nouum nuntiat, quæ vindicatio præſtabit ei*, QVOD EIVS INTERFVIT OPVS NOVVM FACTVM NON ESSE. In L. Prætor ait §.planè D. eod.tit. *Interdictum*, IN ID QVOD AD EVM PERVENIT DARI OPORTERE, VEL SI QVID DOLO MALO FACTVM SIT QVOMINVS PERVENIRET. Vlpian. in L.1. §.item ſciendum D. de aq. & aq. pluu. *Actionem aquæ pluuiæ arcendæ, vel, ſuperiori aduerſus inferiorem competere*, NE AQVAM, QVÆ NATVRA FLVAT, OPERE FACTO INHIBEAT PER SVVM AGRVM DECVRRERE. *Et inferiori aduerſus ſuperiorem*, NE ALITER AQVAM MITTAT QVAM FLVERE NATVRA SOLET. Et mox: *Ita denum aquæ pluuiæ arcendæ locum actionem habere*, SI AQVA PLVVIA, VEL, QVÆ PLVVIA CRESCIT, NOCEAT, NON NATVRALITER, SED OPERE FACTO. Et mox: *Item ſciendum eſt hanc actionem non aliàs locum habere, quam* SI AQVA PLVVIA AGRO NOCEAT. Ad quam formulā reſpiciens Cicerò Topic. *Vt ſi* AQVAM PLVVIAM ait, *eam modo intelligeremus, quam imbri collectam videremus, veniret Mucius, qui, quia coniugata verba eſſent pluuia, & pluendo, diceret omnem aquam oportere arceri, quæ pluendo creuiſſet*. Et paulo poſt, *vt* AQVA PLVVIA, *vltimo genere ea eſt, quæ de cœlo veniens creſcit imbri: ſed propiore loco, in quo quaſi ius arcendi continetur, genus eſt*, AQVA PLVVIA NOCENS. *Eius generis formæ*, LOCI VITIO, & MANV NOCENS: *quarum altera*, IVBETVR AB ARBITRIO COERCERI, *altera non iubetur*. Denique OPVS FACTVM VT AQVA PLVVIA NOCERET, *in eam actionem venire, ait* L.1.§.ſicut D. de aq. & aq.plu. Paulus in L.11 D.eod. AQVÆ PLVVIÆ ARCENDÆ *cum inferiore* AGI *poſſe*, VT AVT IPSE PVRGARET, AVT TE PATERETVR IN PRISTINVM STATVM EAM REDIGERE. Et §.item Varus ead.L. *Si naturalis agger fuit: non poſſe me vicinum cogere* AQVÆ PLVVIÆ ARCENDÆ ACTIONE, VT EVM REFICIAT, VEL REPONI SINAT. Ibidem §. apud Namuſam *poſſe cum inferiore agi*, VT SINAT PVRGARI. Et §.Idē Labeo, *Agi tecum poſſe aquæ pluuiæ arcendæ iudicio*, VT REFICIAS. Et L.ſi tertius §.inde quæritur, eod. *Poterit aquæ pluuiæ arcendæ agi*, VT QVIS DAMNVM CONSEQVATVR. Sunt & aliæ Actionū formulæ in libris noſtris notandæ: ex quarum numero ſunt hæ. Gaius in L.illud D. quod met.cau. *etiam aduerſus fideiuſſores agi poſſe*, VT SE REPONANT IN OBLIGATIONEM. Vlp. in L.1.D.de tigno iun. *Non enim ſic eum conuenimus*, QVASI POSSIDENTEM, *ſed ita*, QVASI DOLO MALO FECERIT QVOMINVS POSSIDEAT. In L.ſi quis ſeruū D.de ſer.corrupt. *qui cum extraneo egit*, SIVE RECEPIT, SIVE CORRVPERIT, *agere poteſt. Qui cum ſocio, ſine alternatione dicit*, SI CORRVPERIT: Et §.& ſi fortè ead. L. *Si fortè alienum* RECEPERIT, VEL CORRVPERIT, *vtilis actio fructuario competit*. In L.non ſolùm §.vlt.D. de procuratorib *Si abſente tutore*, QVASI NON DEFENDERETVR, *Prætor erat cogniturus*. Ad actionem etiam, quæ DE DEIECTIS ET EFFVSIS dicitur in L. ſi verò §. hæc autem D.de his qui effuder. vel deiecer. pertinent quæ leguntur in L.ſi quis abſentis §. is quoq; D. de obligat. & action. *Is quoque* EX CVIVS CENACVLO *vel proprio ipſius, vel conducto, vel in quo gratis habitabat*, DEIECTVM EFFVSVMVE ALIQVID EST, ITA VT ALICVI NOCERET: *quaſi ex maleficio teneri videtur*. Et mox: *Cui ſimilis eſt is* QVI EA PARTE QVA VOLGO ITER FIERI SOLET, ID POSITVM AVT SVSPENSVM HABET, QVOD POTEST SI CECIDERIT, ALICVI NOCERE. *Ideo ſi filiusfa. ſeorſum à patre habitauerit, & quid* EX CENACVLO DEIECTVM EFFVSVMVE SIT, SIVE QVID POSITVM SVSPENSVMVE HABVERIT, CVIVS CASVS PERICVLOSVS EST, &c. In L.tutores D.de confirman. tut. IN ID QVOD DE BONIS EORVM SERVARI NON POSSIT, *contra magiſtratus* ACTIO DECERNATVR.

Nec ea quidem loca ſilentio prætermittenda ſunt, in quibus CONTENDENDI verbū occurrit. Exempli cauſa vnum & item alterum adſcripſiſſe contentus ero. Vlpian. in L. 1.§.ſi quis filium D.de Carbon. edic. *Deinde hic* CONTENDAT, PATREM INTESTATVM DECESSISSE, SEQVE EI SVVM HEREDEM ESSE: *intereſt, coheredes eius vtrum negent eū filium, an vero*, CONTENDVNT, TESTAMENTVM VALERE. SI TESTAMENTVM VALERE CONTENDVNT, *controuerſia non eſt differenda, & Carbonianum ceſſat: quod ſi filium eum* NE-

GANT,

GANT, *& ad ipſos potius, quaſi ad conſanguineos hereditatem pertinere* DICVNT, & e Iulian. in L. ſi pupillum D. de excuſation. tutor. *Si pupillum patruus.* CONTENDAT EXHEREDATVM ESSE, ET SE HEREDEM SCRIPTVM. Sic & in L. poſt legatum D. quæ vt indign. *Non tantum licebit falſum arguere teſtamentū, ſed &* NON IVRE FACTVM CONTENDERE. Et mox: *Ille qui* NON IVRE FACTVM CONTENDIT, *nec obtinuit.* L. 1. D. ſi pars hered. pet. *Poſt actionem quam propoſuit Prætor, ei qui* AD SE SOLVM HEREDITATEM PERTINERE CONTENDIT.

In actionibus etiam ciuilibus LAVDARI id dictum quod eſt, nominari Agellius lib. II. cap. VII. ſcribit: Et ita AVCTOREM LAVDARE dicebāt, L. tenetur §. ſi tibi iter D. actionib. emp. L. Herenius §. 1. D. de euiction. L. auctore laudato L. ſiue poſſeſſio C. eod. L. II. C. de In lit. dan. tut. Quod vti fieret paucis aperiam. Mota certè quæſtione, interim non ad pretium reſtituendum, ſed AD REM DEFENDENDAM, venditorem conueniri poſſe, ait L. ſi plus §. mota D. de euictionib. Auctori enim DENVNTIABATVR, VT DE EA RE AGENDA ADESSET, vt oſtendit L. ſi rem §. vlt. D. de euictionib. Paul. in L. venditor D. de iudic. *venditor ab emptore* DENVNTIATVS, VT EVM EVICTIONIS NOMINE DEFENDERET. In L. cū ſucceſſores C. de euictionib. *Auctoru heredibus quocūque gradu cōſtitutis* ADSISTERE NEGOTIO DENVNTIĀ. Et L. ſi permutationis eod. *Poſteaquā* AD DEFENSIONEM FVERIT DENVNTIATVM. Et in L. ſi parentes C. eod. *Nec vobis* NEGOTIVM VT DEFENDATIS DENVNTIATVM *probetur.* Et L. empti actio, eod. *Interpellare venditorem ſiue ſucceſſorē eius debes,* VT TIBI ADSISTANT, CAVSAMQVE INSTRVANT. Et hoc eſt, DENVNTIARE, & DENVNTIARI, in L. ſi ideò §. vlt. L. ſi dictum §. ſi præſente, L. ſi rem §. 1. L. ſi ab emptore, L. ſi per imprudentiam D. eod. tit. L. emptor & L. ſi controuerſia C. eod. tit. L. in executione, §. in ſolidū D. de verb. oblig. & DENVNTIATIO PRO EVICTIONE INTERPOSITA, in L. Herenius eo. tit. Auctores autē laudati vel SVBSISTEBANT, id eſt cauſæ aderant, eámq; defendebāt, vel DEFVGIEBANT, L. cum ex cauſa D. de verbor. obligationib. L. minor. §. vlt. D. de except. L. ſi parentes C. de euictionib. AVCTORITATEM enim DEFVGERE dicebantur, cum defenſionē cauſæ recuſabāt. Quo genere loquendi Plautus Pœnulo Act. I. Sc. 1. Terēt. Eunucho Act. II. Sc. III. & Cicero pro Sylla vtuntur.

NVNC ad Exceptiones tranſeamus. Actoris intentio, EXCEPTIONE ELIDEBATVR, L. vindicantem D. de euictionib. L. II. §. & generaliter D. de doli except. ſicut REPLICATIONE EXCEPTIO ELIDEBATVR, L. ſi vnus §. pactus D. de pactis L. ſi inter §. 1. D. de pignorib. ACTIONI EXCEPTIO OBIICIEBATVR, L. ſi is cui commodata D. de furt. L. vlt. C. quib. ex cauſ. maior. Sed & Exceptiones, DEFENSIONES appellantur, L. nemo prohibetur D. de exceptionib. L. cum nondum L. ſi quidem & L. defenſiones C. eod. L. ſed etſi D. de iudiciis, L. emptori C. de euictionib. Exceptiones autem à Prætore poſtulatas & impetratas, atque adeò vna cum actione & Interdicto datas reperio. Cic. lib. II. de inuentio. *Agit is cui manus præciſa eſt, iniuriarum:* POSTVLAT IS QVO CVM AGITVR A PRÆTORE EXCEPTIONEM. Et mox: *Is qui agit,* IVDICIVM PVRVM POSTVLAT: *ille quocum agitur,* EXCEPTIONEM AIT ADDI OPORTERE. Ibidēq; de trāſlationibus tractās: *Quare in iure plerumque verſantur. Ibi enim &* EXCEPTIONES POSTVLANTVR, *& agendi poteſtas datur. & omnis conceptio priuatorum iudiciorum conſtituitur.* Idem lib. I. de Orato. *Nemo ex numero diſericium* POSTVLABAT, *vt illi vnde peteretur, vetus atque vſitata* EXCEPTIO DARETVR, CVIVS PECVNIÆ DIES FVISSET. Idem in Lucullo: *Tribunum aliquem adeant, à me iſtam* EXCEPTIONEM *numquam* IMPETRABVNT. Vlpian. in L. 1. §. ſunt qui putēt, D. ne quid in flum. publ. *Sunt qui putent excipiendum hoc interdicto,* QVOD EIVS RIPÆ MVNIENDÆ CAVSA NON FIET. Et mox: *Hoc tamen iure vtimur, vt Prætor ex cauſa æſtimet,* AN HANC EXCEPTIONEM DARE DEBEAT. Idem probat L. 1. §. Labeo D. de fluminib. Proinde formulis quibus futuri iudicij conceptio conſtituebatur, exceptiones quoque includi à Prætore ſolebant. Pompon. in L. ſi quis ſub D. de condic. inſtit. *Quamquam & ſi cautum eſſet, in ipſa actione, exceptione tuendus eſſet promiſſor.* Stipulationibus etiam damni infecti & legatorum, quas actionum vicem repræſentaſſe diximus, Exceptionem Procuratoriam inſertam docet, L. inter quos §. à lieno D. de dam. inf. Ac bonæ quidem fidei iudiciis doli mali & pacti exceptio-

des ineſſe cenſebantur. Vlpian. in L. ſed ſi ideo D. ſol. matr. *Cùm enim* DOLI EXCEPTIO INSIT DE DOTE ACTIONI, *vt in ceteris bonæ fidei iudiciis*. Iulian. in L. huiuſmodi §. qui ſenum D. de leg. I. *Quia hoc bonæ fidei iudicium eſt*, & CONTINET SN SE DOLI MALS EXCEPTIONEM. Paul. in L. emptio D. de reſcind. vend. *Quia bonæ fidei iudicio* EXCEPTIONES PACTI INSVNT.

Variè autem exceptiones concipiebantur: vt plurimum tamen dictionibus hiſce, SI NON. Gaius in L. itaque D. de procuratoribus, *Excipiente eo quo cum agitur*, SI NON MIHI MANDATVM SIT VT A DEBITORIBVS PETEREM. Vlpian. in L. Papinianus in fi. D. de Publicia. *Non eſt vſus exceptione, quam debuit opponere; veluti*, SI NON AVCTOR MEVS EX VOLVNTATE TVA VENDIDST. Iulianus in L. qui pendentem D. de actionib. empt. *Exceptione vti poterit*, SI EA PECVNIA QVA DE AGITVR NON PRO EA RE PETATVR QVÆ VENIT, NEQVE TRADITA EST. Idē in L. Conſilio §. I. D. de curat. furio. *Exceptio opponetur*, SI NON CVRATOR SATISDEDERIT. Vlpianus in L. ſi debitor D. de pignorib. *Dabitur enim poſſidenti hæc exceptio*, SI NON CONVENERIT VT EADEM RES MIHI QVOQVE PIGNORI ESSET. Idem in L. apud §. item quæritur, D. de doli exceptio. *ita eſſe excipiendum*, SI INTER ME ET TE NON CONVENIT, VT SOLVTA PECVNIA VNIONES MIHI REDDANTVR. Vlpianus in L. ſi debitor, D. de pignoribus. *Dabitur enim poſſidenti hæc exceptio*, SI NON CONVENIT, VT EADEM RES MIHI QVOQVE PIGNORI ESSET. Marcianus in L. ſi is qui §. pen. D. de pignorib. *tali exceptione Prætor eum tuebitur*, SI NON INTER CREDITOREM ET EVM AD QVEM VSVSFRVCTVS PERTINEAT, CONVENERIT, VT VSVSFRVCTVS PIGNORI SIT. Idem in L. ſicut §. quod ii is fundus D. quib. mod. pign. ſoluit *æquum erit, excipi*, SI NON VOLVNTATE CREDITORIS VENIT. Et in L. creditor D. qui potior. in pign. hab: *Exceptio priori vtilis eſt*, SI NON MIHI ANTE PIGNORIS HYPOTHECÆVE NOMINE SIT RES OBLIGATA. Idem in L. ſi præteritus D. de bon. poſſ. cont. tab. *Si heredem petentem debitum noluerit filius repellere illa exceptione*, SI NON CONTRA TABVLAS BONORVM POSSESSIO FILIO DARI POTEST. Et in L. quandiu D. de bon. liber. *Exceptio debitoribus datur*, SI NON IN EA CAVSA SIT PATRONVS VT BONORVM POSSESSIONEM PRO PARTE DEBITA CONTRA TAB. PETERE POSSIT. Africanus in L. vir vxori §. I. D. ad Sc. Velleian. *Si poſſeſſor creditor aduerſus eam Seruiana agentem exciperet*, SI NON VOLVNTATE EIVS PIGNVS DATVM ESSET. Venuleius in L. vlt. §. ſi ad ianuam D. quod vi aut clam, EXCEPTIONEM MIHI PROFVTVRAM, SI NON VI NEC CLAM NEC PRECARIO FECERIS. Paulus in L. ſi contendat D. de fideiuſſorib. *Exceptionem ei dandā*, SI NON ET ILLI SOLVENDO SINT. Idem in L. ſi quis mancipiis circa fi. D. de Inſtitor. *Exceptionem dandā*, SI ILLE ILLI NON DENVNTIAVERIT, NE ILLI SERVO CREDERET. Idem in L. ſi proprietarius in fi. D. de damno infec. *Si vellem ſub hac exceptione*, SI DOMINVS NON ESSET, *Satiſdari* De qua exceptione idem ſentit in L. qui vias in fi. D. eod. tit. cùm ait. *Si controuerſia ſit dominus ſit, néc ne is à quo cautio exigitur*, SVE EXCEPTIONE SATISDARE, *iubetur*. Ita autem ſatiſdare iubebatur Edicto quod refertur L. Prætor ait D. eod. tit. Gaius in L. I. D. famil. erciſc. *Poteſt eum excludere per hanc exceptionem*, SI IN EA RE QVA DE AGITVR PRÆIVDICIVM HEREDITATI NON FIAT. Iulianus in L. ſi quis rem D. de exceptionib. rei iud. *aduerſus exceptionem*, SI NON EIVS RES SIT. Quamobrem & in L. ſi & generaliter D. de noxalib. act. vbi vulgo legitur, *& aduerſus excipientem*, SI DOMINVS ESVS SIT, *vtilem mihi replicationē doli mali profuturam*, videamus an non legendum ſit, SI NON DOMINVS EIVS SIT. Hanc enim exceptionem Publicianæ obſtare, & ita concipi, SI EA RES POSSESSORIS NON SIT, docet Nerat. in L. vlt. D. de Publicia. Ideóque in L. apud Celſum §. ſi à Titio D. de doli exceptio. *Et ſi ipſe*, ait, *eum poſſideret, & Publiciana peteres, aduerſus excipientem*, SI NON SVVS ESSET, *Replicatione vtereris*. Diocletian. & Maximian. in L. vlt. C. de eo qui pro tut. *Exceptione*, SI TVTOR NON EST, *ſummouetur*. Malè autem qui Pandectas Florentinas ediderunt, quique deinceps eas ſecuti imitatíque ſunt, in L. cum quis §. I. D. de ſolutionib. verba hæc, *Si condictionem quàm aduerſus mulierem habet, præſtet*, maiuſcu-

lis

his literis deſcripſerunt, ea pro exceptionis formula accipientes. Obliqua planè non directa eſt illa præſcriptionis formula quæ in L.11.§.1.D.ad L.adulter.ponitur in hæc verba. *Marito iure mariti accuſanti illa præſcriptio obiicitur*, SI LEGEM PRODIDISSE DICATVR, OB HOC, QVOD ADGRESSVS ADVLTERII ACCVSATIONEM, DESTITIT.

INTERDVM vero Exceptiones alio modo efferuntur, per dictionem QVOD. Cicero Epiſt.XII.lib.VII. Familiar. *Neque eſt quod illam exceptionem in Interdicto pertimeſcas*, QVOD TV PRIOR VI HOMINIBVS ARMATIS VENERIS. Sic in L.ſi poſt litem D. de exceptionib. *Non obſtare exceptionem*, QVOD PRÆIVDICIVM HEREDITATI NON FIAT. Quæ exceptio iiſdem verbis enunciatur in L. ſed & ſi lege, §. Item ſi rem diſtraxit D. de heredit. petitio. vbi Paulus, *Exceptione*, ait, *repelletur*, QVOD PRÆIVDICIVM HEREDITATI NON FIAT, INTER ACTOREM, ET EVM QVI VENVM DEDIT. Sic & Africanus in L.fundum D.de exceptionib. *exceptionem*, QVOD PRÆIVDICIVM PRÆDIO NON FIAT, *vtilem tibi fore putauit*. Idem in L. fundi eod. tit. *Quæſitum eſt, an exceptio*, QVOD PRÆIVDICIVM FVNDO, PARTIVE EIVS NON FIAT, *obſtet*. Vlpian. in L.1.§.1. D. quòd vi aut clam, *An hoc interdicto vtenti, exceptionem obiicere*, QVOD NON IVRE MEO RECEPERIM. Et in L.ſi alius §.belliſſime D.eod. *An hæc exceptio noceat in hoc interdicto*, QVOD NON TV VI AVT CLAM FECERAS. Et mox: *An poſſis mihi obiicere eandem exceptionem*, QVOD NON TV VI AVT CLAM FECISTI. Et §. eſt & alia, *Gallus dubitabat, an excipi deberet*, QVOD INCENDII DEFENDENDI CAVSA FACTVM NON SIT. Et in L.1.§. ſunt qui D. de quid in flum. pub. *Sunt qui putent excipiendum hoc interdicto*, QVOD EIVS RIPÆ MVNIENDÆ CAVSA NON FIET. In L.purè §.ſi donaui D.de doli exceptio. *Et petat à me rem donatam, & ego excipiam*, QVOD SVPRA LEGITIMVM MODVM FACTA EST. Et in L.filius D.de exceptionib. *Exceptionem in factum obiicere*, QVOD PECVNIA OB HOMINEM ILLVM EXPROMISSA EST, QVI REDHIBITVS EST. Et in L.ſi mater §.item Iulianus D.de exceptio.rei iudic. *obſtaret exceptio*, QVOD RES IVDICATA SIT INTER ME ET TE. Hinc exceptiones, QVOD FACERE POSSIT, ET QVOD METVS CAVSA FACTVM EST, & QVOD ONERANDÆ LIBERTATIS CAVSA PETITVR, L. exceptiones quæ perſonæ D.de exceptionib.§.appellantur. Inſtit. eod. titulo. Sed & in interdicto Vti poſſidetis, violenta, clandeſtina, precariáque poſſeſſio ita excipitur, QVOD NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO, ALTER AB ALTERO POSSIDETIS: Quin & in L.qui Romæ §.Flauius Hermes, D.de verbor. oblig. dolus excipitur his verbis, QVOD DOLO MALO NON FIAT.

Nonnunquã etiam hac loquẽdi figura, EXTRA QVAM, concipi exceptiones ſolebãt: vt in L.1.§. Labeo D.de fluminib. *Ita excipiendũ ait*, EXTRA QVAM SI QVID ITA PACTVM SIT VTI DE LEGE FIERI LICVIT. In edicto quoq; Aſiatico Mutij, exceptionem poſitam in verba hæc, EXTRA QVAM SI ITA NEGOTIVM GESTVM EST, VT EO STARI NON OPORTEAT EX FIDE BONA, Cic. Epiſt. lib.VI.ad Attic. auctor eſt. Idem lib. I. de Inuentio. exceptionem hanc adfert, EXTRA QVAM SI QVIS REIPVB. CAVSA EXERCITVM NON TRADIDERIT: Et lib. II. *Poſtulat is quo cum agitur, à Pretore exceptionem*, EXTRA QVAM SI IN REVM CAPITIS ID IVDICIVM FIAT.

Priori porrò illi qua de agimus Exceptionum formulæ, vocem AC, interdum præpoſitam inuenio. Vt in L.qui cum hærede D. de obligation. & action. AC SI NON IN EA CAVSA TABVLÆ TESTAMENTI SINT, VT CONTRA EAS EMANCIPATO BONORVM POSSESSIO DARI POSSIT. Quæ formula ex codẽ Iuliano totidem verbis refertur ab Vlpiano L.III. D.de exceptio.rei iud. Similiter Iulianus in L.quidã D.de pact.dotalib. *Placuit exceptionem mulieri dari non debere*, AC SI INTER SE ET VIRVM NON CONVENISSET, VT HÆ MERCEDES SIBI ALIMENTORVM NOMINE DARENTVR. Aliàs, AT in huiuſmodi formulis ſcriptum animaduerti: Veluti in L. ſi à te §. vlt.D.de exceptio.rei iudic. *petenti tibi non opponam exceptionem*, AT SI EA RES &c. Quo genere Theophilus Exceptiones concipit in tit. de exceptionib. §. ex ſtipulatu, Ait enim, οὐ πείσας περὶ γραφῆς λέγων, ἀλλ' εἰ μὴ κατὰ φόβον ἐπηρωτήθην· ἤγουν, ἀλλ' εἰ μὴ κατὰ πλάνην ὡμολόγησά σοι δώσειν. Idem eod. tit. §. æquè ſi debitor, λέγει γὰρ ὁ ἐναγόμενος, ἀλλ'

εἰ μὴ ὡμολόγησα μηδέν σοι ὀφείλειν. Idem eod. tit. §. eas verò: Ὁ γὰρ εἰσαγόμενος λέγει, Ἀλλ' εἰ μὴ ἄτιμος εἰσιὼ ὁ προσκαλεσάμενος.

Aliàs exceptionum prima vox eſt, AVT: vt in L.1.S.Labeo D.de fluminib. *Non eſſe dandam exceptionem ei qui interdicto conuenitur*, AVT NISI RIPÆ TVENDÆ CAVSA FACTVM SIT.

Sed vt ſpeciales quarundam Exceptionum formulas patefaciam, Exceptio rei iudicatæ ita cõcipiebatur, SI EA RES IVDICATA NON SIT INTER TE ET ME, vt apparet ex L.ſi à te §.vlt. L.ſi mater, S. itẽ Iulianus. & L.ſi quis in rẽ D. de except. rei iud. Exceptio autem, Quod metus cauſa in rem ſcripta erat, hoc modò, SI IN EA RE NIHIL METVS CAVSA FACTVM EST, vt non inſpiceretur an is qui ageret, metus cauſa feciſſet aliquid: ſed an omnino metus cauſa factum eſſet in hac re à quocumque, non tantum ab eo qui agebat, L. apud Celſum §. metus cauſa D. de doli except. Aliter atque in Exceptione Doli mali in qua ſpecialiter exprimendum erat, de cuius dolo quis quereretur, non in rem, SI IN EA RE DOLO MALO FACTVM EST, ſed ſic, SI IN EA RE NIHIL DOLO MALO ACTORIS FACTVM EST. Docere enim debebat is, qui exceptionem obiiciebat, dolo malo actoris factum: nec ſufficiebat ei oſtendere in re eſſe dolum. Aut ſi alterius dolo factum diceret, eorum perſonas ſpecialiter debebat enumerare: dummodo hæ eſſent, quarum dolus noceret, L. 11. §. 1. D. eod. tit. Eadem etiam inter vtramq; Quod metus cauſa, & de Dolo actionem differentia intercedebat. In actione namque de Dolo deſignari oportebat, cuius dolo factum eſſet quod in actione Metus cauſa, non erat neceſſe L. ſed & ex dolo §. vlt. D. de dolo. Exigebat etiam Prætor vt comprehenderetur, quid dolo malo factum eſſet. Scire enim debebat actor, in qua re circumſcriptus eſſet, nec in tanto crimine vagari, L. item exigit D. eod. tit. Procuratoriæ verò exceptionis conceptionem Quintilianus cum Vlpiano docebit. Ille enim lib. IIII. *Recuſatio quoque*, ait, *plures interim propoſitiones habet, vt, contra petitionem pecuniæ*, MALE PETIS, PROCVRATORI ENIM TIBI ESSE NON LICVIT: SED NEC ILLI, CVIVS NOMINE LITIGAS, HABERE PROCVRATOREM: SED NEQVE ES HERES EIVS A QVO ACCEPISSE MVTVVM DICOR, NEC IPSI DEBVI. Hic vero in L. in exceptionibus §. ſed & ſi D. de probationib. SI PROCVRATORIA *quis* EXCEPTIONE *vtatur*, EO QVOD NON LICVISSET, ADVERSARIO DARE, VEL FIERI PROCVRATOREM. Et L. II. D. de exceptionib. *Dilatoria exceptio eſt, quæ differt actionem: veluti* PROCVRATORIA EXCEPTIO, *dilatoria eſt: Nam qui dicit*, NON LICERE PROCVRATORIO NOMINE AGI, *non prorſus litem infitiatur, ſed perſonam euitat*. Iulianus in L. procurator cum D. rat. rem hab. *Cùm is qui poſtea peteret, procurator non eſſet, & propter hoc* EXCEPTIONIBVS PROCVRATORIIS EXCLVDI POSSET. Ex hoc genere ſunt illa apud Quintilian. lib. III. cap. VII. exceptio. NON LICET TIBI AGERE MECVM, COGNITOR ENIM FIERI NON POTVISTI. Idem lib. VII. cap. I. *Procurator alicuius pecuniam petit ex fœnore hereditario. Poteſt incidere quæſtio*, AN HVIC ESSE PROCVRATOREM LICEAT. *Finge, nos poſtquam tractauimus eam, remittere, vel etiam cõuinci: quæreretur*, AN EI CVIVS NOMINE LITIGATVR, PROCVRATOREM HABENDI SIT IVS. Has etiam lib. III. cap. VII. idem Quintilianus declinatorias dilatoriáſque exceptiones proponit. NON DEBES APVD PRÆTOREM PETERE FIDEICOMMISSVM SED APVD CONSVLES. MAIOR ENIM PRÆTORIA COGNITIONE SVMMA EST. Et mox: NON DEBVISTI INTERDICERE, SED PETERE. Sic Cicero in Partitionib. *Tamen in ipſis iudiciis permagnum ſæpe pondus habent, cum ita dicitur*, PLVS PETISTI: SERO PETISTI: NON FVIT TVA PETITIO: NON A ME PETERE DEBVISTI, NON HAC LEGE, NON HIS VERBIS, NON HOC IVDICIO. Quod autem apud Quintilianum lib. II. cap. VII. legitur: DESERVI, TEMPESTATIBVS, FLVMINIBVS, VALETVDINE IMPEDITVS, *id eſt, non per me ſtetit, ſed per illud*, veriſimile eſt ad deſerti vadimonij defenſionẽ pertinuiſſe. Seneca lib. II. de Benefic. VADIMONIVM PROMITTIMVS, *tamẽ* DESERITVR. *Nõ in omnes datur actio*. DESERENTEM VIS MAIOR EXCVSAT. Vlpian.

in L.

in L. II. §. ſi quis iudicio D. ſi quis cautionib. *Si quis*, IVDICIO SE SISTI PROMISERIT, *& valetudine, vel tempeſtate, vel vi fluminis prohibitus ſe ſiſtere non poſſit, exceptione adiuuatur.* Idem in L. in exceptionibus §. I. D. de probationib. *Cùm quis* PROMISISSET, IVDICIO SE SISTI, ET REIPVBLICÆ CAVSA AFVISSE DICAT, ET OB ID NON STETISSE, *vel*, DOLO MALO ADVERSARII FACTVM QVOMINVS SISTERETVR, *vel*, VALETVDINEM SIBI IMPEDIMENTO FVISSE, *vel*, TEMPESTATEM, *probare id cum oportet.* Ac planè, VADIMONIVM, id eſt (vt Vlpian. loquitur in L. ſed ſi §. quæſitum D. ſi quis cautionib.) *promiſſionem iudicio ſiſtendi cauſa factam*, temerè non deſerebant. Eáque in re non modò graue ſed & periculoſum ac damnoſum erat fidem fallere, propterea quòd plerumque cauſa cecidiſſe eos qui ad vadimonium quod promiſerant non veniſſent, oſtendit Sueton. in Calig. cap. XXXIX. vt & eos qui voce præconis citati non reſpondebant, rem amiſiſſe, indicat L. diuus D. de in integr. reſtitur. Propterea ſedulò vadimonia obibant. Plin. Secundus Epiſt. XI. lib. VIII. *An ſi litibus tererer, obſtrictum eſſe me crederem*, OBEVNTI AD VADIMONIA MEA? Aut ſi negotiis familiaribus impediti, aliiſve occupationibus diſtricti ſiſtere ſe non poſſent, vel peregrè iis proficiſcendum eſſet, VADIMONIA DIFFEREBANT, vt ex Quintiana apparet, in qua Cicero plurimum laborat, vt oſtendat Quintium ſemper vadimonia, quæ Næuio promiſerat, obiiſſe, nec ea vnquam deſeruiſſe. Scitum eſt illud Plinij maioris in præfatio. Natur. hiſtor. de ſplendidis librorum inſcriptionibus, quæ oculos mentéſque alliciant, *propter quas*, ait, VADIMONIVM DESERI *poſſit.* Sanè non minoribus tantum, ſed & omnis ætatis hominibus, reſtauratio eremodicij præſtabatur, ſi ſe DICERENT EX IVSTA CAVSTA AFVISSE; L. ait Prætor §. vlt. D. de minorib. Sed & abſentiæ cauſas pro abſente allegantes audiebantur, L. liberto §. litem, D. de negot. geſt.

Ad Exceptionum formulas addenda ſunt & hæc Vlpiani in L. ſi fideicommiſſum D. de iudiciis, verba. *Si fideicommiſſum ab aliquo petatur, iſque* DICAT ALIBI ESSE MAIOREM PARTEM HEREDITATIS, *non erit ad præſtationem compellendus.* Et §. I. eod. *An* QVASI MAIOR PARS ALIBI ESSET, PRÆSCRIPTIO *locum haberet.* Et in L. ſed & ſi ſuſcepit §. ſi ea res D. eod. *Si ea res quæ per fideicommiſſum relicta eſt, eo loci ſit: dicendum eſt, non debere* PRÆSCRIBI *ei qui petit*, QVASI MAIOR PARS HEREDITATIS ALIBI SIT. *Sed ſi non fideicommiſſum petatur eo loci, ſed fideicommiſſi ſatis, videndum eſt an hæc* PRÆSCRIPTIO *locum habeat.* Ad exceptiones & hæc pertinent. Celſus in L. quingenta D. de probationib. *Nam ſi* CREDITVM PETAM, *ille reſpondeat*, SOLVTAM ESSE PECVNIAM. In L. ſi plures D. de adm. tutor. *An vt eiuſdem pecuniæ debitores*, EXCIPERE *debebunt* PERICVLI SOCIETATEM. In L. qui fundũ §. procurator D. pro empto. *Si aduerſus petentem dominum vti cœperit exceptione* REI VOLVNTATE EIVS VENDITÆ.

Vt in pauca conferam, Exceptiones quæ proprio aliquo nomine in iure noſtro memorantur, hæ ferè ſunt, EXCEPTIO REI IVDICATÆ, IVRISIVRANDI, DOLI MALI, METVS CAVSA, quæ, exceptio QVOD METVS CAVSA FACTVM EST, dicitur in L. exceptiones quæ D. de exceptionib. §. Appellantur Inſtit. eod. tit. EXCEPTIO REI VENDITÆ ET TRADITÆ, cuius præter L. I. & vlt. D. de exceptio. rei vend. fit mentio in L. bona fides D. de actionib. emp. Quæ EXCEPTIO DE RE EMPTA ET TRADITA appellatur, in L. vlt. §. ſi mulier D. ad Velleian. EXCEPTIO SI QVID CONTRA LEGES SENATVSVE CONSVLTVM FACTVM ESSE DICETVR, L. III. D. de exceptionib. EXCEPTIO QVOD FACERE POSSIT, L. exceptiones quæ D. eod. tit. PACTI CONVENTI EXCEPTIO, L. III. & L. is qui D. de exceptionib. §. æquè Inſtit. eod. tit. L. in exceptionibus D. de probationib. PROCVRATORIA EXCEPTIO, L. II. §. vlt. & L. III. D. de exceptionib. §. præterea etiã ex perſona Inſtit. eo. tit. & L. qui procuratorẽ in fi. D. de procurat. L. in exceptionibus §. ſed & ſi D. de proba. L. inter quos §. alieno D. de dam. inf. L. Et ideo D. de noui oper. nũt. L. ſi fideiuſſor §. quædã D. mãd.

EXCEPTIONES QVOD LIBERTATIS ONERANDÆ CAVSA, L. exceptiones §. 1. D. de exceptionib. L. 1. §. exceptionẽ onerandæ libertatis cauſa, D. quar. rer. act. non dat. EXCEPTIO NON NVMERATÆ PECVNIÆ, L. apud Celſum §. aduerſus D. de doli excep. L. III. & L. fruſtra, & L. ſi quaſi, L. ſi tranſactioni, L. tam mandatori cum ſeq. C. de non numer. pecun. ANNVA EXCEPTIO, L. quæſitum §. ſi annua D. de pecul. L. 1. §. vlt. D. quando de pecul. act. FORI PRÆSRIPTIO, L. ſi fideiuſſor D. qui ſatiſdare cog. L. vlt. C. de exceptionib. Nou. VIII. Aliæ erant. IN FACTVM EXCEPTIONES, L. II. §. & generaliter L. apud §. aduerſus D. de doli excep. L. filiusfa. D. de exceptionib. L. item ſi §. eum qui D. quod met. cau. L. 1. §. ſi ſeruus D. de excep. rei vend. L. ſi ob turpem D. de condict. ob tur. cau. L. dotis fructum in princ. D. de iure dot. L. ſi vſusfructus D. de nouationib. L. cum vltra C. de non numer. pecun. Vel, IN FACTVM COMPARATÆ, L. apud Celſum §. ſi à Titio D. de doli except. aut IN FACTVM DATÆ, L. 1. §. plane D. de ſuperficieb. L. Paulus D. de exceptionib. L. qui ſeruum D. de interrogationib. Vel, IN FACTVM COMPOSITÆ, Inſtit. de exceptionib. in princ. Et hoc modo. IN FACTVM EXCIPI dicebatur, L. ſi fructuarius D. vſufruct. quemadm. cau. L. vlt. D. de Sc. Macedon. Quemadmodum ergo quia actionum non plenus erat numerus ideo ACTIONES IN FACTVM dabantur, eáſque actiones quæ legibus proditæ erant, ſupplebat Prætor in eo quod legi deerat, reddendo actiones in factũ accomodatas legi, L. quia actionum D. de præſcript. verb. Sic & EXCEPTIONES IN FACTVM dabat ad impugnandas actiones vbi æquitas poſcebat: & Exceptiones VTILES, quotiens alię deficiebant, L. quotiens, D. eod.

Porrò aduerſus rei Exceptionem, actori Replicatio interdum re ita exigente, æquitatéque dictante dabatur, L. nam poſteaquam §. ſi minor D. de iureiuran. Inſtit. de Replicationib. Exẽpla extant in L. vir vxori §. 1. D. ad Sc. Velleian. L. & generaliter D. de noxalib. actionib. L. Lucius Titius §. tutelæ D. de adm. tutor. & aliàs ſæpe. Eas autem particula hac AT, frequentius verò vocula iſta AVT, concipi conſueuiſſe ex ſubiectis locis palam erit.

Paul. in L. ſi quis in rem D. de exceptio. rei iudic. *Aduerſus exceptionem* SI NON EIVS RES SIT, *Replicatione hac adiuuatur*, AT SI RES IVDICATA NON SIT. Iulian. in L. conſilio §. 1. D. de cur. fur. *Si Exceptio opponetur*, SI NON CVRATOR SATISDEDERIT, *Replicatio dari debet*, AVT SI SATISDATIONE INTERPOSITA SECVNDVM DECRETVM VENDIDERIT. Et §. cum demente ead. L. *& is Exceptione rei iudicatæ inter ſe & curatorẽ vtatur, heredibus Replicatio danda erit*, AVT SI IS QVI EGIT SATISDEDERAT. Et in L. vlt. §. ſi mulier D. ad Velleia. *Exceptio quidem opponitur ei de re empta & tradita: ſed Replicabitur à muliere*, AVT SI EA VENDITIO CONTRA S. C. FACTA SIT. Et in L. itaque de procuratorib. *Excipiente eo quo cum agitur*, SI NON MIHI MANDATVM SIT VT A DEBITORIBVS PETEREM, *actorem ita debere Replicare*, AVT SI MIHI MANDATVM EST, VT A TE PETEREM. Et in L. cum par delictum D. de diuerſ. reg. iu. *Sicut fit cum dolo petitoris excipitur. Neque enim datur talis replicatio petitori*, AVT SI REI QVOQVE IN EA RE DOLO ACTVM SIT. Interdum etiam alia allegatione opus erat, adiuuãdi rei gratia, quæ Duplicatio vocabatur, & rurſus alia allegatione, qua actor adiuuaretur, quæ dicebatur Triplicatio, Inſtit. de Replicationib. L. conſilio, §. 1. de curat. fur.

Verſor adhuc in iure & Tribunalibus affixus hæreo, nec me inde diuelli, & ad imi ſubſellij iudices traduci tráſferrı́ve patiar, prius quã quæ cognitionis Prætoriæ erãt, aut in quibus Prætor partes ſuas interponere ſolebat abſoluero. Ius dicentis autẽ officium latiſſimum fuiſſe Vlpian. ſcribit in L. 1. D. de iuriſdictio. omn. iud. Nam & bonorum poſſeſſionem dare poterat, & in poſſeſſionem mittere, pupillis non habentibus tutores conſtituere, iudices litigantibus dare. Quæ omnia breuiter percurram.

Bonorum poſſeſſiones à Prætoribus petitas, poſtulatas, datas, non præceptores

tes modò noſtri docent, ſed & Cicero teſtatur Actio. IIII. in Verrem, & oratio. pro Cluent. Auito. Valer. Max. lib. VII. cap. VII. de Calpurnio Piſone Prætore Vrbano. *Cùm enim ad eum Terentius ex octo filiis quos in adoleſcentiam perduxerat, ab vno in adoptionem dato exheredatum ſe querelam detuliſſet*, BONORVM ADOLESCENTIS POSSESSIONEM EI DEDIT, *heredéſque* LEGE AGERE *paſſus non eſt*. Idem eod. cap. *Genucius quidem Matris magnæ Gallus, à Cn. Oreſte Prætore vrbis impetrauerat*, VT RESTITVI SE IN BONA NÆVIANI IVBERET, QVORVM POSSESSIONEM SECVNDVM TABVLAS TESTAMENTI AB IPSO ACCEPERAT. Ibidem de Metello Prætore vrbano: *Vecilio lenoni* BONORVM IVVENTII POSSESSIONEM SECVNDVM TABVLAS TESTAMENTI NON DEDIT. Plin. lib. VII. Nat. hiſt. cap. V. *Maſſurius auctor eſt, L. Papyrium Prætorem, ſecundo herede* LEGE AGENTE, BONORVM POSSESSIONEM CONTRA EVM DEDISSE, *cùm mater partum ſe XIII. menſibus diceret tuliſſe*. Quem Plinij locum Agell. lib. IIII. cap. XVII. citat.

Huiuſmodi autem Bonorum poſſeſſionum Prætor vndecim ſpecies, gradúſve Edictis propoſitos habebat. Prima quidem Bonorum poſſeſſio præteritis liberis dabatur, quæ CONTRA TABVLAS vocabatur. Altera heredibus ſcriptis, quæ SECVNDVM TABVLAS dicebatur: quæ duæ priores teſtamento facto competebant. Tertia, quæ vbi paterfamilias inteſtatus deceſſerat, ſuis heredibus & his qui inter ſuos heredes cõnumerabantur, dabatur, VNDE LIBERI appellabatur. Quarta, quæ legitimis heredibus, VNDE LEGITIMI, quam Vlpian. Bonorum poſſeſſionem, TVM QVEM HEREDEM ESSE OPORTET, vocat in L. ſi ex duobus. D. vnde legit. & L. I. D. vt ex legib. Quinta, erat ea quæ Decem perſonis, quas ille extraneo manumiſſori preferebat, id eſt patri, matri, auo, auiæ, tam paternis quàm maternis, filio, filiæ, nepori, nepti, tã ex filio quàm filia, fratri, ſororíve, conſanguineis vel vterinis: cui nomen erat, VNDE DECEM PERSONÆ. Sexto loco inter veteres Bonorum poſſeſſiones poſita erat, quæ cognatis proximis dabatur, quæ VNDE COGNATI vocabatur. Septimo, TANQVAM EX FAMILIA. Octaua erat ea, quam in patrono, patronæ, liberíſque eorũ & parẽtibus pollicebatur, quæ VNDE PATRONI, PATRONÆQVE, ET PARENTES EORVM, vocabatur. Nona, ea quæ viro & vxori, quæ VNDE VIR ET VXOR. Decimo loco erat ea quæ cognatis manumiſſoris, quæ VNDE COGNATI MANVMISSORIS. Nouiſſimè promittebatur Edictis etiam bonorum poſſeſſio, iis quibus vt daretur, Lege vel Senatuſconſulto, vel conſtitutione comprehenſum erat: quam neq; bonorum poſſeſſionibus, quæ ab inteſtato veniebant, neque iis, quæ ex teſtamento erant, Prætor ſtabili iure connumerauerat, ſed quaſi vltimum & extraordinarium auxilium (prout res coëgiſſet) accommodauerat, ſcilicet iis, qui ex Legibus, Senatuſconſultis, Conſtitutionibúſve principum, ex nouo iure, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato venirent. Hæc ex lib. XXXVIII. Pandectarum, & Vlpiano in Titulis cap. XXVIII. Iuſtiniano Inſtit. de bonor. poſſeſſ. deſumpta profiteor.

Atquæ erant hæ ORDINARIÆ BONORVM POSSESSIONES. Erat & BONORVM POSSESSIO CARBONIANA, L. III. §. cauſæ cognitio, & §. duæ, D. de Carbon. edict. Nam ſi cui impuberi controuerſia fieret, an inter liberos eſſet, cauſa cognita perinde poſſeſſio dabatur, ac ſi nulla de ea re controuerſia eſſet, iudiciúmque in tempus pubertatis cauſa cognita differebatur, L. I. D. de Carbon. edict. Duæ enim adhibebantur cauſæ cognitiones: vna, dandæ Carbonianæ poſſeſſionis, altera, vtrùm differri deberet in tempus pubertatis cognitio, an repræſentari, quod diligentiſſimè Prætori examinandum & inquirendum erat, L. III. §. duæ, D. eodem. Alia item erat bonorum poſſeſſio AD EXEMPLVM CARBONIANI EDICTI, de qua in L. ideò, D. eo. tit. & L. II. D. de inſpic. vẽt. Bonorum autem poſſeſſio aut CVM RE dabatur, aut SINE RE. CVM RE, vt Vlpianus Titul. XXVIII. docet, ſi is qui acceperat, cùm effectu bona retineret: SINE RE, cùm alius iure ciuili hereditatem euincere poterat: veluti ſi ſuus heres inteſtato erat. Item vel EDICTALIS erat BONORVM POSSESSIO, vel DECRETALIS. Illo nomine vocabatur ea quæ Edicto competebat L. cùm quidam, §. I. D. de adquir.

hered. L. I. §. I. D. ſi tab. teſt. null. ext. Hoc verò, ea quæ cauſa cognita decreto Prætoris dabatur, L. I. §. decretalis, D. de ſucceſſor. ed. Cuiuſmodi bonorum poſſeſſionis decreto petitæ ſit mentio in L. II. §. ſi quis ex liberis. D. de Sc. Tertyllia. Iulianus in L. ſed & ſi deceſſerint, D. de bonor. poſſeſſ. cont. tab. *Non eſt iniquum Prætorem decernere*, HEREDIBVS EORVM SALVVM FORE COMMODVM BONORVM POSSESSIONIS SECVNDVM TABVLAS, VEL CONTRA TABVLAS.

Bonorum autem poſſeſſio PETI, POSTVLARI, ACCIPI, ADMITTI, AGNOSCI dicebatur. Vſitatæ erant & hæ locutiones, AD BONORVM POSSESSIONEM VENIRE, vel ADMITTI.

Poterat planè quis per ſemetipſum, vel per alium petere Bonorum poſſeſſionem. L. III. §. adquirere D. de bonor. poſſeſſio. Quædam autem Bonorum poſſeſſiones DE PLANO, quædam PRO TRIBVNALI PETEBANTVR. L. II. §. dies, D. quis ordo in bon. poſſ. Vbi autem Bonorum poſſeſſio dabatur, quæ cauſæ cognitionem deſiderabat, vel decretum exquirebat, non alibi dabatur, quàm pro tribunali: quia neque decretum de plano interponi, nec cauſa cognita bonorum poſſeſſio alibi quàm pro tribunali dari poterat, L. I. §. ſi cauſa, D. de bonor. poſſeſſ. d. L. II. §. dies, cum ſeq.

Non dubium eſt autem, in bonorum poſſeſſione danda, Prætorem pronuntiaſſe, BONORVM POSSESSIONEM DO. Et quod in L. ſi quis legauerit, D. de legat. I. ſcriptum eſt, *Cùm dicit Prætor*, VENTREM CVM LIBERIS IN POSSESSIONEM ESSE IVBEO, per me licet, pro decreto accipi, dummodo ſciamus ex Edicto ea verba deſcendere. Cui rei teſtimonio eſt L. ſi quis libertatem. §. vlt. D. de manum. teſt. his verbis: *Conditionem autem non facere, argumento eſt, & Edictum Prætoris, quo ita cauetur*, VENTREM CVM LIBERIS IN POSSESSIONEM ESSE IVBEBO. Valerius verò Max. lib. VII. cap. VII. *Tettium*, ait, *infantem à patre exheredatum, Petronia matre, quam Tettius quoad vixit, in matrimonio habuerat, natum, Diuus Auguſtus* IN BONA PATERNA IRE, DECRETO SVO IVSSIT.

Prætorē etiam, cùm in poſſeſſionem mittebat, ſiue rei ſeruandæ cauſa, ſiue legatorum ſeruandorum gratia, ſiue quòd reus neque poteſtatem ſui faceret, neque defenderetur, perinde atque ventris nomine, his verbis vſum, IN BONA IRE IVBEO, argumento eſt Edictum ipſum, quod ab Vlpiano in L. II. D. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. ea. refertur in hæc verba: IN BONA EIVS, QVI IVDICIO SISTENDI CAVSA FIDEIVSSOREM DEDIT, SI NEQVE POTESTATEM SVI FACIET, NEQVE DEFENDERETVR, IRI IVBEBO.

Ipſi planè creditores legatariíve IN POSSESSIONEM MITTI DESIDERABANT, Vlpian. in L. is qui, §. ſi plures, D. vt in poſſeſſ. legat. *Si plures legatarij* MITTI IN POSSESSIONEM DESIDERAVERINT. Et L. etiam, eod. tit. *Legatarium poteſt* DESIDERARE MITTI IN POSSESSIONEM.

Atque vt IN POSSESSIONEM IRE, ſic & DE POSSESSIONE DECEDERE iubebat Prætor, L. hæc autem, §. ait Prætor, D. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. L. is qui, § I. & §. conſtitutio, D. vt in poſſeſſ. legat. L. I. §. neceſſario, D. ſi vent. nom. mul. Iubebat etiam Prætor CAVERI, ex his cauſis, ex quibus Prætorias ſtipulationes interpoſitas ſuprà diximus, L. iubere, D. de iuriſdictio. omn. iud. L. Prætor ait, D. de dam. infec. Deinde ſi duraretur non caueri damni infecti, ad extremum Prætor cùm iuſta ei cauſa videbatur, eum qui in poſſeſſionem miſſus erat, POSSIDERE IVBEBAT, L. dies cautioni §. ſi fortè, L. ſi finita. §. ſi quis autem, & §. nō autē, & §. ſi dominus, D. eod. L. magis puto §. ſi fundus D. de reb. eor. Simili modo, ſi legatorum fideicōmiſſorumve nomine non caueret heres, debitórve latitaret, BONA POSSIDERE Prætor eos quos in poſſeſſionem miſerat IVBEBAT, vt in L. is qui. D. vt in poſſeſſ. legat. *Neque enim expellendi heredem ius habet, ſed ſimul cum eo* POSSIDERE IVBETVR. L. Fulcinius §. I. D. quib. ex cau. in poſſeſſ. Prætor ait, EIVS BONA POSSIDERI, VENDIQVE IVBEBO.

Iam vt ad Tutorū dationē veniam, Si cui nullus omnino tutor vel teſtamētarius, vel legitimus erat, ei dabatur tutor in vrbe quidē à Prætore vrbano; & maiore parte Tribunorum plebis ex lege Attilia: In prouinciis verò à Præſidibus ex lege Iulia & Titia.

Vlpian.

Vlp. Tit. xi. Iuſtinian. Inſtit. de Attilia. tut. Poſtea inualuit à Cõſulibus pupillis vtriuſque ſexus tutores ex inquiſitione dari: Dein ex conſtitutionibus cœpere dari in vrbe à Præfecto vrbi vel Prætore: in prouinciis verò à Præſidibus, vt ibidem Iuſtinian. In tutoribus autem dandis vſitata fuiſſe verba hæc, TVTOREM DO, veriſimile eſt ex eo loquendi genere, quo libri iuris abundant. Verùm id ita eſſe, apertè demonſtrat Vlpian. in L. muto, §. I. D. de tutelis, in qua eſt, *Hanc autem adiectionem quam Præſides prouinciarum faciunt*, TVTOREM DO SI SATISDEDERIT, *non condicionem in ſe habere, ſed admonitionem*. Poterat autem Tutor omni die dari, L nec mandante, §. dari, D. de tutorib. dat. Sed & ſi pupillus, pupilláve cum iuſto tutore, tutórve, cùm eorum quo litem agere vellet, curatórque in eam rem poſceretur, dari is quolibet loco & tempore poterat. Talis tamen curator dari niſi præſens, nemo poterat, neque cuique niſi præſenti, & poſtulanti, L. qui habet, §. ſi pupillus, cum ſeq. D. de tutelis.

Interdum autem EX INQVISITIONE TVTOR DARI dicebatur, L. quod ſi forte, §. ſiue autem, D. de ſolutionibus. Et ad eam rem decretum neceſſarium erat, quod non niſi cauſa cognita pro tribunali interponi potuiſſe conſtat, L. in dando, & L. Seiæ, D. de tut. & curat. dat. L. II. L. naturali, §. ſi quæratur, & §. vlt. D. de confirm. tut. L. Nec quicquã, §. vbi decretũ, D. de offic. proconſ. Planè ſi teſtamento tutor ſub condicione datus eſſet, alius medio tempore EX INQVISITIONE dabatur, L. ſi tutor, §. ſi teſtamento, D. de tute. & ration. diſtrahen. Quandoque etiam EX INQVISITIONE PROPTER REI NOTITIAM libertus ad inſtruendos contutores tutor patroni liberis dabatur, L. I. §. ſi pupillus, D. de tute. & ration. diſtrah. L. quod ſi, §. I. & §. ei qui, D. de ſolutionib. Teſtamento etiam non iure & rectè dati tutores plerumque decreto Prætoris EX INQVISITIONE CONFIRMABANTVR, L. II. D. de cõfirm. tut. L. Gaius in fi. L. Iuriſperitos, §. vlt. D. de excuſationib. tut. Papinianus etiam ſpeciem adfert in L. tutores qui, §. curatores, D. de adminiſtrat. tuto. in qua tutores à patruo datos Prætor iuſſit Magiſtratus confirmare, Prætorémque ait non ante decretum interponere potuiſſe, quàm per INQVISITIONEM IDONEI PRONVNTIATI ESSENT. L. tutores, D. eod. tit.

Curatores etiam teſtamento dati, & ſi non iure dati eſſent, tamen confirmabantur decreto Prætoris vel Præſidis, §. I. Inſtitution. de curatoribus, L. III. §. quod in tutoribus, D. de adminiſtrat. tutor. Quanquam interdum CITRA INQVISITIONEM PRÆTOR TVTOREM CONFIRMABAT, L. ſi filio, D. eod. Curatorem etiam decreto Prætoris conſtitutum memorat, L. Iuriſperitos, §. I. D. de excuſat.

Sæpenumerò autem Tutores dati ſeſe à tutela excuſabant. Vlpian. in L. verum, §. ex facto, D. de minorib. de curatore beneficio principis vrbicam procurationem adepto, *Hic*, ait, APVD PRÆTOREM SE A CVRA ADVLESCENTIVM EXCVSAVERAT *abſentibus eis*: *Adoleſcentes* ADIERANT PRÆTOREM, DESIDERANTES IN INTEGRVM ADVERSVS EVM RESTITVI, QVOD ESSET CONTRA CONSTITVTIONES EXCVSATVS. Formula verò excuſationis allegatæ, & decreti ſuper ea re interpoſiti extat in L. qui teſtamento, D. de excuſationib. tut. his verbis: *Qui teſtamento tutor datus fuerat*, ADITO PRÆTORE DIXIT SE TRES LIBEROS HABERE: *adiecit præterea*, HABENTI PATRVVM LEGITIMVM TVTOREM, SE VITIOSE TVTOREM DATVM *Prætor ita decreuit*: SI LEGITIMVM TVTOREM HABENTI TVTOR DATVS ES, NON EST TIBI NECESSARIA EXCVSATIO. Excuſare autem ſe Tutores per libellos non poterant, L. excuſare, D. de excuſat. Tutoribus planè quinquaginta dierum ſpatium dabatur ad conteſtandas excuſationum cauſas. Peragendo verò negotio ex die nominationis continui quatuor menſes erant conſtituti, L. quinquaginta, D. eod. tit.

Hinc in L. I. D. de adminiſtrat. tutor. *Qui ſcit ſe tutorem datum, nec excuſationem, ſi quam habet*, ALLEGAT INTRA TEMPORA PRÆSTITVTA. Nam vt Iuſtinianus ait in §. qui autem, Inſtitut. de excuſation. tutor. Qui ſe excuſare volebant, non appellabant, ſed intra quinquaginta dies continuos, ex quo cognouerãt ſe eſſe tutores vel curatores, excuſare ſe debebant, ſi modò intra centeſimum lapidem eſſent ab eo loco vbi

tutores dati erant. Si verò vltra centeſimum lapidem habitarent, dinumeratio fiebat viginti millium diurnorum & amplius triginta dierum, qui tamen ſic computabantur ne minus eſſent quàm quinquaginta dies: quos vtique ad profeſſionem excuſationis his qui tutores ſeu curatores dati erant, præfinitos fuiſſe Diui Marci conſtitutione, docet L. quinquaginta, & L. tutores, C. de excuſat. tutor. Eáque ſunt *tempora antiquitus excuſationibus præſtituta*, in L. ſi vt allegas, C. eod.

Tutores verò, maximè legitimi (Teſtamento enim vel ex Inquiſitione dati ſatiſdatione hac non onerabantur) item curatores, ſatiſdabant REM PVPILLI SALVAM FORE, L. 1. D. rē pup. ſal. Inſtitut. de ſatiſdat. tut. L. quoties, §. 1. L. Lucius, §. cum teſtamento, D. de adminiſtrat. tutor. L. legitimos, D. de legitim. tutor. Et quidem ipſemet pupillus, ſi præſens erat, ac fari poterat, etiam ſi eius ætatis eſſet, vt non intelligeret quid ageret, hoc à tutore ſtipulabatur: Sin autem abſens eſſet, vel fari non poſſet, ſeruus eius ſtipulabatur: Quod ſi ſeruum non haberet, emendus ei ſeruus erat: ſed ſi non eſſet vnde emeretur, aut non eſſet expedita emptio, ſeruus publicus apud Prætorem ſtipulabatur, aut aliquem Prætor dabat, cui caueretur, L. II. & III. L. ſeruum, & L. cùm pupillus, D. rem pup. ſal. fo. Atque hæc ſtipulatio pertinebat ad omnes curatores, ſiue puberibus, ſiue impuberibus datos propter ætatis infirmitatem: ſiue prodigis, vel furioſis, vel quibuſdam aliis, vt fieri ſolebat, dati eſſent, L. II. §. vlt. D. rem pup. ſal. fo. & hæ ſunt TABVLÆ CAVTIONIS REM SALVAM FORE, L. ſuſpectus, D. de ſuſpect. tut. Sed & bonorum ventris nomine curatorem datū, REM PVPILLI SALVAM FORE BONI VIRI ARBITRATV SATISDARE, Procōſul iubebat, vt Vlpian. ait in L. bonorū, D. de curatorib. furio. Fideiuſſores etiam IN ID acceptos, QVOD A CVRATORE SERVARI NON POSSET, narrat Modeſtin. in ſpecie L. ſi fideiuſſores, D. de fideiuſſorib. Tutor ſanè vel curator à collega ſuo ſatis non petebat, ſed offerre ei poterat, vtrum ſatis accipere vellet, an dare, L. datiuus, D. rem pup. ſal. fo. §. 1. Inſtit. de ſatiſd. tut. Vnde in L. qui iniuriæ, §. qui alienis, D. de furt. proponitur ex pluribus tutoribus teſtamēto datis vnus ſolus oblata ſatiſdatione adminiſtrationem ſuſcepiſſe. Curatores etiā adoleſcentis, mutui periculi gratia, inuicem ſibi cautionem præbuiſſe, narrat Papinianus in L. tutores qui, §. curatores adoleſcentis, D. de adminiſtr. tutor.

Pluribus autem Tutoribus datis, interdum vni eorum à Prætore geſtus, ſeu adminiſtratio decernebatur. Vlpianus in L. ſi plures, §. quamuis, D. de adminiſtratio. tutor. *Quamuis autem ei potiſſimùm ſe* TVTELAM COMMISSVRVM *Prætor dicat*, CVI TESTATOR DELEGAVIT, *attamen nonnumquam ab hoc recedet.* Et mox: *Si non erit à teſtatore electus tutor, aut gerere nollet, tum is gerat, cui maior pars Tutorum tutelam depoſuerit. Prætor igitur* IVBEBIT, EOS CONVOCARI: *aut ſi non coibunt, aut coacti non decernent, cauſa cognita ipſe* STATVET, QVI TVTELAM GERET. *Planè ſi non conſentiāt tutores Prætori, ſed velint omnes gerere, quia fidem non habeant electo, nec patiuntur ſuccedanei eſſe alieni periculi: dicendum eſt, Prætorem* PERMITTERE EIS OMNIBVS GERERE. *Item ſi* DIVIDI INTER SE TVTELAM VELINT TVTORES, AVDIENDI SVNT, VT DISTRIBVATVR INTER EOS ADMINISTRATIO, VEL IN PARTES, VEL IN REGIONES, L. vel in plures & L. ſi duo D. de adminiſtr. tut. Vlpianus in L. quod ſi fortè, §. 1. D. de ſolutionib. *Et hoc vel pater adiicit, vt vnus, puta, gerat, vel voluntate tutorum vni committitur geſtus*, vel PRÆTOR ITA DECERNIT. Pluribus etiam curatoribus furioſo datis Prætor vni eorum curationem decernebat, d. L. ſi plures, in princip. D. de adm. tut.

Solebat autem Prætor frequentiſſimè adiri vt conſtitueret, vbi pupilli vel alerentur, vel morarentur, & ex conditione & tempore ſtatuebat, vbi potius alendi eſſent, L. 1. D. vbi pupill. educ. deb. In prouinciis quoque ſi diſceptaretur, vbi morari vel educari pupillum oporteret, cauſa cognita id Præſes ſtatuebat, L. ſi diſceptetur, D. eodem titulo Plerumque etiam poſtulatum, vt arbitrio Prætoris alimenta pro modo facultatū pupillis vel iuuenibus cōſtituerēt Imp. Alexāder teſtatur in L. vlt. C. de alim. pup. præſt. Ius planè alimentorum præſtandorum pupillis Prætori competebat, vt ipſe modum ſtatueret, arbitraretúrq; & moderaretur quantū tutores vel curatores ad alimenta vel

diſciplinas

diſciplinas pupillis vel adoleſcentibus præſtare deberent, L. II. & III. D. eod. Iulianus in L. qui filium, D. eod. proponit tutorem à cognatis & propinquis pupilli perductum ad magiſtratum, iuſſum eſſe alimenta pupillo & mercedes, vt liberalibus artibus inſtitueretur pupilli nomine præceptoribus dare. Hinc Vlpianus in d. L. III. §. ſed ſi non conſtat, D. vbi pupil. educ. *Si non conſtat quis modus facultatum ſit, inter tutores & eũ qui* ALIMENTA DECERNI DESIDERAT, *ſuſcipere debet cognitionem.* In L. impuberibus, §. præterea, D. de ſuſpect. tutor. *Aduerſus eos qui* NE ALIMENTA DECERNANTVR, *ſui copiam perſeuerant non facere.* Iuſtinian. in §. ſi quis tutor, Inſtit. de ſuſpect. tutorib. *Si quis præſens negat propter inopiam poſſe* ALIMENTA DECERNI.

Plerumque autem Comminationibus aduerſus tutores Prætor vtebatur. Vlpianus in L. III. §. ſed ſi non conſtet, D. vbi pupil. educ. poſtquàm dixit Prætorem non temerè alimenta decernere debuiſſe. *Prius tamen, ait, exigere debet, vt profiteatur tutor, quæ ſit penes ſe ſumma, &* COMMINARI GRAVIORES EI VSVRAS INFLIGI EIVS QVOD SVPRA PROFESSIONEM APVD EVM FVERIT COMPREHENSVM. Idem in L. tutor qui repertorium, §. ſi deponi, D. de adminiſtr. tutor. *Et ſolent Prætores comminari,* VT SI NON FIAT DEPOSITIO, VEL QVANTO TARDIVS FIAT, LEGITIMÆ VSVRÆ PRÆSTENTVR. *Si igitur* COMMINATIO *interceſſit, Iudex qui quandoque cognoſcet,* DECRETVM PRÆTORIS *ſequetur. Idem ſolent facere Prætores etiam circa eos tutores qui negant habere pupillos penes ſe aliquid, vt quidquid conſtiterit penes eos eſſe, eius grauiſſimè vſura pendatur.* Et §. quæ autem, ead. L. *Sed & ſi negauit apud ſe eſſe pecuniam, &* PRÆTOR PRONVNTIAVIT CONTRA EVM.

Porro DECRETO PRÆTORIS ACTOR CONSTITVI ſolebat periculo tutoris in caſibus expreſſis, L. decreto, D. de adminiſtr. tutor. & §. vlt. Inſtit. de curatorib. Vnde in L. tutor, D. quando ex fac. tut. *Tutor,* inquit Vlpian. *interpoſito* DECRETO PRÆTORIS ACTOREM *reliquit.* Matrem vtique filij negotia ſecundum patris voluntatem gerentem ius ACTORIS periculo ſuo litium cauſa CONSTITVENDI nõ habuiſſe rectè Papinianus ait, L. liberto, §. quamquam, D. de neg. geſt. Tutore autem abſente, non per Procuratorem, ſed per ACTOREM DECRETO CONSTITVTVM ab eo res pupillorum peti conueniebat, vt eſt reſcriptum à Diocletiano & Maximiano in L. IIII. C. de acto. à tuto. ſeu cur. dan. Quapropter iidem Impp. ita tutori cuidam reſcribunt: *Te quoque aſuturum, damni quod medio tempore negotiis pupillaribus cõtigit, eſſe ſuccidaneum: cùm* ACTOREM PERICVLO TVO CONSTITVERE *debueras: nec iure Magiſtratum in abſentia tua aliũ creaſſe, certum eſt.* Huiuſmodi planè ACTOR A TVTORE DATVS omnimodo cauebat contra atque tutor, L. actor, D. rat. rem hab.

Tutor autem pupillum puberem factum admonere debebat, VT SIBI CVRATOREM PETERET, L. ita autem, §. ſi tutor, D. de adminiſtrat. tuto. Vnde Imp. Gordianus. in L. admone, C. qui pet. tut. ADMONE *eam, quæ quondam pupilla tua fuit, cùm eã non tantùm viripotentem eſſe, ſed etiam nupſiſſe proponas,* VT SIBI PETAT CVRATOREM. Aliàs etiam qui aduerſus adoleſcentes actione qua experiri vellent, eos admonebant, vt curatores ſibi dari poſtularent, cum quibus ſecundum iuris formam conſiſterent: & ſi in petendis his ceſſarent, poterant vltrò eum cuius de ea re iuriſdictio erat adire, vt in dandis curatoribus officio ſuo fungeretur. L. I. & L. ſi filiis, C. qui pet. tutor. Inuiti enim adoleſcentes non niſi in litem curatores accipiebant, §. item inuiti, Inſtit. de curatorib.

Planè qui ſub CVRA ERANT, POST COMPLETVM viceſimumquintum ætatis annum, ætate probata rerum ſuarum adminiſtrationem recipiebant, L. I. II. & III. D. de minorib. L. Lucius, D. de adminiſtr. tutor. De ætate autem eius qui ſe maiorem annis XXV. dicebat, cauſa cognita probandum erat, L. de ætate, D. de minorib.

Adibatur etiã Prætor ab agnatis & propinquis eorum, qui neq; finem neq; modum expenſarum faciebant, quos Prodigos & Euerſores appellabant: cuiuſmodi perſonis Prætor bonis interdicebat. Valer. Max. lib. VIII. cap. VI. *C. Licinius cognomine Hoplomachus,* A PRÆTORE POSTVLAVIT, VT PATRI SVO BONIS, TANQVAM EA DISSIPANTI, INTERDICERETVR: *& quidem quod petierat, impetrauit.* Idem

lib.III.cap.V. *Et L. Pompeius* PRÆTOR VRBANVS PATERNIS BONIS INTERDIXIT: *neque in tanta ciuitate qui illud* DECRETVM *reprehenderet, inuentus eſt*. Cicero in Cato. maio. ſeu de ſenect. *Vt quemadmodum noſtro more, malè* REM GERENTIBVS, PATRIIS BONIS INTERDICI SOLET. Interdicebatur autem in hunc modum: QVANDO TV TVA BONA PATERNA, AVITAQVE, NEQVITIA TVA DISPERDIS, LIBEROSQVE TVOS AD EGESTATEM PERDVCIS, OB EAM REM, TIBI EA RE, COMMERCIOQVE INTERDICO. Auctor Paulus lib.III. Sentent. Tit.III Hoc & Horat. indicat lib.II. Sermo. Sat.III. his verſibus:

—INTERDICTO HVIC OMNE ADIMAT IVS
PRÆTOR, *& ad ſanos abeat tutela propinquos.*

Atque ita BONIS alicui INTERDICTVM dicebatur, L. is cui, D. de verb. obligatio. L. is cui, D. qui teſtam. fac. poſſ. L. I. & L. Iulianus, D. de curator. furio. L. ex caſtrenſi, §. ſed nec ſi. & §. ſeruus, D. de caſtren. pecul. L. certi condictio, §. item quæri, D. ſi cert. pet. L. III. D. de nouationib. L. patri, D. de minorib. L. bonorum, D. de adminiſtrat. tutor. Vlpian. Tit. XII. Huiuſmodi verò Prodigis curatorem dari ſolitum nõ eſt ignotum, L. III. D. de poſtulan. L. §. hæc actio, D. de contrar. tut. L. ius qui, §. Diuus, D. de tutorib. dat. L. ſi prædia, D. de reb. cor. L. I. D. de curatorib. furio. in qua Vlpianus: *Solent*, ait, *hodie Prætores, vel Præſides, ſi talem hominem inuenerint, qui neque tempus neque finem expenſarum habet, ſed bona ſua dilacerando & diſsipando profudit*, CVRATOREM EI DARE, *exemplo furioſi.*

Eorum autem qui ſub tutela curàve erant, prædia ruſtica vel ſuburbana diſtrahi, alienari, pignorive opponi Prætore inconſulto, ac ſine eius auctoritate & decreto ex Oratione Seueri in Senatu recitata, non poterant. Igitur ſi vrgeret æs alienum, aut vſurarum onus id diſſolui è re pupilli eſſet, Tutor à PRÆTORE DESIDERABAT, VT PERMITTERET DISTRAHI, obligaríve rem minoris; L. magis puto, §. in primis igitur, D. de reb cor. Nec paſſim tutoribus ſub obtentu æris alieni permittebatur venditio, ſed Prætori eius rei arbitrium datum erat. Cuius officio in primis hoc conueniebat excutere, an aliunde poſſet pecunia ad extenuandum æs alienum expediri. Quærere ergo debebat, AN PECVNIAM PVPILLVS HABERET, VEL IN NVMERATO, VEL IN NOMINIBVS, QVÆ CONVENIRI POSSENT, VEL IN FRVCTIBVS VENDITIS, VEL ETIAM IN REDITVVM SPE ATQVE OBVENTIONVM. Item requirebat, NVM ALIÆ RES ESSENT PRÆTER PRÆDIA, QVÆ DISTRAHI POSSENT, ex quorũ pretio æri alieno ſatisfieri poſſet. Si igitur deprehendiſſet, non poſſe aliunde exſolui quàm ex prædiorum diſtractione, tunc PERMITTEBAT DISTRAHI, ſi modò vrgeret creditor, aut vſurarum modus parendum æri alieno ſuaderet. Æſtimare etiam debebat, VTRVM VENDERE POTIVS, AN OBLIGARE PERMITTERET, obſeruaréque, ne plus acciperetur ſub obligatione prædiorum fœnoris, quàm quod opus eſſet ad ſoluendum æs alienum. Aut ſi diſtrahendum arbitraretur, ne propter modicum æs alienum magna poſſeſſio diſtraheretur: ſed ſi alia eſſet poſſeſſio minor, vel minus vtilior pupillo, magis eam iubebat diſtrahi, quàm maiorem & vtiliorem. Hac gratia, Prætor requirere debebat neceſſarios pupilli, vel parentes, vel libertos aliquos fideles, vel quẽ alium qui notitiam rerum pupillarium haberet. Quod ſi nemo inueniretur, aut ſuſpecti eſſent, qui inueniebantur, iubebat EDI RATIONES, itémque SYNOPSIN BONORVM PVPILLARIVM, ADVOCATVMQVE pupillo dabat, qui inſtruere religionem Prætoriam poſſet, an adſentire venditioni vel obligationi deberet. Bene ergo Impp. in L. minorum, C. de præd. minor. Minorum, aiunt, poſſeſſionis venditio, per procuratorem delato ad Prætorem vel Præſidem prouinciæ libello fieri non potuit: cũ ea res confici rectè aliter non poſſit, niſi apud acta cauſis probatis, quæ venditionis neceſſitatem inferant, decretum ſollemniter interponatur. Et rectè, vt Iuriſconſultis placet, quæcumque cauſæ cognitionem deſiderabant, per libellum expediri non poterãt, L. omnia, D. de diuerſ. reg. iur. quæ ſumpta eſt ex L. nec quicquam, §. vbi decretum, D. de offic. Proconſ.

Formula

Formula autẽ decreti fuit huiuſmodi VENDERE OBLIGAREVE PERMITTO, vt oſtendit L.ſi pupillorũ §.ſi Prætor, D.de reb.cor. Inde in L.magis puto, §.illud, D.eo. *Si Prætor aditus* PERMISERIT DISTRAHI *poſſeſsionem prouincialem*. In L.ſi prædia, D.eo. *Si prædia minoris* XXV. *annis* DISTRAHI DESIDERENTVR, *cauſa cognita Præſes prouinciæ debet* ID PERMITTERE. Aliàs legitur Præſidem DECREVISSE, PRÆDIA MINORVM VENVNDARI, L. quamuis, D.eo. L.& ſi C.de præd.minor.

Tutores porrò cuiuſcumque generis eſſent, item curatores, ſi non ex fide tutelam gererẽt, Suſpecti poſtulabãtur: & ſi in tutela curáve graſſari, fraudulentérq; verſari eos cõperiſſet Prætor, SVSPECTOS PRONVNTIABAT, L. Æmilius D. de minorib. vel, VT SVSPECTOS REMOVEBAT. Quod verbum in huiuſmodi decretis certum & ſollẽne fuiſſe, exiſtimandi copiam frequens eius vſus præbet. Vt in L. decreto, D. de ſuſpect.tut. DECRETO PRÆTORIS VT SVSPECTVS REMOTVS. In L.I.§.damus, D.eodem. *Damus autem ius* REMOVENDI SVSPECTOS TVTORES. Et L.tutor quoque, §.nõ tãtùm D.eo. *Non tantùm autem adoleſcentis curator, ſed etiam furioſi vel prodigi*, VT SVSPECTVS REMOVERI *poteſt*. Et §.nũc videamus, ead. L. *Nunc videamus ex quibus cauſis* SVSPECTI REMOVEANTVR, L.impuberibus, D.eod. REMOVERI HVNC QVASI SVSPECTVM *oportet*. Et § vlt.ead. L. *Si copiam ſui non fecerit*, VT SVSPECTVS REMOVERI *ob hoc ipſum, quod copiam ſui non fecit*. L.ſuſpectum, eod.tit. *Tutor quamuis pauper eſt, fidelis tamen & diligens*, REMOVENDVS NON EST QVASI SVSPECTVS, L.ſi tutor, D.eod. *Et quis eorum à* TVTELA REMOVENDVS *videatur*. In L. tutor quoque, §.tutor qui. *Hic ergo non* QVASI SVSPECTVS REMOVEBITVR. Sic & in L.conſilio, §.cũ dementis, D. de curator. furio. *Cùm dementis curatorem, quia ſatis nõ dederat*, ET RES MALE ADMINISTRARET, PROCONSVL REMOVERIT A BONIS. In L.& ſi pluribus, §.vlt. D.de auctorit.tuto. *Si eo auctore emã, qui* A TVTELA FVERIT REMOTVS. Impp.in L.licet, C.in quib.cau.tutor. *In locum ſuſpecti, qui conuictus &* REMOTVS EST. Iuſtin.in §.ſuſpectus, Inſtit. de ſuſpect. tutor. SVSPECTVS *autem* REMOTVS, *ſi quidem ob dolũ*, &c. Et ita REMOTVM accipio, in L.quod ſi fortè, §.quod ſi remoto, D.de ſolutionib. L.tutela, §.quæri poteſt D.de legit.tut. Decreto autẽ debuiſſe cauſam remouẽdi ſignificari, vt appareret de exiſtimatione, ait L.hę enim de ſuſp.tut.

Sic etiam TVTELA VEL CVRA ABIRE Tutores vel curatores dicebãtur, L.tutor quoque, §.vlt.& d.L.hæ enim, D.de ſuſpect.tut. L.III.§.quæri poteſt, D.de legitim.tutor.

INTERDVM verò aliter decreuiſſe Prætores docet Vlpian.in d.L.hæ enim, §.I. his verbis: *Si Prætor ſententia ſua, non* REMOVERIT TVTELA, SED GERERE PROHIBVERIT. Ei autem qui ſuſpectus poſtulatus erat, quoad cognitio finiretur, INTERDICEBATVR ADMINISTRATIO, §.ſi quis autem, Inſtit.de ſuſpect.tutorib. L.quod ſi fortè, §.ſunt quidam, D.de ſolutionib. Imp.Gordian.in L.eum quem, C.de ſuſpect.tutorib. *Eũ quem vt ſuſpectum tutorem, vel curatorem accuſas, pendente cauſa cognitionis*, ABSTINERE AB ADMINISTRATIONE RERVM TVARVM, DONEC CAVSA FINIATVR, *Præſes prouinciæ* IVBEBIT. Suſpecti autem Tutoris accuſatio, pro Tribunali tantùm examinari poterat, & nullus alius de huiuſmodi quæſtione, quàm Præſes prouinciæ pronuntiare poterat, L. I.§.ſuſpecti, D.ad S.C.Turpilian.

De alimentis quæ teſtamento vel codicillis relicta eſſent, vel mortis cauſa donata, tranſigi inconſulto Prætore non poterat, L.cùm hi, D.de tranſactionib. Idque oratione D.Marci conſtitutum fuerat, quæ ad hoc vt rata eſſet tranſactio, voluerat apud Prætorem quæri in primis de cauſa tranſactionis, dein de modo, tertiò, de perſona tranſigẽtium. Quæ Prætoris fidei ac religioni vſqueadeò commiſſa erant, vt ex hac cauſa iuriſdictionem mandare nõ poſſet. Sed & ſi quid dolo malo liberti factũ eſſe diceretur, ſiue is teſtamento facto, ſiue inteſtato deceſſiſſet, quo minus quàm pars debita bonorum ad eorum quẽ perueniret, qui contra tabulas bonorum poſſeſſionem accipere poterãt, cognoſcebat Prætor & operã dabat, ne ea res ei fraudi eſſet, L.I. D.ſi quid in frau.patr.

Multas porrò ſpecies, de quibus Prætor, etiam feriatis diebus adiri poterat, enumerat Vlpianus in L. II. D.de feriis, his verbis: *Eadẽ oratione Diuus Marcus in Senatu recitata effecit, de illis ſpeciebus Prætorem adiri etiã diebus feriaticis. Vtputa, vt Tutores, aut Curatores dẽtur: vt officij admoneantur ceſſantes, Excuſationes allegentur, Alimenta cõſtituantur, Aetates probẽtur, Ventris nomine in poſſeſsionẽ mittantur, vel Rei ſeruandæ cauſa, vel Legatorũ, fideive cõ-*

miſſorũ, vel damni infecti. Item de Teſtamentis exhibendis: Vt Curator detur bonorum eius, cui an heres exſtaturus ſit, incertum eſt: aut de alendis liberis, parentibus, patronis: aut de adeunda ſuſpecta hereditate, aut vt aſpectu atrox iniuria æſtimaretur, vel fideicommiſſaria libertas præſtanda.

PRÆTORIA etiam COGNITIONE liberi qui in poteſtate erant, PETEBANTVR, L. 1. §. per hanc, D. de rei vindic. Alia cognitionum genera recenſentur in L. 1. D. de var. extraord. cognit.

De fideicommiſſis verò Prætores ius dixiſſe Vlpian. docet, Tit. de fideicommiſſ. *Fideicommiſſa*, inquiens, *non* PER FORMVLAM PETVNTVR *vt legata: ſed cognitio eſt Romæ quidẽ Conſulum, aut* PRÆTORIS, QVI FIDEICOMMISSARIVS *vocatur: in prouinciis verò Præſidum prouinciarum*. Huius Prætoris mẽtio habetur in L. Licinnius, in fi. D. quib. ad libert. proclam. L. ſi cui legatum, D. de condit. & dem. L. quæſitum, §. apud, D. de legat. III. Hinc in L. 11. C. qui potior. in pign. *decreto* PRÆTORIS, QVI DE FIDEICOMMISSO IVS DIXIT. Et in L. 11. C. de vſur. IVDEX QVI DE FIDEICOMMISSO IVS DICIT.

Poſt litem planè conteſtatam, ſi reus qui Procuratorem dederat mutare eum, vel in ſe litem à Procuratore viuo, aut in ciuitate manente transferre vellet, cauſa prius cognita hoc ei à Prætore permittebatur. In cauſæ cognitione multa verſabantur, quæ enumerantur in L. poſt litem, & decem ſequentibus, D. de procuratorib. Vlpianus in L. quæ omnia, D. eod. tit. *Sed ſi aduerſarius, vel ipſe procurator* DICAT, DOMINVM MENTIRI, *apud Prætorem hæc finiri oportet*. Et in L. in cauſæ, eo. tit. *Hæc autem* COGNITIO PROCVRATORIS MVTANDI PRÆTORIS EST. Procurator etiam ſemel datus, pro quo ſciente & conſentiente, aut non contradicente, dominus iudicatum ſolui ſatiſdederat, iudicium accipere à Prætore cogebatur: & ſi recuſaret, de eo cauſa cognita Prætor ſtatuebat, L. ſeruum, §. vlt. L. ſed hæ, cum ſeq. D. de procuratorib. Poſt operis quoque noui nuntiationem, litigatores Prætoriæ ſe iuriſdictioni commiſiſſe ait L. 1. §. poteſt, D. de oper. no. nunt. Iuriſdictioni etiam Prætoriæ commiſſa fuiſſe tota cautionis damni infecti controuerſia dicitur, L. qui bona, §. qui damni, D. de dam. inf. Denique vbi cauſæ cognitio erat neceſſaria, ibi Prætor deſiderabatur, vt ait L. vbi cauſæ, D. de diuerſ. regul. iur.

Heres etiam inſtitutus qui hereditatem reſtituere rogatus erat, ſi eam adire recuſaret, quod ſuſpectam diceret, adire & reſtituere per Prætorem cogebatur, L. ille à quo, §. tempeſtiuum, & §. vlt. L. cogi, & L. debitor, D. ad Trebellian. Et vt ea quæ in libris noſtris occurrunt, decreta exequamur, Vlpian. in L. teſtamento, D. de heredib. inſtit. Prætorem de ſeruis qui necem domini detexerant, ita decreuiſſe memorat, EOS LIBERTATEM MERERI. In Rubriano S.C. quod refertur in L. cùm verò, §. ſubuentum, D. de fideicom. libert. ſcriptũ erat: *Si cauſa cognita Prætor pronuntiaſſet*, LIBERTATEM HIS DEBERI. Sic & in L. in fideicommiſſariis, eod. tit. *In fideicommiſſariis libertatibus, ſi abſente herede Prætor pronuntiaſſet*, LIBERTATEM DEBERI, L. herede, D. eod. *Vt libertas ſibi præſtaretur quaſi ex iuſta cauſa heres abeſſet, & Præſes prouinciæ pronũtiauerit* LIBERTATEM DEBERI. Et L. ſi pater, §. ſi Sticho, D. eo. *Prætoris officio cõtinetur, vt* PRONVNTIET, LIBERTATEM EX CAVSA FIDEICOMMISSI DEBERI. Hoc eſt quod in L. apud Iulianũ eod. ſcribitur, *Prætor* CAVSA COGNITA *ſecundum Senatuſconſulta ad eas cauſas pertinẽtia* PRONVNTIARE *debebit*, L. Lucius Titius, D. de manumiſſ. teſtam. *Pronuntiatum eſt*, LIBERVM EVM ESSE. Sic & in L. ſi ſeruus, D. de S.C. Silania. *Si ſeruus a teſtatore occiſo legatus ſit, & Prætor pro præmio* STATVERIT LIBERVM EVM ESSE. Et L. ſi legatario, D. eod. *Prætor pronuntiare debet*, EX TESTAMENTO L. TITII FIDEICOMMISSAM LIBERTATEM COMPETERE. Et L. ſi eum, §. ſi quis ſeruum, D. eod. *Prætor cognoſcat, & ſi in ea cauſa eſſe videbitur, vt ſi præſens eſſet, manumittere rogi deberet, id ita* ESSE PRONVNTIET. Et §. vlt. ead. L. *Si conſtiterit libertatem deberi*, PRONVNTIARI *poteſt* IVSTA DE CAVSA EAM ABESSE. Iam ſi abſens eſſet ſeruus, pro quo noxalis actio alicui competebat, ſi quidem dominus non negaret, IN SVA POTESTATE ESSE, aut exhibere eum debebat, aut abſentem defendere, vel vt Vindius putabat, cõpellebatur, vel, IVDICIO EVM SISTI promittere, vel IVDICIVM ACCIPERE. Aut ſi nollet defendere, cauebat, CVM PRIMVM POSSET SE EXHIBITVRVM. Permittebat autem Prætor

tor actori arbitrium, vtrum iureiurando id decidere, an iudicium dictare ſine noxæ deditione vellet. Sed ſi ſeruus præſens eſſet, de minus abeſſet, nec quiſquam ſeruum defenderet, DVCEBATVR iuſſu Prætoris, L. quoties, §. Prætor ait, L. ſi ſeruus, §. dominus, & §. ſeq. D. de noxalib. act. L. II. §. I. D. ſi ex nox. cau. agar. Iuſſiſſe planè Prætorem DVCI SERVVM, qui nõ defenderetur, oſtẽdit, L. & generaliter, D. de noxalib. act. his verbis, *Si cùm ab eo id non defenderetur*, IVSSV PRÆTORIS EVM DVXERIM. Et L. quod ait Prætor, D. eod. *Si ſeruus* INDEFENSVS DVCTVS SIT. Et L. is qui, D. eo. *Is qui in aliena poteſtate eſt, ſi noxam commiſiſſe dicatur ſi non defendatur*, DVCITVR. *& ſi præſens eſt dominus*, TRADERE *eum &* DE DOLO MALO PROMITTERE *debet*. Et L. ſi plurium, §. ſed & ſi, D. eod. *Si poſt iudicium acceptum cum domino ſeruus apparuerit, & quia non* DEFENDEBATVR, DVCTVS SIT. In L. vel in operis, D. de procuratorib. *Sed & ſi ſeruum ex cauſa noxali patiatur* DVCI. Et L. item ſi D. de publiciana, *Si ſeruum ex cauſa noxali, quia* NON DEFENDEBATVR, IVSSV PRÆTORIS DVXERO. Liberum certe erat cuique noxale iudicium euitare, ſeruum indefenſum relinquendo, L. non ſolum, D. eodem tit. Addam & promiſcuè quæ Prætorem decreuiſſe, iuſſiſſéve legimus. In L. ait Prætor, §. I. D. de minorib. *Quid tamen ſi Prætor decernat*, SOLVENDAM PECVNIAM MINORI SINE CVRATORIBVS. In L. minor annis, eod. tit. MINOR ANNIS VIGINTIQVINQVE, CVI FIDEICOMMISSVM SOLVI *pronuntiatum erat*. In L. cùm Prætor, D. de verb. ſignif. *Cùm Prætor dicat*, VT OPVS FACTVM RESTITVATVR. In L. ſi ſtipulatus, §. I. D. de ſolutionib. *Si Prætor aditus iuſſiſſet*, ME PARTI HEREDVM EAM LANCEM TRADERE. In L. metum autem, §. ſed quod Prætor, D. quod met. cau. *& Prætorem me adſidente interlocutum eſſe*, VT SIVE ACTIONE VELLET ADVERSVS CAMPANOS EXPERIRI, ESSE PROPOSITAM: SIVE EXCEPTIONE ADVERSVS PETENTES, NON DEESSE EXCEPTIONEM. In L. I. §. I. D. de appellationib. *Si quis fortè interlocutus fuit*, PRINCIPEM SE CONSVLTATVRVM. Refertur & Præſidis interlocutio in L. interlocutio C. cõminationi. Epiſt. Formula etiã ſententiæ abſolutoriæ Prætoriæ extat in L. Bæbius, D. de pact. dotalib. *Itaque* PLACVIT, EVM AB EA PETITIONE ABSOLVI, NVLLA EX HAC SENTENTIA FACTA DEROGATIONE FIDEICOMMISSI PETITIONI, &c.

Adijci etiam de alendis liberis Iudices, ALI OPORTERE *iubebant, decernebant*, L. ſi quis à liberis, § item Diuus, & §. ſi vel parens, D. de agnoſcend. & alend. lib. L. ſi iudex, D. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.

Ex quacunque porrò cauſa ad Prætorem vel alios qui iuriſdictioni præerãt, in ius vocatus, venire debebat, vt hoc ipſum ſciretur, an iuriſdictio eius eſſet, L. II. D. ſi quis in ius vocat. non ier. Et vt idem Vlpianus ſcribit in L. ſi quis ex aliena, D. de iudic. Qui ex aliena iuriſdictione ad Prætorem vocabantur, venire debebant. Prætoris enim erat æſtimare, an ſua eſſet iuriſdictio. Proinde legati cæteriq; qui REVOCANDI DOMVM IVS habebãt, in ea cauſa erãt, vt in ius venirẽt, priuilegia ſua allegaturi. Hoc autẽ IVS REVOCANDI DOMVM, vel REVOCANDI FORVM, quibus daretur, præceptores noſtri tradũt in L. II §. legatis, cũ §. ſeq. & L. ſi poſteaquã, D. de iudic. L. necnõ §. ſi cũ D. ex quib. cauſ. maior. quod iuris Siculos habuiſſe Cic. v. in Verr. auctor eſt. Sed ſi dubitaretur vtrũ in ea quis cauſa eſſet, vt domũ reuocare poſſet, nécne, ipſe Pretor debebat cauſa cognita ſtatuere. Quod ſi cõſtitiſſet in ea eũ eſſe cauſa, vt domũ reuocaret, debebat cauere in iudicio ſiſti, ſtatuẽte Prætore in quẽ diem promitteret, L. II. §. ſed ſi dubitetur, D. de iudic. Interdum autem ex iuſtis cauſis, & ex certis perſonis ſuſtinebantur cognitiones: veluti ſi inſtrumenta litis apud eos eſſe dicerentur, qui Reipub. cauſa abeſſent, L. interdum, D. de iudic. Inſtrumentorum autem gratia dilationes datas demõſtrat, L. oratione, D. de feriis. L. vlt. §. I. D. de appellationib. L. notionem §. vlt. D. de verb. ſignif. L. I. C. de dilat.

Ad Edictum vero Peremptorium hoc ordine veniebatur: vt primò quis peteret poſt abſentiam aduerſarij Edictum primum, mox alterum per interuallum non minus decem dierum, & tertium: quibus propoſitis, tunc Peremptorium impetraret, quod inde hoc nomen ſumpſit, quod perimeret diſceptationem, hoc eſt, vltrà non pateretur ad-

uerſarium tergiuerſari. In Peremptorio autem comminabatur is qui Edictum dederat, ETIAM ABSENTE DIVERSA PARTE COGNITVRVM SE ET PRONVNTIATVRVM. Nonnunquam etiam poſt vnum & alterum Edictum, hoc Peremptorium dabatur, nonnunquã ſtatim quod appellabatur, VNVM PRO OMNIBVS. Vbi verò Edicti perẽptorij dies venerat, tũc abſens citari debebat, & ſiue reſpõdiſſet, ſiue nõ reſpõdiſſet, agebatur cauſa, & pronuntiabatur. Quod ſi is qui Edictũ perẽptorium impetrarat, abfuiſſet die cognitionis: is verò aduerſus quem impetratum fuiſſet, abfuiſſet, tum circumducebatur Edictum peremptorium, neque cauſa cognoſcebatur, nec ſecundum præſentem pronuntiabatur: atque ita inſtantia Edicti ſalua manente actione peribat, L. ad peremptorium, cum quinque ſequentibus, D. de iudiciis. Edictis autem admonitos, vt venirent, oſtendit, L. xxiii. de decurionib. in C. Theod. In L. ſi Prætor, D. de iudic. *Si Prætor iuſſerit, eum à quo debitum petebatur*, ADESSE, *& ordine Edictorum peracto pronuntiauerit*, ABSENTEM DEBERE.

Sciendum eſt autem de officio Prætoris tractantibus, quaſdam Actiones eum non niſi cauſa cognita dediſſe, veluti de dolo, L. ſi quis adfirmauerit, §. vlt. D. de dolo. Vt & ex ipſis Edicti verbis apparet quæ habentur L. 1. D. eod. tit. quorum cauſa, Vlpianus in L. ſi quis adfirmauerit, §. vlt. D. eod. *Merito, ait, cauſæ cognitionem Prætor inſeruit Neque enim paſſim hæc actio indulgenda eſt* &c. In cauſæ autem cognitione quid verſaretur, explicat idem in L. non debet, & L. heredibus, §. vlt. D. eod. Prætor etiam cauſa cognita iudicium iniuriarum daturum ſe pollicebatur in L. item apud Labeonẽ, §. Prætor ait, & §. ait Prætor, D. de iniur. Vlpianus in L. ſed & ſi teſtiũ artur, §. ſed & ſi dies, D. de iudic. *Si dies actionis exitura erit*, CAVSA COGNITA ADVERSVS EVM IVDICIVM PRÆTOR DARE *debet*. In actionibus etiam popularibus dandis Prætor pluribus poſtulantibus, cauſæ cognitionẽ in eligendo idoneiore adhibebat. Nã vt Paulus ait in L. 11. D. de popularib. actionib. Si plures ſimul agant populari actione, Prætor eligat idoneiorem. Sic & in actione de ſepulchro violato, quam popularem fuiſſe conſtat, ſi plures agere vellent, Prætor Edicto profitebatur, ſe ei agendi poteſtatẽ facturũ, cuius cauſa iuſtiſſima eſſe videretur, L. Prætor ait, & L. ſepulchri violati actio, D. de ſepul. viol. Sic & in actione quæ de eo cõpetebat, quod liber periſſe dicetur, quæ itidẽ popularis erat, ex pluribus deſiderantibus hanc actionem, ei potiſſimũ dabat Prætor, cuius intererat, vel qui adfinitate, cognatione ve defunctũ contingebat, L. Si verò § hæc autem, D. de his qui effuder. vel deiecer. Mulieribus ſanè & pupillis eiuſmodi actiones Prætor non dabat, niſi ad eos res pertineret: integræque demum perſonæ, id eſt, cui per Edictum poſtulare licebat, huiuſmodi actiones permittebat, L. popularis, L. mulier, D. de popularib. actionib. Prætorem planè qui iudicia dabat, nũquam petitori præſtituiſſe qua illum actione vti vellet. Cic. pro Cæcina ſcribit.

Actiones autem vt Prætor DABAT, ita & DENEGABAT, ſi vel ex turpi & inhoneſta cauſa poſtularentur, vel deſiderio iuris ratio refragaretur, L. 1. §. ait Prætor. & §. idem Pomponius, L. & eleganter, §. vlt. D. de dolo, L. ſi debitor, D. de ſolutionib. L. non alias, D. de iudiciis. L. nihil, D. de bon. libert. L. filiosfa. §. vlt. D. de procuratorib. L. & ſi, D. de oper. no. nunt. Vnde Pomponius in L. veluti, D. de verb. oblig. ſcribit officio Prætoris contineri ex Turpibus ſtipulationibus ACTIONEM DENEGARE. Vlpian. in L. item apud Labeonem, §. Prætor ait, D. de iniur. *Habebit igitur Prætor rationem tam iniuriæ, quæ admiſſa dicitur, quàm perſonæ ſerui, in quem admiſſa dicitur: Et ſic aut* PERMITTET, *aut* DENEGABIT ACTIONEM. Sic & *perſecutio denegari* dicitur, L. ſi cũ, D. de noxalb. Sed & exceptio denegabatur, L. ſi ſeruus, D. eod. Sueton. etiam in Claud. cap. XXV. *Aduocatiſque eorum*, ait, *negauit ſeſe aduerſus libertos ipſorum ius dicturum*.

Denique officium Prætoris, & eorum qui iuriſdictioni præerant, in dandis Iudicibus verſabatur: atque adeò Iuriſdictionẽ Vlpianus definit Iudicis dandi licentiam, L. Imperium, D. de iuriſdict. omn. iud. Nam in his quæ non cognitionis, ſed ordinarij iuris erant, vt Suetonius in Claudio cap. XV. loquitur, Magiſtratus populi Ro. nõ cognoſcebant ipſi, ſed Iudices dabant. Iudicum certè datorũ à Conſulibus, item à Præfectis vrbi & Prætorio, fit mentio in L. 1. §. ſi quis, D. de appellationibus. L. 1. D. quis & à quo appellet.

appellet. Magiſtratus certè populi Ro. ius dandi iudicis habuiſſe, oſtendunt Vlpian. in L. à diuo pio, D. de re iud. & Modeſtin. in L. vlt. D. qui & a quo app. Atq; adeo Paulus in L. cùm Prætor, D. de iudic. generaliter tradit vrbanis Magiſtratibus more conceſſum fuiſſe propter vim imperij, vt iudices dare poſſent. Proconſulibus verò idem iuris lege cõceſſum fuiſſe: eos quoq; quibus iuriſdictio mandabatur, vt Legatos Proconſulum, iudices dare potuiſſe. Denique Vlpian. in L. imperium, D. de iuriſdict. omn. iud. Iuridictionem definit iudicis dandi licentiam. Procuratorè verò Cæſaris, qui partibus Præſidis non fungebatur, in lite priuatorum ius dandi Iudicis non habuiſſe, ait L. ex conſenſu, §. 1. de appellationib. Iudices etiam ab ipſis quandoque Principibus datos, teſtatur L. minor autem in fi. D. de minorib.

Dabantur verò Iudices, vel Arbitri d. L. a diuo Pio. Quorum verborum differentiã Cic. Orat. pro Roſc. Com. explicat. Et hi quidem qui Familiæ erciſcundæ, Cõmuni diuidũdo, Finium regundorũ, Aquæ pluuiæ arcendæ, Pro ſocio, Tutelæ, Rei vxoriæ, & aliis bonæ fidei iudiciis addicebantur, ARBITRI appellabantur. Quinetiã vbi idoneè caueri oportebat, ſi de fideiuſſorum viribus dubitaretur, ad eos probandos Prætor Arbitros dabat. Sed & ſi rationes reddendæ eſſent, vel quarta legis Falcidiæ beneficio detrahẽda rationibus excutiẽdis, diſpũgendiſq;, Item ad bonorũ quãtitatem, æſtimationémq; ineundã, Arbitri dabãtur. Quorum omnium teſtimonia noſtris de Verbor. quæ ad ius pertin. ſignificatio. libris ſunt cõſignata. Nonnunquã & Viator nominatim, vice Arbitri, à Magiſtratibus populi Ro. dabatur: quod rarò & non niſi re vrgente, fieri ſolitũ, notat L. vlt. D. de iudiciis. Obſeruandũ autem Calliſtratus bene monebat, in L. obſeruandum, D. eo. tit. ne is Iudex daretur, quem altera pars nominatim peteret. Quod ſi Iudex datus diem obiiſſet, alius in eius locum ab iiſdem Magiſtratibus ſufficiebatur, L. ſi iudex, D. eo. qui SVBDITVS dicebatur. Feſt. Pomp. SVBDITVS *dicitur Iudex, qui loco mortui datur iis qui eum habuerant iudicem in aliqua re vel lite.* Paulus in L. mortuo, D. de iudic. *Mortuò Iudice, quod eum iudicare oportuerat, idem eum qui* SVBDITVS *eſt, ſequi oportet.* Similitérque ex his Iudicibus qui in eandem rem dati erant, ſi nonnulli cauſá audita excuſati eſſent, in eorum locum alij ſumebantur. Nec tamen hæc Iudicum vel ſingulorum, vel omnium mutatio, aliud iudicium, aliámve rem faciebat, L. proponebatur, D. eod. tit. Licet autem in Iudicis nomine, prænominéve erratum eſſet, ſi tamen ex conuentione litigatorum is Iudex addictus eſſet, non eo minus is de quo litigatores ſenſerant, Iudex erat, L. ſi in iudicis, D. eo. tit. Ex conſenſu enim litigantium abſque compromiſſo Iudices plerúmque dabãtur, vt ſuprà docuimus: id quod confirmat L. ex conſenſu, D. de appellationib. in qua ex conſenſu litigantium citra compromiſſum à Præſide prouinciæ Iudicem datum Vlpian. narrat. Sic etiam minorem XXV. annis ex conſenſu Iudicem datum ponit Vlpian. in L. quidam conſulebat, D. de re iud. Iudices autem à Præſide datos, etiam in tempus ſucceſſoris eius duraſſe, & pronuntiare coactos, eáſque ſententias ſeruatas, docet Paul. in L. venditor, §. vlt. D. de iudiciis.

Poſtremò, vt me à Prætore expediam, eum certa habuiſſe verba, quæ Faſtis diebus fari liceret, Varro lib. v. de lingua Latina ita ſcribit, DIES FASTI, *per quos Prætoribus omnia verba ſine piaculo licet fari.* COMITIALES *dicti, quod tum eſſet populus cõſtitutus ad ſuffragium ferendum, niſi ſi quæ feriæ conceptæ eſſent, propter quas non liceret, vt Compitalia & Latinæ. Contrarij horum vocantur* DIES NEFASTI, *per quos dies nefas fari Prætorem,* DO, DICO, ADDICO. *Itaque non poteſt agi. Neceſſe eſt aliquo eorum vti verbo, cùm lege quid peragitur.* Macrob. lib. I. Saturnal. cap. XVI. FASTI *ſunt, quibus licet fari Prætori tria verba ſollemnia,* DO, DICO, ADDICO. Eáque ſunt tria verba, quorum Ouid. lib. I. Faſtor. Nefaſtis diebus ſilentium indictum ait his verſibus.

Ille nefaſtus erit per quem TRIA VERBA *ſilentur.*

FASTVS *erit, per quem lege licebit agi.*

Faſtis planè diebus SVI COPIAM PRÆTOR FACERE dicebatur. L. I. in fi. D. de diuerſ. tẽporalib. L. pridie D. de feriis. L. ſed & ſi §. ait Prætor D. ex quib. cauſ. maior. Prætor autem ſui copiam interdum de plano faciebat: interdũ pro Tribunali. Et in Vtilium quidem dierum computatione, ſi ea res eſſet, quæ cauſæ cognitionem pro Tribunali deſideraret, hi ſoli dies numerabãtur, quibus Prætor pro Tribunali ſedẽs ius dixerat: cuiuſmodi dies SESSIONVM Vlpianus vocat. Quinetiã in bonorum poſſeſſione quæ pro Tribunali dabatur, illud quæ-

rebatur ſi ſe dediſſet quidem Prætor pro Tribunali, ſed poſtulationibus non dediſſet, L. 11. §. dies cum ſeq. D. quis ordo in bonor. poſſeſſ. Omnibus vtique diebus nuntiationem noui operis fieri potuiſſe, ait L. 1. §. nuntiatio. D. de oper. no. nunt.

Hic etiam Imperalium ſententiarum in cognitionibus prolatarum, ſeu Decretorum exempla cõmodè adſcribẽtur. Paulus in L. fideiuſſores magiſtratuum, §. 1. D. de fideiuſſorib. LECTA SVBSCRIPTIONE FIDEIVSSIONIS, *quoniam in ſola centum annua ſe obligauerunt, non in omnem fideiuſſionem*: DECREVIT, FIDEIVSSORES IN VSVRAS NON TENERI: SED QVICQVID EX BONIS FVISSET REDACTVM PRIVS IN VSVRAS CEDERE, RELIQVVM IN SORTEM: ET ITA IN ID QVOD DEFVISSET, FIDEIVSSORES CONVENIENDOS. Idem in L. Clodius, D. de adquirend. hered. PAPINIANVS PVTABAT, *Repudiaſſe eum ex priore hereditatem, ex poſteriore autem non poſſe adire.* DICEBAM *non repudiare eum qui putaret poſterius valere.* PRONVNTIAVIT, CLODIANVM INTESTATVM DECESSISSE. Idem in L. liberalitatis, §. vlt. D. de vſur. *Cùm vſuræ pretij fundi, ab eo qui à fiſco emerat, peterentur, & emptor negaret traditam ſibi poſſeſſionem*, IMPERATOR DECREVIT, INIQVVM ESSE VSVRAS AB EO EXIGI, QVI FRVCTVS NON PERCEPISSET. In L. vlt. D. de heredib. inſtit. *Pactumeia Magna* SVPPLICAVIT IMPERATORES NOSTROS: ET COGNITIONE SVSCEPTA, *licet modus inſtitutioni cõtineretur, quia falſus non ſolet obeſſe, tamen ex volũtate teſtantis*, PVTAVIT IMPERATOR EI SVBVENIENDVM. *Igitur* PRONVNTIAVIT, HEREDITATEM AD MAGNAM PERTINERE: SED LEGATA EX POSTERIORE TESTAMENTO EAM PRÆSTARE DEBERE, PROINDE ATQVE SI IN POSTERIORIBVS TABVLIS IPSA FVISSET HERES SCRIPTA. In L. Moſchis, D. de iur. fiſc. CVM CONVENIRENTVR *propter Moſchidis reliqua*, ET DICEBANT *heredes Moſchidis idoneos eſſe, & multos alios ex iiſdem bonis emiſſe*: ÆQVVM PVTAVIT IMPERATOR PRIVS HEREDES CONVENIRE DEBERE: IN RELIQVVM POSSESSOREM OMNEM: *& ita* PRONVNTIAVIT. Et §. Æmilius, ead. L. CONVENIEBATVR *à Procuratoribus Cæſaris in eam quãtitatẽ quam ipſe perceperat. Hoc iniquũ & inutile fiſco videbatur, vt tamẽ ſuo periculo ipſe eos quibus locauerat, conueniret: Ideóque* PRONVNTIAVIT, IN EAM SOLAM QVANTITATEM EVM CONVENIRE DEBERE, QVA IPSE CONDVCTOR EXTITERAT. In L. Statius Florus, D. eodem tit. *Pompeius codẽnatus* DESIDERABAT ONVS ESSE ID HEREDITATIS OPORTERE: &c. *Sed in vniuerſo* PRONVNTIAVIT: NEC TESTAMENTVM PRIVS EXTARE, NEC SI DEDISSET IN PRIMO TESTAMENTO, EX POSTERIORE PETI POTVISSE, NISI PETITVM ESSET. PLACVIT, *quia non probabat ſibi datas præceptiones*, EX SOLA SVA CAVTIONE SOLVM FIDEICOMMISSVM PRÆSTARE DEBERE. Et §. Cornelio, ead. L. *Cùm heres ſcripta condemnata eſſet à fiſco, & omnis bona mulieris occuparentur*, DICEBAT FELIX, SE ANTE POENAM ESSE. *Hoc enim conſtitutũ eſt: Sed ſi nondũ dies fideicõmiſſi veniſſet, quia poſſet priùs ipſe mori, vel etiam mater alias res adquirere*, REPVLSVS EST INTERIM A PETITIONE. In L. vlt. eod. tit. *De fructibus medio tempore perceptis* QVÆREBATVR. *Patronus* FISCI ESSE VOLEBAT &c. *Sed cùm vtraque addictio intra tẽpus vindemiarũ facta fuiſſet, receſſum eſt ab hoc tractatu Itaq;* PLACEBAT *fructus emptoris eſſe.* PAPINIANVS, ET MESSIVS NOVAM SENTENTIAM INDVXERVNT, *quia ſub colono erant prædia* &c. PRONVNTIAVIT *tamen* SECVNDVM ILLORVM OPINIONEM, QVOD QVIDEM DOMINO COLERENTVR, VNIVERSOS FRVCTVS HABERE: SI VERO SVB COLONO, PENSIONEM ACCIPERE. *Tryphonino ſuggerente*, QVID PVTARET DE ARIDIS FRVCTIBVS, QVI ANTE PRÆCEPTI IN PRÆDIIS FVISSENT: *Reſpondit*, SI NONDVM DIES PENSIONIS VENISSET, CVM ADDICTA SVNT, EOS QVOQVE EMPTOREM ACCEPTVRVM. In L. cùm quærebatur, D. de verb. ſignif. CVM QVÆREBATVR *an verbum* &c. ET MVLTI PVTABANT *hoc ſenſiſſe*: ET QVIBVSDAM ALIIS CONTRA VIDEBATVR. *Secundũ hæc motus* IMPERATOR, PRONVNTIAVIT, ID ACTVM EO PACTO, VT NVLLO CASV REMANERET DOS APVD MARITVM. In L. Æmilius, D. de adminiſt. tut. *Creatus*, CONVENIEBATVR *in ſolidũ duplici ratione.* EX DIVERSO DICTVM EST, &c. PRONVNTIAVIT, SI IN DIEM FINITÆ TVTELÆ IDONEI PERMANSISSENT TVTORES, LICET ET SATIS NON ESSET EXACTVM, TVTORVM ESSE PERICVLVM. SI MINVS, TVTORVM, ET MAGISTRATVVM. In L. Paula Callinico D. de legat. III. PRONVNTIAVIT, VTRAMQVE SVMMAM DEBERI. In L. in teſtamento D. de fideic. libert. *Cùm omnia, vt ab inteſtato egiſſent*, QVÆSIIT IMPERATOR, AN VT EX *cauſa fideicommiſſi manumiſſa fuiſſet*: & INTERLOCVTVS EST, ETIAM SI NIHIL AB INTESTATO PATER PETISSET, PIOS TAMEN FILIOS DEBVISSE, MANVMITTERE EAM QVAM PATER DILEXISSET. PRONVNTIAVIT *igitur*, RECTE EAM MANVMISSAM:

MISSAM: ET IDEO FIDEICOMMISSA ETIAM EI PRÆSTANDA. In L. qui Filium D. ad Trebelliao. PRONVNTIAVIT IMPERATOR FIDEICOMMISSVM EX HAC SCRIPTVRA DEBERI. Et §. Fabius ead. L. IMPERATOR AVTEM NOSTER *motus & æquitate rei, & verbis teſtamenti,* (SI AD ANNVM VICESIMVM ÆTATIS,) QVAMVIS SCIRE SE DICERET, A DIVO MARCO NON EXCVSATVM A TVTELA EVM QVI SEPTVAGESIMVM ANNVM ÆTATIS INGRESSVS FVISSET: *Nobis & legis Aeliæ Sentiæ argumenta proferentibus & alia quædam,* CONTRA PETITRICEM PRONVNTIAVIT. Atque vt in ſuperioribus locis, PRONVNTIAVIT, ita aliâs, IVSSIT Imperator, legimus. Veluti in L. in fideicommiſſi, D. de vſur. & l. vlt. D. de compenſationib. Aliâs etiam, PLACVIT, vt in d. L. Paula Callinico, §. Pompeius. QVÆREBATVR *vtrum pro hereditate tantùm, &c. Mihi ab omni voluntate receſſum videbatur.* PLACVIT, HVMANIVS INTERPRETARI, EA SOLA QVÆ VIVENTE FRATRE ACCEPTVRA ERAT, ADEMPTA VIDERI: NON ETIAM QVÆ POST MORTEM EIVS RELIQVERAT, SI SINE LIBERIS DECEDERET. ET ITA PRONVNTIAVIT. Et §. Iulianus ead. L. *Alumno autem mortuo, heres eius fideicommiſſum ab herede Mauri petebat.* PLACVIT IMPERATORI, NON VIDERI EIVS FIDEICOMMISSVM, SED DEMONSTRATVM, VNDE ACCIPERE POSSET. ET IDEO HERES SEVERI HÆC PRÆSTARE DEBET. In L. Aelianus D. de manumiſſionib. *Procurator cum bona debitoris non ſufficientis quæreret, etiam Euemeriæ ſtatus quæſtionem faciebat.* PLACVIT, NON ESSE IVRI FISCALI LOCVM, QVO OMNIA BONA DEBITORVM IVRE PIGNORIS TENERENTVR. Sic & in L. conſtitutionibus D. de obligat. & actionib. PLACVIT, SI VNVS CONVENTVS FVERIT, ETIAM POENÆ PERSECVTIONEM TRANSMISSAM VIDERI. Nam hæc verba ad rem noſtram facere, inſcriptio eius capitis ſatis arguit.

Sane quibuſdam principalibus Sententiis, Titulos, hoc verbo, DIXIT, præfixos inuenio, veluti in L. ſi vſumfructum, §. vlt. D. de liber. cau. *Nam cùm apud alium iudicem mater litigabat, apud alium autem filius.* AVGVSTVS DIXIT, ANTE DE MATRE CONSTARE OPORTERE, SIC DEIN DE FILIO COGNOSCI. Et in L. Seuerus. D. de decurionib. SEVERVS AVGVSTVS DIXIT: ET SI PROBARETVR TITIVS IN SERVITVTE PATRIS SVI NATVS: TAMEN CVM EX LIBERA MVLIERE SIT PROCREATVS, NON PROHIBETVR DECVRIO FIERI IN CIVITATE. Item in L. III. C. de quæſtionib. IMP. ANTONIN. *A. cum cognitionaliter audiſſet,* DIXIT: PRIMVM SERVI ALIENI INTERROGABVNTVR, & reliqua. Sic & in L. I. C. de tent. paſſ. *Imp. Antonin. cùm ſalutatus eſſet à Gentiano & Aduento Opilio Macrino præfectis Prætorio clariſſimis viris, item amicis, & principalibus officiorum, & vtriuſque ordinis viris,* & PROCESSISSET, *oblatus eſt ei Iulianus Licinianus ab Opilio Vlpiano tunc Legato, in inſulam deportatus: Tunc Antoninus Auguſtus* DIXIT: RESTITVO TE IN INTEGRVM PROVINCIÆ TVÆ. *Et adiecit.* VT AVTEM SCIAS QVID SIT IN INTEGRVM RESTITVERE, HONORIBVS, ET ORDINI TVO; ET OMNIBVS CETERIS TE RESTITVO.

Adduntur & quandoque verba hæc, CVM CONSILIO COLLOCVTVS DIXIT: ſicuti in L. cùm ſit C. de vſucap. pro empto. IMPERATOR PHILIPPVS CVM CONSILIO COLLOCVTVS DIXIT: *Cùm ſit probatum rem pignori fuiſſe obligatam & poſtea à debitore diſtractam: palam eſt non potuiſſe eam quaſi furtiuam vſucapi.* Quod loquendi genus vſurpant Rufin. lib. I. Hiſtor. Eccleſ. cap. XIIII. Et auctor anonymus qui paſſionem Cypriani ex vetuſtis membranis à Morelio deſcriptam literis mandauit: quorum teſtimonia ad ea quæ Iuriſconſultorum facile princeps Cuiacius lib. XVIII. Obſeruat. congeſſit, adijcienda moneo.

Enimuero in principalium Conſiſtoriorum Actis, quorum pars Theodoſij & Iuſtiniani Codicibus inſeritur, verbum, DIXIT, frequens eſt. Etenim L. decurionum. C. de pœn. inſcriptio reliquo textui coniuncta ſic habet. IMPP. DIOCLET. ET MAXIMIAN. AA. IN CONSISTORIO DIXERVNT: DECVRIONVM FILII NON DEBENT BESTIIS SVBIICI. *Cúmque à populo exclamatũ eſſet, iterum* DIXERVNT. VANÆ VOCES POPVLI NON SVNT AVDIENDÆ. NEC ENIM VOCIBVS EORVM CREDI OPORTET, QVANDO AVT NOXIVM CRIMINE ABSOLVI, AVT INNOCENTEM CONDEMNARI DESIDERANT. In L. II. de excuſationib. muner. lib. X. C. INDVCTIS FIRMINO ET APOLLINARIO, ET CETERIS PRINCIPALIBVS ANTIOCHENSIVM ADSTANTIBVS, DIXIT IMPERATOR DIOCLETIANVS. CERTIS DIGNITATIBVS DATA A NOBIS INDVLGENTIA EST MVNERVM CIVILIVM, ET PERSONALIVM, ID EST, HIS QVI AVT EX PROTECTO-

RIBVS SVNT, AVT EX PRÆPOSITIS. HI ERGO AD MVNERA PERSONALIA, AVT CIVILIA NON VOCABVNTVR. Eodémque modo, L. 1. Tit. de his quæ adminiſtrantib. lib. VIII. C. Th. quæ eſt ἀκέφαλος. & partem actorum habitorum apud Imp. Conſtantinum continet. *Agrippina* D. τῷ Ἰόστῳ ἐκείνῳ ἐκ ἐπάρχῃ. CONSTANTINVS A. D. SED IVRE CONTINETVR NE QVIS IN ADMINISTRATIONE CONSTITVTVS, ALIQVID COMPARARET. VNDE QVIDEM NIHIL INTEREST, AN IN SVO PAGO, AN IN ALIENO COMPARAVIT, CVM CONSTET CONTRA IVS EVNDEM COMPARASSE. *Et adiecit.* IGNORATIS FISCALE EFFICI TOTVM, QVIDQVID ADMINISTRANTES COMPARAVERINT. AGRIPPINA DIXIT, τῦ τόπυ ἐκείνυ πραιπόσιτος ἦν. Ἐγὼ ἠγόρασα παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Εἰδταμένας. CONSTANTINVS A. D. RECIPIENT A VENDITORE CODIA ET AGRIPPINA COMPETENS PRETIVM. Quid loci notæ iſtæ A.D. ſignificant, AVGVSTVS DIXIT. Item in L. vlt. qui bon. ced. poſſ. in Cod. Th. & L. in omni, eod. tit. in C. Iuſtin. IMPERATOR THEOD. APVD ACTA DIXIT. IN OMNI CESSIONE BONORVM EX QVALIBET CAVSA FACIENDA, SCRVPVLOSITATE PRIORVM LEGVM EXPLOSA, PROFESSIO SOLA QVÆRENDA EST. *Idem* DIXIT. IN OMNI CESSIONE SVFFICIT VOLVNTATIS SOLA PROFESSIO. Et in L. vlt. de offic. iudic. omn. in C. Th. PARS ACTORVM HABITORVM IN CONSISTORIO GRATIANI AVG. IMPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS, ET THEOD. AAA. DET OPERAM IVDEX, VT PRÆTORIVM SVVM IPSE COMPONAT. CETERVM COMITI, NEQVE RECTORI PROVINCIÆ PLVS ALIQVID PRÆSTABITVR, QVAM NOS CONCESSIMVS IN ANNONIS, SEV CELLARIIS &C. ACTVM IN CONSISTORIO, MEROBAVDE II. ET SATVRNINO COSS. In L. quotiens, de fide teſt. & inſtrum. in Cod. Theodoſ. PARS ACTORVM HABITORVM APVD IMPERATOREM IVLIANVM AVGVSTVM, MAMERTINO ET NEVITTA CONSS. KAL. APRIL. CONSTANTINOP. IN CONSISTORIO, ADSTANTE IOVIO VIRO CLARISSIMO QVÆSTORE, ANATOLIO MAGISTRO OFFICIORVM, FELICE COMITE SACRARVM LARGITIONVM, &C. IMP. IVLIANVS A. DIXIT. Τὰ τοιαῦτα γραμμάτια μεγάλην ἰσχὺν ἔχει, ὅταν περὶ αὐτῶν τῶν γραμματίων μὴ ἀμφισβήτησις ἐξ ἄλλων ὤφειλε βεβαιοῦσθαι. In L. VIII. eod. tit. PARS ACTORVM HABITORVM IN CONSISTORIO APVD IMPP. GRATIANVM VALENTINIANVM ET THEODOSIVM, CONSS. SYAGRI ET EVCHERI, DIE III. KAL. IVL. CONSTANTINOP. IN CONSISTORIO IMP. THEOD. A. DIXIT. EPISCOPVS NEC HONORE NEC LEGIBVS AD TESTIMONIVM FLAGITATVR. *Item* DIXIT. EPISCOPVM AD TESTIMONIVM DICENDVM ADMITTI NON DECET. NAM ET PERSONA DEHONORATVR, ET DIGNITAS SACERDOTIS EXCEPTA CONFVNDITVR.

Refertur & in L. extat D. quod met. cau. & L. creditores D. ad L. Iul. de vi priua. decretum D. Marci in hæc verba. OPTIMVM EST VT SI QVAS PVTES TE HABERE PETITIONES, ACTIONIBVS EXPERIARIS: INTERIM ILLE IN POSSESSIONE DEBET MORARI. TV PETITOR ES. *Et cum Martianus diceret.* VIM NVLLAM FECI. *Cæſar* DIXIT: TV VIM PVTAS ESSE SOLVM, SI HOMINES VVLNERENTVR? VIS EST TVNC, QVOTIENS QVIS ID QVOD DEBERI SIBI PVTAT, NON PER IVDICEM REPOSCIT. NON PVTO AVTEM NEC VERECVNDIÆ NEC DIGNITATI TVÆ CONVENIRE QVICQVAM NON IVRE FACERE. QVISQVIS IGITVR PROBATVS MIHI FVERIT, REM VLLAM DEBITORIS NON AB IPSO SIBI TRADITAM SINE VLLO IVDICE TEMERE POSSIDERE, EVMQVE SIBI IVS IN EAM REM DIXISSE, IVS CREDITI NON HABEBIT. Ioſeph. lib. XIIII. antiquit. Iudaic. cap. XVII. Iulij Cæſaris decretũ huiuſmodi refert. Ἰούλιος Καῖσαρ, Αὐτοκράτωρ τὸ δεύτερον καὶ ἀρχιερεύς, μετὰ συμβουλίου γνώμης ἐπέκρινα. Ἐπεὶ Ὑρκανὸς Ἀλεξάνδρου Ἰουδαῖος, καὶ νῦν καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἔν τε εἰρήνῃ καὶ πολέμῳ πίστιν τε καὶ σπουδὴν περὶ τὰ ἡμέτερα πράγματα ἐνεδείξατο, ὡς αὐτῷ πολλοὶ μεμαρτυρήκασιν Αὐτοκράτορες, καὶ ἐν τῷ ἔγγιστα ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πολέμῳ μετὰ χιλίων πεντακοσίων στρατιωτῶν ἦκε σύμμαχος, καὶ πρὸς Μιθριδάτην ἀποσταλεὶς ὑπ' ἐμοῦ, πάντας ἀνδρείᾳ τοὺς ἐν τάξει ὑπερέβαλε, Διὰ

ταῦτα

ταύτας τὰς αἰτίας Ὑρκανὸν Ἀλεξάνδρου καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐθνάρχας Ἰουδαίων εἶναι βούλομαι· ἀρχιερωσύνην τε Ἰουδαίων, διὰ παντὸς ἔχειν κατὰ τὰ πάτρια ἔθη, εἶναί τε αὐτὸν καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ συμμάχους ἡμῖν, ἔτι τε καὶ ἐν τοῖς κατ' ἄνδρα φίλοις ἀριθμεῖσθαι. Ὅσα τε κατὰ τοὺς ἰδίους αὐτῶν νόμους ἐστὶν ἀρχιερατικὰ ἢ φιλάνθρωπα, ταῦτα κελεύω κατέχειν αὐτὸν καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ. ἂν δὲ μεταξὺ γένηταί τις ζήτησις περὶ τῆς Ἰουδαίων ἀγωγῆς, ἀρέσκει μοι κρίσιν γίνεσθαι παρ' αὐτοῖς. παραχειμασίας δὲ ἢ χρήματα πράσσεσθαι οὐ δοκιμάζω.

Quæſtionem etiam in cognitione principis agitatam memorat Marcellus in L. proximè D. de his quæ in teſt. delent. & ſententiam ab Imperatore Antonino dictam apponit in hunc modum. SENTENTIA IMPERATORIS ANTONINI AVGVSTI, PVDENTE ET POLLIONE CONSVLIBVS. CVM VALERIVS NEPOS MVTATA VOLVNTATE ET INCIDERIT TESTAMENTVM SVVM, ET HEREDVM NOMINA INDVXERIT, HEREDITAS EIVS; SECVNDVM DIVI PATRIS MEI CONSTITVTIONEM, AD EOS QVI SCRIPTI FVERINT PERTINERE NON VIDETVR. *Et Aduocatus fiſci* DIXIT: VOS HABETIS IVDICES VESTROS. *Vinius Zeno* DIXIT, ROGO DOMINE IMPERATOR AVDIAS ME PATIENTER. DE LEGATIS, QVID STATVES? *Antoninus Cæſar dixit*, VIDETVR TIBI VOLVISSE TESTAMENTVM VALERE, QVI NOMINA HEREDVM INDVXIT? *Cornelius Priſcianus aduocatus Leonis* DIXIT, NOMINA HEREDVM TANTVM INDVXIT. *Calpurnius Longinus aduocatus fiſci* DIXIT, NON POTEST VLLVM TESTAMENTVM VALERE, QVOD HEREDEM NON HABET. *Priſcianus dixit*, MANVMISIT QVOSDAM ET LEGATA DEDIT. *Antoninus Cæſar remotis omnibus cum deliberaſſet: & admitti rurſus eodem iuſsiſſet*, DIXIT, CAVSA PRESENS ADMITTERE VIDETVR HVMANIOREM INTERPRETATIONEM: VT EA DVNTAXAT EXISTIMEMVS NEPOTEM IRRITA ESSE VOLVISSE, QVÆ INDVXIT.

Exemplum etiam Principalis cognitionis habemus apud Pliniũ Epiſt. xxxi. lib. vi. qua ſe euocatum in conſilium à Cæſare ad Centum cellas narrat: inductámque cognitioné de Iulij Tironis Codicillis qui falſi dicebãtur: cuius criminis rei agebantur ab heredibus Sempronius Senecio eques Romanus & Eurythmus Cæſaris libertus & procurator. *Hæredes cùm Cæſar eſſet in Dacia communiter epiſtola ſcripta*, PETIERANT VT SVSCIPERET COGNITIONEM. *Suſceperat, reuerſus diem dixerat & cum ex heredibus quidam quaſi reuerentia Eurythmi remitterent accuſationem, pulcherrime dixerat:* Nec ille Polycletus eſt, nec ego Nero. *Indulſerat tamẽ petentibus dilationẽ, cuius tẽpore exacto, conſederat auditurus. A parte heredũ intrauerũt duo: omnino* POSTVLARVNT VT OMNES HEREDES AGERE COGERENTVR, CVM DETVLISSENT OMNES: AVT SIBI QVOQVE DESISTERE PERMITTERETVR. *Locutus eſt Cæſar ſumma grauitate, ſumma moderatione: cumque aduocatus Senecionis & Eurythmi dixiſſet*, SVSPICIONIBVS RELINQVI REOS, NISI AVDIRENTVR: NON CVRO, *inquit*, AN ISTI SVSPICIONIBVS RELINQVATVR: EGO RELINQVOR. *Dein conuerſus ad nos*, ἐπιστάσατε QVID FACERE DEBEAMVS: ISTI ENIM QVERI VOLVNT QVOD SIBI LICVERIT NON ACCVSARE. *Tum* EX CONSILII SENTENTIA, *iuſsit* DENVNCIARI HEREDIBVS OMNIBVS, AVT AGERENT AVT SINGVLI APPROBARENT CAVSAS NON AGENDI: ALIOQVI SE VEL DE CALVMNIA PRONVNTIATVRVM. Idem Epiſt. x. lib. vii. *Te quoque exiſtimo velle de Vareno Bithynis reliqua cognoſcere. Acta cauſa hinc à Polyeno inde à Magio. Finitis actionibus, Cæſar*, NEVTRA, *inquit*, PARS DE MORA QVERETVR, ERIT MIHI CVRÆ EXPLORARE PROVINCIÆ VOLVNTATEM. De formulis vero ſentẽtiarũ à principibus ex appellatione cognoſcentibus dictarum infra ſuo loco tractabo. Ad cognitionem autem Imperatoris à Præſide remiſſum quendam memorat Vlpian. in L. ad cognitionem D. ex quib. cauſ. maior.

Actorum etiam apud procuratorem Cæſaris factorum exemplum habemus in L. defendente D. de auctorit. tutor. in hæc verba. *Defendente tutore pupillus condemnatus ex contractu patris, accepit curatorem: inter quem & creditorem* ACTA FACTA *ſunt apud Pro-*

curatorem Cæſaris infra ſcripta. Priſcus Procurator Cæſaris DIXIT, FACIAT IVDICATA. *Nouellius curator* DIXIT, ABSTINEO PVPILLVM. *Priſcus Procurator Cæſaris* DIXIT, RESPONSVM HABES, SCIS QVID AGERE DEBEAS. Quintilian. lib. v. cap. vII. *Fuluius propinquus Legato interroganti,* AN IN TABVLIS QVAS PROFEREBAT, CHIROGRAPHVS ESSET, ET VERVS, *inquit,* DOMINE. Plinius lib. vII. Epiſt. xxxIII. *Venimus ad Coſſ. Dicit Senecio quæ res ferebat: aliqua ſubiungo. Vixdum conticueramus, Et Maſſa queſtus, Senecionem,* NON ADVOCATI FIDEM SED INIMICI AMARITVDINEM IMPLESSE, *impietatis reum poſtulat. horror omnium: Ego autem,* VEREOR, *inquam,* CLARISSIMI CONSVLES, NE MIHI MASSA SILENTIO SVO PRÆVARICATIONEM OBIECERIT: QVOD NON ET ME REVM POSTVLAVIT. Idẽ Epiſt. vi. lib. vII. de quadã matre quæ libertos, eoſdémq; coheredes ſuos falſi & veneficij reos detulerat, cuius Iulius Africanus aderat, Plinio Secundo ex diuerſo cauſam libertorum agente apud Iulium Seruianũ Iudicẽ à Principe datum. *Iulius, ait, Nepos iuuenis ingenioſus, ſed parum callidus, cùm multa dixiſſet, adſignatúmque tempus impleſſet:* ROGO, *inquit,* SERVIANE, PERMITTAS MIHI VNVM VERSVM ADIICERE. *Tũ ego, cùm omnes me vt diu reſponſurum intuerentur,* RESPONDISSEM, *inquam,* SI VNVM ILLVM VERSVM AFRICANVS ADIECISSET, IN QVO NON DVBITO OMNIA NOVA FVISSE.

Pergamus porrò ad alia, & de iudiciis priuatis dicere adgrediamur. Hæc priuata iudicia qui obibant, & ex actione vel interdicto cognoſcebant, IVDICVM DATORVM, ARBITRORVM, RECVPERATORVM, PEDANEORVM, SPECIALIVM etiam IVDICVM nominibus appellabantur. POSTVLARI autem, POSCI, DARI, FERRI, ADDICI, ADIGI, SVMI, CAPI dicebantur. Quorum omnium exempla ex noſtris de verb. ſignificatio. Commẽtariis petenda ſunt. Eos qui alloquebantur, aut. IVDICES appellabãt, quo nomine Cicero affatur eos, apud quos agebat, Oratio. pro Roſc. Amer. pro Sextio, pro Cælio, pro Corn. Balbo, pro Milo. pro M. Fonteio, pro L. Flacco, & in Verrem; vt & Quintilian. Declamatio. ccxLvI. aut, RECVPERATORES, vt idẽ Oratio. pro Cic. Cæcina. Quod ſi vnus duntaxat ſumptus eſſet Iudex, & is alios in conſilium (vt fieri ſolebat) aduocaſſet, tũc nomine ſuo Iudex appellabatur, reliquĩ vero generalitèr. Sic enim Cicero pro Quintio, C. Aquilium Gallum iudicem addictum, & eos qui ei in conſilio erãt, affatur: C. AQVILLI, VOSQVE QVI ADESTIS IN CONSILIO, vel, QVI ESTIS IN CONSILIO.

IVDICES verò cum litigatoribus quandoque ſermones habebant: Cic. pro Cæcina. *At ſi quis mihi hoc Iudex, Recuperatórve dicat,* POTVISTI ENIM LEVIORE ACTIONE CONFLIGERE: POTVISTI AD TVVM IVS FACILIORE ET COMMODIORE IVDICIO PERVENIRE. QVARE, AVT MVTA ACTIONEM, AVT NOLI MIHI INSTARE VT IVDICEM. Contra litigatores vti viciſſim Iudices alloquerentur, idem ead. oratio. docere ùm ait, *Illud enim poteſt dici Iudici, ab aliquo non tam verecundo homine quàm gratioſo,* IVDICA HOC FACTVM ESSE, AVT NVNQVAM ESSE FACTVM, VEL COGITATVM. CREDE HVIC TESTI. HAS COMPROBA TABVLAS. *Hoc non poteſt,* CVI FILIVS AGNATVS SIT, EIVS TESTAMENTVM NON ESSE RVPTVM IVDICA: QVOD MVLIER PROMISERIT SINE TVTORE AVCTORE, DEBERI. Idem ibidem. *Tum illud* VVLGO IN IVDICIIS, *& nonnunquam ab ingenioſis hominibus* DEFENDI, *mihi mirum videri ſolet,* NEC IVRISCONSVLTIS CONCEDI, NEC IVS CIVILE IN CAVSIS SEMPER VALERE OPORTERE. Idem pro Roſc. Comœdo, *Solent ferè dicere, qui per tabulas hominis honeſti pecuniam expenſam tulerunt,* EGONE TALEM VIRVM CORRVMPERE POTVI, VT MEA CAVSA FALSVM IN CODICEM REFERRET? *Expecto, quàm mox Chærea hac oratione vtatur,* EGONE HANC MANVM PLENAM PERFIDIÆ, ET HOS DIGITOS MEOS IMPELLERE POTVI, VT FALSVM PERSCRIBERENT NOMEN?

Ceterùm vti quóque modo poſtularetur, daretúrque iudicium, expoſuimus. Accipi verò id dicebatur litis conteſtatione, quã inter teſtes adhibitos vocatóſque his verbis,

bis, TESTES ESTOTE, Feſt. Pomp. auctor eſt, *Conteſtari*, inquiens, *dicuntur duo aut plures aduerſarij, quod ordinario iudicio vtraque pars dicere ſolet*, TESTES ESTOTE. Et alibi. *Conteſtari eſt, cum vterque reus dicit*, TESTES ESTOTE.

Formam autem priuatorum iudiciorum quandam expreſſam reliquit nobis Agell. lib. XIIII. cap. II. quo ſe à Prætoribus in iudicem lectum, vt iudicia priuata ſuſciperet, narrat, & hæſiſſe ſe in quadam cauſa quæ apud eum agebatur: *Illa mihi*, ait, *tunc accidit inexplicabilis reperiendæ ſententiæ ambiguitas*: PETEBATVR APVD ME PECVNIA, QVÆ DICEBATVR DATA NVMERATAQVE. *Sed qui petebat, neque tabulis neque teſtibus id factum docebat, & argumentis admodum exilibus nitebatur: ſed eum conſtabat virum eſſe ferme bonum, notæque & expertæ fidei, & vitæ inculpatiſſimæ: multáque illuſtria exempla probitatis ſinceritatiſque eius expromebantur: illum autem* VNDE PETEBATVR, *hominem eſſe non bonæ rei, vitáque turpi & ſordida, conuictúmque vulgo in mendaciis, plenúmque eſſe perfidiarum & fraudum oſtendebatur. Is tamen cum ſuis multis patronis clamitabat*, PROBARI APVD ME DEBERE PECVNIAM DATAM, CONSVETIS MODIS: EXPENSI LATIONE, MENSÆ RATIONIBVS, CHIROGRAPHI EXHIBITIONE, TABVLARVM OBSIGNATIONE, TESTIVM INTERCESSIONE: EX QVIBVS OMNIBVS SI NVLLA RE PROBARETVR, DIMITTI IAM SANE OPORTERE, ET ADVERSARIVM DE CALVMNIA DAMNARI. QVOD DE VTRIVSQVE AVTEM VITA ATQVE FACTIS DICERETVR, FRVSTRA ID FIERI ATQVE DICI: REM ENIM DE PETENDA PECVNIA APVD IVDICEM PRIVATVM AGI, NON APVD CENSOREM DE MORIBVS. *Tunc ibi amici mei, quos rogaueram in conſilium, viri exercitati, atque in patrociniis & in operis fori celebres, ſempérque ſe circum vndique diſtrahentibus cauſis feſtinantes*, NON SEDENDVM DIVTIVS, AC NIHIL ESSE DVBIVM DICEBANT, QVIN ABSOLVENDVS FORET, QVEM ACCEPISSE PECVNIAM ILLAM, NVLLA PROBATIONE SOLLEMNI DOCEBATVR. *Sed enim ego homines cum conſiderabam, alterum fidei, alterum probri plenum, ſpurciſſimæque vitæ, ac defamatiſſimæ, nequaquam adduci potui ad* ABSOLVENDVM. IVSSI IGITVR DIEM DIFFINDI: *atque inde* A SVBSELLIIS *pergo ire ad Phauorinum philoſophum*. Macrobius lib. III. Saturnal. cap. XVI. ex oratione C. Titij, qua legem Fanniam ſuaſit, verba adducit, quibus, homines prodigos in forum ad iudicandum ebrios commeantes, quæque ſolerent inter ſe ſermocinari, ita deſcripſerat. *Vbi horæ decem ſunt, iubent puerum vocari, vt Comitium eat, percontatum quid in foro geſtum ſit, qui* SVASERINT, *qui* DISSVASERINT, *quot tribus* IVSSERINT, *quot* VETVERINT. *Inde* AD COMITIVM VADVNT, *ne litem ſuam faciant. Dum eunt, nulla eſt in angiporto amphora, quam non impleant, quippe qui veſicam plenam vini habeant.* VENIVNT IN COMITIVM *triſtes*, IVBENT DICERE. QVORVM NEGOTIVM EST, NARRANT. IVDEX TESTES POSCIT. *Ipſus it mictum. Vbi redit, ait*, SE OMNIA AVDIVISSE. TABVLAS POSCIT LITERAS INSPICIT. *Vix præ vino ſuſtinet palpebras*. EVNTI IN CONSILIVM, *ibi hæc oratio*. QVID MIHI NEGOTII EST CVM ISTIS NVGATORIBVS POTIVS, *quam potamus mulſum mixtum vino Græco? Edimus turdum pinguem, bonúmque piſcem, lupum germanum, qui inter duos pontes captus fuit?* Cicero lib. IIII. in Verr. *Non dubitabat Minutius, qui Soſipatrum defendebat, quin iſte, quoniam conſilium dimiſiſſet, illo die rem illam quæſiturus non eſſet, cum repente*, IVBETVR DICERE. *Reſpondet* AD QVOS? AD ME, *inquit*, SI TIBI IDONEVS VIDEOR, QVI DE HOMINE SICVLO, AC GRÆCVLO IVDICEM. IDONEVS ES, *inquit*, SED PERVELLEM ADESSENT II, QVI AFFVERANT ANTEA, CAVSAMQVE COGNORANT. DIC, *inquit*, ILLI ADESSE NON POSSVNT. NAM HERCVLE, *inquit*, Q. MINVTIVS, ME QVOQVE PETILIVS, VT SIBI IN CONSILIO ADESSEM, ROGAVIT. *Et ſimul* A SVBSELLIIS *abire cœpit*. Et mox: *Minutius homini quæ viſa ſunt, & quæ tempus illud tulit, & cauſa reſpondit*: CAVSAM SESE DIMISSO ATQVE ABLEGATO CONSILIO DEFENSVRVM NEGAVIT. *Itaque* A SVBSELLIIS diſceſſit. Et paulo poſt. *Tum iſte aliquando*, AGE, DIC, *inquit Soſipatrus implorare hominum, atque Deûm fidem*, VT CVM CONSILIO COGNOSCERET. *Tum repente iſte*, TESTES CITARI IVBET. DICIT VNVS, *& alter breuiter*: NIHIL INTERROGATVR. *Præco*, DIXISSE, PRONVNTIAT. *Iſte, quaſi metueret, ne Petilius priuato illo iudicio tranſacto, aut dilato, cum ce-*

teris in conſilium reuerteretur, ita properans DE SELLA *exiluit, hominem innocentem, à ſacerdote abſolutum, indicta cauſa, de ſententia ſcribæ, medici, aruſpicíſque* CONDEMNAVIT. Valer. Max. lib. II. cap. VIII. *Pertinaciúſque progreſſa contentione, Valerius ſponſione Lutatiū prouocauit*, NI SVO DVCTV PVNICA CLASSIS ESSET OPPRESSA. *Nec dubitauit reſtipulari Lutatius. Itaque Iudex inter eos conuenit Attilius Calatinus, apud quē Valerius in hunc modum egit*, CONSVLEM EA PVGNA IN LECTICA CLAVDVM IACVISSE: SE AVTEM OMNIBVS IMPERATORIIS PARTIBVS FVNCTVM *Tunc Calatinus, priuſquam Lutatius cauſam ſuam ordiretur*, QVÆRO, *inquit*, VALERI ATE, SI DIMICANDVM NECNE ESSET, CONTRARIIS INTER VOS SENTENTIIS DISSEDISSETIS, VTRVM QVOD CONSVL, AN QVOD PRÆTOR IMPETRASSET, MAIVS HABITVRVM FVERIT MOMENTVM. *Reſpondit Valerius*, NON FACERE SE CONTROVERSIAM, QVIN PRIORES PARTES CONSVLIS ESSENT FVTVRÆ. AGE DEINDE, *inquit Calatinus*, SI DIVERSA AVSPICIA ACCEPISSETIS, CVIVS MAGIS AVSPICIO STARETVR? *Item reſpõdit Valerius*, CONSVLIS. *At Iudex*. IAM MEHERCVLE, *inquit*, CVM DE IMPERIO ET AVSPICIO, INTER VOS DISCEPTATIONEM SVSCEPERIM, ET TV VTROQVE ADVERSARIVM TVVM SVPERIOREM FVISSE FATEARIS, NIHIL EST QVOD VLTERIVS DVBITEM. ITAQVE LVTATI, QVAMVIS ADHVC TACVERIS, SECVNDVM TE LITEM DO. Idem lib. VIII. cap. II. de C. Mario. *Cum C. Ticinius Minturnenſis Fanniam vxorem, quam impudicam de induſtria duxerat, eo crimine repudiatam dote ſpoliare conaretur: ſumptus inter eos Iudex in conſpectu habita quæſtione, ſubductum Ticinium monuit, vt incepto deſiſteret, ac mulieri dotem redderet. Quod cum ſæpius fruſtra feciſſet, coactus ab eo ſententiam pronuntiare mulierem impudicitiæ ream ſeſtertio nummo, Ticinium ſumma totius dotis damnauit. Præfatus idcirco ſe hunc iudicandi modum ſecutum, quod liqueret ſibi Ticinium patrimonio Fanniæ inſidias ſtruentem impudicæ coniugium expetiſſe.*

Ex illis autem Ciceronis, & Macrobij locis apparet, Iudices, cum Aduocatos cauſam narrare & agere iubebant, vſos verbo, DIC. Quod & confirmat Martialis lib. VI. Epigrammat. ineptum quendam aduocatum in leui & exili argumēto deſudantem, ac paruo, quod aiunt, pedi magnos calceos inducentem ridens his verſibus,

Non de vi, neque cæde, nec veneno,
Sed lis eſt mihi de tribus capellis,
Vicini queror, has abeſſe furto.
HOC IVDEX SIBI POSTVLAT PROBARI.
Tu Cannas, Mithridaticumque bellum,
Et periuria Punici furoris,
Et Syllas, Marióſque, Mutióſque
Magna voce ſonas, manúque tota.
IAM DIC *Poſtume, de tribus capellis.*

Perorata verò cauſa, Patronos, oratoréſque dicere conſueuiſſe, DIXI, notat Donat. in Phormio. Terentij Act. II. Sc. III. ad ea verba, *Dixi Phormio*. Qua de re infrà commodiore loco plura dicam. Iudices autem, Teſtibus, tabulis & inſtrumentis ſibi rem probari & planam fieri poſtulaſſe oſtendunt Titij, apud Macrob. & Martialis à me relata verba. Eius rei gratia quærebatur quis actoris, quis rei, partibus fungeretur. Actori enim incumbebat onus probandi. In tribus quidē iſtis iudiciis familię erciſcundæ, cõmuni diuidundo, finium regundorum, in quibus vterque actor cenſebatur, vt ait, L. actionis §. vlt. D. de actionib. & obligatio. is actoris partes obtinebat, qui ad iudicium prouocaſſet: & cum ambo prouocarent, ſorte res diſcerni ſolebat, L. in tribus L. ſed cum ambo D. de Iudic. Teſtes autem pars vtraque dabat: qui vti interrogarentur, & refellerentur, in iudiciorum capitalium formulis demonſtrabo.

Incidebant autem interdum Altercationes, ſéque facetis & vrbanis dictis Patroni laceſſebant, qualia ſunt quæ Quintilian. lib. VI. cap. IIII. congeſſit, ex quibus aliquot exempli cauſa proponam, *Quod fecit*, ait, *Longus Sulpitius, qui cum ipſe fœdiſſi-*

mus eſſet, cũ contra quẽ iudicio Liberali aderat, NE FACIEM QVIDEM HABERE LIBERI HOMINIS *dixit. Cui reſpondens Domitius Afer* , TV *inquit*, EX ANIMI SENTENTIA LONGE, QVI MALAM FACIEM HABET, LIBER NON EST? Idem ibidẽ, *Afer egerat contra libertũ Claudij Cæſaris, & ex diuerſo, quidam conditionis eiuſdem cuius erat litigator, exclamaſſe fertur:* PRÆTEREA TV SEMPER IN LIBERTOS CÆSARIS DICIS. NEC MEHERCVLE, *inquit*, QVICQVAM PROFICIO. Et mox, *Vt Catulus dicẽti Philippo*, QVID LATIAS? FVREM VIDEO, *inquit*. Item, *Afer cum in cauſa ſubinde dicẽtibus* , CELSINAM DICERE, *cognouiſſet quæ erat potens fœmina*, QVIS EST, *inquit*, ISTE? *Celſinam enim videri ſibi virum finxit.*

Verum quod eſſet officium Iudicis in ſingulis cauſis, & cõtrouerſiis de quibus addicebatur, & vti pronuntiari de his ſoleret, exemplis demõſtrabo. Incipiam autẽ à Rei Vindicatione, in qua officium iudicis erat, INSPICERE AN REVS POSSIDERET, vel, dolo deſiiſset poſſidere. Vbi enim petitot probaſset REM SVAM ESSE, neceſſe habebat poſſeſsor reſtituere, qui non obiecerat aliquam exceptionem, L. officium & L. qui petitorio D. de rei vindic. In ſpeciali quidẽ actione non cogebatur poſſeſsot dicero PRO QVA PARTE EIVS ESSET: hoc enim petitoris munus erat nõ poſſeſsotis, quod & in Publiciana obſeruabatur, L. in ſpeciali D. eod. tit. Licebat autẽ reo in rem actionẽ euitare, ſi DICERET, SE NON POSSIDERE: & tũc, ſi potuiſset aduerſarius cõuincere REM A REO POSSIDERI, trãsferebatur ad eum poſſeſsio per iudicẽ, licet SVAM ESSE nõ adprobaſſet, L. vlt. D. eod.

In actionibus autem in rem, ſi ſecundum petitorem lis daretur, Iudices, PETITORIS REM ESSE pronuntiabant, EAMQVE EI A POSSESSORE CVM FRVCTIBVS ACCESSIONIBVS ET OBVENTIONIBVS RESTITVI IVBEBANT, §. I. Inſtit. de offic. iud. Hinc in L. certum D. de confeſs. *Sed & ſi fundum vindicẽ* MEVM ESSE, *túque confeſſus ſis, perinde haberis atque ſi* DOMINII MEI FVNDVM ESSE PRONVNTIATVM ESSET. In L. Pomponius §. ſed & is D. de procuratorib. *Si in hoc iudicio* (de petitorio loquitur) REM MEAM ESSE, *pronũtietur*. Et mox: *Nã cum iudicatur* REM MEAM ESSE, *ſimul iudicatur, illius nõ eſſe*. L. à quo D. de rei vindic. *Vter prior iudex iudicaret, eum oportere, ita* FVNDVM PETITORI RESTITVI IVBERE. L. qui reſtituere eo. tit. *Qui* RESTITVERE IVSSVS, *Iudici nõ paret, contendens non poſſe reſtituere*. L. ex diuerſo §. I. D. de rei vindic. *Vbi autẽ alienũ fundũ petij, & iudex ſentẽtia* DECLARAVIT MEVM ESSE, *debere etiã de fructibus poſſeſſorem condemnare*. Et mox, *Alioquin, vt Mauricianus ait* , NEC REM ARBITRABITVR IVDEX MIHI RESTITVI. In L. non ſolùm D. eod. *Non ſolùm autem* REM RESTITVI, *verùm & ſi deterior res ſit facta, rationem Iudex habere debebit: Finge enim debilitatum hominem, vel verberatum, vel vulneratum* RESTITVI. *Vtique ratio per Iudicem habebitur*, QVANTO DETERIOR SIT FACTVS. Quo caſu, quia etiam legis Aquiliæ actione poſſeſsor conueniri poterat, ſi iudex damnum æſtimaſſet, petitorem CAVERE oportebat, LEGE AQVILIA SE NON ACTVRVM: aut ſi mallet actor potius legis Aquilię actione vti ABSOLVENDVS erat poſſeſsor, L. quod ſi malit. D. eo. Quod ſi eiuſdẽ fundi nomine à duobus corã diuerſis iudicibus poſſeſsor cõuentus fuiſſet, vter prior iudicaret, cũ oportebat ITA FVNDVM PETITORI RESTITVI IVBERE, VT POSSESSORI CAVERET, VEL SATISDARET, SI ALTER FVNDVM EVICISSET, EVM PRÆSTARE, L. is à quo D. eo.

Planè ſi ſeruus cuius nomine furti agebatur, ab alio petitus eſset, non oportebat Iudicẽ cogere poſſeſsorem, vt eum traderet, niſi ei ſatiſdatum eſset , QVOD PRO EO HOMINE IVDICIVM ACCEPISSET, SI QVID OB EAM REM DATVM ESSET, ID RECTE PRÆSTARI, L. à quo ſeruus D. eo. At ſi poſt acceptum iudicium poſſeſsor vſu hominẽ cepiſset, debebat eum TRADERE: eóque nomine DE DOLO CAVERE. Ipſi quoque reo cauendum erat, HIS REBVS RECTE PRÆSTARI, ſi fortè fundi nomine damni infecti cauiſset, L. ſi poſt, L. ipſi quoq; D. eo. Et ita *traditionem & cautionem de dolo*, accipe in L. prætetea, D. eo. Vbi autẽ propter fugã ſerui qui in ea cauſa erat, vt cuſtodiri nõ debuiſset, poſſeſsor abſoluebatur, etſi non cogeretur, CAVERE DE PERSEQVENDA RE, tamẽ CAVERE debebat, SI REM NANCTVS ESSET, VT EAM RESTITVERET, L. ſi à bonæ §. vlt. D. eo. Poſſeſsor vero ſi quos ante litem conteſtatam ſumptus feciſset, doli mali exceptione poſita eos ſeruabat, ſi perſeueraret actor petere rem ſuã non redditis ſumptibus, L. ſin autem §. vlt. D. eod. Eadémque doli exceptione, pecuniam creditori eius ſolutam, qui pignori datum prædium habuit, recuperaſſe poſſeſſorem, ait L. emptor D. eo. Is etiam

qui culpa nō fraude poſſeſſionem rei quæ à ſe petebatur, amiſerat, quoniam litis æſtimationem ſufferre debebat, audiendus erat, SI DESIDERARET, VT ADVERSARIVS ACTIONE SVA CEDERET, L. ſi culpa D. eo. Aliter atque ſi dolo feciſſet quominus poſſideret. Ei namque actor CAVERE non debebat, ACTIONES QVAS EIVS REI NOMINE HABEBAT, SE PRÆSTATVRVM, L. is qui doli D. eo. Porrò quæ tota re vindicata eadem & parte petita locū habebant, OFFICIOQVE IVDICIS CONTINEBATVR, pro modo partis, ea quoque RESTITVI IVBERE, quæ ſimul cum ipſa parte reſtitui debebant, L. quæ de tota D. eodem.

Poſſeſſor autem RESTITVERE IVSSVS, qui Iudici non patebat, ſiquidem rem haberet, manu militari, OFFICIO IVDICIS, AB EO POSSESSIO TRANSFEREBATVR, & FRVCTVVM duntaxat, OMNISQVE CAVSÆ NOMINE CONDEMNATIO FIEBAT. Si vero dolo feciſſet quominus rem poſſideret, IN QVANTVM ADVERSARIVS IN LITEM SINE VLLA TAXATIONE IN INFINITVM IVRASSET, DAMNABATVR. Sin dolo nihil feciſſet quominus reſtituere poſſet, non pluris quam QVANTI EA RES ESSET, id eſt quanti aduerſarij interfuiſſet, CONDEMNABATVR, L. qui reſtituere D. eo. Cum verò res per in rem actionem petita, tanti æſtimabatur, quanti actor in litem iuraſſet, curabat Iudex, vt actor CAVERET, QVOD PER SE NON FIERET, POSSESSIONEM EIVS REI TRADITV IRI, L. hæc ſi, D. eod.

Heres quidē ab eo qui rem hereditariam pro herede, vel pro poſſeſſore poſſidebat HEREDITATEM PETEBAT. Paul. in L. poſtquam D. de hered. petit. *Poſtquam legatum à te accepi*, HEREDITATEM PETO. Et qui ex aſſe, vel, ex parte heres erat, INTENDEBAT HEREDITATEM SVAM ESSE, VEL PRO PARTE:. ſed hoc ſolùm ei OFFICIO IVDICIS RESTITVEBATVR, QVOD ADVERSARIVS POSSIDEBAT: AVT TOTVM, ſi ex aſſe eſſet heres, AVT PRO PARTE ex qua heres erat L. Regulariter, L. licet D. de heredit. per.

Hereditatem certè, vel hereditatis partem qui petebat, non ex eo metiebatur, quod poſſeſſor occupabat, ſed ex ſuo iure. Et ideò ſiue ex aſſe heres eſſet, TOTAM HEREDITATEM VINDICABAT, licet reus vnam rem poſſideret, ſiue ex parte heres eſſet, PARTEM duntaxat PETEBAT, quāuis aduerſarius totam hereditatem poſſideret, L. 1. §. 1. D. ſi pars hered. pet. Quinimmo ſi duo poſſiderent hereditatem, & duo eſſent, qui AD SE PARTES PERTINERE DICERENT, non ſinguli à ſingulis petere contenti eſſe debebant, puta primus à primo, vel ſecundus à ſecundo: ſed ambo à primo, & ambo à ſecundo d. L. 1. §. quinimmo. Quod ſi quis ſe ex parte heredē diceret, coheres autem eius poſſideret hereditatem cum extraneo, cum non plus coheres habetet ſua parte, à ſolo extraneo PETI HEREDITAS debebat: iſque RESTITVERE DAMNABATVR QVIDQVID POSSIDEBAT. Et hoc OFFICIO IVDICIS fiebat, L. 1. §. ſi ego D. ſi pars hered. pet. Sed & ſi is qui ſe ex parte dimidia heredem dicebat, trientem hereditatis poſſideret, deinde reſiduum ſextantem vellet perſequi, vtique partem dimidiam à ſingulis petere debebat. Sic fiebat, vt à ſingulis ſextantem conſequeretur, & haberet beſſem: ipſe vero tenebatur ad reſtitutionē ſextantis ex triente quem poſſidebat. Et ideò ſi forte coheredes eſſent, à quibus hereditatem peteret, OFFICIO IVDICIS INVICEM COMPENSATIO ADMITTEBATVR eius quod poſſidebat, L. 1. §. item ſi D. ſi pars hered. pet.

Nec tantum à corporis, ſed & à iuris hereditarij poſſeſſore hereditas Petebatur. Proinde à debitore hereditario rectè HEREDITAS PETEBATVR, & ſi is in diem, vel ſub conditione deberet, CAVERE OFFICIO IVDICIS DEBEBAT DE RESTITVENDO HOC DEBITO CVM DIES VENISSET, VEL CONDITIO EXTITISSET, L. nec vllam §. vlt. & L. quod ſi D. de hered. pet. Quinetiam à coherede qui debitor hereditarius erat, id quod defuncto debebat coheres, non familiæ erciſcundæ iudicio, ſed per petitionem hereditatis conſequebatur, L. fundus, §. vlt. D. famil. erciſc.

Is etiam qui rem hereditariā vendiderat, Petitione hereditatis tenebatur, vt ſi pretiū recepiſſet, RESTITVERET: ſi nō recepiſſet, ACTIONIBVS SVIS CEDERET, L. quod ſi, §. idē Iulian9, D. de rei vin. Planè ſi quid poſſeſſor hereditatis ſoluiſſet creditorib9, ita id im-

putabat

putabat petitori, ſi CAVISSET, SE PETITOREM DEFENSVM IRI. L. ſi quid poſſeſſor D. eo. Quod ſi poſſeſſor ſeruum hereditarium occidiſſet, eligere debebat petitor, vtrum vellet ſibi eum CONDEMNARI, VT CAVERET SE NON ACTVRVM Lege Aquilia, an mallet integram ſibi eſſe actionem Legis Aquiliæ, omiſſa eius rei æſtimatione à Iudice, L. ſi à domino §. ſi poſſeſſor D. eo. Impenſarum autem vtilium & neceſſariarum in rem factarũ hic quoq; ratio habebatur: idq; officio Iudicis ita cõtinebatur, vt nec exceptio doli mali deſideraretur, L. planè D. eodem tit. Quod ſi prædo picturarum, marmorum & ceterarum voluptariarum rerum impenſas deducere vellet, ei probè dicebatur, NON DEBVISSE IN ALIENAM REM SVPERVACVAS IMPENSAS FACERE: VT TAMEN POTESTAS EI FIERET TOLLENDORVM EORVM QVÆ SINE DETRIMENTO IPSIVS REI TOLLI POSSENT, L. vtiles D. eo. Ad officium quoque Iudicis qui de hereditatis petitione cognoſcebat, pertinuiſſe noxales actiones Paul. ſcribit in L. illud D. eo. vt ſi paratus eſſet poſſeſſor noxæ dedere ſeruum qui damnum dederat in re hereditaria, vel furtum fecerat, abſolueretur.

Ceterum ſi quo tempore conuentus fuerat poſſeſſor, pauciores res poſſidebat, deinde aliarum rerum poſſeſſionem adſumpſiſſet, eas quoque victus reſtituere debebat. Et ſi fideiuſſores quos dederat ad litem, non ſufficerent, IVBERE eum debebat Procõſul, VT IDONEE CAVERET. L. ſi quo D. eo. Sed & ſi is qui legatum ex teſtamento acceperat hereditatem petiiſſet, audiẽdus non erat, niſi legatum redderet. Nec aliter tamẽ legatum reſtituere debebat, quàm vt ei CAVERETVR, SI CONTRA EVM DE HEREDITATE IVDICATVM ESSET, REDDI EI LEGATVM, L. poſtquam D. eod. aut ſi id legatum redditum non eſſet, IVDICIS OFFICIO CONTINEBATVR, VT VICTORI, DEDVCTO EO QVOD ACCEPERAT, RESTITVERETVR HEREDITAS, L. cum is quid de heredit. petit.

Ceterùm tam in rei vindicatione, quam hereditatis Petitione, is qui ſe litis, reíve defenſioni ſine cauſa obtulerat, cum rem nõ poſſideret, nec dolo feciſſet quominus poſſideret, condemnabatur, ſi hoc actor ignoraret. Tenebatur enim ex DOLI CLAVSVLA: æſtimabaturque, QVANTI PETITORIS INTERFVISSET NON DECIPI. Aut ſi hoc actor ſciret, reus abſoluebatur, L. is qui ſe L. nam ſi D. de rei vindic. Cum vero idem eandem hereditatem aduerſus duos petitores defendebat, ſi ſecundum alterum ex his iudicabatur, OFFICIO IVDICIS, CAVTIONE VEL SATISDATIONE, victo ſuccurrebatur. Non aliter enim reſtituere debebat, quàm ſi ei CAVTVM ESSET, QVOD ADVERSVS ALIVM EANDEM HEREDITATEM DEFENDERET, L. cùm idem D. eod. Nemo planè per hereditatis petitionem conſequi poterat, vt à communione diſcederet: qua de re ad arbitrum familiæ erciſcundæ ire oportebat, cum ad OFFICIVM IVDICIS, QVI DE PETITIONE HEREDITATIS DATVS ERAT, nihil amplius pertineret, quam VT PARTEM HEREDITATIS PRO INDIVISO RESTITVI petitori iuberet. L. non poſſumus D. ſi pars hered. pet. Permittebatur vero poſſeſſori hereditatis, partem quidem HEREDITATIS DEFENDERE, PARTE VERO CEDERE, L. permittendum D. eod. Cogebatur certè poſſeſſor dicere vtrum pro herede, an pro poſſeſſore poſſideret, L. Cogi C. de petit. her. Hereditatis autem petitio alia CIVILIS, & legitima erat, quæ heredibus dabatur. Alia PRÆTORIA. Nam bonorum poſſeſſoribus & his quibus reſtituta erat hereditas, POSSESSORIA, & FIDEICOMMISSARIA HEREDITATIS PETITIO A PRÆTORE propoſita erat, qua bonorum poſſeſſores & hi quibus hereditas reſtituta erat, tantumdem conſequebantur, quantum ciuili actione heres cõſequi poterat, L. I. & II. D. de poſſeſſor. her. her. L. I. & II. D. de fideic. her. petit.

Vſumfructum etiam vindicabat is, cui vel teſtamento relictus, vel mortis cauſa donatus, vel ex alia quacumque cauſa vſusfructus conſtitutus eſſet. Fructuarius autem aduerſus dominum, vel alium quemuis poſſeſſorem VSVMFRVCTVM VINDICANS, HOC INTENDEBAT, VTI FRVI SIBI IVS ESSE. Et ſi fundo fructuario ſeruitus deberetur, fructuarius NON SERVITVTEM, SED VSVMFRVCTVM, VINDICARE debebat, aduerſus vi-

cini fundi dominum, ac per hoc vicinus, ſi non pateretur eum ire & agere, tenebatur ei, QVASI NON PATERETVR VTI FRVI, L.1.in prin.& L. vti frui, in prin.& §. vtrum, D. ſi vſusfr. pet. Fructuario verò qui vincebat, OMNIS CAVSA RESTITVENDA erat d. L. vtifrui §. fructuario. Domino contra, aduerſus fructuarium actio Negatiua competebat, qua INVITO SE NEGABAT IVS ESSE VTENDI FRVCTVARIO, vel, SIBI IVS ESSE PROHIBENDI. Sicut autem fructuario Cõfeſſoria agenti, fructus præſtandi erant, ita & proprietatis domino, ſi Negatoria actione vteretur. Hoc ita ſi non eſſet poſſeſſor qui ageret: Tunc enim qui poſſidebat, nihil fructuum nomine conſequebatur, ſed OFFICIVM erat IVDICIS, VT SECVRVS CONSEQVERETVR FRVCTVARIVS FRVENDI LICENTIAM: PROPRIETATIS VERO DOMINVS, NE INQVIETARETVR, d. L. vtifrui §. vlt. Vſu vero legato, ſi plus vſus eſſet legatarius quam oporteret, OFFICIO IVDICIS QVI IVDICABAT, CONTINEBATVR, NE ALITER QVAM DEBERET, VTERETVR, L. Diuus §. vlt. D. de vſu & habit. Poterat vero dominus proprietatis à quo vſusfructus petebatur, in ea re SATISDATIONEM DESIDERARE, VT OFFICIO IVDICIS HOC FIERET. Nam ſicuti fructuarius debebat vti frui, ita & dominus ſecurus eſſe de proprietate. Proinde non prius dabatur actio fructuario, quam ſatiſdediſſet ſe boni viri arbitratu vſurum fruiturum, L. ſi cuius D. de vſufr. Æquiſſimum certè Prætori viſum Vlpian. in L.1. vſufruct. quemad. cau. ſcribit, Legatarium de vtroque cauere, & vſurum ſe boni VIRI ARBITRATV, ET CVM VSVSFRVCTVS AD EVM PERTINERE DESIISSET, RESTITVTVRVM QVOD INDE EXTARET. Cauere ergo debat primum, VIRI BONI ARBITRATV PERCEPTVM IRI VSVMFRVCTVM, hoc eſt, *non deteriorem ſe cauſam vſusfructus facturum, ceteráque facturum quæ in re ſua faceret. Vtiliúſque viſum*, ait Vlpianus, *ſtipulatione de hoc caueri, vt ſi quis non viri boni arbitratu vteretur, committeretur ſtipulatio*: Quæ duas cauſas habebat, vnam, *ſi aliter quis vteretur, quam vir bonus arbitraretur*, aliam, *de Vſufructu Reſtituendo*, cuius ſollemnia verba erant, RESTITVIRI QVOD INDE EXTABIT. Qua ſtipulatione etiam, DOLVM MALVM ABESSE, AFVTVRVMQVE ESSE continebatur, L. 1. & L. huic ſtipulationi D. vſusfr. quẽad. cau. Cùm vero vſusfructus pecuniæ legatus erat, exprimi debebant hi duo caſus in ſtipulatione, CVM MORIERIS, AVT CAPITE MINVERIS, DARI, L. & ſi D. vſusfruct. quemadm. cau. Quos duos ſolos caſus, MORTIS, ET CAPITIS DIMINVTIONIS, in ſtipulatione DE REDDENDO VSVSFRVCTV PECVNIÆ, interponi conſueuiſſe Paulus cum Vlpiano ſcribit: quoniam pecuniæ vſus aliter amitti non poterat, quam his caſibus, L. in ſtipulatione & L. quoniam D. de vſufr. ear. rer. Vnde in L. ſi tibi decem D. de vſufr. ear. ret. *Si tibi*, ait Iulianus, *decẽ millia legata fuerint, mihi eorumdẽ decẽ milliũ vſusfructus, fient quidem tua tota decem millia: ſed mihi quinque numerari debebunt, vt* ITA CAVEAM, TEMPORE MORTIS MEÆ, AVT CAPITIS DEMINVTIONIS, RESTITVIRI. Idémque vſusfructu conſtituto aliarum rerum quæ vſu conſumuntur, vel minuuntur, ſeruatum tradit Gaius in L. ſi vini D. eo. tit. his verbis. *Si vini olei frumenti vſusfructus legatus erit, proprietas ad legatarium transferri debet. & ab eo* CAVTIO DESIDERANDA EST, VT QVANDOQVE IS MORTVVS, AVT CAPITE DEMINVTVS SIT, EIVSDEM QVALITATIS RES RESTITVATVR, *Aut, æſtimatis rebus*, CERTÆ PECVNIÆ NOMINE CAVENDVM EST, *quod & commodius eſt*. Huiuſmodi enim rerum, quæ non in vſu, ſed in abuſu conſiſtebant, vſusfructus Senatuſconſulto cautionis remedio introductus eſt. Hæ namque res ita tradebãtur LEGATARIO, VT EIVS FIERENT, ſed æſtimatis his, SATISDABATVR, VT SI MORERETVR, AVT CAPITE MINVERETVR FRVCTVARIVS, TANTA PECVNIA RESTITVERETVR, QVANTI NÆ FVERANT ÆSTIMATÆ, §. conſtituitur, Inſtit. de vſufr. Quod ſi vſus ſine fructu legatus eſſet, adempta vſusfructus cauſa ſatiſdari iubebat Prætor, VT DE SOLO VSV NON ETIAM DE FRVCTV CAVERETVR, d. L. huic ſtipulationi §. 1. D. vſufruct. quemad. cau. Vſu quoq; domus relicto, VIRI BONI ARBITRATV CAVTIONEM INTERPONI debuiſſe ait Papinian. in L. vſu D. eod. Vaſorum vero ſi vſusfructus relictus eſſet, non erat cautio Senatuſconſulti neceſſaria, ſed illa ſola, BONI VIRI ARBITRATV VSVRVM FRVITVRVM. L. vlt. D. eo. tit. Planè ſi vſusfructus nomine, re tradita, ſatiſdatum non eſſet, poterat nihilominus

heres

heres rem vindicare, & ſi obiiceretur exceptio, *De re vſusfructus nomine tradita*, replicandum erat. Sed & ipſa ſtipnlatio condici poterat, L. Et ſi D. eod. tit. Similitérque ſi pecuniæ vel aliarum rerum, quæ in abuſu conſiſtunt, vſufructu legato, cautio non interueniſſet, poterat OMISSA CAVTIO CONDICI INCERTI CONOICTIONE. Finito vero vſufructu ipſa quantitas condicebatur, L. hoc ſenatuſconſultum §. 1. & L. Tribus heredibus, D. de vſufr. ear. ret.

ENIMVERO fructuarius, PER ARBITRVM, ÆDES, quatum ad eum vſusfructus pertinebat, REPICERE COGEBATVR: hactenus tamen, VT SARTA TECTA HABERET, L. vſufructu legato §. 1. D. de vſufruc. Cogi etiam poterat RECTE COLERE, L. item ſi fundi D. eo. Iudéxque dabatur, VT EIVS ARBITRATV VTERETVR: & ſi agrum non proſcinderet, vites non ſubſereret, aquarum ductus corrumpi pateretur, iudicium in eum reddebatur, L. ſi cuius §. denique D. eo. Si tamẽ paratus eſſet fructuarius etiam poſt acceptũ contra eum iudicium, VSVMPRVCTVM DERELINQVERE, non erat COGENDVS REFICERE: ſed ABSOLVI A IVDICE debebat: excepto quod, SI QVID SVO, SVORVMQVE FACTO DETERIVS FACTVM ESSET, ID REFICERE COGEBATVR, L. cũ fructuarius & L. ſed cũ D. eod. Sed ſi fundus cuius vſusfructus petebatur, nõ à domino poſſideretur, actio reddebatur: & ideo ſi de fundi proprietate inter duos quæſtio eſſet, fructuarius nihilominus in poſſeſſione eſſe debebat, SATISQVE ET A POSSESSORE CAVENDVM ERAT, QVOO NON ESSET PROHIBITVRVS FRVI EVM, CVI VSVSPRVCTVS RELIQTVS ERAT, QVAMDIV DE IVRE SVO PROBARET. Sed ſi ipſi vſufructuario quæſtio moueretnr, interim vſusfructus eius offerebatur: ſed CAVERI DE RESTITVENDO EO, QVOD EX HIS PRVCTIBVS PERCEPTVRVS ESSET, debebat, vel ſi ſatis nõ daretur, ipſe frui permittebatur, L. cuiuſcũque §. 1. D. de vſufr. Quod ſi ab herede, qui arbores deieciſſet, aut ædificium demolitus eſſet, aut aliquo modo deteriorẽ vſumfructum feciſſet, vſusfructus ex teſtamento petitus eſſet, AD IVDICIS RELIGIONEM PERTINEBAT, VT INSPICERET QVALIS ANTE IVDICIVM ACCEPTVM FVNDVS PVISSET, VT HOC QVOD INTERESSET, AB EO SERVARETVR.

De Seruitutibus porro in rem actiones competiſſe ad exemplum earum quæ ad vſumfructum pertinebant, tam CONPESSORIAM, quam NEGATORIAM, illam ei, QVI SIBI SERVITVTES COMPETERE CONTENDEBANT, hanc, domino QVI NEGABAT, Vlpian. ſcribit in L. 11. D. ſi vſusfr. pet. Addítque, Cõfeſſoriam nulli alij quam domino fundi competiſſe: Seruitutem enim nemo vindicare poterat, quam is qui dominium in fundo vicino habebat, cui ſeruitutem dicebat deberi. In hac vero confeſſoria actione, fructus etiam veniebant: verum id demum fructuum nomine computabatur, SI QVID AGENTIS INTERESSET, SERVITVTE NON PROHIBERI. At in Negatoria fructus computabantur, QVANTI PETITORIS INTERESSET, FVNDI SVI ITINERE ADVERSARIVM NON VTI, L. loci corpus §. 1. D. de ſeruit. vindic.

Per ſententiam planè non debebat *ſeruitus conſtitui, ſed quæ erat*, DECLARARI, L. ſicut §. ſed ſi quæritur D. ſi ſeruit. vind. Si quis autem egiſſet, IVS ADVERSARIO NON ESSE, TIGNA IN PARIETEM SVVM IMMISSA HABERE, Iudicis officio continebatur, vt de FVTVRO QVOQVE OPERE, id eſt, de futuris non immittendis, CAVERETVR, L. egi D. eod. tit. Etiam de ſeruitute, quæ, oneris ferendi cauſa, impoſita erat, actio competebat, vt & ONERA FERRET IS, qui huiuſmodi ſeruitutem ceſſerat, & ÆDIFICIA REFICERET AD EVM MODVM, QVI SERVITVTE IMPOSITA COMPREHENSVS ESSET. Quæ actio non alij competebat, quam domino ædium, & aduerſus dominum, ſicuti ceterarum ſeruitutum intentio: & in ea veniebant fructus, id eſt, commodum quod haberet actor ſi onera ædium eius vicinus ſuſtineret, L. & ſi fortè §. etiam & §. vlt. D. eod. tit. Harum autem actionum euentus hic erat, vt victori officio iudicis aut res præſtaretur, aut cautio. Res ipſa hæc erat, vt, IVBERET ADVERSARIVM IVDEX EMENDARE VITIVM PARIETIS, ET IDONEVM PRÆSTARE. Cautio hæc erat, vt cum IVBERET DE REFICIENDO PARIETE CAVERE: NEQVE SE, NEQVE SVCCESSORES SVOS PROHIBITVROS ALTIVS TOLLERE, SVBLATVMQVE HABERE. Et ſi caui ſſet, abſoluebatur. Si vero neque rem præſtaret, neque cautionẽ, TANTI CONDEMNABATVR, QVANTI ACTOR IN LITEM IVRAVISSET, L. harum actionum D. eo. t. t.

Arbitri autem quem inter vicinos de Finibus ambigentes & iurgantes ſumptum. Terent. Heautôt. Act. III. Sc. I. docet, officiũ erat, fines regere, & terminos ponere. Scæuola in L. inter D. de recept. qui arbit. *Inter Coſtellianum & Seium controuerſia* DE FINIBVS orta eſt, *& arbiter electus eſt*, VT ARBITRATV EIVS RES TERMINETVR : *ipſe ſententiam dixit præſentibus partibus*, ET TERMINOS POSVIT. Et quidem è XII. Tab. finibus regundis Arbitri tres addiecbantur: E lege Mamilia ſinguli. Arbitri porro ſententiam ferè huiuſmodi dicebant, REQVIRI PLACERE TERMINOS QVOS VETERES POSSESSORES PEGERVNT. Ita interlocuti, poſtea in re præſenti de controuerſiis inter partes cognoſcebant, & coram, inter eos controuerſiam componebant, & terminos ponebant, fineſque pangebant. Quod certè nuſquam diſertis verbis ſcriptum legi. Coniectura tantùm ducor ad ſuſpicandum, ex his quæ Cicero lib. I. de legib. ita ſcribit. *Ex hac autẽ non rerum, ſed verborum diſcordia, controuerſia nata eſt de finibus: in qua quoniam vſucapionem* XII. *Tabulæ inter quinque pedes eſſe noluerunt, depaſci veterem poſſeſſionem Academiæ ab hoc acuto homine non ſinemus : nec* MAMILIA LEGE SINGVLI , *ſed nos* TRES ARBITRI FINES REGEMVS. *Q. Quamnam igitur ſententiam dicemus?* M. REQVIRI PLACERE TERMINOS, QVOS SOCRATES PEGERIT, IISQVE PARERE. *Q. Præclare frater, iam nunc à te verba vſurpantur ciuilis iuris & legum* . Quod vt planius fiat ſubiungam in huiuſmodi controuerſia dictam olim inter Genuates & Veiturios ſentẽtiam ex ænea tabula, anno M. D. VI. in agro Genuenſi erutam. In qua & fines agri priuati, & agri publici eleganter deſcriptos, limiteſque & terminos ſtatutos, legem quoque agro publico dictam non oſcitans lector inueniet. Verba ſic habent, Q. M. MINVTEIS Q. F. RVFEIS, DE CONTROVERSIEIS INTER GENVATEIS ET VEITVRIOS IN RE PRÆSENTE COGNOVERVNT I ET CORAM INTER EOS CONTROVERSIAS COMPOSEIVERVNT: ET QVA LEGE AGRVM POSSIDERENT, ET QVA FINEIS FIERENT, DIXSERVNT. EOS FINEIS FACERE, TERMINOSQVE STATVI IOVSSERVNT. VBEI EA FACTA ESSENT, ROMAM CORAM VENIRE IOVSSERVNT. ROMÆ CORAM SENTENTIAM, EX SENATI CONSVLTO, DIXSERVNT, EIDIB. DECEMB. L. CÆCILIO Q. F. Q. MINVTIO Q. F. COS. QVA AGER PRIVATVS CASTELI VEITVRIORVM EST: QVEM AGRVM, EOS VENDERE, HEREDEMQVE SEQVI LICET, IS AGER VECTIGAL NEI SIET. LANGENTIVM FINEIS AGRI PRIVATI. AB RIVO INFIMO, QVI ORITVR AB FONTEI IN MANICELO , AD FLOVIVM EDEM, IBI TERMINVS STAT. INDE FLOVIO SVSVM VORSVM, IN FLOVIVM LEMVRIM, INDE FLOVIO LEMVRI SVSVM VSQVE AD RIVOM COMBERANE. INDE RIVO COMBERANE SVSVM VSQVE AD CONVALLEM CÆPTIEMAM, IBEI TERMINI DVO STANT CIRCVM VIAM POSTVMIAM. EX EIS TERMINIS, RECTA REGIONE IN RIVO VENDVPALE. EX RIVO VENDVPALE, IN FLOVIVM NEVIASCAM: INDE DEORSVM FLOVIO NEVIASCA, IN FLOVIVM PROCOBERAM: INDE FLOVIO PROCOBERA DEORSVM, VSQVÆ AD RIVOM VINELASCAM IMFVMVM, IBEI TERMINVS STAT. INDE SVRSVM RIVO RECTO VINELASCA, IBEI TERMINVS STAT PROPTER VIAM POSTVMIAM, INDE TRANS VIAM POSTVMIAM TERMINVS STAT. EX EO TERMINO, QVEI STAT TRANS VIAM POSTVMIAM, RECTA REGIONE IN FONTEM IN MANICELVM., INDE DEORSVM RIVO , QVEI ORITVR AB FONTEI IN MANIOELO, AD TERMINVM QVEI STAT AD FLOTIVM EDEM. AGRI POPLICI QVOD LANGENSES POSIDENT, HISCE FINIS VIDENTVR ESSE. VBEI CONFLVONT EDVS ET PROCOBERA, IBEI TERMINVS STAT. INDE EDE FLOVIO SVRS. VORSVM IN MONTEM, LEMVRINO INFVMO, IBEI TERMINVS STAT. INDE SVRSVM VORSVM, IVGO RECTO, MONTE LEMVRINO, IBEI TERMINVS STAT. INDE SVSVM IVGO RECTO LEMVRINO, IBEI TERMINVS STAT. IN MONTE PROCAVO, INDE SVRSVM IVGO RECTO IN MONTEM LEMVRI-

NVM SVMMVM, IBEI TERMINVS STAT. INDE SVRSVM IVGO RECTO IN CASTELVM, QVEI VOCITATVST ALIANVS, IBEI TERMINVS STAT. INDE SVRSVM, IVGO RECTC, IN MONTEM IOVBNTIONEM, IBEI TERMINVS STAT. INDE SVRSVM IVGO RECTO, IN MONTEM APENINVM, QVEI VOCATVR BOPLO, IBEI TERMINVS STAT. INDE APENINVM IVGO RECTO IN MONTEM TVLEDONEM IBEI TERMINVS STAT. INDE DEORSVM, IVGO RECTO, IN MONTEM TVLEDONEM, IBEI TERMINVS STAT. INDE DEORSVM, IVGO RECTO, IN FLOVIVM VERAGLASCAM, IN MONTEM BERIGIEMAM, INFVMÒ, IBEI TERMINVS STAT. INDE SVRSVM, IVGO RFCTO, IN MONTEM PRENICVM, IBEI TERMINVS STAT. INDE DEORSVM IVGO RECTO IN FLOVIVM TVLELASCAM, IBEI TERMINVS STAT. INDE SVRSVM, IVGO RECTO, BLVSTIEMELO, IN MONTEM CLAXELVM, IBEI TERMINVS STAT. INDE DEORSVM IN PONTEM LEBRIEMELVM, IBEI TERMINVS STAT. INDE RECTO RIVO ENISECA, IN FLOVIVM PORCOBERAM, IBI TERMINVS STAT. INDE DEORSVM IN FLOVIVM PORCOBERAM, VBEI CONFLVONT FLOVII EDVS ET PORCOBERA, IBI TERMINVS STAT. QVEM AGRVM POPLICVM IVDICAMVS ESSE, EVM AGRVM CASTELANOS, LANGENSES, VEITVRIOS, POSIDERE, FRVIQVE VIDETVR OPORTERE. PRO EO AGRO VECTIGAL LANGENSES VEITVRIS IN POPLICVM GENVAM DENT, IN ANNOS SINGVLOS VIC. N. CCCC. SEI LANGENSES EAM PEQVNIAM NON DABVNT, NEQVE SATISFACIENT ARBITRATV GENVATIVM (QVOD PER GENVENSES MORA NON FIAT, QVO SETIVS EAM PEQVNIAM ACCIPIANT) TVM QVOD IN EO AGRO NATVM ERIT, FRVMENTI PARTEM VICENSVMAM, VINI PARTEM SEXTAM, LANGENSES IN POPLICVM GENVAM DARE DEBENTO, IN ANNOS SINGVLOS. QVEI INTRA EOS FINEIS AGRVM POSEDET, GENVAS, AVT VEITVRIVS, QVEI EORVM POSEDEIT, K. SEXTIL. L. CÆCILIO. Q. MVVTIO COS. EOS ITA POSIDERE, COLEREQVE LICEAT, EVS QVEI POSIDEBVNT, VECTIGAL LANGENSIBVS PRO PORTIONE DENT: ITA VTI CETERI LANGENSES, QVI EORVM IN EO AGRO, AGRVM POSIDEBVNT, FRVENTVRQVE. PRÆTERRA IN EO AGRO NI QVIS POSIDETO, NISI DE MAIORE PARTE LANGENSIVM, VEITVRORVM SENTENTIA, DVM NE ALIVM INTROMITTAT, NISI G ENVATEM AVT VEITVRIVM, COLENDI CAVSA. QVEI EORVM, DE MAIORE PARTE LANGENTIVM VEITVRIVM SENTENTIA, ITA NON PAREBIT, IS AGRVM NEI HABETO, NIVE FRVIMINO. QVEI AGER COMPASCVOS ERIT, IN EO AGRO QVO MINVS PERVASCERE GENVATES VEITVRIOSQVE LICEAT, ITA VTEI IN CETERO AGRO GENVATI COMPASCVO, NI QVIS PROHIBETO, NIVE QVIS VIM FACITO, NEIVE PROHIBETO, QVO MINVS EX EO AGRO LIGNA MATERIAMQVE SVMANT, VTANTVRQVE. VECTIGAL ANNI PRIMI, K. IANVARIS SECVNDIS, VEITVRIS LANGENSES IN POPLICVM GENVAM DARE DEBENTO. QVOD ANTE K. IANVARIS PRIMAS, LANGENSES FRVCTI SVNT, ERVNTQVE, VECTIGAL INVITI DARE NEI DEBENTO. PRATA QVÆ FVERVNT PROXIMA FOENISICEI, L. CÆCILIO. Q. MVVTIO COS. IN AGRO POPLICO, QVEM VITVRIES LANGENSES POSIDENT, ET QVEM ODIATES, ET QVEM DECTVNINES, ET QVEM CAVATVRINES, ET QVEM MENTOVINES POSIDENT, EA PRATA INVITEIS LANGENSIBVS, ET ODIATIBVS, ET DECTVNINEBVS, ET CAVATVRINES, ET MENTOVINES, QVEM QVISQVE EORVM AGRVM POSIDEBIT INVITIS EIS, NI QVIS SICET, NIVE PASCAT, NIVE FRVATVR. SEI LANGENSES AVT

ODIATES, AVT DECTVNINES, AVT CAVATVRINES, AVT MENTOVINES, MALENT, IN EO AGRO ALIA PRATA IMMITTERE, DEFENDERE, SICARE, ID VTI FACERE LICEAT, DVM NE AMPLIOREM MODVM PRATORVM HABEANT, QVAM PROXVMA ÆSTATE HABVERVNT, FRVCTIQVE SVNT. VITVRIES, QVEI CONTROVERSIAS GENVENSIVM OB INIOVRIAS, IVDICATI AVT DAMNATI SVNT, SEI QVIS IN VINCVLEIS OB EAS RES EST, EOS OMNEIS SOLVEI MITTEI LIBERIQVE GENVENSES, VIDETVR OPORTERE ANTE EIDVS SEXTILIS PRIMAS. SEI QVOI DE EA RE INIQVOM VIDEBITVR ESSE, AD NOS ADEANT PRIMO QVOQVE DIE, ET AB OMNIBVS CONTROVERSIS. ET, HONO. PVBL. LI. LEG. MOCO. METICANIO. METICONI. P. PLANCVS PELIANI PELIONI. P.

Planè vt huius Tabulæ hiſtoria pateat, ſciendũ eſt L. Cæcilio Metello, & L. Aurelio Cotta Coſs. qui fuit annus ab. v. c. DCXXXV. Fuluium Flaccum primum omnium Tranſalpinos Ligures bello domuiſſe. Fuerat is in auxiliũ Maſſilienſibus miſſus aduerſus Falanios Gallos, qui populabantur fines Maſſilienſium: quemadmodum Liuij Epitome lib. LX. memorat. Biennio poſt, id eſt Anno vrbis DC. XXXVII. quo Conſulatũ geſſerũt Cæcilius Metellus Diadematis, & Q. Mutius Scæuola Lælij ſocer, illa de finibus controuerſia finem ſententia Arbitrorum accepit. Sic etiam Q. Fabium Labeonẽ arbitrum Nolanis & Neapolitanis de finibus agri à Senatu datum, quum ad locũ veniſſet, illorum fines quemadmodum dixerant terminaſſe Cic. lib. I. de offic. refert.

Sollemnem autem Terminorum inter vicinos ponendorum ritum Siculus Flaccus explicat his verbis: *Cùm enim* TERMINOS DISPONERENT, *ipſos quidem lapides in ſolidam terram conlocabant, proximè ea loca, quibus, foßis factis, defixuri eos erant, vnguento velaminibúsque & coronis eos coronabant: in foßis autem quibus poſituri eos erant, ſacrificio facto, hoſtiáque immaculata cæſa, facibus in foßis cooperti ſanguinem inſtillabant, eóque tura & fruges iactabant: fauos quoque & vinum, aliáque quibus conſuetudo eſt Terminis ſacrum fieri, in foſſa adiiciebant, conſumptisque omnibus dapibus igne, ſuper calentes reliquias lapides conlocabãt, atque ita diligenti cura confirmabant: adiectis etiam quibuſdam ſaxorum fragminibus circumcalcabant, quo firmius ſtarent. Tale ergo ſacrificium, domini inter quos fines dirimebantur, faciebant. Nam & ſi in trifinium, id eſt in eum locum in quem tres poſſeſſores attingebant, termini ponebantur, omnes tres ſacrum faciebant: quique alij in confinio domini erant, omnes ex conuenientia terminos ponebant, & ſacrum faciebant: terminos autem conuenientia poſſeſſorum faciebat.* Vnde lux datur hiſce Ouidij verſibus lib. II. Faſtor.

—Solito celebretur honore
Separat indicio qui Deus arua ſuo.
TERMINE, *ſiue* LAPIS, *ſiue es defoſſus in agro*
Stipes, ab antiquis tu quoque numen habes.
TE DVO DIVERSA DOMINI DE PARTE CORONANT,
Bináque ſerta tibi, bináque liba ferunt.

Iuuenal. Sat. VI.

Improbus aut campum mihi ſi vicinus ademit,
Aut SACRVM *effodit medio de limite* SAXVM,
Quod mea cum vetulo coluit pulus annua libo.

Seneca in Hippolyto,

—Nullus in campo SACER
Diuiſit agros ARBITER *populis* LAPIS.

Prudentius lib. II. aduerſus Symmach.

—Et LAPIS *illic*
Si ſtetit antiquus, quem cingere ſueuerat error,
Faſciolis aut gallinæ pulmone rigare,
Frangitur, & nullis violatur Terminus extis.

Apuleius lib. I. Floridor. *Vel ceſpes libamine humigatus, vel* LAPIS VNGVINE DELIBVTVS.

BVTVS. Idem Apolog.I. Negant vidiſſe qui fuere, vnum ſaltem in finibus eius, aut LAPIDEM VNCTVM, aut ramum coronatum. Inde Lapidem vnctum Lucretius dixit. Tibull.lib.I.Elegiar.

—Non fixus in agris,
Qui regeret certis finibus ARVA LAPIS.

Porrò de finibus variæ inter vicinos controuerſiæ incidere ſolebant. Interdum enim vt Frontinus in lib. de limitib.agror.tradit, DE POSITIONE TERMINORVM, interdum DE RIGORE, interdum DE FINE controuerſia mouebatur. DE POSITIONE TERMINORVM, ait ille, CONTROVERSIA EST inter duos, pluréſve vicinos: Inter duos, an in rigore ſit ceterorũ, ſiue rationis: Inter plures, trifinium faciat, an quadrifinium. De horum opinione cùm conſtitit menſori, ſi ſecundum proximi temporis poſſeſſionem non conueniunt, diuerſas attiguis poſſeſſoribus faciunt controuerſias, ſed ab integro alius fortè de loco, alius de fine litigat. DE RIGORE CONTROVERSIA EST finitimæ conditionis, quoties inter duos pluréſve terminos ordinatos, ſiue quæ alia ſigna. ſecundũ LEGEM MAMILIAM INTRA QVINQVE PEDES AGITVR. DE FINE ſimulus eſt CONTROVERSIA. Nam & eadem lege continetur, & de QVINQVE PEDVM AGITVR LATITVDINE: ſed DE FINE, quidquid per flexus quibus arcifinij agri continentur, vt per extrema compromontoria, aut ſumma montium, aut fluminum curſus, aut locorum natura, quam SVPERCILIVM appellant. Primùm controuerſiæ genus Aggenus in Commentar. ita explicat: Cùm poſſeſſor inuenerit, Terminũ in poſſeſſione ſua, aliter formatum, aut aliter poſitum, quàm ceteri, qui in ea poſſeſſione ſunt, aut INSCRIPTVM, vt adſolet, agit de eo, IN QVA SIT POSITVS RATIONE, ſeu ipſe trifinium faciat, ſiue ab alio lineam procedentem excipiat. Dúmque vicinus poſſeſſor huic extiterit ambiguitati contrarius, magna inter vtroſque controuerſia agitatur. Solent enim hæ controuerſiæ de comportionalibus naſci terminis. Alteram verò ſpeciem ita explicat. RIGOR, naturalis eſt: Qualiſcumque enim rigor interuenit, conſtituentibus limites, rarioribus locis TERMINOS POSVERVNT, & SERVARI IVEETVR RIGOR, ſi inuentus fuerit de triginta pedum latitudine: vt ne ab vtroque poſſeſſore tangatur. Quòd ſi plus de xxx. pedibus patuerit, iam collis eſt: qui exigit vt ſuperior poſſeſſor in planum vſque deſcendat, & ſibi defendat omnem deuexum locum Hoc enim LEX propter malignitatem inferioris poſſeſſoris inſtituit: ne aut arando, aut fodiendo ſuperioris poſſeſſoris terras inuaderet. Termini quoque quibuſdam locis poſiti ſunt, vt ab vno ad vnum dirigantur, per pedes à CCCXX. & ſuprà vſque ad CCCCLXXX. & infrà hot ſi licet. Et mox: DE FINE enim, LEX MAMILIA QVINQVE AVT SEX PEDVM LATITVDINEM PRÆSCRIBIT: quoniam hanc latitudinem, vel iter ad culturas accedens occupat, vel circumactus aratri, quod vſu capi non poteſt. Iter enim non qua ad culturas peruenitur, capitur vſu, ſed id quod in vſu biennio fuit. Quæ ad intellectum præſcriptionis quinque pedum, cuius Cic.lib.I.de Legib.& Impp. L.quinque pedum, C.fin.reg. meminerunt, valdè conducunt. Idem Aggenus ſubiicit. Et DE LOCO SI AGITVR, quæ res hanc habet quæſtionem, vt nec ad formam, nec ad vllum ſcripturæ reuertatur exemplum: niſi tantùm HVNC LOCVM, HINC DICO ESSE, & alter, E CONTRARIO ſimilitérque quæret, ex ſimilitudine ferè culturæ comparationem accepit, id eſt, ſi ſilua cuius ſit ætatis, par cæſuræ, & ætas arborum, vt ſolent relinqui, quas ANTEMISSAS vocant.

Agrorum autem Limitatorum, Diuiſorum, Aſſignatorũ qualitates, cõdiciones, modum, lapidum inſcriptio teſtabatur. Inſcriptiones itaque, ait Sicul.Flaccus in Cẽturiis ſunt tales, DEXTRA AVT SINISTRA, DECVMANVM TOTVM, VLTRA CITRAQVE CARDINEM TOTVM: ASSIGNATVM ILLI tantùm. Inde ſubſcriptũ eſt nomen cui conceſſum eſt inſcriptione tali, REDDITVM ILLI TANTVM. Præterea ſcriptum eſt, ET REDDITVM ET COMMVTATVM PRO SVO. Frequenter inuenimus tales, DATVM, ASSIGNATVM SINGVLIS PERSONIS CERTVM MODVM, aliquando verò populis COMPLVRIBVS, VNVM MODVM. Et paullo pòſt: Præterea inuenimus ſubſcriptiones tales, DATVM, ASSIGNATVM, ADSCRIPTVM: SIC SVBIECTVM, REDDITVM, SVVM, vni aut duobus, pluribúſque perſonis eſt modus nullus adſcriptus. Et mox: Inſcribuntur quædã EXCEPTA, quæ aut ſibi reſeruauit

auctor Diuiſionu & Aſsignationis, aut alÿ conceſsit. Inſcribũtur & COMPASCVA. Et poſt: *In quibuſdam regionibus fluminum modus Aſsignationi ceſsit: in quibuſdã verò tanquam Subſecíuus relictus eſt: alius autem Exceptus, inſcripiúmque,* FLVMINI ILLI TANTVM, *vt in Piſaurenſi con perimus*, DATVM ASSIGNATVMQVE, VT VETERANO: *deinde* REDDITVM SVVM VETERI POSSESSORI: FLVMINI PISAVRO TANTVM. NE QVO ALVEVS. Hygen. in lib. de limit. conſtit. *Omnes ſignificationes & Formas æris tabulis inſcribemus:* DATA, ASSIGNATA, CONCESSA, EXCEPTA, REDDITA, COMMVTATA PRO SVO, VETERI POSSESSORI, *& quæcumque alia inſcriptio ſingularum literarum in vſu fuerit & in ære permaneat. Libros æris & typum totius perticæ linteis deſcriptum ſecundum ſuas terminationes adſcriptis affinibus, Tabulario Cæſaris inferemus: & ſi qua beneficio* CONCESSA, AVT ASSIGNATA *coloniæ fuerint, ſiue in proximo, ſiue inter alias ciuitates, in libro Beneficiorum adſcribemus.* Idem eod. lib. *Cùm Centurias omnes* INSCRIPTIS *lapidibus terminauerimus, illa quæ Reipub. aſsignabimus, quãuis limitibus hæreant, priuata terminatione circuibimus. & in Forma ita vt erit, oſtendemus ſyluas, ſiue paſcua & vtrinque, quatinus fuerit, in inſcriptione replebimus.* Et mox: *Eadem ratione terminabimus fundos* EXCEPTOS, *ſiue* CONCESSOS, *& in Forma, ſicut loca publica, inſcriptionibus demonſtrabimus.* CONCESSOS FVNDOS *æquè ſimiliter inſcribemus, vt,* FVNDVS SEIANVS CONCESSVS L. MANILIO C. F. I. L. *In aſsignationibus enim Diui Auguſti diuerſas habent conditiones* FVNDI EXCEPTI ET CONCESSI. EXCEPTI *ſunt* FVNDI *bene meritorum, vt in totum priuati iuris eſſent ne coloniæ vllam munificentiam deberent: eſſent in ſolo populi Romani.* CONCESSI *ſunt* FVNDI *e quibus eſt indultum, cùm poſsidere vnicuique plus quam edictum continebat, non liceret.* Idẽ ibidẽ, LINEARII LIMITES *menſuræ tantùm diſterminandæ cauſa ſunt conſtituti Et ſi finitimi interueniunt, latitudinẽ ſecundum* LEGEM MAMILIAM *accipiunt.* Idem lib. II. DIVISI ET ASSIGNATI AGRI *ſunt, qui veteranis aliíſve perſonis per Centurias certo modo adſcripto aut* DATI *ſunt, aut* REDDITI, VETERIBVS POSSESSORIBVSQVE REDDITI, COMMVTATIQVE PRO SVIS SVNT. *Hi agri leges accipiunt ab his qui veteranis deducunt.*

Ex Inſcriptionibus porrò Lapidum, has idem Hygenus ponit, SYLVA ET PASCVA IVLIENSIVM: FVNDVS SEIANVS ET TONGILIANVS EXCEPTVS FINIBVS SVIS. FVNDI FAVSTINIANI, ITA VT FVERANT CONCESSI A PVBLIO SCIPIONE. FVNDVS MANILIANVS CVM SYLVA DATVS, ASSIGNATVS EST COLONIÆ IVLIÆ CONSTANTIÆ. REGIO EXTRACLVSA ET NON ASSIGNATA. Et alibi: *Quod ordini Coloniæ datum fuerit, adſcribimus, in Forma,* SYLVA ET PASCVA, *vt puta,* SEMPRONIANA, ITA VT FVERVNT ASSIGNATA IVLIENSIBVS. Et mox, *Si qua regio in extremitate limites non acceperit, eum locum vacantem ſignificabimus hac inſcriptione,* LOCVS EXTRACLVSVS. Sicul. Flacc. *Comperimus verò in aliquibus regionibus, & paſcua & ſiluas aſsignatas eſſe, adſcriptúmque in Formis ita,* ILLI ET ILLI TOT SILVAS ET PASCVA: IVGERA TOT.

Ad OFFICIVM vtique IVDICIS, qui de Finibus cognoſcebat, pertinuiſſe MENSORES MITTERE, & per eos dirimere ipſam Finium quæſtionem, vt æquum erat, & ſi ita res exigeret, OCVLIS ETIAM SVIS SVBIECTIS LOCIS, ait L. ſi irruptione, § vlt. D. fin. regund. Extat Conſtantini conſtitutio tã in libris de limitib. agtor. quàm in L. III. C. fin. regũd. in hæc verba: *Si quis ſuper inuaſis ſui iuris locis prior detulerit querimoniã, quæ fundi cohæret cum proprietate cõtrouerſiæ: priùs ſuper poſſeſsione quæſtio finiatur & tunc* AGRIMENSOR IRE PRÆCIPIATVR AD LOCA, *vt patefacta veritate huiuſmodi litigiũ terminetur.* De horũ autẽ Menſorũ officio hæc Aggen. Vrbic. ſcribit: *In iudicãdo autem Menſor bonum virum & iuſtum agere debet: nulla admonitione, aut ſordibus moueri: ſeruare opinionem: & arte & moribus omnis illi artificÿ veritas cuſtodienda eſt, excluſis illis ſimilitudinibus quæ falſa pro veris ſubiiciuntur. Quidam enim per imperitiam, quidam per imprudentiam peccant. Totum autem hoc iudicandi officium hominem bonum, iuſtum, ſobrium, caſtum, modeſtum & artificem egregium exigit.* Apud Caſsiodor. lib. III. Variar. Epiſt. LIII. Theodoric.

narrãs cõtẽtionẽ finalẽ ortã inter Leontiũ & Paſcaſiũ viros Spectabiles,cò proceſſiſſe,vt caſarum ſuarum terminos non legibus,ſed viribus crederent vindicandos: Agrimenſorem adhiberi præcipit,quem ita deſcribit: AGRIMENSORI *verò* FINIVM LIS ORTA COMMITTITVR, *vt contentionum proteruitas abſcindatur. Iudex eſt vtique artis ſuæ. Forum ipſius,agri deſerti ſunt. Fanaticum credis,quem tortuoſis ſemitis ambulare conſpexeris. Iudicia ſiquidem rerum inter ſyluas aſperas,& dumeta perquirit. Non ambulat iure communi. Via eſt illi ſua lectio: oſtendit quod dicit probat,quod didicit: exercitibus ſuis concertantium iura diſcernit: & more vaſtiſſimi fluminis,aliis ſpatia tollit,aliis iura concedit.*

Menſori autem mercedes communi vtriuſque litigantium ſumptu ſoluebantur:& ſi is ab altero ſolo conductus eſſet, condemnatio erat facienda eius qui non conduxerat,in partem mercedis, L. ſed & loci,§. 1. D. fin. regund.

Nec verò in hac vna ſpecie, in rem præſentem veniebant Iudices, ſed aliàs quoque vbi neceſſariam eſſe inſpectionem loci quo de agebatur, iudicabant, in rem præſentem ire conſueuerant. Quod probat antiquus lapis Neapolitanus, cui Sententia inciſa eſt, cum hac præfatione. *In. his. ædificiis. &. locis. puris. adiacentibus. ædificiis. ſiue. is. locus. ager. eſt. P. Aeli. Rufini. Militis. de. quibus. ſe. poſſeſſorem. eſſe. ex. cauſa. emptionis. P. Aeli. Abaſcanti. Patris. ſui. Alfeno. Senecioni ſub. præf. Claſſ. pr. Mic. probauit. &. meruit. ſententiam. quam. iuſſu. eiuſdem. Senecionis. ſub. præf. huic. titulo. proſcripſi.*

SENECIO C.C.C. DIXIT. NECESSARIAM. FVISSE. INSPECTIONEM. ÆDIFICIORVM. ET. LOCI. DE. QVIBVS. APVD. ME. ACTVM. EST. RE IPSA. MANIFESTATVR. CVM. IGITVR. ÆDIFICIA. SOLO. PVRO. POSITA. DEPREHENDERIM. NEQVE. VLLO. SEPVLCHRO. SVPERPOSITA. VEL. CONIVNCTA. APPARET. VENDITIONEM. EORVM. IVRE. FACTAM. IDEOQVE. AD. ÆLIVM. RVFINVM. MILITEM. EX. CAVSA. EMPTIONIS. PERTINERE. VIDENTVR. LOCI. VERO. SIVE. AGRI. QVEM. ADIACENTEM. ÆDIFICIS. ÆLIVS. ABASCANTVS. PATER. RVFINI. AB. HEREDIBVS. PATVLCI. DIOCLETIS. ÆQVE. MERCATVS. EST. CVM HABEAT. PLVRIMA. ET. DISPERSIS. LOCIS. SEPVLCRI. IVS. PER. VENDITIONEM. TRANSFERRI. AD. EMPTOREM. NON. POTVIT. SET. CVM. PATER. RVFINI. ET. POSTEA. RVFINVS. QVAMQVAM. NON IVRE. PACTA. EMPTIONE. SEMPER. IN. POSSESSIONEM. FVERINT. NVLLO. IVRE. EVM. LOCVM. VINDICARE. SIBI. PATVLCII. POSSVNT. PLANE. CVM. IN. RE PRÆSENTI. INSPEXERIM. LITVRATVM. ÆD. Q. ERASVM. PATVLCI. DICVNT. REMANERE. IN. STIP. CAPITA. QVÆDAM. EXPRIMENTIA. HÆC. VERBA. ACTIVS. DIOCL. PATVL. DIOC. F. CVM. FRATRIBVS. QVI. NVNC. HIC. ADSVNT. VENDVNT. P. ÆLIO. ABAS. LOCVM. PVRVM. IN. QVO. NVLLA. SEPVL. IACTA. SVPERQ. POSITA. NEQVE. CONIVNCTA. APPARENT. LIB. NEP. PRONEP. Q. *& reliqua.*

OB. CONTEMPTVM. TAMEN. RELIGIONIS. P. ÆLI. ABAS. F. AGRO. PRIVETVR. FIATQVE. PVB. SEPELIENDOR. MILITVM. CLASS. PR. MIS. IN. VSVM. HEREDES. VERO. PATVL. DIOCL. MVLTENTVR. SORTE. VNA. CVM. ANATOCISMO. BINÆ. CENTESIMÆ. VSVRÆ. PROPTER. NEGLECTAM. RELIGIONEM. SEPVLCRORVM. CLAM. DIRVTORVM. PAVPERESQVE. MILITES. CLASS. PR. MIS. DONATI. SINT. DVM. ÆGRESCVNT. ET. MORIVNTVR. NE. ÆRE. CONLATO. CVRENTVR. SEPELIANTVRQVE. QVAM. SENTENT. SANCTAM. ESSE. OMNES. SCIVNTO. *idq. totum. teſtatur. marmor.*

Hæ autem notæ initio ſententiæ poſitæ C.C.C. ſignificare videtur CVM CONCILIO COLLOCVTVS,quod genus loquendi inueniri in inſcriptione L. cùm ſit, C. de vſucap. pro empto. ſupra notauimus.

Iudici porrò finium regundorum permittebatur,vt vbi non poſſet dirimere fines, adiudicatione controuerſiam dirimeret:& ſi fortè amouendæ veteris obſcuritatis gra-

tia per aliam regionem fines dirigete Iudex vellet, poterat hoc facere pet iudicationem & condemnarionem. Quo caſu opus erat, vt ex alterutrius prædio, alij adiudicaretur: eóque nomine is cui adiudicabatur, inuicem pro eo quod ei adiudicabatur, certa pecuniã condemnandus erat, L. II. §. vlt. & L. quo caſu, D. finium tegund. Diſpicere certè Iudicem debuiſſe an neceſſaria eſſet adiudicatio, Iuſtinianus ait: quæ vtique vno caſu neceſſaria erat, ſi euidentioribus finibus diſtingui agros commodius eſſet quam olim fuiſſenr diſtincti. Tunc enim neceſſe erat ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adiudicare, cúmque alreri certa pecunia condẽnate, §. ſi finium Inſtit. de offic. iud. In iudicio etiam finium regundorum eius ratio habebatur quod intereſſet, L. ſed & ſi loci, §. I. D. fin. reg.

Planè qui Finium regundorũ, item qui familiæ erciſcundæ, & communi diuidundo iudicio agebant, & actores erant & rei. Et ideò iurare debebant, NON CALVMNIÆ CAVSA LITEM INTENDERE, ET NON CALVMNIÆ CAVSA AD INFICIAS IRE, L. inter coheredes, §. qui familiæ, D. famil. erciſc. L. iudiciũ, D. finiũ regũdor. In iſtis autẽ tribus iudiciis, ſi vnus ex litigatoribus deceſſiſſet, pluribus heredibus relictis, non poterat in partes iudicium ſcindi: ſed aut omnes heredes accipere id debebanr, aut vnum dare procurarorem, in quem omnium nomine iudicium ageretur, L. ſi familiæ, D. famil. erciſ.

De officio etiam Arbitri Familiæ erciſcundæ videamus. Eum vel vnus ex coheredibus, præſentibus ceteris, & inuitis, poſcere poterat, L. Arbitrũ, D. famil. erciſcund. Arbiter autem familiæ erciſcundæ inter coheredes ſumptus, adiudicationes & condẽnationes inuicem faciebar, & pro his rebus quas cuique adiudicabat, alterum alteri condemnare poterat, vt penſatione vltrò citróque condemnationis facta, eum ſolum cuius ſumma excederer, eius dumtaxat ſummæ quę ita excederet, damnaret, L. Mæuius, §. Arbiter, & L. cùm putarem, D. eod.

Poterat & alij PROPRIETATEM, ALII VSVMFRVCTVM ADIVDICARE. Vſumfructum prætерea, & ex certo tempore, & vſque ad certum tempus, & alternis annis adiudicare poterat, L. & puto, §. I. D. eod. L. vſusfructus pluribus, §. I. D. de vſufr. Familiæ etiam erciſcundæ Iudex poterar pluribus eandem rem adiudicare, ſi pluribus fuiſſet vnius rei præceptio relicta, vel certam partem vnicuique coheredum aſſignare, vel licitarione admiſſa, vni rem adiudicare. Adiudicando quoq; poterat imponere aliquam ſeruitutem, vt alium alij ſeruum faceret, ex iis quos adiudicabat, L. item Labeo, D. famil. erciſc. Er tamen vt fundus non hereditarius fundo hereditario ſeruiret, arbiter diſponere non poterat, L. vt fundus D. commũ. diuid.

Nihil planè indiuiſum telinquere debebat Iudex: item curare debebat, VT DE EVICTIONE CAVERETVR iis quibus adiudicabat, L. heredes, §. Iudex, D. eodem. Quòd ſi diuiſio tam difficilis eſſet, vt penè impoſſibilis eſſe videretur, poterat Iudex familiæ erciſcundæ iudicio addictus, in vnius perſona totam adiudicationem conferre, & ei adiudicare omnes res, L. ſi familiæ, D. eodem. In hoc autem iudicio condemnationes & abſolutiones in omnium perſona faciendæ erant, L. in hoc, D. eodem. Vniuerſæ verò res æſtimari debebant, non ſingularum rerum partes, L. Mæuius, §. vlt. D. eod.

In hoc iudicium etſi nomina non veniebant, ſi tamen ſtipulationes de eorum diuiſione interpoſitæ fuiſſent, curabat Iudex, vt diuiſioni ſtaretur, & vt alter alteri mandaret actiones, procuratorémque eum in rem ſuam faceret. Ad officium certè Iudicis familiæ erciſcundæ pertinebat, VT DEBITA, ET CREDITA, SINGVLIS, PRO SOLIDO, ALIA ALIIS, ADTRIBVERET: vt ſiue agendũ eſſet, partim ſuo quis, partim procuratorio nomine ageret: ſiue cũ eo ageretur, partim ſuo, partim procuratorio nomine cõueniretur, L. planè D. eo. Si verò vni ex heredibus onus æris alieni iniunctũ fuiſſet, citra ſpeciẽ legati, OFFICIO IVDICIS familiæ erciſcundæ cognoſcentis, ſuſcipere eum id oportebat, vſque ad dodrantem portionis ſuæ. CAVEBAT igitur INDEMNES COHEREDES SVOS ad eum vſque modum PRÆSTARE, L. ſi filia, §. Papinianus D. eod.

Iam ſi promiſſor viæ deceſſiſſet pluribus heredibus inſtitutis, quia ſinguli in ſolidum

renebantur,

teneba̅tur, OFFICIO IVDICIS CAVTIONES INTERPONI DEBEBANT, VT SI QVIS EX IIS CONVENTVS LITIS ÆSTIMATIONEM PRÆSTITISSET, ID PRO PARTE A CETERIS CONSEQVERETVR, L. heredes, §. an ea, D. eo. Sed & ſi pecunia à teſtatore ſub pœna promiſſa eſſet, quia nihil proderat ad pœnam euitãdam partẽ ſuam ſoluere, proſpiciendũ erat per cautionem, vt DE INDEMNITATE CAVERET IS, per quem factum eſſet, ne omnis pecunia ſolueretur, aut vt CAVERET, SE EI, QVI SOLIDVM SOLVERET, PARTEM PRÆSTATVRVM, d. L. heredes, §. idem iuris D. eod. Coheres etiam à coherede iudicio familiæ erciſcũdæ conſequebatur, VT COGERETVR COHERES CREDITORI HEREDITARIO PARTEM SVAM SOLVERE, L. his conſequenter, §. Celſus, D. eo. Si quæ eſſent cautiones hereditariæ, Iudex curare debebat, VT EÆ APVD EVM MANERENT, QVI MAIORE EX PARTE HERES ESSET: CETERI DESCRIPTVM ET RECOGNITVM FACERENT, CAVTIONE INTERPOSITA, VT CVM RES EXEGISSET, IPSÆ EXHIBERENTVR. Quòd ſi omnes iiſdem ex partibus heredes eſſent, nec inter eos conueniret, apud quem potius eſſe deberent, ſortiri eos oportebat. Aut ex conſenſu, vel ſuffragio eligendus erat amicus, apud quem ponerentur, vel in æde ſacra deponi debebant, L. ſi quæ ſint, D. eo. Tabulas verò Teſtamenti debebat Iudex IVBERE MANERE APVD EVM, QVI MAIORE EX PARTE HERES ESSET, AVT IN ÆDE SACRA DEPONI, L. ceteræ, §. vlt. D. eo.

Si rem pignori datam teſtator per præceptionem legaſſet, OFFICIO IVDICIS CONTINEBATVR, vt ex communi pecunia lueretur, eámque ferret is cui eo modo eſſet legata, L. pignori, D. cod. At ſi pignori res data defuncto eſſet, is cui ea adiudicabatur, in Familiæ erciſcundæ iudicio pro parte coheredi erat damnandus, nec CAVERE debebat coheredi, INDEMNEM EVM FORE, aduerſus eum qui pignori dederat, L. ſi pignori, D. eod. Iudicis etiam de hereditate diuidenda addicti Officium perſtringitur in L. fundus & L. ſi ſeruus D. fam. erciſ. L. in ipſius, L. ſi diuiſionẽ L. filij L. filiæ C. eo. L. arbiter & L. vlt. D. de distract. pign. L. debitor, §. vlt. D. ad Trebellia. L. qui non militabat D. de hered. inſtit. L. inter ſocerum, §. 1. D. de pact. dot. L. cum pater, § pater pluribus, D. de legat. II. L. Quintus D. de ann. legat. L. 11. C. de inoffic. donation.

OFFICIO prætterea IVDICIS conueniebat, IVBERE REM HEREDITARIAM VENIRE, VNAM, PLVRESVE, PECVNIAMQVE EX PRETIO REDACTAM EI NVMERARI CVI LEGATA ESSET, L. officio, D. fam. erc. Quòd ſi teſtator rei quam communem cum extero habebat, partem alicui legaſſet, aut heres ante iudicium Familiæ erciſcundæ acceptũ, partem ſuam alienaſſet, AD OFFICIVM IVDICIS PERTINEBAT, vt eam partem quæ teſtatoris fuiſſet, alicui IVBERET TRADI, L. heredes eius, §. ſi teſtator, D. eod. Sed & ſi vni ex heredibus legarũ aliquid fuiſſet, hoc ei OFFICIO IVDICIS FAMILIÆ ERCISCVNDÆ præſtabatur, L. qui filiabus, §. vlt. D. de legat. I. Similiterq; ſi vnus ex heredibus à teſtatore iuſſus eſſet præcipere quod debebat, eiuſdẽ IVDICIS OFFICIO continebatur, ne ab eo coheredes exigerent. Sed & ſi quod alius deberet, præcipere vnus iuſſus fuiſſet, OFFICIO IVDICIS ACTIONES EI PRÆSTARI DEBEBANT PRO PORTIONE COHEREDIS, L. ſi ita, D. fam. erc. Si vſusfructus à teſtatore vxori legatus eſſet, donec ei dos ſolueretur, per Arbitrũ familiæ erciſcundæ, tam ID QVOD COHEREDIS NOMINE EX DOTE SOLVTVM ERAT, RECVPERARI poterat, quàm effici VT COHERES SOLVERET, L. inter, §. vſufructu, D. eo.

ID iudicio autem Familiæ erciſcundæ, vel Cõmuni diuidundo, ſi dum res in arbitrio erat, de iure prædij controuerſia orta eſſet, omnes ij inter quos Arbiter ſumptus erat, & agere, & opus nouum nunciare pro ſua quiſque parte poterant. Et cùm adiudicationes ab Arbitro fiebant, ſi vni adiudicaretur totus fundus, CAVERI oportebat, VT QVÆ EX HIS ACTIONIBVS RECEPTA FVISSENT, REDDERENTVR: AVT QVÆ IN EAS IMPENSÆ FACTÆ FVISSENT, PRÆSTARENTVR, L. in iudicio, D. eod. Filia nupta quæ ſe bonis paternis miſcuiſſet ad dotis collationem per Arbitrum familiæ erciſcundæ compellebatur, L. 1. §. 1. D. de collatio. dot.

Planè ſi vni ex coheredibus prælegatæ eſſent rationes, non priùs ei tradendæ erant, quàm coheredes deſcripſiſſent, vt nec ſeruus actor prælegatus antè tradi debebat, quam rationes reddidiſſet: verumetiam CAVTIO INTERPONENDA ERAT,

COHEREDIBVSQVE PRÆSTANDA, VT QVOTIES DESIDERATÆ ESSENT RATIONES, VEL ACTOR PRÆLEGATVS, COPIA EORVM FIERET, L. Pomponius, D. fam. erciſc.

Res verò ſub conditione legata, pendente conditione in iudicium familiæ erciſcundæ veniebat, & adiudicabatur cum ſua cauſa, VT EXISTENTE CONDITIONE EXIMERETVR AB EO CVI ADIVDICATA ERAT: AVT DEFICIENTE CONDITIONE, AD EOS REVERTERETVR, A QVIBVS RELICTA ERAT, L. ſi poſt, §. vlt. D. eo. Si fundus ab heredibus deducto vſufructu legatus eſſet, iique vellent à communione vſusfructus diſcedere OFFICIO IVDICIS cautionibus interpoſitis eis proſpiciebatur, L. & puto, D. eodem. Si ſeruus hereditarius propriam rem heredum vnius ſubripuiſſet, Familiæ erciſcundæ iudicio conſequebatur, VT AVT SERVVS EI ADIVDICARETVR, AVT LITIS ÆSTIMATIO IN SIMPLVM OFFERRETVR, d. L. & puto, §. vlt. Si quis teſtamento cauiſſet, vt ſeruus exportandus veniret, OFFICIO IVDICIS FAMILIÆ ERCISCVNDÆ continebatur, vt voluntas defuncti non intercideret, L. his conſequenter, §. idem quærit, D. eodem. Coheres etiam familiæ erciſcundæ iudicio conſequebatur, VT COGERETVR COHERES CREDITORI HEREDITARIO PARTEM SVAM SOLVERE, d. L. his conſequenter, §. Celſus.

Planè qui ex parte heres in ſolidum à creditoribus hereditariis conueniebatur, per doli exceptionem conſequebatur à creditoribus, MANDARI SIBI ACTIONES, d. L. his conſequenter, §. ſi filiusfam. Proſpicere autem debebat Iudex, vt quod vnus ex heredibus ex re hereditaria perceperat, ſtipulatúsve eſſet, non ad eius ſolius lucrum pertineret: Quod vel reputationibus inter eos factis cōſequebatur Iudex, vel curabat CAVTIONES INTERPONI, quibus inter eos communicarentur cōmoda & incōmoda, L. item ex diuerſo, D. eodem tit. Sed & ſi vir dotem quam ex pacto filiæ nomine retinere potuerat, lapſus errore non retinuiſſet, filiam quæ patri ſola, matri pro parte heres extiterat, apud Arbitrū diuiſionis, non improbè dotis perperam à patre ſolutæ præceptionem deſideraturam ait Papinianus in L. inter ſocerum, § 1. D. de pact. dotalib. Si filia nupta dotem accepiſſet, Arbiter familiæ erciſcundæ ARBITRABATVR, VT SI CONSTANTE MATRIMONIO IPSA DIEM SVVM OBIISSET, SIVE SOLVTO MATRIMONIO EAM A VIRO RECVPERASSET, EA CONFERRETVR, L. ſi filia, D. fam. erciſc. Sanè filiusfa. heres inſtitutus integram vxoris ſuæ dotem per Arbitrum familiæ erciſcundæ præcipiebat & CAVEBAT, DEFENSVM IRI COHEREDES, QVI EX STIPVLATV POTVISSENT CONVENIRI, L. ſi filia, §. hoc amplius, & L. fundus, D. eo. Sed & ſi quid vni ex heredibus legatum fuiſſet, hoc ei Officio Iudicis familiæ erciſcūdæ præſtabatur, L. qui filiabus, §. vlt. D. de lega. 1.

Agentem autem familiæ erciſcundæ, ſi is qui hereditatem poſſidebat, negaret coheredem eſſe, poterat eum excludere per hanc exceptionem, & SI IN EA RE QVA DE AGITVR, PRÆIVDICIVM HEREDITATI NON FIAT. Quod ſi poſſideret actor eam partem, licet negaretur eſſe coheres, non nocebat talis exceptio: ſed Iudex ipſe apud quem hoc iudicium agebatur, COGNOSCEBAT AN COHERES ESSET, L. 1. D. famil. erciſc.

Communi diuidundo Arbiter, ad rerum quæ inter aliquos communes erant, diuiſionem dabatur, L. 1. comm. diuidun. Poſci autem Iudex Communi diuidundo poterat à quolibet ſociorum, L. ſi quis eum, §. vlt. D. eodem tit. Nam & ſi non omnes qui rem communem habebant, ſed certi ex his à communione diſcedere deſiderarent, Iudicium inter eos reddebatur, L. & ſi, D. eo. De veſtibulo tamen communi binarū ædiū, inuito vtrolibet Arbiter cōmuni diuidūdo dari nō debebat, L. arbor, §. de veſtibulo, D. e.

In communi autem diuidundo iudicio non tantùm diuiſio rerum communium veniebat, ſed & ſi quid in his damni datum, factúmve erat, ſiue quid eo nomine aut aberat alicui ſociorum, aut ad eum peruenerat ex re communi, L. in communi, D. com. diuid. Et vbi de fundo vno communi diuidundo agebatur, ſi quidem commodè regionibus fundus ille diuiſionem recepiſſet, Iudex communi diuidundo iudicio addictus, PARTES EIVS SINGVLIS ADIVDICARE debebat, & ſi vnius pars prægrauare videretur

retur, IS INVICEM ALTERI CERTA PECVNIA CONDEMNANDVS ERAT, §.eadem interueniunt, Inſtit.de offic.iud.§.quædam actiones.Inſtit.de actionib. L.Iulianus,§.Celſus,D.de action.emp. Vbi autem commodè regionibus diuidi inter ſocios aliquis ager non poterat, vel ex pluribus ſinguli, æſtimatione facta, vnicuique ſociorum adiudicabantur, compenſatione pretij inuicem facta: eoque cui res maioris pretij obuenerat, ceteris condemnato: ad licitationem nonnunquam etiam extraneo emptore admiſſo: maximè ſi ſe non ſufficere ad iuſta pretia alter ex ſociis ſua pecunia vincere vilius licitantem profiteretur, L.ad officium, C.comm.diuid. OFFICIO etiā IVDICIS COMMVNI DIVIDVNDO, talis adiudicatio fieri poterat, vt ALTERI FVNDVM, ALTERI VSVMFRVCTVM ADIVDICARET. Cetera eadē quæ in familiæ erciſcundæ iudicio ſeruabantur, L.ſi quis putans, §. officio, D. eodem tit. Vectigalis planè agri diuiſione, etſi regionibus commodè is diuidi potuiſſet, abſtinere Iudex debebat, L.communi, §.1. D.eod. Sed ſi regionibus fundum non vectigalem diuiſum duobus adiudicaſſet, poterat quaſi in duobus fundis ſeruitutem imponere, d. L.communi, §.Neratius. In diuidundis autem prædiis, Iudicem quod omnibus vtiliſſimum erat, vel quod litigatores mallent, ſequi conueniebat, L.Iudicem, D.eodem.

In hoc vtique iudicio rem iuſto pretio æſtimare Iudex debebat: & de EVICTIONE quoque CAVENDVM ERAT, L.item, D.eo. Iudex autem communi diuidundo, & familiæ erciſcundæ de ſeruo, qui in fuga erat, IVBERE debebat, LICERI EOS INTER QVOS IVDEX ERAT, ET TVNC EVM ADIVDICARE EI PENES QVEM LICITATIO REMANSERAT, L.arbor, §.iudex D.eod. Planè ſi ſeruus cōmunis vni ex dominis furtū feciſſet, ARBITRIO IVDICIS COMMVNI DIVIDVNDO CONTINEBATVR, VT, AVT DAMNVM PRÆSTARET, AVT PARTE CEDERET, L. ſi ſeruus cōmunis D. de furt. Sed & ſi ſocius in cōmuni inſula opus nouum faceret, quod ædibus, quæ alterius ſocij propriæ erant, noceret, per Arbitrum communi diuidundo, PROHIBERI poterat ÆDIFICARE, L.in prouinciali, §.quòd ſi, D.de oper.no.nunt. Siue autem ex communi fundo, ſiue communi aqua noceretur, cum vno ex ſociis agi poterat: & ſi quid is ſociorum nomine damnatus præſtitiſſet, per Arbitrum communi diuidundo recuperabat, L.ſupra iter, §.1. D.de aq.& aq.pluu. Fit etiam Officij Iudicis Cōmuni diuidundo mentio in L.ſi ſerui, D.vſufruct.quemadm.cau. Porrò ſi inter plures, Familiæ erciſcundæ, & Cōmuni diuidundo, aut Finium regundorum ageretur, idem Iudex ſumendus erat, L.1. D.de quib.reb.ad eund.iud.

Erat & in vſu cottidiano olim AD EXHIBENDVM ACTIO: eaque maximè propter Vindicationes inducta erat, vt res exhibitæ vindicarentur, L.1. D.ad exhibend. In hac Actione, actor omnia noſſe debebat, & DICERE ARGVMENTA EIVS REI DE QVA AGEBATVR, L.in hac, D.eo. Nec vtique DOMINVM SE DICEBAT, nec debebat oſtendere, AD SE DOMINIVM PERTINERE: cū multæ aliæ cauſæ eſſent ad exhibendū agendi, d.L.in hac, §.1. Non tātùm enim Rei Vindicatione, ſed & Hypothecaria acturus, item Interdicto vſurus, ſi rem ſibi exhiberi deſideraret, audiendus erat. Noxali quoque iudicio experturus, ſi deſtinare non poſſet niſi ex præſentibus, quia aut ſeruum non recognoſcebat, aut nomen non tenebat, familiam ſibi exhiberi poſtulare poterat, vt noxium ſeruum adgnoſceret, d. L.in hac, §.eſt autem, cum ſeq. D.eod. Legatarius etiam ad exhibendum agere cum herede poterat vt rem legatam exhiberet, ſic enim vindicari ab eo poterat, L.quod legatur in fi. D.de iud. Et generaliter ei dabatur hæc actio, cuius intererat exhiberi. Iudex igitur huic actioni addictus ſummatim debebat COGNOSCERE, AN EIVS INTERESSET, non, AN EIVS RES ESSET, & ſic IVBERE EXHIBERE, VEL NON, SI NIHIL INTERESSE COMPERISSET: & hactenus COGNOSCEBAT, AN IVSTAM ET PROBABILEM CAVSAM HABERET ACTOR, PROPTER QVAM EXHIBERI SIBI DESIDERARET. d.L.in hac, §. ſciendum, & §. eleganter, D.ad exhib. Iudex autem per ARBITRIVM SIBI HAC ACTIONE COMMISSVM etiam EXCEPTIONES ÆSTIMARE debebat, quas poſſeſſor obüciebat: & ſi qua tam euidens eſſet, vt facilè repelleret agentem, poſſeſſor ABSOLVI debebat: ſin obſcurior, vel quæ haberet altiorem quæſtionem, DIFFERENDA ERAT IN DIRECTVM IVDICIVM,

RE EXHIBERI IVSSA. d.L.in hac,§.ibidem. Qui verò ad exhibendum ſerui nomine, qui in fuga erat,conueniebatur,ad hoc ſolùm tenebatur, vt CAVERET, SE EXHIBITVM, SI IN POTESTATEM EIVS PERVENISSET. EXHIBERE autem IVSSVS debebat facere in publico poteſtatem rei,vt eſſet ei qui agebat,experiundi copia, vel rē in eadem cauſa præſtare in qua fuerat,cùm iudicium acciperetur, vt actor copiam rei habens,poſſet integram exequi actionem quam deſtinauerat,L.11.& L. Iulianus,§.quantum,D.eo.Si iuſta ex cauſa ſtatim exhiberi res non poſſet,iuſſu Iudicis CAVERE reus debebat, SE CERTO DIE EXHIBITVRVM,L.de eo exhibendo,D.eod.

Aduerſus verò eum qui EXHIBERE IVSSVS non exhibebat,non QVANTI EA RES ESSET, verùm QVANTI ACTORIS INTERESSET, æſtimabatur,L.Iulianus,§. vlt. D. eod. Hinc in L. de eo,§.ſi poſt,D.eod. *Interdum tanti damnandus eſt*, QVANTI ACTORIS INTERFVERIT ,, PER EVM NON EFFECTVM, QVO MINVS TVNC CVM IVDICIVM ACCIPERETVR, HOMO EXHIBERETVR. Vlpian.in L.in hac, §.præterea, D.eod. *In hac actione notandum eſt,quod Reus contumax per in litem iuſiurandum petitoris, damnari ei poſſit, Iudice quantitatem taxante.* Exemplum eſt in L.vlt.§.1.D. de appellationib.cuius verba ſunt hæc: IVSSVS A IVDICE, EXHIBERE *ſecundum præceptum Præſidis prouinciæ*, RATIONES QVAS APVD SE ESSE CAVERAT,*inſtrumentorum gratia data dilatione, nec poſtea exhibuit. Ideóque ſecundum conſtitutionem recitatam, quia per contumaciam inſtrumenta non exhibuerat,cum petitor*,QVANTI SVA INTERESSET, EXHIBERI IVRASSET, *facta erat condemnatio.* Ac planè vbi culpa non reſtituentis vel non exhibentis puniebatur, QVOD INTERERAT AGENTIS ſolū æſtimabatur : cùm verò dolus aut contumacia,QVANTI IN LITEM IVRASSET ACTOR,L.11.§.vlt. D.de in lit.iur.

In Actione Quod metus cauſa, Vlp.Officium Iudicis ita deſcribit, In L.metū autē, §.Iulianus,D.quod met.cau.*Iulianus libro tertio Digeſtorum putat , eum cui res metus cauſa tradita eſt,non ſolùm* REDDERE,*verumetiam* DE DOLO REPROMITTERE DEBERE. Et paullo pòſt; *Ex hoc Edicto reſtitutio talis facienda eſt,id eſt*, IN INTEGRVM OFFICIO IVDICIS, *vt ſi per vim res tradita eſt*,RETRADATVR, ET DE DOLO, *ſicut dictum eſt*,REPROMITTATVR, *ne fortè deterior res ſit facta. Et ſi acceptilatione liberatio interuenit*,RESTITVENDA ERIT IN PRISTINVM STATVM OBLIGATIO. Idem in L.illud,§.1.D.eod.*Si metu à te coactus acceptā tibi ſtipulationem fecerim*: ARBITRATV IVDICIS,*apud quem ex hoc Edicto agetur , non ſolùm illud* CONTINETVR, VT IN TVA PERSONA REDINTEGRETVR OBLIGATIO, SED VT FIDEIVSSORES QVOQVE,VEL EOSDEM, VEL ALIOS NON MINVS IDONEOS, ADHIBEAS. *Præterea*, VT ET PIGNORA QVÆ DEDERAS, IN EANDEM CAVSAM RESTITVAS. In L.ſi cū,§.pro eo, D.eo.*Pro eo autem qui in fugam eſſe dicitur*,CAVTIO *ab eo extorquenda eſt*, QVATENVS ET PERSEQVATVR, ET OMNIMODO EVM RESTITVAT. Et mox:*Ergo ſi in fuga ſit ſeruus ſine dolo malo,& culpa eius cū quo agetur*,CAVENDVM EST PER IEDICEM, VT EVM SERVVM PERSECVTVS REDDAT. Et vt eadē L..§.Hæc autē,Vlp.ait,ea actio cū ARBITRARIA eſſet,habebat reus licentiam, vſque ad ſententiam ab Arbitro datam,RESTITVTIONEM REI FACERE. Quod ſi nō feciſſet,quadrupli condemnationē patiebatur. Ibidémque addit hæc, *Si metum quidem Titius adhibuit me non conſcio,res autem ad me peruenit , & hæc in rebus humanis non eſt ſine dolo malo meo: nónne* IVDICIS OFFICIO ABSOLVAR? *Aut ſi ſeruus in fuga non eſt,æquè ſi* CAVERO IVDICIS OFFICIO,NEC SI IN MEAM POTESTATEM PERVENERIT, RESTITVTVRVM, ABSOLVI DEBEBO. Poſtea ARBITRIVM IVDICIS IN RESTITVENDA RE talе eſſe ſcribit, vt eum quidem qui vim admiſerit, IVBEAT RESTITVERE,etiā ſi ad aliū res peruenit:eum autē ad quem peruenerit,etiā ſi alius metū fecerit. Quadruplabatur autē QVANTI EA RES ERAT,& ſi quis fūdi nō ſui poſſeſſionē metu tradidiſſet,nō quāti fūdus, ſed QVANTI POSSESSIO ERAT, ÆSTIMABATVR, L.ſi cū,§.quadruplatur, L.ſi mulier,§. qui poſſeſſionem,D.eo.In heredem verò Metus cauſa,vt & de dolo actio IN ID DVNTAXAT QVOD AD EVM PERVENERAT,dabatur,L.quod diximus, §. vlt.cum L.ſeq. D. eod. L.in heredem,D.de dolo.

In illa porrò actione non quærebatur,vt iam diximus,vtrum is qui conueniebatur, an alius metum feciſſet:ſufficiebat enim hoc docere,METVM SIBI ILLATVM, VEL VIM, ET EX HAC RE EVM QVI CONVENIEBATVR, ETSI CRIMINE CARERET, LVCRVM SENSISSE. Nam cùm metus habeat in ſe ignorantiam, meritò

ritò non adſtringebatur Actor, vt deſignaret quis ei metum vel vim adhibuiſſet, ſed tátùm dicere debebat METVM IN CAVSA FVISSE, VT ALICVI ACCEPTAM PECVNIAM FACERET, VEL REM TRADERET, VEL QVID ALIVD FACERET, L. item ſi, §. in hac, D. eo. Per contrarium in Actione de dolo, deſignari oportebat, QVID DOLO MALO FACTVM, ET CVIVS DOLO FACTVM ESSET, L. item ſi quid, §. vlt. L. item exigit, D. de dolo. In hac verò actione, vt & in illa, ARBITRIO IVDICIS RESTITVTIO cóprehendebatur: & niſi fieret RESTITVTIO, ſequebatur condemnatio QVANTI EA RES ERAT. In vtraque etiã actione per contumaciam ſuam TANTI REVS CONDEMNABATVR, QVANTI ACTOR IN LITEM IVRASSET. Sed OFFICIO IVDICIS, TAXATIONE iuſiurãdum refrenandum erat, L. arbitrio, D. de dolo. Si tamen manifeſtum eſſet rem reſtitui non poſſe, veluti ſi ſeruus dolo malo traditus, defunctus eſſet, protinus reus IN ID QVOD ACTORIS INTERERAT, DAMNABATVR, d. L. Arbitrio, §. non tamen. Sed & ſi cuius dolo effectum eſſet, vt lis legitimis tranſactis temporibus periret, de dolo dabatur iudicium, non VT ARBITRIO IVDICIS RES RESTITVERETVR, ſed vt tantùm actor conſequeretur. QVANTI EIVS INTERERAT ID NON ESSE FACTVM, d. L. arbitrio, §. dolo.

In arbitrariis certè actionibus, quales erant Publiciana, Seruiana, vel quaſi, Quod metus cauſa, de Dolo malo, Ad exhibendum, & vbi quod certo loco promiſſum erat, alibi petebatur, PERMITTEBATVR IVDICI, EX BONO ET ÆQVO SECVNDVM CVIVSQVE REI, DE QVA ACTVM ERAT, NATVRAM, ÆSTIMARE QVEMADMODVM ACTORI SATISFIERI OPORTERET, §. præterea quaſdam, Inſtit. de actionib. Vlpianus in L. II. §. nunc de officio, D. de eo quod cer. lo. *Nunc* DE OFFICIO IVDICIS *huius actionis loquendum eſt: vtrum* QVANTITATI CONTRACTVS DEBEAT SERVIRE, AN VEL EXCEDERE, VEL MINVERE QVANTITATEM *debeat: vt ſi interfuiſſet rei, Epheſi potius ſoluere, quàm eo loci quo conueniebatur,* RATIO EIVS HABERETVR. Et L. ideo, D. eod. *Ideo in* ARBITRIVM IVDICIS *refertur hæc actio, quia ſcimus quàm varia ſint pretia rerum per ſingulas ciuitates regionéſque &c.* In L. quod ſi, §. interdum, D. eod. tit. *Interdum* IVDEX, QVI EX HAC ACTIONE COGNOSCIT, *cùm ſit* ARBITRARIA, ABSOLVERE REVM DEBET, CAVTIONE AB EO EXACTA, DE PECVNIA IBI SOLVENDA, VBI PROMISSA EST. L. centum, D. eo. *Centum Capuæ dari ſtipulatus, fideiuſſorem accepiſti. Ea pecunia ab eo ſimiliter, vt ab ipſo promiſſore peti debet: id eſt, vt ſi alibi quã Capuæ petatur,* ARBITRARIA *agi debeat:* LISQVE TANTI ÆSTIMETVR, QVANTI EIVS VEL ACTORIS INTERFVERIT EAM SVMMAM CAPVÆ POTIVS, QVAM ALIBI SOLVI.

Quod ad Negotiorum geſtorum iudicium attinet, Gaius in L. II. D. de negot. geſt. Si quis abſentis negotia geſſerit, vltrò citróque inde Negotiorum geſtorum actionem naſci ait, hoc adiecto, *Et ſanè ſicut æquum eſt, ipſum* ACTVS SVI RATIONEM REDDERE, ET EO NOMINE CONDEMNARI, QVIDQVID VEL NON, VT OPORTVIT, GESSIT, VEL EX HIS NEGOTIIS RETINET. *Ita ex diuerſo inſtũ eſt, ſi vtiliter geſſit,* PRÆSTARI EI QVIDQVID EO NOMINE VEL ABEST EI, VEL AFVTVRVM EST. Idẽ in L. ſi quis abſentis, D. de obligat. & act. Si quis abſẽtis negotia geſſerit ſine mãdato, eo nomine actiones proditas ait, quæ NEGOTIORVM GESTORVM appellãtur, *quibus,* ait, *inuicem experiri poſſunt,* DE EO QVOD EX BONA FIDE ALTERVM ALTERI PRÆSTARE OPORTET. Pau. in L. nã & ſeruus, §. mãdatu, D. de neg. geſt. *Mãdatu tuo negotia mea Lucius Titius geſſit:* QVOD IS NON RECTE GESSIT, *tu mihi actione negotiorũ geſtorũ teneris, nõ in hoc tantũ,* VT ACTIONES TVAS PRÆSTES: *ſed etiã, quod imprudenter eum elegeris,* VT QVIDQVID DETRIMENTI NEGLIGENTIA EIVS FECIT, TV MIHI PRÆSTES. Iauolen. in L. ſi quis mandatu, D. eo, *Si quis mandatu Titij, negotia mea geſſit, Titio mandati tenetur:* LISQVE ÆSTIMARI DEBET, QVANTO SEII ET TITII INTEREST. Papinian. in L. liberto, §. 1. D. eo. *Inter negotia Sẽpronij quæ gerebat, ignorãs Titij negotiũ geſſit. Ob eãquoq; ſpeciẽ Sẽpronio tenebatur: ſed et* CAVTIONEM INDEMNITATIS OFFICIO IVDICIS PRÆBERI *neceſſe eſt aduerſus Titiũ.*

Noxali iudicio addictus Iudex obſeruare debebat, vt ſi condemnandus videretur

dominus,ita condemnaiet, PVB. MÆVIVM L. TITIO IN DECEM AVREIS CONDEMNO, AVT NOXÆ DEDERE, vt Iuſtinianus tradit Inſtitut.de offic.iud: Vlpianus in L.miles,§.1.D.de re iudic. DECEM AVT NOXÆ DEDERE CONDEMNATVS, *indicati, in decem, tenetur. Facultatem enim noxæ dedendæ ex lege accipit.* Et mox: *Iudicium ſolius noxæ deditionis nullum eſt, ſed pecuniariam condemnationem ſequitur: & ideò* IVDICATI, DECEM AGITVR, *noxæ deditio in ſolutione eſt, quæ è lege tribuitur.* Vnde apparet quamuis ſub diſiunctione condemnatio fieret: ſolam tamen pecuniam iudicati actione peritam. Sed ſi noxali iudicio condemnatus eſſet poſſeſſor defuncto, non poterat noxæ dedendæ officio iudicis liberari. Tandiu enim quis noxæ dedendæ facultatem habebat, quamdiu iudicati conueniretur: poſt ſuſceptum iudicium, iam nõ poterat noxæ dedendo ſe liberare. L.item veniunt,§.idem rectè, D.de hereditat.petitio. Noxales autem nullæ erant per ſe actiones: ſed aliis accedebant, legibúſque vel Edicto Prætoris erant cõſtitutæ. Legibus, veluti Furti, ex lege XII. Tab. Damni iniuriæ, ex lege Aquilia. Edicto Prætoris, veluti Iniuriarum, & Vi bonorum raptorum, §.ſunt autẽ, Inſtit.de noxalib.act. FVRTI NOXALIS ACTIONIS fit mentio in L.ſi ſeruus communis, & L. quemadmodum,§.ſi ſeruus, D.de noxalib. NOXALIS AQVILIÆ ACTIONIS, in L.ſi in re communi, D.eo. L.ſi ſeruus ſeruum,§.1.D.ad L. Aquil. DE DOLO NOXALIS, in L.ſi quis adfirmauit,§.& ſi ſeruum, D.de dolo, L.cùm ſeruus, D.ad exhibend. IN FACTVM NOXALIS, in L.ſi quis miſſum, in princip. & §.actio, D.de dam.inf. L.III.§.vlt.iuncta L.1.D.ſi menſ. falſ.mod. INIVRIARVM NOXALIS, L.ſed ſi vnius,§.cùm ſeruus, D.de iniur.

Huiuſmodi certè actionum quæ ex noxa atque maleficio ſeruorum aduerſus dominos inſtituebantur, vis & poteſtas hæc erat, vt damnatis liceret deditione ipſius corporis quod deliquerat, euitare litis æſtimationem, L.1.& L.ſi ſeruus communis, D. de noxalib. Vlpian.in L.ſi ſeruus ſeruum,§.item ſi, D.ad L. Aquil. *Si ſeruus communis meus & tuus ſit occiſus à ſeruo Titij, Celſus ſcribit alterum ex dominis agentem, aut* LITIS ÆSTIMATIONEM *conſecuturum pro parte*, AVT NOXÆ DEDI EI IN SOLIDVM OPORTERE. Ac planè ſi ſeruus cõmunis furtum fecerat, quiuis ex dominis in ſolidum noxali iudicio conueniebatur: nec aliàs poterat is qui conuentus erat, euadere litis æſtimationẽ, quàm ſi in ſolidum noxæ dederet ſeruũ, L.ſi ſeruus communis, D. de noxalib. L.ſupra iter,§.officium, D.de aq.& aq.pl. Ante noxale tamen iudicium acceptum poterat, ſua parte cedendo, ſecuritatem conſequi, ne neceſſe haberet iudicium ſuſcipere, d.L.ſi ſeruus communis. Sed & qui ex noxali cauſa conueniebatur, ſi nollet ſuſcipere iudicium, in ea cauſa res erat, vt deberet noxæ dedere ſeruum. Aut ſi id non faceret, iudicium in eum ſuſcipiebatur omnimodo: ſed non aliàs condemnebatur, quàm ſi in poteſtate haberet, dolóve malo feciſſet, quo minus haberet, L. quotiens, D.de noxalib. Dominus vtique qui IN SVA POTESTATE ESSE SERVVM, id eſt, facultatem ſe & poteſtatem eius exhibendi habere CONFITEBATVR, aut EXHIBERE eum debebat, aut ABSENTEM DEFENDERE. Quorum alterutrum niſi faceret, quaſi contumax condemnabatur, atque ſi præſentem nõ noxæ dediſſet, L.quoties,§ quod ſi reus, & §.ſi ſeruus, & §.dominus, D.de noxalib. Si verò DEFENDERE paratus eſſet, IVDICIVM in eum CVM NOXÆ DEDITIONE, dabatur, L.electio,§.neq; heredi, D.eo. Defendendus autem exhibendúſque ibi erat, vti deliquiſſe arguebatur, L.vlt. D.eo. Liberum tamẽ ei erat euitare iudicium, ſi indefenſum ſeruum relinqueret: ius ſuum in actorẽ transferendo, L.non ſolũ, & L.noxali, D.de noxalib. Quo caſu TRADERE eũ, & DE DOLO MALO REPROMITTERE debebat, L.is qui in aliena, D.eo. Quod ſi negaret dominus ſeruum in ſua poteſtate eſſe, arbitrium habebat actor, vel iuſiurandũ à domino de ea re exigere, per quod IVRARET IN POTESTATE SVA NON ESSE SERVVM, NEQVE SE DOLO MALO FECISSE, QVO MINVS ESSET, vel, IVDICIVM DICTARE SINE NOXÆ DEDITIONE, per quod vincebat, ſi probaſſet eum in poteſtate eſſe, vel dolo eius factum, quo minus eſſet. Qui autem non probaſſet in poteſtate aduerſarij eſſe ſeruum, rẽ amittebat, L.ſi ſeruus depoſitus, L.ſi negauit, D.eo. Poterat tamen dominus qui ab initio ſeruũ in ſua poteſtate eſſe negauerat, poſtea, ante litẽ cõteſtatã, fateri in poteſtate ſe eũ habere, eóq; modò cõſequi vt noxæ deditione, aut litis æſtimatione defungeretur.

gereτur. Poſtquã verò lis aduerſus eũ cõteſtata erat, audiẽdus iã non erat, niſi eius ætatis eſſet, vt ignoſci ei deberet, L. electio §. neque heredi D. eo. At ſi præſens eſſet ſeruus, nec defendere eum dominus vellet, vel abeſſet, tunc IVSSV PRÆTORIS DVCI eum conſueuiſſe ſupra docuimus. Et ita DVCTVS, IN BONIS fiebat eius qui duxerat, eiúſque nomine Publiciana competebat, d. L. electio §. vlt. L. & generaliter D. eo. L. item ſi D. de Publicia. L. 11. §. vlt. D. ſi ex nox. cau. ag. Iis tamen qui bona fide aberant, reuerſis, defendendi, ex bono & æquo poteſtas dabatur, L. in noxalibus D. de noxalib. action.

Si quis pro ſeruo mortuo, ignorans eum deceſſiſſe, Noxale iudicium accepiſſet, ABSOLVI debebat, quia deſiiſſet verum eſſe, PROPTER EVM DARE OPORTERE, L. ſi ad libertatem §. 1. D. eod. tit. Enimuero ſi plures, eiuſdem ſerui nomine, noxali cum domino agerẽt, vel vnus pluribus iudiciis eiuſdem ſerui nomine ageret, in quo vſusfructus vnius, proprietas alterius eſſet, OFFICIO IVDICIS CONTINEBATVR, cum eum noxæ dediſſet dominus, vt etiam vſumfructum actoris faceret. Sed per Prætorem id conſequebatur dominus proprietatis, vt aut fructuarium Prætor cogeret, PRO ÆSTIMATIONE VSVSFRVCTVS CONFERRE AD LITIS ÆSTIMATIONEM, AVT VSVSFRVCTV CEDERE, ſi hoc expediret, L. ſi ex duobus §. vlt. D. eod. Si in re communi mea & tua damnum dediſſet, Titij ſeruus aut vtriq; noſtrum pecunia ſufferenda erat, aut OFFICIO IVDICIS ſimul vtrique noxæ dedẽdus ſeruus: ſed ſi alterutri noſtrum in ſolidum noxæ deditus eſſet, ab vtroque abſoluebatur, L. ſi in rem D. eo.

Verum ſi ſciente & patiente domino, nec prohibente, cum poſſet, ſeruus deliquiſſet, damnúmque dediſſet, non NOXALI IVDICIO dominus, ſed ſuo nomine IN SOLIDVM DETRACTA NOXÆ DEDITIONE CONVENIEBATVR, L. ſi vero. §. poſitum D. de his qui effuder. vel deiecer. L. 11. & L. ſi plurium D. de noxalib. L. ſi ſeruus ſeruum D. ad L. Aquil. Vbi autem cum domino quaſi conſcio, DETRACTA NOXÆ DEDITIONE ACTVM ERAT, ſi conſtitiſſet & iudici probatum fuiſſet, eum conſcium non fuiſſe, ABSOLVEBATVR. Qua abſolutione facta, & iudicio finito, ſi poſtea CVM NOXÆ DEDITIONE ageretur, exceptione rei iudicatæ actor ſummouebatur: Donec verò prius iudicium agitabatur, licentia actori erat, ſi eum de ſcientia domini arguenda pœniteret, tunc ad noxalem actionem tranſire. Contrà quoque, ſi eum eo quo ſciente ſeruus deliquerat, damnúmve dederat, CVM NOXÆ DEDITIONE ACTVM eſſet, amplius in dominum DETRACTA NOXÆ DEDITIONE OB SCIENTIAM actio non dabatur. In ipſo verò iudicio ſi domini ſcientiam arguere vellet non erat prohibendus, L. in delictis §. ſi detracta & §. vlt. D. de noxalib. Secundum quæ, ſi in dotem ſeruus datus furtum viro feciſſet, ſi quidem mulier talem eſſe eum ſciſſet, totum damnum viro ſarciendum erat: quod ſi ignoraſſet, tunc non vltra noxæ condemnationem mulctanda erat, L. ſi mulier §. at ſi D. ſolu. matrim. Ii vero in quos Prætor IVDICIVM DETRACTA NOXÆ DEDITIONE DEDERAT, puta, QVOD DOLO FECISSENT, QVO MINVS SERVOS IN POTESTATE HABERENT, omnimodo litis æſtimatione damnabantur L. quemadmodum & L. ſi pluriũ D. de noxalib.

Exitus actionis, SI QVADRVPES PAVPERIEM FECISSE DICATVR, is erat, vt aut animal quod nocuerat & noxiam commiſerat, noxæ dederetur, id eſt, viuum traderetur pro noxa: AVT LITIS, id eſt, noxiæ ſeu delicti & damni, ÆSTIMATIO SVFFERRETVR, vt ex Vlpiano in L. 1. D. ſi quadrup. & ex Iuſtinia. Inſtit. eo. tit. liquet. Quod ſi poſt litem conteſtatam animal quod pauperiem fecerat, ab alio occiſum fuiſſet, quia domino legis Aquiliæ actio quæſita erat, RATIO EIVS REI in iudicio HABEBATVR: quia noxæ dedendæ facultatem dominus amiſerat. Ergo ex iudicio propoſito LITIS ÆSTIMATIONEM OFFERRE eum oportebat, niſi paratus eſſet ACTIONEM MANDARE ADVERSVS EVM QVI OCCIDERAT, L. 1. §. ſi poſt. D. ſi quadrup. At cùm liberi hominis corpus, ex eo quod deiectum effuſúmve fuiſſet, læſum erat, QVANTVM OB EAM REM ÆQVVM IVDICI VIDEBATVR, actio dabatur. Iudex enim computare debebat, MER-

CEDES MEDICIS PRÆSTITAS, CETERAQVE IMPENDIA QVÆ IN CVRATIONE FACTA ERANT: præterea OPERAS, QVIBVS CARVERAT, AVT CARITVRVS ERAT, QVOD INVTILIS ESSET FACTVS, §. ob hominem Inſtit. de obligat. quæ qua. ex delic. L. vlt. D. de his qui effudet. vel deiecer.

Lege Aquilia interdum QVASI DE OCCISO HOMINE, interdum QVASI DE VVLNERATO agebatur, L. huic ſcripturæ §. 1. L. qui occidit §. vlt. L. illud quæſitum, L. ſi vulnerato, L. ſed ſi priore, L. ita vulneratus, D. ad L. Aquil. Interdum QVASI, DE RVPTO ET CORRVPTO, L. ſi ſeruus ſeruum §. ſi quis veſtimenta & §. ſi mulier & § ſi nauem D. eo. Nonnunquam etiam cum reo confitente, aliquando cum infitiante res erat. In actione certè quæ aduerſus confitentem ex lege Aquilia dabatur, (quæ inde CONFESSORIA appellatur in L. inde Neratius §. vlt. L. proinde §. 1. D. ad L. Aquil.) Iudex NON REI IVDICANDÆ, ſed ÆSTIMANDÆ dabatur d. L. proinde §. vlt. In lege etiam Aquilia condemnationem factam QVANTI INTERESSET oſtendit, L. liber homo §. vlt. D. ad L. Aquil. Vt vero fieret æſtimatio damni in Legis Aquiliæ actione, & quarum rerum ratio habenda eſſet à Iudice, docet L. ait lex, §. vlt. L. proinde, & L. inde Neratius D. eo. tit.

In Actione Serui Corrupti, tanti corruptor cōdemnabatur, QVANTI SERVVS OB ID QVOD CORRVPTVS FVERAT, MINORIS ESSET, L. ſi quis ſeruum §. vlt. D. de ſer. corrup. Paulus in L. vt tantùm §. æſtimatio D. eo. *Aeſtimatio autem habetur in hac actione*, QVANTI SERVVS VILIOR FACTVS SIT: *Quod* OFFICIO IVDICIS *expedietur*. Si tamen tam inutilis eſſet ſeruus, vt non expediret talem ſeruum habere, electio domino dabatur, vtrum ſeruum detinere, & damnum QVANTI DETERIOR FACTVS ESSET, in duplum accipere: vel ſeruo reſtituto, ſi copiam eius haberet, pretium conſequi: aut ſi non haberet, pretium quidem ſimili modo accipere debebat, CEDERE autem SOLLICITATORI, PERICVLO EIVS, DE DOMINIO SERVI, ACTIONIBVS, §. interdum ead. L. Seruo vero manumiſſo, non facilè apud Iudicem dominus audiebatur, dicendo ſe MANVMISISSE, QVONIAM HABERE NOLVERAT DOMI, VT ET pretium haberet, & libertum, d. L. vt tantùm §. vlt. Vtili autē actione de filio, filiáve familias corruptis data, OFFICIO IVDICIS ÆSTIMABATVR, QVOD PARENTIS INTERERAT ANIMVM LIBERORVM NON CORRVPTVM, d. L. vt tantum D. eo.

In actione porro Hypothecaria, qua pignus vindicabatur, REVS, SI NEC POSSIDERET, NEC DOLO DESIISSET POSSIDERE, ABSOLVI debebat: Si verò poſſideret, aut PECVNIAM SOLVERE, aut REM RESTITVERE, DAMNABATVR: Et ſi reſtituere quidem nollet, aut non poſſet, fortè quod res abeſſet, vel longè eſſet, vel in prouinciis, ſolebat CAVTIONIBVS res explicari: Nam ſi CAVERET, SE RESTITVTVRVM, ABSOLVEBATVR. Sin verò dolo deſiiſſet poſſidere, TANTI CONDEMNABATVR, QVANTI ACTOR IN LITEM IVRASSET, ſicut in ceteris in rem actionibus, L. ſi fundus §. in vindicatione D. de pignorib. Hinc eſt, quod Seruiana LITIS ÆSTIMATIONEM CONSEQVVTVM CREDITOREM legimus in L. ſi creditor D. de pignerat. actio. L. 11. D. qui potior. in pigno. Sed aliter aduerſus debitorem ipſum pignus non reſtituentem, aliter aduerſus quemuis poſſeſſorem LIS ÆSTIMABATVR. Nam aduerſus debitorem non pluris quàm QVANTI DEBEBAT: aduerſus ceteros poſſeſſores, etiam pluris, L. ſi inter §. vlt. D. eo. Planè qui iure pignoris rem perſequebantur, ab eius vindicatione ſummouebantur, ſi qualiſcumque poſſeſſor eis DEBITVM OFFERRET, L. Paulus D. quib. mod. pign. Quo caſu non improbè poſtulare poſſeſſor poterat, VTI IVS NOMINIS SIBI ACTOR CEDERET, L. mulier D. qui potior. in pign. SERVIANA certè non dominiū ſed NVDAM POSSESSIONEM AVOCABAT, L. ſi cum venditor D. de euictionib. L. ſi quis ſeruum D. de noxalib. Enimuero ſi pro eo quod purè debebatur, hypotheca ſub conditione obligata eſſet, & ante conditionem hypothecaria ageretur, cum hypothecam auferri iniquum eſſet, ARBITRIO IVDICIS CAVTIONES INTERPONEBANTVR, SI CONDICIO EXTITISSET, NEC PECVNIA SOLVERETVR,

VERETVR, RESTITVI HYPOTHECAM SI IN RERVM NATVRA ESSET, L.grege §.vlt. D.de pignorib. Interdum etiam de fructibus ARBITRARI debebat IVDEX, vt ex quo lis inchoata eſſet,ex eo tempore etiam de fructibus cōdemnaret, L.ſi fundus §. interdum D. eo. Impp. in L. vlt. C.ſi vnus ex plurib. heredes aiūt hypothecaria non pro modo ſingularum rerum ſubſtantiæ conueniri,ſed in ſolidū, VT VEL TOTVM DEBITVM REDDANT, VEL EO QVOD DETINENT, CEDANT. Atque etiam debitor ipſe HYPOTHECIS CEDERE cogebatur: Cic. Epiſt. LVI. lib. XIII. familiar. *Philetes Alabandenſis* ἀποδῆχας *Cluuio dedit: hæ commiſſæ ſunt: velim cures vt* AVT HYPOTHECIS DECEDAT, EASQVE PROCVRATORIBVS CLVVII TRADAT, AVT PECVNIAM SOLVAT. Quod & pacto caueri ſolitum Imp. Alex. oſtendit in L.1. C. de pact. pignor. his verbis. *Qui pactus eſt*, NISI INTRA CERTVM TEMPVS, PECVNIAM QVAM MVTVAM ACCEPIT, SOLVERET, CESSVRVM SE CREDITORIBVS HYPOTHECÆ: *venditionem non contraxit,&c.* Hypothecaria autē actio ſuas conditiones habebat, id eſt, SI SOLVTA ESSET PECVNIA, AVT SATISFACTVM ESSET: quibus ceſſantibus tenebat, L. grege, §.etiamſi, D.de pignorib.

In Actione Damni infecti,cum eius prædij, ex quo damnum metuebatur, plures domini erant,& cum vno eorum agebatur,licet opus ex quo damnū futurū erat,indiuiduū eſſet,& ipſæ ædes ſolúmque earum non poſſet pro parte duntaxat damnum dare; nihilominus is cum quo agebatur, PRO SVA TANTVM PARTE CONDEMNABATVR, L.ſuprà iter §.officium D.de aq.& aq. plu. Iudex autem qui de damno infecto cognoſcebat,etiam alienato prædio ab eo cum quo actum fuerat, DAMNVM ÆSTIMARE ſolebat omne, QVODCVMQVE ANTE IVDICIVM CONTIGERAT, L. ſi quis miſſum §. vlt. D. de dam. inf. Porrò ſi parietem communem qui idoneus & oneribus ferendis aptus erat, vnus ex ſociis demolitus eſſet,in actionem damni infecti veniebat, id QVANTI INTERESSET ACTORIS EVM PARIETEM STARE, eúmque PROPRIO SVMPTV RESTITVERE debebat, cum REDITV qui ob demolitionem amiſſus erat, L. nam ſi non fuit D. eodem tit. Deducto vero veteris parietis pretio, ſi quid amplius eſſet æſtimari debebat, & ſi quid ex veteri in nouum coniectum eſſet,deduci ex æſtimatione oportebat, L.emptor §.vlt.D.eod. In æſtimando etiam nouo pariete RATIO HABERI debebat eius IMPENSÆ quæ modum probabilem non excederet,non quæ adgrauaret, L.inter quos §.vlt. & L. ex damni D. eo. Planè ſi quis egiſſet, IVS NON ESSE ADVERSARIO ÆDIFICATVM HABERE, & ille non defenderet,poſſeſſio ad actorem transferebatur, ita vt NISI INTRA CERTVM TEMPVS EGISSET IVS SIBI ESSE ÆDIFICATVM HABERE, DESTRVERETVR OPVS, L.ædificatum D.eod. Africanus in L.ſi priuſquam D.de oper. no.nunt. *Si priuſquam ædificatum eſſet, ageretur* IVS VICINO NON ESSE ÆDES ALTIVS TOLLERE, *nec res ab eo defenderetur:* PARTES IVDICIS *non aliàs futuras eſſe ait, quam vt eum, cum quo ageretur*, CAVERE IVBERET, NON PRIVS SE ÆDIFICATVRVM, QVAM VLTRO EGISSET IVS SIBI ESSE ALTIVS TOLLERE. *Idémque è contrario, ſi cum quis* AGERE *vellet* IVS SIBI ESSE INVITO ADVERSARIO ALTIVS TOLLERE: *eo non defendente, ſimiliter, inquit,* OFFICIO IVDICIS CONTINEBITVR, VT CAVERE ADVERSARIVM IVBERET, NEC OPVS NOVVM SE NVNTIATVRVM, NEC ÆDIFICANTI VIM FACTVRVM. Quod ſi antequam damni infecti caueretur, ædes vitioſæ corruiſſent, ſi dominus ædium, rudera tollere vellet, non aliter ei permittebatur, quam vt omnia quæ inutilia eſſent, auferret. Nec ſolum de FVTVRO, ſed & DE PRÆTERITO DAMNO CAVERE debebat. Et ſi dominus ædium, quæ decidiſſent, nihil faceret, interdictum reddendum erat ei in cuius ædes rudera decidiſſent, per quod vicinus compellebatur AVT TOLLERE, AVT TOTAS ÆDES PRO DERELICTO HABERE, L. Prætor ait §. vlt. D. eodem.

In Aquæ pluuiæ arcendæ Actione, OFFICIVM IVDICIS hoc erat, vt ſi quidem à vicino ōpus factum eſſet, cum IVBERET RESTITVERE, DAMNVMQVE

SARCIRE, ſi quid poſt litem conteſtatam contigiſſet. Quod ſi ante litem conteſtatã damnum contigerat, tantùm OPVS RESTITVERE debebat: non etiam DAMNVM SARCIRE, L. ſi tertius §. officiũ D. de aq. & aq. pl. Et is quidẽ qui ipſe fecerat quo aqua pluuia aduerſario noceret, aut qui heres extiterat ei qui fecerat, cogebatur SVA IMPENSA OPVS TOLLERE. Si verò id ab alio qui ad eum non pertinebat, factum eſſet, ſatis erat PATI VT TOLLERET, d. L. ſi tertius §. Celſus. Is planè cum quo aquæ pluuiæ arcendæ agebatur, QVOD OPVS FECISSET, licet CEDERE LOCO paratus eſſet, cogebatur accipere iudicium, quoniam & ſuo nomine conueniebatur, VT OPVS TOLLERET. Bonæ fidei verò emptor, & ceteri ſucceſſores, non RESTITVERE OPVS, ſed tantùm PATIENTIAM PRÆSTARE debebant, L. is cum quo & L. emptor D. eod. Igitur & ſi FVNDO CEDERET emptor, audiẽdus erat: Plus enim præſtabat, d. L. Is cum quo. Æſtimationem autem Iudex faciebat ex rei veritate, hoc eſt, eius damni quod apparuerat datum, d. L. ſi tertius §. vlt. Sanè ſi poſt hoc iudicium ſuſceptum, fundum alienaſſet is, cum quo de præterito damno, & de OPERE RESTITVENDO actum erat: id ſtatuere Iudex debebat, quod iudicaſſet, ſi nulla alienatio facta eſſet. Nihilominus enim iudicium manebat, & in id damni ratio veniebat, etiam eius quod alienationem contingebat, L. quamquam §. 1. D. eod. Sed ſi colonus, procuratórve ignorante domino opus feciſſet, dominus fundi nihil amplius, quam PATIENTIAM PRÆSTARE debebat. Colonus autem & procurator interdicto Quod vi aut clàm, impenſam quoque reſtituendi operis, & damnum, ſi quod ex eo datum fuerat, præſtare cogebantur, d. L. quamquam §. Idem Iulianus & §. vlt. & L. ſi colonus D. eod. Si vero fundus in quo opus factum erat, ad plures pertineret, & cum vno ageretur, is pro parte ſua, & DAMNI DATI & OPERIS NON RESTITVTI nomine DAMNABATVR. At ſi is fundus cui aqua pluuia nocebat, plurium eſſet, agere quidem vel ſinguli poterant: Damni tamen quod poſt litem conteſtatam datum eſſet, non amplius parte ſua quiſque conſequebatur. Item ſi OPVS RESTITVTVM non eſſet, non amplius quam quod pro parte eorum interfuerat, OPVS RESTITVI, condemnatio fiebat, L. ſuprà iter §. officium D. eo.

In hoc verò Iudicio futurum damnum veniebat, vt & in Actione Damni infecti: de eo verò quod poſt ſententiam Iudicis futurum erat, DAMNI INFECTI CAVERI oportebat: vel ita Opus Reſtituẽdum erat, vt nullum periculũ damni ſupereſſet, L. Antæus §. in hoc D. eo. Si vicinus loci ſuperioris ſulcos trãſuerſos aquarios in eo feciſſet, per quos ad inferiorẽ aqua deflueret, per ARBITRVM AQVÆ PLVVIÆ ARCENDÆ COGI poterat, VT EOS OPERIRET. Sed & ſi foſſas feciſſet, ex quibus aqua pluuia poſſet nocere, Arbiter, ſi appareret futurũ, vt aqua pluuia noceret, cogere poterat eum FOSSAS EXPLERE: & niſi faceret, condemnare, L. vicinus D. eod.

In Liberali Iudicio, ante omnia quærebatur, quis actoris, quis rei partes ſuſtineret. Nam vt Vlpian. ait in L. liberis §. vlt. D. de liber. cau. ſi quis ex ſeruitute in libertatem proclamaret, petitoris partes ſuſtinebat: Si vero ex libertate in ſeruitutem peteretur, is partes actoris ſuſtinebat, qui ſeruum ſuum dicebat. Igitur cum de hoc incertum erat, vt poſſet iudicium ordinem accipere, hoc ante, apud eum qui de libertate cogniturus erat, diſceptabatur, vtrum ex libertate in ſeruitutem, aut contrà ageretur. Et ſi fortè apparuiſſet eum qui de libertate ſua litigabat, IN LIBERTATE SINE DOLO MALO FVISSE, is qui ſe dominum dicebat, actoris partes ſuſtinebat, neceſſéque habebat, SERVVM SVVM PROBARE. Quod ſi PRONVNTIATVM FVISSET, EO TEMPORE QVO LIS PRÆPARABATVR IN LIBERTATE EVM NON FVISSE, ipſe qui de libertate ſua litigabat, debebat SE LIBERVM PROBARE, L. liberis §. vlt. L. quod autem D. de liber. cau. Probatio autem ad id tempus referebatur, quo primum in ius aditum erat, L. igitur ſciẽdum §. & generaliter D. eo. tit. Cum vero in obſcuro erat, in quo fuerat ſtatu is qui pro libertate ſua litigabat, prior audiendus erat, probare volens ſeipſum in libertatis eſſe poſſeſſione, L. ſi in obſcuro D. eo. Similiterq; is cui neceſſitas probandi de ingenuitate ſua non incũbebat, ſi ipſe vltro probare deſideraret, audiendus erat, L. cui neceſſitas D. eo. Poſt ordinatum autem Liberale iudicium, liberi loco habebatur is qui de ſtatu ſuo litigabat, L. ordinata, & L. ſi cui D. eo. tit. Quòd

ſi is

ſi is qui alicui ſtatus controuerſiam faciebat, die cognitionis defuiſſet, rem & cauſam amittebat. Exiſtimat tamen Vlpianus, rectè atque ordine facturos Iudices, ſi hanc formam ſequerentur, vt vbi deeſſet is qui in ſeruitutem petebat, electionem aduerſario deferrent, vtrum mallet COGNITIONEM CIRCVMDVCI, an audita cauſa ſententiam proferri. Et ſi cognouiſſent, pronuntiare debebant, SERVVM ILLIVS NON VIDERI. Quòd ſi ex ſeruitute in ingenuitatem ſe allegaret, melius facturos, ſi cognitionem circumduxiſſent, ne ſine aduerſario pronuntiarent INGENVVM VIDERI. Si verò is qui pro ſua libertate litigabat deeſſet, contradictor verò præſens eſſet, melius fore ipaugeri cauſam eius, ſententiámque proferri vt ſecundum quod liqueret, contrà, vel ſecundum libertatem daret, L. Diui §.1. D. eod. Domino vero qui obtinuerat, SERVVM ABDVCERE licebat, nec cogebatur pro eo litis æſtimationem accipere, L. duobus, & L. dominus, D. eodem tit. Iudex autem qui de libertate cognoſcebat, etiam de rebus amotis, damnóve magno facto cognoſcere debebat, L. in obſcuro, D. eod. Ceterùm ſi quis LIBERTATEM EX TESTAMENTO SIBI COMPETERE DICERET, non debebat Iudex de libertate ſententiam dicere, ne præiudicium de teſtamento cognituro fieret. SVMMATIM VERO ÆSTIMANDVM ERAT, an fortè BONA FIDE IMPLORARETVR IVDICIVM DE TESTAMENTO: Quo cognito, PRÆSTITVENDVM ERAT MODICVM TEMPVS, INTRA QVOD SI NON ESSET CONTESTATVM, IVBEBATVR IVDEX LIBERTATIS, PARTIBVS SVIS FVNGI. Quoties autem quis patiebatur controuerſiam libertatis & hereditatis, ſi ſe non ex teſtamento liberum diceret, ſed aliàs vel à viuo teſtatore manumiſſum, non debebat impediri liberalis cauſa, licet iudicium de teſtamento moueri ſperaretur, dummodo PRÆDICERETVR IVDICI LIBERALIS CAVSÆ, NE VLLVM ADMINICVLVM LIBERTATIS EX TESTAMENTO ADMITTERET, L. ſi quis libertatem D. de heredit. pet. Si plures ſibi dominium ſerui vindicarent, DICENTES ESSE COMMVNEM aut ſi alter vſumfructum totum, alter proprietatem ſerui vindicaret, item ſi alter SVVM, alter SIBI PIGNERATVM ESSE DICERET, ad eundem Iudicem mittebantur, L. cognitio §.1. & §. vlt. & L. ſi pariter D. de liber. cau.

Dos ſoluto matrimonio à patre & à filia quæ in eius poteſtate erat, ſimul repetebatur. Eam enim non aliter quàm ex voluntate filiæ petere, nec per ſe nec per procuratorem pater poterat: ſed adiuncta filiæ perſona experiebatur: Alioquin dotis actio filiæ non erat adempta, quandoque ſui iuris fuiſſet facta, L. 11. D. ſol. matrim. Itaque cum ex facto Modeſtinus conſuleretur, quo proponebatur, inuita filia patrem de dote egiſſe, ita reſpondit, NON ESSE CONSVMPTAM DE DOTE ACTIONEM MVLIERI, CVM PATRI SVO NON CONSENSERIT, *vtique non ignoras*, L. Titia cum, § qui inuita, D. de legat. 11. Voluntate autem filiæ pater de dote agere cenſebatur, ſi vel conſentiente ea, vel non contradicente ageret. Sed ſi abſens filia eſſet, CAVERE debebat PATER RATAM REM FILIAM HABITVRAM, L. 11. D. ſolu. matrim. Si tamen omiſſa eſſet DE RATO SATISDATIO, & filia heres patri extitiſſet, vel in legato tantum accepiſſet, quantum dotis ſatis eſſet, ei denegabatur actio, L. ſi cum dotem §. ſi pater D. eod. tit. Eo autem tempore conſentire filiam patri oportebat, quo lis conteſtabatur. Itaque ſi filia dixiſſet, ſe patri conſentire, & ante litis conteſtationem mutaſſet voluntatem, vel etiam emancipata eſſet, fruſtra pater agebat, d. L. ſi cum dotem §. ſi patri & §. ſeq. Sed ſi pater FILIAM IN SVA POTESTATE ESSE DICERET, ideóque DOTEM SIBI REDDI POSTVLARET: ipſa verò SE MATREMFA. DICERET, & DE DOTE AGERE VELLET, IVDICIS PARTES ERANT, vt patri niſi probaret FILIAM non ſolùm IN SVA POTESTATE ESSE, ſed etiam CONSENTIRE SIBI, actio denegaretur, L. Titia D. eo.

Vice verſa etiam, filiafa. poſt ſolutum matrimonium, dotem citra patris voluntatem petere non licebat: & ſi eo inſcio exactam dotem communem ea conſumpſiſſet, patri, mortua & viua ea ACTIO ſupererat, VT DOS IPSI SOLVERETVR, L. ſi cum dotem §.1. D. eod. Si tamen patri eo loci vbi dos petebatur propter condemnationem

eſſe non liceret, filiæ agendi poteſtas fiebat, ita tamen vt CAVERET PATREM RATAM REM HABITVRVM, d. L. ſi cum dotem §. ſi patri. Et quidem ſi pater furioſus eſſet: aut eius curator voluntate filiæ dotem petebat, aut ſi curatoris copia non eſſet, ipſi filiæ DE RATO CAVENTI AGERE PERMITTEBATVR, d. L. ſi cum dotem §. ſi ſoluto & L. ſi filia D. de ſolutionib. Cùm verò procurator à patre voluntate filiæ datus litem de dote conteſtatus erat, re ſecundum eum iudicata, ſi poſtea pater deceſſiſſet, IVDICATI ACTIONEM filiæ potius, quam patris heredibus DARI oportebat, L. ſi marito §. ſi voluntate D. ſol. mat.

Maritus autem per Iudicem qui de dote cognoſcebat, cogebatur aut DOTEM quã ipſe exegerat REDDERE, aut ACTIONES quas aduerſus ſocerum, ipſamve mulierem habebat, PRÆSTARE, L. ſi ſocer §. 1. D. ſolu. matrim. Nec verò vt Vlpian. ait in L. ſi extraneus D. de iur. dot. Iudex propitiis auribus audiebat mulierem dicentem, CVR PATREM QVI DE SVO DOTEM PROMISERAT, NON VRGERAT AD EXOLVTIONEM. In reddenda vtique dote maritum DE DOLO MALO ET CVLPA CAVERE oportebat: Quòd ſi dolo malo feciſſet, quominus reſtituere poſſet, DAMNANDVS ERAT, QVANTI MVLIER IN LITEM IVRASSET, L. ſi filioſa. §. 1. D. eo. Et ſi qui ſeruorum dotalium in fuga erant, CAVERE debebat maritus, SE EOS VIRI BONI ARBITRATV PERSECVTVRVM ET RESTITVTVRVM, d. L. ſi filioſa. §. ſi qui. Sed ſi vir in quinquennio locaſſet fundum, & poſt primùm fortè annum diuortium interueniſſet, nõ aliàs fundum mulieri reddi oportebat, quàm ſi CAVISSET, SI QVID PRÆTER VNIVS ANNI LOCATIONEM MARITVS DAMNATVS ESSET, ID SE PRÆSTATV IRI, d. L. ſi filioſa. §. vlt. Si vir voluntate mulieris non tamen donandi animo, ſed negotio inter eos geſto, dotales ſeruos manumiſiſſet, OFFICIO IVDICIS CAVERE cogebatur, RESTITVTVRVM SE MVLIERI, QVIDQVID AD EVM EX BONIS LIBERTI, VEL EX OBLIGATIONE PERVENISSET, L. ſi conſtante §. ſi vir D. eo. Ceterùm ſi vxor rem viri eo prohibente commodaſſet, eáque periſſet, deductio eius ſtatim fiebat ex dote: ſi verò non prohibuiſſet eam commodare, ARBITRIO IVDICIS, modicum tempus, ei cautionem præbenti, indulgebatur, d. L. ſi conſtante §. ſi vxor. Quotiens autem mulieri de ſolutione dotis poſt certum tempus ſatiſdãdum erat, ſi maritus ſatiſdare non poſſet, tunc deducto commodo temporis; condemnatio reſidui repræſentabatur. Sed ſi cum maritus ſatiſdare poſſet, nollet: in ſolidum condemnabatur, non habita ratione commodi temporis. IVDICIS igitur OFFICIO conueniebat, vt aut ſatiſdatione interpoſita abſolueret maritum, aut habita ratione compenſationis, eum condemnaret, d. L. ſi conſtante §. quotiens. Si bona mulieris pro parte publicata eſſent, ſupererat ei reliquæ partis dotis exactio. Quinimo, & ſi poſt litem conteſtatam publicata eſſet pro parte dos, ARBITRIVM IVDICIS ad partis condemnationem faciendam ſufficiebat, L. quotiens §. vlt. D. eod. Iudicis etiam qui de dote cognoſcebat, partes perſtringit Paul. in L. ſin autem §. in rem D. de rei vindic. Arbitrum autem dotis recipetandæ yſurarum quoque rationem habuiſſe docet Marcellus in L. Titia cum D. de ſolutionib.

Enimuero ſi maritus neceſſarias impenſas in res dotales facere omiſiſſet, IVDEX EVM DAMNABAT, QVANTI MVLIERIS INTERFVERAT EAS IMPENSAS FIERI, L. & in totum D. de impenſ. in res dot. fac. Contrà in iudicio dotis, maritus impenſas à ſe in res dotales factas reputabat: Quarum ratio habebatur & ſi res malè geſta eſſet, d. L. & in totum. In ædificandis tamen ædibus, & in reponendis propagandíſque vineis, & in valetudine mancipiorum modicas impenſas non debebat ARBITER REI VXORIÆ CVRARE, L. omnino D. eo.

Nec OB IMPENSAS modò, ſed & iure antiquo, OB RES DONATAS & OB RES AMOTAS, OB LIBEROS, OB MORES, Retentio dotis marito dabatur, L. vn. §. taceat C. de rei vxor. actio. L. Rei, §. 1. D. ſolu. matrim. PROPTER LIBEROS retentio fiebat, ſi CVLPA mulieris aut patris cuius in poteſtate erat, diuortium factum eſſet. Tunc enim ſingulorum liberorum nomine SEXTÆ retinebantur ex dote: non plures tamen, quam tres SEXTÆ in retentione erant,

non

non in petitione, vt tradit Vlp. Tit. de dôtibus. Huc pertinet quod Cicero in Topic. ita ſcribit: Si *viri* CVLPA *factum eſt diuortium, etiam ſi mulier nuntium remiſit, tamen* PRO LIBERIS *manere nihil oportet.* Vbi Boëtius. *Ciuitatis,* ait, *Ro. iure, liberi retinentur in patrum arbitrio, vſque dum tertia mancipatione ſoluantur. Ergo ſi quando diuortium interceßiſſet* CVLPA MVLIERIS, *parte quadam dotis,* PRO LIBERORVM NVMERO MVLTABATVR. *De qua re Paulus Inſtitutorum lib.* II. *Tit. de dotibus, ita diſſeruit: Si diuortium eſt matrimonij, & hoc* SINE CVLPA MVLIERIS *factum eſt: dos integra repetetur: Quod ſi* CVLPA MVLIERIS *factum eſt diuortium, in ſingulos liberos* SEXTA *pars dotis à marito retinetur, vſque ad mediã partem duntaxat dotis. Quare quoniam quod ex dote conquiritur, liberorum eſt, qui liberi in patris poteſtate ſunt: id apud virum neceſſe eſt permanere. Facto igitur diuortio contenditur,* AN DOTIS PARS PRO LIBERIS, *id eſt vel liberorum cauſa, vel quia* PRO NVMERO LIBERORVM *retinebatur,* APVD VIRVM DEBEAT PERMANERE. *Hic ſubiectum quidem eſt, factum diuortium à muliere nuntiatum. Prædicatum vero, apud virum* SEXTÆ *partis dotis, poſt diuortium permanſio. Quæſtio, an poſt diuortium factum,* MVLIERE NVNTIVM REMITTENTE, SEXTAM DOTIS PARTEM APVD VIRVM MANERE *oporteat.* Sed & pactis dotalibus interdum cautũ fuiſſe vt DOS LIBERORVM NOMINE APVD MARITVM RESIDERET, oſtẽdit, L. ſi dotali, D. ſol. mat. Pro liberis autẽ nihil ex dote remanere oportuiſſe, vbi ius cõnubij nõ erat, Cic. Topic. docet. MORVM autẽ nomine, GRAVIORVM quidem, (quo loco, Adulteria tantùm habebantur) SEXTÆ retinebantur: LEVIORVM autem, quales erant omnes reliqui, OCTAVA, vt idem Vlpianus auctor eſt: qui hoc amplius docet, mariti quoque mores non vxoris tantùm punitos. Propter maiores enim mores, dotem præſentem reddebat, quæ alioquin die certa reddenda erat: Propter minores verò, ſenum menſum die. Vbi autẽ ea dos erat, quæ præſens reddi ſoleret, tantùm ex fructibus iubebatur reddere, quantum in illa dote quadriennio reddebatur. De MORIBVS etiam inter virum & vxorem AGEBATVR, L. illud, D. de pact. dotalib. erátque inter eos ea de re Iudicium conſtitutum in quo inuicem mores vir & vxor accuſabant: cuius Iudicij fit mentio in Rubrica de Repudiis & iudicio de morib. ſub. in Cod. Iuſtinia. & L. vlt. eo. tit. necnon in L. 1. C. Vict. ciuilit. crim. ag. in C. Th. & L. vlt. de inceſt. nupt. eo. In eo autem iudicio quærebatur, VTRIVS CVLPA DIVORTIVM FACTVM ESSET. Papinian. in L. viro, D. ſolu. matrim. *Viro atque vxore* MORES *inuicem* ACCVSANTIBVS, CAVSAM REPVDII DEDISSE VTRVMQVE, PRONVNTIATVM EST. Idem Papinian. in L. miles, §. vlt. D. de adulter. *Ream adulterij vxorem duxi: Eam damnatam mox repudiaui. Quæro, an* CAVSAM DISCIDII PRÆSTITISSE *videor? Reſpondit, cum per legem Iuliam huiuſmodi vxorem retinere prohibearis, non videri* CAVSAM TE DISCIDII PRÆSTITISSE, *palam eſt. Quare ius ita tractabitur,* QVASI CVLPA MVLIERIS FACTO DIVORTIO. In eiuſmodi verò iudicio cõpenſationem Morum admiſſam indicat, d. L. viro. Vnde Scæuola in L. cũ mulier, D. ſol. matr. *Cùm mulier viri lenocinio adulterata fuerit, nihil* EX DOTE RETINETVR. *Cur enim improbet maritus* MORES, *quos ipſe ante corrupit, aut poſtea probauit?* Marcellus in L. Lecius, D. eo. *Et probetur* CVLPA MVLIERIS MATRIMONIVM DISSOLVTVM, *an poßit maritus* PROPTER CVLPAM MVLIERIS DOTEM RETINERE. Et hæ ſunt POENÆ DISCIDII, in L. Non vt à patre, D. de captiu. & poſtlim. Pœnas enim legibus fuiſſe comprehenſas, vbi alterutrius coniugum CVLPA, DIVORTIVM FIEBAT, ait L. ſi ita ſtipulatio, D. de verb. oblig. Inde eſt quod Vlpian. in L. ſi ex cauſa, §. nunc videndum, D. de minorib. *Si mulier,* ait, *cum* CVLPA DIVERTISSET, *velit ſibi ſubueniri, vel ſi maritus, puto reſtitutionem non habendam.* Ideóque in ſtipulatione de reddenda dote, condicioni addebatur, vt SI DIVORTIVM SINE CVLPA MVLIERIS FIERET, DOS OMNIS REDDERETVR, RESTITVERETVRQVE, L. Caius, D. ſol. mat. Eadem de cauſa, in ſpecie, L. ſi ſocer, §. 1. D. ſol. matr. CVLPA MARITI DIVORTIO FACTO ſolutum matrimoniũ proponitur, propterea quod aliter dotis integræ repetitio nõ erat. Exẽplũ autẽ ſentẽtiæ in huiuſmodi iudiciis præbet Plin. lib. XIIII. cap. XIII. his verbis, *C. Domitius Iudex pronuntiauit* MVLIEREM VIDERI PLVS VINI BIBISSE, QVAM VALETVDINIS CAVSA, VIRO INSCIENTE, AC DOTE MVLTAVIT. Eiuſdẽ generis eſt Marij ſentẽtia quæ à Valer. Max. lib. VIII. cap. II. refertur. Nã cum C. Titinius Minturnẽſis, Fanniã

vxorem,quam impudicam de induſtria duxerat, eo crimine repudiatam dote ſpoliare conaretur, C.Manus ſumptus inter eos Iudex, cùm cognouiſſet, Titinium Fanniæ patrimonio ioſidias ſtruentem impudicæ coniugium expetiſſe, Mulierem impudicitiæ reã, ſeſtertio nummo, Titinium ſumma totius dotis damnauit. Quod ita Plutarchus in Mario narrat. Καὶ κατατίθεται τὸν Μάριον εἰς οἰκίαν Φαννίας γυναικὸς οὐκ εὐμενῶς δοκούσης ἔχειν πρὸς αὐτὸν, ἐξ αἰτίας παλαιᾶς. ἦν γὰρ ἀνὴρ τῇ Φαννίᾳ Τιτίνιος· τούτου διαστᾶσα, τὴν φερνὴν ἀπῄτει λαμπρὰν οὖσαν. ὁ δὲ μοιχείας ἐνεκάλει. Καὶ γίνεται Μάριος ὑπατεύων τὸ ἕκτον δικαστής. ἐπεὶ δὲ τῆς δίκης λεγομένης, ἐφαίνετο καὶ τὴν Φαννίαν ἀκόλαστον γεγονέναι, καὶ τὸν ἄνδρα τὴν φερνὴν ἐκέλευσεν ἀποδοῦναι, τῆς δὲ γυναικὸς ἀτιμίας ἕνεκα τῇ καταδίκῃ χαλκοῦς τέσσαρας προσετίμησεν.

Ceterùm præter Retentionem ob res Amotas, etiam rerum Amotarum Actio viro aduerſus mulierem vltro competebat. Quò iudicio dãnata mulier, ſi res quas amouerat non redderet, æſtimari debebat, QVANTI IN LITEM VIR IVRASSET: Nec debebat pro euictione promittere vir, cum ex contumacia mulieris id ita accideret, L. ſi cum dos, §.vlt.& L. Ideo, D. ter, amotar. In eo verò iudicio, COMMODI, SI QVOD AMOTIS REBVS VIR AMISISSET, ratio habenda erat, L.ſi mulier, §. Rerum, D.eod. tit. Et licet aliàs quatenus facere poſſent, condemnatio fieret, in hoc tamen iudicio, nec viro, nec mulieri proderat, SI FACERE NON POSSENT: pendebat enim id ex Furto, L. ſi mulier, §.vlt. D.rer.amotar. L.ſi rerum, D.de re iud.

In Iudicio Tutelæ, rationem tutor reddebat in omnibus quæ vel fecerat, cùm facere non deberet, vel non fecerat, cum facere deberet: præſtando dolũ, culpam, & quantam in ſuis rebus diligentiam. In hoc vero Iudicio de ſeruis quoque interrogationes, ſed & quæſtiones habendę erant, & hoc OFFICIO IVDICIS CONVENIRE placuit, L.1.§.de ſeruis, D.de tutel.& rat.diſtr. Non tantùm autem ante condemnationem ſed etiam poſt, DESIDERARE Tutor poterat, MANDARI SIBI ACTIONES ADVERSVS CONTVTOREM PRO QVO CONDEMNATVS ERAT, d.L.1.§.non tantùm. Si tutelæ vel negotiorum geſtorum ageretur, incerto hoc quantum ab aduerſariis deberetur Tutori, procuratorive: ARBITRATV IVDICIS CAVENDVM ERAT, QVOD EO NOMINE EIS ABESSET, L.ſi tutelæ, D.eo. Sumptuum autem qui bona fide in Tutelam, non in ipſos Tutores facti eſſent, ratio haberi ſolebat, L.à tutoribus, §.vlt.D.de adm. tutor. Itaque tutor, ſi plus in pupillum impendiſſet, quam eſſet in facultatibus, Iudicem qui contrario Iudicio cognoſcebat, ſpectaſſe, an pupillo expediſſet ita rem adminiſtrari, & an tutor ex officio ſumptus feciſſet, ait, L. 1. §. vltimo, & L.quid ergo, D. de contrar. tut. L.1.§. vltimo. Si tutor dolo inuentarium non feciſſet DAMNABATVR IN ID QVOD PVPILLI INTERERAT, quod iureiurando in litem æſtimabatur, L. tutor qui repertorum, D.de adminiſtr.tut. In tutelæ iudicio non erat audiendus tutor, cùm DICERET, IDEO CESSASSE PECVNIAM PVPILLAREM QVOD IDONEA NOMINA NON INVENIRET, SI ARGVERETVR eo tempore ſuam pecuniam bene collocaſſe, L. tutor ſecundum, §.1.D.de adminiſtr. tut. Cùm vero in eo iudicio quærebatur, quæ nomina à tutore facta agnoſcere pupillus deberet, poterat tutor eam condicionem adoleſcẽti deferre, VT ID QVOD GESSISSET TVTOR IN CONTRAHENDIS NOMINIBVS, AVT IN TOTVM AGNOSCERET, AVT A TOTO RECEDERET, L.cum quæritur, D.eodem. Quòd ſi fortè tutor pecunias pupilli nomine credidiſſet, quarum exigendarum dies nõdum venerat, in tutelæ iudicio creditæ pecuniæ dies expectandus erat, ſi quidem tutor potuerat & debuerat credere, L.ſi tutelæ, D.eod. OFFICIO IVDICIS QVI tutelæ cognoſcebat, congruebat reputationes tutoris non improbas admittere. Vt putà, SI DICERET IMPENDISSE IN ALIMENTA PVPILLI VEL DISCIPLINAS. Modus autem, ſi eũ Prætor non ſtatuiſſet, pro modò facultatum pupilli, debebat arbitrio iudicis æſtimari, L.11. D.vbi pupill.educ.vel mor.deb.

Si minoris actum eſſet cum tutoribus, adſiſtentibus curatoribus, pupillo ob hoc agente cum curatoribus; ei CONDEMNABANTVR IN ID QVOD SVA INTERERAT MINORIS TVTORES CVLPA EORVM CONDEMNATOS ESSE. Curatores verò ſi nondum iudicatum feciſſent, poterant prouocantes, per exceptionem doli CONSEQVI, VT EIS MANDA-

MANDARENTVR ADVERSVS TVTORES ACTIONES, L.ſi minoris, D.de adminiſtr.tut. Si ſine herede tutor deceſſiſſet, & neque inuentaria, neque alia inſtrumenta à fideiuſſore eius exhiberentur, poterat fideiuſſor conueniri ex ſtipulatione, QVANTI PVPILLI INTERERAT, L.ſine, D.eod.

Ob dolũ autẽ malum vel culpam tutoris pupillus quidẽ poſſeſſor condemnabatur, ſed non quãti actor in litem iuraſſet. Et ita demum, ſi rem à tutore pupillus ſeruare poſſet, L.1.D.quan.ex fac.tur. Si pupillus contra tutores eorũmque fideiuſſores Iudicẽ accepiſſet, Iudice defuncto, priuſquam ad eum iretur, & altero Iudice contra ſolos fideiuſſores dato, OFFICIO COGNOSCENTIS conueniebat, ſi tutores ſoluendo eſſent, & adminiſtratio non diſpar, ſed communis fuiſſet, portionum nullam admittere rationem ex perſona tutorum, L.pupillus, D.de fideiuſſorib. tut. In tutores verò curatoréſque finito officio non dabatur Iudicati actio, L.poſt mortem, D.quan.ex fac.tut. Et vice verſa ſi ſecundum tutorem Iudicatum eſſet, iudicati actio ad pupillum transferebatur, L.tutor interpoſito, D.quan.ex.fac.tut.

Vſuras eius pecuniæ, quam pupillarem agitauerat, præſtare debebat heres tutoris. Quantas autem & cuius temporis vſuras præſtare deberet, ex bono & æquo conſtitui ab Iudice oportebat, L. cùm oſtendimus, §. vſuras, D. de fideiuſſorib. & nominator. tutor.

De Officio etiam Iudicis quẽ in cauſa legati datum, ait L.ſi quod ex Pamphila, D. de legat.ij.tractemus. Legatarius vel rem ſibi legatã vindicare, & SVAM ESSE PETERE poterat, vel iure pignoris perſequi, vel EX TESTAMENTO AGERE, EAM SIBI DARI OPORTERE, L.non quocumque, §.ſi ex bonis, D.de legat.1. In poteſtate autem eius erat qua actione vti vellet, L.ſi ſeruus, §.cùm homo, D.de leg.1. Variis enim actionibus legatorum ſimul legatarius vti non poterat: quia legatum datum in partes diuidi non poterat: Nec ea mente legatariis cõceſſum erat pluribus actionibus vti: ſed vt laxior eis agẽdi facultas eſſet, ex vna interim quæ fuiſſet electa, legatũ petere, L.cum filius, §.variis, D. de legat.ii. Quod ſi legatarius antequam conſtituiſſet qua actione vti vellet, deceſſiſſet, duobus heredibus relictis, hi legatum accipere, ſimul venientes, niſi cõſenſiſſent, non poterant. Quare quamdiu alter rem vindicare volebat, alter in perſonam agere non poterat: ſed ſi conſenſiſſent, rem communiter habebant. Conſentire autem vel ſua ſponte debebant, vel Iudice imminente, L.huiuſmodi, §.vlt. D.de leg.1. Duobus verò ſi coniunctim fundus legatus eſſet, etiam ſi alter vindicaret, alter ex teſtamento ageret, non plus quam partem habebat is qui ex teſtamẽto agebat. Itaque ſi partis æſtimationẽ alter Actione ex teſtamento abſtuliſſet, alter poſtea fundum totum vindicans, exceptione doli pro parte dimidia repellebatur, L.ſi pluribus & L.duobus, D.eo. Sed ſi teſtator vtrumq; legatariorum ſolidum accipere voluiſſet, vni PRETIVM, ALII IPSA RES aſſignabatur, electione rei vel pretij ſeruanda ei, qui prior de legato ſeu de fideicommiſſo litem conteſtatus fuiſſet: ita tamen, vt non haberet licentiam altero electo, ad alterum trãſire, d.L. ſi pluribus.

Legatario puero, ſi is propter incertam detractionem, quæ legis Falcidiæ beneficio ex legatis fieri debebat, iuſtam haberet ignorantiam, quotam partem rei ſibi legatæ vindicare deberet, incertę partis vindicatio dabatur, L.quæ de tota, §.1.D.de rei vindic. Peculio vtrique legato, ſi id in corporibus eſſet, & nihil ſeruus domino, vel conſeruis liberiſve domini deberet, integra corpora vindicabantur. Sin verò eſſet, quod domino vel ſupradictis perſonis deberetur, domini ſingula corpora pro rata debebant, L.ſi peculium, D. de pecul. leg. Mulier cui vir ſemel penũ heredem dare, & ſi in non dediſſet, nũmos dare, damnauerat, pecuniam petere poterat: penus verò in præſtatione erat. Habebat igitur heres oblationem tamdiu quamdiu lis de pecunia eum eo conteſtata eſſet. Quod ſi in annos ſingulos penus legata eſſet, per ſingulos annos penus adhuc poterat præſtari. Sin minus, ſummæ per ſingulos annos petebantur, L.1. D.de penu. leg. L.1.§.Item ſi ita, D.ad L.Falcid.L.cum ſine & L.ſi penum, D.quando dies legator. Porro etiãſi res tradita fuiſſet, quæ legata erat, quamdiu aliquid iuri rei deerat, adhuc tamen ipſa res petenda erat: vt putà, poterat FVNDVS PETI, licet traditus eſſet, ſi ius quoddam cautionis ſupererat, L.etiam, D.de ſolutionib.

Sed & ſi ſine iudicio præſtita res legata euincebatur, poterat nihilominus ex Teſtamento peti: At ſi iudicio petita eſſet, OFFICIO IVDICIS CAVTIO neceſſaria erat, vt eſſet ex ſtipulatu actio, L. ſi domus, §. 1. D. de leg. 1. Is planè cui rerum depoſitarum electio relicta erat, & AD EXHIBENDVM cum eo apud quem depoſitæ erant, AGERE poterat: & cùm herede, VT IS DEPOSITI AGENDO, FACVLTATEM ELIGENDI SIBI PRÆSTARET, L. ſi tibi, §. vlt. D. de optio. leg. Sed & is cui centum amphoræ, quas vellet, legatæ erant, EX TESTAMENTO AGENDO CONSEQVI poterat, VT DEGVSTARE SIBI LICERET, aut QVANTI INTERFVISSET, LICERE SIBI DEGVSTARE, AD EXHIBENDVM AGERE poterat, L. 11. §. vlt. D. de Trit. vino & ol. Mancipiorũ vtique optione, vel electione legata decernere debebat Prætor, NISI INTRA CERTVM TEMPVS AB IPSO PRÆFINITVM LEGATARIVS ELEGISSET, ACTIONEM LEGATORVM EI NON COMPETERE. Quo die finito, denegabat Prætor mancipiorum alienatorum, manumiſſorúmve vindicationem, L. Mancipiorum, D. de opt. leg. Pari modo ſi vni electio ſerui, & alij reliqui legati eſſent, decernendum erat à Prætore, NISI INTRA CERTVM TEMPVS OPTASSET IS CVI OPTIO LEGATA ERAT, PETITIONEM EI NON DATV IRI, L. ſi tibi, D. eo. tit.

Legatorum autem petitio aduerſus heredes pro partibus hereditariis cõpetebat, nec pro his qui ſoluendo non erant, onerari coheredes oportebat, L. legatorum petitio, D. de legat. 11. Quòd ſi à pluribus heredibus legata relicta eſſent, eáque vnus ex his præcipere & præſtare iuſſus eſſet, in poteſtate erat legatariorum, vtrúmne à ſingulis heredibus petere vellent, an ab eo qui præcipere iuſſus eſſet. Itaque is qui præcipere iuſſus erat, coheredibus CAVERE debebat INDEMNES EOS PRÆSTARE, L. ſi à pluribus, D. de legat. 1.

Bonorum certè parte legata heredi ſuccurrebatur, vt ipſe eligeret, ſiue rerum quæ ſine damno diuidi poſſent, partes, ſiue æſtimationem dare mallet. Poterat autẽ vel paucioribus vel in vna re partem relictam legatario dare, in quam vel legatarius conſenſiſſet, vel Iudex æſtimaſſet, ne neceſſe haberet legatarius in omnibus rebus vindicare portionem, L. non ampliùs, §. 1. & L. poteſt, D. de leg. 1.

In actione autem ex teſtamento, fructus in petitionem deducebantur, non quos heres perceperat, ſed quos legatarius percipere potuiſſet. Item vſuræ, quarum modum IVDEX ÆSTIMABAT, ſtatuebátque morem regionis ſequens, L. cùm ſeruus, §. fructus, D. de lega. 1. Et cùm homo ex teſtamento petitus erat, cauſam eius temporis quo lis conteſtabatur, actori repræſentandam fuiſſe, ait L. quæſitum, §. vlt. D. eo. Legato verò petito, in litem iuratum ob heredis contumaciam oſtendit, L. cùm pater, §. 1. D. ad L. Falcid. Porrò vbi & quo loci ab herede præſtanda eſſet, res legata, traditur in L. cùm res, D. de legat. 1. L. Quòd legatur, D. de Iudiciis. Sed ſi inter duos dubitaretur de eodem legato cui potius dari oporteret, & heres ſoluere paratus eſſet, deinde ambo defendere heredem parati eſſent, eligere debebat heres cui ſolueret vt ab eo defenderetur, L. ſi quis ſeruum, §. ſi inter & §. vlt. D. de leg. 11.

Sanè in pecunia legata confitenti heredi Prætor ex bono & æquo modicum tempus ad ſolutionem dabat, vt ſuſcipere iudicium non vrgeretur. Sed ſi confiteretur ſe quidem debere, iuſtam autem cauſam adferret, cur vtique præſtare non poſſet, audiendus erat: vt putà, ſi aliena res legata eſſet, negarétque dominum eam vendere, vel immenſum pretium eius rei petere adfirmaret: aut ſi ſeruum hereditarium negaret ſe debere præſtare, fortè patrem ſuum, vel matrem, vel fratres naturales. Æquiſſimum enim erat concedi ei ex hac cauſa æſtimationem OFFICIO IVDICIS præſtare, L. ſi domus, §. in pecunia, D. de legat. 1.

Seruus autẽ vni ex heredibus vel extero legatus, ſi quid in hereditate malitioſè feciſſe diceretur, fortè rationes intercepiſſe, non aliter adiudicandus erat, quàm ex eo volentibus coheredibus quæſtio haberetur, L. ſeruus vni D. de leg. 1. Seruus etiam qui in negotio fuerat, legatus, non antè tradi debebat, quàm rationes explicaret: & ſi ad iudicium itum eſſet, Iudicis eædem partes eſſe debebant, L. ſeruo legato, §. ſi fundus, D. de leg. 1. Qui alimenta patris ſui libertus debebat, ſi pro alimentis vineas eis reliquiſſet, non aliter

eis

eis ex cauſa fideicommiſſi vineæ præſtandæ erant, quàm ſi teſtamenti obligatione heredes liberaſſent, L.cũ alimenta, §. 1. D. de alim. leg. Iam debitor cui liberatio legata erat, non tãtùm exceptione vti poterat, ſi ab eo peteretur, ſed & ſi nõ peteretur, agere poterat, VT LIBERARETVR PER ACCEPTILATIONEM. Hæc ita ſi ſolus eſſet debitor. Nã ſi cũ alio debitor eſſet, eique ſoli conſultũ teſtator vellet, agẽdo ex teſtamẽto cõſequebatur, nõ, VT ACCEPTO LIBERARETVR, ne etiã cõreus liberaretur cõtra teſtatoris voluntatẽ, ſed vt pacto liberaretur, L. III. §. nunc de effectu, L. ſi quis rem in prin. & §. Idẽ Iulianus, L. ſi damnatus, D. de liberat. leg. Si debitoris gratia vt ille liberaretur, creditori legatum eius teſtator reliquiſſet, agente creditore ex teſtamento, non aliter heres condemnari debebat, quàm ſi CAVERETVR EI ADVERSVS DEBITOREM DEFENSV IRI. Itẽ agente debitore nihil amplius heres præſtare debebat, quàm vt eũ aduerſus creditorẽ defenderet, L. III. §. vlt. & L. quid ergo, D. eo. tit.

Si is qui ſtipulatus erat Stichum aut decem, damnaſſet heredẽ Stichũ non petere actio ex teſtamento in hoc erat, VT DEBITOR ACCEPTO LIBERARETVR, L. nõ ſolùm autẽ §. 1. D. de liber. leg. Si ab impuberis ſubſtituto libertas relicta eſſet, pupilliſque litem cum debitore conteſtatus eſſet, ſubſtitutus actione ex teſtamento tenebatur in hoc vt remitteret actiones, L. non ſolùm autem; §. liberato, D. de liber. leg. Si colono ſuo dominus vſumfructum fundi quem is colebat, legaſſet, agebat colonus cum herede ita, vt Iudex cogeret heredem ex locationis actione eum liberare, L. cui vſusfructus in fi. D. de vſusfr. leg. In omnibus certè, vbi auctoritas ſola Teſtatoris erat, neque omnimodo ſpernenda; nec omnimodo obſeruãda ea erat: ſed interuentu Iudicis, debebãt res ſi non ad turpem cauſam ferrentur, ad effectum perduci, L. Quintus Mutius, §. vlt. D. de annu. leg. Officio etiam Iudicis legati incerti quantitatem, ſecundum patrimonij æſtimationem definiri poſſe tradit Celſus in L. quidam in teſtamento, D. de legat. II. Mentis quoque & voluntatis Teſtatorũ quæſtiones ad Iudicum notionẽ pertinuiſſe oſtendunt, L. non aliter, §. vlt. L. quæſitũ, §. Mæui. D. de legat. III. L. quæſitũ, §. ſed & ipſe Papinianus, D. de inſtr. vel inſtr. leg. Si heres cuius fidei cõmiſſum erat, vt Seio fundũ aut centum daret, fundum Titio vendidiſſet, Prætoris officio conueniebat, vt ſi centum Titius offerret, inhiberet fundi perſecutionẽ. Sed & aduerſus ipſum heredem, nõ alienato fundo, OFFICIVM PRÆTORIS SIVE ARBITRI tale eſſe debebat, vt ſi fundus nõ præſtaretur, neque pluris neque minoris, quàm centum æſtimaretur, L. ſi quãdo, §. 1. D. de leg. I.

Si cui fideicommiſſum relictũ erat, ſi de ea re controuerſia mota eſſet, FIDEICOMMISSVM SOLVI pronuntiabatur, L. minor annis XXV. cui fideicommiſſum, D. de minori. Arbiter autem ad reſtituendum fideicõmiſſum, quod ſe debere heres cõfeſſus erat, datus, ſi nihil deberi comperiſſet, ob id quod nullum fideicommiſſum fuiſſet, non debebat heredẽ ABSOLVERE: ſed cum AD PRÆTOREM REMITTERE, VT ABSOLVERETVR: Si vero quia teſtator fortè ſoluendo non erat, aut quod heres omne ſolutum eſſe apud Prætorem dixerat, & cum cõtrouerſia & cõputatio difficilior eſſet, Arbiter datus fuerit ſaluo OFFICIO abſoluere poterat. Hæ enim partes eius erãt, vt ſi in computatione nihil inueniretur, poſſet abſoluere: ſed ex ſuperiore caſu ad Prætorem remittere debebat, vt abſolueretur, L. cum fideicommiſſum, D. de confeſſ.

Hoc loco eas cautiones proponam quæ in controuerſiis ex teſtamento proficiſcentibus, ſolebant Iudicum interuentu, officióve interponi. Si res quæ legata erat, an in rerum natura eſſet, dubitaretur, fortè ſi dubium eſſet, an homo viueret, agi quidem ex teſtamento poterat: ſed OFFICIO IVDICIS CONTINEBATVR, VT CAVTIO INTERPONERETVR, qua heres CAVERET, EAM REM PERSECVTVRVM, ET SI NACTVS ESSET, LEGATARIO RESTITVTVRVM, L. ſeruo legato, §. vlt. D. de leg. I. Si cui legatũ vel fideicommiſſum relictum eſſet, vti quid faceret, denegabatur actio, ſi non CAVERET FVTVRVM QVOD DEFVNCTVS VOLVERAT, L. ſi tibi legatum, D. de legat. III. Sic & in L. ſi quando in fi. D. vt legat. ſeu fideic. *Repromiſſio planè exigenda eſt*, VOLVNTATI DEFVNCTI STATVI.

Si pluribus teſtator honorem habere voluiſſet, ad perſecutionem legati omnes admittebantur: vt putà, ſi decem rei ſtipulandi eſſent eiuſdem rei nomine, & heres vel fideicommiſſarius rogatus eſſet, vt eis ſolueret: fideicommiſſum relictum omnes petere

poterant,& prout cuiuſque intererat,conſequebantur. Vnus igitur qui occuparet,agẽdo totum conſequebatur, ita vt CAVERET, DEFENSV IRI ADVERSVS CETEROS FIDEICOMMISSARIOS, EVM QVI SOLVERET: ſiue ſocij eſſent, ſiue non, L. fideicommiſſa, §. plerumque D. de legat.III. Si teſtator petiſſet ne domus alienaretur,ſed vt in familia relinqueretur,eíque voluntati non paruiſſet heres, fideicõmiſſum omnes qui in familia erant,petebant: Verùm ita proximus quiſque admittẽdus erat,ſi paratus eſſet CAVERE, SE FAMILIÆ DOMVM RESTITVTVRVM,L. peto,§.vlt. D.de legat.II. Si filio,fratri alumno minus induſtrio proſpicere volens teſtator centum legaſſet,vt fundum emeret: non cogebatur heres præſtare, niſi CAVTIONE INTERPOSITA, VT FVNDVS COMPARARETVR, AC POSTEA NON ALIENARETVR, L.Titio cẽtum ita D.de condic.& dem. Si heres fundum Seio dare,& ſi eum Seius alienaſſet,eundem Titio dare damnatus eſſet, heres exceptione doli poſita,proſpicere ſibi CAVTIONE à Titio poterat, DE EO FVNDO NON ALIENANDO, L.III. §. ſi quis ita D.de adim.leg. Legatarius verò heredi qui controuerſiam hereditatis iam pateretur,vel ſperaret, CAVERE DE RESTITVENDO LEGATO SIBI PRÆSTITO debebat: Quæ ſtipulatio euicta hereditate committebatur: eíque viri boni arbitrium inerat,L.III.§.ſi Legatarius & §.ſeq. D.ſi cui plus quã per L.Falcid. Mœcian.in L.Si heres,D.eod. Si heres partem bonorum,vel etiam vniuerſa bona delata ad fiſcum diceret,conſtaret autem de fideicommiſſo:decretum eſt,vt petitori CAVENTI, EVICTA HEREDITATE RESTITVIRI, ſolueretur. Quinetiam ſi Legatarius heredi dare iuſſus eſſet,& heredi controuerſia hereditatis fieret, ſi caueret Legatarius, EVICTA HEREDITATE LEGATA REDDI: ipſi quoque cauendum erat, REDDI QVOD DEDISSET, L.qui heredi,§.1. D. de condic. & demonſtr. Hæc vero cautio locum habebat ſi iuſta cauſa eſſe videbatur. Nam iniquum erat,omnimodo caueri,nondum illata controuerſia litis, cum poſſent ei luſoriæ minæ fieri: idcóque eam rem Prætor ad cognitionem ſuam reuocabat,L.hæc autem D. ſi cui plus quam per L. Falcid. Sanè cautio iſta neceſſaria erat, ſi quis pecuniam ſuam ſolueret,vel rem traderet: ſi verò pecuniam hereditariam ſolueret,vel rem traderet,quidam putabant non cauendum: quia nec teneri poterat eo nomine victus, cum nõ poſſideret,vel dolo malo feciſſet quominus poſſideret,L.hæc autẽ §.hæc cautio,D.eo Quãdoq; & cautio de indẽnitate interponebatur. Vlp.in L.cogi,§.Idẽ quærit, D.ad Trebellian. *Si quis paratus ſit domino* CAVERE DE INDEMNITATE. Et in L.nam quod §.vlt. D.eod.tit. *Tametſi* INDEMNITATIS CAVTIO *offeratur.* Et in L.debitor, D. eod. *Niſi prius* DE INDEMNITATE ESSET EI CAVTVM, *vel ſoluta pecunia eſſet*. Ab eo autem qui annua legata præcipere ad diſtribuendum iuſſus erat,cautionem exigi non potuiſſe, CESSANTIVM PARTES REDDI, niſi apertè cauere iuſſus eſſet,ſcribit Paul. in L.Diuus D.ſi cui plus quam per L.Falcid.

Si ſocer nurui dotem relegaſſet, ea mente vt ea dotalem pecuniam reciperet, quia maritus dotis perſecutionem non amittebat, mulier ex teſtamento agens CAVERE debebat, DEFENSV IRI HEREDEM ADVERSVS MARITVM: maritus item ſi prior ageret, CAVERE, ADVERSVS MVLIEREM DEFENSV IRI, L. 1.§.Celſus, D.de dote præleg. Similiterque ſi ſocer filio ſuo exheredato, dotem nurus legaſſet, non aliàs ille legatum conſequebatur,quam ſi CAVISSET, HEREDES ADVERSVS MVLIEREM DEFENSV IRI, L. 1.§.per contrarium, D.eod. Eáque eſt CAVTIO DEFENSIONIS, in L.pater dotem, D.eod. tit. Si fundus dotalis locatus eſſet à marito ad certum tempus: vxor non aliàs fundũ ex relegatione conſequebatur, quàm ſi CAVISSET, SE PASSVRAM COLONVM FRVI: DVMMODO IPSA PENSIONES PERCIPIAT, L.1.§.vlt.D.eo.

Si pater dotem à nuru acceptam filio exheredato legaſſet: heres patris oppoſita doli exceptione,non ante ſoluere legatum cogendus erat,quam ei CAVTVM ESSET DE INDEMNITATE SOLVTO MATRIMONIO, L.pater dotem,D.de dote præleg. Si peculium ſerui legaſſet,is qui iudicium eo nomine acceperat, non aliter peculium ex cauſa legati præſtandum erat quam ſi DE ACCEPTO IVDICIO HEREDI CAVERETVR, L.qui peculium, D.de pecul.leg.

Si ſeruo manumiſſo peculium legatum eſſet, non aliàs heres peculium præſtare debebat, niſi ei CAVERETVR, DEFENSV IRI ADVERSVS CREDITORES PECVLIARES, L. ſi ſeruo, D. de pecul. leg. Si Stichus legatus eſſet, isque culpa heredis compareret, CAVERE heres debebat DE RESTITVTIONE SERVI, non æſtimationem præſtare. Sed & ſi ſeruus alienus in fuga eſſet ſine culpa heredis, aut ab hoſtibus captus eſſet, CAVEBAT SIC, VT SI APPREHENSVS ESSET, AVT IPSE AVT ÆSTIMATIO PRÆSTARETVR. Sed ſi Stichus aut Pamphilus legatus eſſet, & ambo in fuga eſſent, non ita CAVEBATVR, VT SI AMBO IN POTESTATE REDIRENT, ſed, SI VEL ALTER, ET VEL IPSVM, VEL ABSENTIS ÆSTIMATIONEM PRÆSTANDAM. Item ſi res aliena vel hereditaria ſine culpa heredis periiſſet, vel non compareret, nihil amplius quàm CAVERE eum oportebat; ſed ſi culpa heredis periiſſet, ſtatim damnandus erat, L. cùm res, §. ſed ſi Stichus, D. de lega. 1.

In omnibus planè condicionibus quæ morte legatariorum finiebantur, receptum erat, vt MVCIANA CAVTIO interponeretur, L. Titio fundus, D. de condic. & demon. Papinian. in L. Heres meus qui poſt, D. eod. *Qui poſt* MVCIANAM CAVTIONEM *interpoſitam legatum accepit: ſi contra cautionem aliquid fecerit, ſtipulatione commiſſa, etiam fructus heredi reſtituet. Hoc enim legatarius & in exordio cauere cogitur.*

De euictione prædiorum vel mancipiorum, vel ceterarum rerum Cauere heres cùm reſtituebat hereditatem, non debebat. Quinimmo in contrarium CAVERE HEREDI oportebat, ſi QVID EX HIS EVICTVM ESSET, QVÆ AB IPSO HEREDE VENIERANT, L. de euictione, D. ad S.C. Trebell. Sed & ſi antè cum herede compromiſſum fuiſſet, fideicommiſſarius heredi cauere debebat. Et generaliter cùm heres multa antequã reſtitueret, adminiſtrauerat, non aliàs reſtituere cogebatur, quàm EI CAVERETVR, L. cùm hereditas, D. eo.

Si cui plus quàm liceret, legatum eſſet, dubitarique iuſtè poſſet, vtrùm lex Falcidia locum habitura eſſet, nécne, Prætor heredi ſubueniebat, vt ei legatarius ſatiſdaret: VT SI APPARVISSET EVM AMPLIVS LEGATORVM NOMINE CEPISSE, QVAM ET LEGE FALCIDIA CAPERE LICEBAT; QVANTI EA RES ERAT, TANTAM PECVNIAM DARI, DOLVMQVE MALVM A SE ABESSE, SPONDERET, L. 1. D. ſi cui plus quàm per L. Falcid. Vnde Paul. in L. 1. §. interdum, D. ad L. Falcid. *Interdum omnimodo neceſſarium eſt ſolidum ſolui legatario, interpoſita ſtipulatione,* QVANTO AMPLIVS QVAM PER LEGEM FALCIDIAM CEPERIT REDDI. Idem ead. L. §. ſi in annos. *Si in annos ſingulos legatum ſit Titio, quia multa legata & condicionalia ſunt, cautioni locus eſt, quæ in Edicto proponitur,* QVANTO AMPLIVS ACCIPIT REDDI. Pompon. in L. is cui, D. eodem. *Is cui fideicommiſſum ſoluitur, ſicut is cui legatum eſt, ſatiſdare debet,* QVOD AMPLIVS CEPERIT, QVAM PER LEGEM FALCIDIAM EI LICVERIT REDDI. Eáque eſt CAVTIO PRÆTORIA, in L. pœnales, §. Iulianus, D. eodem. Et CAVTIO QVÆ PROPTER LEGEM FALCIDIAM INTERPONITVR, L. niſi ſi, §. 1. D. ſi cui plus. Cuius clauſula hæc ponitur, in L. 1. §. hæc verba, D. eo. *Hæc verba ſtipulationis,* QVOD AMPLIV LEGATORVM NOMINE CEPERIS, QVAM E LEGE FALCIDIA CAPERE LICEBIT. Et in §. idem Iulianus, ead L. *Idem Iulianus ſcribit, cum cui quadrans ſub condicione, & dodrans purè legatus eſt,* CAVERE *debere,* QVANTO AMPLIVS, QVAM PER LEGEM FALCIDIAM LICEAT, CEPERIT, REDDI. Et L. videamus, D. eod. *Videamus an ſtipulatio,* QVA AMPLIVS PER LEGEM FALCIDIAM LICVERIT, CEPERIS, DARI. In L. Regula, §. ſi quis ius, D. de iur. & fac. ignor. *Non ſolùm cautiones non exegerunt quæ interponi ſolent,* VT QVOD AMPLIVS CEPISSENT MVNICIPES, QVAM PER LEGEM FALCIDIAM LICVISSET, REDDERENT. Et L. filiusfam. §. apud Marcellum, D. de legat. 1. *Ait Marcellus confeſtim fideicommiſſum Titio dandum: ſed* CAVTIONE *exacta,* QVANTO AMPLIVS CEPERIT, REDDI.

Hæc autem cautio fideiuſſorum habebat præſtationem, L. III. §. 1. D. ſi cui plus quàm

per L. Falcid. Et generaliter Prætoriæ ſatiſdationes perſonas deſiderabant pro ſe interuenientium: nec pignoribus quis, vel pecuniæ auri argentive depoſitione in vicem ſatiſdationis fungebatur, L. Prætoriæ, D. de ſtipul. præt.

Planè cùm dicebatur lex Falcidia locum habere, ARBITER DARI ſolebat AD INEVNDAM BONORVM QVANTITATEM, tametſi vnus aliquid modicum fideicommiſſum perſequeretur: quæ computatio præiudicare non debebat ceteris qui ad Arbitrum miſſi non erant. Solebat tamen ab herede etiam ceteris DENVNTIARI FIDEICOMMISSARIIS, VT VENIRENT AD ARBITRVM, IBIQVE CAVSAM SVAM AGERENT: plerumque & CREDITORIBVS, VT DE ÆRE ALIENO PROBARENT. Habebat tamen rationem in legatariis, item in fideicommiſſariis: vt ſi offerret integrum quod relictum erat heres, deſiderans caueri ſibi ſtipulatione de qua diximus, audiretur, L. 1. §. cùm dicitur, D. ſi cui plus quàm per L. Falcid. Iudicē etiam datū, qui legis Falcidiæ inter heredē & legatarios rationem haberet, oſtēdit, L. Cum Titio, D. ad L. Falcid. his verbis, quæ ideò appoſui, quod Officium eius exprimant. *Cū Titio in annos ſingulos dena legata eſſent*, & IVDEX LEGIS FALCIDIÆ RATIONEM INTER HEREDEM ET ALIOS LEGATARIOS HABEAT: *viuo quidem Titio*, TANTI LITEM ÆSTIMARE *debeat*, QVANTI VENIRE ID LEGATVM POTEST, IN INCERTO POSITO, QVAMDIV VICTVRVS SIT TITIVS: *Mortuo autem Titio, non aliud ſpectari debet, quàm quid heres ex ea cauſa debuerit*. Scæuola etiam in L. maritus, §. vlt. D. eod. ad huiuſmodi IVDICIS OFFICIVM pertinuiſſe ait, EXPLORARE EA PER QVÆ PROBARETVR, QVANTI ESSET IN BONIS. Itaque ſi heres legatariis legem Falcidiam opponeret, QVOD ADMINISTRASSET TVTELAS TESTATOR, QVARVM RATIO NONDVM REDDITA ESSET, ET QVOD NEGARET TANTVM REDIGI EX NOMINIBVS POSSE, QVANTVM IN CAVTIONE DEDVCTVM ERAT, rationū defuncti, & omnium inſtrumentorum hereditariorum, & pupillarium rationum, legatariis deſiderantibus, heres DESCRIBENDI POTESTATEM FACERE debebat.

His & hæc non extra rem addam: Si heres inſtitutus nollet adire hereditatem, metuens ne damno adficeretur, proſpectum fuit, vt ſi fideicommiſſarius diceret, SVO PERICVLO ADIRE, ET RESTITVI SIBI VELLE: heres inſtitutus adire & reſtituere hereditatem à Prætore cogeretur, L. quia poterat, L. ita tamen, §. ſi patronus, L. ſi cui purè, L. qui totam, D. ad S.C. Trebellian. Hinc in L. debitor, D. eod. CVM NOLLET ADIRE, VT SVSPECTAM, *coactus* IVSSV PRÆTORIS ADIT ET RESTITVIT. In L. facta, §. Iulianus, D. eod. *Et inſtitutus* SVSPECTAM *ſibi hereditatem eſſe* DICAT: *deſiderante Titio*, IVBENDVM EVM ADIRE ET RESTITVERE. Et in L. ſeruo, in prin. D. eod. *Itaque qui* SVSPECTAM DICENT HEREDITATEM, *poſtulante domino* COMPELLENDI ERVNT ADIRE, ET RESTITVERE HEREDITATEM. Et §. ſi teſtator, eo. *Dicendum erit compellendū heredē*, SI SVSPECTAM DICAT HEREDITATEM, ADIRE, ET RESTITVERE EAM MVLIERI. Et §. cùm Prætor, eo. *Cùm Prætor cognita cauſa per errorem, vel etiam ambitiosè* IVBERET HEREDITATEM, VT EX FIDEICOMMISSO RESTITVI, Et L. ſi poſtulante, D. eo. *Si poſtulante me* SVSPECTAM HEREDITATEM *ex* DECRETO PRÆTORIS ADIERIS. Et in L. ille à quo, §. 1. D. eo. *Heres non debet audiri, ſi* SVSPECTAM SIBI HEREDITATEM DICAT. Et §. tempeſtiuum, ead. L. *Sed & ſi ipſe Prætor heres inſtitutus* SVSPECTAM DICAT. Et §. vlt. *Cogere poterit* SVSPECTAM HEREDITATEM DICENTEM ADIRE ET RESTITVERE. Et L. cogi, §. inde quæritur, D. eodem. *An* SVSPECTAM DICENS *cogi poſsit* ADIRE ET RESTITVERE HEREDITATEM. Quod genus loquendi vſurpatur rurſus ead. L. §. ſed & ſi quis, & §. ſed & ſi miles, & §. cùm quidam. & §§. ſeq. L. ita tamen, §. 1. & §. qui ſuſpectam, & §. ſi pater, L. ſi legatus, D. eod.

Fideicommiſſarios autem DESIDERARE debuiſſe PERICVLO SVO ADIRE HEREDITATEM, docet L. cogi, §. Mæcianus, D. ad Sc. Trebell. Sic & in L. ſeruo, §.

pupillo,

pupillo, D. eo. *Quia neque tutore* DESIDERANTE PERICVLO PVPILLI ADIRI HEREDITATEM. Et mox: *Vel interrogati nutu poſſunt ſignificare* VELLE SE PERICVLO SVO HEREDITATEM ADIRI. Idem Mæcian. in L. omnes, D. eo. *Omnes qui de hereditate deliberant,* DESIDERANTE eo *qui* SVO PERICVLO VELIT ADIRI HEREDITATEM *coguntur adire.*

Sufficiebat autem heredem inſtitutum RECVSARE ADIRE: neque illud inquirebatur, SOLVENDO ESSET HEREDITAS, AN NON. Opinio enim, vel metus, vel color eius qui hereditatem adire nolebat, inſpiciebatur, non ſubſtantia hereditatis. Nec verò ei præſcribi debebat, CVR METVERET HEREDITATEM ADIRE, VEL CVR NOLLET, L. quia poterat, D. ad Trebellian. Is planè qui ſuſpectam hereditatem dicebat, profiteri duntaxat debebat: NON SIBI EXPEDIRE ADIRE HEREDITATEM: NEQVE hoc dici oportebat, NON ESSE SOLVENDO, ſed ſufficiebat profiteri eum, QVOD NON PVTABAT SIBI EXPEDIRE HEREDITATEM ADIRE, L. ſed & ſi alio, D. eod. Recuſare autem non tantùm præſentes, ſed & abſentes, vel per epiſtolam poterant, L. recuſare, D. eod.

In Interdicto Quod vi aut clàm tanti lis æſtimabatur, QVANTI ACTORIS INTERERAT ID OPVS FACTVM ESSE. Officio autem IVDICIS ita Reſtitutionem fieri oportebat: vt in omni cauſa eadem conditio eſſet actoris quæ futura eſſet, ſi id opus de quo actum erat, neque vi, neque clàm factum eſſet, L. ſemper, §. hoc interdicto, & §. vlt. D. quod vi aut clàm. Hinc in L. ſi opus, D. eod. *Si* OPVS *quod quis* IVSSVS EST A IVDICE, QVI EX HOC INTERDICTO SVMPTVS EST RESTITVERE, *alius quis vi aut clàm ſuſtuliſſet.* Et in L. vlt. §. ſi ad ianuam, D. eodem. *Si ad ianuam meam Tabulas fixeris, & ego eas prinſquam tibi denuntiarem, refixero: deinde inuicem Interdicto quod vi aut clàm exegerimus,* NISI REMITTAS MIHI VT ABSOLVAR CONDEMNANDVM TE QVASI REM NON RESTITVAS, QVANTI MEA INTERSIT. Ceterùm qui vi, aut clàm fecerat, ſi poſſideret, PATIENTIAM ET IMPENSAM TOLLENDI OPERIS: qui fecerat, nec poſſidebat, IMPENSAM: qui poſſidebat, nec fecerat, PATIENTIAM TANTVM DEBEBAT, L. competit, §. vlt. D. eod. Colonus vtique ſi arborem ſucciſiſſet, vel quid aliud opus feciſſet, iuſſu domini, ambo tenebantur, non. VT PATIENTIAM PRÆSTARENT, ſed vt IMPENSAM QVOQVE AD RESTITVENDVM PRÆBERENT. Si autem dominus non iuſſerat, colonus quidem tenebatur, VT PATIENTIAM ET IMPENSAM PRÆSTARET: Dominus verò nihil amplius quã PATIENTIAM PRÆSTARE cogendus erat, L. denique, §. vlt. D. eodem. Ex hoc etiam Interdicto Iudicem vel DAMNASSE REVM, VT SVA IMPENSA OPVS RESTITVERET, vel VT PATIENTIAM RESTITVENDI PRÆSTARET, docet L. ſi alius, §. 1. D. eod.

Ex Interdicto Vnde vi, Iudicem quandoque ita interlocutum, VIM FECISTI, docet L. ſi Præſes, D. de pœnis. In hoc verò iudicio Reſtitui iubebatur Actor, vnde vi deiectus erat, vt apparet ex Ciceronis Oratio. pro Cæcina, & L. 1. §. qui vi, & §. ſi fundus, L. ſi plures, in fi. D. de vi & vi arm. In hoc vtique Interdicto tanti cõdemnationem fieri debuiſſe, QVANTI INTERESSET POSSIDERE, ſcribit Paul. in L. in Interdicto, D. eo. Vnde in L. ſi vi me, D. eodem. *Si vi me deieceris, vel vi aut clàm feceris, quamuis ſine dolo & culpa amiſeris poſſeſſionẽ, tamen* DAMNANDVS ES, QVANTI MEA INTERSIT. Fructus verò reſtituendos etiam fuiſſe in hoc Interdicto ait, L. videamus, §. in Fauiana, D. de vſuris.

In Fauiana quoque & Pauliana actione, per quam quæ in fraudem creditorum alienata erant, reuocabantur, fructus quoque reſtituebantur: cùm Prætor id ageret, vt perinde eſſent omnia, atque ſi nihil alienatum eſſet, d. L. videamus, §. in Fauiana. Ea planè actione hoc creditores cõſequebãtur, vt Reſtitutio fieret in priſtinũ ſtatũ, ſiue res eſſet, ſiue obligationes. Et ſi res eſſent, RESTITVI DEBEBANT CVM SVA CAVSA, & fructus non tantùm qui percepti erant, verumetiam qui percipi à fraudatore potuerant, veniebant, ita tamen vt ſumptus facti deducerentur. Nam arbitrio Iudicis nõ priùs cogendus erat

rem Reſtituere, quàm ſi impenſas neceſſarias recepiſſet, L. ait Prætor, § per hanc, cum ſeq. L. hac in factũ, D. quæ in fraud. cred. Ceterũ ſi mulier cùm fraudandorũ creditorũ conſilium iniſſet, marito ſuo, eidémq; debitori in fraudẽ creditorũ, acceptum debitũ feciſſet dotis cõſtituẽdæ cauſa, exitus Actionis Reuocatoriæ is erat, VT STIPVLATIO QVÆ ACCEPTA FACTA FVERAT, EX INTEGRO INTERPONERETVR, d. L. ait Prætor, §. ſi cũ mulier. Quinetiam ſi extraneus filiæfamilias nomine, dotẽ, fraudãdi cauſa, dediſſet, Pater ſi non ignoraſſet, tenebatur ita, vt CAVERET, SI AD SE DOS PERVENIRET, RESTITVI EAM, L. vlt. §. item ſi extraneus, D. eod. In actione etiam Fauiana ſi res non reſtitueretur, tanti damnabatur reus, QVANTI ACTOR IN LITEM IVRASSET, L. tenetur, D. ſi quid in frau. patr.

Aduerſus furem, Rei Vindicatio, Condictio furtiua, ad Exhibendum, & Furti actiones competebant, L. ſi pro fure, §. 1. D. de condict. furt. Nam odio furum, quo magis pluribus actionibus tenerentur effectum, Iuſtinian. in §. ſic itaque, Inſtit. de actionib. ſcribit, vt extra pœnam dupli aut quadrupli, rei recipiendæ nomine fures etiam tenerentur actione hac, SI PARET EOS DARE OPORTERE: quamuis eſſet etiam aduerſus eos in rem actio per quam REM SVAM ESSE dominus PETEBAT. Cùm autem Furti actio ad pœnæ perſecutionem pertineret, Condictio verò & Vindicatio ad rei recuperationem, recepta re nihilominus adhuc erat Furti actio. Vindicatio verò & Condictio tollebatur: ſicut ex diuerſo, poſt ſolutam dupli aut quadrupli pœnam, ſalua erat Vindicatio, & Condictio: & ſic neque Furti actio per Condictionẽ, neque Condictio per Furti actionẽ conſumebatur, d. L. ſi pro fure, §. 1. & L. ſi pignore, §. cum furti, D. de furt. Ideóque ſi quis à fure rem vindicaſſet, quia Condictio furtiua ei manebat, OFFICIO IVDICIS, qui de proprietate cognoſcebat, continebatur, vt non aliter IVBERET RESTITVI, quàm ſi CONDICTIONEM PETITOR REMITTERET. Quod ſi ex condictione antè damnatus reus LITIS ÆSTIMATIONEM SVSTVLISSET, aut omnimodo ABSOLVEBATVR reus, aut ſi PARATVS ESSET PETITOR ÆSTIMATIONEM RESTITVERE, NEC RESTITVERETVR EI HOMO, QVANTI IN LITEM IVRASSET, DAMNABATVR EI POSSESSOR, L. ei qui furti, D. de furt. Vbi autẽ condicebatur ſeruus ex cauſa furtiua, id veniebat in condictionem QVOD INTERERAT AGENTIS, L. ſi condicatur, D. de condict. furt. In æſtimatione verò facienda, id tempus ſpectabatur, QVO RES VNQVAM PLVRIMI FVERAT, L. in re furtiua, §. 1. D. eodem. Quòd ſi ſeruus ſub condicione legatus, vel ſtatuliber furto ſubreptus eſſet, pendente condicione, heres Condictionem habebat. Sed ſi lite conteſtata cõdicio extitiſſet, ABSOLVTIO ſequi debebat. Quòd ſi pendente condicione condicio extitiſſet, IVDEX ÆSTIMARE DEBEBAT, QVANTI EMPTOREM INVENISSET, L. ſi ſeruus, D. de condict. furt. & L. ſi quis vxori, §. ſi ſtatuliber, D. de furt.

Iam ſi bonæ fidei poſſeſſori ancilla duobus aureis empta ſubrepta fuiſſet, eiúſque nomine dominus & poſſeſſor furti agerent, emptori duplo QVANTI EIVS INTERESSET, æſtimari debebat: domino autem, duplo QVANTI EA MVLIER FVERAT, L. furtiuam, D. de furt. Et generaliter in actione Furti, id quod intererat, duplatum fuiſſe, ait L. qui tabulas, D. eo.

Cauere autem ex hac actione petitor ei cum quo agebatur; non debebat, d. L. ſi ſeruus. Condicebantur vtiq; ipſa corpora furtiua, tamdiu quamdiu extabant: Cùm verò deſierant eſſe in rebus humanis, nec fur obtuliſſet, durabat Condictio æſtimationis, L. in re furtiua, D. de condictio. furt.

Boue autem ſubrepto & occiſo, CONDICTIO & BOVIS & CORII & CARNIS domino competebat, ſcilicet ſi & corium & caro contrectata fuerant. Cornua quoque condicebãtur. Sed ſi dominus Condictione, bouis pretium conſecutus fuiſſet, & poſtea aliquid eorum, de quibus ſuprà dictum eſt, condiceret, omnimodo exceptione ſummouebatur. Contrà, ſi corium condixiſſet, & pretium eius conſecutus, bouem condiceret, OFFERENTE fure PRETIVM BOVIS, DETRACTO PRETIO CORII, DOLI MALI EXCEPTIONE SVMMOVEBATVR, L. ſi ſeruus furtiuus, §. vlt. D. eod.

Longum eſſet Iudicum circa ſingulas actionum ſpecies Officium minutatim perſequi,& omnium condemnationum,quas in Commodati, Depoſiti, Pro ſocio, Mandati, Empti, Venditi, Locati, Conducti, De peculio & aliis id genus, fieri debuiſſe, in libris nostris legimus, exempla proferre. Ac mihi certè ad alia feſtinanti, & quantum à tergo negotij immineat reputāti,multa neceſſariò prætermittenda,multa leuiter attingēda ſunt,cū pleraſq; formulas è ſuis cubilibus excitaſſe,aut etiā ad eas inueſtigandas,indagandas,perſequendas aliorū ingenium induſtriámque acuere ſatis ſit. Vt tamen eos in quibus reliquæ latent,locos breui ſtringam, de Officio Iudicis in aliis actionibus, traditur in L.ſed addes,§ ſi dominus, L. qui inſulam,& L. ſi merces, §. in vicino,D.locati.L.ſed mihi,§.heres,L.ſi vt certo,in prin.L.is qui commodatum,L.vnde quæritur,L.in rebus,§.vlt.D.commoda.L.ſi rem alienam,§.vlt. L. ſi ſeruos, in fi.L. creditor,& L.vlt.in prin.D.de pignerat.act.L.ſi in pignore,D.de fideiuſſorib. L. II. D. de diſtract.pign. L.ſi ſeruus communis,§.hoc etiam,D.de furt. L.ſed ſi ex parte, D. quod cum eo.L. ſumma,§.vlt.L.ſi damni,L.ſi ex duobus,§.in hoc autem, L.ſin bonæ, & L.ſi creditor,§.ſenium,L.ſi poſteaquam,L.quod debetur,& L.ex facto,D.de pecul. L.fideiuſſoribus,L.ſi mandatu,L.ſi fideiuſſores,in fi.L.fideiuſſor pro venditore,L.inter eos,§.I.& §.ſeq.D.de fideiuſſorib.L.vlt.D.rem pup.ſal.fo.L.I.§.ſi res,§.non tantùm,§. hanc actionē,§.ſed ſi duo,L.ſi is, L.Publia.§.vlt.D.depoſiti, L.ſi procuratorē, §.ſi ignorātes,L.idémque,§.I.L.ſi mandante,§.Iulianus,L.Lucius,D.mādati,L.vlt.D.de condict.triticiar.L.ſi arbiter,D.de probationib.L.ob eam cauſam,D.de præſcrip.verb.

Quinetiā ea quæ de Officio Iudicis in priuatis Iudiciis generaliter definita obſeruaui, nō tacebo. Interdū autē Iudici ARBITRIVM actione COMMITTEBATVR, L.III.§. interdū,D.ad exhib.vt in actione quod metus cauſa,his verbis: NEQVE EA RES ARBITRIO IVDICIS RESTITVETVR, L.Itē ſi,§.pro eo autē,D.quod met.cau. Et in his actionibus quæ ideò vt Iuſtinian.in §.præterea,Inſtit.de actionib. ſcribit, ARBITRARIÆ appellabantur,quod ex ARBITRIO Iudicis penderent:in quibus, NISI ARBITRIO IVDICIS ACTORI IS CVM QVO AGEBATVR, SATISFACERET, VELVTI REM RESTITVERET, VEL EXHIBERET, VEL SOLVERET, VEL EX NOXALI CAVSA SERVVM DEDERET,CONDEMNARI DEBEBAT. Interdum verò Iudici præſcribebatur, quoad ei ius eſſet ſtatuendi. Feſtus Pomp. TAXATIO, ait, *in litibus quoque,arbitrióve,cùm præſcribitur,quoad ei ius ſit, ſtatuendi:* TAXATIO *dicitur,quæ ſit certæ ſummæ.* In his planè iudiciis, in quibus, EX BONA FIDE, vel VT ÆQVIVS MELIVS: additum erat,Iudicis officiū latiſſimē manabat:vt & Cic.lib.III.Offic & Topic.ſignificat. In ſtrictis enim iudiciis formula incluſus Iudex ab ea,ne latū quidē vnguē diſcedere poterat, vſqueadeò vt cōdēnare eū quē nō oporteret,cogeretur,ſi ita formulæ cōceptio dictaret,vt Cic.lib.IIII.in Verr. oſtēdit. Senec.lib. I.Benefic.cap.VII. *Quæcūq; in cognitionē cadunt, cōprehendi poſſunt,& non dare infinitā licētiam iudici. Ideò melior videtur conditio cauſæ, ſi ad* IVDICEM, *quam ad* ARBITRVM *mittatur: quia* ILLVM FORMVLA INCLVDIT, *& certos, quos non excedit, terminos ponit:* HVNC LIBERA ET NVLLIS ADSTRICTA VINCVLIS RELIGIO: *& detrahere aliquid poteſt & adiicere, & ſententiam ſuam, non prout lex & iuſtitia ſuadet, ſed prout humanitas & miſericordia impulit,regere.* Quo alludens idem auctor lib.II. de Clement. *Clementia,* ait, LIBERVM ARBITRIVM HABET, *non* SVB FORMVLA IVDICAT. Et hoc nomine, Cicero pro Roſc. Com. Iudicium ab Arbitrio differre ita ſcribit. IVDICIVM *eſt certæ pecuniæ*, ARBITRIVM INCERTÆ: *Ad* IVDICIVM *hoc modo venimus,vt aut totam litē obtineamus, aut amittamus:ad* ARBITRIVM *hoc modo adimus,vt neque nihil, neque tantum,quantum poſtulauimus, conſequamur. Eius rei ipſa verba formulæ teſtimonio ſunt. Quid eſt in Iudicio? directum,aſperum, ſimplex,* SI PARET HS IϽϽϽ DARI OPORTERE: *hîc, niſi planum facit* HS IϽϽϽ *ad libellam ſibi deberi,cauſam perdit. Quid eſt in* ARBITRIO? *mite, moderatum,* QVANTVM ÆQVIVS ET MELIVS, ID DARI.

Enimuerò in bonæ fidei iudiciis,vt Paulus ait in L.quia tantundem, D.de neg. geſt. Tantundem OFFICIVM IVDICIS valebat,quātum in ſtipulatione nominatim eius

rei facta interrogatio. Papinianus in L.Lucius, D.depoſi. *Et eſt conſtitutum in bonæ fidei iudiciis, quod ad vſuras attinet, vt tantundẽ poſſit* OFFICIVM ARBITRI, *quantum ſtipulatio.* Paulus in L.Lucius, D.de action.emp. *In actione quoque ex empto,* OFFICIO IVDICIS, *poſt moram intercedentem, vſurarum pretij rationem haberi oportere.* Hermogenian. in L.qui per colluſionem, §.vlt. D.eod. *Pretij ſorte, licet poſt moram, ſoluta, vſuræ peti non poſſunt, cùm hæ non ſint in obligatione, ſed* OFFICIO IVDICIS *præſtentur.* Paulus in L. quæro, D.loca. *Vſuræ enim in bonæ fidei iudiciis, & ſi non tam ex obligatione proficiſcantur, quàm* EX OFFICIO IVDICIS *applicentur.* Hinc in L.deducta, D. ad Trebellian. *Vſuræ præteriti temporis quæ in obligatione, vel in* OFFICIO IVDICIS *fuerunt.* Vlpianus in L.vſuræ, D.de vſur. *Vſuræ vicem fructuum obtinent, & meritò non debent à fructibus ſeparari. Et ita in legatis, & fideicommiſſis, & in tutela actione, & in ceteris iudiciis bonæ fidei ſeruatur.* Martian. in L.mora, D.de vſur. *In bonæ fidei contractibus ex mora vſuræ debentur.* Mora autem, vt ibi ait, fieri intelligebatur, non ex re, ſed ex perſona, id eſt, ſi interpellatus opportuno loco nõ ſoluiſſet: quod APVD IVDICEM EXAMINABATVR. Vſurarum verò modus cùm iudicio bonæ fidei diſceptabatur, ARBITRIO IVDICIS ex more regionis, vbi contractum erat, conſtituebatur, L.1. D.de vſur. Vnde Vlpianus in L.& in contraria, D.de vſur. *Debere dici vſuras venire. Eas autem quæ in regione frequentantur, vt eſt in bonæ fidei iudiciis conſtitutum.*

In bonæ etiam fidei iudiciis fructus omnimodò præſtabantur, L.videamus, §.in ceteris, D.de vſur. In his verò iudiciis quæ neque arbitraria erant, neque bonæ fidei, poſt litem demum conteſtatam cauſa præſtabatur, in eum diem quo ſententia dicebatur, L.in fideicommiſſi, §.in his, D.de vſur. Papinian. in L.vulgò, D.eo. *Vulgò receptum eſt, vt quamuis in perſonam actum ſit, poſt litem tamen conteſtatam cauſa præſtetur.* Paulus in L. videamus, §.ſi actionem, D.eod. *Si actionem habeam ad id conſequendum quod meum non fuit, veluti ex ſtipulatu, fructus non conſequar, etiam ſi mora facta ſit. Quod ſi acceptum eſt iudicium tunc fructus* EX ÆQVITATE *præſtandi ſunt, vt cauſa reſtituatur.* Eorum autem fructuum qui poſt litem conteſtatam OFFICIO IVDICIS reſtituendi erant, vſuras præſtari non oportere Paul. ſcribit in L.neque, D.eo.

Præterea in bonæ fidei iudiciis, vt Iuſtinian. ait in §.in bonæ, Inſtit. de Actionib. Libera poteſtas permitti videbatur IVDICI, EX BONO ET ÆQVO ÆSTIMANDI, QVANTVM ACTORI RESTITVI DEBERET. In quo & illud continebatur, vt SI QVID INVICEM PRÆSTARE ACTOREM OPORTERET: EO COMPENSATO, IN RELIQVVM IS, CVM QVO ACTVM ERAT, DEBERET CONDEMNARI. Sed in ſtricti iuris Iudiciis ex reſcripto Diui Marci oppoſita doli mali exceptione compenſatio inducebatur.

Denique in his contractibus qui bonæ fidei erant, alter alteri obligabatur IN ID, QVOD ALTERVM ALTERI EX BONO ET ÆQVO PRÆSTARE OPORTEBAT: cùm alioquin in verborum obligationibus id tantùm veniret, quod lingua nũcupatum eſſet, & quidquid adſtringendæ obligationis erat, id niſi palàm verbis expreſſum eſſet, omiſſum intelligeretur, L.11.& L.ſi quis abſentis, D.de obligationib. & actionib. Inſtitut. de obligationib. quæ ex conſen. & L. quidquid adſtringendæ, D. de verb. obligat.

Atque vt ea quæ bonæ fidei Iudiciorum communia erant, abſoluam, Papinianus in L.generaliter, D.de vſur. *Generaliter,* ait, *obſeruari conuenit, bonæ fidei iudicium non recipere præſtationem, quæ contra bonos mores deſideretur.* Pomponius in L.ſi in Aſia, §.1. D.depoſ. *Depoſitum eo loco reſtitui debet, in quo ſine dolo malo eius eſt, apud quem depoſitum eſt. Vbi verò depoſitum eſt, nihil intereſt: eadem dicenda ſunt communiter & in omnibus bonæ fidei iudiciis.* Paul. in L.in bonæ, D.de eo quod cer. lo. *In bonæ fidei iudiciis, etiam ſi in contrahendo conuenit, vt certo loco quid præſtetur, ex empto, vel vendito, vel depoſiti actio competit, non arbitraria actio.* In bonæ fidei etiam iudiciis in litem iurabatur, L.in actionibus, D.de in lit. iur. Paul. in L.in hoc, §.1. D.commu. diuid. *Impendia autem quæ dum proprium meum fundum exiſtimo, feci, quæ ſcilicet, ſi vindicetur fundi pars, per exceptionem doli retinere poſſem, an etiam ſi communi diuidundo iudicio mecum agetur,* ÆQVITATE IPSIVS IVDICII

retinere

retinere poſsim, conſiderãdum eſt. quod quidem magis puto: quia bonæ fidei iudicium eſt Communi diuidundo. Iudicia autem bonæ fidei, in ſe doli exceptionem continebant, L. huiuſmodi, §. qui ſeruum, D. de legat. 1. L. ſed ſi ideò, D. ſol. matr. In omnibus etiam bonæ fidei iudicijs, cùm nondum dies præſtandæ pecuniæ venerat, ſi ageret aliquis ad interponendam cautionem, ex iuſta cauſa condemnatio fiebat, L. in omnibus, D. de iudic.

Iudicis autẽ Officio poſt iudiciũ acceptũ, & litẽ cõteſtatam, omnia incũbebant quæ in iudiciũ deducebantur. Vlpian. in L. Ædiles aiunt, §. itẽ ſciẽdum, D. de ædil. edict. *Iudici enim ſtatim atque Iudex factus eſt, omniũ rerũ Officiũ incũbit, quæcũque in iudicio verſantur. Ea autem, quæ ante iudicium cõtingunt, non valdè ad eum pertinent niſi fuerint ei nominatim iniuncta.* Sic & Paul. in L. ſi reus, D. de procuratorib. *Quòd ſi lis conteſtata eſt, hoc omne,* OFFICIO IVDICIS *dirimendum eſt.* Arbitrio tamen Iudicis, venditionem quæ nondum perfecta erat, imperfectam fieri non potuiſſe ait, L. Bouem, §. ſi ſub condicione, D. de ædil. edic.

Et quoniam, multas iam Cautiones attigi, quæ Iudicũ Officio interponebantur, reliquas eiuſdem generis cõmemorare operæpretiũ cenſeo. Earum enim remedio pleræq; lites dirimebantur. Omne æs alienum manente ſocietate contractũ de cõmuni ſoluẽdũ erat: & ſi ſub cõdicione deberetur, ſi interim ſocietas dirimeretur, Cautiones interponendæ erãt, L. omne æs, D. pro ſoc. Sed & ſi vnus ex diẽ pecuniã deberet, hoc deducere nõ poterat tãquã purè deberet: ſed omnes diuidere debebãt & CAVERE, CVM DIES VENISSET DEFENSV IRI SOCIVM, L. ſi ſocij, D. pro ſoc. Pro ſocio etiam Arbiter proſpicere debebat Cautionibus in futuro dãno, vel lucro pẽdẽte ex ea ſocietate: quod & in omnibus bonæ fidei iudiciis ſeruabatur, ſiue generalia eſſent, veluti Pro ſocio, Negotiorũ geſtorum, Tutelæ, ſiue ſpecialia, veluti Mandati, Cõmodati, Depoſiti. L. pro ſocio, D. pro ſocio. At ſi ſemel actum eſſet de peculio, quamuis minus rei iudicandæ tempore in peculio inueniretur, quã deberetur, tamen Cautionibus locus non erat, de futuro incremẽto peculij. Hoc enim in Pro ſocio Actione locũ habebat, quia ſocius vniuerſum debebat, L. quoties, §. ſi ſemel D. de pecul. Porrò ſi vnus ex ſociis rẽ cõmunẽ conſenſu ſociorũ vẽdidiſſet, pretiũ diuidi debebat, ita vt ei CAVERETVR, INDEMNEM EVM FVTVRVM, L. ſi vnus, D. pro ſoc. Sed ſi ideò cõdemnandus erat ſocius, quòd pecuniam cõmunẽ inuaſiſſet, vel in ſuos vſus cõuertiſſet, omnimodò quidẽ etiã mora nõ interueniẽte vſuras præſtabat: nec tamẽ Iudex iudicij bonæ fidei, rectè iubebat Cautiones interponi, VT SI TARDIVS SENTENTIÆ CONDEMNATVS PARVISSET, FVTVRI TEMPORIS VSVRÆ PENDERENTVR. Nihil enim ad Officiũ Iudicis pertinebat poſt condẽnationem futuri temporis tractatus, L. 1. §. 1. D. de vſur. Vlp. in L. ſi dubitet, D. de fideiuſſorib. *Si dubitet creditor, an fideiuſſores ſoluendo ſint, & vnus ab eo electus paratus ſit offerre* CAVTIONEM, VT SVO PERICVLO CONFIDEIVSSORES CONVENIANTVR IN PARTE, *dico audiendum eum eſſe: ita tamen; & ſi ſatiſdationes offerat.* In L. ſi ſine, D. depoſiti *ſine dolo malo rẽ depoſitã tibi amiſeris: nec depoſiti teneris, nec* CAVERE *debes,* SI DEPREHENDERIS EAM REDDI. Vlp. etiã in L. 1 §. ſi pecunia, D. eo. Si vnus ex heredib[9] eius qui res quæ diuidi nõ poterãt, depoſuerat, eas repeteret, depoſitariũ omnes reddere debere ait, SATISDATIONE IDONEA A PETITORE EI PRÆSTANDA, IN HOC QVOD SVPRA EIVS PARTEM ERAT. Gaius quoq; in L. ſi plures, D. eo. Si plures heredes extitiſſẽt, ei qui depoſuerat; maiori parti id poſtulãti rẽ reſtituẽdã ſcribit, CAVTELA IDONEA REDDENDA. Labeo in L. inſulã, §. vlt. D. eo. tit. *Quidã in municipio balineũ præſtãdũ annuis viginti nũmis conduxerat: & ad refectionẽ fornacis, fiſtularũ, ſimiliũmq; rerũ cẽtũ nũmi vt præſtaretur ei, cõuenerat cõductor, cẽtum nũmos petebat. Ita ei deberi dico, ſi* IN EARVM RERVM REFECTIONEM EAM PECVNIAM IMPENDI SATISDARET. Vlp. in L. procuratoris, §. vlt. D. de tributo. act. *Sed quoniã fieri poteſt, vt alius quoq; vel alij exiſtere poſsint, mercis peculiaris creditores,* CAVERE *debet creditor iſte,* PRO RATA SE REFVSVRVM, SI FORTE ALII EMERSERINT CREDITORES. Idem in L. illud, D. eod. *Illud quoque* CAVERE *debet,* SI QVID ALIVD DOMINI DEBITVM EMERSERIT, REFVSVRVM SE EI PRO RATA. Et in L. ſed ſi damnum, §. vlt. D. de pecul. *Marcellus autem in vtroque, ſi nondum quicquam domino abſit, melius eſſe ait, præſtare creditori, vt* CAVEAT *ille,* REFVSVRVM SE SI QVID PRÆSTITERIT DOMINVS HOC NOMINE CONVENTVS, *quàm ab initio deduci.* Paulus in L. ex facto, §. vlt. D.

cod. *Si dos filiofamilias ſit data, vel tutelam adminiſtrauerit, habenda erit ratio priuilegiorum in actione de peculio, dilata interim ceterorum creditorum actione, vel interpoſita* CAVTIONE, SI PRIORES AGANT, QVI PRIVILEGIVM NON HABENT, RESTITVIRI QVOD ACCEPERVNT, SI INFERATVR POSTEA CVM PATRE ACTIO PRIVILEGII. In L. ſi quis ſeruum, D. de action. emp. *Et præterea* CAVERE *debet*, QVIDQVID EX HEREDITATE LIBERTI AD EVM PERVENERIT, RESTITVIRI. Enimuerò ſi lite conteſtata homo petitus, ſine culpa poſſeſſoris fugiſſet, cautionibus interpoſitis abſolutum eum fuiſſe, ait L. ſi ſeruus, in fi. D. de euictionib.

Si furioſo aliquis ſubſtitutus eſſet, & curator bonorum poſſeſſionem accipere nollet, proximo cuique dabatur: quo admiſſo ſubſtitutus CAVTIONEM præſtare cogebatur omnibus his quibus bona reſtitui debebant, SI FORTE INSTITVTVS IN EODEM FVRORE DECESSISSET, AVT COMPOS MENTIS EFFECTVS ANTE MORTEM OBIISSET, QVAM HEREDITATEM AGNOVISSET. L. I. D. de bonor. poſſeſſ. fur. Erat & vulgaris de Indemnitate cautio. Papinian. in L. liberto, §. I. D. de negot. geſt. *Inter negotia Sempronij quæ gerebat, ignorans Titij negotium geſſit. Ob eam quoque ſpeciem Sempronio tenebitur: ſed et* CAVTIONEM INDEMNITATIS OFFICIO IVDICIS PRÆBERI *neceſſe eſt aduerſus Titium cui datur actio*. In L. cùm pater, D. de iu. dot. *Si mulier legatum petat, oppoſita doli exceptione non aliàs cogetur ei heres legatum ſoluere, quàm ſi* CAVERIT, INDEMNEM HOC NOMINE HEREDEM FVTVRVM ADVERSVS MARITVM EX PROMISSIONE AGENTEM. In L. illud, in fi. D. de ædil. edict. *Si quid damni ſenſit, vel ſi quid pro ſeruo impendit, conſequetur* ARBITRIO IVDICIS, *ſic tamen non vt ei horum nomine venditor condemnetur, vt Iulianus ait, ſed ne aliàs compellatur hominem venditori reſtituere*, quàm SI EVM INDEMNEM PRÆSTET. Paulus in L. diligenter, D. mandati. *Non obſtabit mihi exceptio, niſi & reliquum quod deeſt mandatu meo præſtes, &* INDEMNEM ME PER OMNIA CONSERVES. Et §. I. eadem L. *Nec vlla exceptione ſummoueri*, NISI INDEMNITAS EI PRÆSTETVR. Generaliter certè qui rem alicui tradebat, reſtituebátque, is DE DOLO REPROMITTEBAT, L. Iulianus, § idem Celſus, D. de actionib. emp. L. creditor, D. de pignerat. act. L. is qui, D. de noxalib. L. metum autem, §. Iulianus, D. quod met. cau. L. heres ſeruum, D. de euictionib. L. ſi filiofa. §. maritum, D. ſolu. matr. Interdum etiam de SVO FACTO quis CAVEBAT, L. de tuo. D. mandati. L. II. D. de hered. vend.

Ceterùm vbi plures actiones eiuſdem rei nomine competebant, vna electa OFFICIO IVDICIS conueniebat, vt aliæ remitterentur, Gaius in L. ſi merces, §. culpæ, D. locati. *Ipſe quoque ſi exciderit, non ſolùm ex locato tenetur, ſed etiam lege Aquilia, & ex lege* XII. *Tabularum Arborum furtim cæſarum, & interdicto, Quod vi aut clàm. Sed vtique* IVDICIS, QVI EX LOCATO IVDICAT, OFFICIO CONTINETVR, VT CETERAS ACTIONES LOCATIS OMITTAT. Paul. in L. ſi vulnerauerís, D. eodem. *Si vulnerauerís ſeruum tibi locatum, eiuſdem vulneris nomine Legis Aquiliæ, & ex locato actio eſt. Sed alterutra contentus actor eſſe debet. Idque* OFFICIO IVDICIS CONTINETVR, APVD QVEM EX LOCATO AGETVR. Interdum etiam qui vna actione egerat, cuius electione aliæ quæ de eadem re cõpetebant, conſumebantur, CAVERE iubebatur AMPLIVS NON AGI, L. ſi ſeruus ſeruum, §. inquit lex, D. ad L. Aquil. Omnes autem qui ideirco tenebantur, quia habebant actionem, abſoluebantur, ſi parati eſſent ACTIONIBVS SVIS CEDERE, EASQVE MANDARE, & procuratorem in rem ſuam facere eum à quo conueniebantur, L. quod debetur, D. de pecul. L. ſi procuratorem, §. vlt. & L. fideiuſſor, §. ſi cùm, D. mandati, L. cum qui, & L. ſi vendidero, L. III. §. item Labeo, D. de in rẽ ver. L. quod ſæpe, §. ſi res, D. de cõtrah. empt. L. ſi vt certo, §. itẽ Labeo, D. commoda. L. I. § ſi te rogauero, & L. ſi is apud, D. depoſiti. L. in creditore, D. de euictionib. Plerumq; autẽ eas actiones nõ ſolũ ARBITRIO, ſed etiã PERICVLO ACTORIS reus PRÆSTARE debebat, vt omne lucrũ ac diſpendiũ actorem ſequeretur, L. ſi ea res, D. de action. emp. Reus etiã non aliter plerumq; condẽnari debebat, quã ſi actiones ſuas quas aduerſum tertium habebat, actor ei præſtaret, L. ſi quis alicui, §. vlt. L. ſi fideiuſſor, §. ſi cum debitor, D. manda. L. quod ſi in diem, §. vlt. D. de hered. petit. L. fideiuſſoribus ſuccurri, D. de fideiuſſorib.

In Depoſiti planè vel Commodati iudicio quamquam dolo aduerſarij res abeſſet, condemnato ſuccurri ſolebat, VT EI ACTIONIBVS SVIS DOMINVS CEDERET,

RET, L. in depoſiti, D. de re iudic. Idque interdum per doli exceptionem rei conſequebantur, L. cùm hic ſtatus, §. ſi maritus, D. de donat. inter vir. Enimuerò ſi ante rem iudicatam is cum quo actũ erat, ſatisfeciſſet actori, OFFICIO IVDICIS conueniebat eũ abſoluere: licet in ea cauſa fuiſſet iudicij accipiendi tempore, vt damnari deberet, §. vlt. Inſtit. de perpet. & temp. action.

In arbitrio porrò Iudicis erat, Iuſiurandum in litem deferre, vel non. L. videamus, §. Iurare, D. de in lit. iuran. Cùm verò deferendum cenſebat, inrerdum IN INFINITVM IVRARE permittebat, L. qui reſtituere, D. de rei vind. Interdum TAXATIONEM iutiiurando adiiciebat. Licuiſſe enim Iudici, dum iuſiurandum in litem deferebat, modum iutiiurando ſtatuere, vt intra certam quantitatem iuraretur, ſeu præfinire certam ſummam ad quam vſque iuraretur, tradunt præceptores noſtri, in L. videamus, §. iurare, & L. in actionibus, D. de in lit. iur. Et ita Officio Iudicis in Actionibus de dolo, & Quod metus cauſa, Taxatione iuſiurandum refrenari debuiſſe, ait L. arbitrio, D. de dol. Ob dolum autem ſolum & contumaciam, in litem iurabatur, non etiam ob culpam. Tunc enim æſtimatio à Iudiee fiebat, d. L. videamus, §. vlt. & d. L. in actionibus. Vti verò iuraretur, ex his quæ ſubiunxi exemplis, planum fiet. Iauolen. in L. qui furti, D. de in lit. iur. *Cùm furti agitur, Iurari ita oportet*, TANTI REM FVISSE CVM FVRTVM FACTVM SIT, *non adiici*, EO PLVRISVE. Calliſtrat. in L. in inſtrumẽtis, D. eo. *In inſtrumentis quæ quis non exhibet, actori* PERMITTITVR, IN LITEM IVRARE, QVANTI SVA INTEREST EA PROFERRI: VT TANTI CONDEMNETVR REVS. In L. Nũmis, eo. *Nũmis depoſitis Iudicem non oportet, in litem iuſiurandũ deferre, vt* IVRET *quiſque*, QVOD SVA INTERFVIT, *niſi fortè de eo quis iuret*, QVOD SVA INTERFVIT NVMMOS SIBI SVA DIE REDDITOS NON ESSE.

Curare autem debebat Iudex, vt omnino quantum poſſibile ei eſſet, certæ pecuniæ, vel rei, Senrẽtiam ferret, etiam ſi de incerta quantitate apud eum actum eſſet, §. curate, Inſtitut. de Actionib. In Sententiis tamen ſufficiebat, ſi Iudex ſummã expreſſiſſet, SOLVIQVE IVSSISSET, VEL PRÆSTARI, vel quo alio verbo hoc ſignificaſſet. Sed & ſi in Sentẽtia non eſſet ſumma adiecta, ſi tamen is qui petebat, ſummam expreſſiſſet, & Iudex dixiſſet, SOLVE QVOD PETITVM EST, vel QVANTVM PETITVM EST, valebat Sententia. L. in ſententiis, D. de re iud. Vlpian. in L. ait Prætor, §. vlt. D. eo. *Si Iudex aliquem ſic condemnet*, vt, QVOD HABET EX TESTAMENTO VEL CODICILLIS MÆVII, RESTITVERET TITIO. Imp. Gordian. in L. Hæc ſententia, C. de ſent. quæ ſine cer. quantit. *Hæc ſententia*. OMNEM DEBITI QVANTITATEM CVM VSVRIS COMPETENTIBVS SOLVE, *iudicati actionem parere non poteſt*. Idem Imp. in L. vlt. C. eod. *Hæc ſententia*, QVÆ BONA FIDE ACCEPISTI, SOLVE: *cùm incertum eſſet, quid accepiſſet, quantúmque ab eo peteretur, præſertim cùm ipſe, qui extra ordinem iudicabat, interlocutus ſit*, DOTEM DATAM QVÆ REPETERETVR NON LIQVIDAM ESSE: *iudicati auctoritate non nititur*. Qui autem fortis quidem condemnationem faciebant, de vſuris autem ita pronuntiabant, VSVRÆ SI QVÆ COMPETVNT, vel, QVÆ COMPETVNT, VTI PRÆSTENTVR, eos nõ rectè pronuntiaſſe, ait Vlpian. in d. L. in ſententiis, §. 1. D. de re iud. quoniam de vſuris quoque cognoſcere, & certã facere condemnationẽ debebant. Idẽ Vlp. in L. ſi ſe non obtulit, §. ſi quis condemnatus, D. de re iudic. *Si quis* CONDEMNATVS SIT, VT INTRA CERTOS DIES SOLVAT, *vnde ei tempus Iudicati actionis computamus*? Macer in L. 1. D. quæ ſentenr. ſine appell. reſcind. *Si Iudex ita pronuntiauerit*, CVM CONSTET TITIVM SEIO EX ILLA SPECIE QVINQVAGINTA, ITEM EX ILLA XXV. DEBERE, IDCIRCO L. TITIVM SEIO CENTVM CONDEMNO. Scæuola in L. Lex vectigali, D. de pignorib. *Si cũ in exſolutionẽ vectigalis tam debitor, quàm creditor ceſſaſſent, & propterea* PRONVNTIATVM ESSET, FVNDVM SECVNDVM LEGEM DOMINI ESSE. Idem in L. Lucius Titius, in prin. D. de legat. II. *Poſtea ſententia dicta eſt: &* PLACVIT ID QVOD SVB NOMINE IPSIVS FILII IN KALENDARIO REMANSERAT, EI DEBERI: NON ETIAM ID QVOD EXACTVM IN RATIONES SVAS PATER CONVERTISSET. Vlpian. in L. circa eum, D. de

probationib. *Ad hoc, vt ſententiam ferat pro ingenuitate facientem*, *hoc eſt*, INGENVVM SE ESSE, *vt pronuntietur*. Vlpian. in L. ſi patronus, §. ſi quis cùm, D. de bon. libert. *Si quis cùm eſſet exheredatus*, PRONVNTIATVS, *vel perperam ſit*, EXHEREDATVS NON ESSE. Idem in L. ſi iurauero, D. de iure patron. *Aliter atque*, SI PATRONVM ESSE, PRONVNTIATVM SIT.

Quædam perſonæ non in ſolidum & integrum, ſed IN ID dumtaxat, QVOD FACERE POTERANT, damnabantur, vt Maritus, Socius, Parens, Patronus, Patrona, liberíque eorum & parentes: item qui ex liberalitate ſua conueniebatur, L. ſunt qui, cum ſeq. D. de re iud. L. maritum, D. ſol. matrim. L. tutorem qui, D. de adminiſtr. tutor. L. Diuus Pius, D. de diuerſ. regul. §. ſunt præterea, cum §§. ſeq. Inſtit. de actionib. L. ſi filiusfa. D. de tut. & rat. diſt. Et Maritus quidem, Parens, Patronus, Socius facere poſſe credebantur, nullo ære alieno deducto. At is qui ex cauſa donationis cõueniebatur, ære alieno deducto, L. Maritus facere, D. ſol. matrimo. L. inter eos, §. vlt. L. & exheredatum, D. de re iud. Sed ſi à ſocero dos ex promiſſione, manente matrimonio, peteretur, non vltra facultates damnabatur, aliter atque ſi ſoluto matrimonio conueniretur, L. ſicut autem, & L. ſed hoc ita, D. de re iud. Nec maritus modò, ſed & defenſor mariti, in id tantùm quod facere poterat, damnabatur, L. ſi cum procuratore, D. de re iud. L. alia, D. ſolu. matrim. Heredes verò ſupradictarum perſonarum, non in id quod facere poterant, ſed in ſolidum condemnabantur, L. ſciendum. D. de re iud. L. maritũ, cum L. ſeq. D. ſol. matrimo.

Qui de Inofficioſo teſtamento cognoſcebant, contra liberos qui querelas pertulerant, his fermè verbis pronuntiabant, VIDERI PATREM IVSTAS IRASCENDI FILIO CAVSAS HABVISSE: quemadmodum Plin. Epiſt. 1. lib. v. ad Seuerũ docet. Ad quam formulam Impp. ſæpenumerò alludunt ſub Tit. de inoffic. teſtamen. C. vt in L. cùm te. *Ac propterea* IRATVM ATQVE OFFENSVM PATREM *ad exheredationis notam prolapſum dicas, inofficioſi teſtamenti querelam inferre non vetaberis*. Et in L. filia, eod. tit. *Filia in orbitate patris relicta, cum marito, cui matre volente nupſit, colens concordiam*, IVSTAS OFFENSIONIS *poſt eiuſdem matris pœnitentiam* CAVSAS NON PRÆSTAT. Et in L. ſi maritus. *Filia autem quam habuit in poteſtate, exheredata iure facta minimè perhibetur: nihilque ei relictum eſt, neque* IVSTAS OFFENSÆ CAVSAS PRÆSTITISSE *expreſſè conuincitur*. Et in L. teſtamenti, eo. tit. *Teſtamenti factione per teſtationem vos interdixiſſe, profitentes matri* IVSTAM CAVSAM OFFENSÆ *manifeſtè teſtamini*. Et in L. liberi, eod. tit. *Sin autem mater contra filij teſtamentum inofficioſi actionem inſtituat, inquirere diligenter debemus, vtrùm filius* NVLLA EX IVSTA CAVSA *læſus ſit*.

Priuatarum autem litium Iudices cùm pronuntiabant, addere ſolebant, SI QVID MEI IVDICII EST, quemadmodum Cic. lib. II. de Finib. oſtendit. Hac verò modeſtia vſos, vt VIDERI ſibi pronuntiarent. Item interdum ita pronuntiaſſe, SECVNDVM TE LITEM DO, aliàs lib. II. Select. antiquit. notare me memini. Quò reſpexiſſe videtur Vlpianus in L. Diui, §. rectè, D. de liber. cau. cùm ait, *Si enim liquebit, contra libertatem dabit*. Lucanus lib. IIII.

--SECVNDVM

ÆMATHIAM LIS *tanta* DATVR.

Interdũ etiam pronuntiabant Iudices SIBI NON LIQVERE, atque ita iudicandi neceſſitate liberabantur, vt ex Agell. lib. XIIII. cap. II. & ex L. Pomponius, D. de re iudic. apparet. Qua de formula alius erit, poſtea dicendi locus conſtitutus. Exemplum autem ſentẽtiæ in domeſtico iudicio Valer. lib. V. cap. VIII. ſuppeditat, quo loco refert T. Mãliũ Torquatũ de filio Silano cognitione domi ſuſcepta, ita pronũtiaſſe: CVM SILANVM FILIVM MEVM PECVNIAS A SOCIIS ACCEPISSE MIHI PROBATVM SIT, ET REP. EVM ET DOMÓ MEA INDIGNVM IVDICO, PROTINVSQVE E CONSPECTV MEO ABIRE IVBEO. Cicer. verò lib. I. de Finib. cùm de filio ita pronuntiaſſe ait, NON TALEM EVM VIDERI FVISSE IN IMPERIO, QVALES EIVS MAIORES FVISSENT: ET IN CONSPECTVM SVVM VENIRE VETVIT.

Iam poſt cauſam vtrinq; actam poſtulatum à Iudice, vt IRET IN CONSILIVM, demonſtrat

monſtrat Cicero Oratione pro Quintio, cùm ad Gallum Aquilium Iudicem ait, *Tibi inſtat Hortenſius*, VT EAS IN CONSILIVM. Iudices antem plerumque in conſiliū amicos adhibuiſſe, teſtimonio eſt Cicer. lib. IIII. in Verrem, cùm M. Petilium Equitem Rom. à Verre iudicem datum, iuſſúmque operam dare, id recuſaſſe narrat, quod ſuos amicos quos ſibi in conſilio eſſe vellet, Verres retineret. Sic C. Aquilium Gallum Iudicem de P. Quintij, & Sex. Næuij controuerſiis ſumptum, in conſilium aduocaſſe, quos commodum ipſi fuerat, ex Oratio. pro Quintio patet. Et ita Agellius lib. XIIII. cap. II. cōtrouerſiam coram ſe Iudice dato agitatam referens, *Tunc vbi amici mei, quos* ROGAVERAM IN CONSILIVM *viri exercitati, atque in patrociniis & in foro celebres, ſempérque ſe circum vndique diſtrahentibus cauſis feſtinantes, non ſedendum diutius, dicebant.* Vnde apparet Rogatos in conſilium iiſdem ſubſelliis conſediſſe, ſicut & eos qui à Magiſtratibus in conſilium adhibebantur, in Tribunali ſediſſe oſtendit Craſſus apud Cicer. lib. I. de Orato. Magiſtratus certè, eos poſt Terga collocaſſe indicat Ammian. Marcellinus lib. XXIII. Et ita DE CONSILII SENTENTIA, Iudices pronuntiabant, quæ verba his ſingularibus literis D. C. S. ſcribi conſueuiſſe ex Notarum libris apparet. Iudices autem in cauſis quæ apud eos agebantur, præcipuè ſpectabāt, QVA DE RE AGEBATVR. Cicero lib. II. de finib. *omnis autem in quærendo quæ via quadam & ratione habetur oratio, præſcribere primùm debet, vt quibuſdam in formulis,* QVA DE RE AGITVR, *vt inter quos diſſeritur, conueniat quid ſit id de quo diſſeratur.* Idem lib. V. eiuſdem argumenti: *Et ego. Piſo, inquam, ſi eſt quiſquam qui acutè in cauſis videre ſoleat* QVA DE RE AGATVR, *is es profectò tu.* Idem lib. de Fato: *Hæc differens* QVA DE RE AGATVR, *& in quo cauſa conſiſtat, non videt.* Idem in Bruto: QVA DE RE AGITVR *autem, illud quod multis locis, id vbi eſſet, videbat.* Idem in Oratio. pro Muræna: *Etenim, quæ de ſcripto aguntur, ſcripta ſunt omnia: neque tamen quicquam tam anguſtè ſcriptum eſt, quo ego non poßim,* QVA DE RE AGITVR *addere.*

Porrò de qua re cognouerat Iudex, pronūtiare quoq; cogēdus erat, L. de qua re, D. de iudic. Iudices certè ad iudicandū OPERAM DARE iubebātur. Cic. lib. IIII. in Verr. *Marcum Petilium equitem Ro. quem habet in conſilio, iubet* OPERAM DARE, QVOD REI PRIVATÆ IVDEX ESSET. Excuſabatur tamen incidente infirmitate, vel neceſſaria profectione, aut probabili aliqua occaſione ſuperueniente. Vlpianus in L. ſi longius, D. de iudic. *Si longius ſpatium neceſſarium erit, quo minus Iudex datus,* OPERAM *poßit* DARE, *mutari eum iubet Prætor, hoc eſt ſi fortè occupatio aliqua iudicem non patiatur* OPERAM IVDICIO DARE, *incidente infirmitate, vel neceſſaria profectione, vel rei ſuæ familiaris periculo.* Idem in L. Prætor, D. de vacat. & excuſat. mun. *Prætor eos, quoſcùmque intellegit* OPERAM DARE NON POSSE AD IVDICANDVM, *pollicetur ſe excuſaturum: fortè quod in perpetuum quis* OPERAM DARE *non poteſt, quòd in eam valetudinem incidit, vt certum ſit eum ciuilia officia ſubire non poſſe: aut ſi alio morbo laboret, vt ſuis rebus ſupereſſe non poßit: vel ſi quid ſacerdotium nancti ſint, vt diſcedere ab eo ſine religione non poßint. nam & hi in perpetuum excuſantur.* Iudicandi etiam neceſſitatem morbum ſonticum remiſiſſe Paulus ait in L. Iudex datus, D. de iudic. Si Iudex cui certa tempora præſtituta erant, deceſſiſſet, & alius in eius locum datus eſſet, tanta ex integro tempora in perſona eius præſtituta intelligebantur: quamuis Magiſtratus nominatim hoc in ſequentis datione non expreſſiſſet: ita tamen vt legitimum tempus non excederet, L. ſi iudex, D. de iudic. Mortuo planè Iudice, quod eū iudicare oportuerat videri eum qui in locū eius ſubditus erat, ſequi oportebat, L. mortuo, D. de iudic. Iudices verò à Præſide prouinciæ dati, etiam in tempus ſucceſſorum eius durabant, & pronuntiare cogebantur. L. venditor, §. vlt. D. de iudic. Si locus in iubendo iudicare non eſſet comprehenſus, videbatur eo loco iudicare iuſſiſſe, quo ſolebat iudicari ſine incommodo litigātium, L. ſi locus, D. eo. Duo ex tribus Iudicibus datis vno abſente iudicare non poterant: ſed ſi adeſſet, & contrà ſentiret, ſtabatur duorum ſententiæ, L. duo ex tribus, D. de re iudic. At ſi vnus ex pluribus Iudicibus de Liberali cauſa cognoſcētibus, iuraſſet, SIBI NON LIQVERE, eo quieſcente ceteri qui cōſentiebant, ſententiā proferre poterant, L. Pōponius, D. eo. tit.

Inter pares numero iudices ſi diſſonæ ſententiæ proferrentur: in Liberalibus quidem cauſis pro libertate ſtatutum obtinebat, in aliis autem cauſis pro reo. L. inter pares, D. de re iudic. Quod ſi duo Iudices dati diuerſas ſententias dediſſent, vtraq; ſententia in pendenti erat, donec competens Iudex vnam earum confirmaſſet, L. duo iudices, D. de re iud. De vno quoque negotio præſentibus omnibus quos cauſa contingebat, iudicari oportebat: aliter enim iudicatum tantùm inter præſentes tenebat, L. de vno quoque, D. eo. Vnde Imperator Philippus in L. ſi vt proponis, C. quomodo & quando iu. *Si vt proponis*, ait, *Præſes prouinciæ, cùm certum locum cauſæ cognoſcendæ dediſſet, alibi per obreptionem aditus, ſententiam aduerſus te abſentem protulit: quod ita geſtum eſt, ad effectum iuris ſpectare minimè oportet.* Hac de cauſa morbus ſonticus etiam inuitis litigatoribus, ac iudice, diem differebat: ac proinde ſi rei iudicandæ tempore, alter ex litigatoribus, febricitans diſceſſiſſet, Iudex abſente eo pronuntiare non poterat: & ſi pronuntiaſſet, res non videbatur iudicata, L. quæſitum, D. de re iudic. Nec verò ſolebat quis abſenti cōdemnari, L. certum, §. ſi quis abſente, D. de confeſſ. Iudex autem poſteaquàm ſemel ſententiam dixerat, poſtea Iudex eſſe deſinebat: & qui ſemel pluris vel minoris condēnauerat Iudex, amplius corrigere ſententiā ſuā non poterat. Semel enim malè ſeu bene officio functus erat, L. Iudex poſteaquā, D. de re iud. Quod ſignificat Apul. lib. I. Florid. his verbis: *Proconſulis autē tabella ſententia eſt, quæ ſemel lecta: neque augeri litera vna, neque autem minui poteſt: ſed vtcumque recitata eſt, prouinciæ inſtrumēto refertur.* Vnde Alfen. in L. cùm quærebatur, D. de re iud. *Cùm quærebatur, Iudex ſi perperam iudicaſſet, an poſſet eodem die iterum iudicare: Reſpondit, non poſſe.* Acta tamen apud ſe habita, ſi partes conſentirent, & Iudex hoc permiſiſſet, poterat iubere eo die circumduci: niſi vel negotium, vel lis terminata eſſet, vt docet Paul. in L. acta, D. eod. tit. Actorum tamen verba, emēdare, tenore ſententiæ perſeuerante non erat prohibitum, vt conſtat ex L. actorum, D. eod.

Iudicium non pronuntiatione modo Iudicis finem accipiebat: ſed & ſoluebatur, vetante eo qui iudicare iuſſerat: vel etiam eo qui maius imperium in eadem iuriſdictione habebat: vel etiam ſi ipſe Iudex eiuſdem imperij eſſe cepiſſet, cuius erat qui iudicare iuſſerat, L. iudicium, D. de iudic. Iudicum porrò datorum ſententias exequebantur Magiſtratus qui eos dederant, L. à Diuo Pio, D. de re iudic. Exſecutoris quidem à Prætore dati fit mentio in L. III. §. ſi exſecutor, D. de negot. geſt. Vlpianus etiam in L. qui erat, D. famil. erciſcund. *Si quis*, ait, *ad* EXEQVENDAM SENTENTIAM A PRÆTORE DATVS DISTRAHAT. Pignora certè in cauſam iudicati capti, & per apparitores diſtrahi ſolebant toto Tit. ſi pign. in cau. iudic. cap. ſit C. Vlpianus in L. ſi ex cauſa, D. de minoribus. *Si ex cauſa iudicati pignori minoris capta ſint & diſtracta.* Idem in L. ſi pignora, D. de euictionib. *Si pignora veneant per* APPARITORES PRÆTORIS EXTRA ORDINEM SENTENTIAS SEQVENTES: Prætorem etiam EXTRA ORDINEM IVRE POTESTATIS SVÆ EXSEQVI oportere DECRETVM SVVM: nonnumquam etiam per MANVM MILITAREM, ait Vlpianus in L. ſi quis miſſus, D. ne vis fiat ei qui in poſſ. Nam & MANV MILITARI AVFERRI debere rem ab eo, qui reſtituere iuſſus Iudici non parebat, cùm rem haberet, tradit idem Vlpian. in L. qui reſtituere, D. de rei vind.

Eum etiam qui cùm prouincia abiret, pecuniam quæ penes ſe eſſet, ad ærarium profeſſus retinuiſſet, inter debitores relatum: eámque pecuniam eum qui hoc imperio vtebatur, ab eo exegiſſe, PIGNVS CAPIENDO, CORPVS RETINENDO, MVLTAM DICENDO, Paulus ſcribit in L. ſacrilegi, §. vlt. D. ad L. Iul. pecul. In pignoribus autem capiendis, diſtrahendis, addicendis, quis ordo, quæque forma obſeruaretur, pleniſſimè tradit Vlp. in L. à Diuo Pio, D. de re iud.

Iureiurando etiam interpoſito ſiue ex pactione ipſorum litigatorum, ſiue ex Iudicis auctoritate, controuerſiæ interdum decidebantur, L. I. D. de iureiurando. Suetonius in Iul. cap. LXXXV. *Apud eam longo tempore ſacrificare, vota ſuſcipere,* CONTROVERSIAS QVASDAM INTERPOSITO PER CÆSAREM IVREIVRANDO DISTRAHERE *perſeuerauit.*

Delatum autem ab aduerſario iuſiurandum aut ſuſcipere & præſtare, aut referre cogebatur

batur

batur is, cui delatum erat, niſi id remitteretur. Formula verò deferendi iuriſiurandi erat, IVRA PER. Sueton. in lib. de clar. rhetorib. de C. Albutio Silo: *Nam cùm in lite quadam Centumuirali aduerſario, quem vt impium erga parentes inceſſebat, iuſiurandum quaſi per figuram ſic obtuliſſet*, IVRA PER PATRIS MATRISQVE CINERES, QVI INCONDITI IACENT: *& alia in hunc modum, arripiente eo conditionem, nec iudicibus aſpernantibus, non ſine magna ſui inuidia negotium afflixit*. Iurari autem oportebat, vt delatum erat iuſiurandum. Nam ſi detuliſſet quis, VT PER DEVM IVRARET, & ille, PER CAPVT SVVM VEL FILIORVM SVORVM, VEL PER SALVTEM SVAM IVRASSET, non erat iuratum habendum iuſiurandum, L. ait Prætor, §. vlt. cum duabus, LL. ſeq. & L. qui per ſalutẽ, D. de iureiuran. Quòd ſi de qualitate iuramenti fuiſſet inter partes dubitatum, conceptio eius ARBITRII IVDICANTIS erat, L. iuſiurandum & ad pecunias, §. ſi de qualitate, D. eo. Sed & ſi iuſiurandum non tale referebatur, quale delatum erat, OFFICIO IVDICIS conceptio huiuſcemodi iuriſiurandi terminabatur, d. L. iuſiurandum, §. non ſemper. Poterat verò is cui iuſiurandum delatum erat, aduerſarium cogere, VT DE CALVMNIA IVRARET. Nam qui iuſiurandũ deferebat, prior DE CALVMNIA DEBEBAT IVRARE, ſi hoc exigeretur: deinde ſic ei iurabatur, d. L. iuſiurandum & §. qui iuſiurandum, & L. ſi non fuerit, D. eo. Paul. lib. II. Sentent. tit. 1. Parentes tamen & patroni, liberis, libertiſve iuſiurandum deferentes, de calumnia non iurabant, L. licet, D. de obſeq. libert. à patr. L. ſi patronus, D. de iureiur. Secundum quæ, qui rerũ amotarum inſtituerat actionem, ſi vellet magis iuſiurandũ deferre, cogebatur aduerſarius iurare NIHIL DIVORTII CAVSA AMOTVM ESSE, dũ modo de calumnia iuraret qui iuſiurandum deferebat, L. Marcellus, §. 1. D. rer. amotar. Iuſiurandum autem de calumnia referenti non deferebatur: quia non erat ferendus actor, ſi vellet ſibi iurari de calumnia condicionis quam ipſe detulerat, d. L. iuſiurandum & §. datur.

Nec in hac vna tantũ ſpecie iuramento de calumnia locus erat. Nam & qui opus nouũ nuntiabat, IVRARE debebat, NON CALVMNIÆ CAVSA OPVS NOVVM NVNTIARE. Quod iuſiurandum auctore Prætore deferebatur, L. de pupillo, §. qui opus, D. de oper. no. nunt. Similiter qui damni infecti caueri ſibi poſtulabat, prius de calumnia iurare debebat, L. qui bona & L. qui damni, D. de dam. infec. Pomponius etiam in L. Theſaurus D. ad exhib. Si quis theſaurum ſuum in alieno defoſſum effodere vellet, non iniquum eſſe ait, IVRANTI ET SE NON CALVMNIÆ CAVSA ID POSTVLARE, vel interdictum vel iudicium dari. Creditori quoque in poſſeſſionem rerum debitoris miſſo, qui Rationum inſtrumentorúmque debitoris recognitionem, diſpunctionémque; iterum poſtularet, faciendam eius rei poteſtatem, Vlpian. ſcribit, ſi is IVRASSET, NON CALVMNIÆ CAVSA SE POSTVLARE, NEQVE HABERE QVÆ DISPVNXERAT, L. cum plures §. vlt. D. de reb. auct. iud. poſſid. Hoc etiam iuſiurandum ex Iuſtiniani conſtitutione omnibus qui conueniebantur deferebatur: Reus enim non aliter ſuis allegationibus vtebatur, niſi prius IVRASSET, QVOD PVTANS SE BONA INSTANTIA VTI AD CONTRADICENDVM PERVENIT, §. 1. Inſtit. de pœna tem. litigant. Iulianus Anteceſſor Cõſtitut. XLIIII. *Quod ſacramentum calumniæ fit ita: In primis, quidem actor* IVRET: HANC LITEM QVAM MOVI, CALVMNIANDI ANIMO NON MOVI. SED EXISTIMO ME HABERE BONAM CAVSAM, NEC DILATIONIS, NEC CALVMNIÆ CAVSA, NEC VEXANDI ADVERSARII GRATIA PROBATIONES IN TOTA HAC CAVSA AB ADVERSARIO MEO NVLLAS EXIGAM: SI DEVS. *Poſtea reus ita*: EGO PVTANS BONA INSTANTIA CAVSÆ AD CONTRADICENDVM PERVENIO, NEC DILATIONIS, NEC CALVMNIÆ CAVSA, NEC VEXANDI ADVERSARII GRATIA PROBATIONES IN TOTA HAC CAVSA AB ADVERSARIO MEO VLLAS EXIGAM: SI DEVS.

Variæ autem pro controuerſiarum varietate, iuriſiurandi formulæ erant. In actionibus enim in perſonam, creditorem IVRASSE, SIBI DARI OPORTERE, debitorem, SE DARE NON OPORTERE. In actionibus verò in rem petitorem IVRASSE, REM SVAM ESSE, poſſeſſorem verò IVRASSE, REM PETITORIS NON ESSE, ſuprà oſtendimus. Papinian. in L. illud, §. 1. D. de pecun. conſtit. Si *iureiurando delato*, DE-

BERE TIBI IVRAVERIS. Vlpian.in L.1. §.ſi petitor, D. quar. rer. act. non da. *Si petitor fundi iuſiurandum detulerit aduerſario, vt ſi auctor eius* IVRASSET SVVM FVNDVM SE TRADIDISSE, AB EA CONTROVERSIA DISCESSVRVM SE: *exceptio poſſeſſori fundi dabitur.* Idē in L.ſed ſi poſſeſſor.§.item ſi, D.de iureiur. *Sed ſi rerum in quibus vſusfructus propter abuſum conſtitui non poteſt,* IVRAVERIT VSVMFRVCTVM SE HABERE, VEL SIBI DEBERI. Mulierem vero in actione de dote, iuraſſe, DECEM DOTIS SIBI DEBERI, vel, DECEM SE DEDISSE IN DOTEM, docet L. Eum qui,§.ſi mulier, D.de iureiur. Vlpian.in L.ſi duo,§.Marcellus, D. eo. QVI IVRAVIT EAM QVÆ VXOR SVA FVERAT, REM SIBI IN DOTEM DEDISSE. Paul. in L.in duobus,§. colonus, D. eodem. *Colonus cum quo propter ſucciſas fortè arbores agebatur ex locato, ſi* IVRAVERIT, SE NON SVCCIDISSE. Et §. quæ iurauit, ead.L. *Quæ* IVRAVIT DIVORTII CAVSA REM SE NON AMOVISSE. Iuſiurandum autem quacumq; actione quis conueniretur, deferri poterat. De condicione enim perſonæ interdum iurabatur. Vlpian.in L.ait Prætor,§.1.D.eo. *Detuli iuſiurandum.* IVRASTI IN POTESTATE MEA TE NON ESSE. Et mox: *Si fortè quaſi prægnās ire in poſſeſſionem volebat, & cum ei contradiceretur, vel ipſa* SE IVRAVIT PRÆGNANTEM, *vel contra eam iuratum eſt.* Et paulo poſt: *Nec nocebit, ſi mater detulerit,* & IVRETVR EX EO PRÆGNANS NON ESSE. Marcell.in L.cum mulier, D.de Carbon. edic. *Cùm mulier deferente herede* IVRAVERIT SE PRÆGNATEM ESSE.

Patronus deferente liberto, IVRABAT SE PATRONVM ESSE, L.ſi iuranero, D. de iu. patron. Libertus verò deferente patrono IVRABAT SE LIBERTVM EIVS NON ESSE, L.ſi duo & L.eum qui,§.ſi libertus, D. de iureiur. Vlpian. in L. ſi duo, §. idem Iulianus, D.eo. *Si quis* IVRAVERIT VENDIDISSE ME EI REM CENTVM. Et in L.qui iuraſſe,§.1.D.eo. *Si pater* IVRAVERIT IN PECVLIO NIHIL ESSE. Et L.in duobus,§.ſi ei, D. eo. *Si ei qui debitorem meum in iudicium exhibere promiſit, iuſiurandum detulerim, iſque* IVRAVERIT, SE OMNINO EXHIBITIONEM EIVS NON PROMISISSE. Et §.igitur ead. L. *Si quis* IVRAVIT SE NON ESSE CONDEMNATVM.

In actione noxali iurabat actor, IN POTESTATE SVA NON ESSE SERVVM, NEQVE SE DOLO MALO FECISSE, QVOMINVS ESSET, L. quotiens,§.Prætor ait, D. de noxalib. In actione Furti iurabat reus, FVRTVM SE NON FECISSE, L.ſi duo,§.Idem Iulianus, D.de iureiuran. L.ſi quis vxori,§.ſi quis iurauerit, D. de furt. Sed ſi iuraſſet, SE NON RAPVISSE, non poterat eo iureiurando in Actione Furti, vel Cōdictione furtiua adiuuari, L.in duobus,§.ſi quis iurauerit, D. de iureiur. Actor vero reo referente, FVRTVM SIBI FACTVM IVRABAT, d.L.in duobus, §.Pomponius. In actione iniuriarum ex lege Cornelia, permittebatur actori iuſiurandum deferre, vt reus IVRARET SE INIVRIAM NON FECISSE, L.lex Cornelia,§.hac lege, D.de iniur.

Procurator autem & defenſor iurare non compellebantur, L.iuſiurandum & §.procurator, D.de iureiur. Sed ſi iuraſſent, eorum iuſiurandum domino proderat, exceptionémque ei pariebat, L.Nam poſteaquam,§. iuſiurandum, D.de iureiur. In noxali verò iudicio ſi tutor vel curator extarēt, ipſi iurare debebāt, IN POTESTATE DOMINI NON ESSE. Si autem procurator eſſet, neceſſe erat ipſe dominus iuraret, L.quoties,§.ſi tutor, D. de noxalib. Si tamen actore deferente defenſor abſentis vel præſentis IVRASSET, EVM QVEM DEFENDERET, DARE NON OPORTERE, exceptio iuriſiurandi ei cuius nomine iurandū fuerat dari debebat, L.vlt.§.vlt.D.de iureiur. Sed & ſi filiofamilias delatū eſſet iuſiurādū, & is iuraſſet, PATREM SVVM DARE NON OPORTERE, dāda erat patri exceptio, L.vlt.D.quar.rer.act.non da. L.vlt. D. de exceptionib. Seruus etiam ſi deferēte aduerſario iuraſſet, exceptio domino dabatur, L.ſi ſeruus, D.de iureiur. At ex quibus cauſis legatus iudicium accipere non cogebatur, nec iurare cogendus erat, ſe dare non oportere: quia hoc iuſiurandum in locum litis conteſtatæ ſuccedebat, L.ſed & ſi reſtituatur,§.ex quibus, D.de Iudic. Cum autem res in iuſiurandum demiſſa erat, Iudex iurantem abſoluebat, referentem audiebat. Et ſi actor iuraſſet, condemnabat reum. Nolentem

lentem

lentem reum iurare, ſi ſoluiſſet, abſoluebat: non ſoluentem condemnababat, L. iuſiurandum & §, vlt. D. de iureiur. In actione vero quæ ex iureiurando oriebatur, hoc ſolùm quærebatur, an iuraſſet actor, SIBI DARI OPORTERE: vel cum iurare paratus eſſet, iuſiurãdum remiſſum eſſet, L. nam poſteaquam & L. quod ſi iuraui, D. eo. tit.

Interdum ad Arbitros ex compromiſſo ibatur, L. ſocietatem, §. Arbitrorum, D. pro ſoc. Compromiſſa verò vti conciperentur, libro proximo, ſi Deus voluerit, demonſtrabo. Arbitri autẽ vti pronunciare ſolerent, ex his quos ſubieci locis apparet. At primum ADESSE LITIGATORES Arbitri iubebant Vlp. in L. ſi arbiter, §. ſi intra, D. de recep. qui arb. SI INTRA DIEM COMPROMISSI ADESSE IVSSERIT, pœna nõ committetur. Et §. ſi arbiter ead. L. SI ARBITER IVSSIT, *puta* IN PROVINCIA ADESSE LITIGATORES, *cum Romæ eſſet in eum compromiſſum*. Et mox: *Sed ſi in aliquem locum inhoneſtum* ADESSE IVSSERIT, *puta in popina*. Et Paulus in L. non diſtinguemus, §. ſi domini, D. eo. *Si domini qui inuicem ſtipulati ſunt, procuratores ſuos agere apud arbitrum velint, poteſt.* IVBERE ETIAM IPSOS ADESSE. *Sed ſi & heredis in compromiſſis mentio ſit, poteſt* IVBERE ETIAM HEREDEM EORVM ADESSE. Pompon. in L. arbiter XL. D. eo. ARBITER KALENDIS IANVARIIS ADESSE IVSSIT. Modeſtin. in L. ſed & interpellatur, D. eo. *Arbiter,* ADESSE LITIGATORES, *vel per nuntium & per epiſtolam* IVBERE *poteſt*. Paul. in L. qualem, §. vlt. D. eo. SI IVSSIT LITIGATORES CALENDIS ADESSE, MOX IDIBVS IVBEAT. Vlpian. in L. quid tam, §. ſi intra, D. eo. *Si intra diem compromiſſi aditus Arbiter, poſt diem compromiſſi* ADESSE IVSSERIT.

Si dies cõpromiſſi exitura eſſet, nec ad cauſam cognoſcendam ſententiámque dicẽdã ſatis ſpatij Arbitri haberẽt, DIEM COMPROMISSI PROFERRI IVBEBANT. Iauolenus in L. non ex omnibus, D. de recept. *Cùm arbiter* DIEM PROFERRE IVSSIT, Alphen. in L. arbiter, D. eo. *Arbiter ex compromiſſo ſumptus, cum ante eum diem qui conſtitutus compromiſſo erat, ſententiam dicere non poſſet,* DIEM COMPROMISSI PROFERRI IVSSERAT. Vlpian. in L. Celſus, D. eod. *Si arbiter me tibi* CERTA DIE PECVNIAM DARE IVSSERIT. Idem in L. diem, §. 1. D. eod. SI ARBITER ALIQVAM PECVNIAM DARE IVSSERIT. Paul. in L. non diſtinguemus, §. quæſitum. *Si hoc modo ſententiam dixerit*, VT ARBITRIO P. MÆVII FVNDVS TRADERETVR AVT SATISDATIO VIDETVR. Vlpian. in L. ſi arbiter, D. de recept. qui arbitr. *Si arbiter ita* PRONVNTIASSET NIHIL VIDERI TITIVM DEBERE SEIO: *tametſi Seium non* VETVISSET PETERE. Et §. ſequenti. *Pomponius ait, inutiliter arbitrum incertam ſententiam dicere: vt puta*, QVANTVM EI DEBES REDDE: DIVISIONI VESTRÆ STARI PLACET: PRO QVA PARTE QVAM CREDITORIBVS TVIS SOLVISTI, ACCIPE.

Interdum vero Arbitri vel, PECVNIAM DARE, vel, SERVOS RESTITVERE IVBEBANT, African. in L. traiecticiæ, D. de obligat. & action. *Nam ſi arbiter ex compromiſſo,* PECVNIAM CERTO DIE DARE IVSSERIT, *neque per eum qui dare iuſſus ſit, ſteterit*. Papinian. in L. arbiter, D. de recep. *Arbiter* INTRA CERTVM DIEM SERVOS RESTITVI IVSSIT. Marcian. in L. vlt. D. eo. *Si cui* IVSSVS EST *ex compromiſſo Arbitrio* SOLVERE PECVNIAM.

Aliàs VETABANT NON PETERE, Paul. in L. ſi duo, D. eo. *Si duo rei ſint aut credendi aut debendi, & vnus compromiſerit, iſque* VETITVS SIT PETERE, *aut* NE AB EO PETATVR. Celſus in L. quamuis, D. eod. *Quamuis arbiter alterum ab altero* PETERE VETVIT. Marcian. in L. ſi de re, D. eodem. *Si de re ſua quis Arbiter factus ſit, ſententiam dicere non poteſt, quia* SE FACERE IVBEAT, *aut* PETERE PROHIBEAT. Vlp. in L. aduerſus, D. eo. *Si petatur ab eo, à quo Arbiter* PETI VETVIT. Celſus in L. quamuis, D. eo. *Iſque* VETITVS SIT PETERE, *aut* NE AB EO PETATVR.

Tametſi autem Prætor neminem cogeret arbitrum recipere, quoniam res hæc libera & ſoluta erat, & extra neceſſitatem iuriſdictionis poſita: attamen vbi ſemel quis in ſe receperat arbitrium, ad curam & ſollicitudinem ſuam Prætor hanc rem reuocabat, L. Labeo, §. 1. D. eo. Cogebat igitur Prætor Arbitrum ſententiam dicere niſi quæ iuſta cau-

ſa poſt arbitrium ſuſceptũ incidiſſet, quæ cum excuſaret, L.licet & L.Et ſi aliqua, & L. Sed ſi in ſeruum, §.vlt.D.eo.

Arbiter autem ex compromiſſo iis diebus non cogebatur ſententiam dicere, quibus Iudex non cogebatur:niſi dies compromiſſi exituta eſſet,nec proferri poſſet. Proinde ſi fortè vrgeretur à Prætore ad ſententiam,æquiſſimum erat, SI IVRARET SIBI DE CAVSA NON LIQVERE, ſpatium ei ad pronuntiandum dari, L.Pomponius,§.vlt. D.de recept. Si in duos eſſet compromiſſum,Prætor eos,ſi non conſentirent, cogebat TERTIAM CERTAM ELIGERE PERSONAM, cuius auctoritati pareretur,L.item ſi,§.principaliter,D.eo.

Si plures eſſent qui arbitrium recepiſſent,nemo vnus cogebatur ſententiam dicere: ſed aut omnes,aut nullus.Vbi verò in tres erat compromiſſum,ſufficiebat quidem duorum conſenſus,ſi præſens fuiſſet & tertius: Alioquin abſente eo,licet duo conſentirent, Arbitrium non valebat:ſicuti tribus iudicibus datis quod duo ex conſenſu, abſente tertio iudicauerant,nihil valebat,L. Item ſi,§.1.& §.vlt. & L.ſicuti,D.eo. Si arbitri plures ſumpri,diuerſas ſententias dixiſſent,licebat ſententia eorum non ſtari: ſed ſi maior pars conſentiret,ea ſtabatur,L.diem proferre, §.ſi plures,D.de recept,qui arbitr. OFFICIVM autem ARBITRI ex compromiſſo pendebat,nec aliud illi licebat,quàm quod compromiſſo,vt efficere poſſet,cautum erat. Officio planè eius cõtinebatur,& quemadmodum daretur vacua poſſeſſio, L. non diſtinguemus, §.de officio & §. Arbitri, D. eodem.

Coram litigatoribus & vtroque præſente Sentẽtia dici ab Arbitris oportebat.Ideóque ſi quis litigatorum defuiſſet abſque iuſta cauſa,quia per eum factum erat, quominus Arbiter partibus ſuis fungeretur,pœna committebatur,L.diem proferre,§.ſi quis litigatorum,& §.coram,L.quid tamen,§.ſi quis ex litigatoribus,L.inter. D.eo. Inde fiebat,vt ſi alter ex compromittentibus furere cœpiſſet, Arbiter ad ferendã Sententiam nõ compelleretur:quia nihil coram furioſo fieri intelligeretur:Sed ſi is curatorem haberet,poterat præſente curatore ſententia dici. Ac nec coram pupillo ſententia dici poterat, niſi tutor præſens eſſet,L.diem preferre,§.coram & L.ſi compromiſſum,§.vlt.cum L.ſeq.D. eo. Arbiter autem poſtquam condemnauerat,vel abſoluerat,mutare vel corrigere ſententiam ſemel dictam non poterat, L.qualem,§.vlt.cum L.ſeq.D.eo.

Ceterùm à Iudice dato is appellabatur,qui eũ dederat,L.1.&.L.vlt.D. quis & à quo appellet. Et quidem in Sentẽtiis altera,vel tertia die appellandum erat, L.1.§. biduum & §.quod in ſententiis, D. quando appellan. ſit. Quod ſic accipiendum eſt,vt in propria cauſa biduum,in aliena triduum ſeruaretur, L.1.§.in propria & §.tutores & §.ſeq.& L.11. D.eo. Formula vero appellationis interponẽdæ erat, PROVOCO vel APPELLO, Macer in L.11.D.de appellationib. *Sed ſi apud acta quis appellauerit,ſatis erit,ſi dicat,* APPELLO. Iiſdémque vocibus Horatius & alij apud Liuium lib.1.& 11.vtuntur.Idem lib.111.de Appio. *Nullo morante arreptus à viatore,* PROVOCO, *inquit. Audita vox vna vindex libertatis,ex eo miſſa ore,quo vindiciæ ſemper pro libertate dictæ erant,ſilentium fecit.* Apud eundem lib.v111.Qu.Fabius contra ſeueritatem, L.Papirij Curſoris, TRIBVNOS PLEBIS, ait, APPELLO, ET PROVOCO. Plinius lib.v11.Epiſt.xv11. *Itaque Pomponius Secũdus hic ſcriptor Tragœdiarum,ſi quid fortè familiarior amicus tollendum,ipſe retinendum arbitraretur,dicere ſolebat,* AD POPVLVM PROVOCO. Apud Senecam lib.111. Controuerſiar.ſeruus qui domino ægrotanti venenum petenti denegabat, qua de cauſa iratus dominus teſtamento cauerat vt crucifigeretur, Tribunos plebis, & ipſam legem Corneliam de veneficiis prouocans, LEX, ait, CORNELIA TE APPELLO.

Porrò ſi quis ipſo die inter acta, voce appellaret,hoc ei ſufficiebat. Si autẽ hoc non fecerat,ad Libellos appellatorios reuerendum erat,ad quos dandos biduum, vel triduum cõputabatur,L. à ſententia, §.vlt.D. de appellationib. Libelli autem Appellatorij qui dabantur,ita erant concipiendi, vt haberent ſcriptum & A QVO DATI ESSENT, id eſt,quis appellaret & ADVERSVS QVEM, ET A QVA SENTENTIA, L.1.§. vlt.D.de appellationib.Sed non erat neceſſe in his libellis addere, contra quem aduerſarium

ſarium

ſatium quis appellaret, L. Seio, D. eo. Et ſi plures quis haberet aduerſarios, & quorundam nomina libellis complexus eſſet, quorundam nō PRÆSCRIBI ei non poterat ab his quorum nomina cōprehenſa non erant, QVASI aduerſus ipſos adquieuiſſet ſentētiæ. Appellanti tamen nihil oberat, quod in libellis, à qua parte ſententiæ appellaret, non ſignificaſſet, L. appellanti, D. eo. Ipſi verò à quo appellabatur, Libelli dādi erant, L. cùm quidam, D. eo. tit. Vlpian. in L. 1. §. dies, D. quan. appellan. ſit, *Dies autem iſtos, quibus appellandum eſt, ad aliquid vtiles eſſe, Oratio Diui Marci voluit. ſi fortè eius, à quo prouocatur, copia non fuerit, vt* EI LIBELLI DENTVR.

De libellis verò dimiſſoriis qui & Apoſtoli dicebantur, hæc Marcian. in L. 1. D. de libell. dimiſſor. ſcribit: *Poſt appellationem interpoſitam, litteræ dandæ ſunt ab eo, à quo appellatum eſt, ad eum qui de appellatione cogniturus eſt: ſiue principem, ſiue quem alium. Quas* LITTERAS DIMISSORIAS, *ſiue* APOSTOLOS *appellant. Senſus autem litterarum talis eſt,* APPELLASSE, *puta,* LVCIVM TITIVM A SENTENTIA ILLIVS, QVÆ INTER ILLOS DICTA EST. *Sufficit autem petiſſe intra tempus dimiſſorias inſtanter & ſæpius, vt & ſi non accipiat, id ipſum conteſtetur.*

Ceterùm qui appellauerat, cauſas appellationis reddebat apud eum ad quem appellabat, L. ab exſecutore, D. de appellationib. Per procuratorem autem cauſæ appellationum in rebus pecuniariis reddi poterant, L. 1. D. an per alium cauſæ appellat. Quod ſi procurator abſentis appellaſſet, deinde rationes reddidiſſet, nihilominus ipſe reſpondere poterat. Audiri etiam debebat in cauſis appellationis reddēdis, is cuius abſentis procurator appellauerat, L. vlt. D. eo. tit. Nec vero ſolebat improbari appellatio eorū, qui vel vnam cauſam appellandi probabilem habuiſſent, L. appellati, §. vlt. D. de appellatio. Quin & ſi certam appellandi cauſam dixerat, non eo minus aliam cauſam prouocationis reddere poterat, perſequiq; prouocationē ſuam quibuſcūque modis, d. L. ſcio, in fi. Iudici vero, eum qui appellabat conuiciari non oportebat, alioquin plectebatur, L. illud, D. de appellationib. L. Iudici, D. de iniur.

Porro qui ex appellatione cognoſcebat vel IVSTAM, vel INIVSTAM ſibi videri APPELLATIONEM PRONVNTIABAT. Impp. Diocletian. & Maximian. in L. eos C. de appellationib. *Quapropter remittendi litigatores ad prouincias remotam occaſionem, atque excluſam penitus intelligant: cum ſuper omni cauſa interpoſitam prouocationem, vel* INIVSTAM *tantùm* LICEAT PRONVNTIARE, *vel* IVSTAM. Vlpian. in L. furti, D. de his qui not. infa. *Quamuis ſi* INIVSTA EIVS APPELLATIO VISA SIT, *hodie puto notari, non retro.* Scæuola in L. vlt. D. de re Iudic. & in L. negotiorum, D. de appellationib. quarum ταυτολογία ex ipſa collatione deprehenditur. *Quæſitum eſt*, ait, APPELLATIONE *eorum* INIVSTA PRONVNTIATA, *an quia tardius iudicatum ſit, vſuræ principalis pecuniæ medij temporis deberentur.* Marcell. in L. 11. D. quando appell. ſit. *Si procuratorio nomine egeris, & victus appellaueris, deinde* INIVSTA APPELLATIO FVERIT PRONVNTIATA: *poteſt dubitari, num ſecundo die appellare debeas, quia cum de tua* INIVSTA APPELLATIONE PRONVNTIATVM SIT, *tua interfuiſſe videtur.* In L. intra vtile, D. de minorib. *Si finita appellationis apud Imperatorem cognitione, &* INIVSTA APPELLATIONE PRONVNTIATA. In L. tutor vel curator, D. de admin. tut. vel cur. *Tutor cuius* INIVSTA APPELLATIO PRONVNTIATA FVERIT. In L. chirographis, §. vlt. D. eo. tit. APPELLATIONE INIVSTA PRONVNTIATA *fundus ei ablatus eſt.* Paul. lib. v. Sent. Tit. vlt. *Quoties* INIVSTA APPELLATIO PRONVNTIATVR.

Imperialium certè ſententiarum ex appellatione dictarum exempla complura habemus. Nam in L. 1. C. de appellatio. ſententia ex appellatione, ab Imperatore Seuero data in perſonā Marci Priſci Idib. Ianuar. Pompeiano & Auito Coſs. refertur in hæc verba: PRIVS DE POSSESSIONE PRONVNTIARE, ET ITA CRIMEN VIOLENTIÆ EXCVTERE PRÆSES PROVINCIÆ DEBVIT. QVOD CVM NON FECERIT: IVSTE AB EO PROVOCATVM EST. Paul. in L. maritus, D. de quæſtionib. *Cùm ex appellatione cognouiſſet Imperator, pronuntiauit* QVÆSTIONE ILLICITE HABITA VNIVS TESTIMONIO NON ESSE CREDENDVM, IDEOQVE RECTE PROVOCATVM. Papinian. in L. in ratione, §. cùm quidam, D.

ad L. Falcid. *Cùm quidam parte dimidia bonorum adempta relegatus fuiſſet, idémque prouocatione interpoſita, teſtamento poſtea facto obijſſet, atque poſt mortem eius*, NON IVSTE APPELLATVM, ESSET PRONVNTIATVM. Idẽ in L. Oſidius, D. de legat. III. *Quæ & ipſa libertus petebat & ex reliquis eſſe* DICEBAT, *& apud præſidem obtinuerat*. EX DIVERSO, CVM DICERETVR, *reliqua colonorum ab eo non peti nec propria: Diuerſam autem cauſam eſſe eorum quæ in condito eſſent: Imperator interrogauit partem legatarij, quærendi cauſa*, PONE, *inquit*, IN CONDITO CENTIES AVREORVM ESSE, QVÆ IN VSVM SVMI SOLERENT: DICERES, TOTVM QVOD ESSET RELICTVM IN ARCA DEBERI? ET PLACVIT, RECTE APPELLASSE. Imp. Alexander in L. I. C. ſi vn. ex plur. *Si Iudici probatum fuerit, vnam eandémque condemnationem, eorum quoque quorum* APPELLATIO IVSTA PRONVNTIATA EST, *fuiſſe*. Et L. II. eo. *Si in vna eadémque cauſa vnus appellauerit, eiúſque* IVSTA APPELLATIO PRONVNTIATA EST. Impp. Diocle. & Maximian. in L. hi qui, C. de appellationib. *Cùm igitur ad munus vocatus appellaueris, apud Præſidem prouinciæ* IVSTE TE APPELLASSE *oſtende*.

Appellationum vero cauſæ, quæ Grauamina in vſu noſtro appellantur, hoc verbo, DICENS, vel, QVOD DICERET, à Iuriſconſultis exponuntur. Paul. in L. Romanius, D. de tutor. da. *Romanius Appulus ab iudice appellauerat*, DICENS, SE NON DEBVISSE DARI IN TVTELA COLLEGAM EI, QVEM IPSE, CVM MAGISTRATVS ESSET, NOMINASSET SVO PERICVLO: *ne in vna tutela duplex periculum ſuſtineret*: DECREVIT IMPERATOR, POSSE QVEM ET FIDEIVSSOREM PRO TVTORE ESSE, ET NIHILOMINVS TVTOREM DARI. ITAQVE DETENTVS EST IN TVTELA. Idem in L. quædam, D. famil. erciſc. *Quædam mulier ab iudice* APPELLAVERAT, QVOD DICERET, EVM DE DIVIDENDA HEREDITATE INTER SE ET COHEREDEM, NON TANTVM RES, SED ET LIBERTOS DIVISISSE: ET ALIMENTA QVÆ DARI TESTATOR CERTIS LIBERTIS IVSSISSET: NVLLO ENIM IVRE ID EVM FECISSE. EX DIVERSO RESPONDEBATVR, CONSENSISSE EOS DIVISIONI, ET MVLTIS ANNIS ALIMENTA SECVNDVM DIVISIONEM PRÆSTITISSE. PLACVIT, STANDVM ESSE ALIMENTORVM PRÆSTATIONI. *Sed & illud adiecit*, NVLLAM ESSE LIBERTORVM DIVISIONEM. Quam eandem facti ſpeciem verbis paulum immutatis refert idem Paul. in L. vltima, D. de iure patronatus, hoc modo. *Camelia Pia ab Hermogene* APPELLAVERAT, QVOD DICERET, IVDICEM DE DIVIDENDA HEREDITATE, INTER SE ET COHEREDEM, NON TANTVM RES, SED ETIAM LIBERTOS DIVISISSE. NVLLO ENIM IVRE ID EVM FECISSE. PLACVIT, NVLLAM ESSE LIBERTORVM DIVISIONEM: ALIMENTORVM AVTEM DIVISIONEM A IVDICE INTER COHEREDES FACTAM EODEM MODO RATAM ESSE. Idẽ in L. vlt. D. quod cum eo. *Præfectus annonæ contra dominum dederat ſententiam. Dicebamus quaſi fideiuſſionem eſſe videri, cum pro alio ſolueret debitum, non pro alio ſuſcipit debitum. Non ſolere autẽ ex ea cauſa in dominum dari actionem. Nec videtur hoc dominum mandaſſe. Sed quia videbatur in omnibus eũ ſuo nomine ſubſtituiſſe*, SENTENTIAM CONSERVAVIT IMPERATOR.

Exemplum etiam Sententiæ ex appellatione dictæ, habemus in L. vlt. D. ad Trebellian. in qua narrat Paul. Iulium Phœbum, qui ab Aurelio Proculo Achaiæ Procõſule ad Imperatorem appellauerat, cum ſolus cauſam egiſſet, μονομερῶς victum. Idem in L. Aemilius, D. de minorib. refert pupillam quæ in integrum reſtitui deſiderabat, victam tam apud Prætorem quam apud Præfectum vrbi, ad Imperatorem prouocaſſe, & addit, PVTABAM BENE IVDICATVM, QVOD PATER *eius, non ipſa contraxerat Imperator autem motus eſt, quod dies committendi in tempus pupillæ incidiſſet, eáque effeciſſet ne pareretur legi venditionis*. DICEBAM, *poſſe magis eam reſtitui, quod venditor denuntiando poſt diem quo placuerat eſſe commiſſum, & pretium petendo, receſſiſſe à lege ſua videretur*. NON ME MOVERI, *quod dies poſtea tranſiſſet, &c. Quia tamen lex commiſſoria diſplicebat ei*, PRONVNTIAVIT IN INTEGRVM RESTITVENDAM. Imperatorem etiam ad appellationem ex Germania pronuntiaſſe, memorat Vlpian. in L. non putabam, D. de cõdic. & demonſtr. Liberam vero dari Prouincialibus Principum appellandorum facultatem,

tatem, conſtituit Imp. Alexand. L. Αὐτοκράτωρ, D. de appellationib. Proinde apud D. Lucam Act. Apoſtolor. cap. xxv. cum D. Paulus exclamaſſet, Καίσαρα ἐπικαλοῦμαι, Portius Feſtus præſes cum conſilio collocutus dixit, Καίσαρα ἐπικέκλησαι, ἐπὶ Καίσαρα π., ἀπῃ. Atque adeo lege Iulia de vi publica tenebatur, qui cum imperium poteſtatemve haberet, ciuem Romanum aduerſus prouocationem necaſſet, verberauiſſet, torſiſſet, L. Lege Iulia, D. ad L. Iul. de vi publ. Ceterùm eum qui de appellatione cognoſcebat, ſi fruſtratoriam morandi cauſa appellationem interpoſitam animaduerteret, potuiſſe etiam de vſuris medij temporis appellantem condemnare, ait Modeſtinus in L. tutor, D. de vſur.

Iam vt ad publicorum Iudiciorum formulas tranſeam, Qui criminis alicuius reum facere volebat, poſtulabat, VT EIVS NOMEN RECIPERETVR. Seneca in Ἀποκολοκυντώσει, *Ducit illum ad tribunal Aeaci: Is, lege Cornelia, quæ de ſicariis lata eſt, quærebant:* POSTVLAT NOMEN EIVS RECIPI. EDIT SVBSCRIPTIONEM, OCCISOS SENATORES XXX. EQVITES RO. CCCXV. ATQVE PLVRES. Idem lib. IIII. Controuerſiar. *Subinde nactus eum, in ius ad Prætorem voco, & cùm, quantum volebam, iocorum conuiciorúmque effudiſſem,* POSTVLAVI, VT PRÆTOR NOMEN EIVS RECIPERET, LEGE INSCRIPTI MALEFICII: *Deinde ad alterum Prætorem eduxi, & ingrati poſtulaui.* Cicero in diuinatio. *Lucius Piſo* DELATIONEM NOMINIS *in Pub. Gabinium,* POSTVLAVIT. Idem lib. IIII. in Verr. *Palam de ſella ac tribunali pronuntiat,* SI QVIS ABSENTEM STHENIVM REI CAPITALIS REVM FACERE VELLET, SESE EIVS NOMEN RECEPTVRVM: *& ſimul, vt ad cauſam accederet,* NOMENQVE DEPERRET, *Agathinum nouum affinem atque hoſpitem cœpit hortari.* Et mox: *Hic tum repente Pacilius quidam, homo egens & leuis accedit: Ait,* SI LICERET, NOMEN ABSENTIS DEFERRE SE VELLE. *Iſte verò,* ET LICERE ET FIERI SOLERE, ET SE RECEPTVRVM. *Itaque defertur.* Idem lib. VII in Verr. *Iſte non dubitat iubere,* NOMEN DEFERRI, *& tùm primùm opinor iſtum abſentis* NOMEN RECEPISSE. Cælius ad Cicero. lib. VIII. Familiar. *Nec Laterenſis Prætor, poſtulante Pauſania quô ea pecunia perueniſſet,* NOMEN RECIPERE *voluit.* Liuius lib. XXXIII. *Niſi velut accuſatores calumniam in eum iurarent, ac* NOMEN DEFERRENT. Accuſator ergò REI NOMEN DEFEREBAT, Iudex verò quæſtionis RECIPIEBAT.

REVS autem vti FIERI quis diceretur docet Aſconius Pedian. in Diuinatio. his verbis. *Quid eſt,* REVM FIERI, *niſi apud Prætorem* LEGIBVS INTERROGARI? *Cùm enim in ius ventum eſſet, dicebat accuſator apud Prætorem, Reo,* AIO TE SICVLOS SPOLIASSE.

Erat & verbum, DICO, in accuſationibus inſtituendis receptum. Cic. lib. II. in Verr. *Hæc primæ actionis erit accuſatio.* DICIMVS, C. VERREM, *tùm multa libidinosè, multa crudeliter in ciues atque in ſocios, multa in Deos hominéſque nefariè fecerit, tum præterea,* QVADRINGENTIA SESTERTIVM EX SICILIA CONTRA LEGES ABSTVLISSE. Et lib. III. in eundem: *Nihil cum Verre de cottidianis criminibus acturus ſum.* CHIO PER VIM SIGNA PVLCHERRIMA, DICO ABSTVLISSE. Rurſúſque ibidem: TE HÆC COEGISSE, TE ÆSTIMASSE, TIBI PECVNIAM NVMERATAM ESSE DICO. Idem in Oratio pro Cluent. Auito: DICO C. ÆLIO STALENO IVDICI PECVNIAM GRANDEM STATIVM ALBINVM AD CORRVMPENDVM IVDICIVM DEDISSE. Sic & I. in Catilin. DICO TE PRIORI NOCTE VENISSE INTER FALCARIOS. Similitérque Orat. contrà C. Antonium & L. Catilinam apud Aſconium. DICO, P. C. *ſuperiore nocte cuiuſdam hominis nobilis, & valde in hoc largitionis quæſtu noti, & cogniti domum, Catili-*

nam, & Antonium, cum ſequeſtribus ſuis, conueniſſe. Quintilian. lib. IIII. cap. II. *Satis eſt actori, & magis expedit ſic indicare,* DICO AB HORATIO SOROREM SVAM INTERFECTAM. M. Fabius Declamatio. CCCXIX. VENEFICII ACCVSO. *Reſpondes?* OCCISVM A TE FILIVM DICO. Accuſationem planè repetundarum contrà Verrem totius Siciliæ nomine Cicero in Diuinatione ita concipit. *Sicilia tota ſi vna voce loqueretur, hoc diceret,* QVOD AVRI, QVOD ARGENTI, QVOD ORNAMENTORVM IN MEIS VRBIBVS, SEDIBVS, DELVBRIS, FVIT: QVOD IN VNAQVAQVE SENATVS, POPVLIQVE RO. IVRIS HABVI, ID MIHI TV C. VERRES ERIPVISTI, ATQVE ABSTVLISTI. QVO NOMINE ABS TE SESTERTIVM MILLIA, EX LEGE REPETO. Quintilian. lib. IIII. cap. IIII. in coniecturalibus cauſis nudam propoſitionem in hunc modum factam tradit: CÆDIS AGO: FVRTVM OBIICIO.

Præterea qui perduellionis accuſabant, PERDVELLIONIS SE IVDICARE, dicebant. Apud Liuium lib. I. ex Duumuiris alter, *P. Horati,* inquit, TIBI PERDVELLIONEM IVDICO. Idem lib. XXVI. *Sempronius Tribunus pl. Cn. Fuluio* PERDVELLIONIS SE IVDICARE *dixit: quod multi iurati dixerant, fugæ, pauoriſque initium à Fuluio Prætore ortum.* Et lib. XLIII. de Rutilio Tribuno pl. *Qui* SE PERDVELLIONIS IVDICARE DIXIT: DIEMQVE COMITIIS *à Prætore vrb.* PETIIT. Cuiuſmodi diei petendæ morem cõfirmant Valerij Antiatis verba, quæ ex eius Annalium lib. XLV. Agell. lib. VII. cap. IX. adfert. Ea ſunt huiuſmodi. *Denique Licinius Tribunus plebis, perduellionem ei diem dixit: &* COMITIIS DIEM *à Q. Martio Prætore popoſcit.*

Accuſatio etiam hiſce quandoque verbis inſtituebatur: EGO LVCIVM TITIVM REVM DEFERO. Tertullian. Apologet. cap. III. *Item alius,* EGO LVCIVM, SAPIENTEM VIRVM, REPENTE FACTVM CHRISTIANVM, DEFERO. Quintilian. Declamatio. CCXLIX. ADVLTERII REAM DEFERO. *Puto hoc auribus veſtris non nouum crimen eſt.* Sed & Veneficij accuſationem tribus verbis conceptam Cic. pro Cluentio Auito refert: *Accuſabat,* ait, *tribus verbis,* VENENVM ESSE DEPREHENSVM. Idem lib. IIII. in Verr. de accuſatione ab Agathino contra Sthenium inſtituta. *Itaque tantùm verbo poſuit,* SACERDOTE PRÆTORE STHENIVM LITERAS PVBLICAS CORRVPISSE. Aſcon. Pedian. in Milonian. *Apud Conſidium Quæſtorem lege Plautia de vi accuſarat, ſubſcriptione ea,* QVOD LOCA OCCVPASSET, ET CVM TELO FVISSET ANTESIGNANVS OPERARVM MILONIS. Accuſatores planè reis ſua crimina edere cogebantur. Scire enim oportebat eos, quibus eſſent criminibus reſponſuri, vt Paulus ait lib. v. Sentent. Tit XVI. Edi autem cauſas accuſationum particula, QVOD, conſueuiſſe, ſupra ſatis demonſtratum arbitror.

Præterea Libellos ab accuſatoribus datos fuiſſe conſtat. Tacit. lib. III. *Increpabántque Tiberium, quòd in tanto rerum motu,* LIBELLIS ACCVSATORVM, *inſumeret operam.* Vlpian. in L. denuntiaſſe, D. ad L. Iul. de adulter. *Quid ergo ſi non quidem denuntiauit, verùm* LIBELLOS ACCVSATORIOS DEDIT, *antequam nuberet.* Idem in L. Mariti, §. hoc amplius, D. eo. *Scilicet vt qui accuſat,* SVOS LIBELLOS ACCVSATORIOS *exſpectet, non alienos.* Modeſtin. in L. Sempronia, D. de Furt. *Sempronia* LIBELLOS COMPOSVIT, *quaſi datura Centurioni, vt ad officium tranſmitterentur: ſed non dedit.* Apuleius Apolog. I. *Verùm poſtera die,* DAT LIBELLVM *nomine priuigni mei, Sicinij Pudẽtis, admodum pueri,* (ſic enim ille locus interpungendus eſt) *& adſcribit,* SE EI ASSISTERE: *nouo more per aliũ laceſſendi.*

Huiuſmodi autem LIBELLI, vel OFFEREBANTVR, vel APVD ACTA DEPONEBANTVR. Vlpian. in L. II. §. vlt. D. ad L. Iul. de adult. *Et ſi pater præuenerit,*

&

& LIBELLOS INSCRIPTIONVM DEPOSVERIT. Impp. Valerianus & Galien. in L. ſi de metu, C. eod. tit. *Cùm nihil amplius quàm* LIBELLOS ACCVSATIONIS OBTVLISTI. Diocleт. & Maximian. in L. ſi quis ſe, C. de accuſationib. *Si quis ſe iniuriam ab aliquo paſſum putauerit, & querelam deferre voluerit, non ad ſtationarios decurrat, ſed ad præſidalem adeat poteſtatem, aut* LIBELLOS OFFERENS, AVT QVERELAS SVAS APVD ACTA DEPONENS.

Libellorum porrò inſcriptionis conceptio, vt Paulus in L. libellorum, D. de accuſationib. tradit, talis erat. Primùm quidem, CONSVL, ET DIES præponebatur. Deinde ſequebatur, APVD ILLVM PRÆTOREM VEL PROCONSVLEM, LVCIVS TITIVS PROFESSVS EST SE MÆVIAM LEGE IVLIA DE ADVLTERIIS REAM DEFERRE, QVOD DICAT EAM CVM GAIO SEIO IN CIVITATE ILLA, DOMO ILLIVS, MENSE ILLO, CONSVLIBVS ILLIS, ADVLTERIVM COMMISISSE. Vtique enim & LOCVS deſignandus erat, in quo adulterium commiſſum, & PERSONA, cum qua commiſſum diceretur: & MENSIS. Idque lege Iulia publicorum cauebatur: & generaliter præcipiebatur omnibus qui reum aliquem deferrent: neque autem diem, neque horam inuitus quiſquam comprehendebat. Quòd ſi libelli inſcriptionum legitimè ordinati non eſſent, rei nomen abolebatur: & ex integro repetendi reum poteſtas fiebat. Item SVBSCRIBERE debebat is qui dabat libellos, SE PROFESSVM ESSE: vel alius pro eo, ſi literas neſciret. Apuleius planè Apolog. II. libelli quem Sicinij Pudentis nomine, Æmylianus Claudio Maximo Proconſuli obtulerat, principium refert fuiſſe huiuſmodi: HVNC EGO, DOMINE MAXIME, REVM APVD TE FACERE INSTITVI, PLVRIMORVM MALEFICIORVM, ET MANIFESTISSIMORVM. Huiuſmodi etiam libellorum formulam perſtringit Iuuenal. Sat. VI. his verſibus,

COMPONVNT *ipſæ per ſe, formántque* LIBELLOS,
PRINCIPIVM *atque* LOCOS *Celſo dictare paratæ.*

Nec pigebit formulam aliam libellorum adſcribere, quam Odorannus Monachus Senonenſis, in Compilatione quadam ex regulis Eccleſiaſticis excerpta, & Vvilelmo Abbati D. Dionyſij inſcripta, proponit, ex cuius ſchedis hæc deſcripſi. *Qualiter accuſatio vel inſcriptio fieri debeat, & de accuſationibus vel inſcriptionibus, conſtitutum eſt ab Imperatoribus Theodoſio & Conſtantino, Arcadio & Honorio vel ceteris contra improbos accuſatores, vt falſis criminibus eos accuſare non debeant.* IGITVR, EGO ILLE, ADVERSVM TE IN RATIONIBVS PVBLICIS ADSISTO. SI TE INIVSTE INTERPELLAVERO, ET VICTVS EXINDE APPARVERO, EADEM POENA QVAM IN TE VINDICARE PVLSAVI, ME CONSTRINGO; ATQVE CONSCRIBO PARTIBVS TVIS ESSE DAMNANDVM, ATQVE SVBITVRVM. ET PRO REI TOTIVS FIRMITATE MANV PROPRIA FIRMO, ET BONORVM VIRORVM IVDICIO ROBORANDVM TRADO.

Atque ita, IN CRIMEN SVBSCRIBERE dicebatur accuſator, L. vlt. D. de priuat. delict. L. vlt. D. de furt. L. Athales, D. de L. Cornel. de falſ. L. II. D. ad Sc. Turpilian. Vlpianus in L. ſi cui, D. de accuſationib. *Si cui*, ait, *crimen obiicitur, præcedere debet* IN CRIMEN SVBSCRIPTIO. Hinc & SOLLEMNIBVS INSCRIPTIONIBVS adſtringere ſeſe eum qui ad accuſandum proſiliebat, iubet Imp. Gordian. in L. ſi crimen, C. de accuſationib. Imp. Alexand. in L. III. C. de his qui accuſ. nō poſſ. *Qui crimen publicū inſtituere properāt, non aliter ad hoc admittātur, niſi prius* INSCRIPTIONVM PAGINA *præceſſerit, & fideiuſſor de exercenda lite adhibitus fuerit*: ex qua Conſtitutione, vt & ex L. II. C. ad Sc. Turpi-

lian. intelligimus, fideiuſſores ab accuſatoribus de accuſatione perſequenda datos. Eáque erãt SOLLEMNIA ACCVSATIONIS, quæ impleta ab eo qui crimen deferebat, docent L. cum Titia, D. de accuſationib. & L. miles, §. quidam, D. ad L. Iul. de adulter.

Indicij autem profitendi formula elici poteſt ex L. Athales, D. de L. Corn. de falſ. in quâ Scæuola proponit Athalẽ ſeruũ PROFESSVM ESSE INDICIVM apud Maximillam filiam teſtatoris, SE POSSE PROBARE FALSVM TESTAMENTVM VETITI CALLINICI : & apud Magiſtratus interrogatum à Maximilla, PROFESSVM ESSE, PROBATVRVM QVEMADMODVM FALSVM ESSET FACTVM TESTAMENTVM. Seneca lib. x. Controuerſ. vlt. INDICIVM PROFITEOR: *multos furti conſcios habeo: at illud tuto illi oſtendi, hoc furtum non ſolus habeo.*

Poſt delatum verò rei nomen Prætor, aut qui lege quærebat, iubebat, edicebátve VT REVS CERTO DIE ADESSET. Cicero in Vatinium: QVÆRO, *poſtulatúſne ſis lege Licinia & Iunia?* EDIXERITNE *C. Memmius Prætor, ex ea lege* VT ADESSES DIE TRICESIMO. Idem lib. IIII. in Verr. poſt nomen Sthenij delatum, Verrem ſtatim EDIXISSE refert, VT CALEND. DECEMBR. STHENIVS ADESSET SYRACVSIS. Et pro domo ſua: *Quid indignius, quàm qui neque* ADESSE SIT IVSSVS, *neque* CITATVS, *neque accuſatus.* Aſconius in Corneliana: DETVLIT NOMEN *Publius*, SVBSCRIPSIT *Caius: Et cùm L. Caßius* PRÆTOR, DECIMO DIE, VT MOS EST, ADESSE IVSSISSET ACCVSATORES. Tacit. lib. II. *Marſúſque Vibius nuntiauit Piſoni*, ROMAM AD DICENDAM CAVSAM VENIRET: *Ille eludens, reſpondit*, ADFVTVRVM, VBI PRÆTOR QVI DE VENEFICIIS QVÆRERET, REO ATQVE ACCVSATORIBVS DIEM PRÆDIXISSET. Apud Plutarch. in Martio Coriolano, Tribuni pl. diem ad populum ei dicunt his verbis, Σοὶ δὲ, Μάρκιε, προαγορεύομεν εἰς τρίτην ἀγορὰν παρεῖναι. Et quidem trinundinum in ea re antiquitus ſeruatum docet Halicarnaſſ. lib. VII. his verbis: Καὶ χρόνος εἰς παρασκευὴν τῆς ἀπολογίας ὁρίζεται τῷ ἀνδρὶ μέχρι τῆς τρίτης ἀγορᾶς. αἱ δὲ ἀγοραὶ Ῥωμαίοις ἐγίνοντο, ὡς καὶ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων, δι' ἡμέρας ἐννάτας. Tam moderata certè iudicia populi à maioribus conſtituta Cic. pro domo ſua ait, vt ne niſi PRODICTA DIE quis accuſaretur. Et ita Tribunũ pl. Appio DIEM PRODIXISSE rectius, quàm *prædixiſſe* legemus apud Liu. lib. III. & *prodicta* rectius quàm *prædicta*. EDICTIS etiam delatores ADESSE iubebantur. Imp. Alexander in L. III. C. de accuſationib. *Sin verò poſt ſatiſdationem præſentes non fuerint*, EDICTO ADMONENDI SVNT, VT VENIANT AD CAVSAM AGENDAM. Caliſtrat. in L. ex quibuſdam, §. ſenatus, D. de iu. fiſ. *Senatus cenſuit, vt ſi neque delator, neque poſſeſſor*, TRIBVS EDICTIS EVOCATI ADFVERVNT. Et paullo pòſt. *Quoties autem delator* ADESSE IVSSVS, *ceßat*. Et in L. Senatus, §. ſenatus eo. tit. *Quòd ſi* TRIBVS EDICTIS A PRÆFECTO ÆRARII ADESSE DELATOR IVSSVS, *venire noluerit*. Sed & Cicero Epiſt. I. lib. III. ad Q. Fratr. de Gabinio: *Et hodie*, ait, *hora octaua, cùm* EDICTO C. ALFII DE MAIESTATE, EVM ADESSE OPORTERET, *concurſu magno & odio vniuerſi populi penè afflictus eſt.*

Sanè reus quo die adeſſe iuſſus erat, CITABATVR. Cic. lib. IIII. in Verr. *Mane, Calend. Decembr. vt edixerat, Sthenium* CITARI IVBET. Et mox: CITAT *reum: non* RESPONDET. Idem in diuinatio. *Quum illius diei mihi venit in mentem, quo die* CITATO REO *mihi dicendum ſit.* Papinian. in L. inter, D. de public. iudic. *Nec per triduum, per ſingulos dies*, TER CITATVS REVS *damnetur.*

Citabatur autem è tribunali præconis voce. Cic. lib. VII. in Verr. *Quem is, vti Panormũ venit, ad ſe vocari, &* DE TRIBVNALI CITARI IVSSIT. Id quod Plutarchus in Bruto: Λέγεται δὲ τοῦ κήρυκος, ὥσπερ εἴωθεν, ἀπὸ τοῦ βήματος τὸν Βροῦτον ἐπὶ τὴν δίκην καλοῦντος, τὸ μὲν πλῆθος ἐπιδήλως στενάξαι. Quinetiam, vt idem in Gracchis

chis tradit, in more poſitum erat, εἴ τις ἔχων δίκην θανατικὴν, μὴ ὑπακούσῃ, τούτου πρὸς τὰς θύρας ἕωθεν ἐλθόντα σαλπιγκτὴν, ἀνακαλεῖσθαι τῇ σάλπιγγι, καὶ μὴ πρότερον ἐπιφέρειν ψῆφον αὐτῷ τοὺς δικαστάς. Sueton. in Tiber. cap. XI. CITATVMQVE PRO TRIBVNALI VOCE PRÆCONIS, *conuiciatorem rapi iuſsit in carcerem.* Martial. lib. v. Epigram.

Qui nec leno potes, nec comeſſator haberi,

Nec pauidos TRISTI VOCE CITARE REOS.

Baſilius Magn. Oratio. in Martyr. Iulitt. ὡς δὲ παρῆν ἡ κυρία, καὶ ὁ κῆρυξ ἐκάλει, καὶ οἱ συνήγοροι εὐτρεπεῖς, &c. Hoc ſignificat Prudentius in Martigen. his verſibus,

—PRÆCONVM VOCE *trementes,*

Examinare reos: —

Sed & accuſator citabatur: qui ſi ad diem non adfuiſſet, aut non reſpondiſſet, ex reis eximebatur is, cuius nomen delatum erat. Cic. lib. IIII. in Verr. CITATVS ACCVSATOR *M. Pacilius, neſcio quo caſu,* NON RESPONDIT, NON AFFVIT. *Si præſens Sthenius reus eſſet factus: ſi manifeſto in maleficio teneretur: tamen accuſator non adeſſet, Sthenium condemnari non oporteret. Etenim ſi poſſet reus abſente accuſatore damnari, nō ego a Vibone Veliam nauigio inter fugitiuorum ac prædonum, ac tua tela veniſſem: quo tempore omnis illa mea feſtinatio fuit cum periculo capitis, ob eam cauſam, ne tu* EX REIS EXIMERERE, SI EGO NON AFFVISSEM AD DIEM. Hoc amplius, patroni atque oratores præconis voce citabantur. Quintilian. lib. VI. cap. V. In publicis certè iudiciis, vox illa præconis præter patronos, ipſum qui egerit, citat.

Abſens vtique nemo damnabatur ſed REQVIRENDVS ANNOTABATVR, vt copiam ſui præſtaret, L. I. & II. D. de requiren. vel abſent. dānan. L. diuus, D. de cuſtod. reor. Præſides autem prouinciarum, circa requirēdos adnotatos hoc debebant facere, vt eos quos adnotarant, EDICTIS ADESSE IVBERENT: vt poſſet innoteſcere eis qui adnotati erant. Sed & litteras ad magiſtratus, vbi conſiſtebāt, mittere: vt per eos poſſet innoteſcere, REQVIRENDOS EOS ESSE ADNOTATOS. L. I. D. de requirend. vel abſentib. damnand. Aduerſus contumaces verò, qui neque denuntiationibus, neque Edictis præſidum obtemperaſſent, etiam pronūciabatur ſecundum morē priuatorum iudiciorum: Sic tamen vt in abſentes, ſi ſæpius per contumaciam admoniti deeſſent, pecuniariæ quidem pœnæ, vel eæ quæ exiſtimationem cōtingunt, ſtatui poſſent, & vſque ad relegationem procedi: Verùm ſi quid grauius irrogandum fuiſſet, puta metalli vel capitis pœna, non erat abſentibus irroganda, L. abſentem, D. de pœnis.

Porrò rei poſtulati, ea LEGE qua iudicium conſtituebatur, INTERROGATI dicebantur. Salluſt. in bello Catilinar. *P. Antronius & P. Sulla deſignati Conſules* LEGIBVS AMBITVS INTERROGATI, *pœnas dederant.* Et aliàs eod. lib. *Et ipſe* LEGE PLAVTIA INTERROGATVS *erat à L. Paulo.* Velleius Patercul. lib. II. *Rutilium, virum non ſæculi ſui, ſed omnis æui optimum,* INTERROGATVM LEGE REPETVNDARVM, *maximo cum gemitu ciuitatis damnauerant.* Aſcon. Pædian. in IIII. Verrin. ad ea verba: *Et ſi illum annum, M. Lepidi Prætoris*, ait, *qui accuſari cœperat à duobus Metellis Celere & Nepote: qui cum* LEGIBVS INTERROGASSENT, *victi eius apud populum gratia deſtiterunt.* Et mox: ad ea verba *in neminem ante hunc*. *Rectè*, ait, *quia Lepidus* LEGIBVS *tantùm* INTERROGATVS, *nec dum etiam cœperat accuſari*. Sidonius Apollinaris lib. I. Epiſt. III. *nunc &* LEGIBVS *me* AMBITVS INTERROGATVM, *Senatu moue*. Ac planè iudicia certa lege conſtituebantur. Cic. lib. VII. in Verr. *Non dicam id, quod debeam forſitan obtinere, cum* IVDICIVM CERTA LEGE CONSTITVTVM *ſit, non quid in re militari fortiter feceris, ſed quemadmodum manus ab alienis pecuniis abſtinueris, abs te doceri oportere.* Idem pro Cluentio ſapientis iudicis eſſe ait, animaduertere, qua LEGĒ REVS CITETVR: de quo reo cognoſcat, quæ res in quæſtione verſetur. Et aliàs: *At ſi ita eſſet,* HAC LEGE ACCVSATVM *eſſe oportuit, qua accuſatur Auitus*. Seneca Controuerſ. II. lib. IX. *Non hac* LEGE CAVSAM DICET. Gaius in L. lege Cornelia, D. de Sc. Silani. *Si aperto teſtamento liberi ſcripti inueniantur,* LEGE DE SICARIIS IVDICIVM FIAT.

Interdum autem accuſatoribus rei PRÆSCRIBEBANT, EOSQVE PRÆSCRIPTIONE ſummouebant, L. I. §. accuſationẽ, D. ad Sc. Turpilian. Atque ita marito iure mariti accuſanti illa PRÆSCRIPTIO obiiciebatur, SI LECEM PRODIDISSE OICBRETVR OB HOC, QVOD AOCRESSVS ACCVSATIONEM ADVLTERII DESTITISSET L. II. §. I. D. ad L. Iul. de adulter. Sic & in L. præuaricationis, D. de præuaricatorib. *Si reus*, ait Vlpian. ACCVSATORI *publico iudicio ideò* PRÆSCRIBAT, QVOD DICAT SE EODEM CRIMINE AB ALIO ACCVSATVM, ET ABSOLVTVM. Præſcriptiones autem quæ ſolebant obiici adulterij accuſantibus, antè ſolebant tractari quàm quis inter reos reciperetur, L. ſi Maritus, §. præſcriptiones, D. ad L. Iul. de adulter. Quintilian. Declamatio. CCXLIX. PRÆSCRIBIS *tamen ne agam, id eſt,* NE NOMEN TVVM DEFERAM, NE TE LEGIBVS OBLIGEM. Idem Declamatio. CCL. *Nunc* PRÆSCRIBENDI *tempus abiit. Tum enim* PRÆSCRIBERE *debuiſti, ſi poteras, cùm* DELATVS ES: *& in hoc ipſum* PRÆSCRIBERE, *ne deferret. Neque enim vlla* PRÆSCRIPTIO *inchoata iudicia peragi vetat, ſi inchoari aliquando prohibet.* Huiuſmodi præſcriptione reum quemdam, vt accuſatorem ſuum ſummoueret, vſum Baſil. Magn. Oratio. de Marty. Iulitta ita ſcribit. Παρελθὼν, οὐκ ἔφη εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην, Οὐδὲ γὰρ εἶναι θεμιτὸν τῶν κοινῶν μετέχειν, τοὺς μὴ λατρεύσαντας τοῖς θεοῖς τῶν βασιλέων καὶ μὴ ἐξομνυμένους τὴν εἰς χρι-ςὸν πίστιν.

Ceterùm rei quandoque PREHENDI, & IN CARCEREM, ſeu VINCVLA DVCI iubebantur. Sic Cicero lib. VII. in Verr. narrat Verrẽ, cùm ſeruitiorum animos in Sicilia ſuſpenſos propter bellum Italiæ fugitiuorum videret, dominos COMPREHENDI iuſſiſſe. Idem ibidem. *Iſte hominem*, ARRIPI *à Tribunali, &* IN CARCEREM CONIICI, IVBET. Liuius lib. II. *Tum ex his quoſdam* PREHENDI *Lictorius* IVBET. Idem lib. III. *Itaque Ædilem* PREHENDI, DVCIQVE *à maioribus Magiſtratibus*. Et lib. IX. de Sempronio Tribuno pl. loquens, *Hæc taliáque cùm dixiſſet*, PREHENDI *Cenſorem, & in* VINCVLA DVCI IVSSIT. Et lib. XXV. *Confeſtim Caruilij Tribuni plebis omiſſa multæ certatione*, REI CAPITALIS DIEM *Poſthumio* DIXERVNT: *ac, ni vades daret*, PREHENDI *à viatore, atque* IN CARCEREM DVCI IVSSERVNT. Apud eundem lib. IIII. Tribuni pl. pro collegio pronuntiant, PLACERE *Conſules Senatus dicto audientes eſſe. Si aduerſus conſenſum Ampliſſimi ordinis vltra tendant, in* VINCVLA SE DVCI EOS IVSSVROS. Similique modo eiuſdem auctoris lib. V. Tribuni pl. minantur Tribunis militum, niſi in auctoritate Senatus eſſent, ſe IN VINCVLA EOS DVCI IVSSVROS eſſe. Sempronius quoque Tribunus pl. ad Appium apud eundem lib. IX. *Et niſi*, ait, *Aemiliæ legi parueris, ego te* IN VINCVLA DVCI IVBEBO. Eiuſdem lib. III. M. Duellius Tribunus pl. *Hoc anno nec diem dici cuiquam, nec* IN VINCVLA DVCI *ſe paſſurus*. Cicero in Rullum. *Qui timeam ne mihi in carcere habitandum ſit, ſi Tribunus pl.* DVCI *iuſſiſſet*. Plin. lib. XX. Nat. hiſt. cap. III. DVCI *eum* IN VINCVLA *Triumuiri* CVM IVSSISENT, Agell. lib. IIII. cap. X. *Cæſar Coſ. viatorem vocauit, eúmque* (Catonem intelligit) *finem ni faceret*, PREHENDI *loquentem*, & IN CARCEREM DVCI *iuſſit*. Valer. Max. lib. IIII. cap. I. *Tribunus enim plebis* (de Tib. Graccho loquitur) *cùm ex profeſſo inimicitias cum Africano & Aſiatico Scipionibus gereret, & Aſiaticus iudicatæ pecuniæ ſatiſdare non poſſet, atque adeo à Conſule* IN VINCVLA PVBLICA DVCI IVSSVS BSSET. Idem lib. VI. cap. I. *A quibus hac de re certior factus Senatus, Plotium* IN CARCEREM DVCI IVSSIT. Sueton. in Iul. cap. XX. *M. Catonem interpellantem extrahi è curia per lictorem, &* IN CARCEREM DVCI IVSSIT. Idem cap. LXXIX. *Tribunus pl. Epidius Marullus, Cæſetiúſque Flauus, coronæ faſciam detrahi, hominémque* DVCI IN VINCVLA IVSSISSENT. Vlpian. in L. II. D. de in ius voc. *Quique coërcere aliquem poſſunt*, & IVBERE IN CARCEREM DVCI. Aſcon. in lib. III. in Verr. ad ea verba, DVCI IVSSIT. *Melius*, ait, DVCI IVSSIT, *in vincula, vel in carcerem, intelligimus, quam* DVCI IVSSIT, *damnauit*, Verrem etiam

Nauarchis CATENAS INIICI imperaſſe, Cic. lib. VII. in Verr. narrat. Philippum etiam Conſulé iuſſiſſe MANVM à lictore in Craſſum INIICI. Valer. Max. lib. VI. cap. II. refert. Reus vtique CAVSAM DICERE iubebatur. Cic. lib. IIII. in Verr. *Paratum* ad CAVSAM DICENDAM *venire hora octaua iubet.* Et lib. VII. eiuſdem argumenti Verrem narrat, iuſſiſſe dominos prehenſos CAVSAM DICERE. Idem lib. I. de finib. CAVSAM APVD SE DICERE IVBET. Liuius lib. IIII. *Miſſus ab dictatore Seruilius magiſter equitum ad Melium, Vocat te, inquit, dictator. Cùm pauidus ille* QVID VELLET, *quæreret: Seruiliuſque* CAVSAM DICENDAM *eſſe proponeret, crimenque à Minutio delatum ad Senatum, diluendum.* Tacitus lib. II. Marſum Vibium Piſoni nunciaſſe ait, vt Romam ad CAVSAM DICENDAM *veniret.* Sueton. in Tiber. cap. LXI. CITATI AD CAVSAM DICENDAM.

CAVSAM autem interdum rei EX VINCVLIS DICEBANT, vt ex L. lege Cornelia, D. de s. c. Silania. & Sueton. in Nero. cap. XXXVI. liquet: quod apud Heluetios olim in more poſitum fuiſſe Cæſar lib. I. de bello Gall. ſcribit. Dixi, interdum. Nec enim cuſtodiendorũ reorum vna eadémque ratio erat, ſed vel IN CARCEREM RECIPIEBANTVR, vel MILITIBVS TRADEBANTVR, vel FIDEIVSSORIBVS, vel SIBI IPSIS COMMITTEBANTVR. Idque Iudicibus ex dignitate perſonarum & qualitate criminis quod obiiciebatur æſtimandum relinquebatur, L. I. & L. diuus, D. de cuſtod. reor. Hinc in L. vlt. §. ſic autem D. de bon. eor. *Si qui autem ſub incerto cauſæ euentu*, IN VINCVLIS, VEL SVB FIDEIVSSORIBVS *deceſſerint.* Macer in L. milites §. eius fugam, D. de re milit. *Eius fugam qui cum* SVB CVSTODIA, VEL IN CARCERE ESSET, *diſceſſit.* Vlpian. in L. in fraudem §. I. D. de Iu. fiſ. *Bona eorum qui* IN CVSTODIA, *vel* IN VINCVLIS *vel* IN COMPEDIBVS *deceſſerint.* Imp. Seuer. in L. I. C. ex quib. cauſ. infa. *Quod in* CARCEREM CONIECTVS *es, vel* VINCVLA *tibi iuſſu legitimi iudicis* INIECTA ſunt: Eos certè qui in carcerem ſtante Repub. coniiciebantur, vinculis publicis oneratos indicat Valer. Max. lib. IIII. cap. I. & lib. VI. cap. VI. & IX. Idem oſtendit Liuius lib. III. apud quem Claudius ad pericula fratris Appij in carcerem coniecti deprecanda Romam reuerſus, prehenſans ſingulos, oraſſe dicitur ne Claudiæ genti eam inuſtam maculam vellent, vt CARCERE ET VINCVLIS viderentur digni. *Virum honoratiſſimæ imaginis futurum ad poſteros, legum latorem, conditorémque Romani iuris*, IACERE VINCTVM INTER FVRES NOCTVRNOS AC LATRONES. Apollonium etiã cùm eum Verres in carcerem coniici iuſſiſſet, in vincula coniectum Cicero lib. VII. in Verr. narrat.

Sed & Imperatorum temporibus, vinculis contineri conſueuiſſe eos qui carcere includebantur, documento eſt, quod Paul. in L. carceri, D. de cuſtod. reor. ait, Carceri præpoſitum, ſi pretio corruptus ſine vinculis agere cuſtodiam paſſus ſit, officio Iudicis puniendum: Si verò id neſciat, propter negligentiam ab officio remouendum. Argumento eſt etiam quod Calliſtrat. in L. In eos, D. eo. tit. ſcribit. In eos animaduertendum, qui cùm recepti eſſent in carcerem, ruptis vinculis & effracto carcere euaſerint.

Reorum autẽ qui in vinculis habebantur, manus pedéſque catenis & cõpedibus vinciri conſueuiſſe, oſtendit Arrianus Epict. lib. I. cap. I. XVIII. XIX. & XXIX. Herodis certè iuſſu B. Petrum in vincula coniectum, duplici catena vinctum fuiſſe legimus, Act. Apoſtolor. cap. XII. Eiuſdem lib. cap. XXI. de Paulo vincto referuntur hæc, Τότε ἐγγίσας ὁ χιλίαρχος ἐπελάβετο αὐτοῦ καὶ ἐκέλευσε δεθῆναι ἁλύσεσι δυσί. Suetonius in Nero cap. XXXVI. *Coniurati è vinculis triplicium catenarum dixere cauſam.* Conſtantinus tamen ſanxit, vt reis non ferreæ manicæ & inhærentes oſſibus mitterentur, ſed proliXiores catenæ, vt & cruciatus deeſſet, & permaneret fida cuſtodia, L. I. C. de cuſtod. reor. Alteram etiam vinculorum ſpeciem prodit D. Lucas in Act. Apoſtolor. cap. XVI. his verbis, Ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν ἐσωτέραν φυλακήν, καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον. Prudentius in hymno Vincentij martyr.

Lignóque plantas inſerit,
Diuaricatis cruribus.

Cuiuſmodi lignum, Cippum Latina lingua vocari, Suidas auctor eſt, Ποδοκάκκη, in-

quit, ξύλον εἰς ὃ ἐν εἱρκτῇ τοὺς πόδας ἐμβάλλοντες συνέχουσιν, ὃ παρὰ Ῥωμαίοις Κύππος καλεῖται. Quæ vox in martyrũ paſſionibus, & Gregor. Turonen. lib. v. cap. XLIX. inuenitur. Enimuero in vincula coniici nõ ſolebat, qui fideiuſſores dare paratus erat: niſi tam graue ſcelus admiſiſſe cũ conſtaret, vt neque fideiuſſoribus, neque militibus cõmitti deberet, L. diuus D. de cuſtod. reor. Atque adeo, vel poſt prouocationem in cuſtodia retineri reum, ita demum ſi fideiuſſoris idonei copiam non habeat, Impp. conſtituerunt in L. eos §. ſuper iis & L. minimè, C. de appellationib. Quòd ſi confeſſus eſſet, donec de eo pronuntiaretur, in vincula publica coniiciendus erat L. ſi confeſſus D. eo. tit. L. cuiuſcumque verſic. item qui, D. ad L. Iul. maieſt. Supplicij etiam cauſa carcere incluſam matrem refert Plin. lib. VII. cap. XXXVI. Decuriones quoque, decurionúmque filij, nepotes, de quibus puniendis Præſides Principi ſcripſerant, in carcere diligentioris cuſtodiæ cauſa recipi ſolebant, L. ſi quis filio §. eius qui D. de iniuſ. rup. L. I. §. ſimili modo, D. quan. appellan. ſit. Carceri autem præpoſitus, quem Commentarienſem appellabant, carceris rationem diligentiſſimè & accuratiſſimè conficiebat: Auctor eſt Cicero lib. VII. in Verr. his verbis: *Cedo* RATIONEM CARCERIS, *quæ diligentiſſimè conficitur: quo* QVISQVE DIE DATVS IN CVSTODIAM, QVO MORTVVS, QVO NECATVS ſit. Hic nefas eſſet tacere nunquam ſatis pro merito laudatam Impp. Gratiani, Valentiniani & Theod. conſtitutionem, quæ Commentarienſibus negotium dat ſemper intra tricenſimum diem ingerere numerum perſonarum, varietatem delictorum, clauſorum ordinem, ætatémque vinctorum.

Imperatorum planè temporibus reos militibus in Cuſtodiam tradi inualuit. Militi autem non vni, ſed duobus cuſtodiam cõmitti debuiſſe Modeſtinus ſcribit in L. vlt. D. de cuſtod. reor. Atque hæc eſt CVSTODIA MILITARIS, cuius fit mentio in L. II. C. ex quib. cauſ. maior. L. ſed & ſi quis §. I. D. ſi quis cautionib. Quæ φρουρὰ στρατιωτικὴ dicitur in L. αὐτοκράτωρ. D. de appellationib. Tacit. lib. III. *Seruos Lepidæ, cum* MILITARI CVSTODIA HABERENTVR, *tranſtulit ad Conſules.* Imp. Conſtantin. in L. II. C. de Exactorib. tributor. lib. x. Fiſci debitores in carcerem duci vetans, *Contineatur*, ait, *aperta & libera, & in vſu hominum inſtituta* CVSTODIA MILITARI. Symmach. Epiſt. vlt. lib. I. *Continuò, vt ſeueritas exigebat, reos* CVSTODIA MILITARIS, *diſſimulata dignitate* CIRCVMDEDIT. Reos etiam à MILITIBVS, STATORIBVSQVE, nec non à MVNICIPALIBVS MINISTERIIS adſeruatos docet Vlpianus in, L. in eadem, D. ex quib. cauſ. maior. Pontius in vita Cypriani: *Ductus & ſuſceptus eſt Cyprianus cuſtodiendus* AB STATORE OFFICII PROCONSVLIS. Conſtantin. in L. I. de cuſtod. reor. in C. Th. *Illud etiam obſeruabitur, vt neque his qui* STATORVM *funguntur officio, neque* MINISTRIS *eorum liceat crudelitatem ſuam accuſatoribus vendere, & innocentes intra carcerum ſepta letho dare.* Extat Plinij Epiſtola lib. x. qua Traianum conſulit, vtrùm per publicos ciuitatum ſeruos, quod vſque adhuc in Bithynia factum fuiſſe ſcribit, an per milites adſeruare cuſtodias deberet. Cui reſcribit Traianus, ſeruandam eam conſuetudinem, quæ in ea prouincia obtinuerat, vt per publicos ſeruos cuſtodirentur.

Huiuſmodi autem cuſtodia ad eos quoque qui carcere continebantur, porrigebatur. Nam & carceribus milites cuſtodes appoſitos, & pro foribus carceris excubaſſe eos, D. Lucas in Act. Apoſtolor. nõ ſemel docet, veluti cap. v. Ἐπέβαλον τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ τοὺς Ἀποστόλους, καὶ ἔθεντο αὐτοὺς ἐν τηρήσει δημοσίᾳ. Ἄγγελος δὲ κυρίου διὰ τῆς νυκτὸς ἤνοιξε τὰς θύρας τῆς φυλακῆς. Et mox: Λέγοντες ὅτι τὸ δεσμωτήριον εὕρομεν κεκλεισμένον ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ, καὶ τοὺς φύλακας ἑστῶτας πρὸ τῶν θυρῶν. Idem cap. XII. de Petro quem Herodes prehendi iuſſerat. Ἔθετο εἰς φυλακὴν παραδοὺς τέσσαρσι τετραδίοις στρατιωτῶν φυλάσσειν αὐτόν. Et mox: Ὁ μὲν οὖν Πέτρος ἐτηρεῖτο ἐν τῇ φυλακῇ. Et Paulo pòſt: Ἦν ὁ Πέτρος κοιμώμενος μεταξὺ δύο στρατιωτῶν δεδεμένος ἁλύσεσι δυσί, φύλακές τε πρὸ τῆς θύρας ἐτήρουν τὴν φυλακήν. Hinc Suidas Cuſtodiam ita interpretatur: Κουστωδία τὸ τῷ δεσμωτηρίῳ ἐπικείμενον στράτευμα σύστημα στρατιωτικόν. A carcerali itaque (vt Impp. loquuntur in L. vlt. de cuſtod. reor. in C. Th. & Nou. Th. & Valét. de Iudæis) non eſt Militaris cuſtodia penitus ſeiungenda, cùm ad ipſam carcerum cuſtodiam, Militum opera veteres vterentur.

A militibus autem cuſtodiæ interdum in caſtris adſeruabantur, vt patet ex Act. Apoſtolor. cap. xxi. & xxiii. & Ioſepho lib. xviii. Antiq. Iudaic. cap. viii. Paulum etiam ad ſe à Lyſia Tribuno tranſmiſſum Porcius Feſtus in Herodis prætorio cuſtodiri iuſſit, vt ſcriptum reliquit D. Lucas Act. Apoſtol. cap. xxiii.

Nec verò à vinculis immunis huiuſmodi cuſtodiæ ſpecies erat. Quinimo vinculis plerumque conſtringebantur qui à militibus adſeruabãtur, vt ex his quos paullo antè ex Act. Apoſtol. adduxi, locis planum fit. Eadem verò catena & militem & reum copulabat, teſte Seneca Epiſt. v. Quod & Ioſeph. indicat lib. xviii. Antiq. Iud. cap. viii. his verbis de Antonia, quæ Agrippæ, qui cuſtodia militari detinebatur, fauebat: Εὑρίσκετο δ' αὐτῷ παρὰ τοῦ Μάκρωνος στρατιωτῶν τε μετρίων ἀνδρῶν, οἳ παραφυλάξειαν αὐτὸν ἐν φρουρίῳ, καὶ ἑκατοντάρχου ἐφιστησομένου τε ἐκείνοις καὶ συνδέτου γενησομένου. Quod interpres veteris moris ignarus ἐσόμενον συνδέτην Conuictorem ridiculè interpretatus eſt. Longè rectius Rufinus: *Sane inuenti ſunt & à Macrone ex militibus tales, qui eum ſine diſtrictione ſeruarent. Adhibetur etiam talis Centurio qui illis præeſſet militibus: ſed etiam qui cum eo ligarẽtur, talis inuentus eſt.*

Interdum tamen Militaris cuſtodia ἄδεσμος erat, & ita D. Lucas in Act. Apoſtolor. cap. vlt. τῷ δὲ Παύλῳ, ait, ἐπετράπη μένειν καθ' ἑαυτὸν σὺν τῷ φυλάσσοντι αὐτὸν στρατιώτῃ, & ſic, vt ſubiicit. Ἔμεινε Παῦλος διετίαν ὅλην ἐν ἰδίῳ μισθώματι, καὶ ἀπεδέχετο πάντας τοὺς εἰσπορευομένους πρὸς αὐτόν. Idem in Catalogo ſcriptorum Eccleſiaſtic. de B. Paulo. Et biennium in libera manens cuſtodia aduerſus Iudæos de aduentu Chriſti cottidie diſputauit. Felicem etiam Centurioni Paulum ſub laxiori cuſtodia cõmiſſum, D. Lucas ſignificat his verbis Act. Apoſt. cap. xxiii: Διαταξάμενός τε τῷ ἑκατοντάρχῃ τηρεῖσθαι τὸν Παῦλον, ἔχειν τε ἄνεσιν, καὶ μηδένα κωλύειν τῶν ἰδίων αὐτοῦ ὑπηρετεῖν, ἢ προσέρχεσθαι αὐτῷ.

Sed hoc eius cuſtodiæ propriũ erat, quæ LIBERA dicebatur: à qua vincula catenæque aberant, vt proinde eam cum Dione lib. xxxvi. & lib. lviii. ἄδεσμον φυλακὴν appellare liceat: quam verbũ verbo reddens Sophronias Hieronymi interpres Ἐλευθέραν φυλακὴν cõuertit. Huiuſmodi autem cuſtodiæ Senatores tradi conſueuiſſe, oſtendit Hieronym. aduerſus Vigilantiũ his verbis: *Senatoriæ videlicet dignitatis ſunt: vt non inter homicidas teterrimo carcere, ſed in* LIBERA HONESTAQVE CVSTODIA, *in fortunatorum inſulis, & in campis Elyſiis recludantur.* Eius generis erat cuſtodia, quæ apud Magiſtratus habebatur. Nam & ipſorum quandoque Magiſtratuum domibus rei adſeruabantur. Et ita cùm Senatus decreuiſſet vti abdicato magiſtratu Lentulus, itémque ceteri coniurati in CVSTODIIS LIBERIS HABERENTVR, Lentulum quidem P. Spintheri, qui tum Ædilis erat, Cethegum Q. Cornificio, Statilium C. Cæſari, Ceparium Cn. Terentio Senatori traditos, Salluſt. in bello Catilinar. refert. Sic & Aſinium Gallum Dio lib. lviii. in libera cuſtodia à Conſulibus & Prætoribus cuſtoditum narrat.

Cuſtodiæ autem appellatione, ſolam publicam accipiendam eſſe, Iuriſconſulti tradunt in L. ſuccurritur, D. ex quib. cauſ. maior. Et L. vinculorum, D. de verbor. ſignificat. Quod epithetum, cuſtodiæ adiungitur à Valerio Max. lib. vi. cap. iii. & lib. ix. cap. vlt. Tacito lib. iii. Apul. lib. vii. de Aſino aur. Eadémque eſt verbi φυλακῆς ſententia apud Arrian. Epict. lib. i. cap. i. & xxix. & Act. Apoſtolor. cap. xvi.

Rei etiam quandoque tranſmittebantur, toto tit. de exhibendis, & tranſmittendis reis, tam in Cod. Iuſtiniani, quàm Theodoſij. Formulam autem literarum quibus rei tranſmittebantur, habemus in Act. Apoſtolor. cap. xxiii. Sed & ſi reus abeſſet, ſolebant præſides prouinciarum, in quibus delictum admiſſum erat, ad earum prouinciarum, ſub quibus reſ agere dicebantur, præſides ſcribere, & deſiderare, vt cum proſecutoribus ad ſe remitterentur, L. ſolent, D. de cuſtod. reor. Cùm verò tranſmittebantur rei, ſub fida cuſtodia tranſmittebantur, aut, vt Impp. verbis vtamur, SVB IDONEA PROSECVTIONE, L. iii. de pœnis in C. Th. L. defenſores de exhiben. & tranſmitt. reis eod. C. Th. L. defenſores de denfenſorib. ciuit. in C. Iuſtinia. id eſt *adhibitis fidis cuſtodibus*, vt ait, L. omnes reos, de pœn. in C. Th. Quo ſenſu etiam PROSECVTIONIS verbum accipiendum eſt in L. addictos eo. tit. & PROSECVTORVM

in d. L. ſolent. Atque ita Paulum, vt cum Hieronymo in Epiſt. ad Auguſtinum loquar, orta ſeditione, cùm occidendus eſſet, raptum eſſe à Tribuno Lyſia, & ab eo miſſum Cæſaream ad Claudium Feſtum præſidem, ſub cuſtodia diligenti, legimus Act. Apoſtolor. cap. XXIII.

Solebant porrò Rei de criminibus obiectis interrogari, quemadmodum Clemẽs lib. II. Conſtit. Apoſtolicar. cap. LII. teſtatur. Xiphilinus in Seuero, de quodam latrone capto & in vincula coniecto: Καὶ αὐτὸν ὁ Παπινιανὸς ὁ ἔπαρχος ἀνήρετο, Διὰ τί ἐλῄστευσας, καὶ αὐτὸς ἀπεκρίνατο, Διὰ τί σὺ ἔπαρχος εἶ. Sueton. in Auguſto cap. XXXIII. *Dixit autem ius non diligentia modò ſumma, ſed & lenitate. Si quidem manifeſti parricidij reum, ne culeo inſueretur, quod non niſi cõfeſſi afficiebantur hac pœna, ita fertur interrogaſſe*: CERTE PATREM TVVM NON OCCIDISTI? Iulian. in L. ſi is qui ducente §. vtrum, D. de reb. dub. *Proinde ſi quis ita interroget*, EORVM QVID, QVÆ OBIICIVNTVR TIBI, FECISTI? Marcian. in L. diuus, D. de cuſt. reor. Irenarchis mandatum fuiſſe docet, vt cùm adprehendiſſent latrones, interrogarent eos de ſociis & receptatoribus: & interrogationes literis incluſas, atque obſignatas ad cognitionẽ magiſtratus mitterent. Huiuſmodi interrogationum exempla extant in Euangel. Matthæi cap. XXVII. Marci cap. XV. Lucæ XXIII. Ioannis cap. XVIII. & in Act. Apoſtolor. cap. XXII. & XXIII. Euſeb. lib. IIII. hiſto. eccleſ. cap. XIIII. Apud Liuium lib. VIII. Qu. Fabium Magiſtrum equitum, cùm à præcone citatus, ex inferiore loco ad tribunal acceſſiſſet, Papirius Curſor Dictator ita interrogat: QVÆRO DE TE Q. FABI, *cùm ſummũ imperiũ Dictatoris ſit, pareántque ei Coss. regia poteſtas, Pretores iiſdẽ auſpiciis creati*, ÆQVVM CENSEAS NEC NE, *Magiſtrũ equitũ dicto audientẽ eſſe*: ITEMQVE ILLVD INTERROGO, *cùm me incertis auſpiciis profectũ ab domo ſcirem, vtrùm mihi turbatis religionibus Reſp. in diſcrimen committenda fuerit? an auſpicia expetenda, ne quid dubijs dijs agerem?* SIMVL ILLVD, *quæ Dictatori religio impedimento ad rem gerendam fuerit? num ea Magiſter equitum ſolutus ac liber potuerit eſſe?* Ac demum: AD HÆC QVÆ INTERROGATVS ES, RESPONDE: EXTRA EA CAVE VOCEM MITTAS. ACCEDE LICTOR.

Cogniturum autem de criminibus Præſidem oportebat, ante diem palàm facere, CVSTODIAS SE AVDITVRVM: quarum audiendarum gratia, tam clariſſimos viros, quàm patronos cauſarum, ſi omnes in ciuitate prouinciæ quam regebat, agerent, adhibere debebat: Feriatiſque etiã diebus, nec pro tribunali tantùm & à ſuperiore loco, ſed & de plano audiri cuſtodiæ poterant. Quæ omnia comprobantur, L. vnius §. vlt. D. de quæſtionib. & L. cuſtodias D. de public. iudic. L. diuus D. de feriis. Vlpianus etiam in L. leuia D. de accuſationib. *Leuia*, ait, *crimina audire, & diſcutere de plano Proconſulem oportet: &, vel liberare eos quibus obiiciuntur, vel fuſtibus caſtigare, vel flagellis ſeruos cædere*. Feſtum planè Porcium Iudææ Præſidem, pro tribunali Paulum audiſſe refertur Act. Apoſtolor. cap. XXV. Solitos verò Proconſules cuſtodiarum cognitionem mandare legatis: ſcilicet, VT PRÆAVDITAS CVSTODIAS AD SE REMITTERENT, vt innocentem ipſi liberarent, idem Vlpian. teſtatur in L. ſolent D. de offic. proconſ. Tertullian. in Apologetico: *Et vtique non deeſſet vrbis in* AVDITIONE CVSTODIARVM, *& damnatione, ſanguis humanus*. Cuſtodiatũ etiam ſeriem ipſoſmet Imperatores recognouiſſe, inſpecto cuiuſque elogio oſtendit Sueton. in Tiber. cap. LXI. & in Calig. cap. XXVII. Ceterùm ſi crimina obiecta negaſſet reus, petebantur Aſconio teſte, dies inquirendorum eius criminum. Sic Ciceronem, cauſa Verris ad ſe traducta, INQVISITIONIS aduerſus Verrem tempus poſtulaſſe, dies centum decem, idem Aſconius ſcribit. Et aliàs, Paeuuij accuſatores in Scaurum INQVISITIONEM in Sardiniam, itémque in Corſicam inſulas, dies tricenos accepiſſe memorat. Idẽ alibi: *Scaurus Caponẽ contra reũ detulit*, ET BREVIORE DIE INQVISITIONIS ACCEPTA, *effecit, vt ille prior cauſam diceret*. Eodémque modo Bæticos, in ſocios miniſtróſque Cæcilij Claſſici inquiſitionem poſtulaſſe Plinius Epiſt. IX. lib. III. refert: ſed & lib. V. Epiſt. XX. de Bithynis, qui Rufum Varenum proconſulem detulerant, *Indicti*, ait, *in Senatum*, INQVISITIONEM POSTVLAVERVNT. Et paullo pòſt, *Conſulit Acilius Rufus Conſul deſignatus*, INQVISITIONEM BITHYNIS DANDAM. Quin & ipſum Va-

renum

renum reum poſtulatum à Senatu obtinuiſſe, VT SIBI QVOQVE DEFENSIONIS CAVSA TESTES EVOCARE LICERET, Plinius ibidem, & rurſus Epiſt. VI. lib. V. narrat. Ac planè quandoque è prouincia teſtimonij gratia quoſdam euocatos, docet Vlpian. in L. II. §. Legatis D. de iudic. Sueton. in Claud. cap. XV. *Excuſans quidam* TESTEM E PROVINCIA AB EO VOCATVM, *negauit* PRÆSTO ESSE POSSE. Plin. Epiſt. IX. lib. III. *E teſtibus quidam, ſiue iratus, quod* EVOCATVS *eſſet inuitus, ſiue ſubornatus ab aliquo reorũ &c.* Teſtes autem non temere euocandos fuiſſe per lõgum iter, & multo minus milites auocandos fuiſſe à muneribus perhibendi teſtimonij cauſa, Calliſtratus ſcribit in L. III. D. §. vlt. de teſtib. de eáque re Diuos fratres reſcripſiſſe ait in hęc verba. *Quòd ad teſtes euocãdos pertinet, diligentiæ iudicantis eſt explorare quæ conſuetudo in ea prouincia, in quam iudicat fuerit. Nam ſi probabitur ſæpe in aliam ciuitatem teſtimonij gratia pleróſque euocatos: non eſſe dubitandum, quin euocandi ſint, quos neceſſarios in ipſa cognitione deprehenderit qui iudicat.* Arcadius etiam in L. I. §. I. D. eo. Ad Iudicum religionem pertinuiſſe ſcribit, vt eum ſolum numerum teſtium, quem neceſſarium eſſe putaſſent, euocari paterentur.

Teſtes porrò voce præconis citatos fuiſſe non eſt ignotum, ídque ex Ciceronis lib. IIII. in Verr. & Sueton. in Claud. cap. XV. patet. Et quidem ſi præſentes teſtes eſſent, cùm iis olim ingens Oratoribus dimicatio erat. Ideóque velut duplici contra eos, proque his, acie confligebatur, actionum & interrogationum, quemadmodum Quintilianus lib. V. cap. VII. tradit. In eáque re Oratorum induſtria elucebat. Cic. pro Flacco: *Vbi eſt igitur illa laus Oratoris, quæ, vel in accuſante antea, vel in patrono ſpectari ſolebat?* BENE TESTEM INTERROGAVIT: CALLIDE ACCESSIT: REPREHENDIT: QVO NOLVIT ADDVXIT: CONVICIT, ET ELINGVEM REDDIDIT. Plinius Epiſt. IX. lib. III. *Concipere animo potes quàm ſimus fatigati, quibus toties agendum, toties altercandum, tam multi* TESTES INTEROGANDI, SVBLEVANDI, REFVTANDI. Loqui certè teſti niſi interrogato non licebat, vt Aſconius in III. Verrin notat. Suos autem teſtes accuſatorem interrogaſſe idem Aſconius admonet in Diuinatio. ad verba hæc, *vt vbi id interrogando.* *Apparet*, inquiens, *ex hoc dicto, Teſtes ſuos etiam ipſum accuſatorem interrogare conſueſſe.* Cicero pro Flacco: *An quiſquam eſſe teſtis poteſt quem.* ACCVSATOR *ſine cura* INTERROGET, *nec metuant ne ſibi aliquid, quod ipſe nolit, reſpondeat?* Idem lib. III. in Verr. *Sic me ipſum egiſſe, memoria tenetis, vt in* TESTIBVS INTERROGANDIS *omnia crimina proponerem, & explicarem: vt cùm rem totam in medio propoſuiſſem, tum denique* TESTEM INTERROGAREM. Et in eundem lib. VI. *Cùm teſtes ex Sicilia dabo, quem volet eligat, quem* EGO INTERROGEM *de patellis, pateris, thuribulis.* Quinetiam & ab eo contra quem producebantur, teſtes quandoque interrogabantur, vt Aſconius in lib. III. in Verr. auctor eſt. Vnde Cicero lib. VII. in eundem Verr. *Si voles*, ait, *quoniam priore actione, vt patroni tui dictitant, noua quadam ſapientia, vt omnes intelligunt, conſcientia tua atque auctoritate meorum teſtium,* TESTEM NVLLVM INTERROGASTI, INTERROGETVR *Flauius, ſi voles.* Vt plurimum autem accuſatores teſtes producebant quos refelli & refutari à defenſoribus patiebantur. Cicero lib. VII. in Verr. *Cùm* EGO *P. Granium* TESTEM PRODVXERO, *qui ſuos libertos à te ſecuri percuſſos eſſe dicat, qui à te nauem ſuam mercéſque repetat,* REFELLITO *ſi poteris, ne eum teſtem deſeram.* Et mox. *Hunc quoque* TESTEM MEVM REFELLI, *& illum Herennium, Sertorianum fuiſſe abs te demonſtrari, & probari volo.* Idem pro Fonteio, Teſtes flagitans, *Plus ego*, ait, *in hac cauſa laboris & operæ conſumo in poſcendis teſtibus, quam ceteri defenſores in* REFVTANDIS. A defenſore verò ſolebat Oratio teſtium refelli, aut vita lædi: vt Cicero pro Flacco ait: *Sæpe enim*, vt idem in Partitionibus teſtatur, *ea quæ dicta erant, ſi aut ambigue, aut inconſtanter, aut incredibiliter dicta eſſent, aut etiam aliter ab alio dicta, ſubtiliter reprehendebantur: aut ſi Oratio argumentationem non haberet, in hominem dicendum erat.* Et interdum quidem aduerſus ſingulos teſtes dirigebatũr actio. Quod inſectationis genus ſeparatim aliquando edebatur, eoque in genere Ciceronis Oratio in Vatinium teſtem verſatur.

Planè Oratores à iudicibus quandoque, vt ſibi TESTES ROGARE LICERET, poſtulabant: Cic. lib. II. de Orato. *Puſillus teſtis proceſſit.* LICET *inquit*, ROGARE *Philippus? Tum quæſitor properans*, MODO BREVITER. *hic ille*, NON ACCVSABIS, PERPVSILLVM ROGABO. Sollemnia autẽ in teſtibus interrogandis erant verba hæc, TE ROGO. Cicero

pro Flacco: *Quid tu iſtum roges, Læli, qui priuſquam hoc,* TE ROGO, *dixeris, plura etiam effundet, quàm tu ei ante domi præſcripſeris?* Interdum tamen in teſtibus interrogandis vtebantur verbis, QVÆRO, &c, VOLO VTI MIHI RESPONDEAS. Cicero in Vatinium: QVÆRO VATINI, *vtrũ tandem putes huic ciuitati, &c.* Et mox: QVÆRO ABS TE, *teneaſne memoria?* Et aliàs: VOLO VT MIHI RESPONDEAS. Rurſus ibidem: *Secundum ea,* QVÆRO, *ſeruaueriſne ei fidẽ?* Et alibi: *Sic enim* EX TE QVÆRO *Tribunus pl. fuiſti.* Ac deinde VOLO VTI MIHI RESPONDEAS, *num quis ex toto collegio legem ſit auſus ferre, præter vnũ te.* Et ſtatim: VOLO VTI MIHI RESPONDEAS: *cùm M. Bibulum Conſulem, &c.*

Teſtes autem refutabantur, vel interrogatione, vel breui interlocutione patroni, aut aliquo vrbanè dicto refrigerabãtur, vel ſi quid in eorũ vitam dici poterat, infamia criminum deſtruebantur: vt Quintilianus lib. v. cap. VII. ſcribit: Et ex ſubiectis exemplis patet. Cicero lib. II. de Orato. *Hoc Craſſi nihil facetius: qui cùm læſiſſet Silus Piſonem, quod ſe* IN EVM AVDISSE *dixiſſet:* POTEST FIERI, *inquit,* SILE, VT IS VNDE TE AVDISSE DICIS, IRATVS DIXERIT: *annuit Silus.* POTEST ETIAM VT NON RECTE INTELLEXERIS. *Id quoque toto capite annuit, vt ſe Craſſo daret.* POTEST ETIAM FIERI, *inquit,* VT OMNINO QVOD TE AVDISSE DICIS NVMQVAM AVDIERIS. *Hoc ita præter expectationem accidit, vt teſtem omnium riſus obrueret.* Quintilian. lib. VI. cap. IIII. de Cicerone. *Cùm Sex. Annalis teſtis reum læſiſſet, & inſtaret identidem accuſator ei,* DIC M. TVLLI, NVMQVID POTES, DE SEXTO ANNALI? *Verſus tunc dicere cœpit de libro Ennij Annali ſexto.*

Quis potis ingentis cauſas euoluere belli. Ibidẽ: *Eſt & illa ex Ironia fictio, qua vſus eſt C. Cæſar. Nam cum teſtis diceret,* A REO FEMINA SVA FERRO PETITA, *& eſſet facilis reprehenſio, cur illam potiſſimum partem corporis vulnerare voluiſſet,* QVID ENIM FACERET, *inquit,* CVM TV GALEAM ET LORICAM HABERES? Plinius lib. XXXV. cap. IIII. *Hinc M. Craſſi Oratoris ille lepos agentis ſub veteribus, cùm teſtis compellatus inſtaret,* DIC ERGO CRASSE QVALEM ME REERIS? TALEM, *inquit, oſtendens in tabula pictum inficetiſſimè Gallum exerentem linguam.* Macrob. lib. II. Saturnal. cap. II. *Plancus in iudicio fortè amici cùm moleſtũ teſtem deſtruere vellet,* INTERROGAVIT, *(quia ſutorem ſciebat)* QVO ARTIFICIO SE TVERETVR: *Ille vrbanè reſpondit,* GALLAM SVBIGO. Idem eiuſdem lib. cap. VI. *Prodierat Orbilius in reum teſtis: quem Galba vt confunderet, diſſimulata eius profeſſione, interrogauit,* QVID ARTIVM FACIS? *Reſpondit,* IN SOLE GIBBOS FRICARE SOLEO. Plutarch. in Cicero. Πόπλιον δὲ Κόνσταν, νομικὸν εἶναι βουλόμενον, ὄντα δ᾽ ἀμαθῆ καὶ ἀφυῆ, πρός τινα δίκην ἐκάλεσε μάρτυρα, Τοῦ δὲ, Μηδὲν Εἰδέναι, φάσκοντος, Ισως, ἔφη, Δοκεῖς Περὶ Τῶν Νομικῶν Ἐρωτᾶσθαι.

Teſtium autem duo erant genera, vnum, voluntariorum: alterum, eorum quibus Iudex in publicis Iudiciis lege denuntiare teſtimonium ſolebat. Quorum altero vtraq; pars vtebatur: alterum accuſatoribus tantùm conceſſum erat. Ceterùm qui voluntariũ teſtem producebat, ſcire quid is dicturus eſſet poterat, & ne turbaretur, atque à patronis diuerſæ partis induceretur in laqueum, multum domi antè verſari, & variis percunctationibus quales ab aduerſario haberi poterant, explorari conſueuerat. Sic fiebat vt aut conſtaret ſibi, aut ſi quid titubaſſet, opportuna rurſus eius à quo productus erat, interrogatione veluti in gradum reponeretur.

Planè fuiſſe tẽpora, quibus teſtes nõ niſi poſt finitas actiones rogarẽtur, Quintilian. lib. v. cap. VII. docet. Veterem etiam in hac re ſeruatum morem Cic. pro Flacco ita attingit: *Vbi eſt igitur illa expectatio, quæ verſari in iudiciis ſolet? Nam antea, cùm dixerat accuſator acriter, & vehementer, cúmque defenſor ſuppliciter demiſſéque reſponderat: tertius ille erat expectatus locus Teſtium: qui aut ſine vllo ſtudio dicebant, aut cum diſſimulatione aliqua cupiditatis.* A quo more diſcedens in accuſatione Verris Cicero, breuiter ſe crimina expoſiturum, & ad ſingula teſtes daturum, eorúmque interrogandorum Hortenſio poteſtatem facturum ita II. Oratio. in Verr. pollicetur. *Illud à me nouum,* IVDICES, *cognoſcetis, quod ita teſtes conſtituã, vt crimen totum explicem: vbi id interrogando, argumentis, atque Oratione firmauero, tum teſtes ad crimen accommodem: vt nihil inter illam vſitatam accuſationem, atque hanc nouam interſit, niſi quod in illa, tunc quum omnia dicta ſunt, Teſtes dantur: Hic in ſingulas res dabuntur: vt illis quoque eadem interrogandi facultas argumentandi, dicendíque ſit.* Aulum autem Varium, qui Iudex durior habitus fuit, cùm datis teſtibus, alij tamen citarentur, dicere conſeſſori ſolitum, AVT HOC TESTIVM SATIS EST, AVT NESCIO, QVID SATIS SIT, Cicero lib. II. de finib. memoriæ prodidit.

In

In teſtimoniis porro dicendis eam fuiſſe veterum diligentiam ac religionem, quod inſcientia multa verſaretur in vita, vt ARBITRARI ſe teſtes dicerent etiam quod ipſi vidiſſent, Cicero lib. IIII Academicar. quæſtio. tradit. Idem pro M. Fonteio: *Credo hæc eadem Indiciomarum in teſtimonio timuiſſe, aut cogitaſſe, qui primum illud verbum conſideratiſſimũ noſtre conſuetudinis,* ARBITROR *quo nos etiã tunc vtimur, cùm ea dicimus iurati, quæ cõperta habemus, quæ ipſi vidimus, ex toto ſuo teſtimonio ſuſtulit, atq;* OMNIA SE SCIRE DIXIT. Atque hoc verbo, M. Volcij Pictoris teſtimonium conceptum refertur à Liuio lib. III. Sed & apud eundem auctorem lib. IIII. Tempanius teſtimonium à Iulio Tribuno pl. ita rogatur, *Sexte Tempani* QVÆRO, ARBITRERISNE, *C. Sempronium Cos. aut in tempore pugnam iniiſſe aut firmaſſe ſubſidiis aciem.* Apud antiquos autem, quemadmodum Aſconius in III. cõtra Verr. oratio. notat, & DE AVDITONE teſtimoniũ dicebatur. Hinc Cic. pro Plãcio, ne teſtiũ vox vulgaris, AVDIVI, reo innocenti noceat, deprecatur. Cõtrà Tacit. lib. XIIII. Oſtorũ NIHIL AVDIVISSE SE, pro teſtimonio dixiſſe refert. Teſtimoniorũ porro verba quædã ex his quæ ſubieci locis elici poſsũt. Cic. lib. II. in Verr. *Q. Minutius* IVRATVS DICIT PECVNIAM DATAM: IVRATVS DICIT, TIMARCHIDEM DIXISSE, MAIOREM AB ACCVSATORIBVS PECVNIAM DARI. Idem pro Flacco: *Qua diſputatione orationem refell.m eius. qui dicit,* DEDIMVS: *nihil amplius?* Valer. Max. lib. VIII. cap. VI. de P. Seruilio: *Cùm forum præteriens, teſtes in reum dari vidiſſet, loco teſtis conſtitit, ac inter ſummam patronorum pariter & accuſatorum admirationem, ſic orſus eſt.* HVNC EGO, IVDICES, QVI CAVSAM DICIT, CVIAS SIT, AVT QVAM VITAM EGERIT, QVAMQVE MERITO VEL INIVRIA ACCVSETVR, IGNORO: ILLVD TANTVM SCIO, CVM OCCVRRISSET MIHI LAVRENTINA VIA ITER FACIENTI, ADMODVM ANGVSTO LOCO, EQVO DESCENDERE NOLVISSE. Idem lib. VIII. cap. V. de Cicerone: *Nonne in ipſis eloquentiæ ſuæ caſtris, teſtis abiectus eſt, dum* P. CLODIVM ROMÆ APVD SE FVISSE, IVRAVIT? Sueton. in Iulio. cap. LXXIIII. TESTIS CITATVS, NEGAVIT SE QVIDQVAM COMPERISSE: *quamuis & mater Aurelia, & ſoror Iulia apud eoſdem Iudices omnia ex fide retuliſſent. Interrogatúſque,* CVR IGITVR REPVDIASSET VXOREM: QVONIAM, *inquit,* MEOS TAM SVSPICIONE QVAM CRIMINE IVDICIO CARERE OPORTERE. Formulam etiam teſtimoniorum in eos qui fraudationis cauſa latitaſſe dicebantur, Cicero in Oratio. pro Quintio edit huiuſmodi: *Teſtes dare oportebat ex eo numero, qui hæc dicerent,* VADIMONIVM MIHI DESERVIT: ME FRAVDAVIT, A ME NOMINIS EIVS QVOD INFITIATVS ESSET, DIEM PETIVIT: EGO EXPERIRI NON POTVI, LATITAVIT: PROCVRATOREM NVLLVM RELIQVIT: *Horum nihil dicitur. Parantur teſtes, qui hæc dicant.* Iuuenal. Sat. vlt.

DA TESTEM, *Iudex quem dixerit, audeat ille*

Neſcio quis, pugnos vidit qui, dicere, VIDI. Cic. lib. VII. in Verr. *Adhuc enim teſtes ex eo ge..ere à me ſunt dati, non qui noviſſe Canium ſed qui* SE VIDISSE *dicerent.* Idem lib. VI. in Verr. *Quem voles de conuentu Syracuſanorum virum bonum nominato, producam: Nemo erit, quin hoc ſe aut* VIDISSE, *aut* AVDISSE DICAT. Teſtes autem qui ſe daturum pollicebatur Orator, his verbis vtebatur, TESTIMONIVM DICENT. Cicero pro Quintio. *Profectus eſt vna L. Albius homo inprimis honeſtus.* DICET TESTIMONIVM. *Proſecuti ſunt familiares & Albij & Quintij.* DICENT *hi quoque* TESTIMONIVM.

Atque hæc ita, vbi teſtes præſto erant, ſeruabantur. Abſentes verò per Tabulas teſtimonium dabãt. Cuiuſmodi Teſtimonia in iudiciis recitari ſolebãt. Calliſtrat. in L. III. §. Gabinio D. de teſtib. Hadriani reſcriptum laudat, cuius verba ſic habent. *Alia eſt auctoritas præſentium teſtium: alia* TESTIMONIORVM, *quæ* RECITARI *ſolẽt.* Recitari verò Teſtimonia Oratores iubebant hoc verbo, RECITA: Sic enim lib. VII. in Verr. *Hæc omnia ex ciuitatum teſtimoniis cognoſcite.* RECITA TESTIMONIA CIVITATVM. Similia alia exempla obuiam cuiuis Orationem pro Cluẽtio Auito, & lib. III. & IIII. in Verr. inſpiciẽti occurrent. Teſtationes porrò ſignis eorũ qui intererant obſignatas docet L. Moris D. de pœn. & Cic. pro Quintio, cùm ait: *Teſtificatur iſte, P. Quintium non ſe ſtitiſſe, & ſe ſtitiſſe. Tabulæ maximæ* SIGNIS *hominũ nobiliũ* CONSIGNANTVR. Ouidius lib. IIII. de Ponto Elig. XV.

Confiteor: TESTERE *licet.* SIGNATE QVIRITES.

Diem autem & Conſulem his teſtationibus adſcribi conſueuiſſe, indicio eſt quod

Sueton. in Iulio cap. xx. ſcribit, *vt nonnulli vrbanorum cùm quid per iocum teſtandi gratia ſignarent, non* CÆSARE ET BIBVLO, *ſed*, IVLIO, ET CÆSARE COSS. ACTVM *ſcriberent.* Sane in publicis iudiciis, ſtante Repub. teſtimonia non abſentes, nec per tabellam dare, ſed coram & præſentes dicere coactos, Tacitus in Dialogo de Oratorib. ſcribit. Teſtes autem Iuratos teſtimonium dixiſſe, notius eſt quàm vt probatione egeat.

Accuſatores etiam poſtulaſſe, VT QVÆSTIONES HABERENTVR, Cic. in Partitionib. oſtendit. Idem pro Milo. eundem Appium & poſtulaſſe & produxiſſe in quæſtionem P. Clodij ſeruos narrat. Papinian. in L. patre D. dē quæſtionib. *Patre vel marito de adulterio agente*, &, POSTVLANTIBVS, DE SERVIS REI VT QVÆSTIO HABEATVR. Paul. in L. maritus D. eo. tit. *Apud procuratorem* DESIDERAVERAT, &, QVÆSTIONEM HABERE DE ANCILLA. Vlpian. in L. ſi poſtulauerit, D. ad L. Iul. de adulter. *Si* POSTVLAVERIT ACCVSATOR, VT QVÆSTIO HABEATVR, *de ſeruo adulterij accuſato.* Non debebat autē qui quæſtionem habebat, ſpecialiter interrogare, ita, verbi gratia, AN LVCIVS TITIVS HOMICIDIVM FECERIT, ſed generaliter, QVIS ID FECERIT, L. 1. §. qui quæſtionem, D. de quæſtionib. Illud Cicero pro Sex. Roſcio queritur, vt rem miſerā & calamitoſā, quòd in cauſa parricidij innocēti ſaluti ſolebat eſſe, vt ſeruos in quæſtionē polliceretur, id Sexto Roſcio facere nō licere: & cùm is duos ſeruos paternos in quæſtionē ab aduerſariis poſtulaſſet, id accuſatorē recuſaſſe. Apuleius Apolog. 1. *Quatuordecim ſeruos* POSTVLASTI *exhiberi: cur illis* AD QVESTIONEM *nihil vteris.* Seruos autem qui in furti ſuſpicionē venerāt, queſtionis habendæ cauſa, à dominis traditos teſtātur, L. cùm ſeruus, D. de condict. cau. da. L. ſi dominus, D. de præſcript. verb. Effractis etiā & compilatis horreis locatis, ſeruos domini, propter ædificiorū notitiā, in quæſtionē peti potuiſſe ait Paul. in L. dominus, D. locati, ſuffragatúrque Vlpian. in L. III. §. Effracturæ D. de offic. Præf. vig. Modū tamen in ea re excedere non debebat etiā is qui iuſſu domini quæſtionē per tormenta habebat, L. item apud Labeonem §. quæſtionem D. de Iniur. Sed & cum probatio prioris fugæ deficiebat, de ſeruo quæſtionem habitā, ipſúmq; in ſe interrogatū, demonſtrat L. cùm probatio, D. de probationib. De ſuo autem facto in ſe ſeruos quæſtione habita interrogari potuiſſe, docent L. cùm probatio, D. de probationib. & Paul. lib. v. Sententiar. Tit. XVI. ex quo, & ex L. 1. §. de ſeruis, D. de tutel. L. ad inſtruendā, D. de adminiſtr. tutor. L. vlt. D. de ſuſpect. tutorib. L. in interdicto, D. de vi & vi arm. facilè quis intelliget quibus in cauſis quæſtiones de ſeruis haberentur.

Quæſtionibus verò tormentíſque poterant intereſſe rei, reæve, & patroni eorum, & qui crimen detulerant, L. ſi poſtulauerit, §. quæſtioni, D. ad L. Iul. de adulter. Conficiebantur etiā de quæſtionibus habitis, Tabulæ, quæ ſignis eorum qui interfuerāt obſignabantur. Cic. pro Cluentio: *Nam* TABELLÆ QVÆSTIONIS *plures proferuntur, quæ recitatæ, vobíſque editæ ſunt illæ ipſæ, quas tum* OBSIGNATAS *eſſe dixi: in quibus Tabellis de furto nulla litera inuenitur.* Et mox: *Atque iſtam ipſam quæſtionem dicite, quis* OBSIGNAVIT: *Vnum aliquem nominate.* Et mox: *Neque earum auctorem literarum, neque* OBSIGNATOREM, *neque teſtem nullū nominabis?* Quæſtiones autem per tormenta habebantur, vt Sueton. loquitur in Calig. cap. XXXII. Cic. pro Milo. *Quid quæris? Occiderítne? Occidit. Iure, an iniuria? Nihil ad* TORTOREM: *facti enim in* ECVLEO *quæſtio eſt: iuris, in iudicio.* Idē pro Cluētio: *Quū iā* TORTOR *atque eſſent Tormēta ipſa defeſſa.* Et lib. IIII. de finib. *Si ſapiēs ad* TORTORIS ECVLEVM *ire cogatur.* Queſtiones planè de P. Clodij ſeruis in atrio Libertatis habitas Cic. pro Milo. refert.

Vterque autem oratorum cū ſatis videbatur effluxiſſe verborum, hanc ſibi neceſſitatē finiendæ orationis imponebat, vt diceret, DIXI, quemaduodū Aſconius in Diuinatio. & III. in Verr. notat. Donatus quoque in Phormio. Terent. Act. II. sc. III. ad hæc verba, *dixi Phormio.* DIXI, ait, *ſolent dicere perorata cauſa.* Idem in Hecyr. Act. IIII. sc. III ad verbū *dixi. Hoc verbum*, ait, *in fine additum ſuperiora confirmat: & eſt proprium his qui perorauerint cauſam.* Quod Imp. Iulianus Epiſt. pro Argiuis confirmat, inquiens, Εἴρηται, φασὶν οἱ ῥήτορες, ὁ ἐμὸς λόγος. Κρίνοις δ' αὐτὸς τὰ δέοντα.

Ab vtraque verò parte oratione conſumpta, vt in conſilium dimitterentur Iudices, Præconē pronūtiare ſolitum, DIXERE, Aſconius in diuinatio. tradit. Cic. lib. IIII. in Verr. *Præco*, DIXISSE, *pronuntiat.* Quintilian. lib. 1. cap. IX. DIXERE *quoque, quamquam id Antonius Rufus ex diuerſo ponit exemplum, de pluribus patronis Præco pronuntiat.*

Sed

Sed & in iudiciis Accẽſi & Præcones inclamabãt horã: Varro.lib.v.de ling.Lat *Accẽſum ſolitum ciere, Bœotia oſtendit: quam Comœdiã alij eſſe dicunt: hoc verſu, Vbi primũ Accenſus clamarit meridiem. Hoc idem Coſconius in Actionibus ſcribit, Prætorem Accẽſum ſolitũ tum eſſe iubere, vbi ei videbatur horam eſſe tertiã, inclamare*, HORAM ESSE TERTIAM: ITEMQVE MERIDIEM, ET HORAM NONAM. Plinius lib.VII.cap.vlt. *Duodecim Tabulis ortus tantùm & occaſus nominantur. Poſt aliquot annos adiectus eſt & meridies, Accẽſo Conſulũ id pronuntiante, cùm Curio inter roſtra & Græcoſtaſim proſpexiſſet talem ſolẽ. A columna ænea ad carcerẽ inclinato ſidere*, SVPREMAM PRONVNTIAVIT. *Sed hoc ſerenis tantùm diebus vſque ad primũ Punicũ bellũ.* Ex quo loco patet præconem ſeu Curionẽ, SVPREMAM, id eſt ſummum diei, vel vt Macrob.lib.I.Saturn.cap.III explicat, *diei nouiſſimum tempus*, pronuntiaſſe. Diſſentire tamẽ videtur Varro, qui has fuiſſe Prætoris, nõ Præconis partes lib.v.de lingua Lat.ſignificat his verbis: SVPREMA, *ſummum diei, id à ſupremo. Hoc tẽpus duodecim Tabulæ dicunt, Occaſum eſſe ſolis: ſed poſtea lex Pletoria id quoque tempus iubet eſſe ſupremum, quo* PRÆTOR *in comitio*, SVPREMAM PRONVNTIAVIT POPVLO. Qui loci vt in concordiã adducantur, neceſſe eſt dicamus, vel in Præconis locum Prætoris nomen apud Varronem ſubiiſſe, vel certè Prætoris iuſſu Præconem id pronuntiaſſe, præconiſque voce Prætorẽ in hac parte vſum. Quandoquidẽ, vt D. Auguſtinus in tractatu quodam contra Manichæos ait, In negotiis publicis quanquam pleraque per præconẽ Iudex loqueretur, iudicis tamen nomen, cùm geſta ſcribebantur, non etiam Præconis inſerebatur. Legis certè Prætoriæ, quam Varro laudat, verba à Cenſorino in lib.de die Natali cap. XIX. relata, nihil ad hoc diſcidium cõponendum cõferunt: Illis enim Prætori dumtaxat, vſque ad ſupremã ius inter ciues dicere præcipitur: de ſupremæ verò pronuntiatione ne verbũ quidem. Præconum autem vocem in iudiciis ſæpe exauditam teſtatur Apuleius lib. I. Floridor. his verbis: *Præco cùm Proconſule & ipſe tribunal aſcendit, & ipſe togatus illic videtur, & quidẽ perdiuſtat, aut ambulat, aut plerumque contentiſſime clamitat. Enimuero ipſe Proconſul, moderata voce, rarenter & ſedens loquitur, & plerumque de tabella legit: Quippe præconis vox garrula, miniſterium eſt, Proconſulis autem tabella ſententia eſt.* Silentium vtique feciſſe eos, idem lib. III. Metamorphoſ. docet, *Iámque ſublimi*, inquiens, *ſuggeſtu Magiſtratibus reſidentibus, iam præcone ſilentium clamante.* D. Auguſtin. in pſalmum XXI. *Iudex intus audit, aduocati ſilent, præcones ſilentium faciunt.* Quinetiam ſuprema dicta Conſilium dimiſſum, Præcone pronuntiãte, I LICET, Donat.in Phormio. Terent. Act. I.sc.IIII.ad ea verba, *Hoc nihil eſt Phædria, Ilicet*, ita ſcribit: *Semper Ilicet finem rei ſignificat, vt Actũ eſt, Ilicet, per* ἀποκοπὴν. *Sic Iudices de conſilio dimittebantur*, SVPREMA *dicta, cũ* PRÆCO PRONVNTIASSET, I LICET, *quod ſignificat, Ire licet.*

In conſilium verò miſſis Iudicibus, ſententiam quiſque ferebat: & quod maiori parti placuiſſet, id Iudex quæſtionis pronuntiabat: ac tum de Conſilij ſententia pronuntiare dicebatur. Non ſemper autem condemnabant aut abſoluebant. Nam ſi ex rei parte ſatis acta cauſa non videbatur, vel ad ſummam rei exiſtimationem iudicium pertinebat, vt morã ad condẽnandum Iudices adquirerent, ſpatiúmque reo ad ſe colligendum darent, AMPLIVS pronuntiabant, vel, NON LIQVET: Cicero in Bruto: *Cauſam pro publicanis dixiſſe Cælium, cùm Coſſ. re audita*, AMPLIVS *de conſilij ſententia pronuntiaſſent.* Idẽ lib.III.in Verrem: *Tanta vis iſtius iniuriæ, tanta in iſto improbitas putabatur, vt de Philodamo*, AMPLIVS *pronuntiaretur.* Et alibi: *Verùm, vt opinor, Glaucia primus tulit, vt comperendinaretur: Antea, vel iudicari primò poterat, vel*, AMPLIVS *pronuntiari.* Vbi Aſconius, *Ante legem*, inquit, *Glauciam de cõperendinatione, aut ſtatim ſententia dicebatur, ſi abſoluendus eſſet reus: Aut* AMPLIVS *pronũtiabatur, ſi videretur eſſe damnandus, cùm dixiſſent iudices*, NON LIQVET, *hoc eſt, obſcura cauſa eſt.* Donat.in Eunuch.Teren. Act. II. sc. III. LIQVET, ait, *verbũ eſt iuris, quo vtebãtur Iudices, cùm* AMPLIVS *pronũtiabãt.* Sic AMPLIVS DELIBERANDVM cẽſet Crito Terẽtianus Phormio. Act. II.sc.IIII.& apud Martian Capell.lib.I.de nupt.Philolog. AMPLIVS DELIBERANDVM *ſuggerit virtus.* Ac planè qui ſe condẽnandi abſoluẽdíve neceſſitate, propter obſcuritatẽ cauſæ liberare volebant, ſatis habebãt pronuntiare, NON LIQVET. Aſcon.Pædian.in diuinatio. *In cauſis maioribꝰ vniuerſi Iudices in ciſtã tabulas cõiciebãt ſuas, eáſq; inſculptas literas habẽtes*, A, *abſolutionis*, C. *condẽnationis, cùm de alicuius capite agebatur*, N.L. *ampliationis*, his enim literis ſignificabãt NON LIQVERE. Idẽ in III. in Verr. *Nã*

cùm condẽnandi nota eſſet C.*litera, abſoluendi* A. *ampliandi ſignũ* N. L. *dabant quæ ſignificabãt* NON LIQVERE, *unde Ampliatio naſcebatur.* Cicero pro Cluentio Auito: *Deinde homines ſapientes ex vetere illa iudiciorum diſciplina, qui neque abſoluere hominem nocentiſſimum poſſent, neque eum de quo orta eſſet ſuſpicio pecunia oppugnatũ re illa incognita primo condemnare vellent,* NON LIQVERE *dixerunt.* Idem pro Cæcina: *Veniſſe in conſilium publicæ quæſtionis, cùm eius conſilij Iudex non eſſet, & in eo conſilio cùm cauſam non audiſſet, & poteſtas eſſet* AMPLIANDI *dixiſſe,* SIBI LIQVERE. *Dum incognita re iudicare voluiſſent, maluiſſe condemnare, quàm abſoluere.* Quintilian. Declamatio. CCCLXV. *Quid enim aliud diceres, ſi nondum pronũtiaſſent, ſi negaſſent ſibi* LIQVERE *de ſupplicio tuo?* Nec in publicis tantùm iudiciis, ſed & in priuatis hæc pronuntiandi forma locum ſibi vindicabat. Seneca Epiſt. vlt. lib. VII. *Aut fer ſententiam: aut, quod facilius in huiuſmodi rebus eſt, nega tibi* LIQVERE, *& nos reuerti iube.* Atque adeo priuatis iudiciis addicti Iudices, & ſi qua de re cognouiſſent, de ea pronuntiare neceſſe haberent, iureiurando tamen dato huiuſmodi, SIBI NON LIQVERE, pronuntiandi neceſſitate ſoluebantur. Agellium certè Iudicem datum hic ſeruauit Apollo: hic enim ipſe de ſe lib. XIIII. Noct. Attic. cap II. *Vt abſoluerem tamen in animum inducere non quiui: & propterea* IVRAVI MIHI NON LIQVERE: *atque ita iudicatu illo ſolutus ſum.* Arbitri quoque ex compromiſſo ſumpti, licet arbitrio recepto ſententiam dicere à Prætore cogerentur, ſi tamen cum à Prætore ad ſententiam dicendam vrguerentur, IVRARENT SIBI DE CAVSA NONDVM LIQVERE, æquũ cenſebat Vlpian. ſpatium eis ad pronuntiandum dari, L. Pomponius in fi. D. de recept. qui arbitr.

Iudices autem in pronuntiando profeſſos, SE EX ANIMI SVI SENTENTIA FACERE Quintilianus docet Declamatio. CCCXIII. his verbis. *Alioquin nocẽtem aut innocentem qui ſcit? Ipſi Iudices hoc non pronuntiant: ſed,* SE EX ANIMI SVI SENTENTIA FACERE PROFITENTVR. Laudabilem etiam in ea re obſeruatũ ritum Clemens lib. II. de Conſtitutionib. Apoſtolicis cap. LII. ita deſcribit. Θεάσασθαι δὲ καὶ τὰ κοσμικὰ δικαστήρια· ὧν τῇ ἐξουσίᾳ ὁρῶμεν ἀγομένους φονεῖς, μοιχούς, φαρμακούς, τυμβωρύχους, λῃστάς· καὶ τὰς ἀνακρίσεις αὐτῶν λαβόντες οἱ ἡγούμενοι ὑπὸ τῶν προσαγόντων, λέγουσι τῷ κακούργῳ, εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει· κακούργου συγκατατιθεμένου οὐκ εὐθέως ἐπὶ τὴν κόλασιν αὐτὸν ἐκπέμπουσιν, ἀλλὰ πλείοσιν ἡμέραις ποιοῦνται αὐτοῦ τὴν ἐξέτασιν μετὰ συμβουλίου πολλοῦ, καὶ παραπετάσματος μέσου. τελευταῖον ὅρον καὶ ψῆφον θανάτου ὁ μέλλων ἐκφέρειν κατ' αὐτοῦ, πρὸς τὸν ἥλιον ἐπάρας τὰς χεῖρας, διαμαρτύρεται ἀθῷος ὑπάρχειν τοῦ αἵματος τοῦ αἰοῦ καί τοι ὄντες ἐθνικοί. καὶ οἱ ἀγνοοῦντες θεότητα, ἢ τὴν εἰς αὐτοὺς ἀπὸ θεοῦ ἄμυναν ὑπὲρ τῶν ἀναιτίως καταχριθέντων ἀποφεύγουσι. Clemẽti & Baſilius Magnus adſtipulatur in Epiſtola ad Euſtathiũ Sebaſtenſem Epiſcopum his verbis. Εἰ γὰρ οἱ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχοντες, ὅτ' ἂν τινα τῶν κακούργων θανάτῳ καταδικάζειν μέλλωσιν, ἐφέλκονται τὰ παραπετάσματα· καλοῦσι δὲ τοὺς ἐμπειροτάτους πρὸς τὴν ὑπὲρ τῶν προκειμένων σκέψιν, καὶ πολὺν ἐνσχολάζουσι χρόνον, νῦν μὲν τοῦ νόμου τὸ αὐστηρὸν ὁρῶντες, νῦν δὲ τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως δυσωπούμενοι καὶ πολλὰ στενάξαντες καὶ τὴν ἀνάγκην ἀπολοφυρόμενοι, δῆλοι πᾶσι γίγνονται ὅτι ἀνάγκῃ ὑπηρετοῦντες τῷ νόμῳ, οὐ κατ' οἰκείαν ἡδονὴν ἐπάγοντες τὴν κατάκρισιν.

Damnaturi vtiq; (quemadmodũ Seneca Cõtrouerſ. II. lib. IX. ſcribit) IVRABANT SE NIHIL GRATIÆ, NIHIL PRECIBVS DARE. Ac planè IVRATOS Iudices ſententiã dixiſſe, vel vnius Ciceronis pro Cluentio Auito teſtimonio ſatis liquet. Eiúſq; iuriſiurãdi certa verba fuiſſe, idem lib. II. de Inuentio. indicat, cùm de Iudicibus agens ait. *Cur in ea* CERTA VERBA IVRENT, *cur certo tempore conueniant, certo diſcedant.* Et mox: *Ex lege in quam iurati ſitis.* Idem ibid. *Ex lege in qua iuratus es, iudica.* Et lib. II. de finib. *Addebat etiam ſe in legem Voconiam iuratum, contra eum facere non audere, niſi aliter amicis videretur.*

Sententiis autem præfationes nonnũquam adſcribebantur, quæ condẽnationum cauſas comprehendebant. Et ita cùm ad Senatum querelas de Decio Syllano Macedones detuliſſent, Manlius Torquatus pater, domi cognitione ſuſcepta, cauſáq; pleniſſimè cognita, ita pronuntiaſſe Valerio lib. V. cap. VIII. teſte, dicitur. CVM SILANVM FILIVM MEVM PECVNIAS A SOCIIS ACCEPISSE MIHI PROBATVM SIT, ET REPVB. EVM, ET DOMO MEA INDIGNVM IVDICO, PROTINVSQVE E CONSPECTV MEO ABIRE IVBEO. Sic & apud Liuiũ lib. VIII. Manlius Cõſul, concione claſſico aduocata, triſtẽ in filiũ ſententiã concipit. QVANDOQVIDEM TV M. MANLI, NEQVE IMPERIVM CONSVLARE, NEQVE MAIESTATEM PATRIAM VERITVS, ADVERSVS EDICTVM NOSTRVM EXTRA ORDINEM

IN HOSTEM

IN HOSTEM PVGNASTI: ET QVANTVM IN TE FVIT, DISCIPLINAM MILITAREM QVA STETIT AD HANC DIEM ROMANA RES, SOLVISTI: MEQVE IN EAM NECESSITATEM ADDVXISTI, VT AVT REIPVB. MIHI, AVT MEI, MEORVMQVE OBLIVISCENDVM SIT: NOS POTIVS NOSTRO DELICTO PLECTEMVS QVAM RESPVB. TANTO SVO DAMNO NOSTRA PECCATA LVAT. TRISTE EXEMPLVM SED IN POSTERVM SALVBRE IVVENTVTI ERIMVS &c Ac demũ, I LICTOR, DELIGA AD PALVM. Idem & ex L. Metrodorum, D. de pœn. cõfirmatur, quæ & ſi ex Pauli libris Decretorum ſumpta ſit, Imperialem ſententiam in cognitione prolatam continere facilè cuiuis inſcriptio ipſa perſuadebit.

Priſcis planè temporibus, Magiſtratus populi Ro. vt de reo ſuppliciũ ſumeretur, NVDARI ET SPOLIARI reum, VIRGAS item & SECVRES EXPEDIRI, lictoribus iubebant. Liu. lib. II. de Volerone: *Conſules* SPOLIARI *hominem, &* VIRGAS EXPEDIRI *iubent.* PROVOCO, inquit, AD POPVLVM *Volero: quoniam Tribuni ciuem Romanum in conſpectu ſuo virgis cædi malunt, quàm ipſi in lecto ſuo à vobis trucidari. Quo ferocius clamitabat, eo infeſtius* CIRCVMSCINDERE, ET SPOLIARE *lictor:* Quod Dionyſ. Halicarnaſſ. ita Græcè reddidit: Τοῖς ῥαβδούχοις ἐκέλευσαν (ſcilicet Conſules) τὴν ἐσθῆτά τε περικαταρρῆξαι, καὶ ταῖς ῥάβδοις τὸ σῶμα ξαίνειν. Quod ille ἐσθῆτα περικαταρρῆξαι, hoc Plutarch. in Cicer. ἐσθῆτα περισχίσαι dixit. Valer. Max. lib. II. cap. II. *Magiſter equitũ & victor* SCISSA VESTE SPOLIATOQVE *corpore lictorum verberibus laceratus.* Prætereà Liuius lib. III. *Lictores voca:* VIRGAS ET SECVRES EXPEDIRI *iube.* Idem lib. IX. de Papirio Curſore: *Lictorem* EXPEDIRE SECVRIM *iuſſit: ad quam vocem exanimi ſtante Prænestino, Agedum lictor, excide radicem hanc, inquit, incommodam ambulantibus.* Valer. Max. lib. II. cap. II. eandem hiſtoriã referens, VIRGAS EXPEDIRI, *cúmque* NVDARI *iuſſit.* Auctor lib. de vir. illuſtrib. cap. XXXI. de eodem L. Papirio Curſore, *Idem,* ait, *Præneſte cùm Prætorem grauiſſimè increpuiſſet,* EXPEDI, *inquit,* LICTOR SECVRES, *& cùm eum metu mortis attonitum vidiſſet, incommodam ambulantibus radicem excidi iuſſit.* Ammian. Marcellin. lib. XXX. *Prænestino Prætore qui bello quondam Samnitico properare iuſſus ad præſidium, venerat ſegnius, ad diluendũ crimen exhibitũ Papirius Curſor ea tempeſtate Dictator* SECVRIM *per lictorẽ* EXPEDIRI, *hominéque, abiecta ſe purgandi licentia, ſtupefacto, viſum prope fruticem iuſſit abſcindi.* Ex quorum locorum cõiunctione lux datur Plinio lib. XVII. Natur. hiſtor. cap. XII. Liuius lib. VIII. *Tunc Papirius,* ait, *redintegrata ira,* SPOLIARI *Magiſtrum equitum, ac* VIRGAS *&* SECVRES EXPEDIRI *iuſſit.* Necnon & Cicero lib VII. in Verr. *Repentè hominem proripi, atque in foro medio* NVDARI AC DELIGARI, *&* VIRGAS EXPEDIRI *iubet.* Vulgaria autẽ hac in re verba erãt, I LICTOR. Liuius lib. VIII. I LICTOR, DELIGA AD PALVM. Idem lib. IX. I LICTOR DEME VINCVLA. Idem confirmat triſte illud carmen, quo lictori de perduelle ſuppliciũ more maiorũ ſumere præcipiebatur. Id erat huiuſmodi. I LICTOR, COLLIGA MANVS: CAPVT OBNVBITO: INFELICI ARBORI SVSPENDITO. Liuius lib. I. *Duumuiri,* ait, *cùm condẽnaſſent: tum alter ex his, P. Horati* TIBI PERDVELLIONEM INDICO, *inquit,* LICTOR COLLIGA MANVS. Et mox: *Hunccine, aiebat, quem modò decoratum ouantémque victoria incedentẽ vidiſtis Quirites, eum ſub furca vinctũ inter verbera & cruciatus videre poteſtis? quod vix Albanorũ oculi tam deforme ſpectaculũ ferre poſſent,* I LICTOR, COLLIGA MANVS, *quæ paullo antè armatæ imperiũ populo Ro. pepererũt:* I, CAPVT OBNVBE *liberatoris vrbis huius,* ARBORI INFELICI SVSPENDE; VERBERA VEL INTRA POMOERIVM, *modò inter illa pila, & ſpolia hoſtiũ:* VEL EXTRA POMOERIVM, *modò inter ſepulcra Curiatorium.* Hoc idem Cicero in Oratio. pro C. Rabir. perduell. reo comprobat. *Namque,* inquiens, *hæc tua, quæ te hominem clementem popularéq; delectant,* I LICTOR COLLIGA MANVS, *quæ non modò quis huius libertatis manſuetudiniſque non ſunt, ſed ne Romuli quidem, aut Numæ Pompilij, ſed Tarquinij ſuperbiſſimi atq; crudeliſſimi regis iſta ſunt cruciatus carmina, quæ tu homo lenis & popularis libentiſſimè commemoras,* CAPVT OBNVBITO, INFELICI ARBORI SVSPENDITO. *Quæ verba, Quirites, iampridẽ in hac Repub. non ſolùm tenebris vetuſtatis, verumetiã luce libertatis oppreſſa ſunt.* Fuiſſe etiã legitima ſuppliciorũ verba, Seneca docet Cõtrouerſ. II. lib. IX. deſcribẽs qualiter Flaminij Prætoris iuſſu, ad meretricis libidinẽ, ex dãnatis vnus decollatus eſſet: *Aſcẽdit,* inquit, *Prætor tribunal, inſpectãte prouĩcia noxiæ poſt terga ligãtur manus, ſtat intẽto ac triſti omniũ vultu, fit à præcone ſilentiũ. Adhibẽtur deinde* LEGITIMA VERBA. Ea verò qualia eſſent,

idem auctor eadem Controuerſia ſignificat his verbis. *In deſcriptione ſupplicij vtique illi qui voluerunt omnia legitima ſupplicij verba in ſententias trahere, in vitia inciderunt: tanquam dixit Triarius,* SVMMOVE, AVDIS LICTOR, SVMMOVE *à Pretore meretricem. Hoc loco non malè adiecit verbera. Sed vide ne virgæ tuæ pocula noſtra diſturbent. Sylo Pompeius dixit,* DESPOLIA: *meretrix, agnoſcis hoc verbum? certè prouincia agnoſcit. Sylo Pompeius homo qui indicio cenſebatur, & ipſe ad hanc deſcriptionem acceßit, nimium tamen mali fecit, ait,* ANIMADVERTE MERETRIX, AGE LEGE: *Quicquam enim lege hic agitur. Hiſpanus dixit,* AGE LEGE, *Tibi dicitur Flamini, viue ſine meretrice, cœna ſine carnifice. Argentarius in qua ſolebat ſchemata attrectationem violentißimam fregit,* AGE LEGE, *inquit, ſeu quid dicat? Interdiu* AGE, IN FORO AGE. Quæ poſtrema verba peculiaria fuiſſe Magiſtratibus ſupplicium ſumi de aliquo iubentibus, Liuius lib. xxvi. demonſtrat. *Id eta eſſe ratus,* ait, *acceptas literas neque reſolutas cùm in gremio impoſuiſſet, præconi imperauit, vt lictores* LEGE AGERE IVBERET. Et paullo pòſt pronuntiaſſe refert, LICTOR VIRO FORTI ADDE VIRGAS, ET IN EVM PRIMVM LEGE AGE. Valer. Max. lib. III. cap. VIII. de Fuluio Flacco: *Et iam deligatis ad palum hoſtibus literas à P. C. nequidquam Campanus ſalutares accepit, in ſiniſtra enim eas manu, ſicut erãt traditæ, retinuit, ac iuſſo lictore* IVRE AGERE, *tunc demum aperuit.* Atque ea ſunt ſollemnia verba apud Senecam lib. I. de Ira cùm ait. *Procedam in tribunal non furens nec infeſtus, ſed vultu legis, & illa* SOLLEMNIA VERBA *leni magis grauique quàm rabida voce concipiam, &* AGI IVBEBO, *non iratus ſed ſeuerus.*

Enimuerò Magiſtratus, vt Feſtus auctor eſt, cùm de Conſilij ſententia capitis quem condemnaturus erat, PARVM CAVISSE VIDERI, pronuntiabat. Moribus etiam receptum fuiſſe, quæ iurati iudices cognouiſſent, vt ea non eſſe facta, ſed vt VIDERI pronũtiarent, Cicero lib. IIII. Academicar. quæſtio. ſcribit. Idem lib. IIII. in Verr. *Vix ille hoc dixerat, cùm iſte pronũtiat,* STHENIVM LITERAS PVBLICAS CORRVPISSE VIDERI. Et lib. VI. in eundem: FECISSE VIDERI PRONVNTIAVIT. Idem in Piſonem: *Tum tu ipſe dete,* VIDERI FECISSE, *pronuntiaſti.* Sic L. Torquatum, cùm de repetundarũ criminibus, quæ à Macedonum legatis filio obiiciebantur, intra priuatos parietes cognouiſſet, pronuntiaſſe Cicero lib. I. de finib. refert, NON TALEM VIDERI FVISSE IN IMPERIO FILIVM, QVALES EIVS MAIORES FVISSENT. Liuius lib. XXV. *Tribuni vocauerunt plebem, quæ ita ſciuit, Si M. Poſthumius ante Calend. Maias non prodiſſet, citatúſque eo die non reſpondiſſet, neque excuſatus eſſet,* VIDERI EVM IN EXILIO ESSE: BONAQVE EIVS VENIRE, IPSI AQVA ET IGNI PLACERE INTERDICI. Lactantius lib. IIII. Inſtitut. diuinar. *Pilatus pronuntiauit,* NIHIL IN EO DAMNATIONE DIGNVM VIDERI. Alia huiuſce formulæ teſtimonia alij obſeruarũt, & nos quoque pridem notauimus. Eadémque formula, tam collegij Tribunorum, quàm Pontificum decreta concipi conſueuiſſe ex Cicero. lib. IIII. in Verr. & oratio. pro domo ſua, & Epiſt. II. lib. IIII. ad Attic. colligitur. Interdum tamen verbo, PLACET, ſententiæ concipiebantur, vt ex L. Metrodorum, D. de pœnis, & ex Sermo. D. Auguſtin. de B. Cypriano patet.

De cæde verò facta, ita ſecundum reum pronuntiare ſolebant, IVRE CÆSVM VIDERI, eum qui cæſus erat. Sidonius Apollin. lib. III. Epiſt. ad Secundum. *Cùm nihil amplius ego, quàm veniam poſtularem, pronuntians more maiorum,* REOS TANTÆ TEMERITATIS IVRE CÆSOS VIDERI. Liuius lib. I. *Moti homines ſunt in eo iudicio, maximè Horatio proclamante, ſe* FILIAM IVRE CÆSAM IVDICARE. Idem lib. IIII. *Tumultuantem deinde multitudinem incerta exiſtimatione facti ad concionem vocari iuſsit, & Melium* IVRE CÆSVM PRONVNTIAVIT. Valer. Max. lib. VI. cap. I. *Hoc mouit C. Marium Imperatorem tum cùm C. Luſcium ſororis ſuæ filium Tribunum militum à C. Plotio manipulario milite* IVRE CÆSVM PRONVNTIAVIT. Seneca lib. I. natural. quæſtio. *Auguſtus non* PRONVNTIAVIT IVRE CÆSVM VIDERI. Tacit. lib. XIIII. PRONVNTIEMVS VLTRO IVRE CÆSVM VIDERI. Sic & P. Africanus Carboni Tribuno pl. in concione interroganti, QVID DE TIBERII MORTE SENTIRET, reſpondit, IVRE CÆSVM VIDERI, quemadmodum Cicero in Oratio pro Milone & lib. II. de Orato. Valer. Max. lib. VI. cap. II. Velleius Patercul. lib. II. & auctor libri de viris Illuſtrib. cap. LVIII. ſcriptum reliquerunt. Sueton. in Iulio cap. LXXVI. *Prægrauant tamen cetera facta, dictáque eius, vt*

& abuſus

& abuſus dominatione & IVRE CÆSVS *exiſtimetur.* Manauit autem hoc genus loquẽdi ex XII. tabulis, è quibus Macrobius lib. I. Saturnal. cap. IIII. hoc caput citat. *Si nox furtum factum ſit, ſi im aliquis occiſit,* IVRE CÆSVS ESTO. Sententiam etiam pro Seia, quæ accuſabatur quòd patrem ſuum interficiendum mandaſſet, dictam à Scæuola in L. filio, §. Seia, D. de aliment. leg. *Acta cauſa pronuntiatum eſt,* PATREM TITII, SCELERE SEIÆ NON INTERCEPTVM.

Iam quod ad falſi accuſationem attinet, Scæuola in L. Athales, D. ad L. Corn. de falſ. cùm Maximilla crimen falſi ſubſcripſiſſet in ſcriptorem teſtamenti, & Proculũ coheredem, acta cauſa, Præfectum pronuntiaſſe refert, FALSVM TESTAMENTVM NON ESSE. Apuleius Apolog. I. cùm auunculi ſui teſtamentum pro falſo infamaſſet, Lolliũ Vrbicum, V. C. de conſilij ſententia pronuntiaſſe narrat, VERVM TESTAMENTVM VIDERI, ET RATVM ESSE DEBERE. Modeſtinus in L. eos qui, D. de L. Cornel. de falſ. *Eum qui contra ſignum ſuum falſum præbuit teſtimonium,* POENA FALSI TENERI, *pronuntiatum eſt.* Idem in L. cùm Titia, D. de accuſationib. *Cùm Titia,* ait, *teſtamentum Gaÿ fratris ſui falſum arguere minaretur, & ſollemnia accuſationis non impleuit intra tempus à præſide definitum: præſes prouinciæ pronuntiauit,* NON POSSE ILLAM AMPLIVS DE FALSO TESTAMENTO DICERE. In actione verò iniuriarum vti pronuntiaretur, ex his quæ ſubieci facilè colligitur. Impp. Seuer. & Antonin. in L. Decuriones, C. ex quib. cauſ. infa. *Si* INIVRIAM TE FECISSE, *Proconſul vir clariſsimus pronuntiauerit.* Contrà in L. Lucius, D. de his qui not. infa. Paulus Præfectum Prætorio narrat, pronuntiaſſe, NVLLAM INIVRIAM LVCIVM TITIVM PASSVM ESSE A GAIO SEIO.

Variis autem pœnarum generibus rei afficiebantur: interdum enim ita damnabantur, VT GLADIO IN EOS ANIMADVERTERETVR. Vlpian. in L. aut damnum, D. de pœn. *Vita adimitur, vt puta, ſi* DAMNATVR ALIQVIS, VT GLADIO IN EVM ANIMADVERTATVR. *Sed gladio animaduerti oportet, non ſecuri, vel telo.* D. Auguſtin. in Sermo. de D. Cypriano: *Cùm enim Galienus Maximus decretum ex libello recitaſſet,* IN TASCIVM CYPRIANVM GLADIO ANIMADVERTI PLACET. Quam ſententiam alia verborum formula ad ſuorum temporum rationem accommodata, concepit Pontius Diac. libro quo eiuſdem D. Cypriani vitam complexus eſt, *Sententia,* inquiens, *ex tabella recitata eſt in hæc verba,* CYPRIANVS GLADIO FERIATVR. Qua loquendi figura, D. Ambroſius lib. v. Epiſt. in Oratio. contra Auxentium, & Impp. Arcad. & Honor. vtuntur in L. ſi quis, C. de accuſationib. Prudentius quoque in hymno Eulaliæ virginis Prætorem inducit ita Agneti minantem,

Aut GLADIO FERIERE CAPVT.

Idem illam, D. Cypriani condemnationem in Periſtephano verſibus expreſſit in hunc modum,

Expedite ferrum,
Carnificis GLADIO *pœnam luat hoſtis idolorum.*

Poſt oppreſſam verò à Cæſaribus Rempub. deportationes, relegationéſque in vſum perductas conſtat. Et illas quidem in locum interdictionis aqua & igni ſucceſſiſſe, aliàs demonſtraui. Illarum verò nomine exilij aſperitas mollita eſt, vt Ouidius lib. II. Triſt. Eleg. II. & lib. v. Eleg. XII. docet. Sanè eos qui relegabantur EXCEDERE IVSSOS conſtat. Sic Ouidius Auguſti edicto relegatus, patriæ fines SE EXCEDERE IVSSVM lib. v. Triſt. Eleg. III. & XII. canit. Vlpian. in L. I §. I. D. de effractorib. *Honeſtiores autem ordine ad tempus moueri, vel,* FINES PATRIÆ IVBERI EXCEDERE. Edictum certè Domitiani, quo philoſophos vrbe pulſos Plinius Epiſt. XI. lib. III. Agellius lib. XV. cap. XI. Sueton. in Domitiano cap. X. memorant, ita Sulpitiæ Poëtriæ carmine ſignatur,

Et ſtudia, & ſapiens hominum noménque genúſque,
Omnia abire foras, atque VRBE EXCEDERE IVSSIT.

Et hoc erat SVMMOVERE VRBE ATQVE ITALIA: Quo genere loquendi vtuntur Sueton. in Calig. cap. XVI: & in Claud. cap. XXIII. & in Nero. cap. XLI. & Plin. Epiſt. XI. lib. III. vnde Ouidius PATRIA SE SVMMOTVM ait, lib. III. de Ponto Eleg. IIII. & lib. IIII. Eleg. vlt.

Porrò his qui relegabantur, dies excedendi à Præſidibus dari ſolebat. Moris enim erat ita pronuntiari, ILLVM PROVINCIA ILLA, INSVLISQVE EIS RELEGO: EXCEDEREQVE DEBEBIT INTRA ILLVM DIEM, vt Vlpian. ſcribit in L. relegatorũ, §. his qui relegantur, D. de interdict. & releg. Quo alludens Seneca in ἀποκολοκυντώσει Claudij, *Placet*, ait, *mihi in eum ſeuerè animaduerti, nec illi rerum iudicandarum vacationem dari*, EVMQVE QVAMPRIMVM EXPORTARI COELO: INTRA DIES XXX. EXCEDERE OLYMPO. Sueton. in Vitellio cap. XIII. *Exacerbatus quòd poſt edictum ſuum, quo* IVBEBAT INTRA CALENDAS OCTOBRES VRBE ITALIAQVE MATHEMATICI EXCEDERENT. Valer. Max. lib. I. cap. III. *C. Cornelius Hiſpallus Prætor peregrinus, M. Popillio Lænate Cn. Calpurnio Coſſ. edicto Chaldæos*, INTRA DECIMVM DIEM ABIRE EX VRBE ATQVE ITALIA IVSSIT. Tacit. lib. II. de ſacris Ægyptiis Iudaïcisque tollendis Sc. factum recitans, *Ceteri*, ait, EXCEDERENT ITALIA, NISI CERTAM ANTE DIEM PROFANOS RITVS EXVISSENT. Ouid. lib. I. Triſt. Eleg. III.

Vltima ſed IVSSÆ *nox erat illa* FVGÆ.

Significat enim Ouid. diebus intra quos excedere iuſſus erat lapſis, illam fuiſſe vltimã noctem vltra quam Romæ morari ei non licebat. Sed & ſibi diem præſtitutam intra quã excederet, ipſemet teſtatur verſibus his, quos paullo antè ex lib. V. Triſt. Eleg. III. adduxi. Sententiam vtique relegationis ab Imperatore prolatam in hac verba, METRODORVM, CVM HOSTEM FVGIENTEM SCIENS SVSCEPERIT, IN INSVLAM DEPORTARI: PHILOCTETEN, QVOD OCCVLTARI EVM NON IGNORANS DIV DISSIMVLAVERIT, IN INSVLAM RELEGARI PLACET. Paul. in L. Metrodorũ, D. de pœnis refert.

Relegatorum planè duo genera erant. Quidam enim IN INSVLAM RELEGABANTVR: quibuſdam verò ſimpliciter, vel VRBE ET ITALIA, vel PROVINCIIS INTERDICEBATVR, non etiam inſula adſignabatur, L. relegatorum, D. de interdict. & relegat. Gaius in L. eius qui, §. I. D. qui teſtam. fac. poſſ. *Sed* RELEGATI IN INSVLAM, *&* QVIBVS TERRA ITALICA, ET SVA PROVINCIA INTERDICITVR, *teſtamenti faciendi ius retinent.* Agell. lib. XV. cap. XI. *Neque illud ſolùm temporibus nimis rudibus, nec dum Græca diſciplina expolitis, Philoſophi ex vrbe Roma pulſi ſunt: Verumetiam Domitiano imperante Senatuſconſulto eiecti, atque* VRBE ET ITALIA INTERDICTI SVNT. Tertullian. in lib. de Pudicitia, VRBS ET ITALIA MATHEMATICIS INTERDICITVR. Quo in genere Vrbem & Italiam coniungunt Valer. Max. lib. I. cap. III. & Sueton. in Claudio cap. XXXIII. & in Vitell. cap. XIIII.

EXILIVM etiam triplex fuiſſe Marcian. in L. exilium, D. de interdict. & releg. ſcribit, videlicet, aut CERTORVM LOCORVM INTERDICTIONEM, aut LATAM FVGAM, vt omnium locorum interdiceretur, præter certum locum, aut INSVLÆ VINCVLVM, id eſt, in inſulam relegationem. In inſulam planè relegatis inſula egredi non licebat, L. relegati, D. eo. Is verò cui certus locus interdictus erat, illo dumtaxat abſtinere neceſſe habebat. Itaque ſi cui vrbe Roma fuiſſet interdictum, non prohibebatur in patria ſua morari. Contrà, ſi cui patria interdictum eſſet, etiam vrbe abſtinere debebat, d. L. relegatorum, §. conſtitutum, D. eo. Relegatus enim Romæ morari non poterat, licet hoc ſententia comprehenſum non eſſet, quia Roma communis patria cenſebatur. Sed nec in ciuitate in qua verſabatur, vel per quam tranſibat Princeps, morari poterat: vt Calliſtrat. ſcribit in L. vlt. D. eo. Claudium etiam ſanxiſſe Sueton. in eius vita cap. XXXIII. auctor eſt, Vt hi, quibus à Magiſtratibus prouinciæ interdiceretur, vrbe quoque & Italia ſubmouerentur. Eundémque Principem ibidem ſcribit quoſdam nouo exemplo relegaſſe, vt vltra lapidem tertium vetaret egredi ab vrbe. Relegati porrò debebant locis interdictis abſtinere, & iis excedere, alioquin in tempus quidem relegato perpetuum exilium: in perpetuum verò relegato, inſulæ adſignationis: in inſulam verò relegato, deportationis pœna irrogabatur, L. relegati, D. de pœn. A ſua quoque ciuitate relegatus, ſi non excederet, ad tẽpus à prouincia relegabatur, L. à ſua, D. de interdict. & releg. Hæc verò relegationis pœna etiam poſt mortem manebat. Nam ſi quis in inſulã relegatus ibi obiiſſet, non licebat eius corpus inde transferre alíubi, & ſepelire inconſulto

ſulto Principe, L. 11. D. de cadauerib. punitor. Solebat præterea interdici ſententia, quibuſdam NE INTRA PATRIÆ TERRITORIVM vel MVROS MORARENTVR: NE EXCEDERENT PATRIAM: vel IN VICIS QVIBVSDAM MORARENTVR, L. relegatorum §. ſolet, D. de interdict. & releg. Poterat & præſes quendam damnare, NE DOMO SVA PROCEDERET, L. poteſt, D. eo. tit.

Relegari autem in inſulam, vel ad tempus, vel in perpetuum quis poterat, d. L. relegatorum, §. hæc eſt, & L. relegatus, D. de interdict. & releg. L. quòd ſi fortè, §. quid ergo, D. de ſolutionib. Interdum autem bonis ademptis: interdum ſine bonorum ademptione, quis relegabatur, L. 1. D. quando appellan. ſit. Relegatis quidem neque bona, neque partem adimi debuiſſe, reſcriptis quibuſdam cauebatur. Vlpian. in d. L. relegatorum, §. hæc eſt, ſcribit reprehenſas fuiſſe ſententias eorum, qui ad tempus relegatis bona, vel partem bonorum ademiſſent: ſic tamen vt non infirmarentur ſententiæ, quæ ita prolatæ eſſent. Ac relegationis abſque bonorum ademptione extat exemplũ apud Arrian. Epict. lib. 1. cap. 1. In perpetuum autem exilium datis & relegatis potuiſſe quem ſententia, bonorum partem adimere, Marcianus ſcribit in L. relegati, D. de interdict. Et ita, quidam ADEMPTA BONORVM PARTE DIMIDIA RELEGATVS proponitur in L. in ratione, §. cùm quidam, D. ad L. Falcid. Sic & AMISSA PARTE BONORVM RELEGANDOS, Paulus tradit in L. ſi quis aliquid, §. ſi abortionis, D. de pœn. Eadémque L. §. ſi quis inſtrumentum, ADEMPTA PARTE BONORVM IN PERPETVVM RELEGANDOS, ſcribitur. Contrà Ouidius ſaluis bonis relegatum ſe ita canit lib. 11. Triſt. Eleg. 1.

> *Inſuper accedunt, te* NON ADIMENTE, PATERNÆ
> *Tanquam vita parum muneris eſſet*, OPES.

Ruſúſque lib. v. Triſt. Eleg. 111.

> *Ira quidem moderata tua eſt: vitámque dediſti,*
> *Nec mihi ius ciuis, nec mihi nomen abeſt.*
> NEC MEA CONCESSA EST ALIIS FORTVNA: *nec exul*
> *Edicti verbis nominor ipſe tui.*

Item einſdem lib. Eleg. x11.

> *Nec vitam, nec* OPES, *nec ius mihi ciuis* ADEMIT.
> *Quæ merui vitio perdere cuncta meo.*
> *Ipſe* RELEGATI, *non* EXVLIS *vtitur in me*
> *Nomine.* —

Damnatione vtique bona publicabantur, cùm aut vita adimebatur, aut ciuitas: aut ſeruilis conditio irrogabatur, L. 1. D. de bon. damnator. Sueton. in Iul. cap. XLII. *Pœnas facinorum auxit: & cùm locupletes eo facilius ſe ſcelere obligarent, quòd integris patrimoniis exulabant, parricidas, vt Cicero ſcribit, bonis omnibus, reliquos dimidia parte multauit.* Eorum certè quibus aqua & igni interdicebatur, quíque in inſulam deportabantur, & qui ad ferrum, aut ad beſtias, aut in metallum damnabantur, bona publicata docet Vlpianus in L. eius qui, §. 1. & §. ſeq. D. qui teſtam. fac. poſſ.

Verùm vt ad Relegationes, vnde digreſſus ſum, reuertar. Relegare ita demum Præſides prouinciæ poterant, ſi ſub ſe inſulam haberent, id eſt ad eius prouinciæ, quàm adminiſtrabant formam pertinentem. Tunc enim eam ſpecialiter inſulã adſignare, in eámque Relegare illis licebat. Sin verò non haberẽt, pronuntiabant quidẽ, IN INSVLAM SE RELEGARE: ſcribebant autem Imperatori, VT IPSE INSVLAM ADSIGNARET. Interim verò, quoad Imperator inſulam adſignaſſet, militibus relegatum tradebant. Cæterùm non poterãt relegare in eam inſulam, quam in ea prouincia, cui præerant, nõ habebant, d. L. relegatorum, D. de interdict. & relegat. Quinetiam vbi deportandus reus videbatur, tũc Præſides prouinciarum, quia ius deportandi non habebant, L. 11. §. 1. D. de pœn. dumtaxat ADNOTABANT, IN INSVLAM DEPORTANDVM: Sententiámque proferebant huiuſmodi, IMPERATORI SCRIBENDVM, VT DEPORTARETVR. Interim verò, RECIPI REVM IN CARCEREM DILIGENTIORIS cuſtodiæ cauſa, iubebãt. Comprobata autem ſentẽtia Præſidis, tunc inſulam Imperator adſignabat, L. 1. D. quan. appell. ſit. Vlpian. in L. Inter, D. de Interdict. & relegat. *Præſides itaque prouinciæ, quotiens*

aliquem in inſulam deportandum putent, hoc ipſum ADNOTARE *debeāt:* NOMEN VERO EIVS SCRIBENDVM PRINCIPI, VT IN INSVLAM DEPORTETVR. *Sic deinde Principi ſcribere, miſſa plena opinione, vt Princeps æſtimet, an ſequenda ſit eius ſententia, deportarique in inſulā debeat. Medio autem tempore dum ſcribitur, iubere eum debet in carcere eſſe.* Idem in L. 1. §. deportatos, D. de legat. III. DEPORTATOS *autem*, ait, *eos accipere debemus, quibus Princeps inſulas adnotauit, vel de quibus deportandis ſcripſit. Ceterùm priuſquam factum Præſidis comprobet, nondum amiſiſſe quis ciuitatem videtur.* Et hoc eſt quod idem in L. ſi quis filio, §. eius qui, D. de iniuſto rup. ait. *Eius qui deportatur, nō ſtatim irritū fiet teſtamentū: ſed cùm princeps factū comprobauerit.* Sed & ſi Decurio puniendus eſſet, aut Decurionis filius, nepos, DE EO SCRIBENDVM PRINCIPI præſes interloquebatur, L. 1. §. ſimili modo, D. quan. appell. ſit, L. ſi quis filio, §. eius qui, D. de iniuſto rup. Macer in L. 11. D. de bon. eor. qui ant. ſent. *Si is de cuius pœna Imperatori ſcriptum eſt, veluti, quòd Decurio fuerit, vel quòd in inſulam deportari debuerit, antequam reſcriberetur, deceſſerit.*

Interdum etiam AD OPVS, AD METALLVM, AD OPVS METALLI, IN MINISTERIVM METALLICORVM, AD GLADIVM, AD LVDVM, AD FERRVM, AD VIARVM MVNITIONES, AD PVRGATIONES CLOACARVM, rei damnabantur. Quarum pœnarum extraneos aliquot, Iuriſconſultis, ceu domeſticis omiſſis, teſtes dabo. Suetonius quidem certè in Nerone cap. XXXII. cum piſcinā à Miſeno ad Auernū lacū inchoaſſe ſcribit, & foſſam ab Auerno Oſtiam vſque, quorum operum perficiendorum gratia, quòd vbique eſſet cuſtodiæ, in Italiam deportari, & ſcelere conuictos non niſi AD OPVS DAMNARI præcepit. Idem in Calig. cap. XXVII. *Multos*, ait, *honeſti ordinis deformatos prius ſtigmatum notis* AD METALLA, & MVNITIONES VIARVM, ET AD BESTIAS CONDEMNAVIT. Traianus lib. x. Epiſtolar. Plin. *Si qui vetuſtiores inueniuntur, & ſint ante decem annos damnati, diſtribuamus illos in ea miniſteria, quæ non longè à pœna ſunt. Solent enim huiuſmodi* AD BALINEVM, AD PVRGATIONES CLOACARVM, *item* AD MVNITIONES VIARVM, ET VICORVM *dari*. Ioſeph. lib. VI. de bello Iudaïco cap. XLIIII. de captiuis agens, Τοῦ δὲ λοιποῦ πλήθους τοὺς ὑπὲρ ἑπτὰ καὶ δέκα ἔτη δήσας, ἔπεμψεν εἰς τὰ κατ' Αἴγυπτον ἔργα. Et aliàs: Πλείστους δὲ εἰς τὰς ἐπαρχίας διεδωρήσατο Τίτος, φθαρησομένους ἐν τοῖς θεάτροις σιδήρῳ καὶ θηρίοις. Idem lib. VII. cap. VI. Καὶ πολλοὶ τῶν αἰχμαλώτων ἐνταῦθα διεφθάρησαν. Οἱ μὲν θηρίοις παραβληθέντες, οἱ δὲ κατὰ πλῆθος ἀλλήλοις ἀναγκαζόμενοι χρήσασθαι πολεμίοις. Tertullian. in Apologet. cap. XII. *Ad beſtias impellimur: certè, quas Libero & Cybele & Cereri applicatis.* IGNIBVS VRIMVR: *Hoc & illi à prima quidem maſſa.* IN METALLA DAMNAMVR. *Inde cenſentur dij veſtri.* IN INSVLIS RELEGAMVR. Artemidor. lib. I. de ſomniis cap. XXII. Ὁπότερον δ' ἂν τῆς κεφαλῆς ψιλὸν ἔχῃ τις ἐὰν ᾖ εὐσυνείδητος, καταχριθήσεται τὴν εἰς ἔργον δημόσιον καταδίκην. Τοῦτο γὰρ κακοῦ παράσημόν ἐστι τοῖς καταδικαζομένοις μεγάλης νόσου.

Aliud porrò erat ad Gladium, aliud ad Ludum damnari. Earúmque pœnarum differentiam Vlpian. in fragmētis Iuriſconſultorū à P. Pytheo editis, Tit. de Abigeatorib. ita exponit. *Eſt autem differentia inter eos qui* AD GLADIVM, *& eos qui* AD LVDVM DAMNANTVR. *Nam* AD GLADIVM DAMNATI, *confeſtim conſumuntur, vel certè intra annum debent conſumi. Hoc enim mandatis continetur. Enimuero qui* IN LVDVM DAMNANTVR, *non vtique conſumuntur, ſed etiam pileum & rudem accipere poſſunt poſt interuallum. Siquidem poſt quinquennium, pileum, poſt triennium autem rudem induere eis permittitur.* Ceterùm in metallum damnatos verberibus ſeruilibus coërceri ſolitos tradit, L. in metallum, D. de iure fiſ. Eos etiam à militibus adſeruatos fuiſſe argumento eſt, quod Clemens lib. v. de Conſtit. Apoſtolic. cap. I. monet Chriſtianos, vt huiuſmodi damnatorum curam gerant, mittántque εἰς διατροφὴν αὐτῶν, καὶ εἰς μισθαποδοσίαν τῶν στρατιωτῶν. Ac planè ſeruos pœnæ in vinculis fuiſſe Chryſoſtomus Oratio. de auaritia docet. Et ſic ad opus Iſthmij damnatos quoſdam vinculis conſtrictos Lucian. in Nero. oſtendit. Ad beſtias autē qui dānabātur, euiuſmodi ſupplicij in Aſinij Pollionis Epiſtola XXXII. lib. x. Familiar. Agellio lib. v. cap. XIIII. Apuleio lib. VI. & x. Metamorphoſ. Athenæo lib. III. Ioſepho lib. xv. antiq. Iudaic. cap. XI. fit mentio, non leonibus tantùm, ſed & quandoq; canibus obiiciebātur, vt ex Sueton. in Domitiano cap. x. liquet. Leonum verò crebriorem

briorẽ vſum non Androclis hiſtoria telata æquè vt ab Agellio, ita & ab Æliano lib. VII. de Animalib. cap. vlt. necnon B. Ignatij Martyrium apud Euſeb. lib. III. hiſt. Eccl. cap. XXXIIII. & Hieronym. lib. de vit. illuſtrib. verũ etiã vulgaris populi Ro. in Chriſtianos acclamatio abundè teſtatur. Populum enim Ro. ſæpe acclamaſſe CHRISTIANOS AD LEONEM, Tertullianus non ſemel teſtatur in Apologet. cap. XXXIX. *Si Tyberis aſcẽdit in mœnia, ſi Nilus non aſcendit in arua: ſi cœlõ ſtetit, ſi terra mouit: ſi fames, ſi lues: ſtatim,* CHRISTIANOS AD LEONEM, *acclamatur: tantos ad vnum.* Et cap. vlt. eiuſdem lib. *Nam & proximè* AD LENONEM *clamando* CHRISTIANAM, *potius quàm* AD LEONEM, *cõfeſſi eſtis labẽ pudicitiæ apud nos atrociorem omni pœna & omni morte reputari.* Idem lib. de Spectacul. *Et qui, ait, inſigniori cuique homicidæ* LEONEM POSCIT, *item gladiatori atroci petat.* Et in Exhortatio ad Caſtitat. *Ne non ſint qui exclament,* CHRISTIANOS AD BESTIAS Apud Lamptidium etiam in Commodo, in Senatus acclamationibus hæ voces inueniuntur: DELATORES AD LEONEM. Fuit & ad Conſtantini vſque tempora inter legitima ſupplicia crux, qua præcipuè latrones plecti ſolitos Vlpian. in L. Capitalium, S. famoſos, D. de pœn. docet: de cuius figura erit alius dicendi locus. Tantùm in præſentiarum dicam eos qui in crucem ſublati erant, per milites cuſtodiri conſueuiſſe, teſte Petronio Arbit. in Satyrico. Proinde apud D. Mathæũ cap. XXVII. Iudæis poſtulãtibus à Pontio Pilato vt Chriſti ſepulti monumentũ iuberet cuſtodiri, ne id noctu ſubtraheretur, reſpondit Pilatus, Ἔχετε κουςωδίαν, ὑπάγετε, ἀσφαλίσασθε ὡς οἴδατε. οἱ δὲ πορευθέντες ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον, σφραγίσαντες τὸν λίθον μετὰ τῆς κουςωδίας. Vnde Tertull. in Apologet. *Sepulcro, ait, conditum magna etiam militari manu, diligenti Cuſtodia circumſederunt.*

Alia inſuper pœnarum genera reis irrogabãtur. Interdum enim ADVOCATIONIBVS INTERDICEBANT CAVSIDICIS, vel in perpetuum vel ad tempus: nec nõ ita quoque INTERDICI poterat alicui, NE CERTIS PERSONIS ADESSET, vel, NE APVD TRIBVNAL PRÆSIDIS POSTVLARET. L. Moris, D. de pœnis. Vlpian. in L. ſi remunerandi, S. vlt. D. manda. *Hic à Claudio Saturnino Pretore maiores fructus inferre iuſſus erat,* & ADVOCATIONIBVS EI IDEM SATVRNINVS INTERDIXERAT. Nonnunquam etiam FORO cui INNERDICEBATVR. Solebat & ita quandoque INTERDICI, NE INSTRVMENTA OMNINO FORMARENT, néve LIBELLOS CONCIPERENT, vel TESTATIONES CONSIGNARENT. Vel, NE EO LOCI SEDERENT, QVO IN PVBLICO INSTRVMENTA DEPONVNTVR, archio fortè, vel grammatophylacio. Nonnumquam & ita INTERDICEBATVR, VT TESTAMENTA NON ORDINARENT, vel SCRIBERENT, vel SIGNARENT. Erat & illa pœna, NE QVIS NEGOTIIS PVBLICIS INTERVENIRET, vel, Δημοσίων ἀπέχεσθαι. Erãt & aliæ pœnæ, SI NEGOTIATIONE QVIS ABSTINERE IVBERETVR, vel AD CONDVCTIONEM EORVM QVÆ PVBLICE LOCABANTVR ACCEDERE. INTERDICI etiam plerumque NEGOTIATIONE, vel, NEGOTIATIONIBVS ſolebat: quæ omnia Paulus exequitur in d. L. Moris, D. de pœn. INTERDICERE quoque alicui ARTE SVA VTI, præſes poterat, quod vltra adminiſtrationis ſuæ tempus facere non potuiſſe eum ait Paulus in L. vlt. D. de pœn. Solebat etiam Decurionibus ORDINE INTERDICI vel ad tempus vel in perpetuum, L. Relegatorum, §. ſolet, D. de interdict. & relegat. Impp. Seuerus & Antoninus in L. & ſi ſeuerior, C. ex quib. cauſ. infa. irrog. *Cùm Proconſul vir clariſſimus certis rationibus motus mitiorem ſententiam dixerit: &* ORDINE DECVRIONVM *te biennio* ABSTINERE IVSSERIT. Vlpian. in L. I. D. de effractorib. *Honeſtiores autem* ORDINE AD TEMPVS MOVERI *ſolent.* Papinian. in L. Ad tempus, D. de Decurionib. AD TEMPVS ORDINE MOTOS *ex crimine quod ignominiam importat.* Papinian. in L. falſi, S. I. D. de L. Cornel. de falſ. narrat ORDINE DECVRIONVM X. ANNIS ADVOCATVM MOTVM, qui falſum inſtrumentum cognoſcente Præſide recitauerat. Vlpian. in L. I. §. quamquam autem, D. de abigeis. *Sed aut relegãdi erunt, aut* MOVENDI ORDINE. Item poterat alicui pœna iniungi, NE HONORES ADIPISCERETVR: Poterat & alicui VNVS HONOR INTERDICI, L. relegatorum, §. Itẽ poteſt & §. vlt. D. de interdict. & releg.

Interdum multa reo irrogabatur. Multarum verò duæ fuere ſpecies, quarum vna, SVPREMA, ſeu MAXIMA, altera MINIMA dicebatur: SVPREMA MVLTA erat ab initio in ſingulos dies duarum ouiū & triginta boum, ſed poſtea æſtimatione facta, in oues ſingulas æris deni, in boues æris centum, conſtituti, vt Agellius, lib. XI. cap. I. tradit: vltra quem numerum multam dicere in dies ſingulos ius non erat. Et propterea appellabatur SVPREMA, id eſt ſumma & maxima. MINIMA verò multa erat ouis vnius. Feſt. Pomp. MAXIMAM MVLTAM *dixerunt trium millium & viginti aſſium, quia non licebat quōdam pluribus triginta bobus, & duabus ouibus quemquam multari. æſtimabatúrque boi centuſſibus, ouis decuſſibus.* Legitima verò multarū dicendarū verba ibidē Agellius ſubiicit. *Quando igitur nunc quoque à Magiſtratibus populi Ro. multa dicitur vel* MINIMA vel SVPREMA, *obſeruari ſolet vt oues genere virili appellentur. Atque ita M. Varro verba hæc legitima, quibus minima multa dicebatur, concepit:* M. TERENTIO, QVANDO CITATVS NEQVE RESPONDIT NEQVE EXCVSATVS EST, EGO EI VNVM OVEM MVLTAM DICO: *ac niſi eo genere diceretur, negauerunt iuſtam videri multam.* Quo pertinet quod ex Feſto Paulus, OVEM, ait, *maſculino genere dicebant, &* OVIBVS DVOBVS, *non duabus.* Varro lib. II. de re Ruſt. cap. I. *Non idem quod* MVLTA *etiam nunc ex veteri inſtituto,* BVBVS ET OVIBVS DICITVR. Plinius lib. XVIII. cap. III. *Multatio quoque non niſi ouium boúmque impendio dicebatur. Nō omittenda priſcarum legum beneuolentia. Cautum quippe eſt, ne* BOVEM PRIVS, QVAM OVEM NOMINARET, QVI INDICERET MVLTAM. Idem lib. XXXIII. cap. I. *Ex qua conſuetudine, multa legum antiquarum pecore conſtat etiam Romæ.* De multa autē à Pontifice dicta Flamini & Duumuiro certatum ad populum Liuius lib. XXXVII. & XL. narrat, exitúmque iudiciorum eum fuiſſe, vt tam Flamen quàm Duumuir dicto audientes eſſe iuberentur. Multa verò petebatur certa lege & ob certam cauſam. Cic. pro Cluentio, de Quintio Tribuno pleb. MVLTAM PETIVIT: QVA LEGE? QVOD IN LEGEM NON IVRASSET. Et aliàs, *Vno iudicio multa eſt ab eo petita, ſicut ab Iunio,* QVOD NON SVÆ DECVRIÆ MVNERE, NEQVE EX LEGE SEDISSET. Idem in Bruto: *Eodem tempore accuſator de plebe, C. Cæſidenus fuit, quem ego audiui iam ſenem, cùm ab L. Sabellio* MVLTAM LEGE AQVILIA DAMNI INIVRIA PETIISSET.

Interdum etiam ſeueræ dumtaxat cōminationes interueniebāt. Vlpian. in L. I. D. de iu. patron. *Sed ſi quidem inofficioſus patrono, patronæ liberíſue eorū ſit: tantūmodo caſtigari eū ſub* COMMINATIONE ALIQVA SEVERITATIS NON DEFVTVRÆ, *ſi rurſum cauſam querelæ præbuerit, & dimitti oportet.* Paul. in L. Nam ſalutem, §. I. D. de offic. præf. vigil. *Aut fuſtibus caſtigat eos, qui negligentius ignem habuerunt: aut* SEVERA INTERLOCVTIONE COMMINATVS, *fuſtium caſtigationem remittit.* Præſides vtique cùm cohortarentur Chriſtianos ad negationem, dicere ſolitos, SERVA ANIMAM TVAM, ET NOLI ANIMAM TVAM PERDERE, Tertullianus ſcriptū reliquit in Scorpiano contra Gnoſtic.

Iam in reo dimittendo, vſi videntur his verbis, NIHIL MOROR. Liuius lib. VIII. de Papyrio Dictatore: *Cùm ſe* NIHIL MORARI *Magiſtrum Equitum pronuntiaſſet.* Apud eundem lib. III. Tribunus pleb. ita pronuntiat, SEMPRONIVM NIHIL MOROR. Idem lib. XLIII. *Abſoluto Claudio, Tribunus pleb. negauit* SE GRACCHVM MORARI.

Nonnunquam autē de calūnia accuſatoris Iudices pronuntiabant. Plin. Epiſt. XXXI. lib. VI. de Traiano. *Tum ex conſilij ſententia iuſſit denuntiari heredibus omnibus, aut agerent, aut ſinguli approbarent cauſas non agendi: alioqui ſe vel* DE CALVMNIA PRONVNTIATVRVM. Papinian. in L. Inter. D. de public. *vel* DE ACCVSATORIS *abſentis, præſente reo* CALVMNIA PRONVNTIETVR. Vlpian. in L. I. §. ſed non vtique, D. ad Turpilian. *Nam ſi quidem ita pronuntiauerit,* NON PROBASTI: *pepercit ei: ſin autem pronuntiauit,* CALVMNIATVS EST, *condemnauit eum.* Et §. ſeq. *Si ita fuerit interlocutus,* LVCIVS TITIVS TEMERE ACCVSASSE VIDETVR. Imp. Alexand. in L. III. C. de calumniatorib. *Qui* NON PROBASSE CRIMEN *quod intendit, pronuntiatur: ſi calumniæ non damnetur, detrimentum exiſtimationis non patitur.* Imp. Gordianus in L. verbum, C. ex quib. cauſ. infa. irr. *Etenim cùm non cauſa cognita dictum eſt,* Ἐσυκοφάντησας, *ſed ad poſtulationem*

tionem

tionem patroni interlocutione iudicis reſponſum ſit, nequaquam hoc infamiam irrogat. Papinian. in L. vlt. D. de public. iud. *Generi ſeruus à ſocero veneficij accuſatus, Præſes prouinciæ,* PATREM CALVMNIAM INTVLISSE, *pronuntiauerat.*

Nec prætermittendæ quidem eæ voces videntur, quas præconum ore in ſuppliciis ſumēdis miſſas accepimus. Moris enim erat ſub præconis elogio, ſeu præcone cauſam condemnationis ſuperdicente, de damnatis pœnas exigi. Et ita Vlpian. in L. ſi duo in fi. D. de iureiur. Impp. Seuerum & Antoninum reſcripſiſſe ait, eum, qui per genium principis peieraſſet, fuſtibus caſtigandum dimitti, & ita ei ſuperdici, Προπετῶς μὴ ὄμνυε. Simili modo in L. fuſtibus, C. ex quib. cauſ. infam. Fuſtibus cæſus quidam refertur, cui per præconem dictum fuit, Συκοφάντησας. Seuerus etiam in Proconſulari Africæ legatione, quendam municipum ſuorum, qui eum præcedentibus faſcibus, vt antiquum cōtubernalem ipſe plebeius amplexus erat, Spartiano teſte, fuſtibus cecidit, ſub hoc præconis elogio, LEGATVM POPVLI RO. HOMO PLEBEIVS TEMERE AMPLECTI NOLI. Alexander quoque, vt eſt à Lampridio in eius vita proditum, per præ conem, cum aliquem emendaret, dici iubebat: QVOD TIBI NON VIS, ALTERI NE FECERIS. Idem Imperator Turinum fumi venditorem, fumo appoſito, quem ex ſtipulis atque humidis lignis fieri iuſſerat, necauit, præcone dicente, FVMO PVNITVR QVI VENDIDIT FVMVM. Simili modo D. Ambroſius Sermo. xc. Iudicem narrat Agnem virginem ſpoliari, & nudam ad lupanar duci iuſſiſſe, ſub voce præconis dicentis, AGNEM SACRILEGAM VIRGINEM, DEIS BLASPHEMIAM INFERENTEM, SCORTVM LVPANARIBVS DATAM. Quibus ſimilia alia exempla iam ante me à multis congeſta ſunt. Gallienum etiam Trebell. Poll. ſcribit, cùm quidam gemmas vitreas pro veris vendidiſſet eius vxori, atq; illa re prodita vindicari vellet, ſurripi quaſi AD LEONEM venditorē iuſſiſſe. Deinde cauea caponem emiſiſſe, mirantibúſque cunctis rem tam ridiculam, per Curionem dici iuſſiſſe, IMPOSTVRAM FECIT, ET PASSVS EST. Nam illic Curionis nomine præco accipiendus eſt, quo ſenſu Rufinus idem nomen vſurpauit, in verſione huius loci qui habetur hiſtor. Eccleſiaſt. Euſeb. lib. IIII. cap. XV. Quod enim Græcè ſcriptum eſt de Proconſule Aſiæ, Πέμψαι τε τὸν κήρυκα, καὶ ἐν μέσῳ τῷ σταδίῳ κηρύξαι τρίς, Πολύκαρπος ὡμολόγησεν ἑαυτὸν χριστιανὸν εἶναι: id ille ita conuertit, *Miſſo igitur* CVRIONE *ad populum Proconſul iubet voce maxima proteſtari,* POLYCARPVM TERTIO CONFESSVM CHRISTIANVM SE ESSE. Zonaras tomo III. Annal. in Valentiniano, de Rhodano præpoſito. Αὐτίκα γυμνοῖ μὲν ἐκεῖνον τοῦ ἀξιώματος· κελεύει δὲ δεθέντα ἐν τῷ θεάτρῳ θριαμβευθῆναι, ἀγῶνος ἱππικοῦ ἀγομένου, κηρύκων αὐτοῦ προαγόντων, καὶ τὸ εἰς τὴν γυναῖκα βοώντων ἀδίκημα, καὶ τοῦ βασιλέως κελεύσματος τὴν παρακοήν. Καὶ μετὰ τὴν παραγωγὴν, καὶ τὸ κήρυγμα, ἐκεῖ παρευθὺ καυθῆναι αὐτόν.

Interdum verò Titulo qui cauſam pœnæ indicaret præcedente, vel appenſo, aut fixo, in damnatos animaduerſum, Sueton. in Caligula cap. XXXII. teſtatur. Idem in Domitiano cap. X. *Patremfamilias, quod Thracem Mirmilloni parem dixerat, canibus obiecit, cum hoc titulo,* IMPIE LOCVTVS PARMVLARIVS. Ex hoc more D. Matthæus cap. XXVII. Καὶ ἐπέθηκαν, ait, ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ γεγραμμένην, Οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. Sic & D. Marcus cap. XV. καὶ ἦν ἡ ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας αὐτοῦ ἐπιγεγραμμένη, Ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. Et D. Lucas cap. XXIII. Ἦν δὲ καὶ ἐπιγραφὴ γεγραμμένη ἐπ' αὐτῷ γράμμασιν ἑλληνικοῖς καὶ ῥωμαϊκοῖς καὶ ἑβραϊκοῖς, Οὗτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. Et D. Ioannes cap. XIX. Ἔγραψε δὲ τίτλον ὁ Πιλᾶτος, καὶ ἔθηκεν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ· Ἦν δὲ γεγραμμένον, Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. Euſeb. lib. V. hiſtor. Eccl. cap. I. Καὶ περιαχθεὶς κύκλῳ τοῦ ἀμφιθεάτρου, πίνακος αὐτὸν προάγοντος, ἐν ᾧ ἐγέγραπτο Ῥωμαϊστί, Οὗτός ἐστιν Ἄτταλος ὁ χριστιανός, vbi Rufin. rectè πίνακα titulum vertit.

Damnati autem in integrum quandoque à principe reſtituebantur, L. I. §. deinde adiicit Prætor, D. de poſtulan. L. edicto, D. de bonor. poſſeſſ. Tit. de ſentent. paſſ. & reſtit. Id fiebat hoc verbo, RESTITVO, vt apparet ex L. I. C. de ſentent. paſſ. & reſtit. in qua narratur oblatus Antonino quidam in inſulam deportatus, quem ille his verbis reſtituit: RESTITVO TE IN INTEGRVM PROVINCIÆ TVÆ: & adiecit,

VT AVTEM SCIAS, QVID SIT IN INTEGRVM RESTITVERE: HONORIBVS, ET ORDINI TVO, ET OMNIBVS CETERIS TE RESTITVO. Interdum autem deportatus ita reſtituebatur, vt dignitatem dumtaxar, non etiam bona, indulgentia principali reciperaret: interdum verò bona cum dignitatis reſtitutione ei concedebantur, L. ſi deportatus & L. in inſulam, D. de ſent. paſſ. In eius certè, qui ademptis bonis in inſulam deportatus erat, reſtitutione, ſpecialiter exprimi neceſſe erat, ita gratiam ſententiæ ei fieri, vt ſtatum priſtinum cum bonis omnibus recuperaret, L. tutor C. eo. tit. Hîc ego ſignum ſtatuam. Hic optimè liber iſte finietur. Nec iam ad Tabulas emptionum properantem lectorem, morabor.

BARN. BRISSONII REGII CONSISTORII CONSILIARII, AMPLISSIMIQVE SENATVS PARISIENSIS PRÆSIDIS,

DE FORMVLIS, ET SOLLEMNIBVS Populi Ro. verbis.

LIB. VI.

NIHIL tam præter opinionem meam accidit, quàm vt horum librorum magnitudo in tantam molem excreſceret. Sed ea eſt argumenti propoſiti immenſitas, vt eorum quæ rerum connexa ſeries ſuppeditat, turba ac multitudine penè obruar. Ita materia alia aliam trahit, & quacumque ingredior, in aliquam propè formulam veſtigium pono. Denique facilius eſt libri cuiuſque principium quàm exitum reperire. Vtinam modò conata efficere poſſim. Rem enim magnam complexus ſum & arduam, ac plurimi otij, quo maximè egeo. Poſtulat autem ordinis, quem mihi ipſe præſcripſi, ratio, vt de negotiorum contrahendorum diſtrahendorúmque formulis dicam. Qua in parte etſi Tabellionis vice fungi videar, non alienam tamen à profeſſione noſtra perſonam induam. Nam ſtipulationum formulas, vt Cic. lib. 1. de legib. & in Topic. indicat, priſci iuris auctores cõponebant: ex eorúmq; conſilio & auctoritate ſtipulationes reſtipulationéſq; fiebant, vt idẽ Orat. pro Roſc. Comœdo oſtendit. Quinctiã de agro emẽdo, filia collocãda, conſultos eos, lib. 1. de Orato. docet.

Ab emptionibus verò, quæ facilè principem locum in commerciis obtinent, ſcribendi exordium capiam. Eas ita concipi ſolitas, EST MIHI RES ILLA ILLO PRETIO EMPTA, ex his quos ſubieci, locis, coniectura adſequi licet. Vlpian. in L. hæc venditio, §. vlt. D. de contrahen. emptio. *Si quis ita emerit*, EST MIHI FVNDVS EMPTVS TANTVM, ET QVANTO PLVRIS EVM VENDIDERO. Idem in L. ſi in emptione, §. vlt. D. eo. *Si emptio ita facta fuerit*, EST MIHI EMPTVS STICHVS AVT PAMPHILVS. Sed & in L. fundus, eod. tit. huiuſmodi emptionis formula proponitur, FVNDVS ILLE EST MIHI, ET TITIO EMPTVS. Item in L. nam hoc modo, D. de hered. vend. *Hoc modo admittitur eſſe venditionem*, SI QVA SIT HEREDITAS, EST TIBI EMPTA. In L. neceſſariò, §. ſi ita, D. de peric. & commo. rei vend. *Si ita venierit*, EST ILLE SERVVS EMPTVS, SIVE NAVIS EX ASIA VENERIT, SIVE NON VENERIT.

Interdum verò per verba futuri temporis venditiones concipiebantur: vt in L. cum ab eo, D. de contrahen. emptio. *Si emptor hoc modo interrogauerit*; ERIT MIHI EMPTVS FVNDVS, ITA VT EVM INTRA KAL. IVL. LIBERES, *vel*

ita, VT EVM INTRA KAL. IVL. A TITIO REDIMAS. Et in L. ſi quis fundum eo. tit. *Si quis fundum ſibi iure hereditario debitum ita vendidiſſet*, ERIT TIBI EMPTVS QVANTI A TESTATORE EMPTVS EST. In L. Titius heres, D. de actionib. empt. *Titius heres Sempronij fundum Septicio vendidit ita*, FVNDVS SEMPRONIANVS QVIDQVID SEMPRONII IVRIS FVIT, ERIT TIBI EMPTVS TOT NVMMIS.

Concipiebatur etiam quandoque venditio verbis, ESTO, vel, SIT. Paulus enim in L. I. D. de in diem addictio. ita fieri in diem actionem tradit, ILLE FVNDVS CENTVM ESTO TIBI EMPTVS. Iuſtinian. in §. penult. Inſtit. de empt. & vend. *Emptio tam ſub condicione quàm purè contrahi poteſt, veluti*, STICHVS SI INTRA CERTVM DIEM TIBI PLACVERIT, SIT TIBI EMPTVS AVREIS TOT.

Sunt & aliæ in libris noſtris venditionũ formulæ: vt in L. quod ſæpe, §. I. D. de contrahen. emptio. *Cùm emere volenti ſic venditor dicit*, QVANTI VELIS, QVANTI ÆQVVM PVTAVERIS, QVANTI ÆSTIMAVERIS, HABEBIS EMPTVM. Et in L. cum manu, §. I D. eo. tit. *Huius rei emptionem poſſe fieri dixi*, QVÆ EX MEIS ÆDIBVS IN TVAS ÆDES PROIECTA SVNT, VT EA MIHI ITA HABERE LICEAT. Et in L. vlt. D. eo. *Lucius Titius vendidit fundum, additis his verbis*, QVO IVRE, QVAQVE CONDITIONE EA PRÆDIA LVCII TITII HODIE SVNT, ITA VENEVNT: ITAQVE HABEBVNTVR. Extat Neapoli venditionis quoddam caput lapidi inciſum in hæc verba. ACTIVS DIOCL. PATVL. DIOC. F. CVM FRATRIBVS QVI NVNC HIC ADSVNT, VENDVNT P. ÆLIO ABAS. LOCVM PVRVM, IN QVO NVLLA SEPVL. IACTA, SVPERQVE POSITA, NEQVE CONIVNCTA APPARENT. LIB. NEP. PRONEP. Q.

Emptiones porrò & venditiones ſtipulationibus interpoſitis contrahebantur, vt ex Varrone lib. II. de re Ruſt. cap. II. III. & V. & L. III. §. I. D. de actionib. emp. liquet. Seneca lib. III. de Benefic. *Vtinam nulla ſtipulatio emptorem venditori obligaret*. Inde &, ROGARE EMPTVM, dicitur emptor apud Plautum in Captiu. Act. I. Sc. II. & in L. cùm ab eo, D. de contrahen. emptio.

Ac planè ſtipulationem quæ commune erat omnium obligationum adſtringendarũ vinculum, in emptionibus & venditionibus interceſſiſſe, mirum non eſt. In ouium quidem venditione ita emptori interroganti, TANTI SVNT MIHI EMPTÆ? Venditorem reſpondiſſe, SVNT, Varro lib. II. de re Ruſt. cap. II. auctor eſt. Apud Plautũ quoque Epidico Act. III. Sc. IIII. Miles à Periphane fidicinam ita emit,

M EST NE EMPTA MIHI HÆC? P. ISTIS LEGIBVS HABEAS LICET.

Idem etiam Perſa Act. IIII. Sc. IIII. tractatum venditionis huiuſmodi refert,

Hoc age: OPVSNE' ST HAC TIBI EMPTA? D. SI TIBI VENISSE' ST OPVS,
MIHI QVOQVE EMPTA EST: *ſi tibi ſubiti nihil eſt, tantundem 'ſt mihi*.
S. INDICA, FAC PRETIVM. D. TVA MERX EST, TVA INDICATIO EST.
T. Aequom hic curat. S. Vin' bene emere? D. Vin' tu pulchrè vendere?
T. Ego ſcio hercle vtrunque velle. D. Age, INDICA *prognariter*.
S. Prius dico, HANC MANCVPIO NEMO TIBI DABIT, *iam ſcis? D. Scio.*
INDICA, *minimo daturus qui ſis qui duci queat?*

Vnde apparet rogatum venditorem rei ſuæ pretium dicere & conſtituere hoc verbo, INDICA in quàm ſententiam Indicandi verbum vſurpatur ab eodem. Plauto Aulular. Act. II. Sc. V. Cicero. lib. III. Officior. Plinio lib. XXVIII. Natur. hiſto. cap XIII. Apuleio lib. I. de Aſino aur.

De pretio autem inter emptorem & venditorẽ conuenire neceſſe erat. Sed & certum pretium eſſe debebat, & in pecunia numerata conſtitui. Alioquin ſi inter aliquos ita conueniſſet, vt, QVANTI TITIVS REM ÆSTIMASSET, TANTI ESSET EMPTA. Inter veteres dubitabatur conſtarétne venditio an non, §. pretium, Inſtitut. de emptio. & venditio. Huiuſmodi tamen emptio, QVANTI TV EVM EMISTI, QVANTVM PRETII IN ARCA HABEO, valebat. Magis enim ignorabatur,

ignorabatur, quanti venditus eſſet, quàm in rei veritate incertum eſſet, L. hæc venditio, §. vlt. D. de contrahen. emptio. Heredem etiam fundum ſibi hereditario iure delatum ita vendidiſſe. Vlpianus proponit, ERIT TIBI EMPTVS TANTI QVANTI A TESTATORE EMPTVS EST, L. ſi quis fundum, D. de contrahen. emptio.

Nec verò pretium præſens numerari neceſſe erat, ſed ſufficiebat ſatis eo nomine ſatisfieri, vel etiam fidem haberi emptori ſine vlla ſatisfactione, L. quod vendidi, & L. veteres, D. de contrahen. emptio. L. cum ea, D. de euictionib. § venditæ Inſtit. de rer. diuiſio. Labeo in L. ſi & per emptorem, D. de actionib. emp. *Si fundum emiſti ea lege*, VTI DES PECVNIAM KALENDIS IVLIIS. Non tantùm autem purè ſed & ſub cõdicione venditio contrahi poterat. Cuius rei exempla ſumet qui volet ex L. Neceſſario, §. ſi ita, D. de peric. & commo. rei vend. & L. hæc venditio, D. de contrah. empt.

Nunc quibus legibus & conditionibus tam mobiles, aut ſe mouentes, quàm res ſoli venire ſolerent, quoad eius fieri poterit, demonſtrabo. Erant namque olim certæ rerum vendendarum leges, quas Manilium, (quem inter iuris auctores Pomponius noſter numerat) ciuibus ſuis compoſuiſſe, Cicero lib. I. de Orato. docet. Nec *quiſquam eſt*, inquiẽs, *eorum, cui ſi iam ſit addiſcendum ſibi aliquid, non Teucrum Pacuuij malit, quàm* MANILIANAS VENALIVM VENDENDORVM LEGES *ediſcere*. Varro lib. II. de re Ruſt. cap. III. *Itaque ſtipulantur, paucis exceptis verbis, ac Manilius ſcriptum reliquit.* Et eiuſdẽ lib. cap. V. *Paulo verboſius hæc, qui* MANILII ACTIONES *ſequuntur*. Idem eiuſdẽ lib. cap. VII. *Iiſdem rebus in emptione dominum mutant, vt in* MANILII ACTIONIBVS *ſunt præſcriptæ.*

De mancipiorum autem venditione prius, tum deinde de ouium, caprarum, boum, iumentorum venditionibus dicam. Seruorũ adſiduam & cottidianã fuiſſe comparationem Vlpianus ſcribit in L. iuſto errore, D. de vſucapionib. Serui autem venditor de ſanitate eius promittebat, quemadmodum Cicero lib. III. Officior. & Vlp. in L. ea quæ commendandi, D. de contrahen. emptio. teſtantur. Stipulabatur enim emptor, SANVM ESSE, idque ſtipulanti venditor ſpondebat, L. euicta re, §. vlt. L. ſi ita quis, D. de euictionib. Varro lib. II. de re Ruſt. cap. *In horum emptione* (de paſtoribus loquitur) *ſolet peculium accedere: aut ſi excipietur, ſtipulatio intercedere*, SANVM EVM ESSE. Vlpianus in L. quæritur, §. ſi venditor, D. eo. de ædilic. edic. *Si venditor nominatim* EXCEPERIT DE ALIQVO MORBO, ET DE CETERO SANVM ESSE DIXERIT, *aut promiſerit.* Pomponius in L. Labeo, §. I. D. eo. *Si vno pretio plures ſeruos vendidiſti*, SANOSQVE ESSE PROMISISTI. Idem in L. ſi à ſubſtituto, D. de legat. I. *Si heres generaliter dare damnatus eſt*, SANVM EVM ESSE, *promittere non debet.* Gagatis autem lapidis odore, in venaliciis vulgò ſanitatem, aut morbum venalium, explorari conſueuiſſe Apul. Apolog. I. tradit. Veſtimenta etiam detrahi ſolita venalibus, ne quæ vitia corporis laterent, Seneca lib. XI. Epiſt. LXXXI. oſtendit: *Mangones enim*, vt ibidem addit, *quicquid erat quod diſpliceret, aliquo lenocinio abſcondebant. Itaque emẽtibus ornamenta ipſa ſuſpecta erãt: & ſiue crus alligatum ſiue brachium aſpicerent, nudari iubebant, & ipſum ſibi corpus oſtendi.* Claudianus lib. I. in Eutropium.

Si pelagi fluctus, Libyæ ſi diſcis arenas,
Eutropij numerabis heros, quot iura, quot ille
Mutauit tabulas, vel quanta vocabula vertit:
NVDATVS *quoties*, MEDICVM DVM CONSVLIT EMPTOR,
Ne qua per occultum lateat iactura dolorem,
Omnes pœnituit pretij, venùmque redibat,
Dum vendi potuit,

Lucian. in Eunucho, Οὐχ ὁμόψηφοι πάντες ἦσαν, ἀλλ' οἱ μὲν, ἠξίουν ἀποδύσαντας αὐτὸν, ὥσπερ τοὺς ἀργυρωνήτους, ἐπισκοπεῖν εἰ δύναται φιλοσοφεῖν, τά γε πρὸς τὴν ὄρχιν. Sueton. in Calig. cap. XXXVI. *Non temerè vlla illuſtriore fœmina abſtinuit: quas plerumque cum maritis ad cœnam vocatas, prætérque pedes ſuas tranſeuntes diligẽter, ac lentè*, MERCANTIVM MORE CONSIDERABAT.

Mulieres planè ſi prægnantes venirent, SANAS ESSE NON præſtabat vẽditor, vt Vitruuius lib. II. cap. IX. docet his verbis. *Vt etiam corpora muliebria cùm conceperint, à fœtu ad partum nõ iudicantur integra, neque in venalibus, ea cùm ſunt prægnãtia,* PRÆSTANTVR SANA, *ideò quod in corpore præſeminatio creſcens ex omnibus cibi poteſtatibus detrahit alimentum in ſe, & quo firmior efficitur ad maturitatem partus, eo minus patitur eſſe ſolidum idipſum ex quo procreatur.* Nec tamen mulier quæ prægnãs venierat, in ea cauſa erat vt redhiberetur. Vlpianus in L. quæritur, D. de ædilic. edic. *Si mulier*, ait, *prægnas venierit, inter omnes conuenit*, SANAM EAM *eſſe. Maximum enim ac præcipuum munus fœminarum eſt, accipere, ac tueri conceptum.*

Ceterùm non de corporis tantùm, ſed & de animi vitiis caueri plerumque ſolebat, L. ob ea quæ vitia, §. in ſumma, D. de ædilic. edic. Quòd & indicat Horatius lib. II. Sermo. Sat. III. his verſibus.

— Sanus vtriſque
Auribus atque oculis, MENTEM *niſi litigioſus*
EXCIPERET *dominus, cùm venderet, &c.*

Vbi vetus interpres, *Sumptum eſt*, ait, *hoc argumentum à dominis mancipia vendentibus, quorum omnia vitia cognita ſibi tam corporis, quam animi debebant aperire emptori, ſiſi poſtea litigare vellent propter celatum vitium.*

Planè ſeruum, FVREM NON ESSE, promitti ſolebat, L. quod ſi nolit, §. 1. & L. ſi furtũ, L. quid ſit, §. vlt. D. de ædilic. edic. L. ſi ita quis, D. de Euiction. In mãcipiorum etiam venditionibus vſitata erat hæc ex edicto Ædilium ſtipulatio, EVM HOMINEM, QVO DE AGITVR, FVRTIS NOXISQVE SOLVTVM ESSE. ITEM FVGITIVVM NON ESSE, ERRONEM NON ESSE, vt Paulus in L. cùm in venditione & L. Lucius, §. vlt. Pomponius in L. euicta re, §. vlt. & L. ſi emptori. Vlpian. in L. ſi ita quis, & in L. quia dicitur, D. de Euictionib. L. quotiens, D. ſi famil. furt. fec. dic. L. ex empto, §. venditorem, D. de act. empt. Varro lib. II. de re Ruſt. cap. X. oſtendunt. Seneca lib. IIII. Controuerſ. *Triarius dixit*, FVGITIVVM, ERRONEM NON ESSE: *ſi tam malum auctorem habemus gener noſter fugitiuus eſt: Relegamus auctoritatis tabulas*, FVRTIS NOXAQVE SOLVTVS. Cic. lib. III. Officior. *Qui enim ſcire debuit*, DE SANITATE, DE FVGA, DE FVRTIS, *præſtat edicto Aedilium.* Interdum autem huic ſtipulationi addebatur verbum, PRÆSTARI, quemadmodum Vlpian. notat in L. ſi ita quis, D. de Euictionib. Iulian. in L. hæc ſtipulatio, D. de verbor. ſignificatio. *Hæc ſtipulatio*, NOXIS SOLVTVM PRÆSTARI? Vlpian. in L. ſi legati, D. de legat. lib. I. *Si legati ſerui nomine ſtipulatur legatarius*, FVGITIVVM EVM NON ESSE PRÆSTARI. Idem in L. quia dicitur, D. de Euictionib. *Si ita quis ſtipulanti ſpoponderit*, SANVM ESSE, FVREM NON ESSE, VESPILLIONEM NON ESSE, PRÆSTARI?

His autem verbis, NOXA SOLVTVM PRÆSTARI, non vtique promittebãt eum nullam noxam commiſiſſe, ſed noxali iudicio ſubiectum non eſſe, L. quid ſit fugitiuus, §. quòd aiunt, D. de Ædilic. edic. Enimuerò cum redhibebatur ſeruus, FVRTIS NOXISQVE SOLVTVM, non promittebat emptor, PRÆTERQVAM, QVOD IVSSV EIVS FECISSET, AVT ILLIVS CVI IPSE EVM ALIENASSET, L. cùm mihi, D. de ædilic. edic. Heres verò hominem generaliter dare damnatus, FVRTIS ET NOXIIS SOLVTVM ESSE EVM quem dabat, promittere debebat, cùm ita dare deberet, vt eum habere liceret, L. ſi à ſubſtituto, §. heres, D. de legat. I.

Interdum etiam in vendendo ſeruo, cauebatur, Lenonem eum non eſſe. Quintilian. Declamatio. quæ in vet. Cod. inſcribitur, Miles Marianus, LENO *etiam ſeruus* EXCIPITVR: *fortaſſe hac lege captiuos vendes.*

Sed & qui ſeruum vendebat, quædam commẽdandi cauſa, quæ ad nudam eius laudem pertinebant, dicebat, pronuntiabátve, veluti; SERVVM SPECIOSVM, FRVGI, PROBVM, DICTO AVDIENTEM ESSE, L. ea quæ, D. de contrahen. emptio. L. ſciendum, D. de ædil. edic. Plin. Epiſt. XX. lib. I. *Credo decentes eſſe ſeruos, qui ſunt empti mihi ex conſilio tuo. Supereſt, vt* FRVGI SINT, *quod de venalibus, melius auribus*

quàm

quàm oculis indicatur. Quo elogio etiam mancipium ornat Apul. lib. VIII. Metamorphoſ. Eóque alludens idem, Aſinum BONÆ FRVGI dixit lib. IIII. Metamorphos. Quod verò venditor vt commendaret dicebat, ſic habebatut, quaſi neque dictum neque promiſſum eſſet, L. quod venditor, D. de dolo. Quædam autem vt pluris venderet adfirmabat venditor, veluti, HOMINEM LITERATVM, vel ARTIFICEM ESSE, ALEATOREM NON ESSE, AD STATVAM NVNQVAM CONFVGISSE, d. L. ea quæ, & L. quid ſit §. vlt. & L. ſciendum in princ. & §. illud D. de Ædic. edic. Gaius in L. ſi quid venditor, D. eo. *verbi gratia, ſi conſtantem, aut* LABORIOSVM, *aut* CVRRACEM, *aut* VIGILACEM ESSE, *vel* EX FRVGALITATE SVA PECVLIVM ADQVIRENTEM *adfirmauerit.* Et ead. L. §. vlt. *Venditor, qui* OPTIMVM COCVM ESSE DIXERIT. Et mox: *Si quis ſimpliciter dixerit,* PECVLIATVM ESSE SERVVM. Cic. lib. III. officiór. *In mancipio vendendo, dicendáne vitia, non ea, quæ niſi dixeris, redhibeatur mancipium iure ciuili, ſed hæc,* MENDACEM ESSE, ALEATOREM, FVRACEM, EBRIOSVM. Denique, PRÆSTATVRVM SE QVOD, DE MANCIPIO DICEBAT, venditor vel promittebat, vel non, L. ſciendū D. de ædilit. edic.

Titulum planè ſingulorum ſeruorum ſcribi, ita vt intelligi rectè poſſet, quid morbi, vitiſve cuique eſſet, Ædiles Curules Edicto præceperant, cuius caput ad hanc rem pertinens citat Agell. lib. IIII. cap. II. Eóque referendum videtur quod apud Senecam lib. VI. Epiſt. XLVII. legitur: *Stare ante limen Calixti, dominum ſuum vidi, & eum qui illi impegerat* TITVLVM, *qui inter ridicula mancipia perduxerat, aliis intrantibus excludi.* Illas verò Ædilicias ſtipulationes, nec non ſeruorum commendationes, quibus vitijs carere pronuntiabantur, ridet Apollonius apud Philoſtratum lib. III. his verbis. Ταυτὶ δὲ καὶ τοὺς τῶν ἀνδραπόδων καπήλους ἀκούω ὑμῖν πράττειν. εἰ γὰρ ἀφίκοιντο κατάγοντες ὑμῖν ἀνδράποδα Καρικά, καὶ τὸ ἦθος αὐτῶν ἑρμηνεύουσιν ὑμῖν, ἐπαινοποιοῦνται τῶν ἀνδραπόδων τὸ μὴ κλέπτειν αὐτά.

Ex diuerſo interdum paciſcebatur venditor, ne fugitiuum, aut erronem præſtaret, L. ſed ſi §. ſi vir vxori vel contra, D. de donationib. int. vir. & vxor. Nam & ita quandoque lex dicebatur, vt periculo ſuo emeret emptor. Plautus Perſa Act. IIII. sc. III.

Ipſe qui tabulas affert, adduxit ſimul forma expetenda liberalem mulierem
Furtiuam, abductam ex Arabia penitiſſima,
Eam te volo accurare, vt iſtic veneat,
AC SVO PERICVLO IS EMAT, QVI EAM MERCABITVR
MANCIPIO, NEQVE PROMITTET, NEQVE QVISQVAM DABIT.
Probum & numeratum argentum vt accipiat, face.

Seruos autem quorum nomine venditor nihil præſtaret, PILEATOS venum ſolitos ire, Agell. lib. VII. cap. IIII. ex Cœlio Sabino Iuriſcōſultó notat. Huiuſmodi enim cōdicionis mancipia inſignia in vendendo erant, vt emptores errare & capi non poſſent: neque lex vendendi operienda eſſet, ſed oculis iam perciperent, quodnam eſſet mancipiorum genus. PILEVS denique impoſitus demonſtrabat eiuſmodi ſeruos venundari quorum nomine nihil promitteret venditor. Captiuos planè qui lege belli venibant, CORONATOS veniſſe ibidem Agell. monet. & innumeris prope Liuij & aliorū teſtimoniis cōfirmari poteſt. Legitimū etiam fuiſſe adquirendi dominij modum, ſi è præda quis SVB CORONA EMISSET, Varro lib. II. de re ruſt. cap. X. tradit. Venetorū quoque omni Senatu necato, reliquos Cæſarem SVB CORONA VENDIDISSE, narrat ipſe lib. III. de Bello Gall. Venalium autem trans mare aduectorum pedes creta denotabant, erátque hoc inſigne venalitiis gregibus, vt cretatis, ſiue gypſatis, pedibus venirent, auctore Plinio lib. XXXV. cap. XVII. & XVIII. Tibullus lib. III. Elig. III.

--Quem ſæpe coëgit,
Barbara GYPSATOS *ferre catasta* PEDES.

Ouid. lib. I. Amor, Eleg. VIII.

Nec tu, ſi quis erit capitis mercede redemptus,
Deſpice GYPSATI *nomen inane* PEDIS.

Hoc denique ſenſit Iuuenalis Sat.I. cùm ait:

Nuper in hanc vrbem PEDIBVS *qui venerat* ALBIS.

Mancipiorum vtique venditores, nationem cuiuſque in venditione pronuntiare debuiſſe, auctor eſt idoneus Vlpian. in L. quod ſi nolit, §. qui mancipia D. de ædilic. edic. Fuiſſe verò certum locum Romæ quò ſolebant venire qui venales producebantur, indicat L. quid ſit fugitiuus §. apud Labeonem. D. eo. tit. Complura autem mancipia vno inſtrumento emptionis interpoſito interdum veniſſe oſtendit, L. cùm plures, D. de euictionib. Verùm cùm plura mancipia vno pretio venibant, quemadmodum víſu veniſſe docet, L. Labeo D. de ædilic. edic. aut confuſe vniuerſis mancipiis pretium conſtituebatur: aut ſingulorum mancipiorum pretio conſtituto, vniuerſa tanti venibant, quantum ex conſummatione ſingulorum fiebat, L. ſi plura D. eo. tit. Cùm verò eiuſdem generis plura mancipia venibant, veluti Comœdi, vel chorus, interdum in vniuerſos, interdum in ſingulos, ſeu in ſingula capita pretium conſtituebatur, L. cùm eiuſdem, D. de ædilic. edic.

Porrò ſeruus interdum CVM PECVLIO venibat L. ſi quis ſeruum L. ſeruus quem D. de actionib. emp. L. ſi noxali §. quod autem, D. de pecul. L. proinde D. de ædilic. edic. Paulus in L. ſerui venditor D. de euictionib. *Serui venditor,* PECVLIVM ACCESSVRVM, *dixit*. Atque adeò nonnumquam peculij quantitas dicebatur. Celſus in L. ſi venditor D. de actionib. emp. *Si venditor hominis, dixit,* PECVLIVM EVM HABERE DECEM. Inde eſt quod Vlpian. in L. Iulianus §. ſi venditor D. eo. tradit, ſi venditor DE PECVLIO MENTITVS SIT, empti iudicio eum teneri, vt præſtet emptori, QVANTO PLVRIS SERVVM EMISSET, SI ITA PECVLIATVS ESSET. Contrà ſerui venditor interdum excipiebat, NE CVM PECVLIO VENIRET, L. quotiens D. de contrah. empt. In venditione autem ſerui ſemper peculium exceptum intelligebatur, niſi, VT ID ACCEDERET nominatim cautum eſſet, L. cùm in venditione D. de euictionib. Planè ſerui venditioni quiduis adiicere licebat: nàm & plerumque plus in peculio erat, quàm in ſeruo, & nonnunquam vicarius qui accedebat, pluris erat quam ſeruus qui venibat: Hominem verò Ædiles ei rei quæ minoris eſſet, accedere nolebant, L. iuſtiſſimè D. de ædilic. edic. Interdum etiam mancipium ita venibat, vt NISI PLACVISSET INTRA PRÆFINITVM TEMPVS REDHIBERETVR, L. quòd ſi nolit §. ſi quid ita D. de ædilic. edic. Seruum etiam ita venditum, SI RATIONES ARBITRIO DOMINI COMPVTASSET, refert Vlpian. in L. hæc venditio D. de contrah. emptio. Quòd ſi ſerui venditi vſusfructus ad alium pertineret, exprimi hoc à venditore neceſſe erat. Iulian. in L. minor, §. vlt. D. de Euictionib. *Qui ſeruum venditum tradit, & dicit,* VSVM FRVCTVM IN EO SEII ESSE, *cùm ad Sempronium pertineat, Sempronio vſumfructum petente, perinde tenetur, ac ſi in tradendo dixiſſet,* VSVSFRVCTVS NOMINE ADVERSVS SEIVM NON TENERI.

Variæ præterea in ſeruorum venditionibus leges dici conſueuerant. Interdum enim ea lege venibant, VT EXPORTARENTVR, vel VT ITALIA EXPORTARENTVR. L. II. D. de ſeru. exportan. Tit. ſi ſeru. export. ven. C. Seruum etiam ea lege veniſſe, NE IN ITALIA ESSET: QVOD SI ALITER FACTVM ESSET, CONVENISSE CITRA ſtipulationem, VT POENAM PRÆSTARET EMPTOR, refert Papinian. in L. ſeruus D. de ſeru. export. Vlpianus verò in L. I. D. eo. ſeruum ita diſtractum eſſe proponit, NE ALIQVO LOCI MORARETVR. Auguſtum vtique Sueton. in eius vita cap. XXI. narrat, ſæpius rebellantes non grauiore vnquam pœna multaſſe, quàm vt captiuos, ſub lege venundaret, NE IN VICINA REGIONE SERVIRENT, NEVE INTRA XXX. ANNVM LIBERARENTVR. Seruum etiam SVB POENA VINCVLORVM diſtractum à domino memorat Vlpian. in L. quid ſit §. ſi quis talis, D. de ædilic. edic. Pacto quoque in venditione appoſito, INTERDICTVM FVISSE POMOERIO CIVITATIS, ſeruo, refert Papinian. in L. qui pacto D. de ſeru. exportan. Per contrarium, interdum conueniſſe NE PÆNÆ CAVSA SERVVS VENDITVS EXPORTARETVR, docet L. ſeruus D. eo.

Interdum venditione excipiebatur, NE MANCIPIVM PROSTITVERETVR,

L. ſi

L. ſi venditor D. de ſeru. exportan. Imp. Alexand. in L. vlt. C. ſi mancip. ita venier. *Eam quæ ita venierit*, NE CORPORE QVÆSTVM FACERET. Nonnunquam addebatur, VT PROSTITVTA CONTRA LEGEM VENDITIONIS ANCILLA LIBERA ESSET L. Titius D. de ſeru. exportan. Pompon. in L. Si mancipium, D. de euictionib. *Si mancipium ita emeris*, NE PROSTITVATVR ET CVM PROSTITVTVM FVISSET, VT LIBERVM ESSET, Imp. Alexan. in L. II. C. ſi mancip. ita venier. *Mulierem quam ita veniſſe allegas*, NE PROSTITVERETVR AVT SI PROSTITVTA FVERIT, LIBERA ESSET. Vlpian. in L. ſed ſi hac lege §. I. D. de in ius vocan. PROSTITVTA CONTRA LEGEM VENDITIONIS *venditorem habebit patronum, ſi hac lege venierat*, VT SI PROSTITVTA ESSET, FIERET LIBERA. Interdum etiam, quemadmodum Paulus in L. ſi quis D. de contrahen. empto. docet, ſub hoc pacto venibat ancilla, NE PROSTITVERETVR, ET SI CONTRA PACTVM ESSET, VTI LICERET VENDITORI EAM ABDVCERE. Sic Imp. Alexand. in L. I. C. ſi mancip. ita venier. *Eam quæ ita veniit*, VT SI PROSTITVTA FVISSET, ABDVCENDI POTESTAS ESSET. Interdum etiam MANVS INIECTIO in hac re excipiebatur, id eſt vt manum iniicere venditori in eam quæ contra legem venditionis proſtituta eſſet, liceret. Paul. in L. Imperator D. qui ſine manumiſſio. *In eo qui cùm poſſit abducere proſtitutam ancillam, pecunia accepta*, MANVS INIECTIONEM VENDIDIT. Vlpian. in ſed L. ſi hac lege § I. D. de in ius vocan. *Si venditor, qui* MANVS INIECTIONEM EXCEPIT, *ipſe proſtituit.* Iuſtinian. in L. I. §. ſimilique modo C. de lat. libert. tollen. *Si quis ancillam ſuam ſub hac cōdicione alienauerit*, NE PROSTITVATVR: *nouus autē dominus impia mercatione eam proſtituendā eſſe tentauerit, vel ſi priſtinus dominus* INIECTIONEM MANVS, *in tali alienatione ſibi* RESERVAVERIT. Et aliis quoque pactis eiuſmodi manus iniectio excipi ſolebat, Paulus in L. Titius D. de ſeru. export. *Titius ſeruum vendidit ea lege*, VT SI ROMÆ MORATVS ESSET, MANVS INIICERE LICERET. Impp. Seuer. & Antonin. in L. I. C. ſi ſeru. export. ven. *Lege venditionis exportata mancipia ſub denuntiatione* MANVS INIICIENDÆ. Iidemque in L. II. C. eo. *Si vt* MANVS INIECTIONEM HABERES, *cauiſti.* Papinianus quoque puellam ea lege venditam, vt SI INTRA ANNVM NON MANVMITTERETVR, MANVM INIICERE LICERET, proponit in L. Cauſam §. I. D. de manumiſſionib.

Quandoque etiam mancipia ea lege venibant, VT MANVMITTERENTVR, L. ſi quis hac lege, D. de oper. libertor, L. ſi quis, & L. vlt. D. qui ſine manumiſſio, L. ſi quis hac lege, D. qui & à quib. manum. Imp. Alexan. in L. II. C. ſi mancip. ita fuer. alien. *Si ea lege Chreſtes ſeruum ſuum, ſed naturalem filium venundedit*, VT EMPTOR EVM MANVMITTERET. Idem in L. III. C. eo. *Si iuſta Saturnino puellam nomine Firmam agentem tunc annos ſeptem hac lege vendiderit*, VT CVM HABERET ANNOS VIGINTI QVINQVE LIBERA ESSET. Scæuola in L. vlt. D. de ſeru. exportan. *Cùm venderet Pamphilam & Stichum venditioni inſeruerat pactum conuentum*, VTI NE EADEM MANCIPIA ALTERIVS SERVITVTEM QVAM SEII PATERENTVR: POST MORTEMQVE EIVS IN LIBERTATE MORARENTVR. Addebatur verò aliquando, VT INTRA CERTVM TEMPVS MANVMITTERENTVR, L. quæſitum D. de ſeru. exportan. L. cum qui D. qui ſine manumiſſio. Modeſtin. in L. ſeruum §. I. D. de iure patronat. *Seruus is qui ea lege diſtractus eſt*, VT MANVMITTERETVR INTRA TEMPVS. Paulus in L. ſi quis hac lege D. de ſeru. export. *Si quis hac lege veniit*, VT INTRA CERTVM TEMPVS MANVMITTATVR. Idem in L. I. D. qui ſine manumiſſio. *Si ſeruus venditus eſt*, VT INTRA CERTVM TEMPVS MANVMITTATVR. Nonnumquam etiam pœna adiiciebatur. Papinian. in L. cauſam §. I. D. de manumiſſionib. *Puellam ea lege vendidit*, VT POST ANNVM AB EMPTORE MANVMITTERETVR: QVOD SI NON MANVMISISSET, *conuenit*, VTI MANVM INIICERET, AVT DECEM AVREOS EMPTOR DARET. Imp. Alexan. in L. vlt. C. ſi mancip. ita fuer. alien. *Si puellam ea lege vendidiſti*, VT MANVMITTERETVR: ET SI MANVMISSA NON ESSET, CENTVM AVREI PRÆSTARENTVR.

Contrà interdum ita venibant mancipia, NE AD LIBERTATEM PERDVCERENTVR. Imp. Gordianus in L. ea quidem C. ſi mancip. ita fuer. alien. *Ea quidem mancipia, quorum venditio eam legem accepit*, NE AD LIBERTATEM PERDVCANTVR, *etiã ſi manumittãtur, nanciſci libertatẽ non poſſunt.* Vlpian. L. ſi quis in graui §. hi quoq; D. de ſe. Silania. *Si hac lege ſeruus diſtractus erat quis*, NE MANVMITTERETVR. Paulus in L. ſeruus D. de manumiſſionib. *Seruus hac lege venditus*, NE MANVMITTATVR. Marcian. in L. ille ſeruus §. vlt. D. qui & à quib. *Qui hac lege venierint*, NE MANVMITTANTVR. Vlpian. in L. is qui §. in illis D. de manumiſſionib. *Si exportandus, vel hac lege venierit, vel teſtamento hanc condicionem acceperit*, NE VNQVAM MANVMITTERETVR. Et hoc eſt quod ait Vlpian. in L. ſeruum filij §. ſi idem D. de legat. I. *ſi is ſit ſeruus qui in perpetuam ſeruitutem venierit.* Quandoq; autem ita venibat mãcipiũ, VT NIHIL EXCIPERETVR. Seneca lib. I. Cõtrouerſ. II. *Vendit pirata, emit leno*, EXCIPITVR NIHIL. Serui planè emptor interdum donec pretium ſolueret, eum conductum rogabat, vt oſtendit, L. Serui emptor D. de peric. & commo. rei vend.

Iam vt ad pecudum venditiones tranſgrediamur, quemadmodum quamque pecudem emi oporteret ciuili iure, Varro lib. II. de re Ruſt. cap. I. ſe dicturum profitetur: *Neque in omnibus*, ait ille, *ſatis eſt ſtipulatio, aut ſolutio numorum ad mutationem dominij. In emptione alias ſtipulandum ſtatim eſſe è valetudinario, alias è ſano pecore, alias è neutro.* Idem eiuſdem lib. cap. II. hæc de ouium emptionibus tradit. *In emptionibus iure vtimur eo, quod lex præſcripſit. In ea enim alij plura, alij pauciora excipiunt. Quidam enim pretio facto in ſingulas oues*, VT AGNI CHORDI DVO PRO VNA OVE ANNVMERENTVR, ET SI CVI VETVSTATE DENTES ABSVNT, ITEM BINÆ PRO SINGVLIS VT PROCEDANT. *De reliquo antiqua ferè formula vtuntur. Cùm emptor dixit*, TANTI SVNT MI EMPTÆ? *& ille reſpõdit*, SVNT, *& expromiſit numos: emptor ſtipulatur priſca formula ſic*, ILLASCE OVES, QVA DE RE AGITVR, SANAS RECTE ESSE, VTI PECVS OVILLVM, QVOD RECTE SANVM EST EXTRA LVSCAM, SVRDAM, MINAM, ID EST VENTRE GLABRO NEQVE DE PECORE MORBOSO ESSE, HABEREQVE RECTE LICERE. HÆC SIC RECTE FIERI SPONDES?

Fructum verò ouium hac lege venire oportuiſſe Cato de re Ruſt. cap. CL. tradit, IN SINGVLAS CASEI P. I. S. DIMIDIVM ARIDVM, LACTE FERIIS QVOD MVLSERIT DIMIDIVM, ET PRÆTEREA LACTIS VRNAM I. HISCE LEGIBVS AGNVS DIEM ET NOCTEM QVI VIXERIT, IN FRVCTVM, ET KAL. IVN. EMPTOR FRVCTV DECEDAT. SI INTERCALATVM ERIT K. MAIIS AGNOS XXX, NE AMPLIVS PROMITTAT. OVES QVÆ NON PEPERERINT, BINÆ PRO SINGVLIS IN FRVCTV CEDENT. DIE LANAM, ET AGNOS VENDAT. MENSES X, AB COACTORE RELEGET PORCOS SERARIOS. IN OVES DENAS SINGVLOS PASCAT. CONDVCTOR II. MENSES PASTOREM PRÆBEAT, DONEC DOMINO SATISFECERIT, AVT SOLVERIT, PIGNERI ESTO.

Boues verò vti emi ſolerent, Varronis verbis docebo: Sic enim ille lib. II. de re Ruſt. cap. V. ſcribit. *Eos cùm emimus domitos, ſtipulamur ſic*, ILLOSCE BOVES SANOS ESSE, NOXISQVE PRÆSTARI? *Cùm indomitos, ſic*, ILLOSCE IVVENCOS SANOS RECTE, DEQVE PECORE SANO ESSE, NOXISQVE PRÆSTARI, SPONDES? *Paulo verboſius hæc, qui Manilij actiones ſequuntur: lanij, qui ad cultrũ bouẽ emunt, & qui ad altaria*, HOSTIÆ SANITATEM *nõ ſolent* STIPVLARI. Alfen. in L. ſi ex plagis §. quidam D. ad L. Aquil. proponit quendam boues vendidiſſe ea lege, VT DARET EXPERIENDOS. Similique lege equos & mulas quandoque veniſſe Vlpian. teſtis eſt in L. apud Labeonem D. de præſcript. verb. *Si tibi*, inquiens, *equos venales experiũdos dedero*, VT SI IN TRIDVO DISPLICVISSENT, REDDERES. Et §. I. ead. L. *Si mulas tibi dedero*, VT EXPERIARIS, ET SI PLACVISSENT, EMERES: SI DISPLICVISSENT, VT IN DIES SINGVLOS ALIQVID PRÆSTARES. Equum autem empturus ſolui iubebat ſtratum, ait Seneca lib. XI. Epiſt. LXXXI.

Animalium

Animalium planè venditor (quemadmodum Vlpian. in L. ex empto §. redhibitionẽ D. de actionib. emp. ſcribit) cauere debebat, EA SANA PRÆSTARI, & qui iumẽta vendebat, ſolebat ita promittere, ESSE, BIBERE VT OPORTET. Itaque & in equorum & in mulorum emptione de ſanitate & noxa ſtipulari emptor conſueuerat, teſte Varrone lib. II. de re Ruſt. cap. VII. & VIII. Eadémque in aſinorum venditione, ſtipulatio interponi conſueuerat. Sic enim ille lib. II. cap. VII. ſcribit, *In mercando item vt ceteræ pecudes emptionibus ac traditionibus dominum mutant*: DE SANITATE ET NOXA SOLET CAVERI. Sed & in ſuibus vendendis idem caueri ſolitũ ipſe Varro lib. II. cap. IIII. docet his verbis, *Emi ſolent ſic*, ILLASCE SVES SANAS ESSE, HABEREQVE RECTE LICERE, NOXISQVE PRÆSTARI, NEQVE DE PECORE MORBOSO ESSE SPONDES? *Quidam adijciunt*, PERFVNCTAS ESSE A FEBRI, ET A FORIA. At in caprarum venditione, contrà atque in ceteris pecudibus, ſanitas eodem auctore non promittebatur: *De emptione*, ait ille lib. II. cap. III. *aliter dico atque ſit, quod* CAPRAS SANAS *ſanus nemo promittit. Numquam enim ſine febri ſunt. Itaque ſtipulamur paucis exceptis verbis, ac Manilius ſcriptum reliquit, ſic*, ILLAS CAPRAS HODIE RECTE ESSE, ET BIBERE POSSE, HABEREQVE RECTE LICERE SPONDES? De capris planè Varroni ſuffragatur Plutarchus ἐν Αἰτίοις cuius verba hæc ſunt Διὰ τί κυνὸς καὶ αἰγὸς ἐκέλευον ἀπέχεσθαι τὸν ἱερέα, μήτε ἁπτόμενον, μήτε ὀνομάζοντα; Πότερον τῆς μὲν αἰγὸς βδελυττόμενοι τὸ ἀκόλαστον καὶ δυσῶδες, ἢ φοβούμενοι τὸ νοσηματικόν· δοκεῖ γὰρ ἐπιληψίᾳ καταλαμβάνεσθαι μάλιστα τῶν ζώων, καὶ προσαναχρώννυσθαι τοῖς φαγοῦσιν ἢ θίγουσιν, ἀπὸ τοῦ πάθους ἐχομένοις. Αἰτίαν δὲ λέγουσι τὴν στενότητα τῶν πνευματικῶν πόρων πολλάκις ἐπιλαμβανομένων, τεκμαιρόμενοι τῇ λεπτότητι τῆς φωνῆς· καὶ γὰρ ἀνθρώπων ὅσοις ἐπιληπτίζουσι συμβαίνει φθέγγεσθαι μηκασμῷ παραπλησίαν φωνὴν ἀφιᾶσι. Plinius lib. VIII. cap. L. de capris agẽs: *Auribus eas ſpirare non naribus, nec vnquam febri carere Archelaus auctor eſt*. Idem lib. XXVIII cap. X. de eodem pecudũ genere tractans, *Millia præterea remediorũ ex eo animali demonſtrantur, ſicut apparebit. Quod quidem miror, cum febri negentur carere*. Seruius in VII. Æneid. ad verſum, *Tùm verò ad vocem celeres*, Capram adnotat eſſe propriè Ditis patris hoſtiam, quod capra ſemper febriculoſa ſit. *Nam & ipſum*, ait, *Ditem patrem februum eſſe dicunt*.

Enimuerò in Canum venditione eaſdem de ſanitate & noxa, ſtipulationes, quas & in pecore fieri cõſueuiſſe Varro lib. II. de re Ruſt. cap. IX. ſcribit, cuius verba, quòd ad leges in huiuſmodi animalium emptione dictas pertineant, ſubieci. DE SANITATE ET NOXA. *ſtipulationes fiunt eædem, quæ in pecore: niſi quod hic vtiliter exceptum eſt. Alij pretium faciunt* IN SINGVLA CAPITA CANVM. *Alij*, VT CATVLI SEQVANTVR MATREM: *Alij*, VT BINI CATVLI VNIVS CANIS NVMERVM OBTINEANT, *vt ſolent bini agni, ouis. plerique*, *vt* ACCEDANT CANES QVI CONSVERVNT ESSE VNA. Aufidio etiã Pontiano, cùm greges ouiũ in Vmbria emeret, CANES ACCESSISSE SINE PASTORIBVS, ibidem ſcribit. Interdum autem IVMENTA PARIA, interdum IVGVM, vel PAR, vel DVO PARIA MVLARVM venibant L. Ædiles aiunt §. ſi fortè §. cùm autem & §. vlt. D. de ædilic. edic.

Quòd ad vini venditionem attinet, ſciendum eſt, interdum VINVM DOLIARE emptum, L. I. §. ſi doliare D. de peric. & commo. rei vend. Gaius in L. vina D. eo. tit. Si VINA QVÆ IN DOLIIS ERANT, *venierint*. Interdum verò EX DOLIARIO pars vini venibat, veluti, METRETÆ CENTVM, L. quod ſæpe §. ſed & ſi D. de contrahen. emptio. Paul. in L. ſi per emptorem D. de peric. & commo, *Si, verbi gratia*, AMPHORÆ CENTVM EX EO VINO QVOD IN CELLA ESSET, *venierint*. Vinum autem in doliis Cato lib. de re Ruſt. cap. CXLVIII. hoc modo venire tradit. VINI IN CVLLEOS SINGVLOS QVADRAGENÆ, ET SINGVLÆ VRNÆ DABVNTVR, QVOD NEQVE ACEAT, NEQVE MVCEAT. ID DABITVR IN TRIDVO PROXIMO, VIRI BONI ARBITRATV DEGVSTATO. SI NON ITA FECERIT, VINVM PRO DEGVSTATO ERIT. QVOT DIES PER DOMINVM MORA FVERIT, QVO MINVS VINVM DESGVSTET, TOTIDEM DIES EMPTORI PROCEDENT. VINVM ACCIPITO ANTE K. IAN. PRIMAS. SI NON ANTE ACCE-

PERIT, DOMINVS VINVM ADMETIETVR. QVOD ADMENSVM ERIT, PRO EO DOMINVS RESOLVITO. SI EMPTOR POSTVLARIT, DOMINVS IVSIVRANDVM DABIT, VERVM FECISSE. LOCVS VINI AD K. OCTOBRES PRIMAS DABITVR. SI ANTE NON DEPORTAVERIT, DOMINVS VINO QVID VOLET FACIET. *Cetera lex quæ oleæ pendenti.*

Plerumque certè AD MENSVRAM vinum venibat, L. I. §. ſed & cuſtodiam, D. de peric. & commo. diéſque ad metiendũ præſtituebatur, d. L. I. §. licet autem. In poteſtate autem contrahentium fuiſſe, quibus menſuris negotiatores vina compararent, Papirius Iuſtus, in L. Imperatores D. de contrahen. emptio. ſcribit. Nonnunquam ita vinum venibat, VT DEGVSTARETVR, deguſtationíque dies dicebatur, Vlpian. in L. ſi quis vina D. de peric. & commo. *Si quis vina vendiderit*, & INTRA CERTVM DIEM DEGVSTANDA DIXERIT. Alia autem deguſtandi, alia metiendi cauſa erat: Nam Guſtus ad hoc tantùm proficiebat, vt improbare liceret: Menſura verò non eo proficiebat, vt aut plus aut minus veniret, ſed vt appareret quantum emeretur, L. ſi in emptione §. alia D. de contrahen. emptio. Interim verò conueniebat, QVO AD PERICVLVM VINI VENDITOR SVSTINERET, L. I. in princ. D. de peric. & commo. Vina etiam empta, EXCEPTIS ACIDIS ET MVCIDIS, proponit Pompon. in L. ſi vina D. eo. tit. Vinum autem ita quandoque venibat, VT IN SINGVLAS AMPHORAS CERTVM PRETIVM DICERETVR, L. quod ſæpe §. in his D. de contrahen. emptio. Quandóque verò PER AVERSIONEM VENIBAT L. ſi quis vina §. I. & §. vino autem, D. de peric. & commo. Vina planè tradita videbãtur, cùm claues cellæ vinariæ emptori traditæ erãt, L. I. §. ſi iuſſerim D. de adquir. poſſ. VINVM etiã PENDENS interdũ venibat. Iulian. in L. qui pendentem, D. de actionib. emp. *Qui* PENDENTEM VINDEMIAM *emit*. Plinius lib. XIIII. cap. IIII. *Emptori addicta* PENDENTE VINDEMIA. Vinum autem pendens hac lege venire oportere tradit Cato lib. de re Ruſt. cap. CXLVII. VINACEOS ILLVTOS ET FÆCEM RELINQVITO. LOCVS VINIS AD K. PRIMAS DABITVR. SI NON EXPORTAVERIS, DOMINVS VINO, QVID VOLET, FACIET. Ceteram legem eandem fuiſſe cùm ea quæ oleæ pendenti diceretur, addit.

Oleam verò pendentem hac lege venire oportuiſſe, idem Cato de re Ruſt. cap. CXLVI. tradit. OLEA PENDENS IN FVNDO VENAFRO VENIBIT. QVI OLEAM EMERIT, AMPLIVS QVAM QVANTI EMERIT, OMNIS PECVNIÆ CENTESIMA ACCEDET. PRÆCONIVM PRÆSENS, SS. L. ET OLEVM ROMANICI PONDO 8. D. TVRIDIS P. CC. OLEÆ CADVCÆ Mo. L. Mo. STICTIVÆ X. MODIO OLEARIO MENSVM DATO VNGVINIS PONDO X. PONDERIBVS MODIISQVE DOMINI DATO IRI PRIMÆ COTVLAS DVAS. DIES ARGENTO EX K. NOV. MENSIVM X. OLEÆ LEGENDÆ FACIVNDÆ QVÆQVE LOCATA EST, ET SI EMPTOR LOCARIT, IDIBVS SOLVITO. RECTE HÆC DARI, FIERIQVE, SATISQVE DARI DOMINO, AVT CVI IVSSERIT PROMITTITO, SATISQVE DATO ARBITRATV DOMINI. DONICVM SOLVTVM ERIT, AVT ITA SATIS DATVM ERIT, QVÆ IN FVNDO ILLATA ERVNT, PIGNERI SVNTO. NE QVID EORVM DE FVNDO DEPORTATO. SI QVID DEPORTAVERIT, DOMINI ESTO. VASA, TORCVLA, FVNES, SCALAS, TRAPETOS, SI QVID ET ALIVD DATVM ERIT, SALVA RECTE REDDITO, NISI QVÆ VETVSTATE FRACTA ERVNT. SI NON REDDET, ÆQVVM SOLVITO. SI EMPTOR LEGVLIS ET FACTORIBVS, QVI ILLIC OPVS FECERINT, NON SOLVERIT, CVI DARI OPORTEBIT, SI DOMINVS VOLET, SOLVAT. EMPTOR DOMINO DEBETO, ET ID SATISDATO, PROQVE EA RE ITA, VTI S. S. E ITEM PIGNERI SVNTO. Quæ notæ hoc ſignificant, *vti ſuprà ſcriptum eſt*. Fructum etiam oliuæ pendentis venditum docet, L. ſi debitor D. de contrah. empt. Oleum verò ipſum ita plerumque venibat

bat, vt in ſingulos metretas pretium diceretur, L. quod ſæpe §. in his D. de contrahen. emptio. Hinc eſt quod in olei emptione ponderibus minoribus emptorẽ, vel contrà adhibitis iniquis ponderibus in modo circumuentum venditorem ab emptore proponit Vlpian. in L. ſi quis à me D. de actionib. emp. Sed & frumentum plerumque ita venibat, vt in ſingulos modios certum pretium diceretur, L. quod ſæpe, §. in his D. eo. tit. Quendam autẽ cùm FRVMENTA QVÆ IN HERBIS ERANT, venderet, dixiſſe Labeo refert, SI QVID VI AVT TEMPESTATE FACTVM ESSET, SE PRÆSTATVRVM, L. fiſtulas §. vlt. D. de contrahen. emptio. Vt autem fructus pendentes venibant, ita & dominum fundi de prædio ARBORES STANTES vendidiſſe, narrat Pomponius in L. Quintus D. de actionib. empti.

Ceterùm qua lege PABVLVM HYBERNVM venire oporteret, Cato lib. de re Ruſt. cap. CXLIX. docet in hæc verba. QVA VENDAS FINI DICITO. PABVLVM FRVI OCCIPITO EX KALEND. SEPTEMTRIBVS. PRATO SICCO DECEDAT, VBI PRIVS FLORERE CEPERIT. PRATO IRRIGVO, VBI SVPER INFERVE VICINVS PERMITTET, TVM DECEDITO, VEL DIEM CERTAM VTRIQVE FACITO. CÆTERO PABVLO KAL. MARTIIS CEDITO. BVBVS DOMITIS BIMIS CANTERIO VNI, CVM EMPTOR PASCET, DOMINO PASCERE RECIPITVR. OLERIS, ASPARAGIS, LIGNIS, AQVA, ITINERE, ACTV, DOMINI VSIONI RECIPITVR. SI QVID EMPTOR, AVT PASTORES, AVT PECVS EMPTORIS DOMINO DAMNI DEDERIT, BONI VIRI ARBITRATV RESOLVAT. SI QVID DOMINVS, AVT FAMILIA, AVT PECVS, EMPTORI DAMNI DEDERIT, VIRI BONI ARBITRATV RESOLVETVR. DONICVM PECVNIAM SATISFECERIT AVT DELEGARIT, PECVS ET FAMILIA, QVÆ ILLIC ERIT, PIGNERI SVNTO. SI QVID DE IIS REBVS CONTROVERSIÆ ERIT, ROMÆ IVDICIVM FIAT.

De vaſorum vtique venditione hæc Pomponius in L. Tenetur §. ſi vas D. de actionib. emp. perſtringit. *Si vas aliquod mihi vendideris, & dixeris* CERTAM MENSVRAM CAPERE, VEL CERTVM PONDVS HABERE. Et mox: *Si vas mihi vendideris, ita* VT ADFIRMARES INTEGRVM. NAVIS etiam CVM INSTRVMENTO, venibat, L. vlt. D. de inſtruc. vel inſtrum. De ſcapha verò niſi nominatim conueniſſet, ea nauis eſſe non cenſebatur, L. ſcapham D. de euictionib. Vt plurimum certè funiculus à puppe religatus ſcapham annexam trahebat, vt Cicero lib. II. de Inuentio. loquitur.

Sed vt ad earum quæ in ſolo conſiſtunt, venditiones tranſeam, Qui ædes emebant, villáſve, prius eas adhibitis fabris inſpiciebãt, vt ſcirẽt an in tecto vel parietibus eſſet aliquid vitij. Cicero Epiſt. XV. lib. IX. famil. ad Pætum. *Domum Sullanã deſperabã iam, vt tibi proximè ſcripſi, ſed tamen non abieci. Tu velim, vt ſcribis, cùm fabris eam perſpicias. ſi enim nihil eſt in parietibus aut in tecto vitij, cetera mihi probabuntur.* Sueton. in Othone cap. VI. *Deinde liberto adeſſe architectos nuntiante, quod ſignum conuenerat, quaſi venalem domum inſpecturus, abſceßit*: Similíque modo, prædia inſpici antequam emptio contraheretur, conſueuiſſe, argumento eſt L. ſi poſt inſpectum, D. de peric. & commo. Hortos quoque venales inſpici Cicero Attico mandat lib. XIII. Epiſt. I. & XXVIII.

Interdum autem qui domum vendebat, commendandi cauſa dicebat, DOMVM BENE ÆDIFICATAM, L. ea quæ commendandi, D. de contrahen. emptio. Cic. lib. III. Officio. *Quòd ſi qui* PROSCRIBVNT VILLAM BONAM, BENE ÆDIFICATAM, *non exiſtimantur, fefelliſſe etiam ſi illa nec bona eſt, nec ædificata ratione.* Plerumque verò ædes VTI OPTIMÆ MAXIMÆQVE ERANT, venibant, quemadmodum Vlpian. oſtendit in L. qui vti D. de verbor. ſignificatio. Contrà in L. ſi binarum D. de ſeruitutib. vrb. præd. *Si binarum*, ait Marcianus, *ædium dominus dixiſſet*, EAS QVAS VENDERET, SERVAS FORE. Domum etiam à quodam, VTI AB EO POSSESSA ERAT, venditam refert Scæuola in L. creditor. §. inter D. de actionib. emp.

Interdum ædium venditor HABITATIONEM SIBI VEL INQVILINIS SVIS EXCIPIEBAT. Paulus in L. ſi ſterilis, §. vlt. D. de actionib. emp. *Qui domum vendebat*, EXCEPIT SIBI HABITATIONEM DONEC VIVERET, AVT IN ANNOS SINGVLOS DECEM. Vlpian. in L. Iulianus, §. ſi venditor, D. de actionib. emp. *Si venditor* HABITATIONEM EXCEPERIT, VT INQVILINO LICEAT HABITARE, ET COLONO VT PERFRVI LICEAT AD CERTVM TEMPVS. Heredem quoque cùm domum hereditariam venderet, EXCEPISSE Papinian. refert, VT HABITATIONES SECVNDVM DEFVNCTI VOLVNTATEM SVPER PRETIVM LIBERTIS PRÆSTARENTVR, L. habitationum, D. de peric. & commo. rei vend.

Ac planè qui habitationem alicui locauerat, ſi aliqua ex cauſa ædes venderet, curare debebat, vt apud emptorem quoque eadem pactione inquilino habitare liceret, L. ſi merces, §. 1. D. loca. Quòd ſi quis in ea inſula quam vendebat, gratis habitationem cui dediſſet, ita recipiendo, HABITATORIBVS, AVT QVAM QVISQVE DIEM CONDVCTVM HABET, parum cauebat. Nominatim enim de his recipi oportebat, L. ſi mercedem, §. vlt. D. de actionib. emp. De penſionibus quoque ædium quæ venibant, ſi ex locatæ eſſent, caueri ſolebat. Paul. in L. inſulam, D. qui potior. *Inſulam*, ait, *vendidi: & dixi*, PRIORIS ANNI PENSIONEM MIHI, SEQVENTIVM TIBI ACCESVRAM, PIGNORVMQVE AB INQVILINO DATORVM IVS VTRVMQVE SECVTVRVM. Labeo in L. Inſulam D. Loca. *Inſulam vno pretio totam locaſti, & eam vendidiſti ita*, VT EMPTORI MERCEDES INQVILINORVM ACCEDERENT. Labeo in L. ſi mercedem, D. de actionib. emp. *Si* MERCEDEM INSVLÆ ACCESSVRAM ESSE EMPTORI, *dictum eſt*. Et mox: *Et in vendenda inſula*, MERCEDEM EMPTORI CESSVRAM ESSE, *dixeris*. Vlpian. etiam in L. Iulianus, §. in his autem, D. eo. tit. *cùm conuenit*, ait, VT VENDITOR PRÆTERITAM MERCEDEM EXIGAT, ET EMPTORI PRÆSTET.

Planè RVTA, CÆSA, quæ neque ædium neque fundi eſſent, à venditore ferè recipiebantur. Vlpian. in L. fundi, §. ſi ruta D. de actionib. emp. *Si* RVTA ET CÆSA EXCIPIANTVR IN VENDITIONE. Cicero Topicis. *Fecique, quod ſæpe liberales vẽditores ſolẽt, vt cùm ædes fundúmve vendiderint*, RVTIS CÆSIS RECEPTIS, *concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi cauſa aptè & loco poſitum eſſe videatur*. Idem in Partitionib. *Aut cùm ex lege prædij, quæritur quæ ſint* RVTA CÆSA. Idem lib. II. de Orato. *Sed dicet te, cùm ædes paternas venderes, ne* IN RVTIS *quidem* ET CÆSIS *ſolium paternum recepiſſe*. Varro. lib. v. de lingua Lat. *Ideoque in venditionis lege, fundi* RVTA CÆSA *ita dicimus, vt producamus*. Huc pertinet quod Pomponius in L. in vendendo, §. vlt. D. de contrahen. emptio. tradit. *Qui ſcripſit*, RVTA, CÆSA, QVÆQVE ÆDIVM, FVNDIVE NON SVNT, · *hu idem ſcriptum*. Eodem etiam referenda eſt, L. in rutis D. de verb. ſignifi. Seruitutes autem (quod & ante vinginti annos lib. I. Selectar. Antiquit. adnotare me memini) ita recipiebantur, STILLICIDIA, FLVMINA, LVMINA, VTI NVNC SVNT, ITA SINT. PARIES ONERI FERVNDO, VTI NVNC EST, ITA SIT. Cicero lib. I. de Orato. *Nam cùm ædes*, L. *Fuſio venderet*, IN MANCIPIO, LVMINA VTI TVM ESSENT, ITA RECIPIT. Illic enim, *in mancipio*, eſt, *in mancipij lege*, vt eiuſdem libri alio loco Cic. loquitur. Pompon. in L. cùm in lege D. de contrahen. emptio. *Cùm in lege venditionis ita ſit ſcriptum*, FLVMINA, STILLICIDIA, VTI NVNC SVNT, VT ITA SINT, *nec additur quæ flumina vel ſtillicidia*. Vlpian. in L. ſi arborem, §. vlt. D. de ſeruit. vrban. præd. *Hæc lex traditionis*, STILLICIDIA, VTI NVNC SVNT, VT ITA SINT, *hoc ſignificat impoſitam vicinis neceſſitatem recipiendorum ſtillicidiorum, non illud, vt etiam emptor ſtillicidia ſuſcipiat ædificiorum vicinorum. Hoc igitur pollicetur venditor, ſibi quidem ſtillicidiorum ſeruitutem deberi, ſe autem nulls debere*. Pompon. in L. ſeruitus D. de ſeruit. vrban. præd. *Si ſeruitus impoſita fuerit*, LVMINA QVÆ NVNC SVNT, VT ITA SINT. Paul in L. eum debere, D. eo. tit. *Nã cùm in lege ædium ita ſcriptum eſſet*, PARIES ONERI FERVNDO, VTI NVNC EST, ITA SIT. Varro lib. IIII. de ling. Lat. *Fluuius quòd fluit. Item flumen.*

A qua

A qua lege prædiorum vrbanorum ſcribitur, STILLICIDIA FLVMINAQVE VT ITA FLVANT CADANTQVE.

Ceterùm circumfertur antiquum venditionis ædium inſtrumentum, ex vetuſtis membranis deſcriptum, quod ego quo iure quáque condicione eſt, non meo, ſed eorum qui ediderunt, periculo ſubiiciam. Id ſic habet. PASCVTIVS CVLITA PASCVTII CVLITÆ F. SARNENSIS SARCVLARIVS, CVM PICNANTIA NICELLA, QVÆ VIRO SVO NVNC HIC ADEST, ET SVO ET VXORIS NOMINE, VENDIT SECNITIO PVNESTILLO, ACCERRANO VIATORI, QVI IPSVS EMIT SIBI, LIBERIS, NEPOTIBVS, PRONEPOTIBVSQVE SVIS, CVM OMNI POSTERITATE DOMVNCVLAM: SITA EST SARNENSI IN SVBVRBIO, SECVNDVM FLVMEN. TRIBVLES AC VICINOS BONOS HABET, PILVTIVM, RVFILVM, COCLEATIVM SVRRIPONEM, ITEMQVE LARDATIVM FABARONEM. PROBA EST DOMVNCVLA TOTA, PROBA CONTIGNATIO, PROBVS PARIES, TECTVM IPSVM PROBE CANTERIATVM ADSERVLATVMQVE, QVERNIS ETIAM SCANDVLIS AVERVNCONIS FABRI. PROBA CISTERNA, SINE VLLO SALICVLI VITIO, AVT LATRINÆ SERVITVTE. FVNDAMENTA BENE IACTA: VOLVTABRVM LVTVLENTVM, IN QVO VICINIÆ TOTIVS SORDES DESIDEANT. HARVLA AD SOLEM MERIDIANVM EXPOSITA, FIRMITERQVE QVATERNATA. VNCIOLÆ TRES PRECIVM. TV PASCVTI ACCEPISSE ARGENTVM OMNE PERPENSVM PROBE ET ENVMERATVM FATERIS. TIBI VERO, SECNITI, EA DOMVNCVLA SOLLEMNI MORE EST A PASCVTIO EVINCVNDA, AB IPSIS ETIAM FVNDAMENTIS TOTA, CVM TECTO, ADSERIBVS, CANTERIIS, CLAVICVLIS, SCALIS, FORIBVS CVLINÆ VOLVTABRIQVE DECVRSIBVS, AB INFIMO SOLO AD VSQVE COELI SVBSELLIVM, CVM IPSO ETIAM COELO, CVMQVE TERRÆ IMIS ATQVE FERIMIS INFERNISQVE. SISTES AVTEM IN OMNI FORO ET CAVSA, FESTIS PROFESTISQVE FASTIS NEFASTISQVE DIEBVS SECNITIO AC SEGNITII POSTERIS. PRO QVO PRÆSTANDO PRÆDIA, SVPELLECTILEMQVE SVAM, ET CVM EA BASEM, COFINVM, RISCVM, AC RETE TRIPLVMBATVM OBLICATVM OBLICAT, SEQVE STATVRVM IN PRÆTORIO AD IVDICEM. TV PASCVTI FVSTE ILLVM INVESTITO. TV SECNITI FVSTEM MANV CAPITO. HÆCCE VTI VERA SVNT SCIENS VOLENSQVE, SVÆ SPONTIS ATQVE EX CONVENTO VTQVE INTER VIROS BONOS DECET, VTERQVE AGITIS, MEQVE VT SCRIBAM ROCATIS, IVREQVE IVRANDO CVNCTA HÆC CONFIRMATIS. TESTES ADSVNT MORE ADCITI ROCATIQVE, VIRI VTIQVE PROBI.

PLOTIVS LOCVSTA PESVLANVS

CASELLIO ALBANVS

LICIDA ALBVTIVS FREGELLANVS

HÆCCE SICCE CONVENERE, HISCE VERBIS HISCE CONDITIONIBVS ACTA ET TRANSACTA SVNT, HISCE ADSENTIENTE VXORE PICNANTIA, VT PAR EST, VIROS INTER BONOS BENE AGIER.

KAL. QVINTILIB. PRÆT. BALBO.

BEBIVS PORCA.

Verùm vt ad fundorũ venditionem accedamus, ſciendũ eſt propriis appellationibus deſignatos fundos qui venibant. Fundorũ autẽ venditorũ hæc in libris noſtris nomina inueniuntur, CORNELIANVS, SEMPRONIANVS, MÆVIANVS, SEIANVS, TITIANVS, GERONIANVS, BOTROIANVS, RVTILIANVS, SVTRI-

NVS, TVSCVLANVS GABINIANVS, L. in venditionibus, D. de contrahen. emptio. L. Titius D. de actionib. emp. L. ſi marito D. de fun. dot. L. Seia D. de euictionib. L. qui fundum §. 2. D. pro empt. L. ſi me in vacuam D. de adquiren. poſſeſ. L. venditor D. commun. præd. L. qui fundum D. ad L. Falcid. L. prædiis §. Titio D. de leg. III. L. Æmilius Larianus, D. de minorib. Quas appellationes in fundis quoque legandis vſurpatas libro proximo demonſtrabo. Eodemque modo FVLCINIANI nomen fundo tribuitur à Cicero. in Oratio. pro Cluent. Auito.

Plures autem fundi ſpecialiter nominatim vno inſtrumento emptionis interpoſito plerumque venibant, L. cùm plures D. de euictionib. & ſimul vno pretio comparabãtur, L. prædiis §. Titio D. de legat. III. Aliquãdo etiam ſingula iugera agri certo pretio venibant L. ſi fundo D. de euictionib. L. qui fundum, §. qui agrum D. de contrah. emp. Quinetiam non totus modo fundus venibat, ſed & pars: dimidia fortè, bes, vel triens fundi L. minor §. ſi à me beſſem, D. eo. tit. Sed & deducto vſufructu, quandoque fundus venibat. Qui autem fundum vendebat, cuius ad eum nuda proprietas pertinebat, in lege dicebat, IN EO VSVMFRVCTVM HVIVS vel ILLIVS ESSE. Pomponius in L. fundum D. de actionib. emp. *Fundũ mihi cùm venderes, deducto vſufructu, dixiſti*, EVM VSVMFRVCTVM TITII ESSE, Africanus in L. fundum D. de euictionib. *Fundum, cuius vſusfructus Attij erat, mihi vendidiſti, nec dixiſti*, VSVMFRVCTVM ATTII ESSE.

In fundorum vtique venditione MODVS agri plerúmque dicebatur, L. II. D. de actionib. emp Paul. in L. qui fundum §. qui agrum D. de contrahen. emptio. *Qui agrũ vendebat, dixit*, FVNDI IVGERA DECEM ET OCTO ESSE, *& quod* EIVS ADMENSVM ERIT, AD SINGVLA IVGERA CERTVM PRETIVM STIPVLATVS ERAT. Pompon. in L. ſi duorũ D. de actionib. emp. *Si duorũ fundorum venditor, ſeparatim* DE MODO CVIVSQVE PRONVNTIAVERIT: Et mox, *Fortè ſi dixit*, VNVM CENTVM IVGERA, ALTERVM DVCENTA HABERE. Vlpian. in L. Iulianus §. ſi Titius D. de actionib. emp. *Si Titius fundum in quo nonaginta iugera erant, vendiderit, & in lege emptionis dictum eſt*, IN FVNDO CENTVM ESSE IVGERA. Aggenus Vrbic. ad Frontin *Nam ſoliti erant antiqui in conductiones & in emptiones modum comprehendere, atque ita cauere*, FVNDVM ILLVM, IVGERA TOT, IN SINGVLIS IVGERIBVS TANTVM. *Itaque ſi in ea regione agitur, vbi hæc erit conſuetudo, aut cautiones ſcilicet aut emptiones intuendæ erunt*. Quem locum ita vt interpungendum cenſeo, deſcripſi. Paul. etiam in L. qui fundum D. de contrahen. emptio. proponit quendam qui fundum vendiderat, in lege ita dixiſſe, VT EMPTOR IN DIEBVS XXX. PROXIMIS FVNDVM METIRETVR, ET DE MODO RENVNTIARET, ET SI ANTE EVM DIEM NON RENVNTIASSET, VT VENDITORIS FIDES SOLVTA ESSET. Eius rei ergo menſores adhibitos, vbi emptor vel venditor ſcire vellent, cuiuſmodi ager veniret, tradit Vlpian. in L. I. D. ſi menſor falſ. mod.

In modum autem agri non cedebant viæ publicæ, limites, luci, qui fundum tangebant, niſi id ipſum actum eſſet, vt cederent: cùm verò neutrum dictum erat, cedere non debebant. Et ideò, vt ait Paul. in L. id quod §. vlt. D. de peric. & commo. rei vend. *Nominatim caueri ſolebat*, VT LVCI, VIÆ PVBLICÆ, QVÆ IN FVNDO ESSENT, TOTÆ IN MODVM CEDERENT. Idem in L. litora D. de cõtrahen. emptio. Litora quæ fundo vendito coniuncta erant, vias item publicas aut loca religioſa vel ſacra in modum minimè computari ſcribit. *Itaque*, addit, *vt proficiant venditori, caueri ſolet*, VT VIÆ PVBLICÆ, ITEM LITORA, ET LOCA PVBLICA IN MODVM CEDANT. Ceterùm cùm in fundo vendito modus pronuntiatus deerat, ſumebatur portio ex pretio, quod totum colligendum erat ex iugeribus dictis, L. qui libertatis §. vlt. D. de euictionib.

Præter MODVM autem etiam QVALITAS iugerum plerumque dicebatur L. ſi fundo & L. ſi duorum, D. de actionib. emp. Vnde Iulian. in L. ſi in qualitate D. eo. tit. *Si in* QVALITATE FVNDI *venditor mentitus ſit, non* IN MODO EIVS, *tamen tenetur emptori. Ponè enim dixiſſe eum*, QVINQVAGINTA IVGERA ESSE VINEÆ, ET QVINQVAGINTA PRATI.

Sed &

Sed & agri qui venibat, FINES DEMONSTRABANTVR, L. ſed ſi communis §. vlt. D. de contrahen. emptio. L. eos terminos D. fin. regundor. Alphen. in L. qui fundum D. de Euictionib. *Qui fundum tradiderat iugerum centum*, FINES, *multo amplius emptori* DEMONSTRAVERAT. Imp. Alexand. in L. ſi fines C. eo. tit. *Si* FINES AGRI *venditor* DEMONSTRAVIT, *& legem dixit*, INTRA EOS NEMINEM INGRESSVRVM. Modeſtin. in L. quæro D. de actionib. emp. *Si quis ita fundum vendiderit*, VTI VENVNDATVM ESSE VIDEATVR, QVOD INTRA TERMINOS IPSE POSSEDIT. Planè demonſtratione fundi facta, fines nominari ſuperuacuum erat: Si tamen nominarentur, etiam ipſum venditorem nominare oportebat, ſi fortè alium agrum confinem poſſideret, L. cum ſeruo §. vlt. D. de contrah. emptio. In vendendo autem fundo confines nominari conſueuiſſe indicat L. quod ſæpe §. vlt. D. eod. tit.

Sanè fundi venditor eum vel LIBERVM, vel SERVVM ESSE dicebat. Vlpian. in L. traditio D. de acquir. rer. domin. *Si quis igitur fundum* DIXERIT LIBERVM, *cùm traderet, qui* SERVVS SIT. Paul. in L. ſi tibi D. de actionib. emp. *Si tibi* LIBERVM PRÆDIVM *tradidero, cùm* SERVIENS *tradere deberem*. Liberum autem eſſe fundum ſignificabat his verbis, VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE EST, L. cùm fundus D. de euictionib. Nam vt Venuleius ſcribit in L. quod ad ſeruitutes D. eo. tit. Si VT OPTIMVS MAXIMVSQVE ESSET, traditus eſſet fundus, is liber ab omni ſeruitute præſtandus erat. Vbi hoc addit, *Et vera eſt Quinti Mucij ſententia, vt qui* OPTIMVM MAXIMVMQVE FVNDVM TRADIDERIT, *liberum præſtet, non etjam deberi alias ſeruitutes, niſi hoc ſpecialiter ab eo acceceſſum ſit*. Quæ Mucij ſententia etiam refertur à Celſo in L. cùm venderes D. de contrahen. emptio. *Cùm venderes fundum, non dixiſti*, ITA VT OPTIMVS MAXIMVSQVE: *verum eſt, quod Qu. Mucio placebat, non* LIBERVM, *ſed qualis eſſet, fundum præſtari oportere*. Paul. in L. non tantùm D. de verbor. ſignificatio. *Non tantùm in traditionibus, ſed & in emptionibus & ſtipulationibus & teſtamentis, adiectio hæc*, VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE EST, *hoc ſignificat*, VT LIBERVM *præſtetur prædium, non vt etiam ſeruitutes ei debeantur*. Procul. in L. ſi cùm fundum D. eod. tit. *Si cùm fundum tibi darem, legem ita dixit*, VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE ESSET, *& adieci*, IVS FVNDI DETERIVS FACTVM NON ESSE PER DOMINVM. Sicul. Flacc. in lib. de Condicionib. agror. Ad *omnes autem*, inquiens, *agros ſemper iter liberum eſt. Nam aliquando deficientibus vijs vicinalibus, per agros alienos iter præſtatur, quæ etiam conueniunt precario, vt ſeruitutem præſtent his agris ad quos neceſſe habent tranſmittere peruium. Nam & in his verbis comprehenditur*, ITA VT OPTIMVS MAXIMVSQVE EST. Scæuola etiam in L. vlt. §. vlt. D. de contrahen. emptio. proponit Lucium Titium vendidiſſe fundum, additis verbis his, QVO IVRE QVAQVE CONDICIONE PRÆDIA LVCIJ TITII HODIE SVNT, ITA VENEVNT, ITAQVE HABEBVNTVR.

Enimuerò ſi quam ſeruitutē fundus qui venibat deberet, nominatim ea venditionis lege excipi ſolebat: Qui autem ſic excipiebat, SERVITVTES SI QVÆ DEBENTVR, DEBEBVNTVR, ſi certis quibuſdam perſonis certas ſeruitutes debere ſe, non admonuiſſet emptorem, ex empto nihilominus tenebatur: quoniam hæc generalis exceptio non ad ea pertinère debebat, quæ venditor nouerat, quæque ſpecialiter excipere poterat & debebat, L. quæro D. de actionib. emp. Itaque ſi quis in fundo tradendo, cùm ſciret certam ſeruitutem deberi, perfuſoriè dixiſſet, ITINERA, ACTVS, QVIBVS SVNT, VTIQVE SVNT, RECTE RECIPITVR, Euictionis quidem nomine ſe liberabat, ſed quia deceperat emptorem, empti iudicio tenebatur, L. qui libertatis §. vlt. D. de euictionib. Proponitur etiam ab Vlpia. in L. 1. §. 1. D. de actionib. emp. lex ita dicta, NVLLA QVIDEM SERVITVS DEBETVR: VERVM NE EMERGAT INOPINATA SERVITVS, NON TENEOR. Iulian. in L. Minor §. vlt. D. de euictionib. *perinde tenetur ac ſi dixiſſet*, VSVSFRVCTVS NOMINE ADVERSVS SEIVM NON TENERI.

Quidquid autem venditor ſeruitutis nomine ſibi recipere volebat, nominatim recipi oportebat. Et ita quendam qui duo prædia habebat, in vnius venditione, AQVAM, QVÆ IN FVNDO NASCEBATVR, ET CIRCA EAM AQVAM LATE PEDES X. EXCEPISSE, narrat Paulus in L. qui duo D. de ſeruitutib. ruſticor. præd. Similiter Pomponius in L. ſi partem D. quemadm. ſeruit. amitt. *Si partem*, ait, *fundi vendendo, lege cauerim*, VTI PER EAM PARTEM IN RELIQVVM FVNDVM MEVM AQVAM DVCEREM. Vlpian. in L. venditor D. commun. prædior. venditorem fundi Geroniani refert fundo Botroiano quem retinebat, legem dediſſe, NE CONTRA EVM PISCATIO THYNNARIA EXERCERETVR. Sicul. Flacc. in lib. de Condicionib. agror. *Priuatæ itaque viæ ad finitiones agrorum non pertinent, ſed ad itinera eu præſtanda, quæ ſub exceptione nominari in emptionibus agrorum ſolent.* Generalis autem illa receptio, QVIBVS EST SERVITVS VTIQVE EST, ad extraneos duntaxat pertinebat, nihilque venditori proſpiciebat ad iura eius conſeruanda, L. quidquid, D. commun. prædior.

Sed & ſi quæ fundo vendito ſeruitus deberetur, nominatim quoque lege venditionis comprehendi conſueuerat. Pompon. in L. Tenetur §. ſi tibi iter D. de actionib. emp. *Si fundum tibi vendidero, &* EI FVNDO ITER ACCESSVRVM, *dixero*. Idem in L. In vēdendo D. de contrah. emptio. in vendendo fundo dictū proponit, VIAM, ITER, ACTVM, AQVÆDVCTVM PRÆSTATV IRI. Vlpian. etiā in L. Is qui duo D. de ſeruit. ruſtic. præd. in lege quadam dictum fuiſſe commemorat, VT AQVAM EMPTORI SVLCO APERTO RECTE DVCERE LICERET. Paulus in L. qui fundū §. 1. D. de contrah. emptio. *In lege fundi*, AQVAM ACCESSVRAM, *dixit*. Venul. in L. quod ad ſeruitutes D. de euictionib. *venditorem non teneri, niſi nominatim dixerit*, ACCESSVRVM ITER, VEL ACTVM. Extat Veronæ inſcriptio huiuſmodi, C. VALERIO. ANTHIOCO. PATRI. LÆVIÆ. ET. MARI. VERO. SVPER. FLV. ATHESIS. HVIVS. MONVMENT. EMPTIONI. ACCESSIT. ITER. AC. IVS. AD. PVTEVM. HAVSTVS. AQVÆ. EX. SVBVRBANO. RVTILIANO.

Prædij etiam venditor de tributo, & aliis oneribus dicebat, L. ſi ſterilis §. 1. L. creditor D. de actionib. emp. Eóque pertinet quod Vlpian. in L. Iulianus §. Idem Iulianus, D. de actionib. emp. ſcribit, *Si cùm venditor ſciret, fundum pluribus municipiis legata debere, in tabula quidem conſcripſerit*, VNI MVNICIPIO DEBERI, *verùm poſtea legem conſignauerit*, SI QVA TRIBVTORVM, AVT VECTIGALIS, INDICTIONISVE QVID NOMINE, AVT AD VIÆ COLLECTIONEM PRÆSTARE OPORTET, ID EMPTOREM DARE FACERE PRÆSTAREQVE OPORTERE. Papinian. in L. in venditione D. eo. tit. *In venditione, ſuper* ANNVA PENSITATIONE PRO AQVÆDVCTV, *infra domum Romæ conſtitutam, nihil commemoratum eſt.*

Illa ferè ſemper lex venditionibus adiiciebatur, SI QVID SACRI, VEL RELIGIOSI, VEL PVBLICI EST, EIVS NIHIL VENIT, vt docet L. hanc legem & L. pacta conuenta §. vlt. D. de contrahen. emptio. Legibus quoque prædiorum vendendorum ſolitum caueri, Pomponius ſcribit, VT AD SEPVLCHRA QVÆ IN FVNDIS ERANT, ITER EIS ADITVS, ABITVS, FVNERIS FACIVNDI CAVSA ESSET. L. vtimur D. de ſepul. viol. Quo Cicero reſpiciens in Oratio. pro Roſc. Amer. *Mors hominis*, ait, *florentiſſimi Sexti Roſcij crudeliſſima: filij autem eius egeſtas indigniſſima: cui de tanto patrimonio prædo iſte nefarius ne* ITER QVIDEM AD SEPVLCHRVM PATRIVM *reliquiſſet*. Sed & cùm venditor fundi LOCVM SEPVLCHRI EXCIPIEBAT, AD HOC VT IPSE POSTERIQVE EIVS ILLO INFERRETVR, etiam hoc exceptum inter ementem & vendentem cenſebatur, VT EI PER FVNDVM SEPVLTVRÆ CAVSA IRE LICERET, quemadmodum Vlpian. ſcribit in L. ſi venditor, D. de religioſ. & ſump. fun. De huiuſmodi autem itu, aditúque ad ſepulchra elegans, Romæ viſitur inſcriptio, in hæc verba. HVIC MONVMENTO ITER, ADITVS, AMBITVS DEBETVR EX SENTENTIA EROTIS AVG. L. IVDICIS A VIA CAMPANA PVBLICA DEXTROVERSVS INTER MACERIAM CALAMINAM ET INSVLAM EVCARPIANAM, PER LA-

TITVDINEM

TITVDINEM PEDES DVO SEMIS, VSQVE AD HOC MONIMENTVM, ET HINC PER CIRCVITVM TOTIVS MONVMENTI, VSQVE IN VIA QVÆ DVCIT IN AGRO. ITEM EIDEM MONVMENTO ITER, ADITVS DEBETVR HVIC SECVNDVM MONVMENTVM AFINIÆ TYCÆS ET INDE SECVNDVM MACERIAM EVCARPIANAM IN QVA OLLA SVNT ET IN DEORETO VSQVE AD VIAM PVBLICAM CAMPANAM. Itineris etiam ſepulchro debiti ſit mentio in L. Iter, D. quemad. ſeruit. amitt. Paulus in L. ſeruitutes prædiorum, D. de ſeruitutib. SERVITVS ITINERIS AD SEPVLCHRVM *priuati iuris manet*. Ceterùm ſi locus monumenti ita veniret, NE QVIS EÔ INFERRETVR, QVÔ IVS ESSET INFERRE, pactum ad hoc non ſuffeciſſe, ſed ſtipulatione id caueri oportuiſſe tradit Paul. in L. Quòd ſi locus, D. de religioſ.

Fundus autem nonnunquam CVM INSTRVMENTO venibat, L. proinde, D. de ædilic. edic. In fundo etiam vendendo, DOLIA QVÆ IN EO FVNDO ESSENT, ACCESSVRA, plerumque dicebant. Marcell. in L. comprehẽſum, D. de contrah. emptio. *Comprehenſum erat lege venditionis*, DOLIA LX. EMPTORI ACCESSVRA. Paul. in L. qui fundum, §. dolia, D. eo. DOLIA QVÆ IN FVNDO DOMINI ESSENT, ACCESSVRA DIXIT. Idẽm in L. quidquid venditor, D. de actionib. empt. *Quidquid venditor* ACCESSVRVM DIXERIT, *id integrum ac ſanũ tradi oportet, veluti*, SI FVNDO DOLIA ACCESSVRA DIXISSET. Alfenus in L. ſi quis cùm fundum, D. eo. *Si quis cùm fundum venderet*, DOLIA CENTVM QVÆ IN FVNDO ESSE ADFIRMABAT, ACCESSVRA DIXISSET. Labeo in L. ſi ſeruus, §. vlt. D. de actionib. empti. *Si* DOLIA OCTOGINTA ACCEDERE FVNDO QVÆ INFOSSA ESSENT, *dictum erit*. Vlpian. in L. proinde, D. de ædilic. edic. *veluti, ſi* DOLIA ACCESSVRA FVNDO DICTA FVERINT. Dolia certè in horreis defoſſa, horreorum venditioni cedebant, ſi non eſſent nominatim in venditione excepta, L. Dolia, D. de cõtrah. empt.

Interdum etiam SERVVM ACCESSVRVM vel quid aliud, dicebant. Paulus in L. ſi in emptione, D. eo. *Si in emptione fundi dictum ſit*, ACCEDERE STICHVM SERVVM. Gaius in L. Itaque, D. de ædilic. edic. *Quod non ſolùm hoc caſu intelligendum eſt, quo nominatim adiicitur*, ACCESSVRVM FVNDO HOMINEM STICHVM: *ſed etiã ſi generaliter* OMNIA MANCIPIA, QVÆ IN FVNDO SINT, ACCEDANT VENDITIONI. Et in hac ſpecie procedere poſſet quod Florentiæ legitur in L. ſed ſi quid, D. de euictionib. *Sed & ſi ſeruus euincatur, quanti minoris ob id, prædium eſt, lis æſtimanda eſt*. Scæuola in L. de lege §. 1. D. de lege cõmiſſor. *Si ex lege inẽpti ſint fundi, nec id* QVOD ACCESSVRVM DICTVM EST, *emptori deberi*. Proculus in L. ſi cùm fundum, D. de contrah. empt. *Si cùm fundum vẽderes, in lege dixiſſes*, QVOD MERCEDIS NOMINE A CONDVCTORE EXEGISSES, ID EMPTORI ACCESSVRVM ESSE. Labeo in L. fiſtulas D. eo. tit. FISTVLAS EMPTORI ACCESSVRAS *in lege dictum erat*. Euictis autem [illegible] quæ empto fundo nominatim acceſſerãt, ſimplũ præſtari debuiſſe ait Pompon. in L. Euicta, D. de euictionib.

Atque vt in fundorum venditionibus quædam acceſſura dicebant: ita è contrario, quædam nonnunquam recipiebantur. Paul. in L. qui fundum, §. fundi, D. de cõtrahen. emptio. *Fundi venditor*, FRVMENTA MANV SATA RECEPERAT. Et § cùm fundum ead. L. *Cùm fundum qui vendiderat, &* OMNEM FRVCTVM RECEPERAT. Iauolen. in L. in lege, D. eo. tit. *In lege fundi vendendi*, LAPIDICINÆ IN EO FVNDO, VBIQVE ESSENT, EXCEPTÆ ERANT. Planè qui fundum locauerat, ſi aliqua ex cauſa fundum venderet, curare debebat, vt apud emptorem quoque eadem pactione colono perfrui liceret, L. ſi merces §. qui fundũ D. locati. Et ita Vlpianus in L. Iulianus §. ſi venditor D. de actionib. empt. fundi vẽditorem excepiſſe refert, VT COLONO LICERET PERFRVI AD CERTVM TEMPVS.

Sed & qui fundum vendebat, ita quandoque vẽdebat, VT EVM CERTA MERCEDE CONDVCTVM IPSE HABERET, L. qui fundum, D. de contrah. empt. Sic & Paulus in L. ſi ſterilis, §. ſi tibi, D. de actionib. empt. *Si tibi fundum vendidero*, VT EVM CONDVCTVM CERTA SVMMA HABEREM. Fundi etiam partem dimidiam

venditam ea lege, VT EMPTOR ALTERAM PARTEM QVAM RETINEBAT ANNIS DECEM CERTA PECVNIA IN ANNOS SINGVLOS CONDVCTAM HABERET, Iauolen. proponit in L. fundi D. de contrahen. emptio. Interdum cauebatur, VT QVO AD PRETIVM VNIVERSVM PERSOLVERETVR, RES VENDITA PRECARIO PENES EMPTOREM ESSET, L. ea quæ, D. de precar. Cuius formulæ vtilitatem prodit, L. III. C. de pact. int. emptor. *Qui ea lege prædium vendidit*, VT NISI RELIQVVM PRETIVM INTRA CERTVM TEMPVS RESTITVISSET, AD SE REVERTERETVR, *ſi non precariam poſſeſſionem tradidit, rei vindicationem non habet, ſed actionem ex empto*. Quin & interdum RES vendita CONDVCEBATVR AB EMPTORE, DONEC PRETIVM SOLVERETVR, vt patet ex L. ſerui emptor, D. de peric. & commo. rei vend. L. ſicut emptio, D. locati. Confirmat & Iauolenus in L. cùm venderem, D. eo. tit. his verbis. *Cùm vẽderem fundum, conuenit*, VT DONEC PECVNIA OMNIS PERSOLVERETVR, CERTA MERCEDE EMPTOR FVNDVM CONDVCTVM HABERET. Fũdum verò ea lege quem emiſſe, VT SOLVTA PECVNIA TRADERETVR EI POSSESSIO, Labeo refert in L. fiſtulas, §. qui fundum, D. de contrahen. emptio. Nonnunquam etiam conueniebat, VT PRETII TARDIVS EXSOLVTI VSVRÆ PRÆSTARENTVR, L. initio venditionis, C. de pact. inter empt. Interdum & de cuſtodia rei venditæ necdum traditæ, conueniebat inter emptorem & venditorẽ, L. quod ſæpe, §. ſi res, D. de contrahen. emptio.

Fundus interdum COMMISSORIA LEGE venibat. Cõmiſſoriæ verò legis hæc ſunt exempla. Pompon. in L. II. D. de L. commiſſor. *Cùm venditor fundi in lege ita cauerit, ſi* AD DIEM PECVNIA SOLVTA NON SIT, VT FVNDVS INEMPTVS SIT. Vlpian. in L. ſi fundus, D. eo. *Si fundus lege commiſſoria venierit, hoc eſt*, VT NISI INTRA CERTVM DIEM PRETIVM SIT EXSOLVTVM, INEMPTVS FIERET. Marcell. in L. lege, D. eo. tit. *Lege fundo vendito dicta*, VT SI INTRA CERTVM TEMPVS PRETIVM SOLVTVM NON SIT, RES INEMPTA SIT. Eſt & alia legis Commiſſoriæ formula in L. vlt. D. eo. *Mulier*, ait Scæuola, *fundos Gaio Seio vendidit, & acceptis arræ nomine certis pecuniis, ſtatuta ſunt tempora ſolutioni reliquæ pecuniæ: quibus ſi non paruiſſet emptor, pactus eſt*, VT ARRAM PERDERET, ET INEMPTÆ VILLÆ ESSENT. Idẽ Scæuola in L. Seius, §. I. D. de reſcind. vendit. *Poſtea venditor eam legem inſeruit*, VT SI EX DIE PECVNIA OMNIS SOLVTA NON ESSET, ET VENDITOR EA PRÆDIA VENISSE NOLLET, INVENDITA ESSENT. Pompon. in L. ſed Celſus, §. ſi fundus, D. de contrahen. emptio. *Si fundus* ANNVA, BIMA, TRIMA, DIE *ea lege* VENISSET, VT SI IN DIEM STATVTVM PECVNIA SOLVTA NON ESSET, FVNDVS INEMPTVS FORET. Marcellin. L. II. D. de diuerſ. temp. præſcript. *Si quis ea lege fundum vendiderit*, VT NISI IN DIEBVS TRIGINTA PRETIVM ESSET SOLVTVM, INEMPTVS ESSET FVNDVS. African. in L. ſi duobus, §. I. eod. tit. *Vendidi tibi ſeruũ, & conuenit*, VT NISI CERTA DIE PECVNIA SOLVTA ESSET, INEMPTVS ESSET. Iulian. in L. traiecticiæ, in fi. D. de actionib. & oblig. *Cùm quid ea lege venierit*, VT NISI AD DIEM PRETIVM SOLVTVM FVERIT, INEMPTA RES FIAT. Paulus in L. Æmylius, D. de minorib. ſic fundum lege Commiſſoria Æmylium Larianum ab Obinio emiſſe commemorat, data parte pecuniæ, VT SI INTRA DVOS MENSES AB EMPTIONE, RELIQVI PRETII PARTEM DIMIDIAM NON SOLVISSET, FVNDVS INEMPTVS ESSET: ITEM SI INTRA ALIOS DVOS MENSES RELIQVVM PRETIVM NON NVMERASSET, SIMILITER ESSET INEMPTVS. Illud etiã lege qua de agitur, comprehẽdi ſolitum, VT SI VENDITOR EVNDEM FVNDVM VENDERET, QVANTO MINORIS VENDERET, ID AB EMPTORE EXIGERET, ſcribit Vlpian. in L. ſi fundus, §. in Commiſſoria, D. de L. Commiſſor.

Præterea fundi, atque ædes, ſerui quoque, in diem quandoque addicebantur, L. II. L. quod autem, L. ſi prædio, L. Imperator, L. cùm duo, L. in diem, D. de in diem addictio. In diem autem addictio, Paulo teſte, ita fiebat: ILLE FVNDVS CENTVM

ESTO TIBI EMPTVS, NISI SI QVIS INTRA CALENDAS IANVARIAS PROXIMAS MELIOREM CONDICIONEM FECERIT, QVO RES A DOMINO ABEAT. L.1. D.de in diem addictio. Vlpian.in L.Sabinus, D. eo. tit. *Si hoc erat nominatim actum*, VT LICERET RESILIRE EMPTORI, MELIORE CONDICIONE ALLATA. Eſt & alia huius legis formula in L.ſi res, D. quib. mod. pign. in qua Vlpianus: *Si res*, ait, *diſtracta fuerit ſic*, NISI INTRA CERTVM DIEM MELIOREM CONDICIONEM INVENISSET, FVERITQVE TRADITA. Idem in L.ſi quis hac lege, D.de rei vind. *Si quis hac lege emerit*, VT SI ALIVS MELIOREM CONDICIONEM ATTVLERIT, RECEDATVR AB EMPTIONE. Quam formulam ſcitè expreſſit Plaut. Captiuis Act.1. Se.11. his verſibus,

> *Age ſis* ROGA EMPTVM, NISI QVIS MELIOREM ADFERET,
> QVÆ TIBI ATQVE AMICIS PLACEAT CONDICIO MAGIS.
> *Quaſi fundum vendam, me meis addicam legibus.*

Plerumque autem fundo in diem addicto precario eum emptor à venditore rogabat, vt patet ex L. is qui, §. Ariſto, D. quod vi aut clam.

Quandoque etiam ita res diſtrahebatur, VT SI DISPLICVISSET, inempta eſſet, L.III. D. de contrahen. emptio. Paul. in L.ſi conuenit, D. de reſcind. vendit. *Si conuenit*, VT RES QVÆ VENIT, SI INTRA CERTVM TEMPVS DISPLICVISSET, REDDERETVR. Vlpian. in L.quòd ſi nolit, §.ſi quid ita venierit, D. de ædilic. edic. *Si quid ita venierit*, VT NISI PLACVERIT, INTRA PRÆFINITVM TEMPVS REDHIBEATVR.

Interdum ea lex venditioni inſerebatur, vt EMPTOR REM RESTITVERET, SI EI INTRA CERTVM TEMPVS PRETIVM OFFERRETVR, L.II.C.de pact.int.empt. & vendit. Procul. in L. ſi vir vxori, D. de præſcript. verb. *Si vir vxori ſuæ fundos vendidit, & in venditione comprehenſum eſt, conueniſſe inter eos*, SI EA NVPTA EI ESSE DESIISSET, VT EOS FVNDOS, SI IPSE VELLET, EODEM PRETIO MVLIER TRANSCRIBERET VIRO. Paul. in L.ſi ſterilis, §.ſi tibi, D. de actionib. empt. *Si ita fundum tibi vendidero*, VT NVLLI ALII EVM, QVAM MIHI VENDERES. Pariterque Hermogenian. in L. qui fundum D. de contrahen. emptio. fundum hac lege venditum fingit, VT SI EVM EMPTOR VENDERET, NON ALII SED VENDITORI DISTRAHERET.

Speciales etiam aliquot in venditione pignoris dici ſolitas leges ſubiungam: Marcian. in L. ſi creditor in princ. D. de diſtractio. pignor. *Si creditor pignus vel hypothecam vendiderit hoc pacto*, VT LICEAT SIBI REDDERE PECVNIAM, ET PIGNVS RECIPERARE. Triphonius in L. reſcriptum, §.ſi aliena, D.de diſtractio. pignor. *Si creditor ea lege rem pignori datam vendidit*, NE EVICTIONIS NOMINE OBLIGARETVR. Papinian. in L. cùm ea, D. de euictionib. *Cùm ea conditione pignus diſtrahitur*, NE QVID EVICTIONE SECVTA VENDITOR PRÆSTET. Et hoc erat IVRE CREDITORIS VENDERE, L.ex empto, §. ſententiam, D.de actionib.emp. vel, LEGE PIGNORIS VENDERE, L.vlt.§.quatuor, D. de legat.II. Nonnunquam tamen creditor pro euictione fidem ſuam adſtringebat. Pompon.in L.ſi neceſſarias, §. 1. D. de pignerat. actio. *Si pignori plura mancipia data ſint, & quædam certis pretiis ita vendidit creditor*, VT EVICTIONEM EORVM PRÆSTARET, ET CREDITVM SVVM HABEAT, *reliqua mancipia poteſt retinere, donec ei caueatur*, QVOD EVICTIONIS NOMINE PROMISERIT, INDEMNEM EVM FVTVRVM. Præterea interdū pignus pro debito creditori ipſi vendebatur, L. in numerationibus, D. de ſolutionib. Sed & in ſpecie, L.Titius, D.de pignerat. actio. proponitur debitor petiiſſe à creditore, VT IPSE FVNDVM PIGNORI OBLIGATVM CERTO PRETIO EMPTVM HABERET. Scæuola in L.creditor, D.de action. emp. creditorem narrat fundum ſibi obligatum vendidiſſe ea lege, vt, SI QVOD TRIBVTORVM NOMINE DEBITVM ESSET, EMPTOR SOLVERET. Vlpian.in L.ſi debitor, §.ſed & ſi ipſe, D.quib.mod.pign. proponit creditorem venditionem ſic feciſſe, NE DISCEDERET A PIGNORE, NISI EI SATISFIERET. Idem in L.ſi cùm venderet, D.de pignerat.actio. *Si cùm venderet creditor pignus, conuenerit inter ipſum & emptorem*, VT SI SOLVERIT DEBITOR PECVNIAM PRETII EM-

PTORI, LICERET EI RECIPERE REM SVAM. Marcian. in L. ſi creditor, §. vlt. D. de diſtract. pign. *Si pignus ita venierit*, VT SI INTRA CERTVM TEMPVS A DEBITORE PECVNIA SOLVTA FVERIT, EMPTIO RESCINDATVR.

Aliàs præterea venditionum leges ſubiiciam. Iulianus in L. cùm ab eo, D. de cõtrahen. emptio. *Ab eo qui fundum alij obligatum habebat, quidam ſic emptum rogauit*, VT ESSET SIBI EMPTVS, SI EVM LIBERASSET: DVM MODO ANTE KAL. LIBERARET. Pomponius in L. tenetur, §. 1. D. de actionib. empti. *Si aream tibi vendidi certo pretio, & tradidi*: ITA VT INSVLA ÆDIFICATA; PARTEM DIMIDIAM MIHI TRADAS. Vlpian. in L. Iulianus, §. ſi inter, D. eo. *Si inter emptorem prædiorum & venditorem conueniſſet*, VT SI EA PRÆDIA EMPTOR, HERESVE EIVS VENDIDISSET, EIVS PARTEM DIMIDIAM VENDITORI PRÆSTARET: Scæuola in L. vlt. §. Titius. D. de condictio. indeb. *Titius cùm multos creditores haberet, in quibus & Seium, bona, priuatim facta* VENDITIONE, *Mæuio* CONCESSIT, VT SATIS CREDITORIBVS FACERET. Ad venditiones quoque pertinent quæ ſequuntur. Scæuola in L. emptor, D. de pact. *Emptor prædij* VIGINTI CAVERAT SE SOLVTVRVM, *& ſtipulanti ſpoponderat. Poſtea venditor cauit*, SIBI CONVENISSE, VT CONTENTVS ESSET TREDECIM, ET VT EA INTRA PRÆFINITA TEMPORA ACCIPERET. *Debitor ad eorum ſolutionem conuentus, pactus eſt*, SI EA SOLVTA INTRA PRÆFINITVM TEMPVS NON ESSENT, VT EX PRIMA CAVTIONE AB EO PETITIO ESSET. Neratius in L. Ab emptione, D. eo. tit. *Si ea quæ me ex empto præſtare tibi oporteret, præſtitiſſem, & cùm tu mihi pretium deberes, conueniſſet mihi tecum*, VT RVRSVS PRÆSTITIS MIHI A TE IN RE VENDITA OMNIBVS, QVÆ EGO TIBI PRÆSTITISSEM, PRETIVM MIHI NON DARES.

Illud ferè venditionibus ſolebat adiici, DOLVS MALVS A VENDITORE ABERIT: quod, etiam ſi adiectum non fuiſſet, præſtari tamen debebat, L. ſi cùm fundum, §. 1. D. de contrah. emptio. & L. 1. D. de rer. permutat. B. Ambroſ. lib. III. Officior. cap. X. *Quid autem loquar de contractibus ceteris, ac maximè de coëmptione prædiorum, vel tranſactionibus, atque pactis? Nõnne honeſtatis formulæ ſunt*, DOLVM MALVM ABESSE, *eúmque cuius dolus deprehenſus fuerit, dupli pœnæ obnoxium fore*. Eaque erat DOLI MALI CLAVSVLA, de cuius varia cõceptione dicam vbi ad ſtipulationũ formulas ventum fuerit.

Denique venditor leges venditionis pro arbitrio cõcipiebat, L. veteribus, D. de pact. Ac planè in traditionibus rerum quodcumque pactum erat, id valebat, L. in traditionibus, D. de pact. Pompon. in L. locus, D. de adquir. poſſeſſ. *Incerta autem pars nec tradi nec capi poteſt: veluti ſi ita tibi tradam*, QVIDQVID MEI IVRIS IN EO FVNDO EST.

Porrò hereditas ſæpenumero venibat. Id fiebat interdum hoc modo, SI QVA SIT HEREDITAS, EST TIBI EMPTA, L. nam hoc modo, D. de hered. vend. Aliquando in venditione hereditatis id agebatur, SI QVID IVRIS ESSET VENDITORIS, VENIRE, NEC POSTEA QVICQVAM PRÆSTITV IRI, L. quòd ſi in venditione, D. eo. tit. Aliàs ita conueniſſe, VT QVIDQVID IVRIS HABERET VENDITOR, EMPTOR HABERET indicat L. quòd ſi ſit, D. eo.

Stipulatio planè emptæ hereditatis concipiebatur his verbis, QVANTA PECVNIA AD TE EX HEREDITATE PERVENERIT. Celſus in L. cùm ſtipulamur, D. de verbor. ſignificatio. *Cùm ſtipulamur* QVANTA PECVNIA EX HEREDITATE TITII AD TE PERVENERIT. Paulus in L. liber homo, §. vlt. D. de ſtipulatio. ſeruor. *Tutores ſeruo auito eius imperauerunt, vt ab eo cui res aui hereditatis vendiderunt, ſtipularetur*, QVANTA PECVNIA AD EVM PERVENISSET. Iulianus in L. ſi creditor, D. de pecul. *Si creditor filij tui, heredem te inſtituerit, & tu hereditatem eius vendideris, illa parte ſtipulationis*, QVANTA PECVNIA EX HEREDITATE AD TE PERVENERIT, *teneberis de peculio*. Huiuſmodi autem verbis hoc agi videbatur, vt quod ex hereditate perueniſſet in id tempus quo venditio fiebat, id videretur

retur veniſſe, L.II.§.I. D.de heredit.vel act. vend. In hereditate autem vendenda, EXCIPIEBATVR INTERDVM SERVVS SINE PECVLIO, d. L.II.§. apud Iulianum. Venditor etiam hereditatis ÆDES nonnunquam ſibi EXCIPIEBAT, d.L.II.§. ſi venditor, D.eod. EXCEPTO quoque FVNDO HEREDITARIO, VENISSE HEREDITATEM, proponit Labeo in L.vlt.D.eo.

NOMEN etiam diſtrahebatur, L. ſi nomen & L. nomina, D.de hered.vel act.vend. Interdum autem NOMEN QVALE ERAT, venibat, L.ſi plus,§.vlt.D.de euictionib. Interdum verò debitor, cuius nomen venibat, CERTÆ SVMMÆ DEBITOR ESSE DICEBATVR, interdum INCERTÆ, L. Et quidem, D. de hered. vel act.

Stipulabatur planè emptor à venditore, VACVAM POSSESSIONEM TRADI, L.III.§ I. D.de actionib.empti. Item, vt HABERE LICERET. Vlpian.in L.ex empto,§.qui autẽ,D. de actionib.emp. *Qui autem* HABERE LICERE VENDIDIT, *videamus quid debeat præſtare. Et multum intereſſe arbitror, vtrùm hoc polliceatur*, PER SE VENIENTESQVE A SE PERSONAS NON FIERI, QVO MINVS HABERE LICEAT, an verò, PER OMNES. Et mox: *Etiam ſi apertè venditor pronuntiet*, PER SE HEREDEMQVE SVVM NON TENERI, QVO MINVS HABERE LICEAT. Cuiuſmodi ſtipulationum fit mentio in L.ſtipulatio iſta, D. de verb. oblig. his verbis, *Stipulatio iſta*, HABERE LICERE SPONDES? *hoc continet*, &c. Paulus in L. Inter ſtipulantem, D.eo. tit. *Idémque in illis ſtipulationibus*, HABERE LICERE. *Item*, NEQVE PER TE NEQVE PER HEREDEM TVVM FIERI, QVOMINVS FIAT. Eáque ſtipulatio, re euicta, id eſt emptori ablata vel abducta, committebatur. Tum enim habere non licebat. Iulianus in L. venditor eod.tit. *Obligatus eſt venditor*, VT PRÆSTET HABERE LICERE HOMINEM. Vlpian.in L.ſi ſeruus eod.tit. *Placeat committi ſtipulationẽ vt & ipſe Iulianus eodem lib.ſcripſit: neque enim* HABERE LICET EVM, *cuius ſi pretium quis non dediſſet, ab aduerſario auferretur.* Vlpian. in L.ſeruum,D.eod. *Quia non euincitur quominus* HABERE TIBI LICEAT, *quem ipſe antè voluntate tua perdideris*. Pompon. in L.ſi rem,D.eo. *Poſſe te à me pretium conſequi ex vendito agentem, quaſi*: HABERE MIHI REM LICERET. Et in L.ſi mancipium,§.vlt.eod.tit. *Habebo ex duplæ ſtipulatione actionem, quia non intereſt quo genere iudicij euincatur*, VT MIHI HABERE NON LICEAT.

Vt plurimum autem in venditione dicebatur, QVANTVM VENDITOREM PRO EVICTIONE PRÆSTARE OPORTERET, L.ſi in venditione, D.de euictionib. Modeſtinus in L. venditores, D. de verbor. obligation. *Venditores emptori* CAVERANT *pro euictione*, QVANTI EIVS INTERESSET: *Sed & ſpecialiter*, ADGNITVROS, SI IN LITE MOTA SVMPTVS FECISSET, *emptori ſtipulanti promiſerant*. Hermogenian.in L.ſi plus, D.de euictionib. *Si* PLVS VEL MINVS QVAM PRETII NOMINE CAVTVM EST, EVICTIONE SECVTA DARI CONVENERIT, *placitum cuſtodiendum eſt*. Enimuerò cùm fundus venibat, ex conſuetudine eius regionis, in qua negotium gerebatur, pro euictione caueri oportebat, L ſi fundus D.eo. tit. Quod ſi de vẽditione cautum non eſſet quid venditor euictione ſecuta præſtare deberet, nihil præſtabat præter ſimplam, euictionis nomine, & ex natura ex empto actionis, id quod intererat emptoris, L. ſi in venditione, D. eo.

Emptor ergo interdum SIMPLAM, interdum DVPLAM EVICTIONIS NOMINE STIPVLABATVR, L.Lucius,§.vlt.L.ſi dictum, D.de euictionib.L.ſi pignore,§.vlt. D. de pignerat.actio. Edicto planè Ædilium Curulium DVPLAM CAVERE DE SERVO, venditor iubebatur, L.emptori,§.I. D. eod. tit. Hinc Vlpianus adſiduam fuiſſe in ſeruorum venditione DVPLÆ STIPVLATIONEM, ídque moris & conſuetudinis fuiſſe, teſtatur in L. quod ſi nolit,§.quia adſidua, D. de ædilic.edic. Quòd & confirmatur, L.ſi ſeruum, D.de actionib.empt. L.cùm in venditionibus, L. ſi mãcipium, §.vlt. D.de euictionib. Inde ex ſerui emptione EVICTIONIS NOMINE DVPLVM exegiſſe dominus proponitur in L.quam tuberonis,§.vlt.D.de pecul. Ad duplam quoque ex cautione conuentum heredem qui ſeruum diſtraxerat, refert Vlpianus in L.qui

erat, D.famil.erciſc. Idem in L.emptori, §.1. D.de euictionib. non ex omni re duplam promitti oportuiſſe tradit, ſed de his rebus quæ pretioſiores eſſent: ſi margarita fortè, aut ornamenta pretioſa, vel veſtis ſerica, vel quid aliud non cõtemptibile veniſſet. DVPLAM verò REPROMITTI dumtaxat oportuiſſe, non etiam eo nomine ſatiſdari niſi ſpecialiter id actum proponeretur, Vlpian. ibidem, Paulo conſentiente in L.ſi dictũ, D.eod. tit. ſcribit. In STIPVLATIONE autem DVPLÆ, cùm homo venibat, PARTIS adiectionem neceſſariam fuiſſe Paul. admonet, in d.L. ſi dictũ, §. In ſtipulatione, nimirum vt, vel parte ſola euicta, ſtipulatio ea cõmitteretur. Interdum tamen conueniebat, NE CAVTIO DVPLÆ PRÆSTARETVR, L.pacta conuenta, D.de cõtrah. empt. Nã & aduerſus Edictũ Curuliũ paciſci omnino licebat, L.paciſci, D.de pact.

Sed & FIDEIVSSOREM EVICTIONIS emptor quandoque accipiebat, L.emptio, D.de reſcind. vendit, L.habitationum, §.1. D.de peric. & commo. rei vend. L. Exceptione, C.de euictionib. qui SECVNDVS AVCTOR, vulgò dicebatur, L.illud, D. de euictionib. & FIDEIVSSOR EMPTIONIS, L. Latinus, D. de ædilic. edic. & FIDEIVSSOR VENDITIONIS in L.ſi ſeruus, §. ſeruo, D. de actionib. emp. Planè qui mancipium vendebat, fideiuſſorem ob euictionem dare non debebat, niſi hoc nominatim actum eſſet, d. L. illud. Nam ſi ita conueniſſet, etiam dabatur, d. L. Latinus. Atque ita fideiuſſores venditionibus accedebant, L.fideiuſſor XLV. D. de fideiuſſorib. Quinetiam quandoque conueniebat, VT CVM FIDEIVSSORE CAVTIO DVPLÆ PRÆSTARETVR, L.pacta conuenta, D.de contrahen.emptio.

Præterea vbi ſuſpicabatur emptor fore vt ſibi controuerſia de rei venditæ proprietate moueretur, paciſci cum venditore ſolebat, VT EX PRETIO ALIQVA SVMMA APVD SE REMANERET, DONEC EI FIDEIVSSOR A VENDITORE DARETVR, L. vlt. §. vlt. D. de reſcin. venditio. Contrà nonnumquam nominatim conueniebat, NE VENDITOR FIDEIVSSOREM DARET. Varro lib. v. de lingua Lat. *Conſuetudo erat, cùm reus parum eſſet idoneus inceptis rebus, vt pro ſe alterum daret. A quo caueri poſtea lege cœptum eſt, ab his qui prædia venderent,* VADES NE DARENT. *Ab eo ſcribi cœptum in lege manciporum,* VADEM NE POSCERET, NEC DABITVR.

Similiterque interdum paciſcebatur venditor, NE EVICTIONIS NOMINE TENERETVR. Pompon. in L.tenetur, §. vlt. D.de action. emp. *Si venditor ſciens obligatum, aut alienum vendidiſſet, & adiectum ſit,* NEVE EO NOMINE QVID PRÆSTARET. Idem in L.ſed ſi vir, §.ſi vir vxori, D.de donat.int.vir. *Si vir vxori, vel contrà quid vendiderit vero pretio, & donationis cauſa paciſcantur,* NE QVID VENDITOR OB EAM REM PRÆSTET. Vlpian. in L.ex empto, §. Caſſius, D.de action.emp. *Si quis ſeruum ea condicione vendiderit,* VT INTRA TRIGINTA DIES DVPLAM PROMITTERET, POSTEA NE QVID PRÆSTARETVR. Et §. vlt. ead. L. *Si apertè in venditione comprehendatur,* NIHIL EVICTIONIS NOMINE PRÆSTATVM IRI. Cui non abſimilis formula proponitur in L.quòd ſi in venditione, D.de heredit. vel actio.vend.

Emptor porrò in vacuam fundi venditi poſſeſſionem à venditore, vel alio mandatu eius induci debebat. Alioquin ſi poſſeſſionem eius, nulla facta à venditore traditione, nactus eſſet, non pro emptore poſſidebat, ſed prædo erat, L.ſi ex ſtipulatione, D. de adquir.poſſeſſ. Impp. in L.qui prædium, C.de diſtractio. pign. *Qui prædium à creditore comparauit, ſi in* VACVAM POSSESSIONEM INDVCTVS NON EST: *nullam actionem habet.* Vlpian. in L. à Diuo, §. ſi poſt, D. de re iud. *Certè poſteaquam* INDVCTVS EST EMPTOR IN POSSESSIONEM. Venditor ergo VACVAM POSSESSIONEM SE TRADERE dicebat, L.quod meo, §.ſi venditor, D. de adquir.poſſeſſ. vel iubebat EMPTOREM IN VACVAM POSSESSIONEM IRE, aliíve vt poſſeſſionẽ fundi emptori traderet, mãdabat, L.cùm fundũ, D. de vi & vi arm. Et ita Paul. in L. vlt. D. de iu. fiſci: Stalticiũ cui prædia erant à procuratore Cæſaris addicta, IN VACVAM POSSESSIONEM INDVCTVM refert. Vlpian. in L.ſi me in vacuam, D.de adquir. poſſ. *Si me* IN VACVAM POSSESSIONEM FVNDI CORNELIANI MISERIS. Idem in L. fundi, D. eo. *fundi venditor* MANDAVIT *alicui,* VT EMPTOREM

PTOREM IN VACVAM POSSESSIONEM INDVCERET. Sic Marcellus in L.colonus, D.de vi & vi atm. refert venditorem IVSSISSE TRADI POSSESSIONEM EMPTORI à colono, cui fundum venditum locauerat. Species autem inducendi in poſſeſſionem alicuius rei erat PROHIBERE INGREDIENTI VIM FIERI: L. permiſceri, §. vlt. D.de adquir. poſſeſſ. Fiebat & plerumque inſtrumentum TESTATIONIS VACVÆ POSSESSIONIS, quo emptorem in vacuam poſſeſſionem inductum eſſe vẽditoris voluntate, continebatur: L.non idcirco, C.de cõtrah.empt. L.cùm res, C. de probationib. L.II. C. de adquir.poſſ. Licet autem INSTRVMENTO EMPTIONIS non eſſet cõprehenſum, QVOD EMPTORI ESSET TRADITA POSSESSIO, ipſa tamen rei veritate id conſequebatur, ſi ſciẽte venditore in poſſeſſione fundi venditi fuerat, L.II. C.de adquir. poſs. Planè ſi iter, actum, viam, aquæductum, per alienum fundum quis emiſſet, quia vacuæ poſſeſſionis traditio nulla erat, cauendum Labeo putabat, PER VENDITOREM NON FIERI QVOMINVS EO IVRE EMPTOR VTI POSSET, L.vlt. D.de ſeruitutib. Cuius ſentẽtiam Pomponius probat in L.III.§. ſi iter, D.de actionib.empti.

Per præconem autẽ veniſſe olim ea quæ tam publicè, quam priuatim venibant, non eſt ignotum. Hoc certè modo Mancipia, Iumenta, Merces, Agros, Loca, Ædificia, priuatis vendentibus, veniſſe, ſequentibus auctoritatibus demonſtratur. Herodian. lib. II. *Κλέαρχος τις ἦν, τὸ μὲν γένος Φρὺξ, τῶν δημοσίᾳ εἰωθότων ὑπὸ κήρυκι πιπράσκεσθαι.* Apuleius lib.VIII. de Aſino aur. *Refectis iumentorum corporibus, quò vendibiliores videremur, ad mercatum producimur: magnáque* VOCE PRÆCONIS, PRETIA SINGVLIS NVNTIANTIS, *equi atque alij aſini opulentis emptoribus* PRÆSTINANTVR. Idem lib.IX. *Altera die productum me, rurſum* VOCE PRÆCONIS VENVI SVBIICIVNT. Horat.in lib.de Arte Poët.

Vt PRÆCO *ad* MERCES *turbam qui cogit* EMENDAS.

Martial.Epigram. LXXXVI. lib.I.

VENDERET *excultos colles cùm* PRÆCO *facetus,*
Atque ſuburbani iugera pulchra ſoli.

Cic. Epiſt.lib. XII.ad Attic. *De hortis Scapulanis hoc videtur effici poſſe, aliud tua gratia, aliud noſtra, vt* PRÆCONI SVBIICIANTVR. Liuius lib. VI. FVNDVM SVBIECIT PRÆCONI. Seneca lib.III. de ira, *Ceteros* PRÆCONI SVBIICERET. Ioſeph.lib.XIX. Antiquit.Iudaic.cap. I. *Ἦν δὲ εὐάρεστος Ἀρούντιος τῶν χηρυσσόντων τὰ πωλήματα. καὶ διὰ αὐτὸ φωνῆς τε μεγέθει χρώμενος, καὶ χρήματα περιβεβλημένος ὅμοια τοῖς Ῥωμαίων πλουσιωτάτοις: δυνάμεώς τε αὐτῷ ἦν, ἐφ' οἷς ἐθέλοι, πράσσειν κατὰ τὴν πόλιν.* Et huc alludens Cic. Epiſt.XII.lib.XIII. ad Attic. *Ligarianam*, inquit, *præclare vendidiſti. Poſthac quidquid ſcripſero, tibi* PRÆCONIVM DEFERAM. Sic etiam veniſſe bona eius qui in fraudem creditorũ latitabat, idem Cic. docet pro Quintio, cùm ait: *De quo homine* PRÆCONIS VOX PRÆDICAT, ET PRETIVM CONFICIT. Et paulo poſt: *Cuius non modo illæ ampliſſimæ fortunæ, ſed etiam victus, veſtitúſque neceſſarius,* SVB PRÆCONE *cum dedecore* SVBIECTVS EST.

Res autem venales vti, quáque verborũ cõceptione, per præconem venirẽt, Cic.lib. III. Officior. indicat, *Quid autẽ*, inquiens, *tam abſurdum, quàm ſi domini iuſſu, ita præco* PRÆDICET, DOMVM PESTILENTEM VENDO. Idem lib. V. in Verr. *Si palam* PRÆCO *iuſſu tuo* PRÆDICASSET, NON DECVMAS FRVMENTI SED DIMIDIAS VENIRE PARTES. Apud Plautum Sticho Act.II.Sc.I. Gelaſimus paraſitus præconis munere fungens ſuam ipſiuſmet auctionem, vt hoc lucri ferret, ſic prædicat.

IOCOS RIDICVLOS VENDO, AGITE LICEMINI.

Similiter apud Lucianum, *ἐν βίων πράσει*, Mercurius pro Præcone Pythagoræ venditionem ita prædicat. *Τὸν ἄριστον βίον πωλῶ, τὸν σεμνότατον. Τίς ὠνήσεται, τίς ὑπὲρ ἄνθρωπον εἶναι βούλεται.* Auctiones etiam Præconum prædicatione factas Cic.II.Orat.de L. Agr. docet: vbi & nequiſſimos homines conſumptis patrimoniis in Atriis auctionariis potius quam in Triuiis aut compitis auctionatos refert, cùm vt Martialis loquitur, *fieret triſtis ſoluendis auctio nummis*. Formulam autẽ qua auctionem præco prædicabat, expreſſit Plautus Menœchm. Act.IIII.Sc.vlt. his verſibus,

-- Rogat præconium vt ſibi detur.
Mes. Vis CONCLAMARI AVCTIONEM *fore quidem? Men.* DIE SEPTIMI.
AVCTIO FIET. Et mox: -- DIE SEPTIMI,

VENIBVNT SERVI, SVPELLEX, FVNDI, ÆDES, OMNIA
VENIBVNT: QVIQVE LICEBVNT PRÆSENTI PECVNIA.

Lucian. ἐν βίων πράσει. Σὺ δὲ ὦ Ἑρμῆ, κήρυττε καὶ συγκάλει, Ἀγαθῇ τύχῃ τοὺς ὠνητὰς παρεῖναι, πρὸς τὸ πωλητήριον. Ἀποκηρύξομεν δὲ βίβλους φιλοσόφους παντὸς εἴδους, καὶ προαιρέσεων ποικίλων. Εἰ δέ τις οὐκ ἔχει τὸ παραυτίκα τ' ἀργύριον καταβάλλεσθαι, εἰς νέωτα ἐκτίσει καταστήσας ἐγγυητήν. Sanè vulgò, programmate fixo, Tabula poſita, auctionis futuræ dies, leges, condiciones, proſcribi ſolebant: Scripto enim ſignificabatur dies, qua liceri, & ad pretium adiicere cuilibet liceret, vt ei qui licitatione viciſſet, res addiceretur: Cic. Epiſt. v. lib. XIII. ad Attic. *Si tibi videtur, appelles Balbum de* AVCTIONE PROSCRIBENDA. Idem Oratio. pro Quintio. AVCTIONEM *in Gallia Pub. hic Quintius* NARBONE SE ESSE FACTVRVM PROSCRIBIT. Idē Epiſt. VI. lib. II. ad Q. Frat. de Racilio Tribuno pl. TABVLAM PROSCRIPSIT, SE FAMILIAM CATONIANAM VENDITVRVM. Et lib. III. Officior. *Si tu* ÆDES PROSCRIBAS, TABVLAM *tanquam plagam* PONAS. Idem pro Cæcina. ADEST AD TABVLAM, *licetur Ebutius*. Et in Rullum. *Vtrum hæc lex eſt, an* TABVLA *Veratianæ* AVCTIONIS? Idem II. in Catilin. Oratio. *Meo beneficio* TABVLÆ *nouæ proferentur: ſed* AVCTIONARIÆ. Et ita TABVLÆ nomen accipiendū eſt Epiſt. XXXIX. lib. XII. & Epiſt. XXV. lib. XIII. ad Attic. Plinius Epiſt. XXVII. *Deſerta inde & damnata ſolitudine domus, totáque illi monſtro relicta*, PROSCRIBEBATVR *tamen*, SEV QVIS EMERE, SEV QVIS CONDVCERE *ignarus tanti mali vellet. Venit Athenas philoſophus Athenodorus, legit* TITVLVM, &c. DIES verò AVCTIONIS interdū PROFEREBATVR, teſte Cic. Ep. XIII. & XIIII. lib. XIII. ad Attic.

Auctiones autem coram Argentariis factas, qui in Tabulas pretia adiectionéſque referebant, docent Cic. pro Cœcina, Seneca in præfatio. Controuerſiar. & Quintilian. lib. XI cap. II.

Per Argentarios etiam venditiones factas, Vlpian. in L. Item videndum, D. de heredit. petit. cum Scæuola in L. filiæ, D. de ſolutionib. & Suetonio in Nero. cap. V. indicat

Enimuero cùm in ea cauſa erant debitoris bona, vt venirent, Prætor à creditoribus aditus, proſcribi venditionem legibus & condicionibus quibus videretur, permittebat. Quo facto Tabulā propoſitā in hanc ſententiam Theophil. Inſtit. de ſucceſſio. bonor. ſcribit. Καὶ ἐγίνετο προγραφὴ ἐν τοῖς ἐπιφανέσι τῆς πόλεως μέρεσι ταῦτα δηλοῦσα. Ὁ δεῖνα, χρεώστης ἡμέτερος ὑπάρχων, εἰς αἰτίαν ἐνέπεσε διαπράσεως. ἡμεῖς κρεδίτορες ὄντες τὴν τούτου διαπιπράσκομεν περιουσίαν. ὠνητὴς ὁ βουλόμενος προσίτω. εἶτα ὀλίγων παραδραμουσῶν ἡμερῶν ἐγένετο καὶ τρίτη προσέλευσις, ἐν ᾗ ἐπέτρεπον τὸ ποιήσασθαι legem bonorum venditorum, Τουτέστιν, ὅρον τῶν διαπιπρασκομένων. λοιπὸν γὰρ τῇ εἰρημένῃ προγραφῇ προσετίθεσαν τάδε. Ὁ ἀγοράζων, τοῖς κρεδίτορσι, λόγου χάριν, ἔχει ἀποκρίνασθαι εἰς τὸ ἥμισυ τῶν χρεῶν. Ὥστε τὸν ἐποφειλόμενον ἕκαστον λαβεῖν νομίσματα. Tunc verò, vt ibidem ſubiicit, creditores vnum aliquē ex ſe ipſis qui auctioni præeſſet, legebant, qui MAGISTER dicebatur.

Debitore vtique fruſtrationis cauſa, & in fraudem creditorum latitante, LIBELLOS DE EO IN CELEBERRIMIS VRBIS LOCIS PROPOSITOS, AC BONIS EIVS SVSPENSOS inuenio, quos eorum amici procuratoréſve qui abſentē defendere, vel pro eo ſoluere parati erant, deiiciebant. Sic Cicero pro Quintio, de eius bonis proſcriptis agens. *De quo*, ait, LIBELLI IN CELEBERRIMIS VRBIS LOCIS PROPONVNTVR. Et alias: LIBELLOS, *Sex. Alfenus* PROCVRATOR, *P. Quintij familiaris & propinquus Sex. Nauij*, DEIICIT. Et poſtea: *Ergo affuit, non paſſus eſt*, LIBELLOS DISIECIT. Seneca lib. IIII. de Benefic. cap. XII. *Spōdeo pro iudicato, &* SVSPENSVM AMICI BONIS LIBELLVM DEIICIO, *creditoribus eius me obligaturus, vt poßim ſeruare* PROSCRIPTVM.

Hoc amplius ea quæ publicè venibant, non PRÆCONIS modo VOCI, ſed & HASTÆ SVBIICIEBANTVR, haſtáq; poſita, præcone prædicāte, ei qui licitatione viciſſet, addicebantur. Cic. lib. II. Officior. HASTAM *in foro* PONERE, ET BONA *ciuiū* VOCI SVBIICERE PRÆCONIS. Sic HASTA POSITA pro æde Iouis Statoris, bona Cn. Pōpeij Magni VOCI acerbiſſimæ PRÆCONIS SVBIECTA, idem Cic. II. Philipp. narrat. Quod Dio lib. XLVI. confirmat his verbis. Καὶ ἐδημεύθη πάντα, καὶ εἰς τὸ στρατιωτικὸν ἐξετέθη, καὶ τῇ τοῦ κήρυκος φωνῇ ἀπεκηρύχθη, ἵνα τις αὐτὰ ἀγοράσῃ. Hinc & HASTAM PRÆCONIS dixit Cic. Oratio. de lege Agrar. & HASTAM VENDITIONIS, Philipp. II. ET EMPTIONEM AB HASTA, Epiſt. III. lib. XII. ad Attic. Valer. Max. lib. VI. c. III. *Bona adoleſcētis* HASTÆ SVBIECIT.

Seneca

Seneca lib I.de ira cap.II. *Videbis principum ſub ciuili* HASTA *capita* VENALIA. Idem lib. de Conſolatio.ad Martiam cap.XX. *Non* HASTAM *Conſularia ſpolia* VENDENTEM. Hinc Iuuenal.Sat.III.

Et præbere caput domina VENALE SVB HASTA.

Macrob. lib.II.Saturnal.cap.II. *Mater Bruti Seruilia cùm pretioſum ære paruo fundum abſtuliſſet à Cæſare* SVBIICIENTE HASTÆ BONA CIVIVM. Paulus ex Feſto: HASTÆ SVBIICIEBANTVR, *quæ publicè venundabant: quia ſignum præcipuum eſt haſta.* Vetus Horatij interpres in Satyr.VI.lib.I.ad verſum, *Si præco paruas. Præcones, ait, dicebantur, qui ſtabant* AD HASTAM, *& enuntiabant pretia allata.*

Sed & captiuos ſub haſta veniſſe Valer. Max. lib.VI. cap.V. indicat. Ioſeph. lib.XIIII. Antiq. Iudaic. cap. XXII. Ὅπως εἴ τινες ἐλεύθεροι, ἢ δοῦλοι ὑπὸ δόρυ ἐπεπράχθησαν.

Præterea more ab antiquis tradito, in his quæ publicè venibant, BONA PORSENÆ REGIS VENDERE ſe dicebant. Liuius lib.II. *Huic tam pacatæ profectioni ab vrbe regis Hetruſci, abhorrens mos traditus ab antiquis vſque ad noſtram ætatem, inter cetera ſollemnia, manet,* BONA PORSENÆ REGIS VENDENDI. *Cuius originem moris neceſſe eſt aut inter bellum natam eſſe, neque omiſſam in pace: aut à mitiore creuiſſe principio, quàm hic præ ſe ferat titulus,* BONA HOSTILITER VENDENDI. Plutarch. in Publicola. Διὸ καὶ καθ' ἡμᾶς ἔτι, Πωλοῦντες τὰ Δημόσια, πρῶτα κηρύττουσι, τὰ Πορσίνης χρήματα.

Pretium porrò emptionis, probis nummis ſolui debebat. Inde apud Plaut. Perſa Act. IIII. Sc.III. qui venalem habebat mulierem poſt dictas venditionis leges, mandat PROBVM & numeratum ARGENTVM accipi. Tertullian. in lib. de Pœnitentia. *Venditores prius nummum quo paciſcuntur, examinant, ne ſcalptus, néve raſus, ne adulter.* Ea gratia ſolebāt Nummularij adhiberi, quorū fide nummi probarentur. Apul. lib.X. Metamorphos. *Ne fortè aliquis iſtorum quos offers aureorum, nequam, vel adulter reperiatur, in hoc ipſo ſacculo conditos eos anulo tuo prænota, donec altera die Numulario præſente comprobentur.*

Interdum autem ante pretij ſolutionem Arræ dabātur, ARRÆ verò nomine, quandoque certa ſumma, quandoque Anulus dabatur, L. ex empto, §. is qui vina, D. de actionib. empt. L. vlt. D. de lege commiſſ. L. cuicumque, §. item ſi inſtitor, D. de inſtitoria. Plinius lib.XXXIII. cap.I. *Argumento eſt conſuetudo vulgi, ad ſpōſiones etiamnum* ANVLO *exiliente, ab eo tempore, quo nondum erat* ARRA *velocior.*

Interdum ab emptione iam contracta abibatur & recedebatur. Vlpian. in L. ex empto. §. is qui vina. D. de actionib. emp. *poſtea cōuenerat,* VT EMPTIO IRRITA FIERET. Pompon. in L. I. D. de reſcind. vend. *etiam ſi conueniat,* VT ABEATVR AB EA VENDITIONE. Paul. in L. ſi id quod, §. I. D. eo. *Si ſine tutoris auctoritate pactus fuerit,* VT DISCEDATVR AB EMPTIONE. Idem in L. ſi emptio, D. eo. *Si emptio contracta ſit, togæ puta, aut lancis, & pactus ſit venditor,* NE ALTERVTRIVS EMPTIO MANEAT. Interdum autem vt Nerat. in L. ab emptione, D. de pact. docet, integris omnibus in quæ emptor & venditor inuicem obligati erant, conueniebat, VT AB EO NEGOTIO DISCEDERETVR: Interdū verò in integrum reſtitutus his quæ venditor præſtiterat, cōſentiebant, NE QVID ILLE EO NOMINE EMPTORI PRÆSTARET: vel cùm emptor pretium deberet, cōueniebat venditori cum emptore, VT RVRSVS PRÆSTITIS AB EMPTORE IN RE VENDITA OMNIBVS QVÆ EI VENDITOR PRÆSTITISSET, EMPTOR PRETIVM NON DARET.

Ceterùm & de Tabulis emptionum aliquid ſubnotare operæpretium erit: de quarum forma hæc B. Ambroſ. lib. II. in D. Lucæ cap. II. ſcribit. *Nam ſi* CONSVLES ADSCRIBVNTVR TABVLIS EMPTIONIS, *quanto magis redemptioni omnium, debuit Tempus adſcribi? Habes ergo omnia, quæ in contractibus eſſe conſuerunt:* VOCABVLVM SVMMAM ILLIC POTESTATEM GERENTIS, DIEM, LOCVM, CAVSAM. TESTES *quoque adhiberi ſolent.* Obſignari autem Tabulas huiuſmodi conſueuiſſe dubium non eſt. Quod & omnium Tabularum quæ publici vel priuati contractus ſcripturam continebant, commune fuit. Vt autem obſignari Tabulas omnes moris eſſet, Paul. lib. V. Sententiar. Tit. XXV. perſpicuè docet his verbis. *Ampliſſimus ordo decreuit eas Tabulas, quæ publici vel priuati contractus ſcripturam continent, adhibitis teſtibus ita ſignari, vt in ſumma marginis, ad mediam partem perforatæ, triplici lino conſtringantur, atque impoſitum ſupra linum ceræ ſigna imprimantur,*

vt exteriores ſcripturæ fidē interiori ſeruent. Aliter Tabulæ prolatæ nihil momenti habent. Auctor autem huius formæ Senatus fuit Neronianis temporibus, quemadmodū Sueton. oſtendit in Nero. cap. XVII. cum ait, *Aduerſus falſarios tunc primum repertum, ne Tabulæ niſi pertuſæ, ac ter lino perforamina traiecto, obſignarentur.* Inde, *pacta conuenta impreſſu ſignis adhibitis ab vtraque parte teſtibus cuſtodiri*, dixit Seneca lib. III. de Benefic. cap. XV. hoc deinde addito, *In quid iſti viri ornati adhibiti ſunt, in quid* IMPRIMVNT SIGNA? *Nempe ne ille neget ſe accepiſſe, quod accepit.* Eóque modo, *Anulis plus quam Animis* hominum credi queritur. Auſonius Epiſt. XXIII. ad Paulin. SIGNAVI *autem, non, vt Plautus ait*, PER CERAM ET LINVM *literáſque interpretes, ſed per Poëticum characterem magis notauimus, vt tanquam* SIGNVM IMPRESSVM *indicares.* Qui verſus Plauti habetur Pſeudoli Act. I. Sc. I. Lino verò ad obligandas Tabellas & literas, vſos veteres non illo dumtaxat loco Plautus demonſtrat, ſed & apertiſſimè Bacchidib. Act. IIII. Sc. IIII. Illic enim Chryſalus ad ſcribēdam atque obſignandam Epiſtolam adferri ſibi iubet STYLVM, CERAM, TABELLAS ET LINVM. Ac demum, ibidem.

Cedo, ait, *tu* CERAM AC LINVM *actutum.*
Age OBLIGA, OBSIGNA *cito.*

Obſignatas autem Tabulas anulis ſignatotiis, vel vnus Plautus Curculio. Act. II. Sc. vlt. idoneus auctor eſt.

Ad ſignandum vero amici aduocabantur. Idque inter recepta Romæ officia numerabatur. Tertullian. in lib. de Idololatr. SIGNATÆ SIGNIS *non iam* ADVOCATORVM, *ſed Angelorum.* In eóque officio matutinas horas poſitas oſtendit Martial. Epigr. LXX. lib. X. hoc verſu. *Nunc ad luciferam* SIGNAT MEA GEMMA *Dianam.* Quin & iuriſconſultos ad has obſignationes adhibitos, indicio eſt quod Cicero lib. I. de Orato. ait, *Cùm* OBSIGNES TABELLAS *Clientis tui, quibus in Tabellis id ſit ſcriptum, quo ille capiatur.* Cùm autem Tabulas, teſtationéſve conſignare permittebant, vel rogabant, vtebantur his verbis, SIGNA, SIGNATE, SIGNENT LICET. Quod præter illum iam ante citatū Ouidij verſum, TESTERE LICET: SIGNATE QVIRITES, confirmatur his lib. III. de Ponto Eleg. II. verſibus,

Sint hi contenti venia: SIGNENTQVE LICEBIT,
Purgari factum me quoque teſte ſuum.

Martial. Epigr. LXXXIX. lib. IX.

Zenas ſeruulus eſt mihi paternus.
SIGNA. *Cras melius Luperce, fiet.*
Nunc SIGNAT *meus* ANVLVS *lagenam.*

Planè Iuſtinianus, vt Iulian. Antecellor Cōſtitut. XLII. ſcriptum reliquit, publica omnia inſtrumenta huiuſmodi initium totius ſuæ ſcripturæ habere conſtituit, IMPERANTE ILLO, DIVO AVGVSTO: IMPERII ANNO ILLO. Et poſt hæc inſeri CONSVLVM quoque appellationem.

Atque vt hunc de emptionibus & venditionibus locum concludamus, admonendi ſumus Res omnes quæ in commercio erant, aut MANCIPI fuiſſe, aut NEC MANCIPI. RES MANCIPI Vlpiano interprete, erāt prædia tā ruſtica quàm vrbana in Italico ſolo ſita: Item iura prædiorum, ruſticorum: velut via, Iter Actus, Aqueductus. Præterea, ſerui, & quadrupedes quæ dorſo collóve domabantur: velut Boues, Muli, Equi, Aſini. Prædia verò prouincialia, & feræ beſtiæ, Res nec Mancipi cenſebantur.

Enimvero res Mancipi non niſi NEXV, vel, IN IVRE CESSIONE, abalienari ritè poterant. Cic. Topic. ABALIENATIO *eſt eius rei quæ* MANCIPI *eſt, aut traditio alteri* NEXV, *aut in* IVRE CESSIO, *inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt.* Idcirco autem addit, *inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt*, quia, vt idem Vlpianus tradit, non niſi inter ciues Romanos, & Latinos colonarios, Latinóſque Iunianos, eóſq; peregrinos quibus commercium datum erat mancipatio, quæ propria erat ſpecies alienationis rerum Mancipi, locum habebat. Idem Cic. Orat. de Haruſpic. reſponſ. *Multæ ſunt domus in hac vrbe, P. C. atque haud ſcio an pænè cunctæ,* IVRE OPTIMO, *ſed tamen priuato, iure hereditario, iure* AVCTORITATIS, *iure* MANCIPII, *iure* NEXI. Idem Topic. *Vt mancipia quæ ſunt facta dominorum* NEXV. NEXVM autem, vt idē Cic. lib. III. de Orato. interpretatur, ap-

pellabant, quod per libram gerebatur. Similitérque, vt Feſt. Pomp. tradit, NEXVM Gallus Ælius definiebat, quodcumque per æs & libram gerebatur. Per æs autem & libram res olim dominum mutabant Mancipatione, quæ propria erat ſpecies alienationis rerũ Mancipi: cuius ritum quoniam olim lib. I. Select. Antiq. expoſuimus, hoc loco ſollemnia dumtaxat verba quæ in Mancipando interueniebant, attingam: ex quibus, Varro lib. IIII. de lingua Lat. & Feſt. Pomp. in voce, *Rodus*, hæc commemorant, RAVDVSCVLO LIBRAM FERITO. Is etiam qui mancipio accipiebat, vt ex Gaio Boëtius refert, æs tenens ita dicebat, HVNC EGO HOMINEM EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIO. ISQVE MIHI EMPTVS ESTO HOC ÆRE, ÆNEAQVE LIBRA. Eáque ſunt CERTA VERBA, quibus factam Mancipationẽ Vlp. Tit. XIX. ſcribit. Quo ritu non ſerui modo abalienari, ſed & filiifa. emãcipari, necnõ in adoptionem dari ſolebant. Atque hoc modo MANCIPIO DARI res dicebantur. Quo genere loquendi vtuntur cùm Plautus non ſemel, tùm Cic. Epiſt. L. lib. XIII. ad Attic. Seneca lib. III. de Benefic. cap. XX. & Epiſt. LXXIII. lib. X. Lucret. lib. III.

Vitáque MANCIPIO *nulli* DATVR, *omnibus* VSV.

Id eſt, χρήσει non κτήσει. Curius ad Cicero. lib. VII. Familiar. *Sum enim* χρήσει μὲν *tuus*, κτήσει δὲ *Attici noſtri. Ergo fructus eſt tuus*, MANCIPIVM *illius*. Ex quibus verbis apparet χρήσεως nomine vſum ſeu fructum, κτήσεως Mancipium, cuius perpetuus vſus eſt, ſignificari. Plutarch. Περὶ Ἀδολεσχίας. χρῆσιν δὲ ἡ κτῆσιν ἐν μέσῳ κεῖσθαι κοινήν. Seneca lib. V. de Benefic. cap. XIX. *Idem de ſeruo dicam*: MEI MANCIPII *res eſt*. Ouid. lib. IIII. de Ponto Eleg. V.

Pro quibus vt meritis referatur gratia, iurat
Se fore MANCIPIVM *tempus in omne* TVVM.

Quem verſum lubens ita emendauerim, *Se fore Mancipio tempus in omne tuum*, prout ſcripſiſſe Ouidium mihi quidem fit veriſimile. Nam & eodem ſenſu Eleg. XV. lib. IIII. dixit,

Méque TVVM LIBRA *norit* ET ÆRE *magis*.

Id eſt, magis quam per æs & libram emptum.

Emptioni & venditioni, de qua tot hactenus ſermones habuimus, proxima erat Locatio & Conductio. Nam & ſolo conſenſu vtraque contrahebatur: & vt illa, ſimul atque de re & pretio conueniſſet, ita hæc, ſtatim atque de re & mercede ſeu penſione cõueniſſet, perficiebatur. Locabatur autẽ vel Domus, vel Fundus, vel Opus faciendum, vel Vectigal. Ædium conductor INQVILINVS: Fundi, COLONVS: Operis, REDEMPTOR: Vectigalis, PVBLICANVS, vel MANCEPS dicebatur. In locatione ædium caueri lege ſolebat, VT QVÆ IN HABITATIONEM INTRODVCTA, IMPORTATA, IBI NATA, FACTAVE ESSENT, ea pignori locatori pro mercede habitationis eſſent, L. I. D. de migrando. Sed & ſi de ea re nihil conueniſſet, tacitè tamẽ id conuentum accipi ſolebat, vt perinde tenerentur INVECTA ILLATA, ac ſi ſpecialiter conueniſſet, L. eo iure, L. licet, D. in quib. cauſ. pign. L. Item quia, D. de pactis, L. certi iuris, C. de locato. Nec pro penſionibus ſolùm, ſed & ſi deteriorem habitationẽ culpa ſua inquilinus feciſſet, quo nomine ex locato cum eo actio eſſet, INVECTA ET ILLATA pignori erant obligata, L. II. D. in quib. cauſ. pign. Non modo autẽ ædibus, verumetiã horreis locatis, tacita conuentio de inuectis illatis, ex Neruæ ſententia locum habebat, L. ſi horreum, D. in quib. cauſ. Enimuero horreis locatis, interdum dominus, ſeu locator, eorum CVSTODIAM in ſe RECIPIEBAT, eámque repromittebat, L. dominus, L. cùm in plures, §. vlt. D. locati, L. ex Diui, C. de locato. Interdum ſecus. Labeo in d. L. cùm in plures, §. locator. *Locator horrei propoſitum habuit*, SE AVRVM, ARGENTVM, MARGARITAM, NON RECIPERE SVO PERICVLO.

Planè Inquilinos Idib. Quintilibus migrare ſolitos non inſubtiliter Ant. Auguſtin. pridem obſeruauit ex L. cùm ab eo, D. de contrah. emptio. L. qui balneum, D. qui potior. in pigno. L. cùm in plures, D. locati. Cicero. Epiſt. III. lib. II. ad Q. Frat. Sueto. in Tiber. cap. XXXV. Martiale Epigr. XXXII. lib. XII. Eóque alluſiſſe videri poteſt Albutius apud Senecam Controuerſ. II. lib. VII. cùm ait. *Ecquid tuto lateo? Nunquid mutandus eſt locus inepté ab Idibus?*

Fundus verò certa penſione colendus locabatur, L. quidam fundum, D. locati. Et lex conductionis dicebatur, ſecundum quam omnia facere conductor debebat: & ante omnia, curare VT OPERA RVSTICA SVO QVOQVE TEMPORE FACERET, NE INTEMPESTIVA CVLTVRA DETERIOREM FVNDVM FACERET. L. ſi merces, §. conductor, D. locati. Atque adeò interdum conueniſſe VT SI NON EX LEGE FVNDVS COLERETVR, RELOCARE EVM LICERET, ET QVO MINVS LOCARETVR, HOC DOMINO PRÆSTARETVR, docet L. ea lege, D. locati. In locatione certè agrorum caueri ſolitum, NE BIENNIO CONTINVO, FARREO SPICO, id eſt ariſtato, SERERENTVR, ex Sex. Pomp. didici, cuius ipſamet verba apponam. RESTIBILIS, ait, AGER, *eſt qui biennio continuo ſeritur farreo ſpico, id eſt ariſtato. Quod ne fiat,* SOLENT QVI PRÆDIA LOCANT EXCIPERE. Fundo autem locato, interdum eius INSTRVMENTVM ÆSTIMATVM colono dabatur, L. cùm fundus, D. locati. Locatione verò exprimi ſolebat, VT SI QVA LVE TEMPESTATIS, VEL ALIO COELI VITIO DAMNA ACCIDISSENT, AD ONVS COLONI PERTINERENT, L. licet, C. de locato. Sic & in L. ſi quis domum, §. Iulianus, D. locati, ita quis fundum locaſſe proponitur, VT ETIAM SI QVID VI MAIORE ACCIDISSET, HOC EI PRÆSTARETVR. Dominum etiam excepiſſe in fundi locatione, VT FRVMENTI CERTVM MODIVM CERTO PRETIO ACCIPERET, Vlpian. refert in L. ſed addes, §. ſi dominus, D. eod. Ad hæc Paulus in L. quæro, §. 1. D. eod. Inter locatorem fundi & conductorem conueniſſe memorat, NE INTRA TEMPORA LOCATIONIS, SEIVS CONDVCTOR DE FVNDO INVITVS REPELLERETVR: ET, SI PVLSATVS ESSET, POENAM DECEM PRÆSTARET TITIVS LOCATOR SEIO CONDVCTORI, VEL SEIVS CONDVCTOR, SI INTRA TEMPORA LOCATIONIS DISCEDERE VELLET, ÆQVE DECEM TITIO LOCATORI PRÆSTARE VELLET.

In fundorum planè locationibus lex dici ſolebat, VT OB MERCEDEM FRVCTVS PIGNORI ESSENT, L. ſi ſeruus communis, §. Locaui, D. de furt. Gaius etiã in L. potior, §. ſi colonus, D. qui potior. in pigno. *Si colonus,* ait, *conuenerit,* VT INDVCTA IN FVNDVM, ILLATA, IBI NATA, PIGNORI ESSENT. Labeo in L. cum colono, D. quib. mod. pign. *Cum colono tibi conuenit*, VT INVECTA, IMPORTATA PIGNORI ESSENT, DONEC MERCES TIBI SOLVTA, AVT SATISFACTVM ESSET. Vlpian. in L. ſi inter, D. de pignorib. *Si inter colonum & procuratorem meum conuenerit de pignore.* Sed & citra conuentionem, ea quæ voluntate dominorum coloni in fundum conductũ induxerant, pignoris iure tenebantur, L. certi iuris, C. de locato. Mercedis etiam nomine fideiuſſorem à colono accipi cõſueuiſſe, Labeo docet in d. L. cùm à colono. Fideiuſſores quoque conductionis datos oſtendit, L. quæro, D. locati. Paul. in L. ſi à colono, D. de fideiuſſorib. *Si à colono ſtipulatus, fideiuſſorem acceperis, ſtipulatio eſt plurium penſionum.* Fideiuſſores autem à colonis datos etiam ob pecuniam dotis prædiorum teneri prudentibus placuit, cùm ea quoque ſpecies locationis vinculum ad ſe traheret, L. amiſſi, D. de fideiuſſorib.

Illud in prædiorum Ruſticorum locatione excipi ſolebat, COLONVS IN AGRO SVRCVLARIO CAPRA NATVM NE PASCAT quemadmodũ Varro lib. 2. de re Ruſt. cap. 11. auctor eſt. *Atque,* inquies, *leges colonicas tollis, in quibus ſcribimus,* COLONVS IN AGRO SVRCVLARIO NE CAPRA NATVM PASCAT. Quod & iterum tradit lib. II. cap. III. his verbis quibus ei de capris ſermo eſt. *Studioſè enim de agreſtibus fructibus paſcuntur, atque in locis cultis virgulta carpunt. Itaque à carpendo Capræ nominatæ ſunt. Ob hoc in lege locationis fundi* EXCIPI SOLET, NE COLONVS CAPRA NATVM IN FVNDO PASCAT. *Harum enim dentes inimici ſationis.* Et certè perpetua febri capras laborare creditum eſt, earúmq; ſaliuam fructibus eſſe venenum. Vnde Virgil. lib. II. Georgic.

—Aut vrentes culta capellas.

Vbi Seruius. *Omne enim quod momorderint, vrunt & exſiccant. Vnde eſt, Et admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix.* Qui verſus ex eodem libro petitus eſt. Idem in lib. II. Georgic. ad verſum,

—Baccho

—Baccho caper omnibus horis,

Cæditur —

Æſculapio per contrarietatem, ait, capram immolari, qui eſt deus ſalutis, quum capra numquam ſine febre ſit. Plinius lib. VIII. cap. L. de capris agens. *Morſus earum arbori exitialis: oliuam lambendo quoque ſterilem faciunt: eáque ex cauſa Mineruæ non immolantur.* Idem lib. XII. cap. XVII. Capras *maleficum frondibus animal* vocat. Rurſúſque lib. XVII. cap. XXV. & lib. XV. cap. VIII. Oleam, ſi eam capræ lambendo contigerint, depauerintque, ſterileſcere ex Varrone tradit. Eáque de cauſa Flamini Diali capram tangere nō licebat, quod de eo Agellius lib. X. cap. XV. & Plutarch. ἐν Αἰτίοις memoriæ prodiderūt.

Atque adeo in legibus locationum interdum ſcriptum, NE COLONVS IN AGRO SVRCVLARIO PASCERET PECVS QVODDAM, Varro lib. I. de re Ruſt. cap. II. ſignificat, eiúſque rei hanc cauſam adfert. *Quædam enim pecudes culturæ ſunt inimicæ, ac veneno: vt iſtæ quas diximus, capræ.* Sed & in lege quadam locationis ſcriptum Alfenus narrat, REDEMPTOR SILVAM NE CÆDITO, NEVE CINGITO, NEVE DEVRITO: NEVE QVEM CINGERE CÆDERE, VRERE SINITO. L. in lege D. locati.

Præterea Colonus villarum curam agere debebat, VT EAS INCORRVPTAS REDDERET. L. ſi merces, §. conductor D. locati. Inde Alfenus in L. qui inſulam §. vlt. D. eo. *colonus villam hac lege acceperat*, VT INCORRVPTAM REDDERET, PRÆTER VIM, ET VETVSTATEM. Colonis etiam prædiorum lege locationis denuntiari ſolitum, VT INNOCENTEM IGNEM HABERENT, indicat L. ſi quis domum, §. ſi colonis, D. eo. Quinimo interdum conuenebat, NE PENITVS IGNEM CONDVCTOR HABERET. Vlpian. in L. videamus, §. I. D. locati. *Si hoc in locatione conuenit,* IGNEM NE HABETO. Inter locatorem etiam & conductorem conueniſſe, NE IN VILLA VRBANA FOENVM COMPONERETVR, idem Vlpian. narrat in d. L. videamus, §. vlt. Colonorum autem duo genera erant. Aut enim PARTIARII erant, aut NVMIS COLEBANT, & ad pecuniam numeratam conducebant, L. ſi merces §. vis maior, D. locati, L. ſi apes D. de furt. L. licet C. de locato. Plin. Epiſt. XXXVII. lib. IX. *Non* NVMIS, *ſed* PARTIBVS LOCEM. Interdum etiam fundus, quo facilius emptorem inueniret, in duas partes locabatur, L. Gaius Seius, §. vlt. D. de leg. II. Fundum præterea paſtinandum locatum, narrat L. ſemper, §. I. D. quod vi aut clam.

A kalendis verò Martiis locationes prædiorum vt plurimum incipiebant, quemadmodum Papinianus indicat in L. diuortio D. Solu. matrim. Penſiones etiam iiſdem kalendis inferri conſueuiſſe, apertè ſignificat L. defuncta, D. de vſufr. Planè tam vrbanorum quàm ruſticorum prædiorum locationes in luſtrum ſeu quinquennium fieri moris erat. Cuius rei argumenta ſunt hæc in Pandectis. Paul. in L. Si filio fam. §. vlt. D. Solu. matrim. *Si vir in* QVINQVENNIVM LOCAVERIT FVNDVM. Et in L. Ei cui D. de liberat. leg. *Ei cui* FVNDVM IN QVINQVENNIVM LOCAVERAM, *legaui*. &c. Vlpian. in L. ſi quis domum, §. hic ſubiungi, D. loca. *Si fructuarius* LOCAVERIT FVNDVM IN QVINQVENNIVM. Paul. in L. ſi in lege, §. ſi domus, D. eo. *Si* DOMVS, VEL FVNDVS IN QVINQVENNIVM PENSIONIBVS LOCATVS SIT. Idem in §. colonus ead. L. *Si ei frui non liceat, totius* QVINQVENNII *nomine rectè aget.* Sic & in L. item quæritur, §. qui impleto, D. eo. *Et ſi* LVSTRVM *fortè ab initio fuerat conductionis præſtitutum.* Et in L. ſi quis nec cauſam §. vlt. D. ſi cert. pet. *Nam & ſi colonus poſt* LVSTRVM *completum fructus perceperit.* Et in L. ſi ſeruus, D. de ſtipulatio. ſeruo. *Nam & ſi in annos fortè* QVINQVE LOCATIO *facta ſit.* Hinc & in L. qui per colluſionem, D. de actionib. emp. *Colonum &* QVINQVENNII PENSIONES *in fidem ſuam recipiat.* Plinius Epiſt. XIII. lib. IX. de colonis ſuis & villicis agens. *Nam priore* LVSTRO *quamquam poſt magnas remiſſiones reliqua creuerunt.* Eodémque modo publica locari conſuerant. Calliſtrat. in L. non intelligitur, §. cùm quinquennium, D. de iu. fiſ. *Cùm* QVINQVENNIVM *in quo quis pro publico conductore ſe obligauit, exceſſit.* Et mox: *Forte vt ſi peracto* LVSTRO *diſcedere*

voluerint, non teneantur. Labeo in L. qui quattuor, §. qui hortos D. de leg. III. *Qui hortos publicos à Repub. conductos habebat, eorum hortorum fructus, vſque ad* LVSTRVM *quo conducti eſſent, Aufidio legauerat.* Imp. Alexander in L. ſi cùm Hermes C. de loca. *Si cùm Hermes vectigal octauarium* IN QVINQVENNIVM *continuum conduceret.*

Opus verò faciendum aliis atque aliis legibus locabatur. Paul. in L. Item ſi pretio, §. cùm inſulam, D. locati *Cùm* INSVLAM ÆDIFICANDAM LOCO, VT SVA IMPENSA CONDVCTOR OMNIA FACIAT. Et interdum quidem OPVS AVERSIONE LOCABATVR: interdum verò ita, VT IN PEDES MENSVRASVE CERTA MERCES PRÆSTARETVR, L. Opus D. locati. Iauolenus in L. Ea lege, §. locaui D. locati. LOCAVI OPVS FACIENDVM, ITA VT PRO OPERE REDEMPTORI CERTAM MERCEDEM IN DIES SINGVLOS DAREM. Aliàs proponitur is qui ædem faciendam locauerat in lege dixiſſe, QVOAD IN OPVS LAPIDIS OPVS ERIT, PRO LAPIDE, ET MANV PRETIO REDEMPTORI IN PEDES SINGVLOS, SEPTEM DABIT, L. qui inſulam, §. qui ædem, D. eo. tit. Legibus certè operum faciendorum, vulgò comprehendi ſolitum, VT OPVS ARBITRIO LOCATORIS FIERET, EIVSQVE PROBATIO AVT IMPROBATIO LOCATORIS, VEL HEREDIS EIVS ESSET, colligitur ex L. cùm in plures, §. lege dicta, D. locati L. veluti D. pro ſocio. Hinc in L. Si in lege, D. locati, *Si in lege locationis comprehenſum eſt*, VT ARBITRATV DOMINI OPVS APPROBETVR. Similiter in L. Ea lege, §. locaui D. eo. tit. *Si ita opus locaſti*, VT BONITAS EIVS TIBI A CONDVCTORE APPROBARETVR. Sic & in L. ſi ſtipulatus es, D. de fideiuſſorib. *Stipulatus es*, OPVS ARBITRATV TVO ANTE CERTAM DIEM FIERI: QVOD SI EFFECTVM NON ESSET, QVANTI VT EFFICERETVR OPVS LOCASSES, TANTI FIDEIVSSORES ACCEPISTI. Nam & diem adiici conſueuiſſe intra quem opus fieret: aut niſi factum eſſet, quanti locatoris intereſſet, conductor ſolueret, oſtendit Labeo in L. Inſulam, §. I. D. locati. *In locatione*, ait, *operis erat dictum* ANTE QVAM DIEM EFFICI DEBERET. *Deinde,* SI ITA FACTVM NON ESSET, QVANTI LOCATORIS INTERFVISSET, TANTAM PECVNIAM DARI CONDVCTOR PROMISERAT. Quin & interdum lege operis locandi cautum, VT SI AD DIEM OPVS EFFECTVM NON ESSET, RELOCARE ID LICERET, indicio eſt L. Item quæritur, §. ſi in lege D. locati.

Extat verò Neapoli, Lex operi faciundo dicta in hæc verba. AB COLONIA DEDVCTA ANNO XC. N. FVFIDIO N. F. M. PVLLIO DVOVIR. P. RVTILIO CN. MALLIO COS. OPERVM LEX II.

LEX PARIETI FACIENDO, IN AREA QVÆ EST ANTE ÆDEM SERAPI TRANS VIAM. QVI REDEMERIT PRÆDES DATO, PRÆDIAQVE SVBSIGNATO DVVMVIRVM ARBITRATV.

IN AREA TRANS VIAM PARIES QVI EST PROPTER VIAM, IN EO PARIETE MEDIO OSTIEI LVMEN APERITO, LATVM P. VI. ALTVM P. VII. FACITO. EX EO PARIETE ANTAS DVAS AD MARE VORSVM PROICITO, LONGAS P. II. CRASSAS P. I. INSVPER ID LIMEN ROBVSTVM, LONGVM P. VIII. LATVM P. I. ALTVM P. S. IMPONITO. INSVPER ID ET ANTAS, MVTVLOS ROBVSTOS II. CRASSOS S. ALTOS P. I. PROICITO, EXTRA PARIETEM IN VTRAMQVE PARTEM P. IV. INSVPER SIMAS PICTAS FERRO OFFIGITO. INSVPER MVTVLOS TRABICVLAS ABIEGNIEAS. II. CRASSAS QVOQVE VERSVS. S. IMPONITO, FERROQVE FIGITO, INASSERATO, ASSERIBVS ABIEGNIEIS SECTILIBVS, CRASSEIS QVOQVE VERSVS: DISPONITO NE PLVS S. OPERCVLAQVE ABIEGNEA IMPONITO EX TIGNO PEDARIO, FACITO ANTEPAGMENTA ABIEGNEA LATA S. CRASSA. EE. CVMATIVMQVE IMPONITO, FERROQVE PLANO FIGITO, PORTVLAQVE TEGITO TEGVLARVM ORDINIBVS SENEIS, QVOQVE VERSVS TEGVLAS PRIMORES OMNES IN ANTEPAGMENTO

... MENTO FERRO FIGITO, MARGINEMQVE IMPONITO. EISDEM FORES CLATRATAS II. CVM POSTIBVS ESCVLANEIS, FACITO, STATVITO, OCCLVDITO, PICATOQVE. ITA VT EI AD ÆDEM HONORVS FACTA SVNT. EISDEM MACERIA EXTREMA, PARIES QVI EST, EVM PARIETEM CVM MARGINE ALTVM FACITO, P. X. EISDEM OSTIVM INTROITV IN AREA QVOD NVNC EST, ET FENESTRAS QVÆ IN PARIETE, PROPTER EAM AREAM SVNT, PARIETEM OBSTRVITO. ET PARIETI QVI NVNC EST PROPTER VIAM, MARGINEM PERPETVOM IMPONITO, EOSQVE PARIETES MARGINESQVE OMNES, QVÆ LITA NON ERVNT CALCE HARENATO, LITA POLITAQVE ET CALCE VDA DEALBATA RECTE FACITO. QVOD OPVS STRVCTILE FIET IN TERRA, CALCIS RESTINCTÆ PARTEM QVARTAM INDITO: VIVÆ MAIOREM CÆMENTA STRVITO, QVAM QVÆ CÆMENTA ARDA. PENDAT P. XV. NIVE ANGOLARIA ALTIOREM. ::Ʒ. FACITO, LOCVMQVE PVRVM PRO EO OPERE REDDITO. EIDEM .SACELLA, ARAS, SIGNAQVE QVÆ IN CAMPO SVNT, QVÆ DEMONSTRATA ERVNT, EA OMNIA TOLLITO, DEFERTO, COMPONITO, STATVITOQVE, VBEI LOCVS DEMONSTRATVS ERIT, DVVMVIRVM ARBITRATV.

HOC OPVS OMNE FACITO ARBITRATV DVOVIR. ET DVOVIRATIVM, QVI IN CONSILIO ESSE SOLENT PVTEOLIS, DVM NI MINVS VIGINTI ADSIENT, CVM EA RES CONSVLETVR. QVOD EORVM VIGINTI IVRATI PROBAVERINT, PROBVM ESTO. QVOD IEI IMPROBARINT, IMPROBVM ESTO.

DIES OPERIS K. NOVEMBR. PRIMEIS. DIES PEQVN. PARS DIMIDIA DABITVR, VBEI PRÆDIA SATIS SVBSIGNATA ERVNT. ALTERA PARS DIMIDIA SOLVETVR, OPERE EFFECTO, PROBATOQVE. C. BLOSIVS. Q. F. S. H. IDEM PRÆS.

Q. FVFICIVS Q. F.
CN. TETEIVS Q. P.
C. GRANIVS C. F.
T. CRASSICIVS.

In antiquis certè inſcriptionibus crebro occurrũt, verba hæc, FACIENDVM CVRAVERVNT, IDEMQVE PROBAVERVNT. Eóque pertinet legis Iuliæ repetundarum caput, quod Macer in L. lex Iulia, D. de L. Iul. repet. ita exequitur. *Illud quoque cauetur, Ne in acceptum feratur opus publicum faciendum, frumentum publicè dandum, præbendum, adprehendendũ, ſarta tecta tuenda, antequam perfecta* PROBATA, *præſtita* LEGE *erunt*, id eſt ſecundum legem in locatione operis dictam. Huius generis lex à Cicero lib. III. in Verr. memoratur, quæ Titulum præfert huiuſmodi, LEX OPERI FACIVNDO IVNII PVPILLI, QVAM C. VERRES PRÆTOR VRBANVS ADDIT. Sic enim caſtigandum hoc principium exiſtimo, in quo paſſim, *ex opere faciũdo*, cùm vitio legitur. Legis autem dictæ verba ſunt hæc. QVI DE L. MARTIO, M. PERPENNA CENSORIBVS REDEMERIT, EVM SOCIVM NE ADMITTO, NEVE EI PARTEM DATO, NEVE REDIMITO. SI QVID OPERIS CAVSA RESCIDERIS, REFICITO. QVI REDEMERIT, SATISDET DAMNI INFECTI EI QVI A VETERE REDEMPTORE ACCEPERIT. HOC OPVS SVO QVOQVE BONO FACITO. REDIVIVA SIBI HABETO. Illud etiam addi ſolitum Cicero eodem loco oſtendit, VT OPTIMA CONDITIONE ESSET IS, CVIVS EA RES ERAT, CVIVS PERICVLVM. Feſt. Pomp. *Sartè ponebant pro integrè: ob quam cauſam opera publica quæ locantur, vt integra præſtentur*, SARTA TECTA LOCANTVR. *Etenim Sarcire eſt integrum facere*. Idem Feſt. *Produit* interpretatur, *porro dederit*, vt eſt *in lege Cenſoria* PORTICVM SARTAM TECTAMQVE HABETO, PRODITO.

EXEGISSE etiam SARTA TECTA Cenſores, Liuius lib. XLII. ita ſcribit, *Cenſorem moribus regendis creatum, cui* SARTA TECTA EXIGERE *ſacris publicis & loca tuenda more maiorum traditum eſſet.* Idem lib. XLV. de Gracclio & Claudio Cenſoribus. *Petentibus, vt ex inſtituto ad* SARTA TECTA EXIGENDA, *& ad* OPERA QVÆ *locaſſent,* PROBANDA, *anni & bimenſis tempus prorogaretur.* Cic. lib. III. in Verr. *Quum L. Octauius, Cæſar Aurelius Coſſ. ædes ſacras locauiſſent, neque potuiſſent* OMNIA SARTA TECTA EXIGERE.

Villam autem nouam ab ſolo ædificandam ita locandam eſſe, Caio de re Ruſt. cap. XIIII. monet, vti faber hæc quæ ſequuntur faciat. PARIETES OMNES (VTI IVSSIT VR) CALCE ET CEMENTIS, PILAS EX LAPIDE ANGVLARI, TIGNA OMNIA, QVÆ OPVS SVNT, LIMINA, POSTES, IVGVMENTA, ASSERES, FVLMENTAS, PRÆSEPIS BVBVS HIBERNAS, ET ÆSTIVAS FALISCAS, EQVILE, CELLAS FAMILIÆ, CARNARIA III. ORBEM, AHENA II. HARAS X. FOCVM, IANVAM MAXIMAM, ET ALTERAM QVAM VOLET DOMINVS, FENESTRAS, CLATROS IN FENESTRAS MAIORES, ET MINORES BIPEDALES X. LVMINA VI. SCAMNA III. SELLAS V. TELAS IOGALES DVAS, LVMINARIA VI. PAVLLVLAM PILAM, VBI TRITICVM PINSANT, VNAM, FVLLONICAM VNAM, ANTEPAGMENTA, VASA TORCVLA DVO. HÆ REI MATERIAM, ET QVÆ OPVS SVNT, DOMINVS PRÆBEBIT, ET AD OPVS DABIT: SVCCIDET, DOLABIT, SERRAM I. LINEAM I. MATERIAM DVNTAXAT SECABIT, FACIETQVE. CONDVCTOR LAPIDEM, CALCEM, ARENAM, AQVAM, PALEAS, TERRAM VNDE LVTVM FIAT. SI DE COELO VILLA TACTA SIET, DE EA RE VERBA VTI FIANT. HVIC OPERI PRETIVM AB DOMINO BONO, QVI BENE PRÆBEAT QVÆ OPVS SVNT, ET NVMOS FIDE BONA SOLVAT. IN TEGVLAS SINGVLAS II. INTECTVM SIC NVMERABITVR TEGVLA, INTEGRA QVÆ NON ERIT, VNDE QVARTA PARS ABERIT, DVÆ PRO VNA CONLICIARES QVÆ ERVNT, PRO BINIS PVTABVNTVR: IN ALIIS QVÆ ERVNT, IN SINGVLAS QVATERNÆ NVMERABVNTVR. VILLA, LAPIDE, CALCE FVNDAMENTA SVPRA TERRAM PEDE, CETEROS PARIETES EX LATERE IVGVMENTA ET ANTEPAGMENTA, QVÆ OPVS ERVNT, INDITO. CETERA LEX, VTI VILLA EX CALCE, CEMENTIS PRETIVM IN TEGVLAS SINGVLAS N. S. LOCO SALVBRI BONO DOMINO HÆC, QVÆ SVPRA PRETIA POSITA SVNT, EX SIGNO MANVPRETIVM ERIT: PESTILENTI, VBI ÆSTATE FIERI NON POTEST, BONO DOMINO PARS QVARTA PRETII ACCEDAT.

Veteres autem, opus Redemptori locatum Quinceupeda metiri ſolitos, vt nunc fit ſexcupeda, indicant hi Martialis è lib. XIIII. verſus, Quinceupedæ Titulum præferentes.

Puncta notis ilex, & acuta cuſpide clauſa,
Sæpe REDEMPTORIS *prodere* FVRTA *ſolet.*

Quamquam & Decempedis in dimetiendis ædificiis vſos eos Horatius ſignificat lib. II. Carmin. Ode XV. cùm ait

— Nulla DECEMPEDIS
METATA PRIVATIS, *opacam*
Porticus excipiebat Arcton,

Vbi vetus Comment. *Decempeda,* ait, *regula eſt decem pedum, ad quos artificibus fabricæ mēſura colligitur.* Erant autem & operum & ÆDIFICIORVM MENSORES Romæ, quorum in antiquis Inſcriptionibus non ſemel fit mentio, ex quibus tres adſcripſi. Vna eſt huiuſmodi, STATILIO VOL. APRO MENSORI ÆDIFICIORVM. VIXIT ANN. &C. Altera ſic habet, DIIS MANIBVS CÆCILII MAXIMI

MENSORIS

MENSORIS ÆDIFICIORVM. Tertiæ verba ſunt hæc, A. SEMPRONIVS MENSOR ÆDIFICIORVM SIBI ET SEMPRONIÆ HEREDI. Plinius Traiano lib. x. Epiſtol. *Diſpice, domine, an neceſſarium putes mittere huc* MENSOREM: *Videntur enim non mediocres pecuniæ poſſe reuocari à curatoribus operum, ſi* MENSVRÆ FIDELITER AGANTVR. Cui reſpondens Traianus, MENSORES, ait, *vix etiam his operibus quæ aut Romæ, aut in proximo ſiunt, ſufficienter habeo. Sed in omni prouincia inueniuntur.* Poſtquam verò opus probatum fuerat, in acceptum ab eo cuius probatio fuerat, referebatur. Cic. lib. III. in Verr. *Primò negabat* OPVS IN ACCEPTVM REFERRE *poſſe.* Et mox ibidem. OPVS IN ACCEPTVM RETVLIT, *quadriennio poſt, quam diem operi dixerat.*

Illud antiquarum ædium legibus cautum fuiſſe ſcio, NE RECENTIORE TRIMA ARENA VTERETVR REDEMPTOR. Idque ex Plinio didiciſſe me profiteor cuius è lib. XXXVI. Nat. hiſt. cap. XIII. ipſamet verba ponam: *Intrita quoque* (de arena loquitur) *quò vetuſtior, eo melior. Vnde & antiquarum ædium legibus inuenitur*, NE RECENTIOR TRIMA VTERETVR REDEMPTOR, Legibus autem ædificiorum ſcribendis Architectos operam dediſſe Vitruiuus lib. I. cap. I. oſtendit, *Item* inquiens, *aquarum ductiones, & cetera quæ ſunt huiuſmodi, nota ſint oportet Architectis, vt antè caueant, quàm inſtituant ædificia: ne controuerſiæ factis operibus patribusfamil. relinquantur: & vt ipſe legibus ſcribendis prudentia cauere poßit locatori & conductori.* Varro lib. IIII. de ling. Lat. *Poſt ædem Saturni in ædificiorum legibus parietes poſtici muri ſunt ſcripti.* Calcem autem partiario coquendam qui locabant ita auctore Cato. re Ruſt. cap. XVI. locabãt, VT CALCARIVS PERFICERET, COQVERET, ET EX FORNACE CALCEM EXIMERET, LIGNAQVE CONFICERET AD FORNACEM: DOMINVS VERO LAPIDEM, ET LIGNA AD FORNACEM QVOD OPVS ESSET, PRÆBERET. Idem Cato cap. CXLIIII. Oleam legendam locari oportere tradit hoc modo: OLEAM COGITO RECTE OMNEM ARBITRATV DOMINI, AVT QVEM CVSTODEM FECERIT, AVT CVI OLEA VENIERIT. OLEAM NE STRINGITO, NEVE VERBERATO INIVSSV DOMINI AVT CVSTODIS. SI ADVERSVS EA QVIS FECERIT, QVOD IPSE EO DIE DELEGERIT, PRO EO NEMO SOLVET, NEQVE DEBEBITVR. OLEAM QVI LEGERINT, OMNES IVRANTO AD DOMINVM, AVT AD CVSTODEM, SESE OLEAM NON SVRRIPVISSE, NEQVE QVENQVAM SVO DOLO MALO EA OLEITATE EX FVNDO L. MANLII. QVI EORVM NON ITA IVRAVERIT, QVOD IS LEGERIT OMNE, PRO EO ARGENTVM NEMO DABIT, NEQVE DEBEBITVR: OLEAM COGI RECTE SATIS DATO ARBITRATV L. MANLII. SCALÆ ITA VTI DATÆ ERVNT, ITA REDDITO, NISI QVÆ VETVSTATE FRACTÆ ERVNT. SI NON ERVNT, REDDET ÆQVAS, AVT ARBITRATV DEDVCETVR. SI QVID REDEMPTORIS OPERA DOMINO DAMNI DATVM ERIT, RESOLVITO. ID VIRI BONI ARBITRATV DEDVCETVR. LEGVLOS QVOT OPVS ERVNT PRÆBETO, ET STRICTORES. SI NON PRÆBVERIT, QVANTI CONDVCTVM ERIT, AVT LOCATVM ERIT, DEDVCETVR, TANTO MIMINVS DEBEBITVR. DE FVNDO LIGNA ET OLEAM NE DEPORTATO. QVI OLEAM LEGERIT, QVI DEPORTAVERIT, IN SINGVLAS DEPORTATIONES SS. N. II. DEDVCENTVR, NEQVE ID DEBEBITVR. OMNEM OLEAM PVRAM METIETVR. MODIO OLEARIO ASSIDVOS HOMINES QVINQVAGINTA PRÆBETO, DVAS PARTES STRICTORVM PRÆBETO. NEQVIS CONCEDAT, QVO OLEA LEGVNDA ET FACIVNDA CARIVS LOCETVR. EXTRA QVAM SI QVAM SOCIVM IMPRÆSENTIARVM DIXERIT, SI QVIS ADVERSVM EA FECERIT, SI DOMINVS AVT CVSTOS VOLENT, IVRENT OMNES SOCII. SI NON ITA IVRAVERINT, PRO EA OLEA

LEGVNDA ET FACIVNDA NEMO DABIT, NEQVE DEBEBITVR EI, QVI NON ITA IVRAVERIT. ACCESSIONES IN Mo. ∞ CC. ACCEDIT OLEÆ SALSÆ Mo. V. OLEI PVRI. P. IX. IN TOTA OLEITATE. V. ACETI QVADRANTALIA. V. QVOD OLEÆ SALSÆ NON ACCEPERINT, DVM OLEAM LEGENT IN MODIOS SINGVLOS SS. S. S. DABVNTVR. Catoni in vno harum legũ capite adſtipulatur Plinius, qui oliuantibus legem antiquiſſimam fuiſſe, OLEAM NE STRINGITO NEVE VERBERATO, lib. xv. Nat. hiſt. cap. III. ſcribit.

Oleam verò faciendam idem Cato cap. CXLV. hac lege locare oportere tradit: FACITO RECTE ARBITRATV DOMINI, AVT CVSTODIS. QVI ID NEGOTIVM CVRABIT SI SEX IVGIS VASIS OPVS ERIT, FACITO. HOMINES EOS DATO, QVI PLACEBVNT AVT CVSTODI, AVT QVIS OLEAM ILLAM EMERIT. TRAPETI FACITO. SI OPERARII CONDVCTI ERVNT, AVT FACIENDA LOCATA ERIT, PRO EO RESOLVITO, AVT DEDVCETVR. OLEVM NE TANGITO VTENDI CAVSA, NEQVE FVRANDI CAVSA, NISI QVOD CVSTOS DEDERIT, AVT DOMINVS. SI SVMPSERIT, IN SINGVLAS SVMPTIONES SS. N. XL. DEDVCENTVR, NEQVE DEBEBITVR. FACTORES, QVI OLEVM FECERINT, OMNES IVRANTO AVT AD DOMINVM, AVT AD CVSTODEM, SESE DE FVNDO L. MANLII, NEQVE ALIVM QVENQVAM SVO DOLO MALO, OLEVM, NEQVE OLEAM SVRRIPVISSE. QVI EORVM NON ITA IVRAVERIT, QVÆ EIVS PARS ERIT OMNE DEDVCETVR, NEQVE DEBEBITVR. SOCIVM NEQVEM HABETO, NISI QVEM DOMINVS IVSSERIT, AVT CVSTOS. SI QVID REDEMPTORIS OPERA DOMINO DAMNI DATVM ERIT, VIRI BONI ARBITRATV DEDVCETVR. SI VIRIDE OLEVM OPVS SIET, FACITO ACCEDERE OLEVM ET SAL SVÆ VSIONI, QVOD SATIS SIET, VASARIVM VICT. II.

Vinea verò Redemptori partiatio vti danda eſſet, idem Cato cap. CXXXVII. ita ſcribit, VINEAM CVRANDAM PARTIARIO, BENE CVRET FVNDVM, ARBVSTVM, AGRVM FRVMENTARIVM. PARTIARIO FOENVM, ET PABVLVM, QVOD BVBVS SATIS SIET, QVI ILLIC SIENT. CETERA OMNIA PRO INDIVISO. Vindemiatoribus verò has olim leges dictas inuenio. VVAM SQVALIDAM NE LEGITO. HANC NE LEGITO RORVLENTAM. Plinius lib. XVIII. cap. XXXI. *Leges ita ſe habent*: VVAM SQVALIDAM (ſic enim emendo) NE LEGITO: *Hoc eſt in eius ſiccitate, ac niſi imber interuenerit*. HANC NE LEGITO RORVLENTAM, *Hoc eſt ſi ros nocturnus fuerit, nec prius quam ſole diſcutiatur*. Idem Plin. lib. XIIII. cap. I. auctor eſt, in Campano agro vites populis implicitas, atque per ramos earum procacibus brachiis geniculato curſu ſcandentes, cacumina æquaſſe, in tantùm ſublimes, vt vindemiator auctoratus, ROGVM AC TVMVLVM EXCIPERET.

Pecora etiam paſcenda locabantur. Vlpian. in L. ſi quis domũ, §. Celſus D. locati. *Si quis* VITVLOS PASCENDOS, *vel ſarciendum quid, poliendúmve conduxit*. Ea nonnunquam partiaria dabantur, Imp. Antonin. in L. ſi paſcenda C. de pact. *Si* PASCENDA PECORA PARTIARIA, *id eſt, vt fœtus eorum portionibus quibus placuit inter dominum & paſtorem diuidantur, Apollinarem ſuſcepiſſe probabitur*. Eos vtique qui, AVIARIA CONDVCEBANT, SI CAVERENT domino, STERCVS VT IN FVNDO MANERET, minoris conduxiſſe, quam quibus id accedebat, Varro lib. V. de re Ruſt. cap. XXXVIII. refert. Nam & ex Auiariis agros ſtercoratos, Plinius lib. XVI. Nat. hiſtor. cap. IX. docet.

Alia inſuper conductionum exempla proferam. Vlpian. in L. item quæritur, §. I. D. loca. *Si* NAVICVLARIVS ONVS VEHENDVM CONDVXERIT. Idem in L. videamus, §. qui vinum, D. eo. QVI VINVM DE CAMPANIA TRANSPORTANDVM CONDVXIT. Velleius Patercul. lib. I. *Mummius tam rudis fuit, vt*

capta

capta Corintho, cùm maximorũ artificum perfectas manibus TABVLAS, AC STATVAS IN ITALIAM PORTANDAS LOCARET, *iuberet* PRÆDICI CONDVCENTIBVS, SI EAS PERDIDISSENT, NOVAS EOS REDDITVROS. Præterea GEMMAM INCLVDENDAM aut INSCVLPENDAM LOCATAM refert Vlpia. in L. item quæritur, §. ſi gemma, D. loca. FVLLONI quoque VESTIMENTA POLIENDA, CVRANDAVE, vt & SARCINATORI SARCIENDA LOCABANTVR. Inſtitut. de locato & cond. in prin. L. ſi quis domum, §. Celſus, L. item quæritur, §. ſi fullo, D. eo. L. ſi tibi polienda, D. de præſcript. verb. L. II. D. de condict. cau. da. §. Item ſi Inſtit. de oblig. quæ ex delic. Rerum planè locatarum duo erant genera, vt aut *idẽ redderetur, ſicuti cùm* VESTIMENTA FVLLONI CVRANDA LOCARENTVR: *aut eiuſdem generis redderetur,* VELVTI CVM ARGENTVM PVSVLATVM FABRO DARETVR, VT VASA FIERENT: AVT AVRVM, VT ANVLI, L. in nauem, D loca. *Plerumque autem Artifices conuenire ſolitos,* NON PERICVLO SVO SE FACERE, docet L. ſi ſeruus, §. ſi calicem, D. ad L. Aquil. Idem ead. L. §. vlt. SI TECTORI LOCAVERIS LACVM VINO PLENVM CVRANDVM. Labeo in L. vlt. D. de L. Rodia, SI VEHENDA MANCIPIA CONDVXISTI. Et §. I. ead. L. Si ea *condicione* NAVEM CONDVXISTI, VT EA MERCES TVÆ PORTARENTVR. Et mox: *Cùm ea condicione à te* CONDVXISSET, VT CERTAM POENAM TIBI PRÆSTARET, NISI ANTE CONSTITVTVM DIEM MERCES TVAS EO LOCI EXPOSVISSET, IN QVEM DEVEHENDAS EAS MERCES LOCASSET. Nauem autem Amphorarum duo millium vel AVERSIONE conductam, vel PRO NVMERO IMPOSITARVM AMPHORARVM MERCEDE CONSTITVTA, ibidem Labeo refert: Sic & in L. colonus, §. vlt. D. loca. *Nauem conduxit,* VT DE PROVINCIA CYRENENSI AQVILEIAM NAVIGARET, OLEI METRETIS TRIBVS MILIBVS IMPOSITIS, ET FRVMENTI MODIIS OCTO MILIBVS, *certa mercede.* Sunt & hominis & vehiculi & balinei locati exempla in L. ſi domum, §. I. L. Inſulam, §. quidam, L. cum in plures, §. vehiculum, D. locat. Sequitur de publicorum locatione dicere. Agri publici, certa lege fruendi locabantur, L. I. D. de lo. publ. fruen. Liuius lib. XXVII. HI CENSORES, VT AGRVM CAMPANVM FRVENDVM LOCARENT, *ex auctoritate patrum latum ad populum eſt.* Idem lib. XLII. *Lucretius Trib. pleb. promulgauit,* VT AGRVM CAMPANVM CENSORES FRVENDVM LOCARENT. Paul. in L. cotem, §. I. D. de publican. AGRI PVBLICI QVI IN PERPETVVM LOCANTVR. Agri planè ciuitatum, vt idẽ in L. I. D. ſi ag. vectig. ſcribit vel in PERPETVVM FRVENDI LOCABANTVR, id eſt, *hac lege, vt tamdiu pro his vectigal penderetur, quamdiu neque ipſis qui cõduxiſſent, neque his qui in locum eorum ſucceßiſſent, auferri eos liceret,* vel ad modicum tẽpus. Illi Vectigales agri vocabantur, L. cum ſpõſus, §. I. D de publicia, L. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, D. de dam. inf. Scæuola in L. lex vectigali, D. de pignorib. *Lex vectigali fundo dicta erat,* VT SI POST CERTVM TEMPVS VECTIGAL SOLVTVM NON ESSET, IS FVNDVS AD DOMINVM REDIRET. Cæſarem vtique cùm inſulæ Cretæ cotorias locaret, legem ita dixiſſe Alfenus narrat, NE QVIS PRÆTER REDEMPTOREM POST IDVS MARTIAS COTEM EX INSVLA CRETA FODITO, NEVE EXIMITO, NEVE AVELLITO. Sanè in publicorũ locatione leges dicebãtur, quibus & populo & cõductori proſpici, ac vectigali ipſi certa forma dari ſolebat, L. II. § ſi publicanus, D. ſi bonor. capt. Cuiuſmodi leges Cẽſorias appellabãt. Cic. lib. v. in Verr. *Cũ locatio fieret, publicani poſtularũt, quaſdã res vt ad legẽ adderẽt, neq; tamẽ à Cẽſoriis ceteris legibus recederẽt.* Idẽ lib. VII. in eundẽ Verr. Qui *publicos agros arãt, certũ eſt quid ex* LEGE CENSORIA *dare debeant.* Alfenus in L. in lege D. de verb. ſignifi. IN LEGE CENSORIA *portus Siciliæ, ita ſcriptum erat,* SERVOS QVOS DOMO QVIS DVCET SVO VSV, PRO HIS PORTORIVM NE DATO. Cenſoria planè lege publicanis cautum, ſi publico frui per vim aut incurſum hoſtium non poſſent, Cicero Oratio. de prouinc. Conſularib. ſignificat, cùm ait. Qui *publico frui non potuit per hoſtem, hic tegitur ipſa* LEGE CENSORIA. Atque ita Liuius lib. XXIII. plures ſocietates veſtimenta, frumentum, quæque alia opus eſſent, Hiſpanienſi exercitui præbenda conduxiſſe narrat, ſed his legibus: Primũ NE ALII TRIENNIO EO PVBLICANI ESSENT: *deinde, vt* QVÆ IN NAVES IMPOSVISSENT, AB HOSTIVM TEMPESTATISQVE VI, PVBLICO PERICVLO ESSENT. Agros etiã Deorũ immortaliũ in Boeotiæ publicis locãdis, EXCEPTOS FVISSE LEGE CENSORIA, Cic. lib. III. de Nat. deor. refert: Varro quoq; eos qui pec. apud publicanos minimè profeſsũ paſcebãt in legẽ Cẽſoriã cõmiſiſſe, docet lib. II. de re Ruſt. cap. I. his verbis. *Itaq; greges ouiũ longè abigũtur*

ex *Apulia in Samnium æſtimatum*, *ne ſi* INSCRIPTVM PECVS PAVERINT, LEGE CENSORIA COMMITTANT. Plinius lib. XXXIII. cap. IIII. *Extat* LEX CENSORIA, *Ictimulorum auri ſodinæ, qua in Vercellenſi agro cauebatur*, NE PLVS QVINQVE MILLIA HOMINVM IN OPERE PVBLICANI HABERENT. Legibus verò Cenſorijs de PVBLICANORVM PACTIONIBVS aliquid cautum, argumento eſt quod Cic. Epiſt. I. ad Q. frat. ait, *Poſſint in* PACTIONIBVS FACIENDIS *non legem ſpectare* CENSORIAM. Solebant enim publicani pactiones cum ciuitatibus, & cum priuatis conficere. Cic. Epiſt. ad P. Silium lib. XII. Familiar. *Cùm P. Terentio Hiſpone, qui* OPERAM IN SCRIPTVRA PRO MAGISTRO DAT &c. *Eius ſumma exiſtimatio agitur, in eo, ut* PACTIONES CVM CIVITATIBVS *reliquis* CONFICIAT. Idem Epiſt. XIIII. lib. VI. ad Attic. *Deinde* CONFECTÆ PACTIONES PVBLICANORVM. Et Epiſt. I. lib. VI. de publicanis agens, *Vſuras eorum, quas* PACTIONIBVS *adſcripſerat, ſeruauit etiam Seruilius*. Merces autem ad vectigal pertinentes niſi quis apud publicanos profeſſus eſſet, in commiſſum cadebant, L. vlt. D. de publican. Quarum profeſſionum fraude atque mendacio multa vectigalibus deperiſſe, Tertullian. in Apologet. ſcribit poſt Quintilianum Declamat. CCCXLI. in qua ille huiuſmodi legem Cenſoriam fingit: QVOD QVIS PER PVBLICANOS IMPROFESSVM TRANSTVLERIT, COMMISSVM SIT. Que de re ibidem agens, ait, *Hac ratione Reſpub. locat, hac neceſſitate nos conduximus, & pretio vicimus. Et aduerſus quales homines conduximus? quamuis pœna ſit, quamuis in commiſſum veniant ea quæ quis profeſſus non eſt*, &c. Idem declamat. CCCLIX. aliam eiuſdem notæ legem proponit. PRÆTER INTRVMENTA ITINERIS OMNES RES QVADRAGESIMAM PVBLICANO DEBEANT. PVBLICANO SCRVTARI LICEAT. QVOD QVIS PROFESSVS NON FVERIT, PERDAT. MATRONAM NE LICEAT ATTINGERE. Quod caput à Plutarcho legi accepum fertur in lib. περὶ πολυπραγμοσύνης his verbis. Καὶ γὰρ τοὺς Τελώνας βαρυνόμεθα καὶ δυσχεραίνομεν, οὐχ ὅταν τὰ ἐμφανῆ τῶν εἰσαγομένων ἐκλέγωσιν, ἀλλ' ὅταν τὰ κεκρυμμένα ζητοῦντες ἐν ἀλλοτρίοις σκεύεσι καὶ φορτίοις ἀναστρέφονται· καίτοι τοῦτο ποιεῖν ὁ νόμος δίδωσιν αὐτοῖς.

Vt autem eas quæ in vectigalium locatione, ita & quæ operi faciundo, dicebantur leges, CENSORIAS appellatas, Cicero lib. III. in Verr. & Feſt. Pomp. in verbo, *Produit*, demonſtrant. Legibus planè Cenſoriis quæ de operum locatione ſcribebantur, hæc verba, CENSORES ADDIDERVNT, initio adſcribi conſueuiſſe, Cicero lib. III. in Verr. docet his verbis. *Quod enim video in multis veteribus legibus*, CN. DOMITIVS, L. METELLVS, L. CASSIVS, CN. SERVILIVS CENSORES ADDIDERVNT. Ad quarum exempla ſuam Verres legem ita conceperat. LEX OPERI FACIVNDO QVAM C. VERRES PRÆT. VRBIS ADDIDIT. Proſcribi autem, & edici dies ſolebat, qua opera addicerentur. Cic. lib. III. in Verr. *Locare incipit, non* PROSCRIPTA, NEQVE EDICTA DIE. Sed & dies operi faciundo præſtitui conſueuerat. Idem eod. lib. DIEM PRÆSTITVIT, *operi faciundo Calendas Decembres*.

Ceterum non tantùm opera publica, & vectigalia, ſed & alia Cenſores publicè olim locabant. In primis certè IOVEM MINIANDVM LOCASSE EOS, Plin. lib. XXXIII. cap. III. tradit. Et benè Plinius ait, *in primis*, quia poſt initum magiſtratum non aliam prius rem egiſſe eos, Plutarchus ἐν Αἰτίοις, teſtatur his verbis. Διὰ τί, οἱ Τιμηταὶ τὴν ἀρχὴν παραλαβόντες, οὐδὲν ἄλλο πράττουσι πρῶτον, ἢ τὴν τροφὴν ἀπομισθοῦσι τῶν ἱερῶν χηνῶν, καὶ τὴν γάνωσιν τοῦ ἀγάλματος. Γάνωσις verò ita explicatur, ἡ δὲ γάνωσις τοῦ ἀγάλματος ἀναγκαία· ταχὺ γὰρ ἐξανθεῖ τὸ μίλτινον, ᾧ τὰ παλαιὰ τῶν ἀγαλμάτων ἔχριζον. A Cẽſoribus verò cum Plutarcho Cic. quoque pro Roſc. Amer ſcribit, Anſeribus CIBARIA publicè LOCATA. Plinius lib. lib. x. cap. XXII. *Eſt & Anſeri vigil cura, Capitolio teſtata defenſo, per id tempus canum ſilentio proditis rebus. Quamobrem* CIBARIA ANSERVM *Cenſores in primis* LOCANT. Arnob. lib. VI. *Cur canes in Capitolio paſcitis, cur Anſeribus victum alimoniámq; præbetis?*

Hoc,

Hoc loco alienum non erit, quædam è Cenſoriis Tabulis, quas Τιμητικὰ γράμματα Dionyſ. Halicarn. lib. IIII. vocat. reſidua verba, colligere. Cic. in Orato. ad Brut. *Iam vt* CENSORIÆ TABVLÆ *loquuntur*, FABRVM ET PROCVM. *audeo dicere, non fabrorum & procorum*. PROCVM autem illic, *procerum*, ſignificaſſe audacter adfirmo, fretus Feſti Pompeij auctoritate, cuius verba ſunt hæc: PROCVM PATRICIVM, *in deſcriptione claſſium quam fecit Ser. Tullius, ſignificat, procerum. Ii enim ſunt principes.* Plinius lib. XVIII. cap. III. *Etiam nunc in* TABVLIS CENSORIIS, PASCVA *dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc ſolum vectigal fuerat.* In æſtimatione etiam Cenſoria æs infectum RODVS appellatum, Feſtus in voce *Rodus* ſcribit. Sed & in cenſu, villas omnes ÆDES dictas, Varro lib. IIII. de lingua Lat. auctor eſt. Idémq; lib. V. è Cenſoriis tabulis caput quoddam ad Inlicium pertinens adfert. Erant & Cenſorij libri, quorum Dionyſ. Halicarnaſ. lib. I. & Agell. lib. II. cap. X. mentionem faciunt. Sed vt ad vectigalia redeam, LACVS LVCRINVS in vectigalibus primus, Feſto teſte, locabatur fruendus, boni & ominis & nominis gratia. Vectigalia porrò Cenſoribus non niſi in conſpectu populi Ro. locare licebat, vt Cic. I. de lege Agrar. cōtrà Rull. notat: eáſqoe locationes, VENDITIONES appellatas, Feſtus auctor eſt, quòd velut fructus publicorum locorum venirent. Vectigalia autem in LVSTRVM ſeu quinquennium locari conſueuiſſe ſuprà demonſtrauimus. A Martio verò menſe locari ea moris fuiſſe, Macrobius lib. I. Saturnal. ca. XII. docet. Ad HASTAM planè ea LOCABANTVR. Columella in Præfatio. lib. I. de re Ruſt. *Vbi dij, ait, cultus agrorum progeniem ſuam docuerant, ibi nunc* AD HASTAM LOCAMVS, *vt nobis ex tranſmarinis prouinciis aduehatur frumentum, ne fame laboremus*. Ouid. lib. IIII. de Ponto Eleg. V. de Græcino conſule:

Aut reget ille ſuos dicendo iura Quirites,
Conſpicuum ſignis cùm premet altus ebur.
Aut POPVLI REDITVS POSITAM COMPONET AD HASTAM.

Idem eiuſdem lib. Eleg. IX. de eodem Conſule:

Nunc, LONGI REDITVS HASTÆ SVPPONERE LVSTRI
Credet, & exacta cuncta locare fide.

Cornelius Nepos in vita Attici: AD HASTAM PVBLICAM, *nunquam acceſſit. Nullius rei neque Præs neque Manceps factus eſt.* Liuios lib. XXXIX. *Cenſores edicto ſubmotis* AB HASTA *qui ludificati priorem locationem erant, omnia eadem paululum imminutis pretijs locauerunt.* Idem lib. XLIII. *Cenſores edixerunt, ne quis eorum, qui Q. Fuluio & A. Poſtumio Cenſoribus publica vectigalia, aut vltrò tributa conduxiſſent,* AD HASTAM SVAM ACCEDERET. Seneca Suaſoria VI. *Ciuilis ſanguinis Syllana ſitis in ciuitatem redijt, &* AD TRIVMVIRALEM HASTAM *pro vectigalibus ciuium Romanorum mortes locantur.* Tertulian. in Apologet. *Sub eadem voce præconis,* SVB EADEM HASTA, *ſub eadem eadem adnotatione Quæſtoris, diuinitas addicta conducitur.*

Mano verò ſublata, licitationi ſe obtuliſſe eos qui ad publicorum cōductionem accederent, Feſtus in verbo *Manceps* ita indicat. MANCEPS *dicitur, qui quid à populo emit, conducitve, quia* MANV SVBLATA SIGNIFICAT SE AVCTOREM EMPTIONIS ESSE, *qui idem* PRÆS *dicitur, quia tàm debet* PRÆSTARE *populo, quod promiſit, quàm is, pro quo Præs factus eſt.* Sublato etiam digito licitationes factas, Cic. lib. III. in Verr. oſtendit his verbis: *Accurrunt tamen tutores ad tempus:* DIGITVM TOLLIT *Iunius patruus.* B. Ambroſius Epiſt. I. lib. II. *Sed non ille ſolùm liber, qui dominum licitatorem non pertulit, aut* TOLLENTEM DIGITVM *non vidit.* Vetus Horatij Commentator ad eum verſum, Sat. VIII. lib. II. *Indice monſtraret digito. Alluſit,* ait, *ad morem licitationis: Erat enim Nomentanus decumanus, & Porcius publicanus. Publicani autem* SVBLATO DIGITO *licitationem vectigalium faciebant.* Ad publicorum autem cōductiones cupidè olim homines acceſſiſſe indicat Horatius Epiſt. I. lib. I. cùm ait.

Pars hominum geſtit CONDVCERE PVBLICA.

ATQVE ADEO in huiuſmodi locationibus calor licitantium interdum vltrà modum ſolitæ conductionis vectigalia inflabat, L. locatio D. de publi-

ſean. Proinde Cæſar, vt à Sueton. in eius vita cap. xx. refertur, cùm publicanos remiſſionem petentes tertia mercedum parte releuaſſet, NE IN LOCATIONE NOVORVM VECTIGALIVM IMMODERATIVS LICITARENTVR, propalam monuit. Sed & Aſianos qui de Cenſoribus cõduxerant, queſtos eſſe ſe nimium magno conduxiſſe, & vt INDVCERETVR LOCATIO poſtulaſſe Cic. lib. I. Epiſt. ad Attic. ſcribit. Senatus quoque precibus & lachrymis publicanorum qui animoſius vectigalia publica licitati erant, victus, LOCATIONES illis factas INDVCI, & DE INTEGRO LOCARI EA iuſſit, narrante Liuio lib. XXXIX. Publicorum autem conductores, PRÆDES dabant. Feſtus Pomp. PRÆS *eſt qui populo ſe obligat, interrogatúſque à magiſtratu ſi* PRÆS *ſit, ille reſpondet*, PRÆS. At Varro lib. IIII. de lingua Lat. PRÆDIA *dicta item vt* PRÆDES *à præſtando, quod ea pignori data publicè Mancupes fidem præſtent.* Idem lib. V. *Itaque* PRÆS *qui* A MAGISTRATV INTERROGATVS IN PVBLICVM VT PRÆSTET. *A quo & cùm reſpondet, dicitur* PRÆS.

Nec PRÆDIBVS modo, ſed & PRÆDIIS populo CAVEBATVR. Cic. lib. III. in Verr. PRÆDIBVS ET PRÆDIIS POPVLO CAVTVM EST. Et paullo poſt: *Ne parum locuples eſſet? At erat, & eſſet amplius, ſi velles* POPVLO CAVTVM PRÆDIBVS ET PRÆDIIS. Inde in illa lege Neapolitana, quam ſupra protuli, Redemptor prædes dare, & prædia ſubſignare iubetur. Quòd ſi Redemptores vel Mancipes fidem fefelliſſent, prædia venibant. In BONIS autem PRÆDIBVS, PRÆDIISQVE VENDENDIS, omnium Conſulum, Cenſorum, Prætorum, Quæſitorum denique illam conſuetudinem fuiſſe, vt OPTIMA CONDICIONE ESSET IS CVIA RES ESSET, CVIVM PERICVLVM, Cic. lib. III. in Verr. ſcribit. Ad quem locum Aſconius Pædian. BONA PRÆDIA, ait, *dicuntur bona ſatiſdationibus obnoxia, ſiue ſint in mancipijs, ſiue in pecunia numerata:* PRÆDIA *verò, domus, agri. Hæc omnia venduntur, ſi rationi publicæ locator ſartorum tectorum non reſponderit.*

Verùm ad alia porrò Contractuum genera pergamus. MANDATI autem æquè atque empti, venditi, locari, conducti, obligatio conſenſu contrahebatur. Ideò per nuntium, vel per epiſtolam ſuſcipi mandatum poterat. Item ſiue ROGO, ſiue MANDO, ſiue VOLO, ſiue alio quocumque verbo quis vſus eſſet, mandati actio erat, L. I. D. mandati. Interdum autem ſua tantùm quis gratia mãdabat, interdum aliena tantùm, interdũ ſua & aliena. Sua gratia quis mandabat, veluti, SI TITIVS SEIO MANDARET, VT FVNDVM SIBI EMERET, L. II. D. manda. Paul. in L. præterea, D. eo. *Si* MANDAVI *tibi* VT REM ALIQVAM MIHI EMERES. Idem in L. diligenter, D. eo. *Si* MANDAVERO *tibi*, VT DOMVM SEIANAM CENTVM EMERES. Et §. vlt. ead. L. *Si cùm tibi* MANDASSEM, VT STICHVM DECEM EMERES. Idem in L. pignori §. vlt. D. de vſucapionib. *Si* MANDAVERO *tibi*, VT FVNDVM EMAS. Vlpian. in L. ſi procuratorem, §. mandati D. eo. MANDAVI *tibi* VT FVNDVM EMERES. Et §. vlt. *Si* MANDAVI VT HOMINEM EMERES. L. ſi verò non, §. ſi mihi, D. eo. *Si mihi* MANDAVERIS, VT REM TIBI ALIQVAM EMAM. L. idem eſt, D. eo. *Si* MANDAVI *tibi*, VT POST MORTEM MEAM HEREDIBVS MEIS EMERES FVNDVM. Paulus in L. ſi mandaſſem, D. eo. *Si* MANDASSEM *tibi* VT FVNDVM EMERES. Idem in L. ſi mandauero, §. Iulianus D. eo. *Si pluribus heredibus vendentibus, vni* MANDAVERO, VT REM HEREDITARIAM EMERET. Africanus in L. qui negotia, §. I. D. eo. *Cùm heres ex parte eſſes*, MANDAVI *tibi*, VT PRÆDIVM HEREDITARIVM MIHI EMERES CERTO PRETIO. Iauolen. in L. ita §. quod ſi D. eo. *Si fundum qui per partes venit*, EMENDVM TIBI MANDASSEM, SED ITA, VT NON ALITER MANDATO TENEAR, QVAM SI TOTVM FVNDVM EMERES. Et mox: *Si* MANDASSEM *tibi*, VT FVNDVM MIHI EMERES, *non addito eo*, VT NON ALITER MANDATO TENEAR, QVAM SI TOTVM EMERES. Cicero pro Cæcina: *Itaque facere conſtituit.* MANDAT, VT FVNDVM SIBI EMAT. Aliàs etiam mandabat quis fundum ſuum vendere. Paul. in L. diligenter, D. mandati. *Si* MANDAVERO *tibi*, VT FVNDVM MEVM CENTVM VENDERES.

Præterea

Prætérea Mandabat quis negotia ſua geri, L. II. D. manda. Vlpian. in L. ſi remunerandi, §. I. D. eo. *Si cui fuerit* MANDATVM, VT NEGOTIA ADMINISTRARET. Scæuola in L. creditor, §. duobus, D. eo. *Duobus quis* MANDAVIT NEGOTIORVM ADMINISTRATIONEM, Gaius in L. qui proprio, §. vlt. D. de procurat. *Si* DVOBVS MANDATA SIT ADMINISTRATIO NEGOTIORVM. Is autem qui aliena negotia mandatu domini adminiſtrabat, PROCVRATOR dicebatur, L. I. D. de procurat. PROCVRATOR verò, vel OMNIVM RERVM, vel VNIVS REI, eſſe poterat, cõſtituíque vel corã, vel pèr nuntiũ, vel per epiſtolã, vt ibidẽ Vlpian. ſcribit. Vnde & duplex Procuratorũ differentia exiſtebat. Procuratori nãque interdum OMNIVM generaliter bonorum & negotiorum adminiſtratio, interdum ſpecialiter certarum rerum, vel rei vnius, certíque negotij procuratio mandabatur, L. ſi remunerandi, §. apud Iulianum, L. ſi verò non remunerandi, §. contrario. D. mãdati, L. actione, §. renunciare D. pro ſoc. Vlpian. in L. apud Celſum §. quæſitum, D. de doli excepi. *Si autem is* PROCVRATOR *ſit*, CVI OMNIVM RERVM ADMINISTRATIO CONCESSA EST. Paulus in L. procurator cui, D. de procuratorib. PROCVRATOR, CVI GENERALITER LIBERA RERVM ADMINISTRATIO CONCESSA EST. PROCVRATOR CVI VNIVERSORVM BONORVM ADMINISTRATIO PERMISSA EST, L. vel vniuerſorum, D. de pignor. act. PROCVRATOR CVI OMNIVM NEGOTIORVM ADMINISTRATIO MANDATA EST, L. verò, D. de ſolutionib. Is eſt PROCVRATOR OMNIVM BONORVM, in L. qui duos, D. eo. L. Nam & nocere, D. de pact. PROCVRATOR TOTORVM BONORVM, CVI RES ADMINISTRANDÆ MANDATÆ SVNT. L. procurator totorum, D. de procuratorib. Cuiuſmodi negotiorum adminiſtratio duobus nonnumquam mandabatur, L. qui proprio, §. vlt. D. de procuratorib. & L. creditor, §. duobus D. mandati. Iulianus in L. qui duos, D. de procuratorib. *Qui* DVOS PROCVRATORES OMNIVM RERVM SVARVM RELINQVIT, *niſi nominatim præcepit*, VT ALTER AB ALTERO PECVNIAM PETAT, *non videtur mandatum vtrilibet eorum dediſſe*. PLVRES etiam PROCVRATORES IN SOLIDVM SIMVL, quandoque datos oſtendit Paulus in L. pluribus D. de procuratorib. Procuratoris verò ad certum aliquod negotium dati hæc ſunt exempla. Vlpian. in L. ad rem D. eo. AD REM MOBILEM PETENDAM DATVS PROCVRATOR. Pomponius in L. ad Legatum, D. eo. AD LEGATVM PETENDVM PROCVRATOR DATVS. Ac mandato quidẽ præcedente, VERVS PROCVRATOR dicebatur: L. verò, D. de ſolutionib. aut ſi amici negotia vltrò procuraret, VOLVNTARIVE PROCVRATOR: cui æs alienum non facile ſolui ſolebat, niſi cauiſſet, AMPLIVS EO NOMINE NEMINEM CVIVS PETITIO ESSET PETITVRVM. Cic. in Bruto. *Mihi quoque, inquit Brutus, & expectanda ſunt ea, quæ Attico polliceris, & fortaſſe ego à te huius* VOLVNTARIVS PROCVRATOR *petam, quod ipſe, cui debes, ſe incommodo exacturum negat. At verò, inquam, tibi ego Brute non ſoluam, niſi prius* A TE CAVERO, AMPLIVS EO NOMINE NEMINEM, CVIVS PETITIO SIT, PETITVRVM. *Non mehercule, inquit, tibi* REPROMITTERE, *iſtud quidem auſus ſum. Nam hũc qui negat, video* PLAGITATOREM *non illum quidem tibi moleſtum, ſed* ASSIDVVM *tamẽ & acrem fore*. Qui verò procuratorem ſe ſimulabat, mentiebatúrve, FALSVS PROCVRATOR vocabatur. quod aliàs fuſius expoſuimus. Erat & alia procuratoris ſpecies, IN REM SVAM, nimirum ſi cui actiones mandarentur. Is enim procuratorio quidem nomine, ſed in rem ſuam agebat, L. ſi quis in rem, D. de procurator. ad cúmque emolumentum & damnum omne pertinebat, L. I. §. in propria, D. quan. appell. ſit, ac domini loco habetur, L. ſed ſi tantùm, D. de pact.

Procuratori verò interdum dominus MANDABAT PECVNIAM SVAM CREDERE, *vel* SVB VSVRIS, *vel* SINE VSVRIS. Vlpian. in L. denique, §. ſi mandauero, D. mandati. SI MANDAVERO PROCVRATORI MEO, VT TITIO PECVNIAM MEAM CREDAT SINE VSVRIS. Idem in L. qui mandatũ, D. eo. *Qui mandatũ ſuſcepit*, VT PECVNIAS IN DIEM COLLOCARET. Eiuſmodi verò mandato quandoque adiiciebatur, VT IDONEA CAVTIO A DEBITORE EXIGERETVR, L. ſi mãdatu Titij, §. vlt. D. eo. Mãdabat & dominus periculo ſuo pecuniam ſuam collocari, adgniturúmque ſe nomina quæ fierent, & eorũ periculũ ſuſcepturum pollicebantur. Celſus in L. Quintus, §. vlt. D. eo. *Cùm* MANDO *tibi*, VT CRE-

DENDO PECVNIAM NEGOTIVM MIHI GERAS, MIHIQVE ID NOMEN PRÆSTES: MEVM IN EO PERICVLVM, MEVM EMOLVMENTVM SIT. Aliàs mandabatur, VT PROCVRATOR VIRES EXCVTERET EIVS, CVI ESSET CREDITVRVS, L. ſi mandauero XLII. D. eo. tit. Interdum autem procuratori, PECVNIAM MVTVAM ACCIPERE MANDABATVR. Vlpian. in L. idémque, §. idem Papinianus, D. eo. *Quia dominus procuratori mandauerat*, VT PECVNIAM MVTVAM ACCIPERET. Et §. ſi quis Titio, ead. L. *Si quis Titio* MANDAVERIT, VT AB ACTORIBVS SVIS MVTVAM PECVNIAM ACCIPERET. Papinian. in L. liberto D. de negot. geſt. *Liberto vel amico* MANDAVIT PECVNIAM ACCIPERE MVTVAM. Vlpianus etiam in L. ſi remunerandi, §. apud Iulianum, D. manda. ſpeciem proponit, in qua dominum iuſſiſſe tradit, PROCVRATOREM SVVM CERTAM PECVNIAM SVMERE, ET FÆNERARE PERICVLO SVO, ITA VT CERTAS VSVRAS DOMINO PENDERET DVNTAXAT: SI PLVRIS FÆNERARE POTVISSET, IPSE LVCRARETVR. Procuratori verò nonnunquam NEGOTIA GERENDA ALTERIVS CONSILIO MANDABANTVR. Vlpian. in L. denique, §. ſi quis ea, D. manda. *Si quis ea quæ procurator ſuus & ſerui gerebant*, ITA DEMVM RATA ESSE MANDAVIT, SI INTERVENTV SEMPRONII GESTA ESSENT. SALARIVM autem certæ quantitatis procuratoribus conſtitui ſolitum oſtendunt, L. ſalarium & L. qui mutuam, D. manda. Sciam autem, cùm ſalarium conſtituere vellet, ita epiſtolam emiſiſſe Scæuola narrat in L. vlt. §. vlt. D. de obligatio. & actio. SI IN EODEM ANIMO, ET EADEM AFFECTIONE CIRCA ME ES, QVI SEMPER FVISTI, EX CONTINENTI ACCEPTIS LITERIS MEIS, DISTRACTA RE TVA VENI. HOC TIBI, QVAMDIV VIVAM, PRÆSTABO ANNVOS DECEM. SCIO ENIM QVIA VALDE ME BENE AMES.

His & alias Mandatorum ſpecies adiungemus. Vlpian. in L. 1. §. idem Pomponius D. depoſiti. *Si tibi* MANDAVERO, *vt* REM AB ALIQVO MEO NOMINE RECEPTAM CVSTODIAS. Gaius in L. quod ſæpe, §. ſi quis amico, D. de contrah. empt. *Si quis amico peregrè eunti* MANDAVERIT, *vt* FVGITIVVM SVVM QVÆRAT, ET SI INVENERIT, VENDAT. Interdum & creditor debitori vt alij ſolueret mandabat. Papinian. in L. cùm pater, §. Mæuio D. de legat. II. *Mæuio debitori ſuo reus ſtipulandi* MANDAVIT, VT TITIO CVI MORTIS CAVSA DONABAT, PECVNIAM DEBITAM SOLVERET. Paulus in L. inter cauſas, §. 1. D. mandati. *Si quis debitori ſuo* MANDAVERIT, VT TITIO SOLVERET. Sed & alium pro ſe creditori ſuo ſoluere debitor nonnunquam mandabat. Vlpian. in L. ſi verò non remunerandi, §. ſi filiofa. D. eo. tit. *Si filiofa.* MANDAVI VT PRO ME SOLVERET. Paul. in L. ſi mandatu, §. ſed ſi D. eo. *Si* MANDAVERO *tibi* VT CREDITORI MEO SOLVAS. A debitoribus etiam ſuis exigi debitas pecunias interdum quis mandabat. Vlpian. in d. L. ſi verò non remunerandi, §. ſi mandauero, D. eo. *Si* MANDAVERO EXIGENDAM PECVNIAM. Paul. in L. ſi mandauero XVII. D. eo. *Si* MANDAVERO *tibi*, VT A TITIO DECEM EXIGERES. Africanus in L. qui negotia, D. eo. *Qui negotia Lucij Titij procurabat, is cùm à debitoribus eius pecuniam exegiſſet, epiſtolam ad eum emiſit, qua ſignificaret*, CERTAM SVMMAM EX ADMINISTRATIONE APVD SE ESSE, EAMQVE CREDITAM SIBI SE DEBITVRVM CVM VSVRIS SEMISSIBVS. Mandabat & amico quis, vt pro ſe fideiuberet. Paul. in L. ſi mandauero XXII. D. mandati, *Si* MANDAVERO *tibi*, VT PRO ME IN DIEM FIDEIVBEAS. Pater etiam filio quem in poteſtate habebat, mandabat hereditatem ſibi delatam adire. Non ſufficiebat autem generaliter mandare, QVÆCVMQVE TIBI HEREDITAS FVERIT DELATA: ſed ſpecialiter debebat mãdare, L. ſi quis mihi bona §. iuſſum, D. de adquir. hered. Mandari verò forma hæc proponitur in §. pater eadẽ L. *Pater filio ita ſcripſit*, SCIO FILI QVOD PRO TVA PRVDENTIA INVIGILABIS HEREDITATI DELATÆ TIBI LVCII TITII. *puto iuſſu patris adiſſe. Quid ſi mãdauit*, SI EXPEDIT ADIRE, ADITO? SI PVTAS EXPEDIRE ADIRE, ADITO. Vulgò autem mandatu creditorum hereditates ſuſpectæ ab heredibus inſtitutis adibantur, L. ſi hereditatem, D. mãdari. vbi & hanc ſpeciem proponit, *Si hereditatem aliter aditurus non eſſem, quàm ſi mihi* CAVTVM FVISSET, DAMNVM PRÆSTARI, *& hoc mandatum interceſſiſſet*.

Porrò

Porrò Mandati quod aliena gratia contrahebatur, hæc Vlpianus exẽpla adfert. Veluti ſi Seio quis MANDARET, VT TITII NEGOTIA GERERET, vel, VT FVNDVM EI EMERET, vel, PRO EO FIDEIVBERET, L.II.D.mandati. Idem Vlpian. in L. ſi remunerãdi, §. ſi tibi, D.eo. *Si tibi mãdauero quod mea non intererat, veluti*, VT PRO SEIO INTERVENIAS, *vel*, VT TITIO CREDAS. Idẽ in L.I.§. idem Põponius, D. depoſiti, *Sed ſi* MANDASTI *mihi*, VT PERICVLO TVO APVD EVM DEPONAM. Scæuola in L. vlt. §. vlt. D.eo. MANDAVI *in hæc verba*. L. TITIVS GAIO SVO SALVTEM. PETO ET MANDO TIBI, VT FIDEM DICAS PRO PVBLIO MÆVIO APVD SEMPRONIVM, QVÆQVE A PVBLIO SOLVTA TIBI NON FVERINT, ME REPRÆSENTATVRVM HAC EPISTOLA MANV MEA SCRIPTA NOTVM TIBI FACIO. Et ita, FIDE ALTERIVS pro alio quem FIDEIVSSISSE, proponit Papinian. in L. qui fide, D.eo. Cic. Epiſt. XXIX. lib. XIII. Epiſt. ad Seru. Sulpit. *Sed duo te nominatim* ROGO : *Primùm, vt ſi quid* SATISDANDVM ERIT, AMPLIVS EO NOMINE NON PETI, CVRES VT SATISDETVR FIDE MEA. Mandati etiã aliena gratia contracti exemplum eſt in L. ſi quis alicui, D. mãda. in qua Gaius, *Si quis alicui ſcripſerit*, VT DEBITOREM SVVM LIBERET, SEQVE EAM PECVNIAM QVAM IS DEBVIT SOLVTVRVM.

Sic & alteri credi ſæpenumero quis mandabat. L. Lucius, D. de fideiuſſorib. vel, pro alio pecuniam mutuam accipiente apud reum credendi mandator exiſtebat, L. Granius, D.eo.tit. L. ſi præcedente, § Lucius, D. mandati. Eóque modo velut adfirmator erat, & ſuaſor vt cum eo contraheretur, L. in cauſæ. I. D. de minorib. Scæuola in L. pater filio, D. quod cum eo. *Pater filio permiſit*, MVTVAM PECVNIAM ACCIPERE, *&* *per Epiſtolam creditori* MANDAVIT, VT EI CREDERET. Idem in L. creditor, §. I. D. mãdati proponit Titium ad Seium qui vxorem ducturus erat, literas tales feciſſe. TITIVS SEIO SALVTEM. SEMPRONIAM PERTINERE AD ANIMVM MEVM COGNOVISTI: IDEOQVE CVM EX VOTO MEO NVPTVRA SIT TIBI, VELIM CERTVS SIS, SECVNDVM DIGNITATEM TVAM CONTRAHERE TE MATRIMONIVM. ET QVAMVIS IDONEE REPROMISSVRAM TIBI TITIAM MATREM PVELLÆ NOTEM SCIAM, TAMEN ET IPSE, QVO MAGIS CONCILIEM ANIMVM TVVM DOMV MEÆ, FIDEM MEAM INTERPONERE NON DVBITO. QVARE SCIAS QVODCVMQVE AB EA EX HAC CAVSA STIPVLATVS FVERIS, ID ME MEA FIDE ESSE IVSSISSE SALVVM TE HABITVRVM. Marcell. in L. Lucius, D. de fideiuſſorib. *Lucius cum pro Seio fratre ſuo apud Septicium interuenire vellet, Epiſtolam ita emiſit*: SI PETIERIT A TE FRATER MEVS, PETO DES EI NVMOS FIDE ET PERICVLO MEO. Plautus Aſinar. Act. II. Sc. IIII.

DA *modo* MEO PERICVLO: REM SALVAM EGO EXHIBEBO.

Papinianus etiam in L. qui mutuam, D. manda. pecuniam mutuam dari aliquẽ mandaſſe proponit, hoc addito, VT OMISSO REO PROMITTENDI, ET PIGNORIBVS NON DISTRACTIS ELIGI POSSET.

Multum verò intererat, vtrum COMMENDANDI HOMINIS dumtaxat, an MANDANDI CAVSA, Epiſtola ſcriberetur. Nam cùm quis talem Epiſtolam amico ſuo ſcripſiſſet, ROGO TE COMMENDATVM HABEAS SEXTILIVM CRESCENTEM AMICVM MEVM, inde mandati obligationem nullam oriri cenſet Vlpian. in L. ſi verò non, §. cùm quidam, D. mandati. Quòd ſi cùm dubitaret creditor, vtrum contra Senatuſconſultum filiusfam. acciperet, an non, nec eſſet, daturus contra ſenatuſconſultum accipienti, interceſſiſſet qui diceret, NON ACCIPERE EVM CONTRA SENATVSCONSVLTVM, & adieciſſet, PERICVLO MEO CREDE, BENE CREDIS, Mandati tenebatur, d. L. ſi verò non, §. ſi quis. Planè mandatum poterat hac condicione ſuſcipi VT RES PERICVLO EIVS ESSET, QVI MANDATVM SVSCIPIEBAT, L. & Ariſtoni, D. eod. tit. Proponitur etiam in L. ſi quis mihi, D.eo. quidam mandaſſe hoſpiti ſuo medico, VT IN HORTIS EIVS QVOS RAVENNÆ HABEBAT, IN QVOS OMNIBVS ANNIS SECEDERE SOLEBAT, SPHÆRISTERIVM ET HYPOCAVSTA ET QVÆDAM IPSIVS VALETVDINI APTA SVA IMPENSA FACERET.

Denique Mandati per epiſtolam elegans exemplum extat in L.ſi mandatu LIX. §.ille, D.manda. in hæc verba. ILLE ILLI SALVTEM. MANDO TIBI, VT BLÆSIO SEVERO ADFINI MEO OCTOGINTA CREDAS SVB PIGNORE ILLO. ET ILLO, IN QVAM PECVNIAM, ET QVIDQVID VSVRARVM NOMINE ACCESSERIT, INDEMNEM RATIONEM TVAM ME ESSE EX CAVSA MANDATI IN EVM DIEM, QVOAD VIXERIT BLÆSIVS SEVERVS, PRÆSTATVRVM.

SOCIETAS etiam conſenſu contrahebatur, in eáque nec verborum, nec ſcripturæ vlla proprietas deſiderabatur, ſed ſufficiebat eos qui id negotij gererent, vel coram, vel per epiſtolam, vel nuntium conſentire, L.conſenſu, D.de obligat.& act. Societatem autem coire ſolebant, ſiue VNIVERSORVM BONORVM, ſiue NEGOTIATIONIS ALICVIVS, ſiue VECTIGALIS, ſiue etiam VNIVS REI, L.ſocietates, & L.verum, D.pro ſoc.Inſtit. de ſocietate. SOCIOS etiam putandos Cic.lib.III.in Verr.ſcribit, *quos inter res cõmunicata eſſet*. Idémque pro Roſc.Com. SOCIVM definit, *qui ſe in negotio coniunxit*. SOCIETATIS planè OMNIVM BONORVM, fit mẽtio in L.I.& L.III.§.I. L.cum duobus, §. ſociũ & §.vlt.D.pro ſoc.Vlpian. in L.ſi ſocietatẽ, D.eod. *Si* SOCIETATEM VNIVERSARVM FORTVNARVM COIERINT, *id eſt earum quoque rerũ quæ poſtea adquirentur*. Et mox: *Si* SOCIETATEM VNIVERSARVM FORTVNARVM ITA COIERINT, VT QVIDQVID EROGETVR, VEL QVÆRERETVR, COMMVNIS LVCRI ATQVE IMPENDII ESSET. Ceterùm ſi ſimpliciter coita eſſet ſocietas, nec eſſet diſtinctum, videbatur coita eſſe VNIVERSORVM QVÆ EX QVÆSTV VENIEBANT, L.coiri, D.eo. Adiectũ autem quandoque, VT ET QVÆSTVS ET LVCRI SOCII ESSENT, oſtendit Paulus in L.ſed & ſi, D.eo.Idem in L.duo, §.vlt.D. eo. *Duo colliberti* SOCIETATEM COIERVNT LVCRI, QVÆSTVS, COMPENDII. Eadem L.in prin. *Duo* SOCIETATEM COIERVNT VT GRAMMATICA DOCERENT, ET QVOD EX EO ARTIFICIO QVÆSTVS FECISSENT, COMMVNE EORVM ESSET: *De ea re quæ voluerunt fieri, in pacto conuento ſocietatis perſcripſerunt: deinde inter ſe his verbis ſtipulati ſunt*, HÆC QVÆ SVPRA SCRIPTA SVNT, EA ITA DARI, FIERI, NEQVE ADVERSVS EA FIERI? SI EA ITA DATA, FACTA NON ERVNT, TVM VIGINTI MILLIA DARI? SOCIETATIS verò NEGOTIATIONIS ALICVIVS exemplum habemus in L. cum duobus, §. quidam, D.eod. *Quidam*, ait Vlpian. SAGARIAM NEGOTIATIONEM COIERVNT. Iuſtinian. Inſtit. de ſociet. SOCIETATEM COIRI ait, aut VNIVS ALICVIVS NEGOTIATIONIS, veluti MANCIPIORVM VENDENDORVM, EMENDORVMQVE, aut OLEI AVT VINI, aut FRVMENTI EMENDI VENDENDIQVE. Et ita SOCIETAS AD EMENDVM coibatur, L. cùm duobus, §. ſi qui ſocietatem, D.eo. Paul. in L.actione, §.I. *Si* IN REM CERTAM EMENDAM CONDVCENDAMVE COITA SIT SOCIETAS. Et §.item ſi, ead. L. *Si* SOCIETATEM INEAMVS AD ALIQVAM REM EMENDAM. Vlpian. in L. cùm ſocietas, D.eo. *Cùm* SOCIETAS AD EMENDVM COIRETVR. Cicero pro Quintio. *Inductus conſuetudine ac familiaritate Quintius*, FECIT, *vt dixi*, SOCIETATEM EARVM RERVM QVÆ IN GALLIA COMPARABANTVR. Pecunia etiam interdum ad mercem emendam conferebatur, L.ſi id quod, §.I. D.eo. Sed & ARGENTARIÆ SOCIETAS inibatur, L.cum duobus, §.cùm duo, D.eo. Paulus in L.ſi vnus, D. de pact. *Si vnus ex* ARGENTARIIS SOCIIS *cum debitore pactus ſit*. Et L.Idem, D. eo. Idem in duobus reis promittendi, & duobus Argentariis ſociis. SOCIETAS etiam vectigalium cauſa coibatur, L.actione, §.nonnunquam, D.eo. In eiuſmodi autem Societate hoc ſingulari iure receptum erat, quòd cùm ceteræ ſocietates, quas *priuatas*, vel *voluntarias* Iuriſconſulti nominant, morte ſocij ſoluerẽtur, hæc nihilominus manebat, & poſt mortem alicuius, quemadmodum Pomponius ſcribit in L.adeò, D.pro ſoc. Vlpian. in L.verùm, §.in heredem, D.eod. *Et circa* SOCIETATES VECTIGALIVM, *ceterorúmque, idem obſeruamus, vt heres ſocius non ſit*, NISI FVERIT ADSCITVS, VERVMTAMEN OMNE EMOLVMENTVM SOCIETATIS AD EVM PERTINEAT. *Simili modo & damnum adgnoſcat, quod contingit, ſiue adhuc viuo ſocio vectigalis,*

ſiue

ſiue poſtea. Quod non ſimiliter in VOLVNTARIA SOCIETATE *obſeruatur*. Tabularum autem quæ à Societate publicanorum, ordine Cōſulum menſiumque ſeruato, cōficiebantur, Cic. lib. IIII. in Verr. mentionem facit. Vectigalium porrò publicorum Sociis permiſſum erat corpus habere, L. I. D. quod cuiuſ. vniuerſit. Eránque huiuſmodi SOCIETATVM MAGISTRI, L. item magiſtri, D. de pact.

Alia etiam ſocietatum genera adiungam. Inter Flauium Victorem & Vellicum Aſianum conueniſſe Papinianus refert, VT LOCIS EMPTIS PECVNIA VICTORIS, MONVMENTA FIERENT OPERA ET PERITIA ASIANI: QVIBVS DISTRACTIS, PECVNIAM VICTOR CVM CERTA QVANTITATE RECIPERET, SVPERFLVVM ASIANVS, QVI OPERAM IN SOCIETATEM CONFERREBAT, ACCIPERET, L. cum duobus, L. Papinianus, D. pro ſoc. Ita certè coiri poterat ſocietas, VT ALTER PECVNIAM CONFERRET, ALTER OPERAM DVNTAXAT, ET LVCRVM COMMVNE ESSET, §. nam ita Inſtit. de Societate. Quin & Societatis contrahendæ cauſa interdum PECVS IN COMMVNE PASCENDVM DABATVR vel æſtimatum, vel non æſtimatum, d. L. cùm duobus, §. damna. Inter fratres etiam VOLVNTARIVM CONSORTIVM INIBATVR, d. L. cum duobus, §. venit, & §. idem Papinianus, D. eod. Et §. Papinianus eadem L. *Si fratres parentium indiuiſas hereditates ideò retinuerunt*, VT EMOLVMENTVM AC DAMNVM IN HIS COMMVNE SENTIRENT. Vicinos etiam SEMIPEDES INTER SE CONTVLISSE, vt ibi craticium parietem inter ſe ædificarent, ad onera vtriuſque ſuſtinenda, indicat Vlpian. in d. L. cum duobus, §. item Mela. Idem Vlpian. in L. ſi id quod quis, D. eo. *Cùm tres equos haberes, & ego vnum, ſocietatem coimus*, VT ACCEPTO EQVO MEO QVADRIGAM VENDERES, ET EX PRETIO QVARTAM MIHI REDDERES. AGRVM etiam POLITORI DATVM IN COMMVNE QVÆRENDIS FRVCTIBVS oſtendit, L. cùm duobus, §. venit.

Solebant autem partes in ſocietate contrahenda conſtitui. Et interdum EX HIS PARTIBVS SOCIETAS CONTRAHEBATVR, QVAS ALTER EX SOCIIS CONSTITVERET, interdum EX HIS QVAS TERTIVS ARBITRARETVR. Pompon. in L. ſi ſocietatem, D. eo. *Si ſocietatem mecum coieris, ea condicione*, VT PARTES SOCIETATIS CONSTITVERES. Celſ. in L. ſi coita, D. eo. *Si coita ſit ſocietas*, EX HIS PARTIBVS QVAS TITIVS ARBITRATVS FVERIT. Procul. in L. ſocietatem, D. eo. *Societatem mecum coiſti ea condicione*, VT NERVA AMICVS COMMVNIS PARTEM SOCIETATIS CONSTITVERET. *Nerua conſtituit*, vt TV EX TRIENTE SOCIVS ESSES, EGO EX BESSE. Nec verò ſemper ex æquis partibus ſocietas cōtrahebatur, cùm alter plus operæ, induſtriæ, gratiæ, pecuniæ in ſocietatem collaturus eſſet, L. quid enim, D. eo. Quòd ſi partes ſocietati adiectæ non eſſent pro æquis partibus ſocietas cōtracta cenſebatur, L. ſi non fuerint, D. eo. §. I. Inſtit. de ſocietate. Ita ſanè ſocietas ſæpe contrahebatur, VT ALTER PECVNIAM CONFERRET, ALTER NON CONFERRET, ET TAMEN INTER EOS LVCRVM COMMVNE ESSET, §. nā & ita Inſtit. de ſocietate. Vlpian. in L. cum duobus, §. ſi in coëunda, D. eod. *Si in coëunda ſocietate* ARTEM OPERAMVE POLLICITVS EST ALTER. Impp. Dioclet. & Maximian. in L. I. C. eo. tit. *Societatem*, VNO PECVNIAM CONFERENTE ALIO OPERAM, *poſſe contrahi, magis obtinuit*. Vlpian. in L. ſi non fuerint, D. eod. *Ita coiri ſocietatem poſſe*, VT NVLLIVS PARTEM DAMNI ALTER SENTIAT, LVCRVM VERO COMMVNE SIT, *Caßius putat*. Paul. in L. Mucius, D. eo. *Poteſt coiri ſocietas ita*, VT EIVS LVCRI, QVOD RELIQVVM IN SOCIETATE SIT, OMNI DAMNO DEDVCTO PARS ALIA FERATVR: ET EIVS DAMNI QVOD SIMILITER RELINQVATVR, PARS ALIA CAPIATVR. Papinian. in L. ſi ſocius, D. eo. *Si fortè conueniſſet inter ſocios*, vt DE COMMVNI DOS CONSTITVERETVR. Inter ſocios autem interdum conueniſſe, NE INTRA CERTVM TEMPVS COMMVNIS RES DIVIDERETVR; vel, NE INTRA CERTVM TEMPVS SOCIETATE ABIRETVR, Vlpian. teſtis eſt in L. ſi conuenerit, D. pro ſoc. Et in L. denique, §. vlt. D. eo. *Qui igitur paciſcitur* NE DIVIDAT. Atque hæc de obligationibus quæ conſenſu fiebant.

Depositi obligatio re contrahebatur, si qvid alicvi cvstodiendvm datvm esset, L.1.D. Depoſiti. Deponebantur autem hæc, homo, equus, d.L.1.§. quæ depoſitis, D.eo. Item nummi, L. nummis, D. de in lit. iur. Et quidem pecvnia, vel in sacculo signato deponebatvr, L.1.§. ſi pecunia, L. ſi ſacculum, D.eo. vel non obsignata vt tantvndem redderet depositarivs, L. die ſponſaliorum, §. vlt. D. eo. Pecuniam etiam ab initio hac lege depoſitam, vt si volvisset, depositarivs vteretvr, Vlpian. memorat in L.1.§. ſi pecunia D.eo. cista quoque signata depoſita refertur ead. L. 1. §. ſi ciſta. Et arca clvsa cvm veste et instrvmentis, L. publica, D.eo. Sed & tabvlas testamenti quandoque depoſitas conſtat, d.L. 1.§. ſi quis tabulas & L. locum, §. ſi tabulæ, D. de tabul. exhibend. Et ita Teſtamentum ſuum apud ſex virgines Veſtales depoſuiſſe Auguſtus dicitur à Suetonio in eius vita cap. vlt. Sicut & Iulius Cæſar ſuum virgini Veſtali Maximæ demandarat, auctore eodem Sueton. in Iulio cap. lxxxviii.

Interdum autem in Depoſito hoc nominatim agebatur, vt res deposita, vel nvmmi pericvlo essent eivs apvd qvem deponebantvr, L. 1. §. ſæpe, D. depoſ. Neratius etiam in L. & Ariſtoni, D. manda. potuiſſe rem hac condicione deponi, vt pericvlo eivs esset, qvi depositvm svscepisset, ſcribit Vlpian. in L. ſi vt certo, §. nunc videndum, D. commoda. *Aut ſi hoc ab initio conuenit*, vt et cvlpam et pericvlvm præstet is penes qvem deponitvr. Depoſiti verò leges aliquot ſubiiciam. Vlpian. in L. 1. §. ſi depoſuero, D. depoſ. *Si depoſuero apud te*, vt post mortem tvam reddas. Pompon. in L. ſi in Aſia, D. eo. *Si in Aſia depoſitū fuerit*, vt romæ reddatvr. Paulus in L. Publia, D. eo. *Publia Mænia cum proficiſceretur ad maritum ſuum, arcam clauſam cum veſte & inſtrumentis commendauit Gaiæ Seiæ: & dixit ei*, cvm salva sanave venero, restitves mihi: certe si aliqvid mihi hvmanvm contigerit, filio meo qvem ex alio marito svscepi. Et §. 1. ead. L. *Lucius Titius ita cauit*: Ἔλαβον καὶ ἔχω εἰς λόγον παρακαταθήκης τὰ προγεγραμμένα τοῦ ἀργυρίου δηνάρια μύρια: καὶ πάντα ποιήσω, καὶ συμφωνῶ καὶ ὁμολόγησα ὡς προγέγραπται. καὶ συντίθεμαι χορηγῆσαι σοι τόκον ἑκάστης μνᾶς ἑκάστου μηνὸς ὀβολοὺς τέσσαρας, μέχρι τῆς ἀποδόσεως παντὸς τοῦ ἀργυρίου. Quin & Titius ad Sempronios literas ſcripſiſſe ibidem refertur in hæc verba. Titivs semproniis salvtem. Habere me a vobis avri pondo plvs minvs decem, et discos dvos, saccvm signatvm, ex qvibvs debetis mihi decem, qvos apvd titivm deposvistis: item qvos trophimati, decem: item ex ratione patris vestri decem: et qvod excvrrit. Scæuola quoque in L. Quintus, D. eo. hāc Depoſiti per epiſtolam contracti ſpeciem exhibet. *Quintus Cæcilius Candidus ad Paccium Rogatianum epiſtolam ſcripſit in verba infrà ſcripta.* Cæcilivs candidvs paccio rogatiano svo salvtem. Viginti qvinqve nvmmorvm, qvos apvd me esse volvisti, notvm tibi hac epistola facio, ad ratiuncvlam meam pervenisse: qvibvs vt primvm prospiciam, ne vacva tibi sint, id est vsvras eorvm accipias, cvræ habeo.

Species etiam Depoſiti erat, cùm a plvribvs in solidvm certa condicione cvstodiendvm qvid, reddendvmqve seqvestri tradebatvr, L. propriè, D. depoſ. Plaut. Mercato. Act. iiii. Sc. ii.

— *Imò ſic* seqvestro *mihi* data *eſt.*

Idem Rudeh. Act. iiii. Sc. iii.

Aut ad arbitrum reditur, aut seqvestre ponitvr.

Sic hominem apud Sequeſtrem depositvm, vt de eo qvæstio haberetvr, refert Vlpian. in L. ſi hominem, D. depoſ. Sed & cùm res aliqua in controuerſiam deducebatur, ſolebat apud Sequeſtrem deponi, L. licet, D. eo. Vlpian. in L. ſi quis adfirmauerit, §. 1. D. de dolo. *Si oleum tuum quaſi ſuum defendat Titius, & tu hoc oleum* deposveris *apud Seium*, vt is hoc venderet, et pretivm servaret,

VARET, DONEC INTER VOS DIIVDICETVR CVIVS OLEVM ESSET. Fructus etiam agri de quo diſceptatio erat, cum ab aduerſario populitarentur, APVD SEQVESTRES poſt appellationem interpoſitam, DEPONI Impp. æquum cenſuerunt, L. Imperatores, §. vlt. D. de appellationib. Huiuſmodi verò depoſitione hoc agebatur, VT NEVTRIVS POSSESSIONI ID TEMPVS PROCEDERET, d. L. licet, §. vlt. Intereſſe tamen rectè Iulianus putabat, qua mente APVD SEQVESTRVM res, & vtrùm OMITTENDÆ POSSESSIONIS, AN CVSTODIÆ CAVSA DEPONERETVR, L. intereſſe, D. de adquir. poſſ. Cum Sequeſtro planè interdum cõueniebat, VT CERTO LOCO REM DEPOSITAM EXHIBERET, L. & apud §. 1. D. depoſ.

Is quoquè cui res commodabatur, re obligabatur, L. 1. §. is quoque, D. de obligat. & action. COMMODATA verò res tunc propriè intelligebatur, ſi nulla mercede accepta, vel conſtituta, alicui vtẽda daretur, §. itẽ is cui Inſtit. quib. mod. re. cõtrah. oblig. COMMODARI autẽ poterant tàm res mobiles, & ſe mouentes, quàm ſoli, L. 1. D. commoda. Id tamen quod vſu conſumebatur, commodari non poterat, niſi fortè ad pompam & oſtentationem quis acciperet, L. tit. §. vlt. cum L. ſeq. D. eo. Sæpe etiam ad hoc commodabantur pecuniæ, vt dicis cauſa, numerationis loco intercederent, L. ſæpe, D. eod. SERVVM planè fabro lapidario COMMODATVM, vel VT DE PLANO OPVS FACERET, vel VT IN MACHINA OPERARETVR, proponit Vlpian. in L. ſi vt certo, §. ſed interdum, D. eo. tit. EQVVM certè GESTANDI CAVSA COMMODATVM, proponit Iuſtinianus in §. furtum autem Inſtit. de obligat. quæ ex delic. naſc. EQVVM quoque COMMODATVM QVO COMMODATARIVS VSQVE AD CERTVM LOCVM VTERETVR, narrat Pompon. in L. vlt. D. cõmoda. Valer. Max. lib. VIII. cap. II. *Quidam furti damnatus eſt, quod equo cuius* VSVS ILLI VSQVE ARICIAM COMMODATVS FVERAT, *vlteriore eius municipij cliuo vectus eſſet*. Agellius lib. VII. cap. XV. *Idque Brutum ſolitum dicere, furti damnatum eſſe, qui iumentum aliorſum duxerat, quàm* QVÔ VTENDVM ACCEPERAT. EQVAM etiam commodatam, QVAM PVLLVS COMITABATVR, refert Vlpian. L. ſi vt certo, §. vſque adeò, D. commoda. Codicem vtique commodatum nonnunquam ad hoc VT EI QVI ROGABAT, IN EO CAVERETVR, oſtendit, d. L. ſi vt certo, §. quinimmo. Sic Pugillares alicui commodatos, VT DEBITOR EI CAVERET, proponit Paulus in L. in commodato, §. ſicut, D. eo. Sponſæ quoque ſuæ vel vxori, QVO HONESTIVS CVLTA AD SE DEDVCERETVR, commodata veſtimenta: nec non à Prætore ludos edente, ſcenicis veſtimenta commodata Vlpianus ait in d. L. ſi vt certo, §. interdum, D. eo. Sunt & hæc Commodati exempla. Si AD FVLCIENDAM INSVLAM TIGNA COMMODASTI, L. in commodato, §. ſicut, D. eo. *Si me* ROGAVERIS VT SERVVM TIBI CVM LANCE COMMODAREM, d. L. ſi vt certo, § ſi me rogaueris. *Si de me petiſſes*, VT TIBI TRICLINIVM STERNEREM, ET ARGENTVM AD MINISTERIVM PRÆBEREM, d. L. ſi vt certo, §. ſi de me. *Si cui ideò* ARGENTVM COMMODAVERO, QVOD IS AMICOS AD CÆNAM INVITATVRVM SE DICERET, L. in rebus, D. eo, §. furtum autem Inſtit. de obligat. quæ ex delic. Item in d. L. in rebus. *Si communem amicum ad cœnam inuitauerimus, túque eius rei curam ſuſcepiſſes, & ego tibi* ARGENTVM COMMODAVERO. Fit & ARGENTI COMMODATI mentio in L. Argentum, D. eo. *Si duobus* VEHICVLVM COMMODATVM *ſit*, d. L. ſi vt certo, §. vlt. *Eum qui* CARRVCHAM *puta, vel* LECTICAM COMMODAVIT, L. in commodato, §. duabus. *Si in hoc* COMMODATA *alicui ſit res*, VT EAM REM PEREGRE SECVM FERAT, L. in rebus, D. eo. *Qui ſciens* VASA *vitioſa* COMMODAVIT, d. L. in rebus, §. item qui. *In exercitu contubernalibus* VASA VTENDA COMMVNI PERICVLO DEDI, L. rem mihi, D. eo. Plaut. Aulular. Act. II. Sc. I.

Cultrum, ſecurim piſtillum, mortarium,
QVÆ VTENDA VASA SEMPER VICINI ROGANT,
Fures veniſſe, atque abſtuliſſe dicito.

Idem eiuſdem Comœdiæ Act.II. Sc.VI.

Ego hinc artoptam ex proximo VTENDAM PETO
A Congrione.

Et Aſinar. Act.II. Sc.IIII.

Scyphos quos vtendos dedi Philodamo, rettulit ne?

Interdum autem CERTO LOCO, VEL TEMPORE REDDI COMMODATVM conueniebat, L. ſi vt certo, D. cõmod. Sed & REM PERICVLO EIVS QVI ROGABAT VTENDAM, COMMODARI conſueuiſſe, indicat L. rem mihi, D. commoda. Nonnunquam verò RES ÆSTIMATA VTENDA DABATVR, ÆSTIMATIONEMQVE SE PRÆSTATVRVM COMMODATARIVS RECIPIEBAT, d. L. ſi vt certo, §. commodatam. Quandoque etiam hoc actum fuiſſe, VT CVSTODIAM PRÆSTARET IS QVI VTENDVM ROGABAT: contrà quandoque conuenisse, vt DOLVM SOLVM PRÆSTARET, docet Vlpian. in d. L. ſi vt certo, §. quod verò in fi. & §. Interdum.

Præterea MVTVI obligatio re contrahebatur. Mutui autem datio in his rebus conſiſtebat, quæ pondere, numero, menſuráve conſtant, velut vino, oleo, frumento, pecunia numerata: quas res in hoc dabant, vt fierent accipientis, poſtea alias recepturi einſdẽ generis & qualitatis, L. I. §. I. D. de oblig. & act. L. II. §. I. D. ſi cert. pet. Nec neceſſe erat eũ qui mutuum dabat, CAVERE, VT ÆQVE BONVM REDDERETVR. Id enim agi intelligebatur VT EIVSDEM GENERIS, ET EADEM BONITATE SOLVERETVR, QVA DATVM ERAT, L. cum quid. D. ſi cert. pet. Interdum autem mutuam pecuniam alio loco ſolui, quam quo dabatur, conueniſſe, docet Scæuola in L. qui Romæ, D. de verb. oblig. his verbis. Qui ROMÆ MVTVAM PECVNIAM ACCEPERAT, SOLVENDAM IN LONGINQVA PROVINCIA PER MENSES TRES, EAMQVE IBI DARI STIPVLANTI SPOPONDISSET. Paul. in L. ſi vt proponitur, D. de fideiuſſorib. *Si vt proponitur*, CVM PECVNIA MVTVA DARETVR, ITA CONVENIT, VT IN ITALIA SOLVERETVR. Paulus in L. quarto, D. de ſolutionib. *An curatoribus, vel tutoribus in prouincia datis, Romæ pecunia ſolui poſſet, quæ* IN PROVINCIA, ITA AB HIS FAENERATA ESSET, VT ROMÆ SOLVERETVR. Impp. in L. cum te, C. ſi cer. pet. *Cùm te in Gallia cũ Syntropho* CERTVM AVRI PONDVS, *itémque* NVMERATAM PECVNIAM MVTVO DEDISSE, VT ROMÆ SOLVERETVR, *precibus adſeueras.* Sic & de vino Mutuo dato Iulianus, in L. vinum, D. ſi cer. pet. SI CONVENISSET VT CERTO LOCO REDDERETVR. Mutui etiam datio interdum condicione aliqua ſuſpendebatur. Pompon. in L. proinde, D. ſi cer. pet. *veluti ſi dem tibi mutuos nummos*, VT SI CONDICIO ALIQVA EXTITERIT, TVI FIANT, *ſiſque mihi obligatus.* Hac etiam lege pecunia mutua quandoque dabatur, VTI LICERET ET PARTICVLATIM QVOD ACCEPTVM ERAT EXSOLVERE, L. tutor, §. I. D. de vſur. Conueniſſe etiam Vlpian. in L. cùm conuenit, D. de pignorib. ſcribit, vt is qui ad refectionem ædificij crediderat, DE PENSIONIBVS IVRE PIGNORIS CREDITVM RECIPERET.

Pecunia autem mutua vel ſub vſuris dabatur, vel ſine vſuris, ita vt *gratuita pecunia debitor vteretur*, quemadmodum loquitur Paul. in L. cum debitor, D. in quib. cauſ. pign. De vſuris verò inter creditorem & debitorem conueniſſe, Paul. in L. Seia, D. de vſur. refert in hunc modum. *Seia mutuam pecuniam accepit à Septicio. De vſuris ita conuenit.* NISI SVA QVAQVE DIE VSVRÆ SVPRASCRIPTÆ EXSOLVERENTVR, VEL POST TERTIVM MENSEM, TVNC IN MAIORES VSVRAS SEIA TENERETVR. ET DEINCEPS PER SINGVLAS PENSIONES, SI CONDICIONE DATA VSVRÆ NON SOLVERENTVR, EA CONDICIO OBSERVARETVR, DONEC OMNIS SVMMA DEBITA HOC NOMINE EXSOLVERETVR. Papinian. in L. pecuniæ, §. I. D. de vſur. *Nec inutilis legitimæ vſuræ ſtipulatio videtur ſub ea condicione concepta*, SI MINORES AD DIEM SOLVTÆ NON FVERINT. Imp. Antonin. in L. quamuis, C. eo. tit. *Quamuis Baſſa cum mutuam pecuniam acciperet*, MINORES VSVRAS *Menophani* SPOPONDIT, ET NISI INTRA CERTVM TEMPVS EAS SOLVISSET, AMPLIORES, (*licitas tamen*) PROMISIT. Vlpian. in L. quod in ſtipulatione, D. eo. *Quod in ſtipulatione ſic adiectum eſt*, ET VSVRAS, SI QVÆ COMPETIERINT.

Vſuræ porrò fænebris pecuniæ ex mera pacti conuentione citra vinculum ſtipulationis peti non poterant, L. III. C. de vſur. Paul. lib. II. Sentent. Tit. XIIII. *Si pactum nudum de præſtandis vſuris interpoſitum ſit, nullius eſt momenti.* Per retentionem tamen pignoris ſeruari poterant vſuræ, de quibus præſtandis pacto conuenerat, licet ſtipulatio interpoſita non eſſet, L. per retentionem & L. pignoribus, C. eo. tit. Frumenti certè vel hordei mutuo dati acceſſio etiã ex nudo pacto præſtãda erat, L. frumenti, C. eo.

POENAM etiam interdum creditor STIPVLABATVR, SI SVA DIE PECVNIA SOLVTA NON ESSET. Iulian. in L. ſi creditor, D. de nouationib. *Si creditor* POENAM STIPVLATVS *fuerat,* SI AD DIEM PECVNIA SOLVTA NON ESSET. Papinian. in L. pecuniæ, D. de vſur. *Pecuniæ fænebris intra certum diem debito non ſoluto,* DVPLI STIPVLATVM *in altero tanto ſupra modum legitimæ vſuræ reſpondi non tenere.* Imp. Gordian. in L. cùm allegas, C. de vſur. *Cùm allegas vxorem tuam, ea condicione mille aureorum quantitatẽ ſumpſiſſe,* VT SI INTRA DIEM CERTVM DEBITO NON SATISFECISSET, CVM POENA QVADRVPLI REDDERET QVOD ACCEPIT. Põpon. in L. cùm ſtipulari, D. de verb. oblig. *Cùm ſtipulati ſumus pro vſuris legitimis* POENAM IN SINGVLOS MENSES, SI SORS SOLVTA NON SIT. Pœnam verò pro vſuris ſtipulari nemo ſupra licitum vſurarum modum poterat, L. pœnam, D. eo.

Nautica verò pecunia, quam & Traiecticiam, quòd trãs mare veheretur, appellabãt, periculi ratione quod in ſe creditor ſuſcipiebar, infinitas, quãdiu nauis nauigabat, vſuras recipere poterat, vt ait, Paul. lib. II. Sententiar. Tit. XIIII. Eiuſmodi enim pecunia periculo creditoris mutuo dabatur, L. I. & L. vlt. C. de naut. fæn. eiúſque periculo nauigabat, L. I. D. eo. ita vt incertum periculũ quod ex nauigatione maris metui ſolet, ad eum pertineret, L. II. C. de naut. fæn. Proinde ea pecunia tamdiu libera erat ab obſeruatione communium legitimarúmque vſurarum, quamdiu nauis ad portum adpuliſſet, L. I. C. eo. Nec quidquam intererat, Traiecticia pecunia ſine periculo creditoris accepta eſſet, an poſt diem præſtitutum & condicionem impletam periculum eſſe creditoris deſiiſſet, L. nihil, D. eo.

Nauticam autem ſeu Traiecticiam pecuniam quibus legibus & condicionibus mutuam olim darent, ex his quæ ſubieci planum fiet. Scæuola in L. qui Romæ, §. Callimachus, D. de verb. obligatio. *Callimachus mutuam* PECVNIAM NAVTICAM ACCEPIT A STICHO SERVO SEII, IN PROVINCIA SYRIA, CIVITATE BERVTO, VSQVE BRENTESIVM: IDQVE CREDITVM ESSE IN OMNES NAVIGII DIES DVCENTOS, SVB PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS, MERCIBVS A BERVTO COMPARATIS, ET BRENTESIVM PERFERENDIS, ET QVAS BRENTESIO EMPTVRVS ESSET, ET PER NAVEM BERVTO INVECTVRVS: *Conuenitque inter eos,* VTI CVM CALLIMACHVS BRENTESIVM PERVENISSET, INDE INTRA IDVS SEPTEMBRES, QVÆ TVNC PROXIMÆ FVTVRÆ ESSENT, ALIIS MERCIBVS EMPTIS, ET IN NAVEM MISSIS, IPSE IN SYRIAM PER NAVIGIVM PROFICISCATVR: AVT SI INTRA DIEM SVPRASCRIPTAM NON REPARASSET MERCES, NEC ENAVIGASSET DE EA CIVITATE, REDDERET VNIVERSAM CONTINVO PECVNIAM, QVASI PERFECTO NAVIGIO: ET PRÆSTARET SVMPTVS OMNES PERSEQVENTIBVS EAM PECVNIAM, VT IN VRBEM ROMAM EAM DEPORTARENT. EAQVE SIC RECTE DARI FIERI FIDE ROGANTI STICHO SERVO LVCII TITII PROMISIT CALLIMACHVS. Paulus in L. fænerator, D. de naut. fæn. *Fænerator pecuniam vſuris maritimis mutuã dando, quaſdam merces in naue pignori accepit. Ex quibus ſi non potuiſſet totum debitum exſolui aliarum mercium aliis nauibus impoſitarum, propriiſque fæneratoribus obligatarum, ſi quid ſuperfuiſſet, pignori accepit.* Idem in L. in quibuſdam, D. eo. SI DEDERO DECEM TRAIECTICIA, VT SALVA NAVE SORTEM CVM CERTIS VSVRIS RECIPIAM. Impp. in L. III. C. de naut. fæn. *Cùm proponas te nauticum fænus ea condicione dediſſe,* VT POST NAVIGIVM QVOD IN AFRICAM DIRIGI DEBITOR ADSEVERABAT, IN SALONITANORVM PORTVM NAVE DELATA, FÆNEBRIS PECVNIA TIBI REDDERETVR: *Ita vt nauigij duntaxat quod in Africam deſtinabatur, periculum ſuſceperis.* Solebat autẽ Traiecticiæ pecuniæ pœna promitti, L. vlt. D. eo. tit. Er quidem ſi ad diẽ pecunia ſoluta nõ eſſet, pro operis ſerui qui Traiecticiam pecuniam proſequebatur, pœnam ſtipulari ſolitos, indicat Africanus in

L. traiecticiæ, D. de obligationib. & act. his verbis, TRAIECTICIÆ PECVNIÆ NOMINE, SI AD DIEM SOLVTA NON ESSET, POENA, *uti adſolet*, OB OPERAS EIVS QVI EAM PECVNIAM PETERET, *in ſtipulationem erat deducta*. Quod & ſignificat Papinian. in L. nihil, §. pro operis, D. de naut. fæn. cum ait, PRO OPERIS SERVI TRAIECTICIÆ PECVNIÆ GRATIA SECVTI, *quod in ſingulos dies in ſtipulatum deductum eſt, ad finem Centeſimæ, non ultra duplum debetur.*

Plerũque verò SVB PIGNORE mutua pecunia accipiebatur, L. Gaius & L. vlt. §. vlt. D. de pigner. act. Scæuola in L. Lucius, D. qui potior. *Lucius Titius* PECVNIAM MVTVAM DEDIT SVB VSVRIS, ACCEPTIS PIGNORIBVS: *eidémque debitori Mæuius* SVB IISDEM PIGNORIBVS PECVNIAM DEDIT. Seneca lib. VII. de Benefic. cap. XIIII. *Puta, cũ captus eſſes, me pecuniã mutuatũ, rebus meis in ſecuritatem creditoris oppoſitis*. Quamquã & res hypothecę dari poterãt pro quacumque obligatione. Nam ſiue mutua pecunia daretur, ſiue dos, ſiue emptio & venditio contraheretur, vel etiam locatio, & conductio, & mandatum, & vel pro ſua vel pro aliena obligatione dare quis hypothecã poterat, L. res hypothecæ, D. de pignorib.

Hypotheca autem, quemadmodum Caius in L. contrahitur, D. de pignorib. & L. in re, D. de fide inſtr. tradit, nudo conſenſu & pacto conuento cõtrahebatur, cùm quis paciſcebatur. VT RES EIVS PROPTER ALIQVAM OBLIGATIONEM ESSENT HYPOTHECÆ NOMINE OBLIGATÆ: Nec ad rem pertinebat quibus verbis fieret. Et ideò & ſine ſcriptura ſi conueniſſet, vt hypotheca eſſet, & probari poſſet, res obligata erat, de qua cõuenerat. Pignus certè Chirographo cõtractum oſtendit L. ex ſextãte, §. Latinus, D. de except. rei iud. & L. fideiuſſor, §. pater, D. de pign. Sed & ſi per Epiſtolã de pignoribus cõueniſſet, nõ idcirco pignorum obligatio ceſſabat, quòd Dies & Conſules additi, vel Tabulæ ſignatæ non eſſent, L. cùm tabernã, §. idem quæſiit, D. de pignorib. Generalem etiã conuentionem, ſuffeciſſe ad pignorum obligationem, traditur in L. Paulus, D. eo. tit. Inter creditorẽ ergò & debitorẽ conueniebat, VT RES PIGNORI, HYPOTHECÆVE ESSET, eóque pacto hypotheca contrahebatur. African. in L. qui balneum, D. qui potior. in pigno. PACTVS ERAT VT HOMO EROS PIGNORI LOCATORI ESSET. Marcian. in L. creditor, §. a Titio, D. eo. tit. *A Titio mutuatus, pactus eſt cum illo*, VT EI PRÆDIVM SVVM PIGNORI HYPOTHECÆVE ESSET. Idem in L. ſi is qui, §. vlt. D. de pignorib. *Igitur nec* CONVENIRE *poſſunt*, VT HYPOTHECÆ SINT. Et in L. ante omnia, D. de probationib. *Ante omnia probandum eſt, quod inter agentem & debitorem conuenit*, VT PIGNORI HYPOTHECÆVE SIT. Gaius in L. potior, D. qui potior. in pign. *Quamuis cum alio antè conuenerat*, VT SI AB EO PECVNIAM ACCEPERIT, SIT RES OBLIGATA. Et §. ſi de futura, eadẽ L. *Si de futura re cõuenerit*, VT HYPOTHECÆ SIT OBLIGATA, Põpon. in L. II. D. de pigner. act. *Tibiq; cũ eo conuenit*, VT EA RES QVAM IAM VENDIDERAT, PIGNORI TIBI ESSET. Modeſtinus in L. fideiuſſor. D. de pignor *Cũ ſua manu*, PIGNORI DOMVM SVAM FVTVRAM *Seius ſcripſerat*. Paulus in L. ſi cõuenerit, D. de pigner. actio. *Si cõuenerit*, VT NOMEN DEBITORIS MEI PIGNORI TIBI SIT. Idẽ ead. L. §. ſi quis. *Si quis* CAVERIT, VT SILVA SIBI PIGNORI ESSET.

Interdum autem cùm PRÆDIA pignori dabantur, VT FRVCTVS QVOQVE PIGNORI ESSENT, CONVENISSE, docet Papinian. in L. I. §. cùm prædium, D. de pignorib. Vlpianus etiam in L. fideiuſſor, §. Lucius, D. de fideiuſſorib. proponit Titium PRÆDIA ET MANCIPIA QVÆ IN PRÆDIIS ERANT, pignori obligaſſe. Idem in L. debitor, D. de pignorib. debitorem pactum refert, VT QVÆCVMQVE IN PRÆDIA PIGNORI DATA, INDVCTA, INVECTA, IMPORTATA, IBI NATA, PARATAVE ESSENT, PIGNORI ESSENT. Planè ſi quis cauiſſet, VT SILVA SIBI PIGNORI ESSET, Nauis ex ea materia facta, pignoris vinculo non obſtringebatur. Et ideò nominarim in dando pignore adiici debebat, QVÆQVE EX SILVA FACTA, NATAVE SVNT, L. ſi conuenerit, §. ſi quis, D. de pigner. act. Interdum etiam nominatim conueniſſe, vt FRVCTVS PENDENTES, PARTVS ANCILLÆ, FETVS PECORVM ET EA QVÆ NASCERENTVR eſſent hypothecæ obligata, Gaius ait in L. et quæ nondum D. de pignorib.

Planè

Planè conuentio generalis in pignore dando bonorum vel poſtea quæſitorum recepta erat, L.1.D.de pignorib. Plerumque enim OMNIA generaliter BONA obligabantur. Modeſtin. in L. fideiuſſor, §.vlt. D.eo. *Si ſciente & conſentiente domino, ſeruus*, VT OMNIA BONA DOMINI PIGNORI OBLIGATA ESSENT, CONVENIT. Aliàs verò OMNIA BONA QVÆ HABEBAT, QVÆQVE HABITVRVS ESSET, DEBITOR PIGNORI OBLIGABAT, quemadmodum Paulus lib.v.Sentent. tit.vi.docet. Scæuola in L. vlt. D. qui potior. *Titius Seiæ ob ſummam, qua ex tutela ei condemnatus erat*, OBLIGAVIT PIGNORI OMNIA BONA SVA, QVÆ HABEBAT, QVÆQVE HABITVRVS ESSET. Vlpian. in L.obligatione, D. de pignorib. *Obligatione generali* RERVM QVAS QVIS HABVIT, HABITVRVSVE SIT. Marcian. in L.ſi quis obligatum, D.qui ſine manumiſſio. *Licet* BONA OMNIA *quis* OBLIGAVERIT, QVÆ HABET, HABITVRVSVE ESSET. Gaius in L. & quæ D. de pignorib. illam cottidie inſeri ſolitam cautionibus conuentionem ſcribit, VT SPECIALITER REBVS HYPOTHECÆ NOMINE DATIS, CETERA ETIAM BONA DEBITORIS TENERENTVR, QVÆ TVNC HABEBAT, ET QVÆ POSTEA ADQVISIISSET, PERINDE ATQVE SI SPECIALITER HÆ RES FVISSENT OBLIGATÆ. Vlpian. in L. ſi qui mihi, D. de iu. fiſ. *Si qui mihi* OBLIGAVERAT QVÆ HABET, HABITVRVSVE ESSET, *cum fiſco contraxerit*. Scæuola in L. cùm tabernam, §. vlt. D. de pignorib. *Creditor pignori accepit à debitore*, QVIDQVID IN BONIS HABET, HABITVRVSVE ESSET. Iuſtinianus verò in L. vlt. C. quæ res pign. oblig. ſancit, vt SI RES SVPPONERE SE, debitor dixerit, non adiecto, TAM PRÆSENTES, QVAM FVTVRAS, ius tamen generalis hypothecæ etiam ad futuras res producatur. Interdum autẽ poſt bona generaliter obligata, quædam ex his bonis pignori ſpecialiter alij dabantur. Cum priore etiam creditore conueniebat, VT ITA DEMVM CETERA BONA PIGNORI HABERENTVR, SI PECVNIA DE HIS QVÆ GENERALITER ACCEPISSET SERVARI NON POTVISSET, l. ti. D. qui potior. in pigno. Vlpianus in L. idémque §. vlt. D. eo. *Si tibi* QVÆ HABITVRVS SVM, OBLIGAVERIM, *& Titio* SPECIALITER FVNDVM, SI IN DOMINIVM MEVM PERVENERIT.

Illud cautione qua pignus contrahebatur, exprimi ſæpe ſolebat, FVNDVM QVI PIGNORI DABATVR, NVLLI ALII ESSE OBLIGATVM. Modeſtin. in L. Titius, §. vlt. D. quib. mod. pign. *Inueniebatur autem Mæuius inſtrumento cautionis cum Repub. facto à Seio, interfuiſſe, & ſubſcripſiſſe, quo cauerat Seius*, FVNDVM NVLLI ALII ESSE OBLIGATVM. Atq; adeo nõuunquã à debitore Iuſiurãdũ exigebatur PIGNORA SVA ESSE, ídque iuſiurandũ inſtrumento dabatur, L. vlt. D. Stellionat. Quòd ſi rem alij iam obligarã debitor alij poſtea obligaret, nec de hoc creditorẽ certioraret, Stellionat' ſe crimini alligabat, L. ſi quis in pignore, D. de pignerat. act. Proinde qui res ſuas quas iam obligauerant, alij ſecundo obligabant creditori, vt periculum Stellionatus effugerent, PRÆDICERE ſolebãt, ALII NVLLI REM OBLIGATAM ESSE, *quàm, forte*, LVCIO TITIO, VT IN ID QVOD EXCEDEBAT PRIOREM OBLIGATIONEM, RES ESSET OBLIGATA, ET ESSET PIGNORI HYPOTHECÆVE ID QVOD PLVRIS ERAT, AVT SOLIDVM, CVM PRIMO DEBITO LIBERATA RES ESSET, L. & quæ nondum, §. vlt. D. de pignorib. Quô loci Gaius ſimpliciter interdum conueniſſe, DE EO QVOD EXCEDEBAT, VT HYPOTHECÆ ESSET, ait. Ac planè poſt pignus iam alij obligatum, eius SVPERFLVVM, ſeu HYPEROCHAM debitor alij quandoque obligabat. Triphonin. in L. quærebatur, D. qui potior. in pign. *Si poſt primum contractum tuum antequam aliam pecuniã tu crederes, eidem debitori Seius credidiſſet quinquaginta, &* HYPEROCHAM HVIVS REI QVÆ TIBI PIGNORI DATA ESSET, CREDITOR OBLIGASSET. Et mox: *An tibi in quadraginta cederet* PIGNORIS HYPEROCHA, id eſt, vt ibidem loquitur, *quod amplius eſt in pignore*. Papinian. in L. pupilli, §. cùm eodem, D. de ſolutionib. *Cùm eodem tempore pignora duobus contractibus obligantur*, &c. *Quod ſi temporibus diſcretis*, SVPERFLVVM PIGNORVM OBLIGARI *placuit*, *prius debitum pretio pignorum iure ſoluetur, ſecundum* SVPERFLVO *compenſabitur*. Paulus in L. fænerator, D. de naut. fæn. *Aliarum mercium aliis nauibus impoſitarum, propriiſque creditoribus obligatarum*, SI QVID SVPERFVISSET, PIGNORI ACCEPIT.

3. Non tantùm autem in ſortem, ſed & in vſuras pignora ſpeciali conuentione quandoque obſtringebantur, L. per retentionem, L. ſi vſuras, C. de vſur. Iura certè prædiorum

ſiue vrbanorum, ſiue ruſticorum pignori dari non poterant. Talis verò pactio fieri poterat, VT QVAMDIV PECVNIA SOLVTA NON ESSET, CREDITOR QVI VICINVM FVNDVM HABEBAT, ITINERE, VIA, ACTV, AQVÆDVCTV, VTERETVR: ET SI INTRA DIEM CERTVM PECVNIA SOLVTA NON ESSET, VENDERE EAS SERVITVTES VICINO LICERET, L. ſi is qui bona, § vlt. cum L. ſeq. D. de pignorib.

Atque vt de pactis pignorum dicamus: poterat ita pignoris hypothecæve datio fieri, VT SI INTRA CERTVM TEMPVS NON ESSET SOLVTA PECVNIA, IVRE EMPTORIS CREDITOR POSSIDERET REM IVSTO PRETIO ÆSTIMANDAM, quemadmodũ Marcian. ſcribit in L. cum fundus, §. vlt. D. de pignorib. Imp. Alexand. in L. 1. C. de pact. pignor. *Qui pactus eſt*, INTRA CERTVM TEMPVS PECVNIAM QVAM MVTVAM ACCEPERAT, SOLVERET, CESSVRVM SE CREDITORIBVS HYPOTHECÆ. Nõ prohibebatur etiã creditor, VT IN VETVS CREDITVM PIGNORA OBLIGARENTVR, cum debitore paciſci, L. cum in vetus, D. quæ in fraud. credit.

Planè re pignoris nomine data, & poſſeſſione tradita, deinde à creditore conducta, conueniſſe, VT DEBITOR, PRO COLONO IN AGRO, IN ÆDIBVS AVTEM PRO INQVILINO ESSET, Marcian. refert in L. rem pignoris, D. de adquir. poſſeſſ. Modeſtin. in L. Gaius, D. de pignerat. act. *Gaius Seius ob pecuniã mutuam fundum ſuũ L. Titio pignori dedit: poſtea pactum inter eos factum eſt*, VT CREDITOR PIGNVS SVVM IN COMPENSATIONEM PECVNIÆ SVÆ CERTO TEMPORE POSSIDERET. Papinian. in L. 1. §. pacto, D. de pignorib. *Pacto placuit*, VT AD DIEM VSVRIS NON SOLVTIS, FRVCTVS HYPOTHECARVM VSVRIS COMPENSARENTVR FINI LEGITIMÆ VSVRÆ.

Nonnunquam etiam conueniebat, VT FRVCTVS IN VICEM VSVRARVM CEDERENT. Imp. Alexander in L. ſi ea pactione, C. de vſur. *Si ea pactione uxor tua mutuam pecuniam dedit*, VT VICE VSVRARVM DOMVM INHABITARET, *pactóque ita, vt conuenit, vſa eſt*. Imp. Philippus in L. ſi ea lege, C. eo. tit. *Si ea lege poſſeſſionem mater tua apud creditorẽ ſuũ obligauit*, VT FRVCTVS IN VICEM VSVRARVM CONSEQVERETVR. Impp. Valerian. & Gallien. in L. ſi ſeruus, C. quòd cũ eo. *Si ſeruus tuus ſine permiſſu tuo accepta pecunia mutua*, IN VSVRARVM VICEM HABITANDI FACVLTATEM CREDITORI CONCESSIT. Quæ ſpecies pignoris ἀντίχρησις dicebatur, L. ſi pecuniam, D. de pignerat. act. Inter debitorem autem & creditorem de Tributorum, quæ à re pignori data debebãtur, ſolutione conuenire ſolebat. Papinian. in L. inter, D. de pact. *Inter debitorem & creditorem conuenerat*, VT CREDITOR ONVS TRIBVTI PRÆDII PIGNERATI NON AGNOSCERET, SED EIVS SOLVENDI NECESSITAS DEBITOREM SPECTARET. Vlpian. in L. epiſtola, §. pactum, D. eo. tit. *Pactum* VT SI QVAS SVMMAS PROPTER TRIBVTIONES PRÆDII PIGNORI NEXI FACTAS CREDITOR SOLVISSET, A DEBITORE RECIPERET, ET VT TRIBVTA EIVSDEM PRÆDII DEBITOR PENDERET, *iuſtum, ideòque ſeruandum eſt*.

De vendendo etiam pignore plerumque conueniebat, L. ſi conuenit, D. de pignerat. actio. Scæuola in L. de acceſſionibus, §. vlt. D. de diuerſ. tempor. præſcript. *Item ſi mihi pignori dederis*, ET CONVENERIT, NISI PECVNIAM SOLVISSES, LICERE EX PACTO PIGNVS VENDERE. Pomponius in L. quamuis, D. de pignerat. act. *Quamuis* CONVENERIT, VT FVNDVM PIGNERATICIVM TIBI VENDERE LICERET. Paulus in L. Ariſto, D. quæ res pign. *Si antiquior creditor*, DE PIGNORE VENDENDO *cum debitore pactum interpoſuit*. Scæuola in L. inter, D. de fideiuſſorib. *Inter creditorem & debitorem pactum interceſſerat*, VT SI CENTVM QVÆ MVTVA DEDERAT, VBI PRIMVM PETITA ESSENT, NON SOLVERENTVR, ORNAMENTA PIGNORI DATA, INTRA CERTVM TEMPVS LICERET EI VENDERE, ET SI QVO MINORIS VENISSENT, QVODQVE SORTIS VEL VSVRARVM NOMINE DEBERETVR, ID CREDITORI REDDERETVR. Marcian. in L. creditor §. vlt. D. qui potior. *Si priori hypotheca obligata ſit, nihil verò de* VENDITIONE CONVENERIT; *poſterior verò* DE HYPOTHECA VENDENDA CONVENERIT. Põpon. in L. ſi neceſſarias §. ſi annua, D. de pigner. act. *Si annua, bima, trima, die triginta ſtipulatus acceperim pignus*, PACTVSQVE SIM, VT NISI SVA QVAQVE DIE PECVNIA SOLVTA ESSET, VENDERE EAM MIHI LICERET. Et mox: *Sed ſi ita ſcriptum ſit*, SI QVA PECVNIA SVA DIE SOLVTA NON ERIT, *ſtatim competit ei pacti conuentio*. De vendendo autem pignore pactionẽ IN REM CONCIPIENDAM fuiſſe, vt omnes continerẽtur, Pomponius monet in d. L. ſi neceſſarias,

§. de

§.de vendendo. Quamquam & ſi creditoris duntaxat perſona comprehenſa fuiſſet, heres eius nihilominus iure vendere poterat, ſi nihil in contrarium actum eſſet. In pignoribus etiam dandis, licet ex abundanti & ſupetuacuè caueri ſolitum, VT QVO MINVS PIGNVS VENISSET, RELIQVVM DEBITOR REDDERET, Paulus teſtatur in L.quæſitum, §. vlt. D.de diſtract. pignor. Atque ita IVRE CONVENTIONIS, creditor pignus vendebat, L.cùm prior, D.qui potior. vel EX PACTO CONVENTO, L. vlt. D. de pignorib. Cùm verò creditor pignus diſtraheret, quidquid ex venditione redigebatur, primũ vſuris quas tunc deberi conſtaret: deinde ſi quid ſupereſſet, ſorti accepto ferendum erat, L. cùm & ſortis, D. de pigner. act. Licebat & creditori pretium in acceptum referre etiam in eam quantitatem, quæ natura tantum debebatur, L. Paulus reſpondit, §. vlt. D. de ſolutionib. Inter debitorem autem & eum qui fundum pigneratum à creditore emerat, placuiſſe, VT HABITA COMPENSATIONE FRVCTVVM, SOLVTOQVE QVOD RELIQVVM DEBERETVR, FVNDVS DEBITORI RESTITVERETVR, Vlpian. ſcribit in L.epiſtola, §.1. D. de pact. Quinetiam ipſemet creditor pignus vel hypothecam quandoque hoc pacto vendebat, VT SI INTRA CERTVM TEMPVS A DEBITORE PECVNIA SOLVTA ESSET, EMPTIO RESCINDERETVR, L.ſi creditor, §.1. De diſtract. pignor.

Per contrarium, interdum cauebat debitor, NE CREDITORI PIGNVS VENDERE LICERET, L. ſi conuenit, D. de pigner. act. L. Ariſto, D. quæ res pigno. Creditor etiam nonnumquam paciſcebatur, NE LICERET DEBITORI HYPOTHECAM VEL PIGNVS VENDERE, L. ſi creditor, §. vlt. D. de diſtract. pignor. In venditione tamen pignoris creditor quandoque conſentiebat, vel ſimpliciter, vel SALVA CAVSA PIGNORIS SVI, L. ſi debitor, §.1. D. eo. tit.

Ab hypotheca verò quandoque diſcedebatur, L. ſoluitur, D. quib. mod. pign. Id fiebat, ſi vel creditor paciſceretur NE PECVNIAM PETERET, vel NE RES PIGNORI ESSET. Marcianus in L. ſicut, §.1. D. quib. mod. pign. *Creditor*, NE PIGNORI HYPOTHECÆVE SIT RES *paciſci poteſt*. Et §. ſi conuenerit ead. L. *Si conuenerit*, NE PARS DIMIDIA PRO INDIVISO PIGNORI SIT. Et mox: *Si plures dederint pro indiuiſo & cum vno creditore paciſcatur*, NE HYPOTHECÆ SIT. Et §. an paciſci. *An paciſci poſſunt filius familias & ſeruus* NE RES PIGNORI SIT. Gaius in L. ſi conſenſit, §.1. D. eo. *Si cùm debitoris procuratore conuenit*, NE SIT RES OBLIGATA. Interdum etiam conueniebat, VT PRO HYPOTHECA FIDEIVSSOR DARETVR, L. ſoluitur, §. ſi conuenerit, D. eo.

Porrò qui mutuam pecuniam accipiebat, is creditori ſuo cauebat, L. Titius, D. quæ res pigno. Vetus Horatij commentar. ad eum verſum Sat. III. lib. II. Sermon. *Dictantis quod tu nunquã reſcribere poßis*, Dictantis, aut credẽtis, quia cùm damus, dicimus, SCRIBE CAVTIONEM PRO EA PECVNIA. Hinc CREDITÆ PECVNIÆ CAVTIONES, in L. minor XL. D. de minorib. L. Lucio, D. de oblig. & act. Hæ quẽadmodũ conciperẽtur, abũdè docebit ea quam in Æmylij Papinian. præf. Prætorio auditorio lectam fuiſſe, Paul. commemorat in L. lecta, D. ſi cert. pet. cuius verba ita habẽt. LVCIVS TITIVS SCRIPSI ME ACCEPISSE A PVBLIO MÆVIO, QVINDECIM MVTVA NVMERATA MIHI DE DOMO, ET HÆC QVINDECIM PROBA RECTE DARI CALEND. FVTVRIS, STIPVLATVS EST MÆVIVS PVBLIVS. SPOPONDI EGO LVCIVS TITIVS. SI DIE SVPRASCRIPTA SVMMA PVBLIO MÆVIO, EIVS AD QVEM EA RES PERTINEBIT, DATA, SOLVTA, SATISVE EO NOMINE FACTVM NON ERIT, TVNC EO AMPLIVS QVO POST SOLVAM, POENÆ NOMINE IN DIES TRIGINTA, INQVE DENARIOS CENTENOS, DENARIOS SINGVLOS DARI STIPVLATVS EST P. MÆVIVS, SPOPONDI EGO LVCIVS TITIVS: CONVENITQVE INTER NOS, VTI PRO MÆVIA EX SVMMA SVPRA SCRIPTA MENSTRVOS REFVNDERE DEBEAM DENARIOS TRECENOS EX OMNI SVMMA EI, HEREDIVE EIVS CHIROGRAPHO etiam mutuæ pecuniæ accipiebãtur, L. Aurelius, §. quidã, D. de liber. leg. Modeſtin. in L. tutor, §. vlt. D. de vſur. *Ab Aulo Agerio Gaius Seius mutuã quandã quãtitatẽ accepit hoc Chirographo*. ILLE SCRIPSI ME ACCEPISSE, ET ACCEPI AB ILLO MVTVOS ET NVMERATOS DECEM, QVOS EI REDDAM KALENDIS ILLIS PROXIMIS CVM SVIS VSVRIS PLACITIS. In priore autem cautione non ſunt oſcitanter tranſmittenda verba hæc, DE DOMO, ad quæ Seneca alluſit Epiſt. XXVI. lib. I. cum ait, *Expecta puſillum &* DE DOMO FIET NVMERATIO. Cui conſentaneum eſt quod aliàs legitur, EX ARCA, L. quidam, D. de

pecun.conſtit. Vtrumque enim Cautionibus inſeri ſolebat, ad differentiã eorum quæ ex Menſæ ſcriptura proficiſcebantur. Donat. in Adelph. Terent. Act. II. Sc. IIII. ad verſum *Ego ad forum ibo. Tunc enim*, ait, *in foro &* DE MENSÆ SCRIPTVRA, *magis quàm* EX ARCA, DOMOQVE, VEL CISTA, *pecunia numerabatur.* Idem in Phormio. Act. v. Sc. VIII. hæc verba, *Iube* RESCRIBI, interpretatur, PER SCRIPTVRAM, *id eſt*, DE MENSÆ SCRIPTVRA DARI. *Vnde*, ait, *hodie additur chirographis*, DOMO, EX ARCA SVA, *vel*, EX MENSÆ SCRIPTVRA. Obſeruandum & illic eſt, Proborum epithetum, quod Nummis adiici ſolebat, L. Titius, D. de pecun. conſtit. Plautus Perſa, Act. III. Sc. III.

Nummi ſexcenti hic erunt,
PROBI NVMERATI.

Rurſúſque eiuſdem Comœd. Act. IIII. Sc. III.

PROBVM ET NVMERATVM ARGENTVM *vt accipiat face.*

Idem Bacchidib. Act. IIII. Sc. VIII.

DVCENTOS NVMMOS AVREOS PHILIPPOS PROBOS
DABIN'?

Hoc amplius ex certis Cautionum verbis, eſt & verbum, SCRIPSI. Sic & in L. cum qui, §. Iulianus, D. de pecun. cõſtit. SCRIPSI SECVNDVM MANDATVM SEII, &c. Chirographis autẽ excipi ſolitum, SI QVID EX ALIA CAVSA DEBERETVR, oſtendit Paul. in L. Lucio, D. de oblig. & act. *Lucio Titio cùm ex cauſa iudicati pecunia deberetur, & eidem debitori aliam pecuniam crederet, in cautione pecuniæ creditæ non adiecit*, PRÆTER EAM PECVNIAM DEBITAM SIBI EX CAVSA IVDICATI. Commemorationem etiam in Chirographo pecuniarum, quæ ex alia cauſa deberi dicerentur, factam narrat, Labeo in L. vlt. D. de probationib.

Chirographo verò & in codice, & in pugillaribus, & in tabulis debitores cauebant. Vlpian. in L. ſi vt certo, §. Quinimmò, D. commodati, *Si tibi*, CODICEM *commodauero*, & IN EO CHIROGRAPHVM DEBITOREM TVVM CAVERE FECERIS, *egóque hoc interleuero, ſiquidem ad hoc tibi commodauero*, VT CAVERETVR TIBI IN EO. Paul. in L. in cõmodato, §. ſicut, D. eo. *Igitur ſi* PVGILLLARES MIHI COMMODASTI, VT DEBITOR MIHI CAVERET. Vlpian. in L. ſeruum filij, §. cum qui, D. de legat. I. *Eum qui* CHIROGRAPHVM *legat, debitum legare, non ſolùm* TABVLAS, *argumento eſt venditio.* Itẽ in L. huiuſmodi, §. II ita, D. eod. *Si* TABVLAS CHIROGRAPHI *mei, heredi meo reddiderit.* Et L. qui tabulas, D. de furt. *Si* CHIROGRAPHA AVREORVM DECEM TABVLÆ FVERINT. Vnde Iuuenal. Sat. vlt. *Vana ſuperuacui dicens* CHIROGRAPHA LIGNI. Huiuſmodi porrò cautionibus Iuſiurandũ adſcribi conſueuiſſe, teſtimonio ſunt hæc Tertulliani in lib. de Idololatr. verba. *Pecuniam de Ethnicis mutuantes, ſub pignoribus fiduciati*, IVRATI CAVENT. Patrem autem cùm mutuam pecuniam acciperet à Septicio creditore, filio perſuaſiſſe, vt quòd ipſe impeditus eſſet ſcribere, Chirographum manu ſua perſcriberet filius eius, ſub commemoratione domus ad filium pertinentis pignori dandæ, Modeſtin. refert in L. fideiuſſor, §. I. D. de pignorib. Quòd ſi Chirographum cãcellatum eſſet, licet præſumptione debitor liberatus eſſe videretur, eius tamen quod manifeſtis probationibus ſibi creditor adhuc deberi probaſſet, petitio ſupererat, L. ſi Chirographum, D. de probat. Aliter atque ſi cautionẽ ſuam debitori creditor reddidiſſet, L. II. D. de pactis.

Pecunia autem data, numeratáque probabatur multis modis, quos Agellius lib. XIII. cap. II. ita congeſſit. *Is tamẽ cum ſuis multis patronis clamitabat, probari apud me debere pecuniã datam, conſuetis modis*, EXPENSI LATIONE, MENSÆ RATIONIBVS, CHIROGRAPHI EXHIBITIONE, TABVLARVM OBSIGNATIONE, TESTIVM INTERCESSIONE. Vlp. in L. qui tabulas, D. de furt. *Si quis cùm alias probationes*, MENSÆQVE SCRIPTVRAM *haberet, chirographi furtum paſſus ſit.* Ex Menſæ planè ſcriptura obligationes olim ortas, atq; vſu receptas fuiſſe conſtat. Vnde SCRIBI, & RESCRIBI NVMMI dicebantur. Nam quod eſt apud Terent. Phormio. Act. v. Sc. VIII. *Iube reſcribi*, Donatus exponit, *Iube reddi*, ſeu, PER MENSÆ SCRIPTVRAM REDDI: adiicitque, *quoniam ad numerationem pecuniæ antecedit ſcriptura*, RESCRIBERE *dicebant, pro renumerare. Et ſic infert, Næ ego* PERSCRIPSI *multis*, PER SCRIPTVRAM REDDIDI, *multis dedi.* Vetus Horatij commentat. in Sat. III. lib. II. ad verſum

verſum, SCRIBE DECEM A NERIO. SCRIBERE, ait, *iuris verbum eſt, pro mutuum ſumere.* RESCRIBERE *verò eſt, reddere debitum*. Cic. Epiſt. vlt. lib. IIII. ad Attic. *Hæc pactio, non verbis, ſed* NOMINIBVS ET PERSCRIPTIONIBVS, *multorum Tabulis cùm eſſe facta diceretur, prolata à Memmio eſt*, NOMINIBVS INDVCTIS. Teſtatur & Iuſtinianus olim SCRIPTVRA factam OBLIGATIONEM, quæ NOMINIBVS FIERI dicebatur, Inſtit. de literar. obligat. Eáque obligationis ſpecies LITERARVM OBLIGATIO vocabatur. Idem Iuſtinian. §. I. Inſtit. de fideiuſſorib. *In omnibus autem* OBLIGATIONIBVS *adſummi poſſunt, id eſt ſiue re, ſiue verbis, ſiue* LITTERIS *ſiue conſenſu, contractæ fuerint.* Quæ omnia Obligationum genera Vlpianus quoque recenſuerat in L. Græcè, §. I. D. de fideiuſſorib. ſed Litterarum obligationem illinc expunxiſſe Tribonianum, eámque ordine mouiſſe veriſimile eſt, quòd ea in vſu eſſe deſiſſet. De Litterarũ autem obligatione quæ eſſet Theophili opinio ipſius verbis exponam. Λίτερις, ait ille, ἐστὶ τὸ παλαιὸν χρέος εἰς καινὸν δάνειον μετασχηματιζόμενον, ῥήματι καὶ γράμματι τυπούμενον. Εἰ γάρ τις ἐχρεώστει μοι ἑκατὸν νομίσματα, ἀπὸ ἀγοράσίας, ἢ μισθώσεως, ἢ δανείσματος ἢ ἐπερωτήσεως, (πολλαὶ δὲ τῶν χρεῶν προφάσεις) Ἐβουλόμην δὲ τοῦτον ὑπεύθυνον ποιῆσαι τῇ λίτερις ἐνοχῇ, ἀνάγκη ἦν ταῦτα λέγειν καὶ γράφειν τὰ ῥήματα, ἅτινα καὶ ἐλέγετο, καὶ ἐγράφετο. Τοὺς ἑκατὸν χρυσίους οὓς ἐμοὶ ἐξ αἰτίας μισθώσεως χρεωστεῖς, σὺ ἐκ συνθήκης καὶ ὁμολογίας δώσεις τῶν οἰκείων γραμμάτων. εἶτα ἐνεγράφετο, ὡς ἀπὸ τοῦ ἐνόχου ἤδη γενομένου ἐκ τῆς μισθώσεως ταῦτα τὰ ῥήματα. Ἐκ τῆς συνθήκης ὀφείλω τῶν οἰκείων γραμμάτων. καὶ ἡ μὲν προτέρα ἐνοχὴ ἀπεσβέννυτο, καινοτέρα δὲ ἐτίκτετο, τουτέστιν ἡ λίτερις, αὕτη δὲ ἐκ τοῦ ἐν γράμμασιν εἶναι τὴν ὀνομασίαν ἐδέξατο. Cuius interpretationis fides penes auctorem erit, hanc enim mancupio non do, neque me nexu obligo. Ad huiuſmodi certè Obligationis appellationem referendum videtur, quod eſt à Paulo ſcriptum in L. non figura, D. de obligat. & action. Menſam autem ex cuius ſcriptura obligatio, qua de agimus, prodibat, Nummularij ſeu Menſularij exercebant, eíque interdum ſeruos præpoſitos habebant, L. cuicumque, §. I. D. de Inſtitor. Et ita in L. in eum, §. I. D. eo. *Si dominus qui ſeruum inſtitorem* APVD MENSAM PECVNIIS ACCIPIENDIS HABVIT. Imp. Alexand. in L. III. C. eo. *Aduerſus eum actio competit, à quo ſeruum* MENSÆ PRÆPOSITVM *dicis*. Libertum quoque menſæ nummulariæ quam exercebat, præpoſitum habuiſſe Lucius Titius dicitur in L. vlt. D. eo. Nũmularios verò ab Argentariis ſeparat Paulus in L. quædã. §. Nũmularios D. de eden. Ibidémque eos ait, ſicut & Argentarios rationes confeciſſe, accepiſſéque pecuniã, & erogaſſe per partes, quarum probatio ſcriptura, codicibúſque eorum maximè continebatur, & frequentiſſimè ad fidem eorum decurrebatur. Eorum planè ſicut & Argentariorum officium & miniſterium publicam cauſam habebat, FIDEMQVE PVBLICAM SECVTI dicebantur, qui pecunias apud Menſam depoſuerant, L. ſi ventri, §. in bonis, D. de reb. auctorit. iud. poſſid. Plerumque enim illic pecunias depoſitas habebant, quidã, vt fœnore apud nummularios vel cum nũmulariis vel per ipſos exercerent: alij verò cuſtodiæ cauſa, L. ſi hominem, §. quotiens D. depoſ. L. III. C. de Inſtitor. Per eorum etiam Menſam multorum res gerebantur, multorúmque rationes adminiſtraſſe eos, oſtendit L. Aurelius, §. filias D. de liberat. leg. Proinde Præfecto vrbi negotium datum erat, ídque eius muneri & officio incumbebat, curare vt Nummularij probè ſe agerent circa omne negotium ſuum, & temperarent ab his quæ eſſent prohibita, L. I. §. præterea, D. de off. præf. vr. Singulorum ergo rationes conficiebant, principaliſque eorum opera erat, vt actus ſui Rationes diligenter conficerent. Rationes verò accepta & data, vel accepta & expenſa continebant, L. I. §. rationes D. de eden. L. vlt. §. inter cetera, D. de liberat leg. Et benè Labeo RATIONEM definiebat eſſe, VLTRO CITRO DANDI, ACCIPIENDI, CREDENDI, OBLIGANDI, SOLVENDI SVI CAVSA NEGOTIATIONEM: Nec vlla, vt ait, Rationum, nuda duntaxat ſolutione debiti incipiebat, L. ſi quis ex argentarijs, §. rationem D. de eden. Cic. pro Roſc. Com. *Non habere ſe hoc* NOMEN IN CODICE ACCEPTI ET EXPENSI RELATVM *confitetur*. Plin. lib. XXXIII. cap. III. *Quare æris grauis pœna dicta. Et adhuc* EXPENSA IN RATIONIBVS, *dicuntur: item impendia & dependere.* Sanè ita conficiebantur Rationes, vt pagina vna, Accepta, altera, Expenſa continerẽtur. Idem Plin. lib. II.

cap. VII. de Fortuna. *Huic omnia* EXPENSA, *huic* OMNIA FERVNTVR ACCEPTA, *& in tota ratione mortalium ſola vtramque paginam* FACIT. In Tabulis enim, ſeu Codice Rationum & ACCEPTA PECVNIA REFEREBATVR ei à quo numerata erat, & EXPENSA FEREBATVR non modò ei cui ſoluebatur, ſed & cui credebatur. Atque ita Nummularius plura nomina ſcribebat, modò in Acceptum Referendo, modò Expenſum Ferendo: Pecunias enim apud ſe depoſitas in Acceptum referebat ei qui depoſuerat, deinde eidē expēſum ferebat, quod ei aliiſve eius mādatu voluntatéve ſoluebat. Item quas pecunias credebat, eas expenſas ferebat iis quibus credebat, ſolutas dein acceptas referebat. Cic. pro Cæcina. *Se autem habere* ARGENTARII TABVLAS, *in quibus ſibi* EXPENSA PECVNIA LATA *ſit*, ACCEPTAQVE RELATA. Idem lib. III. in Verr. *Si quibus pecuniam* CREDEBAS, IIS EXPENSVM NON FERRES. Et lib. IIII. in eundem. *Nam quas pecunias ijs* FEREBAT EXPENSAS, *quibuſcum contrahebat*. EXPENSVM autem FERRE, vt Aſconius lib. III. in eundem interpretatur, erat, *ſcribere*, SE PECVNIAM DEDISSE.

NOMINA porrò olim interpoſitis PARARIIS fiebant. Seneca lib. II. de Benefic. *Quidam nolunt* NOMINA SECVM FIERI, *nec* INTERPONI PARARIOS, *nec* SIGNATORES ADVOCARI, *nec* CHIROGRAPHVM DARI. Et lib. III. eiuſdem argumenti, *Ille per Tabulas plurium* NOMINA INTERPOSITIS PARARIIS FACIT. PROXENETAS etiam nominis faciendi cauſa interueniſſe, teſtatur Vlpian. in L. II. D. de proxener. Seneca Epiſt. CXX. lib. XXI. *Æs alienum facias oportet. ſed nolo per interceſſorem mutueris: nolo* PROXENETÆ *nomen tuum iactent. Paratum tibi creditorem dabo.* Nomina autē facturi diligenter in patrimoniū & vaſa debitoris inquirebant, vt idem Seneca lib. I. de Benefic. ait. Nomina etiam facturum Atticum quærere ſolitum QVOTO ANNO & QVANTVM IN SOLO, Cicero ex quorundā ſententia Epiſt. IX. lib. IX. ad Attic. ſcribit. Vires certè eius cui credituri erant diligenter excutere ſolitos, Seneca oſtendit Epiſt. LXXXVIII. lib. XIII. his verbis: *Cùm ad patrimonium ventum eſt, diligentiſſimi computatores, ſic rationem ponitis ſingulorum, quibus aut pecuniam credituri eſtis, aut beneficia. Nam hæc quoque iam expenſa fertis.* LATE POSSIDET, SED MVLTVM DEBET: HABET DOMVM FORMOSAM, SED ALIENIS NVMMIS PARATAM: FAMILIAM NEMO CITO SPECIOSIOREM PRODVCIT, SED NOMINIBVS NON RESPONDET. SI CREDITORIBVS SOLVERIT, NIHIL ILLI SVPERERIT. *Idem in reliquis quoque facere debebitis, excutere quantum proprij quiſque habeat.*

Titulos autem debitorum, Nomina Aſconio in III. Verrin. interprete, appellabā‑, ab eo quod Calendariis ſolerēt eorum quibus pecuniæ credebantur nomina perſcribi. Calendis porrò pecuniam fœnori dare ſolitos veteres, Idibus verò exegiſſe, iam à multis obſeruatum eſt, quorum ne ſcrinia compilem, duntaxat ad eos quos laudant auctores, aliquot alios adiiciam. In Idus certè vulgò ſolutionis diem conferri conſueuiſſe, argumento eſt Cic. Epiſt. V. lib. X. ad Attic. cùm ait, *Ad me nuper ſe* HS. XXX. *emiſſe, vt ſcriberem an vellem addici.* DIEM PECVNIÆ IDVS NOVEMBRES ESSE. Idem Epiſt. XX. lib. XIIII. ad eundem Attic. *Iam vel ſibi habeat numos, modò* NVMERET IDIBVS. Scæuola in L. ex pluribus §. vlt. D. de ſolutionib. *Ita vt viginti prius* SOLVERENTVR, *id eſt* IDIBVS SEPTEMBRIBVS Marcell. in L. Titius Seio, D. de pecun. conſtit. *quos tibi* REDDERE DEBEBO IDIBVS MAIIS PROBOS. Sed & pueros qui in ludum ibant, ſingulis Idibus octonos aſſes æris retuliſſe pro mercede diſciplinæ, Horatius ſignificat Sat. VI. lib. I. A Calendarū vtique præpoſitione, fœneratorum codicem KALENDARIVM vocabant. Hinc Seneca Epiſt. XIIII. lib. I. *Rationes accepit forum conterit,* CALENDARIVM VERSAT. Et Epiſt. LXXXVIII. lib. XIII. *quia magnus* CALENDARII LIBER *euoluitur.*

Rationes certè cum DIE ET CONSVLE, ſcribebantur, L. I. §. rationes, D. eo. Aut certè Tabularum quæ plures rationes continebant, initio, DIES ET CONSVL adſcribi ſolebat, quæ præpoſitio Diei & Conſulis communis erat omnis rationis, d. L. ſi quis ex argentariis, §. ti initiū, D. eden. In Tabulis verò, Codice, Membranis

branis, Chartis, Rationes ſcribebantur, L. Argentarius, §. 1. D. de eden. L. vlt. §. inter cetera, D. de liberat. leg. Ad fidem autem Menſæ proteſtandam, litteris plerumque Nummularij notum faciebant quantum quiſque nummorum penes ſe haberet, vt apparet ex L. vlt. D. de Inſtitor. in qua Scæuola Menſæ Nummulariæ præpoſitum refert Gaio Seio cauiſſe in hæc verba. OCTAVIVS TERMINALIS REM AGENS OCTAVII FELICIS, DOMITIO FELICI SALVTEM. HABES PENES MENSAM PATRONI MEI DENARIOS MILLE, QVOS DENARIOS VOBIS NVMERARE DEBEBO PRIDIE KAL. MAIAS. Teſtimonio eſt & idem ipſe Scæuola in L. emptor §. 1. D. de pact. his verbis. *Lucius Titius Gaium Seium Menſularium, cum quo rationem implicitam habebat propter* ACCEPTA ET DATA, *debitorem ſibi conſtituit & ab eo epiſtulam accepit in hæc verba.* EX RATIONE MENSÆ, QVAM MECVM HABVISTE EN HVNC DIEM, EX CONTRACTIBVS PLVRIMIS REMANSERVNT APVD ME AD MENSAM MEAM TRECENTA OCTAGINTA SEX, ET VSVRÆ QVÆ COMPETIERINT. SVMMAM AVREORVM, QVAM APVD ME TACITAM HABES, REFVNDAM TIBI. SI QVOD INSTRVMENTVM A TE EMISSVM (ID EST SCRIPTVM) CVIVSCVMQVE SVMMÆ, EX QVACVMQVE CAVSA, APVD ME REMANSIT, VANVM ET PRO CANCELLATO HABEBITVR. Huc pertinere videtur & L. Lucius D. depoſiti, cuius verba ſunt hæc, LVCIVS TITIVS SEM PRONIO SALVTEM. CENTVM NVMMOS QVOS HAC DIE COMMENDASTI MIHI, ADNVMERANTE STICHO SERVO ACTORE, ESSE APVD ME VT NOTVM HABERES, HAC EPISTVLA MANV MEA SCRIPTA TIBI NOTVM FACIO: QVÆ QVANDO VOLES, ET VBI VOLES, CONFESTIM TIBI NVMERABO. Eodem etiam referendam crediderim L. Quintus D. eo. tit. vbi Quintus Cæcilius Candidus Publio Rogatiano ita ſcribit. VIGINTI QVINQVE NVMMORVM QVOS APVD ME ESSE VOLVISTI, NOTVM TIBI ITA HAC EPISTVLA FACIO, AD RATIVNCVLAM MEAM EA PERVENISSE: QVIBVS VT PRIMVM PROSPICIAM, NE VACVA TIBI SINT, ID EST VT VSVRAS EORVM ACCIPIAS, CVRÆ HABEBO. His non extra rem accedet L. Titius Seio D. de pecun. conſtit. in qua Marcellus, *Titius,* ait, *Seio epiſtulam emiſit his hæc verba.* REMANSERVNT APVD ME QVINQVAGINTA EX CREDITO TVO, EX CONTRACTV PVPILLORVM MEORVM, QVOS TIBI REDDERE DEBEBO IDIBVS MAIIS PROBOS. QVOD SI AD DIEM SVPRA SCRIPTVM NON DEDERO, TVNC DARE DEBEBO VSVRAS TOT. In hunc ordinem etiam non malè veniet L. vlt. D. eo. tit. *Lucius Titius Seiorum debitor deceſſit. Hi perſuaſerunt Publio Mæuio, quod hereditas ad eum pertineret, & fecerunt vt Epiſtulam in eos exponat,* DEBITOREM SESE ESSE, QVASI HEREDEM PATRVI SVI, CONFITENTEM, *qui & addidit epiſtulæ ſuæ,* QVOD IN RATIONES SVAS EADEM PECVNIA PERVENIT. Scæuola in L. vlt. D. de oblig. & act. *Procurator Seij admiſit ſubſcriptionem ad Argentarium vaſcularium in verba infraſcripta,* Λούκιος Καλλίδιος ἐπέγνων καθὼς προγέγραπται, ἐστὶν λοιπὰ παρ' ἡμῖν ὀφειλόμενα τῷ δεῖνι τόσα.

Ratio porro cum Argentariis & Nummulariis poni ac putari ſolebat. Plaut. Aulular, Act. III. Sc. V.

> *Ibi ad poſtremum cedit miles, æs petit.*
> *Itur:* PVTATVR RATIO CVM ARGENTARIO:
> *Miles impranſus adſtat: æs cenſet dari:*
> *Vbi* DISPVTATA EST RATIO CVM ARGENTARIO,
> *Etiam plus ipſus debet Argentario.*

Idem Captiu. Act. I. Sc. II.

> *Ibo intrò, atque intus* SVBDVCAM RATIVNCVLAM,
> *Quantillum argenti mihi* APVD TRAPEZITAM SIET.

Vbi verò Accepti & Expenſi ſummæ, ſeu quantitates congruebant, & tantundem expenſum quantum acceptum apparebat, tunc PAREM RATIONEM adſcribebant. African. in L. qui filium, D. de man. teſt. *Is ſeruus parte Argenti ſubtracta, cum Tutore diuiſit, atque ita Tutor ei* PAREM RATIONEM ADSCRIPSIT. Et hoc modo PARIA, vel PAREM RATIONEM FECISSE dicebantur. Senec. lib. II. de Benefic. *Cum quolibet* PARIA FECISTI. Idem lib. VI. eiuſdē argumenti. *Quare quaſi cum acerbo fœneratore* RESIGNARE RATIONEM PAREM PROPERAS? Et lib. I. Epiſt. IX. *Si illud mihi tecum conuenerit, vt ſtatim tibi ſoluam quod debeo, & quantum ad hanc epiſtolam* PARIA FACIAMVS. Itē Epiſt. XIX. eiuſdem lib. *Poteram tecum & hac Mæcenatis ſententia* PAREM FACERE RATIONEM. Idem Controuerſ. I. lib. IX. *Vult* PARES RATIONES FACERE. Scæuola in L. vlt. §. vlt. D. de doli except. *Si cum coheredibus tuis* PAREM RATIONEM FECERIS. In Pariationibus autem pactum huiuſmodi adſcribi conſueuerat, EX HOC CONTRACTV NVLLAM INTER SE CONTROVERSIAM ESSE. L. vlt. §. idem quæſiit, D. de condict. indeb.

Nummularii verò cùm eorum qui apud Menſam ſuam depoſitas pecunias habebāt fraudandorum cauſa vel vrbe profugiebant, vel Romæ agentes copiam ſui in foro non faciebant, FORO CEDERE dicebātur, L. ſi hominē, §. quotiens, D. depoſ. Quod ſuis temporibus ludum fuiſſe Iuuenal. Sat. XI. indicat his verſibus:

> CEDERE *namque* FORO *iam non tibi deterius, quam*
> *Exquilias à feruenti migrare Suburra.*

Plaut. Perſa Act. III. Sc. III.

> *Quod partim noſtri faciunt* ARGENTARII:
> *Vbi quid crediderit, citius extemplo* A FORO
> FVGIVNT, *quàm ex porta ludis cùm emiſſus eſt lepus.*

Et paullo pòſt,

> *Iam* A FORO ARGENTARII
> ABEVNT, *quam in curſu rotula circumuortitur.*

Cùm verò foro Numularij ceſſerant, eorū bona venibāt. Qua in re potior eorū cauſa erat qui pecunias abſque fœnore apud Menſam depoſuerant, L. ſi ventri, §. in bonis, D. de reb. auct. iud. d. L. ſi hominem, §. quotiēs. Quòd ſi à Menſularijs vſuras Depoſitarij accepiſſent, nulla eorū præ ceteris ratio habebatur, quaſi depoſito renuntiaſſent. Sic & cùm foro debitor quilibet cedebat, bona diſtrahi, & portio ipſis quæ ex redacto fieret ſolui, pretiumque omnibus pro portione præſtari ſolebat, L. vlt. D. de curat. bon. dan. Quod & Seneca ſignificat lib. IIII. de Benefic. cū ait, *Pecuniæ etiā male creditæ actio eſt. Et appellare debitorem ad diem poſſum, &* SI FORO CESSERIT, PORTIONEM FERAM.

Priuatas etiam ſibi quiſque Rationes ſcribebat, in quas reditus poſſeſſionum, mercedes & penſiones prædiorum, referebat. Papinian. in L. prædiis, §. Titio D. de legat. III. *Inſpiciendum an litteris, &* RATIONIBVS *appellatione Seianorum, Gabiniana quoque* CONTINEANTVR, *& vtriuſque poſſeſſionis confuſi* REDITVS TITVLO SEIANORVM ACCEPTO LATI ESSENT. Et §. balneas ead. L. MERCEDES *eius inter ceteras meritoriorum domos,* RATIONIBVS ACCEPTO FEREBANTVR. Ibidémq; §. vlt. *Si vno pretio cum domu fuiſſet cōparata, & vtriuſque* PENSIONES *ſimiliter* ACCEPTO LATAS RATIONIBVS *oſtenderetur.* Iiſdem rationibus æs tam ſuum quàm alienum quiſque paterfa. complectebatur. Vlpian. in L. ſi peculium, §. an & quod, D. de pecul. leg. *Cum Gneus Domitius filiæ ſuæ peculium quod eius eſſet, legaſſet: & annuum, quod ei ſolitus erat dare, biennio non dediſſet, ſed* IN RATIONIBVS SVIS RETTVLISSET, FILIÆ SE DEBERE QVINQVAGINTA. Scæuola in L. vlt. D. eo. *An peculio prælegato, & centum aurei, & vſuræ eorum deberentur: cùm* RATIONIBVS BREVIARIIS IN ÆRE ALIENO, ET SORTEM ET VSVRAS INER CETEROS CREDITORES COMPLEXVS SIT. Pomponius in L. non ſolum, §. vlt. D. de pecul. *Ideò ſi dominus* IN RATIONES SVAS REFERAT, SE DEBERE SERVO SVO. Idem in L. nuda ratio, D. de donationib.

licet

licet REFERAMVS IN RATIONES NOSTRAS, DEBERE NOS. Idemque confirmatur L. mandauero,§ ſi mandauerim, D. mandati, L. qui ſine, D. de neg. geſt.& L.generali,§.idem quæſiit. D.de vſuf.leg. Seruorum etiam nomina in rationibus ſcripta fuiſſe, indicat L. Titia D. de manum. teſt.

Quin & moris olim fuit, vnumquemquam domeſticam Rationem ſibi totius vitæ ſuæ per dies ſingulos ſcribere, ex quo appareret, quid de reditibus ſuis, quid de arte, fænore, lucróve ſepoſuiſſet, quóque die,& quid item ſumptus damníve feciſſet, quemadmodũ Aſconius in III. contra. Verr. Orat tradit. Sed, vt ille ſcribit, poſtquam obſignandis literis reorum ex ſuis quiſque Tabulis damnari cœpit, ad ſuam memoriam tota hæc vetus conſuetudo ceſſauit. TABVLAS verò accuratius conficiebant, & prius quàm in codicem accepta & expenſa referrent, ea in ADVERSARIIS deſcribebant, quæ negligenter ideò ſcribebantur: TABVLÆ verò diligenter, quòd illa, menſtrua, hæ æternæ eſſent: illa delerentur ſtatim, hæ ſeruarentur ſanctè: illa parui temporis memoriam, hæ perpetuæ æſtimationis fidem & religionem amplectebãtur: illa erant coniecta, hæ in ordinem confectæ, vt Cic. pro Roſc. com. ſcribit. Habebant etiam Actorum ſuorum diurnam ſcripturam, quam Ephemerida vocabant. Propert. lib. III. Eleg. XXIII.

Me miſerum his aliquis RATIONEM SCRIBIT *auari,*
Et *ponit duras inter* EPHEMERIDAS.

In ea quo die peregrè proficiſcerentur, adnotabant. Et ita Cic. pro Quintio, ait eum diem profectionis ſuæ in Ephemeride inueniſſe.

Sed & Serui Dominis actus ſui Rationes reddebant, vt apparet ex L. teſtamento, L. Thais §. libertatem & §. Stichus §. ab heredibus, D. de fideicom. libertat. L. Labeo, L. Sticho D. de ſtatulib. L. cùm ſeruus D. de condicion. & demonſtrat. Eáque erat DOMINICA RATIO L. quod ſi ſeruus §. idem Labeo, D. de in rem verſo. L. peculij D. de pecul. Nam & ſeruos Kalendario præponebant, L. eius qui D. ſi cer. pet. id eſt pecuniis fænerandis vt in L. cuicũque & L. In eum §. vlt. D. de inſtitor. Vnde in L. vlt. D. de pecul. ſerui domino debitores fuiſſe dicũtur, ex ratione Kalendarij. Tabernam etiã qui exercebant, ei inſtitorem ſeruum ſæpe præponebant, L. III. & L. habebat, §. vlt. D. de inſtitor. In Taberna autem merces habebant, L. cùm tabernam, D. de pignorib. eiſque mercibus vendendis ſeruum præponebant. Hinc Vlpian. in L. cuicumque D. de inſtitor. *Si Tabernarius ſeruum ſuum peregrè mitteret ad merces comparandas.* Sic Merci oleariæ præpoſitum ſeruum, vel ad vendendum emendúmve oleum, légimus in d. L. cuicumque §. ſi ei quem & L. habebat D. de inſtitor. Agris etiam colendis, mercaturis, redempturiſque faciendis, ac denique cuicumque negotio vel cuilibet negotiationi ſeruum inſtitorem præponebant, L. III. & L. cuicumque D. eo. Atque adeo per ſeruos negotiationem exercebant, L. qui negotiationem, D. de adm. tutor.

In Rationibus verò examinandis atque excutiendis data & accepta conferebãtur. Eóque modo DISPVNGI dicebantur, L. diſpungere D. de verbor. ſignifi. Seneca lib. IIII. de Benefic. *Apud me iſtæ* ACCEPTORVM EXPENSORVMQVE RATIONES DISPVNGVNTVR. Rationes autem poſtquam diſpunctæ fuerant, SVBSCRIBI ſolitas, docet L. Lucius D. de liberat. leg. in qua Iulianus, *Poſtea,* ait, *viuus Erotem manumiſit, in eodem actu habuit:* RATIONESQVE SVBSCRIPSIT, *vſque in eum diem, qui fuit antè pauciſſimos dies quàm moreretur.* Et mox. *Neque in eas* RATIONES *quæ à Lucio Titio* SVBSCRIPTÆ *ſunt.* Indicio eſt & quod in L. Thais §. libertatẽ, D. de fideic. libertat. habetur, *Offerens rationes vnius anni in diẽ mortis teſtatoris, quod ceteræ* SVBSCRIPTÆ *fuerunt.* Apul. Apolog. II. *Neget eam villicorum & opilionum, & Equiſonum* RATIONVM SVBSCRIPSISSE. Reliquorum verò formula perſtringitur in L. Ofilius D. de legat III. Enimuerò cum inſtitore ex cauſa cui præpoſitus erat, geſtum, dominum obligabat, L. II. C. de inſtitor. & qui ſeruum præpoſuerat, tenebatur ipſa præpoſitione. Condicio autem præpoſitionis ſeruanda erat. Nam ſi CERTA LEGE, vel INTERVENTV CVIVSDAM PERSONÆ, vel SVB PIGNORE VOLVISSET CVM EO CONTRAHI, vel AD CERTAM REM: æquiſſimum erat id ſeruari, in quo præpoſitus erat, L. ſed ſi pupillus, § condicio D. de inſtitor. Interdũ etiam ei PECVNIAM MVTVAM ACCIPERE permittebant, L. I. eo. tit. L. habebat D. eo. L. vlt. D. quod cum eo.

Quòd ſi nollet dominus in totũ cum Inſtitore cõtrahi, palã PROSCRIBERE debebat, NE CVM EO CONTRAHERETVR, L. ſed ſi pupillus; §. 1. D. eo. tit. Cuiuſmodi prohibitionis formulam proponit Paulus in L. quotiens, D. de pecul. in qua ait, *Quotiens in Taberna ita ſcriptum fuiſſet*, CVM IANVARIO SERVO MEO GERI NEGOTIVM VETO. Eodemque modo quem omnibus ſuis negotiis præpoſuerant, mutata voluntate quandoque ADMINISTRARE NEGOTIA VETABANT, L. qui hominem §. ſi Titium, D. de ſolutionib.

Atque vt Tabernam, aliámve negotiationem exercentes, ei negotio Inſtitores præponebant, ita Nauis alicuius Exercitor ei ſæpe Magiſtrum imponebat, cui totius nauis curam mandabat. Huius ille facta omnia præſtabat: & ſi quid cum eo eius rei gratia cui præpoſitus erat contractum eſſet, de eo in dominum actio competebat L. 1. D. de exercitor. §. eodem Inſtit. quod cum eo. Magiſtrum autem ſic plerumque præponebant, NE ALIVM EI LICERET PRÆPONERE, d. L. 1. §. Magiſtrum. PRÆPOSITIO verò certam legem dabat contrahentibus. Interdum enim Exercitor, Magiſtrum naui PRÆPONEBAT, ad hoc ſolum, VT VECTVRAS EXIGERET, non etiam VT LOCARET, quod fortè ipſe Exercitor locauerat, vel AD LOCANDVM tantùm, non item AD EXIGENDVM præponebat: vel ad hoc PRÆPONEBAT, VT VECTORIBVS NAVEM LOCARET, non vt mercibus præſtaret, vel contrà: Interdum VT CERTIS MERCIBVS NAVEM LOCARET, præponebat, puta legumini, vel cannabæ. Plerique etiam mandabant, NE VECTORES RECIPERENT: & VT CERTA REGIONE & CERTO MENSE NEGOTIARENTVR, L. 1. §. igitur D. eo. Quinetiam plures nonnumquam Magiſtri diuiſis officiis præponebantur, veluti alter LOCANDO, alter EXIGENDO. Plerique ſic DVOS PRÆPONEBANT, NE ALTER SINE ALTERO QVID AGERET, d. L. 1. §. ſi plures. Exercitor verò nauis, aut Cauponæ, aut Stabuli, de damno aut furto quod in naue, aut caupona, aut ſtabulo, eorum, quorũ opera ea exercebat, factum erat, tenebatur, L. ſi quis abſentis, §. vlt. D. de oblig. & act. Debebat & Exercitor omnium nautarum ſuorũ, ſiue liberi ſiue ſerui eſſent, factum præſtare, ſi modò in ipſa naue dãnum dediſſent. Si tamen PRÆDIXISSET, VT VNVSQVISQVE VECTORVM RES SVAS SERVARET, NEQVE DAMNVM SE PRÆSTATVRVM, & cõſenſiſſent vectores prædictioni, non conueniebatur, L. vlt. D. nautæ caupo.

Porrò Debitor interdum CONSTITVEBAT SE SOLVTVRVM, quod ex quacumque cauſa debebat. Nam ex quocumque contractu debitum eſſet, Conſtitui poterat ſiue certi, ſiue incerti: & ſi ex cauſa emptionis pretium quis deberet, vel ex cauſa dotis, vel ex cauſa tutelæ, vel quocumque contractu, L. 1. § debitum, D. de pecun. conſtit. Nec pro ſe modò, ſed & pro alio Cõſtituere quis poterat, L. 1. C. eo. tit. CONSTITVERE autẽ & præſentes & abſentes poterant, & per ſemet ipſos, vel per nuntiũ, L. qui autem, §. vlt. D. eo. Nec enim certa erant Conſtituti verba: Vulgò verò CONSTITVEBANT SE SOLVTVROS. Iulian. in L. 11. D. eo. *Si filij nomine* CONSTITVERIT SE DECEM SOLVTVRVM. Paulus in L. ſed & ſi, D. eo. *Si citeriore die* CONSTITVAT SE SOLVTVRVM. Et L. ſi verò, D. eo. *Si verò mihi aut Titio* CONSTITVERIS TE SOLVTVRVM, & L. id quod, §. vlt. D. eo. *Si pater, vel dominus* CONSTITVERIT SE SOLVTVRVM QVOD FVIT IN PECVLIO. Sic in L. promiſſor, D. eo. *Promiſſor Stichi poſt moram ab eo factam, mortuo Sticho, ſi* CONSTITVERIT SE PRETIVM EIVS SOLVTVRVM. & §. vlt. ead. L. *Conſtituto non ſatisfacit, qui* SOLVTVRVM SE CONSTITVIT, *ſi offerat ſatiſdationem.* Vlpian. in L. eum qui D. eo. *Qui Epheſi promiſit ſe ſoluturum, ſi* CONSTITVAT ALIO LOCO SE SOLVTVRVM. Et § ſed ſi quis, ead. L. *Sed ſi quis* CONSTITVERIT ALIVM SOLVTVRVM, *non ſe pro alio.* Et mox: *Si mihi* CONSTITVAS TE SOLVTVRVM. Ibidem §. ſi actori. *Si actori municipum, vel tutori pupilli, vel curatori furioſi, vel adoleſcentis ita* CONSTITVATVR, MVNICIPIBVS SOLVI, *vel* PVPILLO, *vel* FVRIOSO, *vel* ADVLESCENTI. Idem in L. ſed ſi quis, D. eo. *Sed ſi quis viginti debens,* DECEM CONSTITVAT SE SOLVTVRVM. Et L. qui autem, D. eo. *Qui autem* CONSTITVIT SE SOLVTVRVM, *tenetur.* Vlpian. in L. hactenus D. eod. *Si ante*

aditam

aditã hereditatẽ debitoris, vel capto eo ab hoſtibus, CONSTITVAT, *quis* SE SOLVTVRVM. Et in L. ſi quis ex Argentariis, §. rationem, D. de eden. *Sed & quod* SOLVI CONSTITVIT, *Argentarius edere debet*. Imp. Gordian. in L. I. C. eod. *Si pro alieno debito* TE SOLVTVRVM CONSTITVISTI. Iulian. in L. promiſſor hominis, D. eo. SI HOMINEM DATVRVM SE CONSTITVERIT. Conſtituti verò per epiſtolam exemplũ hoc adfertur in L. cum qui §. Iulianus D. eo. *Titius epiſtulam ad me talem emiſit*: SCRIPSI, ME SECVNDVM MANDATVM SEII, SI QVID TIBI DEBITVM ADPROBATVM ERIT, ME TIBI CAVTVRVM ET SOLVTVRVM SINE CONTROVERSIA. Refertur quoque alia Conſtituti per litteras formula, in L. quidam D. eo. Aliàs verò conſtituebat quis SE PIGNVS DATVRVM. Vlpian. in L. qui autem §. I. D. eo. *Si quis* CONSTITVERIT SE PIGNVS DATVRVM. Et §. ſeq. *Sed & ſi quis* CERTAM PERSONAM FIDEIVSSVRAM PRO SE CONSTITVERIT. Paulus in L. promiſſor, §. vlt. *Si quis autem* CONSTITVAT SE SATISDATVRVM.

Sed me Tabulæ nuptiales ad ſe vocãt, in quibus verba ſollemnia fuiſſe, LIBERORVM PROCREANDORVM GRATIA, VXOREM DVCI, D. Auguſtinus non ſemel monet. Sic enim lib. II. de morib. Manichæor. *Nuptiæ autẽ vt ipſæ Nuptiales Tabulæ clamant*, LIBERORVM PROCREANDORVM CAVSA *marem feminámque coniungunt*. Idem Sermo. XCVI. *Cum ipſa vxore ſi exceditur concumbendi modus procreandis liberis deditus, iam peccatum eſt: ad hoc enim ducitur vxor. Nam id etiam tabulæ indicant, vbi ſcribitur*, LIBERORVM PROCREANDORVM CAVSA. Iterúmque Sermo. CV. de vocatione Apoſtoli Pauli: *Quis eſt autem habens vxorem, qui eo modo vtatur vxore, vt non excedat legem liberos procreandi: ad hoc enim data eſt: conuincunt te Tabulæ quæ ſcribuntur in matrimonio: pactus es quemadmodum duceres: ſonat tibi ſcriptura pactionis*, LIBERORVM CREANDORVM CAVSA. *Non ergo accedas ſi potes, niſi liberorum procreandorum cauſa*. Varro apud Macrob. lib. I. Saturnal. cap. XII. *Mundus cùm patet. Deorum Terreſtrium* (ſic enim enundandum eſſe obiter moneo, id alias plenius confirmaturus) *atque inferum quaſi ianua patet. Propterea non modò prælium committi, verumetiam delectũ rei militaris cauſa habere, ac militem proficiſci, nauem ſoluere*, VXOREM LIBERORVM QVÆRENDORVM CAVSA DVCERE, *religioſum eſt*. Vlpian. in Titul. cap. III. *Lege Iunia cautum eſt, vt ſi ciuem Romanam vel Latinam vxorem duxerit, teſtatione interpoſita*, QVOD LIBERORVM QVÆRENDORVM CAVSA VXOREM DVXERIT. Valer. Max. lib. VII. cap. VII. *Dotem, quia non* QVÆRENDORVM LIBERORVM CAVSA, *coniugium interceſſerat, virum retinere vetuit*. Tertullian. Apologet. cap. XXXIX. *Ex illa (credo) maiorum & ſapientiſſimorum diſciplina Græci Socratis, & Romani Catonis, qui vxores ſuas amicis communicauerunt, quas in matrimonium duxerant*, LIBERORVM CAVSA *& alibi* CREANDORVM. Calliſtrat. in L. liberorum §. vlt. D. de verbor. ſignific. *Natura quoque nos docet, parentes pios qui* LIBERORVM PROCRENDORVM ANIMO ET VOTO VXORES DVCVNT. Quintilian. Declamatio. CCXLVII. *Fingamus enim nuptias quidem feciſſe nullas: coiiſſe autem* LIBERORVM CREANDORVM GRATIA, *non tamen vxor non erit, quamuis nuptijs non ſit collocata*. Sueton. in Iulio cap. XLVI. *Paratámque legem, quam Cæſar ferre iuſſiſſet, cùm ipſe abeſſet*, VT VXOREES LIBERORVM QVÆRENDORVM CAVSA *quot, & quas vellent*, DVCERE *liceret*. Vnde apparet eas propriè Vxores dictas quæ liberorum creãdorum gratia domum deducebantur. Ennius in Cteſiphonte apud Feſtum in verbo *Quæſo*:

DVCIT ME VXOREM LIBERORVM SIBI QVÆSENDÛM GRATIA.

Idem in Andromeda,

LIBERVM QVÆSENDÛM *cauſa familiæ matrem tuæ*.

Horatius,

Quæritur argentum puériſque beata creandis
Vxor.

Agellius lib. IIII. Noct. Attic. cap. III. *Atque is Carbilius traditur vxorem quam dimiſit*,

egregiè dilexiſſe, cariſſimámque morum eius gratia habuiſſe, & iuriſiurandi religionem animo atque amori præuertiſſe, quod iurare à Cenſoribus coactus erat, VXOREM SE LIBERORVM QVÆRENDORVM CRATIA *habiturum.* Quòd & Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. II. in eiuſdem repudij narratione ita attigit. Πρῶτος ἀπολύσας λέγεται τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Σπύριος Καρβίλιος ἀνὴρ οὐκ ἀφανὴς, ἀναγκαζόμενος ὑπὸ τῶν Τιμητῶν ὀμόσαι, τέκνων ἕνεκα γυναικὶ μὴ συνοικεῖν. Ἦν δ᾽ αὐτῷ στειρὰ ἡ γυνή. Imp. Probus in L. ſi vicinis C. de nup. *Si vicinis vel alijs ſcientibus, vxorem* LIBERORVM PROCREANDORVM CAVSA *domi habuiſti*. Proinde apud Plautum Aulular. Act. I. Sc. III. Eunomia Megadorum fratrem ad vxorem ducendam ita cohortatur.

> *Quod ſempiternum tibi* SALVTARE SIT PROCREANDIS LIBERIS. M. *Ita di faxint.*
> E. *Volo te vxorem domum ducere.*

Coëmptio etiam certis verbis fiebat vt Cic. lib. I. de Orat. indicat: *Nam neque*, inquiens, *illud eſt mirandum, qui* QVIBVS VERBIS COEMPTIO FIAT, *neſciat, eundem eius mulieris quæ coemptionem fecerit, cauſam poſſe defendere*. Recepta verò in ea re verba aperit Boët. in Topica Cicer. *Coemptio verò*, ait ille, *certis ſollemnitatibus peragebatur, & ſeſe in coëmendo inuicem interrogabant, vir ita*, AN SIBI MVLIER MATERFA. ESSE VELLET. *Illa reſpondebat*, VELLE. *Item mulier interrogabat*, AN VIR SIBI PATERFA. ESSE VELLET. *Ille reſpondebat*, VELLE: *itaque mulier viri conueniebat in manum*. Ridet porrò Cic. pro Murena eos qui cùm in alicuius libris exempli cauſa CAIÆ nomen poſitum inueniſſent, putarant omnes Mulieres quæ Coëmptionem facerent, CAIAS vocari. Sed & CONFARREATIONE, conueniebatur in manum certis verbis, vt Vlpian. in Tit. cap. IX. ſcribit. Sponſalia quoque interpoſitis ſtipulationibus olim facta, aliàs docui. Socer quidem à genero ita interrogabatur, SPONDES TVAM GNATAM VXOREM MIHI? ille reſpondebat, SPONDEO. Apud Plautum Aulular. Act. I. Sc. IIII. Megadorus ab Euclione ita ſtipulatur.

> *Quid? nunc etiam* MIHI DESPONDES FILIAM. E. *illis legibus,*
> *Cum illa dote quam tibi dixi.* M. SPONDEN' ERCO? E. SPONDEO.

Eodémque modo is qui mulierem nuptum dabat rogabatur, vt apud eundem Curculio. Act. V. Sc. II. Phædromus à milite ita ſtipulatur, SPONDESNE MILES MIHI HANC VXOREM? Cui miles reſpondet, SPONDEO. Curculio verò, ET EGO HOC IDEM VNVM SPONDEO. Sed & Trinummo Act. V. Sc. II. Lyſiteles ita à Charonde ſtipulatur,

> ---SPONDEN' ERGO,
> TVAM GNATAM VXOREM MIHI? Ch. SPONDEO, ET MILLE AVRI PHILIPPVM DOTIS.

Quamquam autem Tabulæ non facerent matrimonium, L. donationes in concubinam, D. de donationib. ſolebant tamen de ea re Tabulæ confici, quæ modò NVPTIALES appellabantur, L. ſi vicinis, C. de nup. Tertullian. in lib. de Pudicitia, Apul. Apolog. II. D. Auguſtin. lib. II. de morib. Manichæor. & Sermo. XCVI. & CV. modò DOTALES, L. cùm maritus, D. de pact. dotalib. L. qui dotem, D. de dote præleg. L. Seia Sempronio, D. de donat. int. vir. & INSTRVMENTVM DOTALE, L. vlt. D. de ſuis & legit. L. pactum quod C. de pact. L. pactum C. de collationib. L. Gaius & L. ſi dotali D. ſol. matr. L. ſi voluntate C. de dot. promiſſio. & NVPTIALE INSTRVMENTVM, L. I. C. eo. tit. Tabulas autem iſtas Signatas, & quidem plerùmque poſt contractum matrimonium, docet Scæuola in L. Seia D. de donationib. int. vir. & vxo. Iuuenal. Sat. II.

> SIGNATÆ TABVLÆ: *dictum*, FELICITER. *Ingens*
> *Cæna ſedet: gremio iacuit noua nupta mariti.*

Apul. Apolog. *Habes Æmiliane cauſam totam, cur* TABVLÆ NVPTIALES *inter me ac Pudentillam non in oppido ſint, ſed in villa ſuburbana* CONSIGNATÆ.

Huiuſmodi autem Tabulis, DOS DICEBATVR, PROMITTEBATVR,

DABATVR

DABATVR. DOTIS DICTIO certis & ſollemnibus verbis fiebat nulla præcedente interrogatione Gaius lib. II. Inſtit. Tit. IX. *Sunt & aliæ obligationes, quæ nulla præcedente interrogatione contrahi poſſunt. Id eſt, vt ſi mulier ſiue ſponſo uxor futura ſiue iam marito* DOTEM DICAT. *Quod tàm de mobilibus rebus, quàm de fundis fieri poteſt. Et non ſolùm in hac obligatione ipſa mulier obligabitur, ſed & pater eius, & debitor ipſius mulieris, ſi pecuniam, quam ille debebat ſponſo creditricis, ipſe debitor* IN DOTEM DIXERIT. *Hæ tantùm tres perſonæ, nulla interrogatione præcedente, poſſunt* DICTIONE DOTIS *legitimè obligari. Aliæ verò perſonæ, ſi pro muliere dotem marito promiſerint, communi iure obligari debent, id eſt, vt interrogatæ reſpondeant, & ſtipulatæ promittant.* Vlpian. in fragment. Tit. VI. DOS *aut* DATVR, *aut* DICITVR, *aut* PROMITTITVR. DOTEM DICERE *poteſt mulier, quæ nuptura eſt: & debitor mulieris, ſi iuſſu eius dicat inſtitutus. Parens mulieris virilis ſexus per virilem ſexum cognatione iunctus, velut pater, auus paternus.* DARE, PROMITTERE, *dotem omnes poſſunt.* Paul. in L. promittendo, D. de iu. dot. PROMITTENDO DOTEM, *omnes obligantur, cuiuſcumque ſexus, conditioniſque ſint.* Dotis verò dictæ exempla ſunt apud Cicero. Orat. pro Flacco & pro Cæcina, Martial. lib. XII. Epigr. XLII. Plinium lib. II. Epiſt. IIII. Apuleium Apolog. II.

Promitti autem Dos ſolebat, in hunc modum, verbi gratia, DECEM DOTI TIBI ERVNT. Vlpian. in L. ſi ei nuptura, D. de iu. dot. *Si ei nuptura mulier qui Stichum debebat, ita cum eo pacta eſt,* PRO STICHO, QVEM MIHI DEBES, DECEM DOTI TIBI ERVNT, Marcellus in L. ſi Mulier, D. eo. *Si Mulier ita dotem promiſerit,* DECEM TIBI AVT TITIO, DOTI ERVNT. Proculus in L. nepos Proculo, D. de verb. ſignific. *Ab eo qui ita dotē promiſit,* CVM COMMODVM ERIT, DOTIS FILIÆ MEÆ TIBI ERVNT AVREI CENTVM. Et mox: *Quid ſi ita promiſiſſet,* CVM POTVERO, DOTI ERVNT. Et paullo pòſt: *Cū dotē quis ita promiſit,* CVM POTVERO DOTI TIBI ERVNT CENTVM. Iulian. in L. ſi pater D. eo. *Quæ debitorem filiumfa. habet; ſi pater eius ita dotem promiſerit,* QVOD MIHI DEBES, VEL, QVOD MIHI FILIVS TVVS DEBET, DOTI TIBI ERVNT. Idem in L. quemadmodum, §. ſi debitori, D. eo. *Si debitori ſuo mulier nuptura ita dotem promiſiſſet,* QVOD MIHI DEBES, AVT FVNDVS SEMPRONIANVS, DOTI TIBI ERIT. Iauolen. in L. nuptura, D. eo. *Nuptura filiofam. ſi ſocero dotem ita promiſerit,* QVOD FILIVS TVVS MIHI DEBET, ID DOTI TIBI ERIT. Imperatores autē Theodoſ. & Valentinian. ad exactionem dotis quam ſemel præſtari placuiſſet, qualiacumque verba ſufficere, conſtituerunt, ſiue ſcripta eſſent, ſiue non, etiamſi ſtipulatio in pollicitatione rerū dotaliū minimè fuiſſet ſubſecuta, L. Ad exactionē C. de dot. promiſſio. Dos vtiq; paſſim in ſtipulatum deducebatur, L. I. §. I. D. de collat. dot. Formulas verò ſtipulationis Dotis habemus in locis infrà ſcriptis. Paul. in L. Iulianus, D. de iu. dot. *Iulianus ſcribit, valere talem ſtipulationem,* CVM MORIERIS, DOTIS NOMINE TOT DARI? Iulianus in L. Tali D. eo. tit. *Tali facta ſtipulatione,* DECEM IN ANNO PROXIMO DOTIS NOMINE DARE SPONDES? Papinian. in L. cùm poſt, §. Gener. D. eo. *Gener à ſocero,* DOTEM ARBITRATV SOCERI CERTO DIE DARI, *non demonſtrata re vel quantitate,* STIPVLATVS FVERAT. Vſuras etiam promiſſæ dotis in ſtipulatum deduxiſſe virum, narrat Papinian. in L. vir vxori D. de donat. inter. vir.

Antiquo autem ritu DECIES CENTENA, (Budæo nuſquam ſine laude nominando, huius obſeruationis principe) dotī dari conſueuerant, id eſt, vt vetus Horatij Commentator in Sat. III. lib. I. explicat, *decies centum millia ſeſtertium.* Quod præter Iuuenalem Sat. VI. &. X. Senecam lib. de Conſolatio. ad Albinam, Martialem Epigram. LXV. lib. II. quorum teſtimoniis alij iam vſi ſunt, confirmatur etiam Martialis Epigram. XXIIII. lib. XI.

Nubere Sila mihi nulla non lege parata eſt,
Sed Silam nulla ducere lege volo.
Cùm tamen inſtaret, DECIES MIHI DOTIS IN AVRO
SPONSA DABIS, *dixi. Quid minus eſſe poteſt?*

Tacit. lib. II. de Hortalo. *Nepos erat oratoris Hortenſij, inlectus à diuo Auguſto liberalitate*

DECIES SESTERTIVM *ducere vxorem, ſuſcipere liberos.* Idem eod. lib. refert Tiberiũ cùm in locum Veſtalis mortuæ alia capienda eſſet, grates egiſſe Agrippæ & Pollioni, quòd vltrò filias obtuliſſent: prætuliſſe verò Pollionis filiam: ſed Agrippæ filiam poſthabitã DECIES SERTERTII DOTE, ſolatum eſſe. Vlpian. in L. cùm de in rem verſo, D. de vſur. *Imperator quoque noſter Seuerus filiæ Flauij Athenagoræ, cuius bona fuerant publicata, de fiſco ideò* NVMERARI DECIES CENTENA DOTIS NOMINE, *iuſſit.* Nulla tamen lege prohibebatur Mulier, omnia ſua bona in dotem dare, L. nulla C. de iu. dot. Et ita in ſpecie L. mulier D. eo. tit. Mulier OMNIA SVA BONA IN DOTEM DEDISSE, proponitur. Valeria etiam OMNEM SVAM PECVNIAM DOTI DIXISSE, narratur à Cicero. pro Flacco. In dotem planè res quæ pondere, numero, menſura conſtabant, datas oſtendit L. res quæ D. de iu. dot. Et vel totum prædium, vel pars eius in dotem dari poterat, L. Dotale D. de fun. dot. Vſusfructus quoque fundi, cuius proprietatem mulier non habebat, dotis nomine quandoque dabatur, L. ſi vſusfructus, & L. dotis fructum, §. ſi vſusfructus, D. de iu. dot. L. vſusfructu, D. ſol. matr. Sed & in fundo ſuo vſumfructum marito dotis cauſa conſtituiſſe Mulier refertur in L. cùm in fundo, §. 1. D. ex iu. dot. Quin & vſumfructũ quem in fundo mariti habebat mulier, dotis cauſa dare poterat, L. cùm in fundo, D. eo. Proponitur & mulier debitori ſuo qui ſub vſuris debebat, nuptura dotem promiſiſſe, QVOD IS SIBI DEBERET, L. ſi mulier, D. eo. Pompon. in L. Iulianus, D. mandat. *Si fideiuſſori vxor doti* PROMISERIT, QVOD EI EX CAVSA FIDEIVSSORIA DEBEAT. Vlpian. in L. ſi res æſtimata, §. vlt. D. eo. *Si cum marito debitore mulier* PACTA SIT, VT ID QVOD DEBEAT, IN DOTEM HABEAT. African. in L. ſi marito, D. de fun. dot. *Si marito debitori fundi* ID QVOD DEBET, DOTI MVLIER PROMISERIT. Iulian. in L. ſi mulier, D. de pact. dot. *Si mulier dotis cauſa promiſerit certam ſummam, & pro ea, mancipia in dotem dederit, ea condicione,* VT PERICVLO EIVS ESSENT, ET SI QVID EX HIS NATVM ESSET, AD EAM PERTINEAT. Fulcinium etiam, cùm dote vxoris Ceſenniæ numerata vteretur, quò mulieri res eſſet cautior, curaſſe vt in fundo dos collocaretur, Cic. pro Cæcina ſcribit.

Plerumque autem res æſtimatæ in dotem dabantur, verùm variis condicionibus. Interdum enim conueniebat, vt SOLVTO MATRIMONIO, aut RES, aut ÆSTIMATIO PRÆSTARENTVR, VTRVM VEL MVLIER, VEL VIR, VELLET. Vlpian. in L. plerũque, §. vlt. D. de iu. dot. *Si res in dotem datæ fuerint, quamuis æſtimatæ: verùm conuenerit,* VT AVT ÆSTIMATIO, AVT RES PRÆSTENTVR: *ſi quidem fuerit adiectum,* VTRVM MVLIER VELIT, *ipſa eliget, vtrum malet petere rem, æſtimationem. Verùm ſi ita fuerit adiectum,* VTRVM MARITVS VELIT, *ipſius erit electio.* Impp. Seuerus & Antonin. in L. 1. C. de fun. dot. *Si æſtimata prædia in dotem data ſint, & conuenit,* VT ELECTIO MVLIERI SERVETVR. African. in L. quod ſi fundus, D. eo. tit. *Si fundus in dotem æſtimatus datus ſit,* VT ELECTIO SIT MVLIERIS. Huiuſmodi autem res in dotem æſtimatas, Mulier quandoque conſentiente viro in vſu habebat, L. mortis ſuæ, §. 1. D. de iu. dot.

Interdum verò conueniebat, vt & res ipſæ, etiam ſi æſtimatæ in dotem datæ eſſent, ſoluto matrimonio reſtituerentur, L. quotiens D. de iu. dot. Impp. Seuerus & Antonin. in L. 1. C. ſolu. matrim. *Poſt æſtimationem dotis, pactione vel ſtipulatione interpoſita,* VT SI IPSÆ RES DISSOLVTO MATRIMONIO EXTARENT, VXORI REDDANTVR. Scæuola in L. æſtimatis, D. ſol. mat. *Æſtimatis rebus in dotem datis, pactum interceſſit,* VT EX QVACVMQVE CAVSA DOS REDDI DEBERET, IPSÆ RES RESTITVERENTVR, HABITA RATIONE AVGMENTI, ET DEMINVTIONIS, VIRI BONI ARBITRATV. QVÆ VERO NON EXTARENT AB INITIO ÆSTIMATIO EARVM. Papinian. in L. cùm poſt, §. cùm res, D. de iu. dot. *Cùm res* IN DOTEM ÆSTIMATAS SOLVTO MATRIMONIO REDDI, *placuit.* Iauolen. in L. in his, §. mancipia, D. ſoluto matr. *Mancipia in dotem æſtimata accepiſti: Pactum conuentum deinde factum eſt,* VT DIVORTIO PACTO, TANTIDEM ÆSTIMATA REDDERES. Pompon. in L. ſi mancipia, D. de iu. dot. *Si mancipia in dotem æſtimata accepiſti, & pactum conuentum factum,* VT TANTIDEM ÆSTIMATA DIVORTIO FACTO REDDERES. Impp. Dioclet. & Maximian. in L. ſi in-

ter

ter C. eo. tit. *Si inter virum & vxorem pactum ſit interpoſitum*, VT SI MATRIMONIVM INTRA QVINQVENNII FORTE TEMPORA QVOQVO MODO ESSET DISSOLVTVM, SPECIES ÆSTIMATÆ DOTI DATÆ, PRETIIS QVIBVS ÆSTIMATÆ SVNT, REDDERENTVR. Iauolenus in L. vlt. D. de pact. dotalib. *Vxor viro fundum centum æſtimatum in dotem dederat: deinde cum viro pactum conuentum fecerat*, VT DIVORTIO FACTO EODEM PRETIO VXORI VIR FVNDVM RESTITVERET. Alias eiuſdem generis conuentiones ex libris noſtris promam. Paulus in L. ſi pater §. ſi fundo, D. de pact. dot. *Si fundo æſtimato in dotem dato pacta ſit mulier*, VT QVANTO PLVRIS VENIERIT, ID IN DOTE SIT. Idem in §. vlt. ead. L. *Si pacta ſit mulier*, VT SIVE PLVRIS SIVE MINORIS FVNDVS ÆSTIMATVS VENIERIT, PRETIVM QVANTI RES VENIERIT, ID IN DOTE SIT. A Scæuola verò in L. cùm maritus, D. eo. proponitur maritus, qui æſtimata prædia acceperat, pactus eſſe manente matrimonio, VT EA PRÆDIA INÆSTIMATA ESSENT, vt ſine periculo ſuo ea deteriora faceret.

In dote autem danda, Mulier quandoque pecuniam, quam viri poteſtati non cõmitteret, nec non & mancipia Recipiebat, ſibíque retinebat. Agellius lib. XVII. cap. VI. Marcum Catonem Voconiam legem ſuadentem, verbis hiſce vſum refert. *Principio nobis mulier magnam in dotẽ attulit, tum* MAGNAM PECVNIAM RECIPIT, QVAM IN VIRI POTESTATE NON COMMITTIT: *Eam pecuniam viro dat mutuam: poſteà, vbi irata eſt*, SERVVM RECEPTICIVM *ſectari atque flagitare virum iubet.* Quòd Agellius ita exponit. *Quando mulier marito dotem dabat, tum quæ ex ſuis bonis retinebat, neque ad virum tranſmittebat, ea* RECIPERE *dicebatur*. Et mox: *Ipſe etiam Cato mulierem demonſtrare locupletem volens: Mulier, inquit, & magnam dotem dat, & magnam pecuniam recipit*: *hoc eſt*, & *magnam dotem dat, & magnam pecuniam retinet. Ex ea igitur re familiari, quam ſibi dote data retinuit, pecuniam viro mutuam dat. Eam pecuniam cùm viro fortè irata repetere inſtituit, apponit flagitatorem ſeruum* RECEPTICIVM, *hoc eſt, proprium ſeruum ſuum*, QVEM CVM PECVNIA RELIQVA RECEPERAT, NEQVE DEDERAT DOTI, *ſed retinuerat. Non enim ſeruo mariti imperare hoc mulierem fas erat, ſed proprio ſuo.*

Ac planè quæ dotis cauſa dabantur, nominatim in dotem dari debebant. Interdum verò res dabantur in ea quæ Græci *παράφερνα*, Galli PECVLIVM appellabant: quæ etiam ſic quandoque dabantur, VT MARITI FIERENT. Et quidẽ vulgò Romæ, Mulier res quas ſolebat in vſu habere in domo mariti, neque in dotem dabat, in Libellum ſolebat conferre: cúmque Libellum marito offerre vt is ſubſcriberet, QVASI RES ACCEPISSET, ET VELVT Chirographum eius vxor retinebat, RES QVÆ LIBELLO CONTINEBANTVR IN DOMVM EIVS SE INTVLISSE. Quinetiã plerumque CVSTODIAM earum Maritus REPROMITTEBAT, niſi mulieri commiſſæ eſſent, L. ſi ego §. vlt. D. de iu. dot. Hinc Papinian. in L. donationes in concubinam, § 1. D. de donationib. SPECIES, ait, EXTRA DOTEM A MATRE FILIÆ NOMINE VIRO TRADITAS, *filiæ quæ præſens fuit, donatas & ab ea viro traditas videri reſpondi: nec matrem offenſam repetitionem habere, vel eas rectè vindicare, quod vir* CAVISSET, EXTRA DOTEM VSIBVS PVELLÆ SIBI TRADITAS: *cùm ea ſignificatione nec modus donationis declaretur, nec ab vſu proprietas ſeparetur: ſed* PECVLIVM A DOTE *puellæ diſtingueretur.* Iuſtinian. in L. vlt. C. de pact. conuent. *Si mulier marito ſuo nomina, id eſt fœneraticias cautiones, quæ* EXTRA DOTEM SVNT, DEDERIT, VT LOCO PARAPHERNORVM APVD MARITVM MANEANT, ET HOC DOTALI INSTRVMENTO FVERIT ADSCRIPTVM. Maritus autem RES VXORIS EXTRA DOTEM CONSTITVTAS, quandoque eius voluntate adminiſtrabat, eiúſque adminiſtrationis rationem vxori reddebat, L. Maritus, D. ad L. falcid. Alioquin in his rebus quas extra dotem mulier habebat, nullam vxore prohibente communionem habebat, nec eis inuita vxore immiſcere ſeſe poterat, L. hac lege C. de pact. conuent.

Tabulis autem dotalibus caueri de dote ſoluto matrimonio reſtituenda ſolebat, ídque interdum generaliter, quoquo modo matrimonium dirimeretur. Paulus in L.

ſi quis ſic, D. ſolu. matrim. *Si quis ſic ſtipuletur à marito*, SI QVO CASV TITIA TIBI NVPTA ESSE DESIERIT, DOTEM OAEIS. Idem in L. cùm quærebatur, D. de verbor. ſignific. *Cùm quærebatur, an verbum* SOLVTO MATRIMONIO OOTEM REOOI. Vlpian. in L. quoties, §. vlt. D. ſol. matr. *Si quis pro muliere dotem dederit, conueneritque*, VT QVOQVO MODO DIREMPTO MATRIMONIO, IPSI SOLVERETVR. Idem in L. ſi extraneus, D. de condict. cau. da. *Si extraneus pro muliere dotem dediſſet, & pactus eſſet*, VT QVOQVO MODO FINITVM ESSET MATRIMONIVM, DOS EI REDDERETVR. Et in L. Neratius D. de religioſ. *Si quis dotem hac lege dederit pro muliere*, VT AO IPSVM REOIRET, SI IN MATRIMONIO MORTVA ESSET, AVT QVOQVO MOOO SOLVTO MATRIMONIO. Scæuola in L. cùm quis, §. nuptura, D. de legat. III. *Nuptura, duobus filijs quos ex priore marito habebat, mandauit, vt viginti quæ doti dabat, ſtipularentur*, IN OMNEM CASVM QVO SOLVI POSSET MATRIMONIVM: *vt etiam alterutri ex his tota dos ſoluatur.* African. in L. quæ dotis, D. ſol. matr. *Quæ dotis nomine certam pecuniam promiſerat, quoſdam adhibuerat, qui ſtipularentur*, PARTEM DOTIS OISTRACTO MATRIMONIO SIBI SOLVI.

Aliàs verò, in alterutrum ſpecialiter diuortij, vel mortis caſum, vel in vtrumque nominatim ſtipulatio interponebatur. Vlpian. in L. ſi cùm dotem, D. ſol. matr. *Si cùm dotẽ daret pater vel extraneus pro muliere*, IN VNVM CASVM PEPIGIT, VEL IN DIVORTIVM, VEL MORTEM, *dicendum eſt*, IN EVM CASVM IN QVEM NON PEPIGIT, *eſſe mulieri actionem.* Tryphon. in L. qui duos, §. ſi maritus, D. de reb. dub. *Si maritus & vxor ſimul perierint, ſtipulatio de dote*, EX CAPITVLO, SI IN MATRIMONIO MVLIER OECESSISSET, *habebit locum.* Scæuola in L. cùm maritus, §. 1. D. de pact. dotalib. *Titius mulieris nomine dotem dedit, & ſtipulatus eſt*, IN CASVM MORTIS ET OIVORTII. Papinian. in L. inter §. vlt. D. eo. tit. *Pater*, SI FILIA NVPTA MORTEM OBIISSET, DOTEM DARI STIPVLATVS EST. Impp. in L. cùm patrem C. de iu. dot. *Cùm patrem pro filia dotem tibi dantem*, SI POST MORTEM SVAM IN MATRIMONIO CONSTITVTA, REBVS HVMANIS EADEM EXIMATVR, PARTEM OIMIDIAM DOTIS AMNIÆ REOOI, *pactum proponas.* Pompon. in L. ſi ita D. de pact. dotalib. *Si ita cõueniat*, VT SI VIVO SOCERO MORTVA SIT FILIA, IPSI SOCERO: SI MORTVO, FILIO EIVS: SI FILIO QVOQVE OEFVNCTO, TOTVM SVO HEREDI REDOATVR. Vlpian. L. mulier D. de verbor. obligationib. *Mulier quæ dotem dederat Glabrioni, fecerat eum promittere dotem*, SI IN MATRIMONIO OECESSISSET, *infanti.* Paulus in L. debitor, §. vlt. D. ad Trebellia. *Ea quæ dotem dabat, pacta erat cum marito*, VT MORTVA SE IN MATRIMONIO, OOTIS PARS MATRI EIVS REDDERETVR. Scæuola in L. cùm maritus, §. vlt. D. de pact. dotalib. *Mulier de dote quam dedit pacta eſt*, VT SI IN MATRIMONIO OECESSISSET, FRATRI EIVS REODERETVR: *iſque* IN EVM CASVM STIPVLATVS EST. Paul. in L. Gaius D. ſol. matr. *Gaius Seius auus maternus Seiæ nepti quæ erat in patria poteſtate, certam pecuniæ quantitatem dotis nomine Lucio Titio marito dedit*, & INSTRVMENTO OOTALI, *huiuſmodi pactum & ſtipulationem complexus eſt*: SI INTER LVCIVM TITIVM MARITVM ET SEIAM DIVORTIVM SINE CVLPA MVLIERIS PACTVM ESSET, DOS OMNIS SEIÆ VXORI, VEL GAIO SEIO AVO MATERNO REDOERETVR, RESTITVERETVRQVE. Paul. in L. Seia D. de dote prælegat. *Seia cùm nuberet Lucio Titio, dedit dotis nomine centum aureos, & adhibuit Quintum Mucium qui nihil numerauit, ſed* DOTEM STIPVLATVS EST, SI MORTE MVLIERIS SOLVTVM FVERIT MATRIMONIVM. Enimuerò cum Pater dotem dabat, ita demum in ſuam perſonam de dote actionem transferebat, ſi ex continenti ſtipularetur. Ceterùm ſi interpoſito tempore ſtipulati vellet, non niſi conſentiente filia poterat, quamuis in poteſtate eſſet, L. quotiens pater D. ſol. matr. Vnde in L. poſt dotem, D. eo. tit. Pater *poſt dotem datã & nuptias contractas ſtipulatus* refertur, *filiæ voluntate*: Cùm verò is qui dotem pro muliere dabat, REDDI EAM SIBI MORTVA IN MATRIMONIO MVLIERE STIPVLATVR, OOS ea ſpeciali nomine RECEPTICIA dicebatur, quemadmodũ Vlpian. in Tit. cap. VI. ſcribit. Gaius verò in L. mortis cauſa §. ſiue D. de mort. cau. do. *Sed et dos, quam quis in mortẽ mulieris à marito ſtipulatur, capitur ſanè mortis cauſa, cuius generis*, OOTES

RECEPTICIÆ *vocantur*. Stipulatio autem de dote reddenda ab extraneo interpoſita, facto diuortio ſtatim committebatur, L.ſtipulatio, D.de iu. dot. Ceterùm ſtipulatio de reddenda dote ita quãdoque cõcipiebatur, DOTEM DABIS? vel, DOTEM DARI SPONDES? Paul. in L.ſi quis ſic, D.ſol.matr. *Si quis ſic ſtipuletur à marito*, SI QVO CASV TITIA TIBI NVPTA ESSE DESIERIT, DOTEM DABIS? Papin.in L.poſt dotẽ, D.eo.tit. *Poſt dotem datam, nuptias contractas, ſtipulatus eſt pater filiæ voluntate*, DIVORTIO FACTO DOTEM DARI. Idem in L. inter, §.vlt.D.de pact.dot. *Pater ſi filia nupta mortem obiiſſet*, DOTEM DARI STIPVLATVS EST. Aliàs etiam, REDDI, RESTITVI, ſtipulabantur, L. Gaius, D.ſol.matr.L.cùm quæreb atur, D.de verb.ſignif. vel SOLVI, L. ſi ita, & L.Inter, §. filia, D.de pact.dot.

Eiuſmodi verò pactis, proſpici in caſum liberorum de reſtitutione vel retẽtione dotis, aut certæ partis, ſolebat. Vlpian. in L.II. D. de pact. dotalib. *Si conuenerit*, VT QVOQVO MODO DISSOLVTVM SIT MATRIMONIVM, LIBERIS INTERVENIENTIBVS, DOS APVD VIRVM REMANERET. Scæuola in L.ſi inter, D. eo. tit. *Si inter virum & vxorem pactum eſt*, VT CERTA PARS DOTIS VEL TOTA, OB VNVM VEL PLVRES LIBEROS INTERVENIENTES RETINEATVR. Papinianus in L. inter D.eo.tit. *Inter ſocerum & generum conuenit*, VT SI MORTVA FILIA SVPERSTITEM ANNICVLVM FILIVM HABVISSET, DOS AD VIRVM PERTINERET. QVOD SI VIVENTE MATRE FILIVS OBIISSET, VIR DOTIS PORTIONEM VXORE IN MATRIMONIO DEFVNCTA RETINERET. African. in L. pater, D. eod. *Pater cùm filiæ ſuæ nomine dotem daret, pactus eſt*, VT MORTVA FILIA, VNO PLVRIBVSVE LIBERIS SVPERSTITIBVS, DEDVCTA PARTE TERTIA, RELIQVA DOS SIBI VNI POST MORTEM SVAM, ILLI AVT ILLI FILIIS, QVOS IN POTESTATE HABEBAT, REDDATVR. Impp. in L. vt inter, C. de inutil. ſtipul. *Cùm igitur defuncta in matrimonio filia tua, ſuperſtitis filij nomine*, PARTEM DIMIDIAM DOTIS A MARITO DETINERI, ALTERAM VERO PARTEM NEPOTI TVO RESTITVI, VEL SI IS *in rebus humanis non eſſet*, IVLIANO RESTITVI *per pactũ conueniſſe proponas* Calliſtrat. in L.ſi dotali, D.ſolu. matrim. *Si* DOTALI INSTRVMENTO *ita ſtipulatio interpoſita ſit*, VT LIBERORVM NOMINE DOS APVD MARITVM RESIDEAT, *Nepotum quoque nomine retinebitur*. Atque ita vitum dotem filiæ nomine retinere potuiſſe proponit Papinian. in L.inter, §. I. D. de pact. dot. Eapropter interdum ſtipulatio de reddenda dote in eum caſum concipiebatur, quo ſine liberis mulier decederet. Papinian. in d.L.inter ſocerũ, §.cum inter, D. eo. *Cùm inter patrẽ & generum conuenit*, VT IN MATRIMONIO SINE LIBERIS DEFVNCTA FILIA, DOS PATRI RESTITVATVR. Et §.filia ead. L. *Filia cùm pro ſe dotem daret, pepigit*, VT SI IN MATRIMONIO SINE LIBERIS DECESSISSET, MATRI SVÆ DOS SOLVATVR. Apuleius Apolog.II. *Iam primum mulieris locupletiſſimæ modicam dotem, neque eam* DATAM, *ſed tantummodo* PROMISSAM: *præter hæc, ea condicione factam coniectionem*, SI NVLLIS EX ME SVSCEPTIS LIBERIS VITA DEMIGRASSET, VT DOS OMNIS APVD FILIOS EIVS PONTIANVM ET PVDENTEM MANERET. SIN VERO VNO, VNAVE, SVPERSTITE DIEM SVVM OBIISSET, VTI TVM DIMIDIA PARS DOTIS POSTERIORI FILIO, RELIQVA PRIORIBVS CEDERET. Tryphonin. in L.Bæbius, D.de pact.dot. *Bæbius Marcellus Bæbio Maryllo, filiæ ſuæ nomine, centena promiſerat, & conuenerat inter eos*, NE EA DOS CONSTANTE MATRIMONIO PETERETVR, ET SI POST MORTEM PATRIS IN MATRIMONIO SINE LIBERIS FILIA DECESSISSET, VT DIMIDIA DOS APVD MARYLLVM REMANERET, DIMIDIA PATRI MVLIERIS RESTITVERETVR. Scæuola in L.vxorem, §.teſtamento, D.de legat.III. Patrem per fideicommiſſum centum legaſſe refert, & adiecisse, FIDEI TVÆ FILIA COMMITTO, VT CVM IN FAMILIA NVBES, ET QVOTIESCVMQVE NVBES, PATIARIS EX DOTE TVA QVAM DABIS, PARTEM DIMIDIAM STIPVLARI FRATREM TVVM, ET SEIAM MATREM TVAM PRO PARTIBVS DIMIDIIS DARI SIBI, SI IN MATRIMONIO EIVS CVI NV-

BES, SINE DIVORTIO PACTO, PRIVSQVAM DOS TVA REDDATVR, EOVE NOMINE SATISFACTVM ERIT, MORIERIS NVLLO FILIO FILIAVE EX EO RELICTO. Et §. pater, ead. L. *Pater naturalis filiæ ſuæ ex teſtamento mariti eius fideicommiſſi debitor, cum ea mulier alij nuberet, non mandatu mulieris dotem marito eius dedit, &* SIBI REDDI EAM STIPVLATVS EST, SI SINE LIBERIS FILIA MORERETVR.

Ipſi etiam quandoque marito, nulla liberorum facta mentione, conſulebatur: Paulus in L. ſi pater, D. de pact. dot. *Si pater dotem dederit, & pactus ſit,* VT MORTVA IN MATRIMONIO FILIA, DOS APVD VIRVM REMANERET. Vlpian. in L. Neratius, D. de religioſ. *Si is qui dotẽ dederat pro muliere,* STIPVLATVS EST DVAS PARTES DOTIS REDDI, TERTIAM APVD MARITVM REMANERE: *pactus ſit,* NE QVID MARITVS IN FVNVS CONFERRET. Inde eueniebat vt dotẽ partẽmve eius maritus lucri faceret, eáque penes eum vel tota, vel pro portione remaneret, L. Celſus & L. ſi mulier, & L. contra, D. eo. tit. Et hoc caſu procedit, quod mortua muliere, dotẽ mariti lucro ceſſiſſe oſtendit, L. ſed ſi alia, D. de bon. damnat.

Præterea qua die dos reddenda eſſet paciſci ſolebant, L. de die, D. de pact. dotalib. Procul. in L. Atilicinus, D. eo. *Cùm inter virum & vxorem pactum conuentum ante nuptias factum ſit,* VT QVIBVS DIEBVS DOS DATA ESSET, IISDEM DIVORTIO FACTO REDDERETVR. Et mox: *Si pacto conuento cautum eſt,* VT QVANTO SERIVS QVÆQVE, ET POST NVPTIAS DATA FVERIT, POST DIVORTIVM REDDATVR. Alfen. in L. aliud, D. eo. *Si pater pro filia dotem promiſit,* VT ANNVA, TRIMA, QVADRIMA, QVINTO ANNO DOS A SE REDDERETVR, *& conuenit,* VT ISDEM DVOBVS SOLVTO MATRIMONIO REDDERETVR. Interdũ conueniebat, vt DOS QVÆ PONDERE, NVMERO, MENSVRA CONTINEBATVR, SOLVTO MATRIMONIO PRÆSENS REDDERETVR, quæ alioquin ceſſante condicione, non niſi annua, bima, trima die reddita fuiſſet, vt tradit Vlpian. Tit. vi.

Pater etiam, ſed & ipſa mulier quãdoque paciſcebatur, NE DOS A SE PETERETVR. Põponius in L. auus, D. de pact. dotalib. *Auus pactus eſt, cùm dotẽ pro nepote ſuſcepiſſet,* NE A SE, NEVE A FILIO DOS PETERETVR: AB ALIO VERO QVAM FILIO HEREDE, VT DOS PETERETVR. Vlpianus in L. cum pater, D. eo. *Cùm pater dotẽ pollicitus fuerit, & paciſcatur,* NE SE VIVO PETATVR, NEVE CONSTANTE MATRIMONIO DOS PETATVR. Paulus in L. ſi ſocer, §. 1. D. ſolu. matrim. *Titius filiæ ſuæ nomine centum doti promiſit Gaio Seio, & inter Gaium Seium & Lucium Titium patrem mulieris conuenit,* NE DOS A VIVO LVCIO TITIO, ID EST PATRE MVLIERIS, PETERETVR. Celſus in L. auus, D. de pact. *Auus neptis nomine quam ex filio habebat, dotem promiſit, & pactus eſt,* NE A SE, NEVE A FILIO SVO DOS PETERETVR. Paul. in L. ob res, §. vlt. D. de pact. dotalib. *Si cõuenerit,* NE A MVLIERE, NEVE A PATRE DOS PETATVR. Et mox: *Sed ſi conuenerit,* VT MANENTE MATRIMONIO VIVO PATRE DOS PETATVR. Et idẽ L. ſi pater, §. ſi mulier, D. eo. *Si mulier pacta ſit,* NE AMPLIVS QVAM PARS DIMIDIA DOTIS A SE PETATVR. Et L. vxor. §. vlt. D. eo. *Si pater filiæ nomine certã pecuniam in dotem promiſerit, &* PACTVS EST NE INVITVS EAM SOLVERET. Sed & in L. Bæbius, in prin. D. eo. inter ſocerum & generum conueniſſe proponitur, NE DOS CONSTANTE MATRIMONIO PETERETVR.

De alenda etiam muliere conueniebat. Scæuola in L. pater, D. de in rem verſo. *Pater pro filia dotem promiſit: & conuenit,* VT IPSE FILIAM ALERET NON PRÆSTANTE PATRE. Idem in L. vlt. *Filiam familias duxit vxorem, patre dotem promittente: & conuenit inter omnes perſonas,* VTI EAM PATER, AVT IPSA SE TVERETVR. Et L. vlt. D. de doli & met. except. *Pater pro filia dotem promiſerat, & pactus erat,* VT IPSE ALERET FILIAM SVAM EIVSQVE OMNES. Itẽ in L. creditor, §. ſi inter, D. manda. *Si inter maritum & ſocerum id actum eſſet, vel tacito intellectu* VT ONVS EXHIBENDÆ VXORIS AD MARITVM REDIRET, PRÆSTANTE PATRE DOTIS VSVRAS. *Sed & ex pactu conuentis quæ ante nuptias vel poſt nuptias interponi ſolebant,* Paulus hæc refert in L. ſi pater, §. ex pactis, D. de pact. VT MVLIER DOTE PROMISSA SE

SA SE

SA SE ALAT, ET DONEC NVPTA SIT, DOS AB EA NON PETATVR, AVT CERTAM SVMMAM VIRO PRÆSTET, ET AB EO ALATVR. Vlpian. in L. ſi conuenerit in fi. D. de pact. dot. *Si pactum tale interuenit*, VT MARITVS FRVCTVS IN DOTEM CONVERTERET, ET MVLIER SE SVOSQVE ALERET, TVERETVRVE, ET VNIVERSA ONERA SVA EXPEDIRET. Papinianus etiam in L. Inter ſocerum, §. conuenit, D. de pact. dot. cōueniſſe refert, vt MVLIER VIRI SVMPTIBVS QVOQVO IRET, VEHERETVR, Iulianus in L. quidam, D. de pact. dotalib. *Quidam fundum dotis cauſa ab vxore ſua acceperat: intérque eos conuenerat*, VT MERCEDES EIVS FVNDI VIR VXORI ANNVI NOMINE DARET.

Interdum etiam pactis Dotalibus, de hereditate patris cauebatur. Imp. Alexand. in L. pactum, C. de collationib. *Pactum Dotali inſtrumento comprehenſum*, VT CONTENTA DOTE, QVÆ IN MATRIMONIO COLLOCABATVR, NVLLVM AD BONA PATERNA REGRESSVM HABERET. Papinian. in L. vlt. D. de ſuis & legit. *Pater inſtrumento Dotali comprehendit*, FILIAM ITA DOTEM ACCEPISSE, NE, QVID ALIVD EX HEREDITATE PATRIS SPERARET. Impp. Valerian. & Gallien. in L. pactum, C. de pact. eo. *Pactum quod Dotali inſtrumento comprehenſum eſt*, VT SI PATER VITA FVNGERETVR, EX ÆQVA PORTIONE EA QVÆ NVBEBAT, CVM FRATRE HERES PATRI SVO ESSET.

Non omittenda & illa conuentio eſt, quæ à Papiniano refertur in L. ex ea parte, §. 1. D. de verb. oblig. in hæc verba. *Mulier ab eo in cuius matrimonium conueniebat, ſtipulata fuerat ducenta*, SI CONCVBINÆ, TEMPORE MATRIMONII, CONSVETVDINEM REPETISSET. Imp. Alexand. in L. ex conuentione, C. de pact *Ex conuentione quidem, qua pactam nouercam tuam cum patre tuo dicis, cum fundum in dotem daret*, VT CREDITORIBVS, QVIBVS FVERANT PRÆDIA OBLIGATA, VSVRAS SOLVERET. Paul. in L. Quæris, D. de pact. dotalib. *Si pacta ſit mulier vel ante nuptias, vel poſt nuptias*, VT EX FVNDI FRVCTIBVS, QVEM DEDIT IN DOTEM CREDITOR MVLIERIS DIMITTATVR. Scæuola in L. ſi inter, D. eo. *Si inter virum, & uxorē conuenit*, VT EXTREMI ANNI MATRIMONII FRVCTVS NONDVM PERCEPTI, MVLIERIS LVCRO FIANT.

Pergamus porrò ad alias conuentiones, & ad Seruitutes progrediamur. Pactionibus enim & ſtipulationibus conſtitutas Seruitutes cōſtat, §. ſi quis velit Inſtit. de ſeruitutib. Celſ. in L. ſi quis per fundū, D. de euictionib. *Si quis per fundum, quē cum alio communē haberet, quaſi ſolus dominus eius eſſet*, IVS EVNDI, AGENDI MIHI VENDIDERIT. Pompon. in L. ratio, §. ſi iter, D. de act. emp. *Si* ITER, ACTVM, VIAM, AQVÆDVCTVM PER TVVM FVNDVM EMERO. Idem in L. tenetur, §. ſi tibi, D. eod. SI TIBI ITER VENDIDERO. Iauolen. in L. vlt. D. de ſeruitut. *Quotiens* VIA *aut aliquid* IVS FVNDI EMERETVR. Cedebantur etiam prædiorum vrbanorum & ruſticorum iura. Scæuola in L. Lucio, D. de aqua cott. *Lucio Titio* EX FONTE MEO, VT AQVAM DVCERET, CESSI. Paulus in L. ſeruitutes quæ, D. de ſeruitut. vrban. præd. *Túque mihi* PER AREAM TVAM IN DOMVM MEAM IRE, AGERE, CESSISTI. Pompon. in L. ſi mihi, D. de ſeruit. præd. ruſtic. *Si mihi eodem tempore* CONCESSERIS, ET IRE, AGERE PER TVVM LOCVM. Celſ. in L. per fundum, D. eo. tit. *Per fundum qui plurium eſt*, IVS MIHI ESSE EVNDI AGENDI, *poteſt ſeparatim cedi*. Papinian. in L. vnus, D. eo. *Vnus ex ſociis fundi communis* PERMITTENDI, IVS ESSE IRE, AGERE. Idem in L. 11. §. vlt. D. de aq. & aq. plu. *Si quis vicino ceſſerit*, IVS EI ESSE AQVAM IMMITTERE. Pomponius in L. ſi domus, D. de ſeruit. vrb. præd. *Et tibi* CONCESSERO IVS ESSE INVITO ME ALTIVS TOLLERE ÆDIFICIA TVA. Et quidem ſi quis duas ædes haberet, & alteras traderet, poterat LEGEM TRADITIONI DICERE, vt vel iſtæ quæ non tradebantur SERVÆ ESSENT HIS QVÆ TRADEBANTVR, vel contrà, VT TRADITÆ RETENTIS ÆDIBVS SERVIRENT. Similitérque ſi quis duos fundos haberet, alium alij poterat ſer-

uum facete tradendo, L. ſi quis duas, D. commun. præd. Gaius in L. duorum, D. eo. *Duorum prædiorum dominus, ſi alterum ea lege tibi dederit,* VT ID PRÆDIVM QVOD DATVR, SERVIAT EI QVOD IPSE RETINET, VEL CONTRA. Seruitutes etiam in ſtipulatum deduci conſueuiſſe docent L. proinde, §. vlt. D. de ſtipul. ſeruor. & L. pro parte, D. de ſeruitutib.

Modus autem adiici ſeruitutibus poterat. Veluti, QVO GENERE VEHICVLI AGERETVR, vel NON AGERETVR, vel, VT EQVO DVNTAXAT: vel VT CERTVM PONDVS VEHERETVR, vel GREX ILLE TRANSDVCERETVR, aut CARBO PORTARETVR, L. ſeruitutes ipſo, §. Modus, D. de ſeruitutib. Marcell. in L. is qui, D. quemad. ſeruit. amitt. *Is cui via vel actus debebatur,* VT VEHICVLI CERTO GENERE VTERETVR, *alio genere fuerat vſus.* Iter autem ſic poterat conſtitui, VT QVIS INTERDIV DVNTAXAT IRET: quod ferè circa prædia vrbana neceſſarium erat, L. iter, D. commun. præd. Iter porrò qui habebat, eà pedes & eques commeare poterat, L. inter, D. de ſeruit. præd. ruſt. Præterea ſella aut lectica vehi, non item iumentum ducere poterat, L. qui ſella, D. eo. Qui verò Actum habebat, & ploſtrum ſeu vehiculum ducere, & iumenta agere, armétáque traiicere poterat, non etiam trahere lapidem, aut tignum. At qui Viam habebat, eundi, agendi, trahendi quoque & rectam haſtam referendi, ſi modò fructus non læderet, ius habebat, L. qui ſellà & L. inter D. eod. LATITVDO porrò actus itinerı́ſque DICI ET DEMONSTRARI in eiuſmodi ſeruitutibus conſtituendis ſolebat. Quod ſi nihil dictũ eſſet, vel ſi nulla determinatione iter, actúmve quis ceſſiſſet, legaſſétve, ARBITER dabatur, qui iter actúmque determinaret, & eorum latitudinem ſtatueret ac definiret. At in Via aliud iuris erat. Nam ſi DICTA LATITVDO non eſſet, LEGITIMA, id eſt, lege XII. Tab. definita debebatur, L. certo generi, §. 1. & §. latitudo, D. de ſeruitut. ruſtic. præd. Viæ enim latitudo, ex lege XII. Tabularum in porrectum octo pedes, in anfractum, id eſt vbi flexum eſt, ſedecim habebat, vt Gaius in L. viæ, D. de ſeruit. ruſt. præd. tradit. VIA tamen conſtitui vel LATIOR OCTO PEDIBVS, vel ANGVSTIOR poterat: vt tamen eam latitudinem haberet, qua VEHICVLVM IRE poſſet. Alioquin iter erat non via, L. via conſtitui, D. de ſeruit. præd. ruſtic. Nam ſi tam anguſti loci demonſtratione facta VIA conceſſa eſſet, vt neque VEHICVLVM, NEQVE IVMENTVM EA IRE poſſet, ITER magis quàm VIA, aut ACTVS adquiſitus videbatur. Sed ſi IVMENTVM EA DVCI poſſet, non etiam VEHICVLVM, ACTVS videbatur adquiſitus, L. ſi tam anguſti, D. de ſeruitutib.

Si verò VIÆ locus non adiecta LATITVDINE nominatus eſſet, per eum qualibet iri poterat. Sin autem prætermiſſus eſſet, æquè LATITVDINE non adiecta, per totum fundũ, vna poterat eligi via, dũtaxat eius latitudinis quæ lege comprehenſa erat. Pro quo ipſo ſi dubitabatur, Arbitri officium inuocandum erat, d. L. certo, §. vlt. Sanè ſi cui ſimplicius via per fundũ cuiuſpiam ceſſa, vel relicta eſſet, in infinito, videlicet per quamlibet eius partẽ, ire agere licebat, ciuiliter modò. Verùm quà primùm viam direxiſſet, ea demum ire agere debebat, nec amplius mutandæ eius poteſtatem habebat, L. ſi cui, D. de ſeruitutib.

A De Actus verò ſpatio hæc Varro lib. IIII. de ling. Lat. *Vt ager, quòd agi poterat, ſic qua agi,* ACTVS. *Eius finis minimus conſtitutus in* LATITVDINEM PEDES QVATVOR, *fortaſſe ab eo, quattuor, quod ea quadrupes agitur.* Iter autem vel viam ſilice ſternere non poterat is cui huiuſmodi ſeruitus debebatur, niſi nominatim conueniſſet, L. loci corpus, §. ſi quis mihi itineris, D. ſi ſeruit. vind. Si tamen iter legatum eſſet, quà niſi opere facto iri nõ poſſet, Proculus putabat, licere fodiẽdo, ſubſternendo, iter facere, L. ſi iter, D. de ſeruitutib. In ſeruitutibus etiam huiuſmodi conſtituendis, cautum nonnumquam VT REFICIENDI IVS, ET AD QVEM VSQVE MODVM ESSET, indicat Vlpian. in L. inde etiam, §. fieri, D. de itin. actúque priu. *Fieri, autem poteſt,* ait, *vt qui* IVS EVNDI HABEAT, ET AGENDI, REFICIENDI IVS *non habeat: quia in ſeruitute conſtituenda cautum ſit,* NE EI REFICIENDI IVS SIT: *aut ſic,* VT SI VELIT REFICERE, VSQVE AD CERTVM MODVM REFICIENDI IVS SIT. ITER autem, ACTVS, VIA, pluribus cedi, vel ſimul, vel ſeparatim per eundem

locum

locum poterat, L. Lucio, D. de aqua cottid. L. qui per certi, D. commun. præd.

Vſus porrò Seruitutium temporibus ſecerni poterat: exempli gratia, VT QVIS POST HORAM TERTIAM VSQVE IN HORAM DECIMAM EO IVRE VTERETVR, vel VT ALTERNIS DIEBVS VTERETVR, L. via, §. vlt. D. de ſeruitutib. Diuidi planè non ſolùm temporibus ſed & menſuris aqua poterat. Et ita inter duos qui eodem riuo Aquam certis horis ſeparatim ducebant, conueniſſe, VT PERMVTATIS INTER SE TEMPORIBVS AQVA VTERENTVR, Iulian. ſcribit in L. cum conſtet, in prin. & §. vlt. D. de aqua cottid. Qui locus poſtulat vt de iure Aquæ dicamus: quo nomine ſeruitutem Aquæductus appellant non Iuriſconſulti modò, ſed & Cic. Epiſt. 1. lib. III. ad Q. Frat. his verbis: *Caluus aiebat aqua dempta, & eius* AQVÆ IVRE *conſtituto, & ſeruitute fundo illi impoſita, tamen nos pretium ſeruare poſſe, ſi vendere vellemus*. Ius autem aquæ ita conſtituebatur, ſi quis cederet alicui, VT EX FONTE SVO AQVAM DVCERET, L. Lucio, D. de aqua cottid. Pompon. in L. refectionis §. vlt. D. cõmun. præd. *Si prope tuum fundum* IVS EST MIHI AQVAM RIVO DVCERE. Cedi etiã vt Paul. in L. vlt. D. ſi ſeruit. vind. ſcribit, *poterat*, VT AQVAM QVÆRERET, ET INVENTAM DVCERE EI LICERET. Sciendum eſt autẽ duo fuiſſe genera Aquarum: Erat enim COTTIDIANA: erat & ÆSTIVA: COTTIDIANA ab ÆSTIVA vſu differebat non iure. COTTIDIANA enim erat quæ duci adſiduè ſolebat, & cottidie duci poterat, ſiue æſtiuo tempore ſiue hiberno, etiam ſi aliquãdo temporis momento ducta non eſſet, vel intermiſſione temporis eius ſeruitus diuiſa eſſet. ÆSTIVA verò ea erat, qua æſtate ſola vti expediret, & qua quis æſtate ſola vtebatur, ſiue perpetuò duci, ſiue non niſi æſtate duci ea poſſet, L. 1. §. 1. & §. quod autem, D. de aqua cottid. Enimuero poterat eodem tempore, alius Cottidianã, alius Æſtiuam aquam ducere: ita vt æſtate diuideretur inter eos aqua: hieme ſolus duceret is qui Cottidianæ ius habebat, L. cùm conſtet, D. de aqua cottid. Interdum verò NOCTVRNÆ duntaxat AQVÆ ſeruitus cedebatur: interdum verò DIVRNÆ ſolius, L. ſi prius, D. de aq. & aq. pluu. L. ſi communem, §. vlt. D. ſi ſeruit. vind. Et is quidem qui DIVRNARVM, aut NOCTVRNARVM HORARVM AQVÆDVCTVM HABEBAT, non poterat alia hora ducere, quàm qua ius habebat ducendi, L. II. D. de aqua cottid. Aquæ planè ius duobus cedi vel ſimul, vel ſeparatim poterat, VT PER EVNDEM AQVÆ DVCTVM AQVAM DVCERENT, L. Lucio, D. de aqua cottid. Neratius quoque in L. II. d. §. vlt. D. de ſeruit. præd. ruſt. ſi Aquæductus ſufficiens eſſet, potuiſſe eum pluribus per eũdem locũ concedi, VT ET IISDEM DIEBVS VEL HORIS DVCERETVR, ſcribit. Qui verò per eundem Riuum Aquam ducebant, hi RIVALES appellabantur, inter quos de Aquæ vſu ſæpe contentio incidebat. Vlpian. in L. 1. §. ſi inter, D. de aqua cottid. *Si inter* RIVALES, *id eſt qui per eundem Riuum aquam ducunt, ſit* CONTENTIO DE AQVÆ VSV. Agell. lib. XIIII. cap. 1. *Negotiũ quod ei fortè de* AQVÆDVCTV CVM RIVALIBVS, *aut de communi pariete cum vicino apud iudicem eſt*. Hinc in communem Riuum reficiendum impenſam factam proponit Vlpian. in L. cùm duobus, §. item ſi, D. pro ſoc. Riuum autem primò qualibet ducere licebat: poſteaquam ductus erat, transferre non licebat, L. ſi cui ſimpliciter, D. de ſeruitut. Is planè qui aquæ ducendæ ius habebat, vel fiſtulam in Riuo ponere, vel aliud quodlibet facere poterat, dũmodo ne fundum domino, aut aquagium Riualibus deterius faceret. Sed & ſupra eam aquam cuius ducendæ ius habebat, aliam aquam per pontem qui ſupra Riuum factus eſſet, iure ducebat, dum inferiori Riuo non noceretur, L. hoc iure, §. is qui & §. vlt. D. de aqua cottid. Riuos autem reficere, tegere, ſubſtruere, ſarcire purgare aquæ ducendæ cauſa licebat, item aduehere adportareque ea quæ ad eandem rem opus erant, L. 1. §. deinde, D. de Riuis. Quin & vbi Riuo aquam ducere cui permiſſum erat, tacita hæc iura ſequebantur, VT REFICERE RIVVM LICERET, VT ADIRE QVA PROXIMVS POSSET IS, FABRIQVE SVI. Item VT SPATIVM EI REI RELINQVERET DOMINVS FVNDI, QVO DEXTERA ET SINISTRA AD RIVVM ADIRET, ET QVO TERRAM, LIMVM, LAPIDEM, HARENAM, CALCEM IACERE POSSET. L. refectionis §. vlt. D. commun. præd. Riuo vtique vel aperto, vel operto & tecto aqua ducebatur, L. 1. §. vlt. & L. II. D.

de riuis, L. I. §. ſi quis ex riuo, D. ne quid in flu. publ. Interdũ etiã ſub terra, L. Refectionis, D. comm. præd. Riui autẽ vel TERRENI erãt, vel STRVCTILES, veluti Cæmẽticij, Signini, Lapidei, L. I. §. vlt. L. II. & L. III. §. I. D. de riuis. In Riuo vtique Canales, vel Fiſtulæ collocabãtur, L. III. §. ſi quis nouã, D. eo. L. Quintus, D. de ſeruit. ruſtic. prædior. L. hoc iure, §. ſi quis aquæ, D. de aqua cottid. Nec verò vno modò Aqua ducebatur. Varios eius ducẽdæ modos Vitruuius lib. VIII. cap. VII. ita explicat. *Ductus autem aquæ fiunt generibus tribus, Riuis per Canales fictiles, aut Fiſtulis plũbeis, ſeu Tubulis fictilibus.* Palladius, lib. IX. cap. II. *Cum ducenda eſt aqua, ducitur aut Forma ſtructili, aut plũbeis Fiſtulis, aut Canalibus ligneis, aut fictilibus Tubis.* Plin. lib. XXXI. cap. VI. de aqua loquens. *A fonte duci fictilibus Tubis vtiliſſimum eſt, craſſitudine binûm digitorum, commiſſuris pixidatis, &c.* Et ita, *fontes anguſtis fiſtulis colligi*, Quintilianus lib. V. cap. vlt. ſcitè dixit.

Sanè vulgò Fiſtulis Aqua ducebatur, L. ſi aquæ & L. & quamquam, L. fiſtulas, D. de contr. empt. L. Fiſtulas, D. ſi ſeruit. vindic. vſque adeò vt etiam ſi de ea re in ſeruitute conſtituta nihil nominatim comprehenſum eſſet, pro cauto tamen haberetur, fierique liceret, L. ſi prius, §. I. D. de aq. & aq. pluu. Per lapidem verò ſtratum non aliter Aqua duci poterat, quàm ſi hoc in ſeruitute conſtituenda cautũ fuiſſet. Illud etiam ex Qu. Mutio Pomponius tradit, cicui iter aquæ per alienum fundum ceſſum erat, licuiſſe, fiſtulam ſuam vel fictilẽ vel cuiuſlibet generis in Riuo ponere, quæ aquam latius exprimeret, L. Quintus, D. de ſeruit. ruſtic. præd.

Porrò Aqua menſuris diuidebatur, L. cum conſtet, D. de aq. cottid. & æſt. Aquarum autem MODVLI, vt Frontin. lib. I. de Aquæductib. ſcribit, aut ad DIGITORVM, aut ad VNCIARVM menſurã inſtituti erant. DIGITVS erat ſextadecima pars pedis, VNCIA duodecima. Sic DIGITVM AQVÆ ſe Gaio Seio concedere Lucius Titius notum facit Epiſtula ſua in L. Ἄτιμος, D. de ſeruit. vrb. præd. Vetus inſcriptio Sueſſana, ET VT AQVÆ DIGITVS IN DOMO EIVS FLVERET, *commodiſque publicis ac ſi decurio frueretur.* DIGITORVM autem alius QVADRATVS vocabatur, alius ROTVNDVS. Poſtea MODVLVS nec ab vncia, nec ab alterutro digitorum originem accipiens, in vſum vrbis excluſis prioribus venit, QVINARIO nomine appellatus, cuius rationem copioſè Frontinus exponit lib. II. de Aquæduct. & Plinius lib. XXXI. cap. VI.

AQVÆ autem quæ per fundum alienum iure ſeruitutis ducebatur, ITER determinari in ſeruitute imponenda ſolebat. Quod ſi deſtinata non eſſet pars per quam aqua duceretur, totus fundus ſeruiebat, ſed quæ loca eius fundi tunc cum ea fieret ceſſio, ædificiis, arboribus, vineis vacua erant, ea ſola eo nomine ſeruiebant, L. ſi mihi & L. ſed quæ, D. ſeruit. ruſt. præd. Sed & ſi Aquæductus legatus eſſet ſimpliciter per fundum, heredi facultatem fuiſſe per quam partem fundi vellet conſtituere ſeruitutem, dummodo nulla legatarij captio eſſet, Paulus ſcribit in L. ſi via, D. eo.

Aqua autem interdum per plurium prædia ducebatur, L. cum eſſent, §. vlt. D. de ſeruit. ruſt. præd. Cuius rei exemplum præbet Iulian. in L. tria prædia, D. eo. tit. *Tria prædia cõtinua trium dominorum adiecta erant: imi prædij dominus ex ſummo fundo imo fundo ſeruitutem aquæ quæſierat: & per medium fundum domino concedente in ſuum agrum ducebat.* Ex vnius enim agro aliquandò aqua oriebatur, L. ſi quis diuturno, §. vlt. D. ſi ſeruit. vindic. & ex fonte qui in eius agro erat, ducebatur, L. vnus ex ſociis, §. vlt. L. & Atilicinus, D. de ſeruit. ruſtic. præd. Per alterius verò fundum ducebatur, d. L. ſi quis diuturno, §. vlt.

Inter ruſticorum prædiorum ſeruitutes etiam computabatur, IVS PECORIS AD AQVAM APPELLENDI, L. I §. Trebatius, D. de aq. cottid. L. pecoris, & L. veluti, §. vlt. D. de ſeruitut. præd. ruſtic. ſiue PECORIS AD AQVAM APPVLSVS, L. I. & L. ergo, D. eo. tit. §. inter Inſtit. de ſeruitut. præd. Item HAVSTVS AQVÆ ex fonte priuato, L. item ſic, §. vlt. D. de ſeruit. præd. ruſtic. quam SERVITVTEM AQVÆ HAVRIENDÆ vocat Paul. in L. ſeruitus, D. eo. eámque ait olim nõ niſi ex capite vel fonte conſtitui potuiſſe: obtinuiſſe tamen & vſu receptum, vt ex quocumque loco cõſtitueretur. Sed & ſi hauſtus aquæ ſufficiens eſſet, pluribus per eundem locum cedi poterat, L. II, §. vlt. D. eo. tit. HAVSTV autem relicto, iter quoque ad hauriendum præſtari debebat, L. Gaius, D. de ſeruit. vrb. præd. Proinde ſiue ei ius hauriendi, & ad-

eundi ceſſum eſſet, vtrumque habebat: ſiue tantùm HAVRIENDI, inerat ADITVS: ſiue tantùm ADEVNDI AD FONTEM, inerat & HAVSTVS, L. item ſic, §. vlt. D de ſeruit. præd. ruſtic. Eiuſdem generis erat & IVS PASCENDI, d. L. I. & d. §. inter, ſiue PECORIS PASCENDI, L. pecoris, D. de ſeruit. præd. ruſtic. Erant & COMPASCVI iura, & AGRI COMPASCVI, id eſt, vt Feſt. explicat, communiter ad paſcendum vicinis relicti: Cuiuſmodi agrorum in Ciceronis Topicis fit mentio. Et ita Scæuola in L. teſtatrix §. I. D. ſi ſeruit. vind. plures ex Municipibus qui diuerſa prædia poſſidebant, ſaltum communem, VT IVS COMPASCENDI haberent, mercatos eſſe proponit. Prædiorum ruſticorum iura erant & hæc, CALCIS COQVENDÆ, LAPIDIS EXIMENDI, CRETÆ EXIMENDÆ, HARENÆ FODIENDÆ, L. ergo, L. veluti, §. I. D. de ſeruit. præd. ruſtic. Vlpian. in L. III. D. eo. *Item ſic poſſunt ſeruitutes imponi, &* VT BOVES PER QVOS FVNDVS COLITVR, IN VICINO AGRO PASCANTVR. Et mox: *Etiam*, VT FRVCTVS IN VICINI VILLA COGANTVR, COACTIQVE HABEANTVR, ET PEDAMENTO AD VINEAM EX VICINI PRÆDIO SVMANTVR, *conſtitui poſſe ſcribit.* Ibidemque, ait, vicino cuius lapidicinæ fundo tuo immineant, poſſe te cedere, IVS EI ESSE TERRAM, RVDVS, SAXA, IACERE, POSITA HABERE, ET VT IN TVVM LAPIDES PROVOLVANTVR, IBIQVE POSITI HABEANTVR, INDEQVE EXPORTENTVR.

Vrbanorũ autẽ prædiorũ iura talia erãt, ALTIVS TOLLENDI ET OFFICIENDI LVMINIBVS VICINI, aut NON EXTOLLENDI, L. II. D. de ſeruitut. præd. vrb. §. æquè Inſtit. de action. Paulus in L. in tradẽdis, D. com. præd. *veluti*, VT ALTIVS TOLLERE vel NON TOLLERE LICEAT. Idem in L. niſi qua D. de vſufruc. *veluti ſi talem ſeruitutem vicino conceſſerit*, IVS SIBI NON ESSE ALTIVS TOLLERE. Et in L. & ideo D. ſi ſeruit. vind. *Poſſum Titij ædibus ſeruitutem imponere*, NE LICEAT EI ALTIVS TOLLERE. Et in L. ſequitur, §. vlt. D. de vſucap. *Si cùm ſeruitutẽ deberem*, NE MIHI, PVTA, LICERET ALTIVS ÆDIFICARE. Gaius in L. hæc autem D. de ſeruit. præd. vrb. *Si ædes tuæ ædibus meis ſeruiant*, NE ALTIVS TOLLANTVR, NE LVMINIBVS MEARVM ÆDIVM OFFICIATVR. Iauolen. in L. ædificia, D. eo. *Ædificia quæ ſeruitutem patiuntur*, NE QVID ALTIVS TOLLATVR. Iulian. in L. ſi ædes, D. eo. *Si ædes meæ ſeruiant ædibus Lucij Titij & ædibus Publij Mæuij*, NE ALTIVS ÆDIFICARE MIHI LICEAT. Vlpian. in L. loci corpus, §. vlt. D. eo. *Si cui omnino* ALTIVS TOLLERE NON LICEAT. Pompon. in L. ſi domus, D. de ſeruit. præd. vrb. *Si domus tua ædificijs meis vtramque ſeruitutem deberet*, NE ALTIVS TOLLERETVR &c.

In Vrbanorum prædiorum ſeruitutibus etiam LVMINVM ſeruitus numerabatur, cuius Cicero lib. I. de Orato. meminit, & Pompon. in L. ſi ſeruitus, D. de ſeruit. præd. vrb. his verbis. *Si ſeruitus impoſita fuerit*, LVMINA QVÆ NVNC SVNT, VT ITA SINT. Alia porro erat LVMINVM ſeruitus, Alia, NE LVMINIBVS OFFICERETVR, vt explicat Paulus in L. luminum & L. ſi ſeruitus, D. eo. Alia item ſeruitus, NE LVMINIBVS OFFICIATVR, &, NE PROSPECTVI OFFICIATVR L. II. & L. inter ſeruitutes, D. eo. tit. Inter LVMEN etiam & PROSPECTVM differentia erat, L. lumen, D. eo.

TIGNI quoque in parietem vicino IMITTENDI ſeruitus eiuſdem gentis erat, L. II. D. de ſeruit. vrb. præd. L. III. D. de precar. Vlpian. in L. ſicut, §. competit, D. ſi ſeruit. vind. *Aduerſus eum qui ceßit mihi talem ſeruitutem*, VT IN PARIETEM EIVS TIGNA IMMITTERE MIHI LICEAT, SVPRAQVE EA TIGNA, *verbi gratia*, PORTICVM AMBVLATORIAM FACERE, SVPERQVE EVM PARIETEM COLVMNAS STRVCTILES IMPONERE, QVÆ TECTVM PORTICVS AMBVLATORIÆ SVSTINEANT. Paulus in L. ſi quis alia §. vlt. D. quemad. ſeruit. amitt. *Si cùm* IVS *haberes* IMMITTENDI. Gaius in L. hæc autem D. de ſeruit. præd. ruſt. *Item ſi* TIGNI IMMISSI *ædes tuæ ſeruitutem deberent.*

Erat & prædiorum vrbanorum ſeruitus, STILLICIDIVM AVERTENDI IN TECTVM, VEL AREAM VICINI, vel NON AVERTENDI, L. II. D. de ſeruit.

præd. vrb. *Seu*, VT STILLICIDIVM VEL FLVMEN, RECIPERET *quis* IN ÆDES SVAS, VEL IN AREAM, VEL IN CLOACAM, §. 1 Inſtitut. de ſeruitut. §. æquè Inſtit. de actionib. Paulus in L. ſi ſtillicidij, D. quemad. ſeruit. amitt. *Si* STILLICIDII IMMITTENDI IVS *habeam*, IN AREAM TVAM. Iulian. in L. ſi à te emero, D. ſi ſeruit. vind. *Si à te emero*, VT MIHI LICEAT EX ÆDIBVS MEIS IN ÆDES TVAS STILLICIDIVM IMMITTERE. Pompon. in L. ſi domus, D. de ſeruit. præd. vrb. *Si domus tua ædificiis meis ſeruitutem deberet*, VT STILLICIDIVM ÆDIFICIORVM MEORVM RECIPERE DEBERET. In L. ſi eo loco D. eo. *Si vicinus in ſuo ædificando, effecerit*, NE STILLICIDIVM MEVM RECIPERET, *poſſe me agere de iure meo, id eſt*, IVS ESSE IMMITTENDI STILLICIDIVM. Gaius in L. veluti, D. de precar. *vel vt* IN TECTVM VEL IN AREAM ÆDIVM MEARVM STILLICIDIVM *habeas*. Quæ ſeruitus, STILLICIDIIS SERVITVS vocatur, in L. ſeruitutes quæ, §. ſi ſeruitus, D. de ſeruit. vrb. præd.

Inter Vrbanorũ prædiorum ſeruitutes etiam erat Seruitus, quæ ONERIS FERENDI CAVSA imponebatur, id eſt, vt vicinus onera vicini ſuſtineret, §. 1. Inſtit. de ſeruit. vrb. præd. §. æque Inſtit. de actionib. Sic in L. eum debere, D. de ſeruit. vrb. præd. Paulus in lege ædium ſcriptũ fuiſſe refert, PARIES ONERI FERENDO VTI NVNC EST, ITA SIT. Neratius in L. quod conclaue, D. de dam. infec.: binarum ædium dominum vtriſque porticum ſuperpoſuiſſe proponit, ſinque eam aditu ex alteris ædibus dato, alteras ædes ſeruitute ONERIS PORTICVS SERVANDÆ impoſita, vendidiſſe. In cuiuſmodi ſeruitute imponenda MODVS REFECTIONIS comprehendi ſolebat: fortè, VT REFICERET LAPIDE QVADRATO, VEL LAPIDE STRVCTILI, VEL QVOVIS ALIO OPERE, quod in ſeruitute dicebatur, L. & ſi fortè, §. etiam & §. modus, D. ſi ſeruit. vindic. PROIICIENDI quoque & PROTEGENDI ſeruitutes Vrbanorum prædiorum ſeruitutibus adnumerabantur, L. II. D. de ſeruit. præd. vrb. Ea ſunt PROTECTA in L. precario, D. eo. & L. III. D. de precar. Inter PROIECTVM autem & IMMISSVM hoc intererat, quòd PROIECTVM eſſet id quod ita proueheretur, vt nuſquam requieſceret: qualia MÆNIANA & SVGGRVNDA eſſent. IMMISSVM autem, quod ita fieret, vt aliquo loco requieſceret: veluti TIGNA, TRABES, QVÆ IMMITTERENTVR, L. malum, D. de verbor. ſignific.

Seruitutes porrò PER TRADITIONEM conſtitutas, vel PER PATIENTIAM, ait, L. ſi ego, §. 1. D. de publicia. & L. 1. in fi. D. de ſeruit. præd. ruſt. PER PATIENTIAM, fortè, ſi per domum quis ſuam paſſus eſſet aquæ ductum transduci. Vſus autem iuris pro traditione poſſeſſionis accipiebatur, L. vlt. D. de ſeruitutib. Sanè Traditionum legibus ſeruitutes plerumque imponi conſueuiſſe palam eſt. Afric. in L. cùm eſſent, D. de ſeruit. præd. ruſtic. *inuicem partes eorum tradidimus, & in tradendo dictum eſt*, VT ALTERI PER ALTERVM AQVAM DVCERE LICERET. Vlpian. in L. ſi quis duas, D. eo. *ſi quis duas ædes habeat, & alteras tradat, poteſt legem traditioni dicere, vt vel* ISTÆ QVÆ NON TRADVNTVR SERVÆ SINT HIS QVÆ TRADVNTVR, *vel contrà*, VT TRADITÆ RETENTIS ÆDIBVS SERVIANT. Et paullo pòſt. *Si quis duos fundos habeat*, ALIVM ALII POTEST SERVVM FACERE TRADENDO. Proinde duorum prædiorum dominus ſi alterum ea lege dediſſet, vt ID PRÆDIVM QVOD DABATVR, SERVIRET EI QVOD IPSE RETINEBAT, vel contrà, iure impoſita ſeruitus intelligebatur, L. duorum, D. eo. tit. Sed & qui duas ædes habebat, alteram tradendo ſeruam alteri efficere poterat, L. & qui duas, D. de ſeruit. præd. vrban. Quin & fundo quem ex duobus retinebat venditor, aquæ ducendæ ſeruitutem conſtituere poterat, L. cùm fundo, D. de ſeruit. præd. ruſt. In tradendis autem vnis ædibus, ab eo qui binas habebat, ſpecies ſeruitutis exprimenda erat: ne ſi generaliter, SERVIRE, dictum eſſet, aut nihil valeret, quia incertum erat quæ ſeruitus excepta eſſet, aut omnis ſeruitus imponi deberet, L. in tradendis, D. commun. præd. Et quidem ſibi, ſeruitutem recipere quis proprium ſolum vendens, aut aliâs tradens poterat, L. proprium, D. eo. ſed, vt iam ſuprà dictum eſt, nominatim & ſpecialiter recipi oportebat, quidquid ſibi ſeruitutis nomine recipere venditor volebat, L. quidquid, D. eo. commun. præd. L. ſi quis ædes, D.

de ſeruit. præd. vrb. Extraneis verò conſtituta ſeruitus, recipiebatur huiuſmodi verbis, QVIBVS EST SERVITVS, VTIQVE EST, VT ITA SIT, vel, ITINERA ACTVS, QVIBVS SVNT, VTIQVE SVNT. In quibus Receptionis formulis voces hæ, VTIQVE EST, hoc ſignificant, *& vti eſt*: item illæ, VTIQVE SVNT, hoc valent, *& vti ſunt*. At hac traditionis lege, LVMINA, FLVMINA, STILLICIDIA, VTI NVNC SVNT, VT ITA SINT, hoc promiſiſſe venditor cenſebatur, luminum vel ſtillicidiorum ſeruitutes prædio vendito deberi, non item, luminum ſeruitutem vllam eas debere, L. ſi arborem, §. hæc lex, D. de ſeruit. præd. vrb. L. cùm in lege, D. de contrahen. emptio. Multum ergo prior illa formula, QVIBVS EST SERVITVS, ab hac diſtat. Nam illa ad ſeruitutes fundo quod tradebatur impoſitas, hæc ad ſeruitutes fundo quod tradebatur debitas pertinebat: Illa tamen excepta dumtaxat ſeruitus intelligebatur quæ extraneis, non etiam quæ ipſi venditori, debebatur.

Interdum autem in tradendo, dicebat quis FVNDVM SERVIRE, vel ÆDES SERVIRE, L. ſi quis duas, §. vlt. & L. in tradendis, D. comm. præd. Cic. lib. I. de Orato. *Cùm enim M. Marius Cratidianus ædes Auratæ vendidiſſet, neque* SERVIRE *quandam earum ædium partem in Mancipij lege dixiſſet.* Interdum verò dicebat, SERVAS FORE ÆDES QVAS VENDEBAT, L. ſi binarum, D. de ſeruit. vrb. præd. Quo caſu cum neceſſe non haberet venditor liberas ædes tradere, vel ſuis ædibus ſeruas eas facere poterat, vel vicino ſeruitutem ante traditionem concedere, L. ſi quis duas, §. ſi in venditione, D. comm. præd. Interdum etiam certæ alicui perſonæ, *puta* TITIO, SERVAS FORE ÆDES dicebat, vt ibidem ſcribitur.

Præterea viam, iter, actum, in ſtipulatum deduci conſueuiſſe, oſtendit L. II. §. I. L. qui vſumfructum, L. exiſtimo, L. ſi ſub vno, §. vlt. D. de verb. obligat. L. heredes, §. an ea ſtipulatio. D. famil. erciſc. L. proinde, §. vlt. L. ſi cõmunis ſeruus, D. de ſtipulat. ſeruor. & L. ſi pendentes, §. ſi qua ſeruitus, D. de vſufr. quod plenius infrà in Stipulationum tractatu docebimus.

Sed & Precario interdum iura prædiorum rogabantur. Pompon. in L. & haber, §. precario, D. de precar. *Precario habere etiam ea quæ in iure conſiſtunt poſſumus, vt* IMMISSA, *vel* PROTECTA. Gaius in L. II. D. de precar. *Si me* PRECARIO ROGAVERIS, VT PER FVNDVM MEVM IRE, VEL AGERE TIBI LICEAT, *vel*, VT IN TECTVM, *vel* IN AREAM ÆDIVM MEARVM STILLICIDIVM *vel* TIGNVM IN PARIETEM IMMISSVM HABEAS. Vlpian. in L. I. §. ſi tibi, D. de itin. actúque priu. *Deinde tu à domino fundi* PRECARIO ROGAVERIS, VT EA VIA AD EVM FVNDVM VTARIS. Et mox, *Si aduerſus eum velis interdicere, à quo* PRECARIO VIAM ROGASTI. Sicul. Flacc. in lib. de condicionib. agror. *Quinetiam conueniunt* PRECARIO, *vti ſeruitutem præſtent his agris*. Ita Iulianus in L. ſi ædes, D. de ſeruit. præd. vrb. proponit, eum cuius ædes ſeruitutem ALTIVS NON TOLLENDI Lucio Titio debebant, ab eo PRECARIO PETIISSE, VT ALTIVS TOLLERET. Papinian. in L. ſi precario, D. commun. præd. *Si* PRECARIO *vicinus in tuo* MACERIAM DVXERIT.

Precario porrò, tam res mobiles, quàm res ſoli rogabantur, L. in rebus, D. de precar. Itaque & ſeruus & ancilla precario rogari poterant, vt apparet ex L. quamuis, & L. duo §. I. D. eo. Item prædium: Vlpian. in L. ſi quis autem, D. de adquir. poſſeſſ. *Qui conduxerit quidem prædium*, PRECARIO *autem* ROGAVIT, *non vt poſſideret, ſed* VT IN POSSESSIONE ESSET. Aliena certè tribus modis ſumi, *iure, beneficio, impetu*, id eſt, *dominio, precario, vi*, Tertullian lib. v. aduerſ. Marcio. ſcribit. Sunt autem hæc Precarij exempla. Vlpian. in L. certè, § I. D. de precar. *Is qui* PRECARIO ROGAVIT, VT IN FVNDO MORETVR. Venuleius in L. cùm precario, D. eo. *Cùm* PRECARIO *quis*, ROGAT; VT IPSI IN EO FVNDO MORARI LICEAT, *ſuperuacuum eſt adiici*, IPSI, SVISQVE. Idem Venul. in L. vlt. D. eo. *Si is qui pro poſſeſſore poſſideret*, PRECARIO *dominum* ROGAVERIT, VT SIBI RETINERE REM LICERET. Pompon. in L. & habet, §. eum qui, D. eo. *Eum qui* PRECARIO ROGAVERIT, VT SIBI POSSIDERE LICEAT. Præterea conuenire ſolebat, vt ea quæ diſtracta erant, PRECARIO PENES EMPTOREM

ESSENT, QVOAD PRETIVM VNIVERSVM PERSOLVERETVR, L. ea quæ D. eo. Cottidie etiam debitores à creditoribus res ſuas quas illis pignori oppoſuerant, precario rogaſſe, ait Vlpian. in L. certè §. vlt. D. precar. Pompon. in L. ſi debitor, D. eo. *Si debitor* REM PIGNERATAM PRECARIO ROGAVERIT. Iulian. in L. qui pignoris, D. de adquir. poſſeſſ. *Qui pignoris cauſa fundum creditori tradit, intelligitur poſſidere. Sed ſi eundem* PRECARIO ROGAVERIT. Et in L. qui à ſeruo, D. de obligat. & act. *Qui à ſeruo hereditario mutuam pecuniam accepit, & fundum vel hominem pignoris cauſa ei tradiderit*, ET PRECARIO ROGAVIT. Interdum autẽ precario quis ad tempus rogabat, L. in rebus, §. vlt. D. de precar. Celſus in L. cùm precario, D. eo. *Cùm precario aliquid datur, ſi conuenit*, VT IN KALENDAS IVLIAS PRECARIO POSSIDEAT. Precarium verò vel inter præſentes, vel inter abſentes conſtituebatur, veluti per Epiſtulam, vel per Nuntium, L. precario, D. de precar.

Habitatio etiam quandoque gratis concedebatur: Cuiuſmodi conceſſionis formulas duas habemus ſub Tit. de donationib. D. Vna eſt in L. Aquilius, his verbis. QVONIAM, ET CVM PATRE MEO SEMPER FVISTI, ET ME ELOQVENTIA ET DILIGENTIA TVA MELIOREM REDDIDISTI: DONO ET PERMITTO TIBI HABITARE IN ILLO CENACVLO, EOQVE VTI. Altera eſt in L. Lucius, in hæc verba. ILLE ILLI SALVTEM. HOSPITIO ILLO, QVAMDIV VOLVERIS, VTARIS, SVPERIORIBVS DIÆTIS OMNIBVS, GRATVITO: IDQVE TE EX VOLVNTATE MEA FACERE HAC EPISTVLA NOTVM TIBI FACIO. In ædibus autem alienis HABITARE GRATIS, Donatio videbatur, L. in ædibus, D. eo.

Donationum vtique hæc in libris noſtris exempla proponũtur. Vlpian. in L. qui ſaxum, D. de donationib. *Qui* SAXVM *mihi* EXIMERE DE SVO *permiſit donationis cauſa*. Idem in L. ſi cùm mihi, D. de dolo. *Si cùm mihi permiſiſſes* SAXVM EX FVNDO TVO EXIMERE, VEL CRETAM, VEL HARENAM FODERE, Pompon. in L. in ædibus D. de donation. *Veluti ſi donationis cauſa cum debitore meo paciſcar*, NE ANTE CERTVM TEMPVS AB EO PETAM. & §. 1. ead. L. *Si verò non fundũ, ſed* FRVCTVS PERCEPTIONEM TIBI DONEM. Paul. in L. abſenti, D. eo. *Abſenti, ſiue mittas qui ferat, ſiue* QVOD IPSE HABEAT, SIBI HABERE EVM IVBEAS, *donari rectè poteſt*. Papinian. in L. prædia, D. de adq. poſſ. *Prædia cum ſeruis donauit*, EORVMQVE SE TRADIDISSE POSSESSIONEM, *litteris declarauit*. Manumiſſionis vtique cauſa interdũ mancipia donata oſtẽdit Vlpian. in L. ſi militi, D. de caſtren. pecul. cum Scæuola in L. qui Romæ, §. Flauius Hermes, D. de verb. oblig. Idem in L. mancipia, D. qui ſine manumiſſio. *Mãcipia mater filiæ donauerat*, VT FILIA CVRARET EA POST MORTEM SVAM ESSE LIBERA. Vlpian. in L. Illud, § 1. D. de manum. vind. *Si quis minori viginti annis hac lege ſeruũ dederit, aut pretio accepto, vel donationis cauſa, vt* EVM LIBERVM FACIAT. Idem in L. Ariſto. §. 1. D. de donat. *Si donationis cauſa in hoc tradatur ſeruus*, VT POST QVINQVENNIVM MANVMITTATVR. Donationes vtique & per Epiſtulã fiebant. Papinian. in L. cùm pater, §. donationis, D. de legat. lib. II. DONATIONIS PRÆDIORVM EPISTVLAM *ignorante filio mater in æde ſacra verbis fideicommiſſi non ſubnixam depoſuit*. Hoc modo in L. vlt. D. de donationib. Titius Sticho liberto ſuo peculiũ donaſſe, narratur Epiſtola tali, TITIVS STICHO LIBERTO SVO S. CVM TE MANVMISERIM, PECVLIVM QVOQVE TVVM OMNE QVIDQVID HABES, TAM IN NOMINIBVS, QVAM IN REBVS MOVENTIBVS, SIVE IN NVMERATO, ME TIBI CONCEDERE, HAC EPISTOLA MANV MEA SCRIPTA NOTVM FACIO. Quæ poſtrema verba, HAC EPISTOLA MANV MEA SCRIPTA NOTVM FACIO in Epiſtolis vſu recepta, teſtantur L. Lucius, D. eo. tit. L. vlt. §. vlt. D. mandati, L. Lucius & L. Quintus, D. depoſiti. Mulierem planè quæ à marito ſuo pecuniam ex cauſa donationis acceperat, Paulus in L. ea quæ, D. de donat. int. vir. literas refert ad eum miſiſſe huiuſmodi. CVM PETENTI MIHI A TE, DOMINE CARISSIME, ADNVERIT INDVLGENTIA TVA VIGINTI AD EXPEDIENDAS QVASDAM RES MEAS, QVÆ SVMMA MIHI NVMERATA EST, SVB EA CONDICIONE, VT SI PER ME MEOSQVE

MORES

MORES QVID STETERIT, QVOMINVS IN DIEM VITÆ NOSTRÆ MATRIMONIVM PERMANEAT, SIVE INVITO TE DISCESSERO DE DOMO TVA, VEL REPVDIVM TIBI SINE VLLA QVERELA MISERO, DIVORTIVMQVE FACTVM PER ME PROBABITVR: TVNC VIGINTI QVÆ MIHI HAC DIE DONATIONIS CAVSA DARE VOLVISTI, DATVRAM RESTITVRAM ME SINE VLLA DILATIONE SPONDEO. Donationes ergo & ſub modo & ſub condicione fiebant: iiſque variæ leges dicebantur. Iulian. in L. II. §. ſi pecuniam, D. de donat. *Si pecuniam mihi Titius dederit abſque vlla ſtipulatione, ea tamen condicione*, VT TVNC DEMVM MEA FIERET, CVM SEIVS CONSVL FACTVS ESSET. Et §. vlt. ead. L. *Titio decem* DONAVI *ea condicione*, VT INDE STICHVM SIBI EMERET. Iauolen. in L. ſi tibi dederim. D. eo. *Si tibi dederim rem*, VT TITIO MEO NOMINE DONARES. Papinian. in L. Seia D. de mort. cau. donat. *Seia cum bonis ſuis, traditionibus factis, Titio cognato* DONATIONIS CAVSA CESSISSET, VSVMFRVCTVM SIBI RECEPIT, *&* *conuenit*, VT SI TITIVS ANTE IPSAM VITA DECESSISSET, PROPRIETAS AD EAM REDIRET. SI POSTEA SVPERSTITIBVS LIBERIS TITII MORTVA FVISSET, TVNC AD EOS BONA PERTINERENT. Impp. Valer. & Gall. in L. I. C. de donat. ſub quæ mo. *Si doceas, vt adfirmas, nepti tuæ ea lege eſſe* DONATVM *à te*, VT CERTA TIBI ALIMENTA PRÆBERET. Et L. II. C. eo. *Si rerum tuarum proprietatem* DONO DEDISTI, ITA VT POST MORTEM EIVS QVI ACCEPIT, AD TE REDIRET. Item L. quotiens, eo. *Quotiens donatio ita conficitur*, VT POST TEMPVS ID QVOD DONATVM EST, ALII RESTITVATVR. Denique in L. vlt. eo. *Si quid mater filiæ ſuæ in poteſtate patris conſtitutæ, ſub hac condicione*, SI FVERIT INTRA BIENNIVM EMANCIPATA, DONAVERIT. Imp. Alexand. in L. II. C. de condict. ob cauſ. *Si, (vt proponis) pater tuus ea lege ſorori tuæ prædia, ceteráque quorum meminiſti*, DONAVIT, VT CREDITORIBVS IPSA SATISFACERET, AC, SI PLACITA OBSERVATA NON ESSENT, DONATIO RESOLVERETVR. Imp. Dioclet. & Max. in L. cùm res C. de donationib. *Cùm res filio tuo emancipato ea condicione*, VT CREDITORIBVS TVIS SOLVERET, TE DONASSE *proponas*. Impp. Valerian. & Gallien. in L. ea lege C. de condict. ob cauſ. *Ea lege in vos collata* DONATIO, VT NEVTRI ALIENANDÆ SVÆ PORTIONIS FACVLTAS VLLA COMPETERET. Scæuola in L. ſi ita quis, §. ea lege, D. de verb. oblig. *Ea lege* DONATVM SIBI ESSE A SEIA SERVVM ET TRADITVM, NE AD FRATREM EIVS, AVT FILIVM AVT VXOREM, AVT SOCERVM PERVENIRET, *ſcripſit*. Planè apud Plautum Aſinar. Act. IIII. Sc. I. ſcitum & elegans ſyngraphi inter adoleſcentem, amicam, & lenam conſcripti exemplum refertur, quod plurimas leges dictas in viginti minarum donatione continet. Eius ipſa verba ponam.

DIABOLVS NICLAVCI FILIVS, CLERETÆ
LENÆ DEDIT DONO ARGENTI VIGINTI MINAS,
PHILENIVM VT SECVM ESSET NOCTES ET DIES,
HVNC ANNVM TOTVM, NEQVE CVM QVIQVAM ALIO QVIDEM.
ALIENVM HOMINVM INTROMITTAT NEMINEM.
QVOD ILLA AVT AMICVM, AVT PATRONVM NOMINET.
AVT QVOD ILLA AMICA AMATOREM PRÆDICET.
FORES OCCLVSÆ OMNIBVS SINT, NISI TIBI.
IN FORIBVS SCRIBAT, OCCVPATAM ESSE SE:
AVT QVOD ILLA DICAT PEREGRE ALLATAM EPISTOLAM:
NE EPISTOLA QVIDEM VLLA SIT IN ÆDIBVS,
NEC CERATA ADEO TABVLA. ET SI QVA INVTILIS
PICTVRA SIT, EAM VENDAT. NI QVADRIDVO
ABALIENARIT, QVO EX TE ARGENTVM ACCEPERIT,
TVVS ARBITRATVS SIT: COMBVRAS SI VELIS.
NE VLLA SIT CERA, VBI FACERE POSSIT LITERAS.

VOCET CONVIVAM NEMINEM: ILLAM TV VOCES.
AD SOCIVM NE QVEM OCVLOS ADIICIAT SVOS.
SI QVEM ALIVM ASPEXIT, CÆCA CONTINVO SIET.
TECVM VNA POSTEA ÆQVE POCVLA POTITET,
ADSTET, ACCIPIAT, TIBI PROPINET VT BIBAS.
NE ILLA MINVS, AVT PLVS, QVAM TV, SAPIAT.
SVSPICIONES OMNES AB SE SEGREGET,
NEQVE ILLIIÆC VLLI PEDE PEDEM HOMINI PREMAT.
QVOM SVRGET, NEQVE IN LECTVM ASCENDAT PROXVMVM,
NEQVE QVOM DISCEDET INDE, DET QVOIQVAM MANVM.
SPECTANDVM NE QVOIQVAM ANVLVM DET, NEQVE ROGET.
TALOS NE QVOIQVAM HOMINI ADMOVEAT, NISI TIBI.
QVOM IACIAT, TE NE DICAT, NOMEN NOMINET.
DEAM SIBI INVOCET, QVAM LVBET PROPITIAM:
DEVM NVLLVM. SI MAGIS RELIGIOSA FVERIT,
TIBI DICAT. TV PRO ILLA ORES, VT SIT PROPITIVS.
NEQVE ILLA VLLI HOMINI NVTET, NICTET, ANNVAT.
POST ID, SI LVCERNA EXTINCTA SIT, NE QVID SVI
MEMBRI COMMOVEAT QVIDQVAM IN TENEBRIS.
NEQVE VLLVM VERBVM FACIAT PERPLEXABILE,
NEQVE VLLA LINGVA SCIAT LOQVI, NISI ATTICA.
FORTE SI TVSSIRE OCCEPSIT, NE SIC TVSSIAT,
VT QVOIQVAM LINGVAM IN TVSSIENDO PROFERAT.
QVOD ILLA AVTEM SIMVLET, QVASI GRAVEDO PROFLVAT.
HOC NE SIC FACIAT, TV LABELLVM ABSTERGEAS
POTIVS, QVAM QVOIQVAM ILLA SAVIVM FACIAT PALAM.
NEC MATER LENA AD VINVM ACCEDAT INTERIM.
NEC VLLI VERBO MALEDICAT: SI DIXERIT,
HÆC MVLCTA EI ESTO, VINO VIGINTI DIES
VT CAREAT.
TVM SI CORONAS, SERTA, VNGVENTA IVSSERIT,
ANCILLAM FERRE VENERI, AVT CVPIDINI,
TVVS OBSERVET VENERI NE EAS DET, AN VIRO.

Interdum certè Donationibus, quæ curiis vel corporibus & collegiis fiebat, onus adiiciebatur, vt ex vetuſtis Inſcriptionibus liquet, ex quarum vna hæc verba excerpſi. ET HOC AMPLIVS EIDEM CORPORI DONAVERIT HS. X. MILIA N. VT EX VSVRIS EORVM QVODANNIS NATALI SVO XVII. KAL. FEBR. SPORTVLÆ VIRITIM DIVIDANTVR. Altera hiſce verbis conſtat. LONGIVS PATROCLVS SECVTVS PIETATEM COL. CENT. HORTOS CVM ÆDIFICIO HVIC SEPVL. IVNCTO, VIVOS DONAVIT, VT EX REDITV EORVM LARGIVS ROSÆ, ET ESCÆ PATRONO SVO, ET QVANDOQVE SIBI PONERENTVR. In alio etiam lapide hæc inueniuntur. TI. CLAVDIVS DRVSI F. CÆS. AVG. GERM. PONT. MAX. TRIB. POT. II. COS. DESIG. III. IMP. III. P. P. DEDIT OB MEMORIAM PATRIS SVI DEC. VII. COLLEGII FABR. M. R. HS. N. LIBERALITATE DONAVIT SVB HAC CONDICIONE, VT QVOTANNIS ROSAS AD MONVMENTVM EIVS DEFERANT, ET IBI EPVLENTVR DVMTAXAT IN V. ID. IVLIAS. QVOD SI NEGLEXERINT, TVNC AD VIII. EIVSDEM COLLEGII PERTINERE DEBEBIT CONDICIONE SVPRADICTA. His fragmentum quoddam vetuſtæ donationis, Iuſtini Imperatoris temporibus, Maximo Conſulatum gerente, factæ, ſubiungere non erit inutile. Cuius lacera & mutila verba ſicut ad me peruenerunt, proferam: ſic autem habent . . . . . . *poſſeßiones quæ . . . . . . ſine vi, metu, dolóque, ... & circumuentionis ſtudio, ſed deliberatione propria, & voluntate prona ſcribendam dictaui, quam rogatorum à me nobilißimorum teſtium vel propria*

priæ manus meæ ſubſcriptione firmaui, quam cum geſtis vos actoréſque veſtros quibuſlibet duxeritis allegandam profeſſionibus . . . . . . non deerit tuis poſterúmque tuorum vtilitatibus in futurum: de qua re & de quibus omnibus ſtipulanti tibi . . . . . . ſimo atque apoſtolico viro Eccleſio ſuprascribtæ vrbis Epiſcopo e. ſ. ei & actoribus veſtris in præſentia conſtitutis, ego Hildeuara quæ ſuperius, olim iam perfectæ ætatis in verbis ſollemnibus ſpopondi. Actum in claſſe ſalida III. iduum Nouembrium Maximo V C. *Conſul. Hildeuara ſz. huic ceſſioni atque donationi à me factæ in beatiſſimo atque apoſtolico viro Eccleſio ſacerdotem Rauennatis eccleſiæ ad omnia quæ ſuperius tenentur adſcribta relegi, conſc. . . . . . . & ſuſcribſi, & teſtes vt ſuſcriberent conrogaui, ſtipulantique ſſ. vir beatiſſime & actoribus tuis in præſentia conſtitutis in verbis ſolemnibus ſpopondi. Ego Iohannis* V C. *huic donationis ceſſioniſque inſtrumento rogatus ab Hildeuara Ill. femina . . . . . .*

Sæpe etiam quis, OB HONOREM, VEL MAGISTRATVM, VEL SACERDOTIVM DECRETVM SIBI, VEL DECERNENDVM, POLLICEBATVR REIPVB. OPVS SE FACTVRVM, *vel* PECVNIAM DATVRVM, L. I. in princ. & §. I. L. totiẽs, L. ex pollicitatione & L. ſi quis ob honorẽ, D. de pollicitationib. Pompon. in L. ſi quis ſui, D. eo. *Si quis* SVI ALIENIVE HONORIS CAVSA OPVS FACTVRVM SE IN ALIQVA CIVITATE PROMISERIT. Interdum etiam ob aliam iuſtam cauſam id promittebatur, veluti, PROPTER INCENDIVM, VEL TERRÆ MOTVM, vel ALIQVAM RVINAM, QVÆ REIPVB. CONTIGERAT, vel OB ALIVM CASVM QVEM CIVITAS PASSA ERAT d. L. propter, L. ob caſum, D. eo. Cuiuſmodi promiſſio, POLLICITATIO vocabatur, quæ à Pacto eo ſeparatur, quòd Pactum ſit duorum conſenſus atque conuentio, Pollicitatio verò ſolius offerentis promiſſio, L. pactum, D. de pollicitationib. Atque hoc modo Septiciam quandam certamen patriæ ſuæ pollicitam ſub hâc condicione, VTI SORS APVD EAM REMANERET, ET IPSA VSVRAS SEMISSALES AD PRÆMIA CERTANTIVM RESOLVERET, ea etiam lege, VT CERTAMINI VIR, ET EO MORTVO LIBERI EX EA NATI PRÆSIDERENT, refert Modeſtin. in L. ſepticia, D. eo. tit. Plin. Epiſt. vlt. lib. v. ad Maximum, *Rectè feciſti*, *quòd* GLADIATORIVM MVNVS VERONENSIBVS *noſtris* PROMISISTI. Idem lib. x. Epiſt. ad Traian. *Huic Theatro ex priuatorum* POLLICITATIONIBVS *multa debentur, vt Baſilicæ circa, vt porticus ſupra caueam.* Sed & Epiſt. XVIII. lib. VII. Caninium municipibus Comenſibus pecuniam in epulum obtuliſſe narrat, conſultúmque ſe ab eo dicit, quomodo poſt eius quoq; obitum ea pecunia ſalua eſſet. Nam ſi numeraretur Reipub. ſumma, verendum erat, ne dilaberetur: ſin agros daret, vt publici negligerentur. Ipſe ſanè Plinius remedium idem monſtrat, quo vſus fuerat. Nam pro quingentis milibus nummûm, quos in alimenta ingenuorũ, ingenuarúmque promiſerat, agrum ex ſuis, longè pluris, Actori publico mancipaſſe ſe ait, deinde eundem vectigali impoſito recepiſſe, CCC. milia annua daturum. Inde enim futurum cogitauit, vt & Reipub. ſors in tuto, nec reditus incertus: & ager ipſe propter id quod vectigali largè ſupercurrebat, ſemper dominum à quo coleretur inueniret. Cuiuſmodi Plinij liberalitas lapidi ad memoriam poſteri temporis ſempiternam commendata fuit. In vetuſta namque, quæ de eo ſupereſt, inſcriptione, hæc verba leguntur, HOC AMPLIVS DEDIT IN ALIMENTA PVERORVM ET PVELLAR. PLEB. VRBAN. HS. CCC.

Compromiſſorum etiam formulæ ad huius libri argumentum pertinent. Arbiter autem ex compromiſſo inter litigatores aliis atque aliis condicionibus ſumebatur. Et vel in vnum compromittebatur, vel in duos. Cùm in duos pluréſque compromittebatur, id quandoque ea condicione fiebat, VT QVAMLIBET VEL VNVS SENTENTIAM DIXISSET, EO STARETVR, vel, VT OMNES SENTENTIAM DICERENT, vel; QVOD DE MAIORIS PARTIS SENTENTIA PLACERET, L. non diſtinguemus, §. cùm in plures, D. de recept. qui arbitr. aut, VT VEL ALTERVTRIVS SENTENTIA VALERET, L. ſed ſi ita D. eo. In duos quoque ita nonnunquam compromittebatur, VT SI DISSENTIRENT, TERTIVM ADSVMERENT, vel, VT TERTIVS ADSVMERETVR SEMPRONIVS,

L. item ſi vnus, §. ſi in duos, D. eo. Arbitro planè aliud nihil licebat, quàm quod Compromiſſo cautum erat, vt efficere poſſet, d. L. non diſtinguemus, §. de officio. Vnde in §. vlt. ead. L. *Arbiter*, ait Paulus, *nihil extra compromiſſum facere poteſt: & ideò neceſſarium eſt adiici in compromiſſo*, DE DIE COMPROMISSI PROFERENDA. *Ceterùm impunè, iubenti non parebitur.* Nam ſi ante eum diem qui Compromiſſo conſtitutus erat, ſententiam dicere nõ poſſet, diem Cõpromiſſi proferri iubere nõ poterat, niſi id eſſet nominatim Compromiſſo cautum, L. arbiter ex compromiſſo & L. non ex omnibus inſi. D. eo. Ideóque de die proferenda Compromiſſo caueri ſolebat. Vlpian. in L. Labeo xxv. D. eo. *Si arbiter cùm in compromiſſo cautũ eſſet*, VT IN EADEM DIE DE OMNIBVS SENTENTIAM DICERET, ET, VT POSSET DIEM PROFERRE. Et mox. *Hæc autem clauſula*, DIEM COMPROMISSI PROFERRE, *nullam aliam dat arbitro facultatem, quàm diem prorogandi.* Papinian. in L. arbiter, D. eo. *Arbiter ita ſumptus ex compromiſſo*, VT ET DIEM PROFERRE POSSIT. Paulus in L. ſi qua alia, D. eo. *Quamuis cautum non ſit* DE DIE PROFERENDA. Vlpian. in L. quid tamen, §. Papinianus, D. eo. *Si nihil in priore compromiſſo* DE DIE PROFERENDO *caueatur. Ceterùm ſi caueatur, & ipſe protulit, manſit arbiter.* Quandoque tamen ſine die compromiſſum fiebat, L. ſed ſi Compromiſſum, D. eo.

Litigatores autem compromittentes inuicem ſtipulabantur, L. non diſtinguemus, §. ſi domini, D. de recept. qui arbitr. Stipulabãtur verò, SENTENTIA STARI, ídque vel ſimpliciter, vel pœna adiecta, aut alia qua re vice pœnæ promiſſa. Vlpian. in L. diẽ proferre, §. vlt. D. eo. *Si pœna non fuiſſet adiecta compromiſſo, ſed ſimpliciter*, SENTENTIA STARI *quis promiſerit*. Vlpian in L. litigatores, §. quod ait prætor, D. eo. *Si alia res vice pœnæ*, SI QVIS ARBITRI SEENTENTIA NON STETERIT, *promiſſa ſit*. Quo pertinent hæc verba, ARBITRI SENTENTIA STARI in L. Celſus, §. vlt. L. diẽ proferre & §. ſtari, & §. ſi plures, L. cùm pœna, D. eo. Nec verò intererat certa an incerta ſumma promitteretur, vt puta, QVANTI EA RES ERIT, L. nõ autẽ, D. eo. Sed nec ad rẽ faciebat, vtrũ minor vel maior eſſet pœna, quàm res de qua agebatur, d. L. nõ diſtinguemus, D. eo. Et interdum pœna fiſco ex conuentione applicabatur, vt docet, L. arbiter, D. eo. Conueniſſe etiam nonnunquam, VT IN SINGVLAS CAVSAS COMMITTERETVR POENA, QVOTIES ADVERSVS SENTENTIAM ARBITRI FIERET, indicat L. ſi duo, §. vlt. D. eo. Accedebant etiam quandoque fideiuſſores. Vlpian. in L. Labeo II. §. vlt. D. eod. *Si* PER FIDEIVSSOREM FVERIT CAVTVM IN PRIMO COMPROMISSO, *& ſequens ſimiliter proferendum Labeo dicit.*

In compromiſſis etiam Doli mali clauſulam adiici conſueuiſſe, docet L. III. C. eo. tit. Quod ita perſtringit Vlpian. *Sed & ſi quidem compromiſſo adiiciatur*, SI QVID DOLO IN EA RE PACTVM SIT, L. ita demum, D. eo.

In compromiſſis autem interdum heredis mentio fiebat. Paulus in L. non diſtinguemus, §. ſi domini, D. eo. *Sed ſi & heredis in compromiſſo mentio fit.* Vlpian. in L. diem proferre, §. I. D. eo. *Si heredis mentio, vel ceterorum facta in compromiſſo non fuerit.* Et interdum, ab altera dumtaxat parte heredis mentio fiebat: Interdum neutrius heredis perſona comprehendebatur, L. ſed & interpellatur, §. vlt D. eo. In arbitrum etiam ſic compromiſſum, VT CERTAM SENTENTIAM DICERET, Paul. refert in L. qualem, D. eo.

Quin & in Compromiſſis hoc ſpecialiter exprimi ſolitũ, VT VEL VNO EX LITIGATORIBVS, VEL VTROQVE ABSENTE SENTENTIA PROMERETVR, oſtendit L. diem proferre, §. proinde, D. eo. Refertur & in L. ſi compromiſſum D. eod. Compromiſſum ita factum, VT PRÆSENTE VTROQVE, VEL HEREDIBVS EORVM, ARBITER SENTENTIAM DICERET. Interdum autẽ DE REBVS CONTROVERSIISQVE omnibus in arbitrum cõpromittebatur L. de rebus; D. eo. tit. Interdũ verò de re & lite certa compromiſſum fiebat, de eáque ſola in Compromiſſo exprimebatur, L. quid tamen, §. plenum, D. eo. Prioris generis compromiſſum, PLENVM appellabatur, quod videlicet, DE REBVS CONTROVERSIISQVE compoſitum erat.

erat. Nam ad omnes controuerſias pertinebat, d. §. plenum. De pluribus autem controuerſiis nihil commune habentibus interdum ita compromittebatur, VT DE OMNIBVS SIMVL ARBITER SENTENTIAM DICERET, vel, VT SEPARATIM, L. quid tamen D. eo. tit. Soluebatur verò compromiſſum Die, Morte, Acceptilatione, Iudicio, Pacto, L. non diſtinguemus, §. ſumma rei, D. de recept. qui arbitr.

Suum quoque Diuiſioni locum hoc in libro dabimus. Diuidebatur autem vel inter coheredes hereditas, vel inter ſocios fundus. Planè fratres conſortes communem hereditatem conſenſu plerumque abſque Arbitro diuidebant. Qua in re pietatis officio functos Papinian. ait in L. vlt. D. famil. erciſc. Hoc eſt quod Impp. in L. I. C. eo. tit. aiũt. *Si omnem* PATERNAM HEREDITATEM EX CONSENSV DIVISISTI. Et in L. ſi diuiſionem, C. eo. *Si* DIVISIONEM CONVENTIONE FACTAM *etiã poſſeſſio conſenſu ſecuta*, &c. Duos autem fratres, cùm hereditatem inter ſe diuiſiſſent, cauiſſe Scæuola in L. qui Romæ, §. duo fratres, D. de verb. obligat. refert, NIHIL SE CONTRA EAM DIVISIONEM FACTVROS. ET SI CONTRA QVIS FECISSET, POENAM ALTERVM ALTERI PROMISISSE. Modeſtinus quoque in L. tres fratres, D. de pact. proponit tres fratres inter ſe hereditatem communem diuiſiſſe inſtrumentis interpoſitis, quibus, DIVISISSE MATERNAM HEREDITATEM DIXERVNT, NIHILQVE SIBI COMMVNE REMANERE, dixerunt. Impp. Dioclet. & Maxim. in L. ſi cum patruo, C. comm. vtr. iud. *Si cum patruo veſtro hac condicione diuiſionem feciſtis*, VT SE NVLLVM DOLVM MALVM ADHIBVISSE IVRARET. Scæuola in L. qui Romæ, §. coheredes D. de verb. oblig. *Coheredes cùm prædia hereditaria diuiſerant, vnum prædium commune reliquerunt ſub hoc pacto*, VT SI QVIS EORVM PARTEM SVAM ALIENARE VOLVISSET, EAM VEL COHEREDI SVO, VEL SVCCESSORI EIVS VENDERET CENTVM VIGINTIQVINQVE. QVOD SI QVIS ALITER FECISSET, POENAM CENTVM INVICEM STIPVLATI SVNT. Quintilian. Declamatio. CCCXXXVI. proponit minorem cum fratre maiore pactum eſſe, VT AGRVM COMMVNEM PATERNVM ILLE SVSCIPERET, ET OMNI ÆRI ALIENO SATISFACERET. Deinde hæc de ea conuentione ſcribit, *Stari voce mea ſit æquum conuentione pactorum. Quod quale fuit?* VT AGRVM POSSIDERES. ITA, *vt opinior* VT ÆS ALIENVM QVOD PATRIS TVI FVIT, SOLVERES. Interdum autem in Diuiſione, de euictione rerum ſingulis adiudicatarum ſpecialiter conueniebat, L. ſi familiæ C. famil. erciſ. Poſt diuiſionem etiam regionibus factam inter fratres conueniſſe, vt ſi frater agri portionem pro indiuiſo pignori datam à creditore ſuo non liberaſſet, ex diuiſione quæſitæ partis partem dimidiam alteri diſtraheret, Papinian. ſcribit in L. creditor, §. vlt. D. qui potior.

Nomina verò inter coheredes, interpoſitis delegationibus, diuidebantur, L. cùm pater, §. hereditatem, D. de legat. II. Vlpian. in L. II, §. vlt. D. famil. erciſc. *In hoc iudicium & ſi nomina non veniunt, tamen ſi ſtipulationes interpoſitæ fuerint de diuiſione eorum, vt ſtetur ei, & vt alter alteri mandet actiones, procuratorémque eum in ſuam rem faciat: ſtabitur ei.* Arbitrum quoque diuidendæ hereditatis, cùm corpora hereditaria diuiſiſſet, nomina communium debitorum, ſeparatim in ſolidum adſignaſſe refert Scæuola in L. arbiter, D. de diſtract. pign. Æris etiam alieni factã diuiſionẽ inter coheredes abſque vlla delegatione Papinian. proponit in L. tale pactũ, §. poſt diuiſionẽ, D. de pact. Aquarũ verò iter tẽporibus & mẽſuris inter coheredes diuidẽdũ fuiſſe tradit Paulus in L. arbor, §. vlt. D. cõmuni diuid. Cõmunes verò fũdi inter ſocios regionibus diuidebãtur, L. nã ſatis, §. I. D. queãd. ſeruit. amit. L. via cõſtitui, §. vlt. D. de ſeruit. præd. ruſtic. L. ſi quis duas, §. I. D. com. præd. L. is qui fundum, D. de vſufr. leg. L. communi diuidundo, §. Neratius, D. com. diuid. Regionum autem in partes diuiſionem, Decempedis & Perticis, pedibúſque iugeri collectis factam, ex Cicerone Philipp. IIII. & Acad. IIII. Propert. Eleg. II. lib. IIII. & Seneca Epiſt. LXXXIX. colligitur. Exemplum verò diuiſionis duorum fundorum communium præbet African. in L. cùm eſſent, D. de ſeruit. ruſt. præd. *Cùm eſſent mihi & tibi fundi duo communes Titianus & Seianus, & in diuiſione conueniſſet*, VT MIHI TITIA-

NVS, TIBI SEIANVS CEDERET, *inuicem partes eorum tradidimus.* Iam ſi vſusfructus inter aliquos communis eſſet, Iudex officium ſuum in eius diuiſione ita dirigebat, vt vel REGIONIBVS EIS VTI FRVI PERMITTERET, VEL LOCARET VSVMFRVCTVM VNI EX ILLIS, VEL TERTIÆ PERSONÆ, VT HI PENSIONES SINE VLLA CONTROVERSIA PERCIPERENT: vel, ſi res mobiles eſſent, etiam ſic poterat, VT INTER EOS CONVENIRET, CAVERENTQVE PER TEMPORA SE VSVROS ET FRVITVROS, hoc eſt, vt apud ſingulos mutua vice certo tẽpore eſſet vſusfructus, L. communi diuidundo, §. cum de vſufructu, D. commu. diuid. Inter eos verò qui pignori acceperãt talis Diuiſio fieri debebat, vt non vero pretio æſtimaretur pars, ſed in tantũ dũtaxat, quãtum pro ea parte deberetur: & adſignaretur quidem pignus vni ex creditoribus, licentia tamen non denegaretur debitori debitum offerre & pignus ſuum luere, d. L. communi, §. inter. Diuiſionis autem placitum niſi traditione, vel ſtipulatione ſumeret effectum, pro nudo pacto habebatur, & ad actionem nulli proderat. L. ſi diuiſionẽ, C. famil. ercisc. & L. cùm proponas, C. de pact. Non ideò autem Diuiſio irrita habẽda erat, quòd eam ſcriptura ſecuta nõ eſſet, L. Non ideò, C. famil. ercisc. & d. L. cùm proponas.

Non ſunt & Seruorum cum dominis pactiones prætermittendæ. Serui enim quandoque cum dominis de libertate paciſcebãtur, L. denique, §. his conſequenter, D. de pecul. leg. & pro libertate pecuniam dominis expromittebant, L. ſi noxali, D. de peculio. Eáque eſt PACTIO LIBERTATIS, in L. II. §. & ſi L. qui ob pactionem, D. pro empto. Cuius nomine, Serui plerumque Reos dabant. Iauolen. in L. cùm ſeruus, D. de verb. oblig. *cùm ſeruus* PECVNIAM PRO LIBERTATE PACTVS EST, *& ob eam rem* REVM DEDIT. Vlpian. in L. & eleganter, §. ſeruus, D. de dolo. *Seruus* PACTIONIS PRO LIBERTATE REVM *domino dedit ea condicione*, VT POST LIBERTATEM TRANSFERATVR IN EVM OBLIGATIO. Quod autem in huius pactionis cauſam, vel ob huiuſmodi pactionem dabat, numerabátve ſeruus, PRO CAPITE DARE dicebatur: quemadmodum lib. III. de verbor. ſignificat. pleniſſimè firmauimus. Et ita manumiſſos, *capitis mercede redemptos*, vocat Ouidius lib. I. Amor. Eleg. VIII.

PRO CAPITE autem, ſeruos peculium numerare ſolitos, quod ventre fraudato cõparauerant, Seneca indicat Epiſt. LXXXI. lib. XI. Ea nãque gratia de demẽſo ſuo geniũ ſuum defraudantes miſeri comparcebant, vt Terentius loquitur Phormio. Act. I. Sc. I. vbi Donatus ſeruos adnotat quaternos modios frumẽti in mẽſem accepiſſe. Papinianus etiam in L. Eo tempore, §. vlt. D. de pecul. proponit ſeruum cùm bonæ fidei poſſeſſori ſeruiret, nummos à Titio mutuatos ei dediſſe, VT EVM MANVMITTERET. Seruis autem, & filiisfa. interdum patres LIBERAM PECVLII ADMINISTRATIONEM CONCEDEBANT. L. Cõtrà iuris, D. de pact. L. filiusfa. D. de donationib. L. libera, D. de pecul. L. III. §. vlt. D. de minorib. Et adiiciebant quandoque SIC SE EIS CONCEDERE, VT DONARE QVOQVE POSSENT, d. L. filiusfa.

Obligationum agmen coget Stipulatio, quæ mihi rectè atque ordine ad extremam huius libri partem videtur eſſe reſeruata. Omnibus enim ferè pactis Stipulatio ſubiiciebatur, quemadmodum Paulus lib. II. Sentent. Tit. XXII. & Vlpian. in L. iuris gentium, §. quod ferè, D. de pact. indicant. African. in L. cùm eſſent in princ. D. de ſeruit. ruſtic. præd. *Maximè ſi pacto ſtipulatio ſubdita ſit*. Vlpian. in L. reſcriptum, §. I. D. de pact. *Si pacto ſubiecta ſit pœna ſtipulatio*. Imp. Gordian. in L. Si pacto, C. eo. *Si pacto, &c. Stipulatio ſubiecta eſt*. Imp. Dioclet. & Max. petens ex Stipulatione quæ placito ſeruandi cauſa ſecuta eſt. Paulus in L. pacto, D. de tranſact. *Pacto conuento Aquiliana quidem ſtipulatio ſubiici ſolet*. Pecuniam etiam mutuam dantes ſtipulari conſueuerãt. Idque interdum vel ante numerationem fiebat, vel poſt. Pompon. in L. cùm enim, D. de nouation. *Cùm enim pecunia mutua data ſtipulamur*. Vlpian. in L. ſi ita §. vlt. D. eo. *Cùm pecuniam mutuam dedit quis ſine ſtipulatione, & ex continenti fecit ſtipulationem, vnus contractus eſt. Idem erit dicendum, & ſi ante ſtipulatio facta eſt, mox pecunia numerata ſit*. Scæuola in L. qui Romæ, D. de verb. obligat. *Qui Romæ mutuam pecuniam acceperat ſoluendam in longinqua prouincia per menſes tres, eamque ibi dari ſtipulanti ſpopondiſſet*. Iuſtinian.

ſtinian. in L. optimam, C. de contrahen. ſtipul. *In multis enim contractibus & maximè in fæneraticijs cautionibus, ſolitum eſt adſcribi*, STIPVLATIONES PER CERTOS SERVOS CELEBRARI. Denique pecuniæ creditæ cautionibus ſtipulationem ſubiici ſolitam, apparet ex L. lecta, D. ſi cer. pet. L. ſi ſtipulatus, §. Chryſogonus, D. de verb. oblig. Quotiens autem pecuniam mutuam dantes eandem ſtipulabantur, non duæ obligationes naſcebantur, ſed vna verborum, L. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, D. eo. Tutor planè cùm pecuniam pupillarem fænori dabat, ſtipulatio hoc ordine fiebat, vt ſtipulari deberet pupillus ipſe, aut ſeruus pupilli: Quod ſi neque pupillus eius ætatis erat vt ſtipulari poſſet, neque ſeruum haberet, tunc ipſe tutor, quive in eius poteſtate erat, L. quotiens, D. de adminiſtr. tut. In Venditionibus etiam ſtipulationem olim interceſſiſſe ſuprà docui. Locationibus quoque & conductionibus interpoſitam ſtipulationem, teſtatur Paulus in L. quæro D. loca. L. ſi à colono, D. de fideiuſſorib. Præterea ſtipulationem pacto conuento Societatis ſubditam, oſtendit idem Paulus in L. duo ſocietatem, D. pro ſoc. Merito ergo Cõuentionalium ſtipulationum quæ ex conuentione reorum fiebant, totidem penè genera eſſe, quot rerum contrahendarum Pompon. ſcribit in L. ſtipulationum, §. conuentionales, D. de verb. obligat. In Tabulis, autem, inſtrumentis & cautionibus, obliquis verbis ſtipulatio adſcribebatur in hunc modum, ROGAVIT MÆVIVS, SPOPONDIT TITIVS, vel STIPVLATVS EST SEIVS, SPOPONDIT LVCIVS, vel STIPVLANTI SPOPONDIT. Vlpian. in L. iuris gentium, §. quod ferè, D. de pact. *Quod ferè nouiſſima parte pactorum ita ſolet inſeri*, ROGAVIT TITIVS, SPOPONDIT MÆVIVS, *hæc verba non tantùm pactionis loco accipiuntur, ſed etiam ſtipulationis.* Paulus in L. lecta D. ſi cer. pet. STIPVLATVS EST PVB. MÆVIVS, SPOPONDI EGO LVCIVS TITIVS. Papinianus in L. ex ea D. de verb. oblig. cautionis partem refert huiuſmodi, STIPVLATVS EST ILLE, SPOPONDIT ILLE. Idẽ in L. reos §. vlt. D. de duob. re. Tabulis ita cautum proponit, TOT AVREOS RECTE DARI STIPVLATVS EST IVLIVS CARPVS: SPOPONDIMVS EGO ANTONINVS ACHILLEVS, ET CORNELIVS DIVVS, Vlpianus in L. his verbis D. eo. *His verbis*, EAQVE PRÆSTARI STIPVLANTI TIBI SPOPONDIMVS. Paulus in L. cùm poſt mortem, D. de adminiſtrat. tut. *Quoniam in inſtrumento ita ſcriptum ſit*, ILLE PATRVVS ET CVRATOR STIPVLANTI SPOPONDIT. Sic & in Aquiliana ſtipulatione, TANTAM PECVNIAM DARI STIPVLATVS EST AVLVS AGERIVS, SPOPONDIT NVMERIVS NEGIDIVS. Atque ita in L. qui Romæ §. Callimachus, D. de verb. obligat. in mutuæ pecuniæ nauticæ cautione Scæuola adſcriptũ fuiſſe narrat, EAQVE SIC RECTE DARI FIERI FIDE ROGANTI STICHO SERVO TITII PROMISIT CALLIMACHVS. Et in §. Flauius Hermes, ead. L. DARI STIPVLATVS EST FLAVIVS HERMES, SPOPONDIT CLAVDIVS. Idem Scæuola in L. cùm quis §. pater D. de leg. III. *Pater emancipato filio bona ſua vniuerſa, exceptis duobus ſeruis, non mortis cauſa donauit, & ſtipulatus eſt à filio in hæc verba:* QVÆ TIBI MANCIPIA, QVÆQVE PRÆDIA DONATIONIS CAVSA TRADIDI, CESSI, PER TE NON FIERI DOLO MALO, NEQVE PER EVM AD QVEM EA RES PERTINEBIT, QVOMINVS EA MANCIPIA, QVÆQVE EX HIS ADGNATA ERVNT, EAQVE PRÆDIA CVM INSTRVMENTO, CVM EGO VOLAM, VEL CVM MORIERIS, QVÆQVE EORVM EXSTABVNT, NEQVE DOLO MALO AVT FRAVDE, PACTOVE TVO, EIVSQVE AD QVEM EA RES PERTINEBIT, IN RERVM NATVRA, AVT IN POTESTATE ESSE DESISSENT, SI VIVAM, MIHI AVT CVI EGO VOLAM, REDDANTVR, RESTITVANTVR; STIPVLATVS EST LVCIVS TITIVS PATER, SPOPONDIT LVCIVS TITIVS FILIVS. Idem in L. ſi quis ſtipulatus CXXVI. §. Chryſogonus, D. eo. CHRYSOGONVS FLAVII CANDIDI SERVVS ACTOR SCRIPSIT CORAM SVBSCRIBENTE ET ADSIGNANTE DOMINO MEO, ACCEPISSE EVM A IVLIO ZOSA REM AGENTE IVLII QVINTILIANI ABSENTIS,

MVTVA DENARIA MILLE: QVÆ DARI QVINTILLIANO, HEREDIVE EIVS, AD QVEM EA RES PERTINEBIT, KALENDIS NOVEMBRIBVS, QVÆ PROXIMÆ SVNT FVTVRÆ, STIPVLATVS EST ZOSAS LIBERTVS, ET REM AGENS QVINTILLIANI: SPOPONDIT CANDIDVS DOMINVS MEVS. SVB DIE SVPRASCRIPTA, SI SATIS EO NOMINE FACTVM NON ERIT, TVNC QVO POST SOLVETVR, VSVRARVM NOMINE DENARIOS OCTO PRÆSTARI, STIPVLATVS EST IVLIVS ZOSAS: SPOPONDIT FLAVIVS CANDIDVS DOMINVS MEVS, SVBSCRIPSIT ET DOMINVS. Paul. lib. v. Sentent. Tit. vii. *Quod ſi ſcriptum fuerit inſtrumento*, PROMISISSE ALIQVEM, *perinde habetur, atque ſi interrogatione præcedente reſponſum ſit.*

Directis autē verbis vti Stipulationes conciperentur, idē Paulus lib. ii. Sentent. Tit. iii. docet, cùm ait, *Stipulatio eſt verborū conceptio, ad quā quis congruè interrogatus reſpondit, velut*, SPONDES? SPONDEO. DABIS? DABO. PROMITTIS? PROMITTO. FIDEI TVÆ ERIT? FIDEI MEÆ ERIT. Iuſtinian. in §. i. Inſtit. de verb. oblig. *In hac re olim talia verba tradita fuerunt*, SPONDES? SPONDEO. PROMITTIS? PROMITTO. FIDEPROMITTIS? FIDEPROMITTO. FIDEIVBES? FIDEIVBEO. DABIS? DABO. FACIES? FACIAM. Extat apud Plautū Pſeudolo Act. iiii. Sc. vi. ſtipulatio huiuſmodi.

S. *Nullum periculum eſt, quod ſciam, ſtipularier.*
Vt concepiſti verba, VIGINTI MINAS DABIN'?
B. DABVNTVR.

Idem Bacchid. Act. iiii. Sc. viii.

CH. *Roga hunc tu. tu* PROMITTE *huic.* N. PROMITTO. CH. *roga.*
CL. DVCENTOS NVMMOS AVREOS PHILIPPOS PROBOS DABIN'? CH. DABVNTVR, *inquam, reſponde.* N. DABO.

Scæuola in L. ſi ita quis D. de verb. oblig. *Si ita quis promiſerit*, DECEM TIBI DABO QVA DIE PETIERIS, ET EORVM VSVRAS IN DIES TRIGINTA. Vlpian. in L. hæc venditio, D. de contrahen. empt. *Vel ſtipulanti ſic ſpondeat*, SI VOLVERO, DECEM DABO. Pompon. in L. ſi ita ſtipulatus cix. D. de verb. oblig. *Si ita ſtipulatus fuero*, DECEM AVT QVINDECIM DABIS? Et mox, POST ANNVM AVT BIENNIVM DABIS. Scæuola in L. ſi quis ita, D. eo. DABIS, SI NAVIS VENIT. DABIS, SI NAVIS NON VENIT.

Vulgaria verò verba erant, DARE, vel, DARI, SPONDES? SPONDEO. L. in illa, L. ſi Titius, L. ſi Titius, L. hoc iure, L. ſi ita Stipulatus, L. huiuſmodi, L. qui ſic, L. eum qui ita in prin. & §. qui ita, L. Stipulatio hoc modo, L. ſi mihi, §. vlt. L. ita Stipulatus, §. vlt. L. liber homo, §. i. L. ſi ita cxx. L. ſi ita cxxvi. L. vlt. ſeruus, §. cùm mihi, D. de verb. oblig. Plautus, Captiu. Act. iiii. Sc. i.

ER. *Vnde id?* AE. *à me, meóque gnato*, ER. SPONDEN TV ISTVD? AE. SPONDEO.

Varro lib. v. de ling. Lat. *Vt non ſpondet ille ſtatim, qui dixit*, SPONDEO, *ſi iocādi cauſa dixit: neque agi poteſt cum eo ex ſponſu*. Cui & Paulus conſentit in L. obligationum, §. vlt. D. de obligat. & action. *Verborum quoque*, inquiens, *obligatio conſtat, ſi inter contrahētes id agatur. Nec enim ſi per iocum puta, vel demōſtrandi intellectus cauſa, ego tibi dixero*, SPONDES? *& tu reſponderis*, SPONDEO: *naſcitur obligatio.* Cic. pro Roſc. Com. *Quid enim reſtipulatio clamat?* QVOD A FLAVIO ABSTVLERO, PARTEM DIMIDIAM INDE ME ROSCIO SOLVTVRVM SPONDEO. Sed & ſi quis interrogaſſet, DABIS? & alter reſpondiſſet, QVIDNI? in ea cauſa erat vt obligaretur, L. i. §. ſi quis ita D. de verb. oblig. Quinetiam quæ extrinſecus & nihil ad actum pertinentia adiiciebantur ſtipulationi, pro ſuperuacuis habebātur, nec vitiabant obligationem: Veluti ſi diceret promiſſor, ARMA VIRVMQVE CANO, SPONDEO, nihilominus obligabatur, L. quæ extrinſecus, D. eo. tit. Prætetea ſi quis ita ſtipulatus eſſet, ILLVM SISTAS? nulla cauſa erat cur non obligatio conſtaret, L. ſtipulatio iſta, §. ſi quis ita, D. eo. Sic autem reſpondere debebat promiſſor vt à ſtipulatore interrogatus erat. Nam ſi

ſimpliciter

ſimpliciter & purè interrogatus, reſpõdiſſet, SI ILLVD FACTVM ERIT, DABO, aut ita interrogatus, INTRA KALENDAS QVINTAS DABIS? reſpõdiſſet, DABO IDIBVS, non obligabatur, L.1. §.ſi quis ita, D.eo. Stipulāti planè Denarios, eiuſdē quantitatis Aureos qui ſpondebat, vtiliter obligabatur, L. quæ extrinſecus, §. vlt. D. eo. Quinetiam ſi ſub vna ſignificatione diuerſis nominibus ea res quæ in ſtipulatum deducebatur, appellaretur, non infirmabat obligationem, ſi alter altero verbo vteretur, L. ſi ſub vna, D. eo. Eadem planè an alia lingua reſponderetur, nihil intererat. Proinde ſi quis Latinè interrogaret, eique Græcè reſponderetur, vel contrà, dummodo congruenter reſpõderetur, obligatio conſtituta erat, L. 1. §. vlt. D. eo. tit. Continuus vtique actus ſtipulantis & promittentis eſſe debebat, vt tamen aliquod momentum naturæ interuenire poſſet. Comminus etiam reſponderi oportebat, L. continuus, D. eo. tit. Sed & cùm Septicius litteris ſuis, PRÆSTATVRVM SE LVCIO TITIO CAVISSET PECVNIAM ET VSVRAS EIVS SEMISSES, ſi inter præſentes actum eſſet, intelligebantur etiam à parte Lucij Titij præceſſiſſe verba ſtipulationis, L. Titia quæ, §. idem reſpõdit, D. de verb. oblig. Quoties autem pluribus ſpecialiter pactis ſtipulatio vna omnibus ſubiiciebatur, quamuis vna interrogatio, & reſponſum vnum ſubiiceretur, tamen proinde habebatur, ac ſi ſingulæ ſpecies in ſtipulationem deductæ fuiſſent, d. L. Titia quæ §. vlt. Pluribus certè rebus præpoſitis ita ſtipulatio plerumque fiebat, EA OMNIA QVÆ SVPRA SCRIPTA SVNT DARI? L. pluribus, D. eo. Sic in L. duo ſocietatem, D. pro ſoc. HÆC QVÆ SVPRASCRIPTA SVNT, EA ITA DARI FIERI, NEQVE ADVERSVS EA FIERI? SI EA ITA DATA FACTA NON ERVNT, TVNC DECEM DARI?

Atque hoc modo VERBIS OBLIGATIO CONTRAHI dicebatur, Inſtit. de verb. oblig. in prin. L. Græcè, §. 1. D. de fideiuſſorib. L. 1. D. de nouationib. L. ex placito, C. de rer. permut. L. Auia, C. de iu. dot. id eſt, *verborum ſolemnitate*, vt loquuntur Impp. in L. ſi in rem, C. ſi cer. pet. cum Paulo lib. v. Sentent. Tit. vii. vel *verborum conceptione*, vt in L. cùm patrem C. de iu. dot. L. 1. §. communis, D. de ſtipulat. ſeruor. Gaius in L. 1. § verbis, D. de oblig. & act. VERBIS OBLIGATIO CONTRAHITVR, *ex interrogatione & reſponſu, cùm quid* DARI FIERIVE *verbis ſtipulemur*. Modeſtin. in L. obligamur, D. eo. VERBIS OBLIGAMVR, *cùm præcedit interrogatio, & ſequitur congruēs reſponſio*. Stipulationum vtique conſueta verba, & ſubtilem obſeruationem ex aula cõceſſiſſe teſtatur Iuſtinian. L. in arbitris, §. vlt. C. de recep. arbitr. Et iam antè Leo in L. omnes, C. de contrah. ſtip. quibuſcumque verbis, etiam ſi non ſolemnibus vel directis conceptæ ſtipulationes eſſent, nihilominus eas firmitatem habere conſtituerat. Iuſtinian. §. 1. Inſtit. de verb. obligat. *Sed hæc ſollemnia verba olim quidem in vſu fuerunt: poſtea autem Leonina conſtitutio lata eſt, quæ ſollemnitate verborũ ſublata, ſenſum & conſonantē intellectum ab vtraque parte ſolùm deſiderat, quibuſcumque tandem verbis expreſſum eſt.*

Porrò qui ſtipulabatur, REVS STIPVLANDI dicebatur: qui promittebat, REVS PROMITTENDI habebatur, L. 1. D. de duob. reis. Itaque ſi duo eandem pecuniam aut ſtipulati eſſent, aut promiſiſſent, DVO REI STIPVLANDI ET PROMITTENDI dicebātur, L. 11. D. eo. L. ſi duo in princ. & §. 1. D. ſi quis cautionib. L. ſi duo, D. de recept. qui arbitr. L. 111. §. nũc de effectu, D. de liber. leg. qui & DVO REI EIVSDEM PECVNIÆ, vel EIVSDEM OBLIGATIONIS dicebantur, L. heres, §. cum & tu, D. de fideiuſſorib. L. planè, D. de condict. indeb. L. decem, D. de verb. obligat. Duo autem Rei ſtipulandi & promittendi hoc verborum ambitu deſignantur in L. & heredi, §. vlt. D. de pact. *qui eiuſdem pecuniæ exctionē habent in ſolidum, aut eiuſdem pecuniæ debitores ſunt.* Duo planè rei promittendi conſtituebātur & fiebant, ſiue ita interrogati, SPONDETIS? reſpondiſſent, SPONDEO, aut SPONDEMVS: ſiue ita interrogati, SPONDES? reſpondiſſent, SPONDEMVS, L. duo rei, D. de duob. re. His etiam verbis, EAQVE PRÆSTARI STIPVLANTI TIBI SPOPONDIMVS, duo rei fiebant, L. his verbis, D. eo. Iuſtinianus Inſtit. eo. tit. duos Reos ſtipulādi fieri tradit, ſi duobus ſeparatim ſtipulantibus, ita promiſſor ſpondeat, VTRIQVE VESTRVM DARE SPONDEO. Duos verò pluréſve Reos promittendi ita fieri, ſi poſt hāc interrogationem, MÆVI DECEM AVREOS DARE SPONDES? ET SEI EOSDEM DECEM AVREOS DARE SPONDES? reſpondeant ſinguli ſeparatim, SPONDEO. At ſi Tabulis cautũ

Hh

inueniretur, TOT AVREOS RECTE DARI STIPVLATVS EST IVLIVS CARPVS: SPOPONDIMVS EGO ANTONINVS ACHILLEVS ET CORNELIVS DIVS, reſpondit Papinian. his verbis, in partes dumtaxat viriles obligatos, quia non fuerat adiectum, SINGVLOS IN SOLIDVM SPOPONDISSE, ita vt duo rei promittendi fierent, L. reos, §. vlt. D. de duob. re. Si tamen duos reos promittendi facturus, vtrumque interrogaſſet, ſed alter dumtaxat reſpondiſſet, is nihilominus qui reſponderat obligabatur, L. duos reos, D. eo. Duo autem rei ita conſtitui poterant, vt & temporis ratio haberetur, intra quod vterque reſponderet: modicum tamen interuallum temporis, & modicus actus, modò contrarius obligationi non eſſet, nihil impediebat, quo minus duo rei eſſent, L. duos, §. vlt. Verùm ſi ex duobus qui promiſſuri erant, hodie alter, poſtera die alter reſpondiſſet, duo rei non fiebant: ac ne obligatus quidem intelligebatur is qui poſtera die reſponderat: cùm ſtipulator ad alia negotia diſceſſiſſet, vel promiſſor, licet peractis illis rebus reſpondiſſet, L. ſi ex duobus, D. eo. Interdum autem rei inuicem ſtipulabantur, L. qui Romæ, §. coheredes & §. vlt. D. de verb. oblig. L. non diſtinguemus, §. ſi domini, D. de recept. qui arbitr. Et hoc erat STIPVLARI ET RESTIPVLARI, vt ex Cic. pro Roſc. Com. & ex Valer. Maximo lib. II. cap. VIII. & ex L. damni infecti quidam, §. 1. D. de dam. inf. patet.

Stipulationum porrò quædam in Dando, quædam in Faciendo, quædam in non faciendo conſiſtebant, L. 11. & L. vbi autem, §. quidquid, D. de verb. obligat. L. veteris, C. de contrah. ſtipul. In Dando, veluti, DECEM DARE SPONDES? L. in illa, L. hoc iure, L. ſi ita ſtipulatus, D. de verb. oblig. L. ſi ſeruus communis, D. de ſtipular. ſeruor. CENTVM DARI? L. continuus, §. illud, D. de verb. obligat. VSVMFRVCTVM DARI? L. eum qui, §. ſi à te, D. eo. L. quæſitũ, D. de vſufruc. EVM LOCVM, CVM EX SACRO RELIGIOSOVE PROFANVS ESSE COEPERIT, DARI? L. inter ſtipulantem, §. ſacrum, D. de verb. obligat. FVNDVM ILLVM DARE SPONDES? L. ſi Titius, D. eo. FVNDVM TVSCVLANVM DARI? L. vbi autem, §. vlt. D. eo. FVNDVM TITIO DATVM IRI? L. ſtipulatio iſta, §. ſi quis inſulã, D. eo. Vlpian. in L. ſi fundum, D. eo. *Si* FVNDVM CERTO DIE PRÆSTARI *ſtipuler*. Fundum autem interdum ſimpliciter, interdum DETRACTO VSVFRVCTV, ſtipulabantur, L. qui vſumfructũ, §. 1. D. de vſufruc. L. eũ qui ita, §. ſi à te, & L. ſi ita ſtipulatus fuero, D. de verb. obligat. Planè ſi FVNDVM DARI, non adiecto nomine, quis ſtipulatus eſſet, imperfecta erat ſtipulatio, L. ita ſtipulatus, D. eo. L. cùm poſt, §. gener. D. de iu. dot. Si tamẽ fundos aliquot promiſſor haberet, conſtitiſſe ſtipulationem quidam exiſtimant, & ita accipiunt Vlpiani dictum in L. vbi autem, D. de verb. obligat. Ex pluribus verò fundis, quibus idẽ nomen impoſitum erat, ſi quis vnum fundum ſine vlla nota demonſtrationis ſtipulatus eſſet, eum quem promiſſor dari voluiſſet, ſtipulatus intelligebatur, L. qui ex pluribus, D. eo.

Interdum etiam HOMINEM DARI ſtipulabantur. Vlpian. in L. qui decem, §. Stichũ, D. de ſolutionib. *Fingamus ita ſtipulatum*, HOMINEM EX HIS QVOS SEMPRONIVS RELIQVIT DARE SPONDES? Papinian. in L. ſi centũ, D. eo. *Si* CENTVM HOMINES QVOS EGO HERESVE MEVS ELEGISSET, *ſtipulatus*.

Certos autẽ nummos quandoque ſtipulabantur, veluti, decem QVÆ IN ARCA HABES? L. ſi ſeruus legatus, §. qui quinque, D. de leg. I. vel NVMMOS QVI IN ARCA SVNT, L. ſi certos, D. de verb. obligat. Pecuniam etiam quæ in conſpectu erat, vel ACERVVM PECVNIÆ ſtipulabantur, L. ſcire debemus, D. eo. Papinian. in L. ſi ita ſtipulatus CXX. D. eo. *Si ita ſtipulatus fuero*, HANC SVMMAM CENTVM AVREORVM DARI SPONDES? Stipulabatur & maritus dotem: Iauolen. in L. à Titio, D. de verb. obligat. *A Titio ita ſtipulatus ſum*, SI QVA MIHI NVPSERIT, DECEM DOTIS EIVS NOMINE MIHI DARE SPONDES? Et mox: Si *ſtipulanti mihi ita dos promiſſa eſt*, QVAMCVMQVE VXOREM DVXERO, DOTIS EIVS NOMINE DECEM DARE SPONDES? Et in L. ſi ſtipulatus, D. eo. tit. SI TIBI NVPSERO DECEM DARE SPONDES?

Triticum etiam dari ſtipulabantur, vel certi generis & certæ quãtitatis, L. triticum, D. de verb. oblig. vel TRITICVM QVOD IN HORREO ERAT, L. vbi autem, §. illud, D. eo. Et vel ſine adiectione bonitatis Triticum ſtipulabantur, L. fideiuſſorem, D. manda.

vel

vel bonitatem adiiciebant, veluti TRITICI AFRICI BONI MODIOS CENTVM, L. vbi autem, D. de verb. obligat. vel, TRITICI AFRICI OPTIMI MODIOS CENTVM, L. ſtipulationum quædam, D. eo. Sic & Vinum ſtipulabantur his verbis, VINI CAMPANI BONI, vel OPTIMI, AMPHORAS CENTVM, vel, VINVM QVOD IN HORREO EST, d. L. ſtipulationum quædam, & L. vbi autem in prin. & §. illud. Interdum EX FVNDO CENTVM AMPHORAS VINI ſtipulabantur, L. inter ſtipulantem, §. ſacram, D. eo. CERTVM etiam OLEI, PONDO CAPVÆ DARI ſtipulatus quis dicitur in L. idem erit, D. eo. & OLEVM QVOD IN HORREO EST, d. L. vbi autem, §. illud. Fructus quoque futuros interdum ſtipulabantur, L. interdum, D. eo. vtputa, FRVCTVS QVI IN FVNDO TVSCVLANO NATI ERVNT, DARI? d. L. vbi autem, §. illud. Sed & id quod in vtero erat, ſtipulabantur, d. L. interdum: verbi gratia, ID QVOD EX ARETHVSA ANCILLA NATVM ERIT, d. §. illud. Paulus in L. 1. D. de oper. ſeruor. *quemadmodum cùm ſtipulamur*, QVOD EX ARETHVSA NATVM ERIT. Quin & FAMILIAM, vel OMNES SERVOS, itẽ QVADRIGAM, aut LECTICARIOS ſtipulabantur, L. ſcire debemus, §. 1. D. de verb. oblig. Ponitur & in L. ſi mihi & Titio, D. eo, ſtipulatio iſta, VESTEM TVAM QVÆCVMQVE MVLIERIS EST, DARE SPONDES?

Ex formulis Stipulationum quæ in dando conſiſtebant, erãt & hæ, QVANTAM PECVNIAM TITIO QVANDOQVE CREDIDERO, DARE SPONDES? L. ſi ita ſtipulatus, D. de fideiuſſ. QVOD TE MIHI ILLIS KALENDIS DARE OPORTET, ID DARE SPONDES? L. qui ſic ſtipulatur, D. de verb. oblig. QVOD TIBI TITIVS DEBET, CVM DEBITOR ESSE DESIERIT, DARE SPONDES? L. huiuſmodi, D. eo. AMPLIVS QVAM MIHI DEBES DECEM DARE SPONDES? L. ſi ſeruus legatus, §. ſi ei cui, D. de legat. 1. Scæuola in L. qui Romæ, §. Agerius, D. de verbor. obligat. *Agerius filiusfa. ſeruo Publij Mæuij ſtipulanti ſpopondit* SE DATVRVM QVIDQVID PATREM SVVM PVBLIO MÆVIO DEBERE CONSTITISSET. Nonnunquã & ſpecialiter cauſa exprimebatur, ex qua dari fieri oportebat id quod in ſtipulationẽ deducebatur, vt in L. ſcire debemus, §. vlt. D. eo. *Si quidem ita ſtipulatus ſim*, QVOD EX CAVSA CONDICTIONIS DARE FACERE OPORTET. Marcell. in L. qui decem, §. idem reſponſum, D. de ſolutionib. *Si quis cùm ſubreptus ſibi ſeruus eſſet, ſub condicione ſtipulatus fuerit*, QVIDQVID FVREM DARE FACERE OPORTET. Vlpian. in L. vbi autem, §. qui verò, D. de verb. obligat. *Et qui ita ſtipulatur*, QVOD EX TESTAMENTO MIHI DEBES, DARE SPONDES? Idem in L. 1. §. ſi manumiſero, D. quar. rer. act. *Deinde ſtipulatus ab eo fuero*, QVOD NEGOTIA MEA GESSERIT, QVIDQVID OB EAM REM, SI TVNC LIBER FVISSET, EVM MIHI DARE OPORTERET. Ceterùm cùm quis ita ſtipulabatur, QVIDQVID TE DARE FACERE OPORTET, nihil aliud in ſtipulationẽ deducebat, quàm id quod præſenti die debebatur: Hoc enim ſolum ea ſtipulatio demonſtrabat. Et ideò, vt in Aquiliana ſtipulatione obſeruare licet, ſi eam pecuniam quæ in diem debebatur, demonſtrare vellet, neceſſe erat adiici verbum, OPORTEBITVE, vel ita, PRÆSENS IN DIEM VE, L. ſi ſtipulatus fuerim, §. cùm ſtipulamur & L. cùm ſtipulamur, D. de verb. obligat. L. & vno §. 1. D. de acceptilat. Itaque ſi à colono cui in quinquennium fundum locauerat, poſt tres annos ita ſtipulatus quis eſſet, QVIDQVID TE DARE FACERE OPORTET, non amplius in ſtipulationem deducebatur, quàm quod iam dari oportebat. Si autem adiiciebatur, OPORTEBITVE, etiam futura obligatio deducebatur, L. ſi à colono, D. de verb. oblig. L. ei cui, D. de liberat. leg.

Erat & illa vſitata ſtipulatio, Quãto minus ab alio cõſecutus eſſet ſtipulator, dari. Papinian. in L. decẽ, D. eo. *Decem ſtipulatus à Titio, poſtea*, QVANTO MINVS AB EO CONSEQVI POSSES, *ſi à Mæuio ſtipulatus eſſes*, Celſ. in L. vlt. D. ſi cer. pet. *Si ego* DECEM *ſtipulatus à Titio, deinceps ſtipuler à Seio*, QVANTO MINVS A TITIO CONSEQVI POSSIM. Gaius in L. ſi ita à te, D. de verb. ſignif. *Si ita à te ſtipulatus fuero*, QVANTO MINVS A TITIO CONSECVTVS FVERO, TANTVM DARE SPONDES? Paul. in L. ſi decem, D. de ſolutionib. *Si decẽ ſtipulatus à Titio, deinde ſtipuleris à Seio*, QVANTO MINVS AB ILLO CONSECVTVS SIS.

Interdum autem ſtipulationibus dandi, heredis perſona, licet ſuperuacua eſſet, nominatim comprehendebatur; hoc modo, TE, & TITIVM HEREDEM TVVM DECEM DATVRVM SPONDES? L. eum qui ita, D. de verb. oblig. Nonnunquã verò ſolutionis gratia ſtipulatoris perſonæ alius adiiciebatur, vt & ei ſolui poſſet: quod fiebat his verbis, MIHI AVT TITIO DARE SPONDES? L. quod ſtipulatus, D. de ſolutionib. L. ſi ſeruus, §. ſi ita & §. cum mihi, D. de verb. obligat. §. ſi quis alij Inſtit. de inutilib. ſtipul. L. 11. §. idem Iulianus, D. de eo quod cer. lo. Marcian. in L. ſi mihi, D. de fideiuſſorib. *Si* MIHI AVT TITIO DECEM *ſtipulatus fuerim.* Iulian. in L. cum quis, D. de verb. obligat. *Cùm quis* SIBI AVT TITIO DARI *ſtipulatus eſt.* Et §. qui ſibi ead. L. *Qui* SIBI AVT FILIO SVO DARI *ſtipuletur.* Scæuola in L. Iulianus, §. vlt. D. eo. *Qui fundum* SIBI AVT TITIO DARI *ſtipulatur.* Gaius in L. ſi ſeruus, §. cùm mihi, D. eo. *Cùm* MIHI AVT TITIO *ſtipulor.* Paulus in L. cui rectè, D. de nouationib. *Cui rectè ſoluitur, is etiam nouare poteſt, excepto eo ſi* MIHI AVT TITIO *ſtipulatus ſim.* Et L. ſi ſtipulatus fuero, D. de ſolutionib. *Si ſtipulatus ſim* MIHI AVT TITIO DARI. In L. pater in fi. D. de pact. dotalib. MIHI AVT POST MORTEM MEAM LVCIO TITIO DARE SPONDES? In L. liber homo, §. vlt. D. de verb. oblig. DECEM MIHI AVT TITIO, VTRI EGO VELIM, DARE SPONDES? Aliàs SIBI ET TITIO quis ſtipulabatur, L. eum qui ita, & L. ſi mihi, D. de verb. oblig.

Seruus vtique vel DOMINO, vel SIBI, vel CONSERVO ſuo, vel imperſonaliter dari ſtipulabatur, L. ſiue mihi, D. de ſtipul. ſeru. Quod ſi duorum communis eſſet ſeruus, vtrique ſtipulabatur, L. 1. §. vlt. & L. item ſi ſeruus, D. eo. Venul. in L. ſi ſeruus communis, D. eo. *Si ſeruus communis ita ſtipuletur,* KALENDIS IANVARIIS DECEM, TITIO AVT MÆVIO DOMINIS, VTER EORVM TVNC VIVET, DARE SPONDES? Paulus in L. ſi communis, D. eo. *Si cõmunis ſeruus ſic ſtipulatus ſit,* DECEM ILLI DOMINO, EADEM DECEM ALTERI DARE SPONDES? Pompon. in L. ſi communis XXXVII. D. eo. *Si communis ſeruus ita ſtipulatur,* LVCIO TITIO ET GAIO SEIO DARI SPONDES? Et mox: *Si verò ita,* DOMINIS MEIS DARE SPONDES? Et ſtatim poſt. *Si vero ita,* LVCIO TITIO ET GAIO SEIO DOMINIS MEIS DARE SPONDES? Iulian. in L. fideiuſſor obligari, D. de fideiuſſorib. *Si ſeruus communis Titij & Sempronij nominatim* TITIO DARI *ſtipulatus fuerit, & fideiuſſorem interrogauerit,* TITIO AVT SEMPRONIO ID DARE SPONDES?

Quandoque etiam illud aut illud ſtipulabantur, velnti DECEM AVT QVINDECIM, L. ita ſtipulatus CIX. D. de verb. oblig. DECEM, VEL HOMINEM STICHVM, vel STICHVM AVT PAMPHILVM, L. 11. & L. in ſtipulatione, D. eo. L. 11. §. Scæuola, D. de eo quod cer. lo. DAMAM AVT EROTEM SERVVM DARI, L. ſtipulatus ſum Damam, D. de verb. oblig. HOMINEM STICHVM, AVT DECEM AVREOS DARE SPONDES? §. huic autem Inſtit. de actionib. Quo in genere interdum ſtipulator ſibi electionem conſtituebat, adiectis his verbis, VTRVM EGO VELIM, L. vbi autem, §. qui illud, L. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum, D. de verb. obligat. Vel ILLVD AVT ILLVD, QVOD EGO VOLVERO, L. ſi ſtipulatus fuerim, D. eo. vel QVEM VOLVERO, aut, QVEM VOLAM, d. L. ſi quis ſtipulatus ſit. D. eo. Sic in L. ſi ſeruus, D. eo. *Si ſeruus aut filiusfa. ita ſtipulatus ſit,* ILLAM REM AVT ILLAM, VTRVM EGO VELIM, *vel* VTRAM EARVM TITIVS ELEGERIT. Marcell. in L. eum debitore, D. rat. rem hab. *Si ex ſtipulatu* DECEM AVT STICHVM VTRVM EGO VOLVERO. Vlpian. in L. Græcè, §. idem Iulianus, D. de fideiuſſorib. *Contrà autem ſi is qui* HOMINEM AVT DECEM, VTRVM IPSE STIPVLATOR VOLET, *ſtipulatus eſt, rectè fideiuſſorem ita accipiet,* DECEM AVT HOMINEM VTRVM TV VOLES. Marcell. in L. ſi Stichum, D. de fideiuſſorib. *Si* STICHVM AVT PAMPHILVM *ſtipulatus eſſem,* VTRVM PROMISSOR VOLVISSET. Sub diſiunctione etiam facta ſtipulatio in hæc verba, DECEM AVT NOXÆ DEDERE? refertur in L. miles, §. 1. D. de re iud.

Ceterùm

Ceterùm Stipulationes vel purè, vel in diem concipiebantur, L. fideiuſſor obligari, §.vlt. D.de fideiuſſorib. Purè, veluti, QVINQVE AVREOS DARE SPONDES? §. omnis ſtipulatio Inſtit.de verb. obligat. vel, HODIE DARE SPONDES? L. quotiens, D.de oper. libertor. §.loca Inſtit.de verb.oblig. L. liber homo, §.1. D.eo. tit. In diē, cum adiecto die quo pecunia ſolueretur, ſtipulatio fiebat, vt puta, KALENDIS IANVARIIS, vel FEBRVARIIS DARI SPONDES? L. ſi ita ſtipulatus, D.de verb. oblig. L.1.§.vlt. D.de ſtipulat. ſeruor. POST ANNVM AVT BIENNIVM DABIS? L. ſi ita ſtipulatus fuero, D.de verb.oblig. Kalēdis autem, verbi gratia, Martiis, cum dari ſtipulabantur, adiiciebant PRIMIS ſeu PROXIMIS, vel SECVNDIS, TERTIIS, vel, QVIBVS aliis, L. cū qui Kalendis, D.de verb.obligat. Iuſtinian. in d.§.omnis. DECEM AVREOS PRIMIS KALENDIS MARTIIS DARE SPONOES? Sic in L. ſi ita quis promiſerit, §. Seia, D.eo. *conuenit vt* INTRA KALENDAS APRILES PRIMAS VNIVERSAM SVMMAM MANDATOR NVMERARET. In L. ſi ita ſtipulatus fuero, §. Chryſogonus, D.eo. KALENDIS NOVEMBRIBVS QVÆ PROXIMÆ SVNT FVTVRÆ. Et in L. qui Romæ, §.1. D.eo. INTRA IDVS SEPTEMBRES QVÆ TVNC PROXIMÆ FVTVRÆ ESSENT. Et in L. ſtipulationes non diuiduntur, §.vlt. D.eo. SI ANTE KALENDAS MARTIAS PRIMAS OPVS PERFECTVM NON ERIT. Itē in L. tutor, §.vlt. D.de vſur. QVOS EI REDDAM KALENOIS ILLIS PROXIMIS. Iulian. in L. cū qui, §. qui ita, D. de verb. obligat. *Qui ita ſtipulatur,* ANTE KALENDAS PROXIMAS DARI SPONDES? Vlpian. in L.1.§. ſi quis ſimpliciter, D.eo. *Aut ſi ita interrogatus*, INTRA KALENDAS QVINTAS. Paulus in L. centeſimis, D. eo. CENTESIMIS KALENDIS DARI *vtiliter ſtipulamur.* Aliàs HOC ANNO, vel, HOC MENSE, ſtipulabantur, L. qui hoc anno, D.eo. L. quod quis, D.de oblig. & act.

Sanè Stipulatio vſuratū pleumque IN DIES XXX. fiebat: vt in L. ſi ita quis promiſerit, §. Seia, D.de verb.oblig. *Si ita quis promiſerit,* DECEM TIBI DABO QVA DIE PETIERIS, ET EORVM VSVRAS IN DIES TRIGINTA. Sic & in L. lecta, D. ſi cer.pet. POENÆ NOMINE IN DIES TRIGINTA, INQVE DENARIOS CENTENOS, DENARIOS SINGVLOS DARI STIPVLATVS EST PVBLIVS MÆVIVS.

Dies etiam aliis verborum figuris Stipulationibus adiiciebatur. Paulus in L. pluribus, §.1. D.de verb.obligat. *De hac ſtipulatione,* ANNVA, BIMA TRIMA DIE, ID ARGENTVM QVAQVE DIE DARI? Pompon. in L. ſi neceſſarias, §. ſi annua, D. de pignerat. act. SI ANNVA BIMA, TRIMA, DIE TRIGINTA *ſtipulatus acceperim pignus.* Idem in L. ſi ita ſtipulatus, D.de verb.obligat. POST ANNVM AVT BIENNIVM DABIS? Venul. in L. cū qui D.eo. *Eum qui* CERTARVM NVNDINARVM DIEBVS DARI *ſtipulatur.* Iulian. in L. cū qui, §. qui ita, D.eo. *Qui ita ſtipulatur,* DECEM, QVOAD VIVAM, DARI SPONDES? African. in L. quæſitum, D. de vſufruc. *ſi cum* IN ANNOS DECEM PROXIMOS VSVMFRVCTVM *de te* DARI *ſtipulatus eſſem.*

Aliàs, IN ANNOS SINGVLOS ſtipulabantur, L. ſi Stichum, §.1. D.de verb.obligat. L. Senatus, §.vlt. D.de mort.cau.donat. Vlpian. in L. ait prætor, §. per hanc, D. quæ in frau.credit. *Et vſusfructus, & huiuſmodi ſtipulatio,* IN ANNOS SINGVLOS DENA DARE SPONDES? African. in L. huiuſmodi, D.de verb.obligat. *Huiuſmodi ſtipulatio interpoſita eſt,* SI TITIVS CONSVL FACTVS FVERIT, TVM EX HAC DIE IN ANNOS SINGVLOS DENA DARE SPONDES? Et L. ſi ita ſtipulatus fuero, D.eo. *Si ita ſtipulatus fuero,* SI TITIVS CONSVL FACTVS FVERIT, TVM EX HAC DIE IN ANNOS SINGVLOS DENA DARE SPONDES? Papinian. in L. ſi ſeruus communis, §. cum ſeruus, D.de ſtipulat.ſeruor. *Cùm ſeruus fructuarius operas locaſſet, & eo nomine* PECVNIAM IN ANNOS SINGVLOS DARI *ſtipulatus eſſet.* Vlpian. in L. ſed & ſi, §. quod ſi operas, D. de vſufruc. *Si operas ſuas iſte ſeruus locauerit, &* IN ANNOS SINGVLOS CERTVM ALIQVID *ſtipuletur.* Iuſtin. in §. at ſi ita Inſtit.de verb. oblig. *At ſi ita ſtipuleris*, DECEM AVREOS ANNVOS, QVOAD VIVAM

DARE SFONDES? Refertur & in L.ex ea parte,§.in inſulam,D.eo.tit. Stipulatio huiuſmodi, CVM MORIERIS DARI? Vlpian.in L.quodcunque, D. eo. *Non ſolùm ita ſtipulari poſſumus*, CVM MORIERIS, *ſed etiam*, SI MORIERIS. Scrupuloſam autem veterum inquiſitionem, vtrum, POST MORTEM, AN CVM MORERETVR, vel, PRIDIE QVAM MORERETVR, ſtipulatus eſſet aliquis, amputare ſe Iuſtinianus profitetur in L. veterum, C. de contrah. ſtipul. Porrò vel ex die incipiebat obligatio hoc modo, KALENDIS MARTIIS DARE SFONDES? Vel in diem conferebatur, & ad diem fiebat, verbi gratia, VSQVE AD KALENDAS DARE SPONDES? L.obligationum ferè, D. de oblig.

Loca etiam inſeri Stipulationibus ſolebant,§.loca Inſtit.de verb.oblig.ac plerumque certo loco dari promittebant, L.fideiuſſor obligati, §.1. D.de fideiuſſorib. veluti, EPHESI DARI? L.continuus,§.1.D.de verb.obligat.L.quotiens, D.de oper.libert. L.1.§. qui ita,D.quod cer.lo. CARTHAGINI DARI? L. interdum & L.ſi ſeruus,§.ſi inter, D. de verb.obligat.d §.loca. CAPVÆ DARI? L.eandẽ,§.vlt.D.de duob.re,L.ſi teſtamẽto, §.vlt.D.de fideiuſſorib. EFHESI ET CAPVÆ DARI? L.1.§.ſi quis ita, D.quod cer.lo. Papinian.in L.ſeruus ſi,§.Imperator, D.de ſtatu lib. *Nam & cùm Romæ ſtipulatio concipitur ita*, CENTVM IN HISPANIA DARE SPONDES?

Hoc amplius Stipulatio tam purè quàm ſub condicione concipi poterat. Sub condicione, veluti SI TITIVS CONSVL FACTVS FVERIT, L.ſi ita quis, L.huiuſmodi, L.ſi quis ſi Titius,& L.ſi ita ſtipulatus, D.de verb. obligat. L. cum quærebatur, D.iud. ſol. SI NAVIS EX ASIA VENERIT, d.L. cum quærebatur, L.pater, D.de pact.dotalib. L.ſi fideiuſſori, D.de fideiuſſorib. SI NAVIS EX AFRICA VENERIT, L.ſi ſeruus,§.cum mihi, D.de verb.obligat. SI IN CAPITOLIVM ASCENDERIS. Iauolen.in L.à Titio, D.eo. *Veluti*, SI QVIS IN CAPITOLIVM ASCENDERIT, DECEM DARE SPONDES? SI QVIS DECEM A ME PETIERIT, TOT DARE SPONDES? Pompon.in L. ſi ſtipulatio facta, D. eo. SI CVLPA TVA DIVORTIVM FACTVM FVERIT, DARI. Vlpian. in L. hoc iure,§. vlt.D.de donationib. *Si tibi centum ſpopondero, hac condicione*, SI IVRASSES TE NOMEN MEVM LATVRVM. Vlpian.in L.Stipulatio iſta,§.inter, D.de verb.oblig. *Qui promiſit*, SI ALIQVID FACTVM SIT, *vel*, CVM ALIQVID FACTVM SIT. Aliàs ita ſtipulabantur, NISI NAVIS EX ASIA VENERIT, CENTVM DARE SPONDES? L. obligationum ferè, §. condicio, D.de obligat. & act. Interdum ſub duplici condicione ſtipulatio cõcipiebatur. African. in L.ſi ita quis, D.de verb.obligat. *Si ita quis ſtipuletur*, SIVE NAVIS EX ASIA VENERIT, SIVE TITIVS CONSVL FACTVS FVERIT. Scæuola in L.ſi quis ita CXXIX. D.eo. *Si quis ita ſtipulatus fuerit*, DECEM AVREOS DAS, SI NAVIS EXIERIT, ET TITIVS CONSVL FACTVS EST.

Interdum verò ſub condicione negatiua, ſtipulatio concipiebatur, veluti, SI INTRA BIENNIVM CAPITOLIVM NON ASCENDERIS, DARI, L.veluti, §. vlt. & L. quidquid aſtringendæ, §.vlt. D.de verb.obligat. Papinian.in L.ita Stipulatus, D.eo. *Si ita ſtipulatus fuero*, SI IN CAPITOLIVM NON ASCENDERIS, VEL ALEXANDRIAM NON IERIS, CENTVM DARI SPONDES? Iuſtinian.in §.ſi quis ita. Inſtit. D.eo. *Si quis ita ſtipuletur*, SI IN CAPITOLIVM NON ASCENDERO, DARE SPONDES? Pompon.in L.hoc iure, D.eo. *Ex hac ſtipulatione*, SI LVCIVS TITIVS ANTE KALENDAS MAIAS IN ITALIAM NON VENERIT, DECEM DARE SPONDES? Scæuola in L. ſi quis ita ſtipulatus CXXIX. D.eo. DARE SPONDES SI NEC NAVIS VENIT, NEC TITIVS CONSVL FACTVS SIT, *vel*, SI NEQVE NAVIS VENIT, NEQVE TITIVS CONSVL FACTVS EST. Pompon. in L.ſi Titius, D.eo. FVNDVM ILLVM SI ILLI NON DEDERIS, MIHI DARE SPONDES? Paulus in L.in illa, D.eo. SI KALENDIS STICHVM NON DEDERIS, DECEM DARE SPONDES? Papinianus in d.L. ita Stipulatus, *Si quis ita ſtipuletur*, SI PAMFHILVM NON DEDERIS, CENTVM DARI SPONDES? Sub impoſſibili etiam condicione licet inutiliter, Stipulatio quandoque concipiebatur: veluti, SI DIGITO CÆLVM ATTIGERO DARE SPONDES? Verum ſi talis condicio ſtipulationi inſerta eſſet, SI DIGITO CÆLVM NON ATTIGERO, *vel*, SI IN CÆLVM NON ASCENDERIT, efficax erat, & purè facta ſtipulatio cẽſebatur, L.impoſſibilis,& L.in illa in fi. D. eo.tit. §.ſi impoſſibilis Inſtit.de inutilib.ſtip. Sed de ſtipulationibus dandi hactenus.

In facto

In facto verò ſtipulationes erant, veluti FVNDVM TRADI. L. ſtipulationes non diuiduntur, D. de verb. obligat. REM TRADI, L. ſi rem D. eo. VACVAM POSSESSIONEM TRADI, L. in conuentionalibus, & L. vbi autem, §. qui id quod, D. eo. ITER FIERI, L. eadem, §. Cato. D. eo. ARBITRATV LVCII TITII RESTITVI, L. ſi quis arbitratu, D. eo. DOMVM ÆDIFICARI, L. ſi ita ſtipulatus, L. interdum, D. eo. ÆDEM SACRAM vel LOCVM RELIGIOSVM ÆDIFICARI, L. ſtipulatio iſta, §. vlt. D. eo. INSVLAM FIERI, L. ſtipulationes, §. vlt. L. ſi inſulam, L. qui inſulam, L. ſtipulatio iſta, §. ſi quis inſulam, L. continuus, §. item qui inſulam, D. eo. vel INSVLAM FABRICARI, L. ſtipulationes non diuiduntur in prin. D. eo. INSVLAM ÆDIFICARI, L. vlt. C. de contrah. ſtip. INSVLAM FVLCIRI, d. L. Stipulationes non diuiduntur, §. vlt. L. exiſtimo. §. vlt. D. eo. Huiuſmodi autem Stipulationes non demonſtrato loco, in quo inſula vel domus fieret, imperfectæ erant, L. ita ſtipulatus ſum, D. eo. Vlpian. in L. II. §. ſi quis ita, D. de eo quod cer. lo. *Si quis* INSVLAM FIERI *ſtipuletur, & locum non adiiciat, non valet ſtipulatio.* Vnde Papinian. in L. inſulam, D. de verb. obligat. ſtipulationem talem ita concipit, INSVLAM INTRA BIENNIVM ILLO LOCO ÆDIFICARI SPONDES? Et in L. eum qui, D. de iudic. *Eum qui* INSVLAM CAPVÆ FIERI CERTO TEMPORE *ſtipulatus eſt.* Paulus in L. qui res, §. mihi Romæ, D. de ſolutionib. *At vbi merum factum ſtipulor, puta,* INSVLAM IN MEO SOLO ÆDIFICARI, AVT IN TITII LOCO. Eiuſdem generis erant & hæ Stipulationes, FOSSAM FODIRI, d. L. ſtipulationes non diuiduntur in princ. & L. vbi autem, §. qui id quod, D. de verb. obligat. NAVEM FIERI, L. obligationum ferè, §. vlt. D. de obligat. & act. Huiuſmodi autem ſtipulationibus interdum ſuis operis ſe opus perfecturum promiſſor ſpondebat. Vlpian. L. inter artifices, D. de ſolutionib. *Si* NAVEM A SE FABRICANDAM, *quis promiſerit, vel,* INSVLAM ÆDIFICANDAM FOSSAMVE FACIENDAM, *& hoc ſpecialiter actum eſt,* VT SVIS OPERIS ID PERFICIAT.

Adiiciebatur etiam dies intra quam opus fieret, necnon cuius Arbitratu fieret. Iauolen. in L. ſtipulatus es, D. de fideiuſſorib. *Stipulatus es,* OPVS ARBITRATV TVO ANTE CERTAM DIEM FIERI. QVOD SI EFFECTVM NON ESSET, QVANTVM VT EFFICIATVR OPVS LOCASSES, *tanti fideiuſſorem accepiſti.* Procul. in L. cùm ſtipulatus, D. de verb. obligat. *Cùm ſtipulatus ita ſim,* SI OPVS ARBITRATV MEO ANTE KALENDAS IVNIAS EFFECTVM NON SIT, *pœnam, & protuli diem.* Vlpian. in L. ſtipulationes non diuiduntur, §. I. D. eo. *Si quis ita ſtipulatus ſit,* SI ANTE KALENDAS MARTIAS PRIMAS OPVS PERFECTVM NON ERIT, TVNC QVANTI ID OPVS ERIT, TANTAM PECVNIAM DARI. Vlpian. in L. illa verba, D. de verb. ſignif. *Illa verba,* ARBITRATV LVCII TITII FIERI.

In facto etiam conſiſtebat Viæ, Itineris, Actus, ſtipulatio, L. II. §. item ſi in facto, L. ſtipulationes non diuiduntur, D. de verb. obligat. Paul. in L. ſi ſub vna, §. vlt. D. eo. *Si qui* VIAM AD FVNDVM SVVM DARI, *ſtipulatus fuerit.* Hæc verò ſtipulatio quandoque ita concipiebatur, IRE, AGERE, LICERE SPONDES? Paulus in L. II. §. vlt. D. eo. *Qui ſtipulatus erat,* SIBI HEREDIQVE SVO AGERE LICERE. Vlpian. in L. ſtipulatio iſta, §. ſi quis ita D. eo. *Nam & ſi* IRE, AGERE *ſtipuletur,* SIBI HEREDIQVE SVO LICERE. Paul. in L. quod dicitur, D. eo. *Si factum conferatur in perſonam filij, inutilis erit ſtipulatio: veluti vt* TENERE EI, VEL IRE AGERE LICEAT. *contrà autem filius etiam* VT IRE PATRI LICEAT, *ſtipulando.* Quomodo & vſusfructus ſtipulatio concipiebatur, Vlpian. in L. ſtipulatio iſta, §. ſi quis ita, D. de verb. oblig. *Si quis ita ſtipulatus fuerit,* VTI FRVI LICERE SIBI HEREDIQVE SVO. Et mox, *ſed ſi quis* VTI FRVI LICERE SIBI HEREDIQVE SVO *ſtipulatus ſit.* & §. hæc quoque ead. L. *hæc quoque ſtipulatio,* POSSIDERE MIHI LICERE SPONDES? Et mox, *Si* TENERE SIBI LICERE, *ſtipulatus ſit ſeruus.* Interdum verò prior illa ſtipulatio ita concipiebatur, vt in non faciendo conſiſteret, quemadmodum Vlpian. loquitur in L. vbi autem, §. qui id quod, D. eo.

Quod fiebat huiuſmodi verborum formula, PER TE NON FIERI NEQVE PER HEREDEM TVVM, QVOMINVS MIHI PER FVNDVM TVVM IRE AGERE LICEAT, L. II. §. item ſi in facto, L. eadem, §. Cato, D. eo. & d. §. qui id quod. Vlpian. in L. ſtipulatio iſta, §. hi qui ſunt, D. eo. *Cùm verò ſtipulatur* PER PROMISSOREM NON FIERI QVOMINVS SIBI IRE AGERE LICEAT. Et in L. inter artifices, D. de ſolutionib. *Si illis ſtipulationibus fideiuſſor acceſſerit*, PER TE NON FIERI QVOMINVS MIHI IRE AGERE LICEAT. Paulus in L. cùm filiusfa. §. I. D. de verb. obligat. *Si ſtipulatus ſim*, PER TE NON FIERI, QVOMINVS MIHI IRE AGERE LICEAT. Idem in L. in exſecutione, D. eo. *Quòd ſi ſtipulatus fuero*, PER TE HEREDEMVE TVVM NON FIERI, QVOMINVS EAM AGAM: SI ADVERSVS EA FACTVM SIT, TANTVM DARI? Et in L. heredes, §. in illa, D. fam. erciſc. *In illa quoque ſtipulatione proſpiciendum eſt coheredibus, ſi teſtator promiſerat*, NEQVE PER SE, NEQVE PER HEREDEM SVVM FIERI, QVOMINVS IRE, AGERE POSSIT. Idem in L. inter, §. quod ex facto, D. eo. *Defunctus ſpopondit, vel* NEQVE PER SE, NEQVE PER HEREDEM SVVM FORE, QVOMINVS QVIS EAT, AGAT. Pompon. in L. ſi ſtipulatus fuero CXI. D. de verb. oblig. *Si ſtipulatus fuero*, PER TE NON FIERI, QVOMINVS MIHI VIA, ITINERE, ACTV VTI LICEAT. Scæuola in L. Iulianus, D. eo. *Si* NEQVE PER TE, NEQVE PER HEREDEM TVVM TITIVM FIERET, QVOMINVS MIHI IRE LICEAT, *ſtipuler*. Sed & quoties via aut aliquod ius fundi emeretur, Pomponius cum Labeone exiſtimabat caueri debere, PER VENDITOREM NON FIERI QVOMINVS EO IVRE EMPTOR VTI POSSET, L. vlt. D. de ſeruitut. L. III. §. ſi iter D. de actionib. emp.

Similitérque ſtipulatio HABERE LICERE, interdum ita concipiebatur, HABERE LICERE SPONDES? L. ſtipulatio iſta in princ. & L. inter ſtipulantem, D. eo. & apud Varro. lib. II. de re ruſt. cap. II. vel MIHI HABERE LICERE? d. L. ſtipulatio iſta, §. ſicut autem, aut MIHI HEREDIQVE MEO HABERE LICERE SPONDES? L. eadem, D. eo. Interdum verò ſic, PER TE NON FIERI QVOMINVS MIHI HABERE LICEAT, d. L. ſtipulatio iſta, §. hi qui ſunt. Sic in L. vbi autem, §. qui id quod, D. eo. PER TE NON FIERI, QVOMINVS MIHI HOMINEM EROTEM HABERE LICEAT. Gaius in L. & neque, D. de ædilic. edic. emptorem venditori debere cauere ait, NEQVE PER SE, NEQVE PER HEREDEM SVVM FVTVRVM, QVOMINVS EVM HOMINEM VENDITOR HABEAT. Paulus in L. inter, D. de verb. oblig. *Idémque in illis ſtipulationibus* HABERE LICERE: *Itẽ* NEQVE PER TE, NEQVE PER HEREDEM TVVM FIERI QVOMINVS FIAT. Quibus ſimiles & aliæ ſtipulationes in libris noſtris memorantur: veluti in L. ſi ita ſtipuler. D. eo. PER TE NON FIERI QVOMINVS MIHI HEREDIQVE MEO VINDEMIAM TOLLERE LICEAT. & L. ſi ſtipulatus fuero, D. eo. PER TE NON FIERI, QVOMINVS MIHI ILLA DOMO VTI LICEAT. Et L. ſic ſtipulatus, D. eo. PER TE NON FIERI QVOMINVS HOMINEM EX HIS QVOS HABES SVMAM. Item in L. ſi is qui rem, §. vlt. D. de furt. PER TE NON FIERI, QVOMINVS HOMO EROS INTRA KALENDAS ILLAS MIHI DETVR. Scæuola etiã in L. ſi ſic ſtipulatus CXXXIII. D. de verb. oblig. *Si ſic ſtipulatus ſim*, NEQVE PER TE, NEQVE PER HEREDEM TVVM VIM FIERI SPONDES? Eáque ſunt exempla Stipulationis, PER TE NON FIERI, cuius generaliter fit mentio in L. cùm filiusfa. §. in hac, & L. in illa ſtipulatione, D. eo.

In facto etiam erant ſtipulationes iſtæ, CVM MORIERIS ALEXANDRIAM VENIRE SPONDES? L. centeſimis, § I. D. eo. IVDICIO SISTI? L. in exceptionibus, §. I. D. de probationib. L. II. §. ſi quis iudicio, & L. ſi duo. L. ſi quis ſeruum, L ſi eum D. ſi quis cautionib. TE SISTI? L. ſi ita ſtipulatus XCVII. L. ſi ita ſtipulatus CXXVII. & L. ita ſtipulatus, D. de verb. oblig. Paul. in L. inter ſtipulantem, §. vlt. D. eo. *Si quis* ANCILLAM SISTERE SE IN ALIQVO LOCO *promiſerit*. Vlpian. in L. ſtipulatio iſta, §.

ſi quis

ſi quis ita, D. eo. tit. *Si quis ita ſtipulatus fuerit*, ILLVM SISTAS. Paul. in L. ſi ſeruum, D. ſi ex nox. cau. *Si* SERVVM *in eadem cauſa ſiſtere quidam promiſerit*. Et L. vlt. D. eo. *ſed ſi* STATVLIBERVM SISTI *promiſſum ſit*.

Præterea OPERAS quandoque ſtipulabantur, L. ſtipulationes non diuiduntur, & L. in ſtipulationibus, §. operarum, D. de verb. oblig. Iulian. in L. nemo eſt, D. de duob. re. *Nemo eſt qui neſciat alienas operas promitti poſſe*. African. in L. quæſitum, D. de vſufr. *Item ſi* STICHI DECEM ANNORVM PROXIMORVM OPERAS *de te* DARI *ſtipulatus ſum*. A libertis planè Operas Patroni ſtipulari ſolebant, L. interdũ, D. de verb. obligat. L. III. D. de oper. libert. L. in liberto, D. de ſolutionib. Gaius in L. cùm patronus, §. I. D. de oper. libert. *Cùm libertus promiſerit patrono* OPERAS SE DATVRVM, *neque adiecerit*, LIBERIS QVE EIVS. Vlpian. in L. ſi quis operas, D. de oper. libert. *Si quis* OPERAS *ſtipulatus ſit* SIBI LIBERISQVE SVIS. Pompon. in L. ſi ſeruus, D. de ſtipulat. ſeruor. *Si ſeruus meus à liberto meo* OPERAS SIBI DARI *ſtipuletur*, & in L. ſeruus, D. de oper. libert. *Seruus patroni malè ita ſtipulatur*, OPERAS MIHI DARE SPONDES? Certa verò ſpecies Operarum in ſtipulationem quandoque deducebatur, veluti, PICTORIÆ, FABRILES; L. quotiens, D. eo. in qua Iulianus adiicit, *Inutilis eſt ſtipulatio*, OPERAS TVAS PICTORIAS CENTVM HODIE DARE SPONDES? In ſtipulatione autem Operarum, Patronus interdum hæc verba adiiciebat, CVM POPOSCERO, L. cùm patronus, D. de oper. libert. Interdum & pro Operis certam ſummam ſtipulabantur. Paulus in L. adigere, §. I. D. de iu. patron. *ſtipulatus eſt*, CENTVM OPERAS, AVT IN SINGVLAS AVREOS QVINOS DARI. Terent. Clem. in L. vlt. D. qui & à quib. man. *Is qui* OPERAS, AVT IN SINGVLAS EAS CERTAM SVMMAM *promiſit*. Paulus in L. ſi ita, D. de oper. libert. *Si ita ſtipulatio à patrono facta ſit*, SI DECEM DIERVM OPERAS NON DEDERIS, VIGINTI NVMMOS DARE SPONDES?

Aliæ inſuper Stipulationũ formulæ in libris noſtris inueniũtur, quas ſubiicere non erit inutile. Paulus in L. ſi pœnam, D. de verb. obligat. *Si ita ſtipulatus fuero*, PECVNIAM TE MIHI CREDITVRVM SPONDES? Papinian. in L. ſi ſeruus communis, §. cùm ſeruus, D. de ſtipulat. ſeruor. *Nam & cùm idem ſeruus ita ſtipuletur*, QVANTAM PECVNIAM TIBI INTRA ILLVM DIEM DEDERO, TANTAM DARI SPONDES? Celſ. in L. ſi ita ſtipulatus, §. I. D. de verb. oblig. *poſſum vtiliter à te ita ſtipulari*, TITII NOMINE TE SOLVTVRVM. Pompon. in L. ſi quis ſtipulatus ſit, §. I. ſi quis ita, D. eo. *Si quis ita ſtipulatus fuerit*, PRO CENTVM AVREIS SATIS DABIS? Celſus in L. ſi quis ab alio, D. de re iudic. *Si quis ab alio* DECEM, *ab alio*, SATISDARI *ſtipulatus eſt*. Eáque eſt SATISDATIONIS STIPVLATIO, in d. §. ſi quis ita. Vlpian. in L. III. D. de fideiuſſorib. *Qui* SATISDARE *promiſit*. Vlpian. in L. illa ſtipulatio, D. de verb. obligat. DECEM MILLIA SALVA FORE PROMITTIS? Iulian. in L. hæc ſtipulatio, D. de verb. ſignif. *Hæc ſtipulatio*, NOXIS SOLVTVM PRÆSTARI? Celſus in L. ſi quis ab alio, §. vlt. D. de re iud. *Si quis promiſerit*, PROHIBERE SE, VT ALIQVOD DAMNVM STIPVLATOR PATIATVR. Idem in L. vlt. §. vlt. D. ſi cert. pet. *Cum* DECEM CVRARI *ſtipulatus ſis*. Alfen. in L. damni infecti quidam, §. vlt. D. de dam. inf. *Quoniam reſtipulatus eſſet à vicino*, SI QVID OB EAM REM, QVOD IBI ÆDIFICATVM ESSET, SIBI DAMNVM DATVM ESSET, ID REDDI. Stipulationes verò emptæ hereditatis hoc modo fiebant, QVANTA PECVNIA EX HEREDITATE TITII AD TE PERVENERIT, DOLOVE MALO TVO FACTVM EST, ERITVE, QVOMINVS PERVENIRET; vt apparet ex L. in illa, D. de verb. obligat. L. cùm ſtipulamur, D. de verb. ſignificat. L. liber homo, §. vlt D. de ſtipulat. ſeruor. L. ſi creditor, D. de pecul. L. quiſquis, D. de legat. III. Stipulationes autem quædam, & in his Prætoriæ, QVANTI EA RES ERAT, DARI, promiſſionem continebant, L. prætoriæ & L. vlt. D. de prætor. ſtipul. L. quotiẽs, §. vlt. D. de verb. obligat. Nerat. in L. ſi procurator in fi. D. ſi quis cautionib. *Si procurator ita ſtipulatus eſſet*, QVANTI EA RES ERIT. Sic in cautione de Rato, quæ refertur in L. III. D. rem rat. hab. QVANTI EA RES ERIT, TANTAM PECVNIAM DARI?

Et in Iudicatum ſolui ſtipulatione, QVANTI EA RES EST, DARI SPONDES? L. nouiſſima, D. iudic. ſol. Sic & in ſtipulatione quæ propter legem Falcidiam interponebatur, QVANTI EA RES ERAT TANTAM PECVNIAM DARI, Legatarius ſpondebat, L. I. in prin. & L. II. D. ſi cui plus quàm per L. falcid. In eiuſmodi autem ſtipulationibus commodius fuiſſe certam ſummam comprehendere monebat Venuleius, quoniam plerumque difficilis erat probatio, quanti cuiuſque intereſſet, & ad exiguā ſummam deducebatur, L. vlt. D. de prætor. ſtipul.

Obſeruanda eſt in Stipulationū formulis, vox, RECTE: veluti, RECTE DARI, L. reos promittendi, §. vlt. D. de duob. re. & L. lecta, D. ſi cer. pet. RECTE DARI FIERI, L. qui Romæ, §. Callimachus, D. de verb. obligat. RECTE FIERI apud Varro. lib. II. de re Ruſt. cap. II. HIS REBVS RECTE PRÆSTARI, L. ipſi quoque, D. de rei vind. L. aliud, §. vlt. D. de verb. ſignificat, L. Redhibere, §. item Pomponius, D. de ædil. ed. vel RECTE PRÆSTARI, L. A quo ſeruus, D. de rei vind. EAM REM RECTE RESTITVI, in L. hæc verba, D. eo.

Ad Stipulationum etiam clauſulas pertinent quæ ſequuntur. Modeſt. in L. plura delicta, §. vlt. D. de oblig. & actionib. *cùm generaliter adiicimus*, SIVE AD QVEM EA RES PERTINEBIT. Quæ verba inuenire licet in duabus ſtipulationibus, quas ſuprà ex L. cùm quis, §. pater, D. de legat. III. & L. ſi quis ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, D. de verb. oblig. receſui. Itē in cautione de Rato, quæ ponitur in L. III. D. rat. rem. hab. Necnō in ſatiſdatione quæ ab adrogatore præſtabatur, L. his verbis, D. de adoptionib. Ex ſtipulationū quoque verbis, Paul. in L. coniunctionē, D. de verb. ſignifi. hæc adfert, MIHI HEREDIQVE MEO. TE HEREDEMQVE TVVM.

Pœna certè quandoque Stipulationibus adiiciebatur, L. II. §. vlt. D. de verb. obligat. Nam & pecunia ſub pœna promittebatur, L. heredes, §. Idem iuris, D. famil. erciſc. & creditor pœnā, SI AD DIEM PECVNIA SOLVTA NON ESSET, ſtipulabatur, L. ſi creditor, D. de nouation. Pomponius in L. ſtipulationum aliæ, §. vlt. D. eo. *Si ſortem promiſeris*, & SI EA SOLVTA NON ESSET, POENAM. Celſus in L. infitiando, §. I. D. de furt. *Si tibi ſubreptum eſt quid*, NISI CERTA DIE DEDISSES, POENAM *promiſiſti*. Paulus in L. ſi pœnam, D. de verb. oblig. *Si pœnam ſtipulatus fuero*, SI MIHI PECVNIAM NON CREDIDISSES. Sed & qui ius aliquod fundi emebat, POENAM SI EI FRVI NON LICVISSET, ſtipulabatur, L. cùm in fundo, D. de ſeruit. ruſt. præd. A ſocio etiam pœnā quis ſtipulatus proponitur in L. ſi quis à ſocio, cum L. ſeq. D. pro ſoc. Imp. Gordian. in L. ſi pacto, C. de pact. *Si pacto quo pœnam aduerſarium tuum promiſiſſe proponis*, SI PLACITO NON STETISSET, *ſtipulatio ſubiecta eſt*. Hermogen. in L. qui fidem, D. de tranſactionib. *Sed & pœnā quam* SI CONTRA PLACITVM FECERIT, RATO MANENTE PACTO *ſtipulanti* RECTE *promiſerat*.

Enimuerò quoties quis alium Siſti promittebat, plerumque adiiciebatur ſtipulationi, NISI STETISSET, POENAM DARI, L. quotiens quis, D. de verb. obligat. Vnde in §. ſi procurator ead. L. *ſi procurator* SISTI ALIQVEM, *ſine* POENAM *ſtipulatus ſit*. Paul. in L. ſi duo. D. ſi quis cautionib. *Et vni debitor* IVDICIO SE SISTI, *cum pœna promiſerit*. Idem & in L. ſi ita ſtipulatus CXXVI. §. vlt. D. de verb. oblig. *Si ita ſtipulatus fuero*, TE SISTI, ET NISI STETERIS ALIQVID DARI? Et L. ſi ita ſtipulatus XCVII. D. eo. *Si ita ſtipulatus fuero*, TE SISTI, NISI TE STETERIS HIPOCENTAVRVM DARI? Papinian. in L. ita ſtipulatus, D. eo. *Ita ſtipulatus ſum*, TE SISTI IN CERTO LOCO: SI NON STETERIS, QVINQVAGINTA AVREOS DARE SPONDES? Nerat. in L. ſi procurator, D. ſi quis cautionib. *Si procurator ita ſtipulatus eſt, vt ſiſtat duntaxat eum quem ſtipularetur, non etiam pœnam*, SI STATVS NON ESSET, *ſtipularetur*.

Pœnales verò ſtipulationes ita concipiebantur: SI FVNDVS TITIANVS DATVS NON ERIT, CENTVM DARI? L. in executione, §. vlt. D. de verb. oblig. SI FVNDVM NON DEDERIS, DECEM DARE SPONDES? L. obligationum ferè, §. vlt. D. de obligat. & act. vbi addit Paulus: *Si* NAVEM FIERI *ſtipulatus ſim*, ET SI NON FECERIS, CENTVM. Vlpian. in L. ſi homo, D. de verb. oblig. *Si quis Stichum mortuum dare ſtipulatus*, SI DATVS NON ESSET, *pœnam ſtipuletur*.

tur. Variam planè hui uſmodi ſtipulationum conceptionem Vlpian. in L. cùm quid, D. de verb. oblig. ita explicat. *Cùm quid* VT FIAT, *ſtipulemur, pœnam ſic rectè concipiemus*, SI ITA FACTVM NON ERIT : *cùm quid ne fiat, ſic*, SI ADVERSVS ID FACTVM SIT. Venul. in L. continuus, §. ſi vt aliquid, D. eo. *Si* VT ALIQVID FIAT, *ſtipulemur, & vſitatius & elegantius eſſe Labeo ait ſic ſubiici pœnam*, SI ITA FACTVM NON ERIT: *at cum quid ne fiat, ſtipulemur, tunc, hoc modo*, Si ADVERSVS EA PACTVM ERIT. *Et cùm*, ALIA FIERI, ALIA NON FIERI, *coniunctè ſtipulemur, ſic comprehendendum*, SI NON FECERIS : SI QVID ADVERSVS EA FECERIS. Iuſtinian. in §. vlt. Inſtit. de verb. oblig. *Si quis* VT FIAT ALIQVID *ſtipuletur : ita adjici pœna debet*, SI ITA FACTVM NON ERIT, TVNC POENÆ NOMINE DECEM AVREOS DARE SPONDES? *Sed ſi quædam fieri, quædam non fieri, vna eadémque conceptione ſtipuletur quis : clauſula huiuſmodi erit adiicienda*, SI ADVERSVS EA FACTVM ERIT, SIVE QVID ITA FACTVM NON FVERIT: TVNC POENÆ NOMINE DECEM AVREOS DARE SPONDES? Paul. in L. eadem, §. 1. D. de verb. oblig. *pœna certæ pecuniæ promiſſa*, SI QVID ALITER FACTVM SIT. Refertur & pœnalis ſtipulatio in L. in exſecutione, §. quod ſi ſtipulatus, D. eo. in hæc verba SI ADVERSVS EA FACTVM SIT TANTVM DARI? Et in L. duo ſocietatem, D. pro ſoc. SI EA ITA DATA, FACTA NON ERVNT, TVM VIGINTI MILIA DARI. Item in L. qui Romæ, §. Flauius, D. eo. tit. is quid Stiehum manumiſſionis cauſa donauerat, ita ſtipulatus dicitur, SI HOMINEM STICHVM DE QVO AGITVR, QVEM HAC DIE DONATIONIS CAVSA MANVMISSIONISQVE DEDI, A TE HEREDEQVE TVO MANVMISSVS, VINDICTAQVE LIBERATVS NON ERIT, QVOD MALO MEO NON FIAT, POENÆ NOMINE QVINQVAGINTA DARI STIPVLATVS EST FLAVIVS HERMES, SPOPONDIT CLAVDIVS.

Stipulationibus autem DOLI CLAVSVLA ſubiici ſolebat, quemadmodum colligitur ex L. ſi id quod, L. ſtipulationes commodiſſimum, L. doli clauſula, D. de verb. obligat. Concipiebatur verò ita, DOLVM MALVM HVIC REI PROMISSIONIVE ABESSE, AFVTVRVMQVE ESSE STIPVLATVS EST ILLE, SPOPONDIT ILLE, L. ex ea, D. de verb. obligat. Paulus in L. eadem, D. eo. SI DOLVM ABESSE, A TE HEREDEQVE TVO *ſtipulatus ſim.* Venuleius in L. nouiſſima, D. iudic. ſol. *nouiſſima clauſula iudicatum ſolui ſtipulationis*, DOLVM MALVM ABESSE AFVTVRVMQVE ESSE. Et mox: *Si autem adiectum ſit*, SI HVIVS REI DOLVS MALVS NON ABERIT, QVANTI EA RES EST DARI SPONDES? Sic & in L. huic ſtipulationi, D. vſusfr. quemadm. cau. *Huic ſtipulationi*, DOLVM MALVM ABESSE, AFVTVRVMQVE ESSE, *continetur.* Aliâs verò ſic concipiebatur, CVI REI DOLVS MALVS ABERIT, AFVERIT; L. hæc verba, D. de verb. ſignific. Interdum ita QVOD DOLO MALO MEO NON FIAT, L. qui Romæ, §. Flauius Hermes, D. de verb. oblig. Item, VT SI QVID DOLO IN EA RE FACTVM EST, L. ita demum, D. de recept. qui arbitr.

Planè ſi quis dolum malum ptomiſſoris heredíſque eius abeſſe vellet, ſufficiebat, ita, ABESSE AFVTVRVMQVE ESSE, ſtipulari. Si verò de plurium dolo cauere vellet, neceſſarium erat adiici, CVI REI DOLVS MALVS NON ABEST, NON AFVERIT, QVANTI EA RES ERIT, TANTAM PECVNIAM DARI SPONDES? L. ſtipulatio iſta, §. ſi quis dolum, D. de verb. obligat. Stipulationes autem Iulianus cenſebat commodiſſimum fuiſſe ita componere, vt quæcumque ſpecialiter comprehendi poſſent, continerentur. Doli verò clauſula ad ea pertineret, quæ in præſentia occurrere non poſſent, & ad incertos caſus pertinerent, L. ſtipulationes commodiſſimum, D. de verb. oblig. Doli enim clauſula non pertinebat ad eas partes ſtipulationis, de quibus nominatim cautum erat, L. doli, D. eo. tit. Ceterùm clauſula iſta & ſtipulationi de rato habendo, inſeri ſolebat, L. in ſtipulatione qua procurator, & L. ſi ſic, §. ſi in ſtipulatione, D. rem rat. hab. & Iudicatum ſolui ſtipulationi, L. iudicatum ſolui, & L. nouiſſima, D. iudic. ſol. L. qui ſe liti, D. de hered. petit. Et ſtipulationi Compro-

miſſi, L. III. C. de arbitr. L. ita demum, D. de recept. qui arbitr. necnon Cautionibus quæ de vſusfructus reſtitutione, L. huic ſtipulationi, D. vſusfr. quemadm. cau. item Satisdationibus quæ legatorum nomine, vel propter legem Falcidiam interponebátur, L. I. D. vt legat. nom. cau. L. I. in prin. & L. III. D. ſi cui plus quàm, vt & ſtipulationi ex noui operis nuntiatione, L. ſtipulationi, §. habet autem, D. de oper. no. nunt. Denique ceteris ferè omnibus ſtipulationibus hanc clauſulam ſubiectam, patet ex L. Apud Celſum, §. aduerſus, D. de doli except. L. Et per iuſiurandum, §. cum qui fundum, D. de acceptilat. L. ſed hoc ita in fi. D. de re iudic. Proinde ex hac clauſula, non de dolo actio intendebatur, ſed ex ſtipulatu, d. §. aduerſus. Et vbi de dolo cautum erat, ceſſabat actio de dolo, quoniam erat ex ſtipulatu actio, L. Et eleganter, §. non ſolùm, D. de dolo. Huiuſmodi verò ſtipulatio, DOLI STIPVLATIO vocatur in L. ex ea §. vlt. D. de verb. oblig.

Atque vt hunc de ſtipulationibus locum abſoluam, Stipulationum aliæ, vt Pompon. in L. ſtipulationum aliæ, D. de verb. oblig. & Iuſtinian. Inſtit. de diuiſio. ſtipulat. tradunt, CONVENTIONALES dicebantur, de quibus hactenus diſſeruimus. Aliæ IVDICIALES, quæ à mero Iudicis officio proficiſcebantur, quarum exempla libro ſuperiore perſequuti ſumus. Aliæ PRÆTORIÆ, quæ à mero Prætoris officio proficiſcebantur: de quibus illo eodem libro multus nobis ſermo fuit. Aliæ COMMVNES, veluti, REM PVPILLI SALVAM FORE. Non enim Prætor modò iubebat rem ſaluam fore pupilli, ſed & Iudex interdum, ſi aliter expediri res non poterat. A tutoribus porrò Magiſtratus municipales ſatis exigebant, REM PVPILLI SALVAM FORE, L. Lucius, §. cum teſtamento, D. de adminiſtr. tut. L. II. D. de magiſtrat. conuen. Exigere autem Cautionem Magiſtratus ſic oportebat, vt ipſe pupillus, ſi fari poſſet, & in præſentiarum eſſet, ſtipularetur à tutoribus, itē fideiuſſoribus eorū, REM SALVAM FORE: At ſi pupillus abeſſet, vel fari non poſſet, ſeruus eius ſtipulabatur: ſi verò ſeruum non haberet, emendus ei erat ſeruus: ſed ſi non eſſet vnde emeretur, aut non eſſet expedita emptio, ſeruus publicus ſtipulari debebat REM SALVAM FORE PVPILLO, aut certè ipſe Magiſtratus, L. I. §. exigere, D. de magiſtrat. conuen. L. II. cùm L. ſequen. & L. ſeruum pupilli, D. rem pup. ſat. fo. Hinc Vlpian. in L. ſi pupillus, D. de Nouationib. *Si pupillus ſine tutoris auctoritate*, REM SALVAM FORE *ſtipulatus*. Pompon. in L. cum pupillus, D. rem ſal. fo. *Cùm pupillus à tutore ſtipulatur*, REM SALVAM FORE. Quin & ipſimet Magiſtratus indemnitati ſuæ quandoque proſpiciebant, & à tutoribus ſeu curatoribus quos dabant, ſeu nominabant, ſtipulabantur SE EO NOMINE INDEMNES FVTVROS, ET SI QVID PRÆSTITISSENT RECEPTVROS; inque eam rem fideiuſſores accipiebant, vt apparet ex L. I. C. de magiſtrat. conuen. Tutor etiam qui contutori ſuo tutelæ adminiſtratione cedebat, ſtipulabatur REM PVPILLI SALVAM FORE, L. ſtipulatio iſta, §. ſi ſtipuler, D. de verb. oblig. Sed & bonorum ventris nomine Curator abſque inquiſitione datus, REM SALVAM FORE, viri boni arbitratu ſatisdabat, L. bonorum, D. de curat. fur.

Verùm vt reliquas Cautionum ſpecies coaceruatas velut in aciem educam, ſciendum eſt, de Defenſione, de Indemnitate, de Reſtitutione, caueri conſueuiſſe. Cautio quidem Defenſionis ita concipiebatur, DEFENSV IRI ADVERSVS ILLVM. Vlpian. in L. fideicommiſſa, §. plerumque, D. de legat. III. *vnus igitur qui occupat, agendo totū cōſequitur, ita vt caueat*, DEFENSV IRI ADVERSVS CETEROS FIDEICOMMISSARIOS, EVM QVI SOLVIT. Idem in L. I. §. Celſus, D. de do. prælеg. *Mulierem aduerſus maritum agentem ex teſtamento, cauere debere*, DEFENSV IRI HEREDEM ADVERSVS MARITVM. Et §. per contrarium ead. L. *Sed non alias eum legatū conſecuturum, quàm ſi cauerit*, HEREDES ADVERSVS MVLIEREM DEFENSV IRI. Et in L. ſi filia, §. hoc amplius, D. famil. erciſc. *Integram igitur dotem præcipiet: & cauebit*, DEFENSVM IRI COHEREDES, *qui ex ſtipulatu poſſunt conueniri*. Item in L. ſi quis à multis, D. de noxalib. act. *vel cauere debeat*, DEFENSV IRI ADVERSVS CETEROS. Et L. Cogi. §. Inde quæritur, D. ad s. c. Trebell. *Aut cauere illi heredem*, DEFENSVM IRI EVM ADVERSVS LEGATARIOS, CETEROSQVE. Similiter in L. ſi quid poſſeſſor, D. de petit. hered.

hered. *ita id imputaturum poſſeſſorem, ſi cauerit*, SE PETITOREM DEFENSVM IRI. Pompon. in L. quid ergo, D. de liberat. leg. *Non aliter heres condemnari debebit, quàm ſi caueatur ei*, ADVERSVS DEBITOREM DEFENSV IRI. Marcian. in L. ſi ſeruo, D. de pecul. leg. *Non aliâs heres peculium præſtare debet, niſi ei caueatur*, DEFENSV IRI ADVERSVS CREDITORES PECVLIARIOS. Paulus in L. ſi ſocij, D. pro ſoc. *Omnes diuidere & cauere*, CVM DIES VENERIT, DEFENSV IRI SOCIVM. Cautionis verò de Indemnitate, cuius cùm aliâs, tùm in L. heredes, §. idem iuris, D. famil. erciſc. & L. liberto, §. 1. D. de negot. geſt. fit mentio, formulæ erant, INDEMNEM EVM FVTVRVM, L. ſi neceſſarias, §. 1. D. de pignerat. act. L. ſi vnus, D. pro ſoc. INDEMNEM EVM FORE, L. ſi pignori, D. famil. erciſc. INDEMNES EOS PRÆSTARI, L. ſi à pluribus, D. de legat. 1. & INDEMNEM ME PRÆSTABIS? L. quæro, D. loca. Iulian. in L. ſi hereditatem, D. manda. *Si hereditatem aliter aditurus non eſſem, quàm ſi cautum mihi fuiſſet*, DAMNVM PRÆSTARI.

Cautio autẽ Reſtitutionis cõcipiebatur hoc verbo, RESTITVI RI, L. ex facto, §. vlt. D. de pecul. L. 1. D. vſusfr. quemad. cau. L. ſi tibi decem D. de vſufr. ear. rer. L. ſi quis ſeruum, D. de actionib. emp. L. ſi heres, D. ſi cui plus quàm per leg. Fal. vel REDDI, L. poſtquam, D. de hered. pet. L. 1. §. interdum, & §. ſi in annos, & L. is qui, D. ad L. fal. L. 1. §. idem Iulianus, D. ſi cui plus quàm per leg. fal. L. filiusfa. §. apud Marcellum, D. de legat. 1, L. redhibere, §. idem Pomponius, D. de ædilic. edic. Et ita heredi ſcripto, qui controuerſiam hereditatis vel iam patiebatur, vel ſperabat, Legatarii cauebant, EVICTA HEREDITATE LEGATA REDDI, L. de die, §. Tutor, D. qui ſatiſd. cog. L. ſi teſtamentum, L. quod ſi poſſeſſor, D. de hered. petit. L. vlt. C. eo. L. ſi heres, D. ſi cui plus quàm per, leg. fal. L. 1. §. cùm quærimus, D. ſi quis omiſſa cau. teſt. Quam Cautionem Proculus in L. Licinnius, §. vlt. D. de legat. II. ita plenius expreſſit. *Sed qui legata petent, cauere debebunt*, SI HEREDITAS EVICTA FVERIT, QVOD LEGATORVM NOMINE DATVM SIT, REDDITV IRI. Imp. Alex. in L. ſi in fraudem, C. de legat. *Solui legata iubebit, interpoſita cautione*, SI EVICTA FVERIT HEREDITAS, EA SE RESTITVTVRVM. Erat & recepta cautio DE PERSEQVENDA RE QVÆ IN FVGA ERAT, ET RESTITVENDA, L. ſeruo legato, §. vlt. D. de legat. 1. L. ſi à bonæ, §. vlt. D. de rei vindic. L. redhibere, §. vlt. cum, L. ſeq. D. de ædilic. edic.

Aliâs cauebant TRADITV IRI, L. hæc ſi, D. de rei vindic. PRÆSTATV IRI, L. ſi filiofam. §. vlt. D. ſolu. matrim. Quod genus loquendi & in Repromiſſionibus auctores noſtri vſurpant, vt in L. ſi quando in fi. D. vt legator. nom. *Repromiſſio planè exigenda eſt*, VOLVNTATI DEFVNCTI STATV IRI. Et in L. ſi pecuniam, §. item ſi quis, D. de condict. cau. da. *Repromittere eum oportet*, SI IN POTESTATEM SVAM PERVENERIT, RESTITV IRI. Repromiſſionum autem de dolo teſtimonia aliquot libro ſuperiore in vnum congeſſimus, quibus per me licebit addi L. redhibere, §. 1: D. de ædilic. edic.

Interdum & Cauebant, AMPLIVS NON AGI, L. eadem, §. 1. D. de verb. obligat. L. ſi ſeruus ſeruum, §. inquit lex, D. ad L. Aquil. Ac planè qui pro ſociis tranſigebat, is ſatisdabat NEMINEM AMPLIVS PETITVRVM, vt Cic. pro Roſc. Com. ſcribit. Sed & qui vni ex creditoribus ſoluebat, ab eo cauere ſolebat, AMPLIVS EO NOMINE NEMINEM CVIVS PETITIO ESSET PETITVRVM, vt idem in Bruto indicat. Idem Epiſt. XXIX. lib. XIII. Familiar. *Sed duo te nominatim rogo: primum, vt ſi quid ſatisdandum erit*, AMPLIVS EO NOMINE NON PETI, *cures vt ſatisdetur* FIDE MEA. Tranſactionibus etiam idem ſolitum comprehendi, arguit L. ſi de certa, C. de tranſactio. in qua eſt, *Si de certa re pacto tranſactionis interpoſito, hoc comprehenſum erat*, NIHIL AMPLIVS PETI, *etſi non additum fuerat*, EO NOMINE.

Aliâs cauebant SE REFVSVROS, L. procuratoris, §. vlt. & L. illud, D. de tributor. act. d. L. ſed ſi damnum, §. vlt. D. de pecul. Quin & de culpa quandoque cauebatur, L. ſi filiofa. §. 1. D. ſol. matr.

Ii

Eſt & hoc Cautionis exemplũ, SALVA FORE DECEM, L. fideicommiſſa, §. ſi quis decem, D. de legar. III. De dolo etiam quandoque caucbatur, L. ſi poſt, D. de rei vind. eáque eſt de DOLO CAVTIO, L. ſtipulationum aliæ, D. de verb. oblig. His & alia Cautionum exempla mixtim ſubiungam. Vlpian. in L. III. D. de condict. cau. da. *An poſſim condicere, ſi mihi non caueatur*, AD IVDICEM NON IRI. Paulus in L. II. §. vlt. D. de collat. bonor. *Ipſique caueant*, IN MEDIVM COLLATVROS, SI CAVTVM EIS FVERIT. Iulian. in L. III. §. emancipatus, D. eo. *Puto conferendum eſſe, exacta cautione*, VT VICTVS, SICVT HEREDITATEM, ITA ET QVÆ COLLATA SVNT PRÆSTET. Labeo in L. qui concubinã, §. cùm ita, D. de legat. III. *Negat cauendum heredi à legatario*, SI QVID FORTE POSTEA EIVS HEDITATIS NOMINE HERES DAMNATVS ESSET, Marcell. in L. non aliter, D. de adoption. *quàm ſi cauerit ſeruo publico*, SE RESTITVRVM EA, QVÆ EX BONIS EIVS CONSECVTVS FVERIT, ILLIS AD QVOS RES PERVENTVRA ESSET, SI ADROGATVS PERMANSISSET IN SVO STATV. Vlpian in L. his verbis, D. eo. tit. *His verbis ſatisdationis*, AD QVOS EA RES PERTINET.

Planè ſi cuius rei vſusfructus legatus, vel per fideicommiſſum relictus, mortíſve cauſa donatus eſſet, Legatarius de vtroque cauere debebat, videlicet VSVRVM SE BONI VIRI ARBITRATV, hoc eſt, non deteriorem ſe cauſam vſusfructus facturum, ceteráque facturum quæ in re ſua faceret: vel, vt Paul. lib. I. Sent. Tit. XI. an, perinde vſurum ac ſi ipſi paterfa. vteretur. Item, CVM VSVSFRVCTVS AD EVM PERTINERE DESINERET, RESTITVTVRVM QVOD INDE EXTARET, L. I. D. de vſusfr. quemad. cau. Ac quod ad priorem clauſulam attinet, vtilius eſſe Vlpian. ibidem ait, ſtipulatione de hoc caueri, vt ſi viri boni arbitratu vtatur, committatur ſtipulatio. Poſteriorem verò quæ de vſufructu reſtituendo erat, ita conceptam ibidem docet, RESTVIRI QVOD INDE EXTABIT SPONDES? Ceterùm poſteriore hac clauſula, cùm vſusfructus pecuniæ legatus erat, ſtipulatione hi duo duntaxat caſus exprimi debebant, CVM MORIERIS, AVT CAPITE MINVERIS DARI? L. & ſi, §. vlt. D. eo. Quòd ſi duobus coniunctim vſusfructus legatus eſſet, inuicem cauere debebant, & heredi in caſum illum, SI AD SOCIVM NON PERTINET VSVSFRVCTVS, HEREDI REDDI, L. ſi tibi vſusfructus, D. vſusfr. quẽad. cau. Vlpian. etiam in L. ſi vſusfructus mihi, §. ſi veſtis, D. eo. Veſtis vſufructu legato, heredẽ ita ſtipulatũ proponit, FINITO VSVFRVCTV VESTEM REDDI. Nec Vſufructu modo, ſed & Vſu domus relicto viri boni arbitratu Cautiones interponi oportebat, L. vſu, D. eo. Vaſorum verò ipſorum vſusfructu relicto, non erat cautio Senatuſcõſulti neceſſatia, ſed illa ſola, BONI VIRI ARBITRATV VSVRVMFRVITVRVM, L. vlt. D. eo. Denique huic ſtipulationi DOLVM MALVM ABESSE, AFVTVRVMQVE ESSE CONTINEBATVR, L. huic ſtipulationi, D. eo.

At cùm in ea cauſa ſeruus erat, vt redhiberetur, cauebat emptor, SI INTRA CERTVM TEMPVS PECVNIA SIBI SOLVTA ESSET, SE MANCIPIVM RESTITVTVRVM, L. videamus, D. de ædilic. edic. Item ſi ſerui redhibendi nomine emptor iudicium accepiſſet, vel ipſe eius nomine dictaſſet, cauendum ex vtraque parte erat, VT SI QVID SINE DOLO MALO CONDEMNATVS ESSET, VEL SI QVID EX EO QVOD EGERAT, AD EVM PERVENISSET, DOLOVE MALO EIVS FACTVM ESSET QVOMINVS PERVENIRET, ID REDDERET, L. item ſi ſerui, D. de ædilic. edic. Sed & ſi eius ſerui domine qui redhibebatur, emptor procuratórve eius iudicium accepiſſet, vel quod cum eo ageretur, vel quod ipſe eius nomine ageret, cauendum erat, SI QVID SINE DOLO MALO EMPTOR CONDEMNATVS FVISSET, AVT DEDISSET, HIS REBVS RECTE PRÆSTARI: VEL SI QVID EX EO QVOD EXEGISSET, AD EVM PERVENISSET, DOLOVE MALO, VEL CVLPA EIVS FACTVM ESSET QVOMINVS PERVENIRET, IISDEM DIEBVS REDDI, L. redhibere, §. idem Pomponius, D. de ædilic. ed. Quòd ſi in fuga eſſet homo redhibendus, nihilominus quidem venditor condemnabatur: ſed caueri ei oportebat, VT EMPTOR HOMINEM PERSEQVERETVR, ET IN SVA POTESTATE REDACTVM VENDITORI REDDERET, ET NEQVE PER SE NEQVE PER HEREDEM SVVM FVTVRVM, QVOMINVS EVM HOMINEM VENDITOR HABERET, L. redhibere, §. vlt. cum L. ſeq. D. eo.

Porrò Fideiuſſores, VERBIS quoque OBLIGABANTVR, L. I. §. verbis, D.

bis, D.

bis, D. de obligat. & act. Interrogati enim fideiubebant, L. vbi autem, §. qui verò, D. de verb. obligat. L. ſi hereditatem, D. mand. L. Græcè, §. vlt. L. fideiuſſor obligari L. hi qui acceſſionis, L. ſi à reo, §. 1. D. de fideiuſſorib. L. duos reos, §. vlt. D. de duob. re. L. 11. §. vlt. D. de Magiſtrat. conuen. Stipulatióque interponebatur, L. cùm oſtendimus, §. vlt. D. de fideiuſſor. tut. Fideiuſſor autem interrogabatur his verbis, FIDE TVA ESSE IVBES? Paulus in L. quæro, D. loca. *Ac ſi ita fideiuſsiſſet*, IN QVANTVM ILLVM CONDEMNARI EX BONA FIDE OPORTEBIT, TANTVM FIDE TVA ESSE IVBES? Vlpian. in d. L. Græcè, §. illud, D. de fideiuſſor. *Si quis Stichum ſtipulatus fuerit, fideiuſſorem ita acceperit*, STICHVM AVT DECEM FIDE TVA IVBES? Idem in L. vbi autem, §. qui verò, D. de verb. oblig. *Fideiuſſores certũ videntur promittere, ſi modò & is pro quo obligentur, certum debeat: cùm alioquin ita interrogentur*, ID FIDE TVA ESSE IVBES? Plin. Epiſt. XIIII. lib. I. FIDE MEA SPONDEO ESSE FVTVRVM. Cùm verò plures fideiuſſores intercedebant, ita ſtipulatio concipiebatur, SOLIDVM, AVT PARTEM VIRILEM FIDE TVA ESSE IVBES? vel, SOLIDVM, ET PARTES VIRILES FIDE TVA ESSE IVBES? L. inter eos, D. de fideiuſſorib. Fideiuſſores etiam ita quandoque accipiebantur, FIDE PROMITTIS? FIDE PROMITTO. FIDEI TVÆ ERIT? FIDEI MEÆ ERIT, §. 1. Inſtit. de verb. oblig. Paul. lib. I. Sentent. tit. IX. & lib. II. tit. III.

Plerúmque certe ita Fideiuſſores interrogabantur, QVANTAM PECVNIAM CREDIDERO, vel, QVOD CREDIDERO FIDE TVA ESSE IVBES? Papinian. in L. ſi debitori, §. vlt. D. de fideiuſſorib. *Si filius in cauſa peculiari ita fideiuſſorem acceperit*, QVANTAM PECVNIAM CREDIDERO, FIDE TVA ESSE IVBES? Paul. in L. quidam cùm filium, §. vlt. D. de verbor. obligat. *Filiusfa. ita ſtipulatus eſt*, QVANTAM PECVNIAM TITIO CREDIDERO FIDE TVA ESSE IVBES? Vlpian. in L. Et per iuſiurandum, §. qui ita, D. de acceptilat. *Qui ita ſtipulatur à fideiuſſore*, QVOD TITIO CREDIDERO FIDE TVA ESSE IVBES? Iauolen. in L. ſi ita, D. eo. *Si ita fideiuſſorem accepero*, QVOD EGO DECEM CREDIDI, DE EA PECVNIA MILLE MODIOS TRITICI FIDE TVA ESSE IVBES? Sed & fideiuſſor interdum his verbis ſpõdebat, QVANTO MINVS A REO EXIGI, VEL EX PRETIO PIGNORIS DISTRACTI SERVARI POSSET. Vlpian. in L. ſi ita fuero ſtipulatus, D. de nouation. *Si ita fuero ſtipulatus*, QVANTO MINVS A TITIO DEBITORE EXEGISSEM, TANTVM FIDE IVBES? Papinian. in L. amiſſi D. de fideiuſſor. *Nec ad rem pertinebit, fideiuſſor ita ſit acceptus*, QVANTO MINVS EX PRETIO PIGNORIS DISTRACTI SERVARI POTVERIT. Sed & Iulian. in L. fideiuſſor obligari, §. vlt. D. eo. tit. *Cùm fideiuſſor hoc modo acceptus eſſet*, SI REVS QVADRAGINTA QVÆ EI CREDIDI, NON SOLVERIT, FIDE TVA ESSE IVBES. Fideiuſſorem autem ita acceptum, VT VSQVE AD TEMPVS VITÆ SVÆ DVMTAXAT TENERETVR, proponit Gaius in L. ſi fideiuſſori, D. eo.

Si quis autem ſcripſiſſet, SE FIDEIVSSISSE, videbantur omnia ſollemniter acta, L. ſciendum, D. de verb. oblig. §. vlt. Inſtit. de fideiuſſorib. Nec Latinè tantùm, ſed & Græcè fideiuſſor ita accipiebatur, Τῇ ἐμῇ πίστει Κελεύω, Λέγω, Θέλω, ſiue Βούλομαι. Sed & ſi φημὶ dixiſſet, pro eo erat, atque ſi dixiſſet Λέγω. L. Græcè, D. de fideiuſſorib. Imp. Alexander in L. blanditus, C. de fideiuſſor. *Blanditus tibi eſt, qui non teneri te perſuaſit, quod cùm pro alio interuenires, ὅπου θέλῃς, ποίησον, dixiſti.*

Fideiuſſores vtique à tutoribus dabantur, qui REM SALVAM FORE PVPILLO promittebant, L. ſi plures, D. rem pup. ſal. fo. Paul. in L. de die, §. Tutor, D. qui ſatiſ. cog. *Tutor & curator, vt* REM SALVAM FORE PVPILLO CAVEANT, *mittendi ſunt in municipia, quia neceſſaria eſt ſatiſdatio.* Fideiuſſores verò Tutorum vel interrogati reſpondebant, vel à Tutoribus nominati, ſi præſentes fuiſſent, & non contradixiſſent, perinde tenebantur, atque ſi iure legitimo ſtipulatio

interpoſita fuiſſet, L. cùm oſtendimus, §. vlt. D. de fideiuſſorib. tut. Fideiuſſores verò, qui REM SALVAM FORE PVPILLO cauerant, petiiſſe vt adoleſcens tutorem ante conueniret, atque ideò ſtipulanti promiſiſſe, SE REDDITVROS QVOD AB EO SERVARI NON POTVISSET, proponit Papinian. in L. fideiuſſores, D. de fideiuſſor. tut. Fideiuſſores etiam IN ID acceptos QVOD A CVRATORE SERVARI NON POSSET, refert Modeſtin. in L. ſi fideiuſſores XLI. D. de fideiuſſorib. Sic & Imp. Alexand. in L. vlt. C. de fideiuſſor. tut. *Si ſtipulatio* REM SALVAM FORE *interpoſita eſt, vel cautum eſt*, IN ID QVOD A TVTORE VEL A CVRATORE SERVARI NON POTEST.

Fideiuſſores quoque à Magiſtratibus municipalibus dabantur, L. fideiuſſores magiſtratuum, D. de fideiuſſorib. L. vlt. §. Imperatores, D. ad municipal. Papinian. in L. II. §. vlt. de adminiſtrat. rer. ad ciuit. *Pro Magiſtratu fideiuſſor interrogatus, pignora quoque ſpecialiter dedit.* Eiuſmodi autem Fideiuſſores cauebant, REM PVBLICAM SALVAM FORE, L. I. D. de magiſtrat. conuen. Papinian. in L. libertus, §. vlt. D. ad municipal. *Fideiuſſores qui* SALVAM REMPVB. FORE, *reſponderunt*. Vlpian. in L. II. §. ſed ſi filius, D. eo. *Quia fideiuſſores* REMPVB. SALVAM FORE *promittunt*. Paulus in L. æſtimationem, §. inuitus, D. de munerib. & honorib. *Inuitus filius, pro patre,* REMPVB. SALVAM FORE, *cauere non cogitur*. Fideiuſſores etiam IVDICIO SISTI ſæpe dabantur. Vlpian. in L. II. §. vlt. D. qui ſatiſd. cog. *In fideiuſſorem, qui aliquem* IVDICIO SISTI *promiſerit*. Paul. in L. ſi deceſſerit, D. eo. *Si deceſſerit qui fideiuſſorem dederit, iudicio ſiſtendi cauſa*. Gaius in L. ſi verò, D. eo. *ad probatum fideiuſſorem iudicio ſiſtendi cauſa non acceperit*. Fideiuſſor autem adhiberi omni obligationi poterat ſiue re, ſiue verbis, ſiue conſenſu, ſiue literis, §. 1. Inſtit. de fideiuſſorib. L. Græcè, §. 1. D. eo. tit. Rei etiam vel Actionis fideiuſſor accipiebatur, L. & ſi fideiuſſor, D. de re. iud. Porrò qui fideiuſſorem dabat, interdum promittebat ſe eum intra certum aliquod tempus liberaturum. Scæuola in L. vlt. D. de contrahen. empt. *Titius cùm mutuos acciperet tot aureos ſub vſuris, dedit pignori ſiue hypothecæ prædia, & fideiuſſorem Lucium: cui promiſit*, INTRA TRIENNIVM PROXIMVM SE EVM LIBERATVRVM. QVOD SI ID NON FECERIT DIE SVPRASCRIPTA, ET SOLVERIT DEBITVM FIDEIVSSOR CREDITORI, IVSSIT PRÆDIA EMPTA ESSE QVÆ CREDITORI OBLIGAVERAT. Vnde Marcell. in L. Lucius, D. mandati, An & quando debeat liberari fideiuſſor, iudicem æſtimaturum ait, ex perſona debitoris, itémque ex eo quod inter contrahentes actum eſſet. Interdum etiam in rem ſuam quis ſpondebat, L. ſed ſi fideiuſſor, D. de pact. & L. de die, §. 1. D. qui ſatiſd. cog. quo caſu pro reo accipiebatur. Aliâs, donationis cauſa fideiuſſor interueniebat, & tunc aduerſus reum regreſſum non habebat, L. ſi quis reum, D. de liberat. leg. L. quod dictum, D. de pact. Interdum etiam fide alterius quis pro alio præſente & non recuſante fideiubebat: quo caſu vtroſque obligatos habebat, L. qui fide, D. mandati.

Præterea VERBIS qualiſcumque obligatio eſſet quæ præceſſerat, NOVARI poterat. Quodcumque enim ſiue verbis contractum erat, ſiue non verbis, & quacumque ex cauſa debitum eſſet, transferri & transfundi poterat in Verborum obligationem, L. 1. & II. D. de nouation. Nouatio verò fiebat, cùm quod aliquis debebat, id ab alio nouandi cauſa ſtipulabatur, in hunc modum, QVOD A TITIO STIPVLATVS SVM, vel, QVOD TITIVM DARE OPORTET, ID DARI SPONDES? L. te hominem, & L. vlt. §. vlt. D. de Nouationib. Celſus in L. ſi is cui, D. eo. tit. *Si is cui decem Titius, quindecim Seius debebat, ab altero ſtipulatus eſt*, QVOD ILLE AVT QVOD ILLE DEBEAT, DARI SIBI. Fiebat & ita Nouatio, ſi modò inter partes id ageretur, QVOD A TITIO STIPVLATVS FVERO, DARE SPONDES? L. ſi Stichum, §. ſi quis ita ſtipulatus, D. eo. Vna autem ſtipulatione plures obligationes nouari nil vetabat, veluti, ſi ita quis ſtipularetur, QVOD TITIVM ET SEIVM MIHI DARE OPORTET, ID

DARI SPONDES, L. vlt. §. vlt. D. eo.

Fiebat & Delegatio per ſtipulationem, L. delegare, D. de nouation. eóque modo liberatio contingebat. Seneca lib. VI. de Benefic. cap. V. *Nam & pecuniam dicimur reddidiſſe, quamuis numerauimus pro argenteis aureos, quamuis non interuenerint nummi, ſed* DELEGATIONE, ET VERBIS *perfecta ſolutio ſit.* Nam qui vice ſua alium reum dabat, curabat vt ille creditori ſtipulanti ſponderet, L. ſi Tidus, D. eo. tit. In qua conuentionis ſpecie idem Seneca Epiſt. XVIII. lib. II. ita ludit. *Prius, inquis, redde quod debes.* DELEGABO *te ad Epicurum: ab illo fiet numeratio.* Huiuſmodi autem ſtipulationis exemplum Papinian. in L. emptor, D. de nouation. tale adfert, *Emptor, delegante venditore pecuniam ita promittit,* QVIDQVID EX VENDITO DARE FACERE OPORTET.

Enimuerò dupliciter debitor Delegabatur. Interdum enim creditor nomen debitoris ſibi delegati ſequebatur, & debitorem ſibi delegatum admittebat, bonúmque nomen faciebat, L. inrer cauſas, §. abeſſe, D. manda. Interdum verò debitor periculo ſuo debitorem ſuum creditori delegabat, L. ſi mandauero, §. interdum, D. eo, Paul. in L. ſi mandatu, §. vlt. D. eo. *Quod mihi debebas, à debitore ſtipulatus ſum* PERICVLO TVO. Ermox. *Tunc enim liberatur is qui debitorem delegat,* SI NOMEN *eius creditor* SECVTVS EST: *non cùm* PERICVLO DEBITORIS, *ab eo ſtipulatur.* Atque hoe vtroque modo, VERBIS OBLIGATIO SOLVEBATVR. Sed & per acceptilationem verborum obligatio, VERBIS, ſeu certa verborum conceptione, TOLLEBATVR, L. prout quidque, D. de ſolutionib. Acceptilatio verò ita concipiebatur, ACCEPTA FACIS DECEM? FACIO. L. ſanè, D. de acceptilat. QVOD STICHVM PROMISI, STICHVM ET PAMPHILVM HABESNE ACCEPTVM? QVOD TIBI DECEM PROMISI VIGINTI HABESNE ACCEPTA? L. ſi is qui Stichum, D. eo. EX NVMMIS DECEM QVOS TIBI PROMISI, QVINQVE HABESNE ACCEPTA? QVOD EGO TIBI PROMISI ID PRO PARTE DIMIDIA HABESNE ACCEPTVM? L. pars ſtipulationis, D. eo. QVOD EGO TIBI PROMISI HABESNE ACCEPTVM? L. pluribus, D. eo. Iuſtinian. in §. Item per acceptilationem, Inſtit. quib. mod. tollit. oblig. *Quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, id ſi velit Titius remittere, poterit ſic fieri, vt patiatur hæc verba debitorẽ dicere,* QVOD EGO TIBI PROMISI, HABESNE ACCEPTVM? *Et Titius reſpondeat,* HABEO. *Sed & Grecè poteſt acceptilatio fieri: dummodo ſic fiat, vt Latinis verbis ſolet exigi,* Ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα; Ἔχω λαβών. Quod & Vlpian. tradir in L. An inutilis, §. vlt. D. de acceptilationib. Sed quoniã acceptilatione ſola verborũ obligatio perimebatur, Gallus Aquilius ſtipulationis (quæ ab eo, Aquilianæ nomẽ inuenit) formulã prodidit, in quam deduceretur quidquid ex quacumque cauſa deberetur, vt eã ſtatim acceptilatio ſequeretur. Quò pertinet quod Vlpian. in L. ſi in ſtipulatum, D. de donationib. proponit, Iudicatum in ſtipulatum nouationis cauſa deductum: dein ſtipulationem donationis cauſa accepto latam. Iuſtinian. in d. §. Item per acceptilationem. *Eſt autem prodita* STIPVLATIO, *quæ vulgò* AQVILIANA *appellatur, per quam contingit, vt omnium rerum obligatio in ſtipulatum deducatur, & ea per acceptilationem tollatur. Stipulatio enim Aquiliana renouat omnes obligationes, & à Gallo Aqulio ita compoſita eſt.* QVIDQVID TE MIHI EX QVACVMQVE CAVSA DARE FACERE OPORTET, OPORTEBITVE, PRÆSENS IN DIEMVE, QVARVMQVE RERVM MIHI TECVM ACTIO EST, QVÆQVE ADVERSVS TE PETITIO, VEL ADVERSVS TE PERSECVTIO EST, ERITVE, QVODVE TV MEVM HABES, TENES, POSSIDES, DOLOVE MALO FECISTI QVOMINVS POSSIDEAS, QVANTI QVÆQVÆ EARVM RERVM RES ERIT, TANTAM PECVNIAM DARI STIPVLATVS EST AVLVS AGERIVS, SPOPONDIT NVMERIVS NIGIDIVS. QVOD NVMERIVS NIGIDIVS AVLO, AGERIO PROMISIT, SPOPONDIT, ID HABERETNE A SE ACCEPTVM NVMERIVS NIGIDIVS AVLVM AGERIVM ROGÀVIT: AVLVS AGERIVS NVMERIO

NIGIDIO ACCEPTVM FECIT. Quæ formula iiſdem fere verbis refertur à Florentino in L. & vno, §. 1. D. de acceptilationib. Talis ergo Aquiliana erat ſtipulatio, quæ olim crebro in vſu fuit. Vlpian. in L. quidam, D. de dolo. *Hac epiſtula deceptus*, AQVILIANA STIPVLATIONE ET ACCEPTILATIONE LIBERAVIT *debitorem*. Cuiuſmodi ſtipulationem pacto conuento ſubiici ſolitam tradit Paulus in L. pacto, D. de tranſactionib. & lib. 1. Sententiar. Tit. 1. Tranſactioni etiam eandem ſtipulationem plerumque ſubiectam indicant L. II. & L. cum Aquiliana, & L. qui cum tutoribus, §. qui per fallaciã, D. eo. Aquiliana autem ſtipulatio omnimodo omnes præcedẽtes obligationes nouabat & perimebat, ipſaque perimebatur per acceptilationẽ, L. Aquiliana, D. eo. Ceterũ vbi Aquilianã ſtipulationẽ ſequebatur acceptilatio, tũc per mutuam interrogationẽ liberatio explicabatur. Eáque in ſpecie procedit Acceptilationis definitio à Modeſtino tradita in L. 1. D. de acceptilationib. Inde eſt etiam quod idem in L. ſicut, D. de ſolutionib. ait, *Acceptilatio in eum diem præcedentes peremit actiones*. Hoc autem modo verborum obligatio, CIVILITER RESOLVI dicebatur, L. verborum, D. de ſolutionib. Quinetiam NATVRALITER ſeu RE, verborum obligatio reſoluebatur, veluti ſolutione, d. L. verborum, & L. prout, D. de ſolutionib. Igitur vt reliquas Liberationum formulas inueſtigemus, Apochæ, ſeu ſolutæ pecuniæ Cautionis formula edenda eſt, quam Scæuola in L. Ex pluribus, D. de ſolutionib. aperit his verbis. Ex *pluribus cauſis & chirographis creditor ita cauit*. TITIVS MÆVIVS DICO ME ACCEPISSE ET HABERE, ET ACCEPTO TVLISSE A GAIO TITIO RELIQVVM OMNE, RATIONE POSITA EIVS PECVNIÆ, QVAM MIHI STICHVS GAII TITII SERVVS CAVERAT. Idem in L. creditor, §. Valerius, D. eo. *Valerius Lucij Titij ſeruus ſcripſit*: ACCEPI A MARIO MARINO EX SVMMA MAIORE TOT AVREOS. Papinian. in L. ſi is cui, §. Fauius, D. eo. *Titij ſeruus actor, abſente domino, ſoluit eam ſummam quæ efficeret ad quantitatem vnius debiti: cautúmque eſt ei*, SOLVTVM EX VNIVERSO CREDITO. Et mox. *Siquidem Titio Seius ita cauiſſet, vt* SIBI SOLVTVM EX VNIVERSO CREDITO, *ſignificaret*. Vlpian. in L. in his, §. vlt. D. eo. *Si quis ita cauerit debitori*, IN SORTEM ET VSVRAS SE ACCIPERE. Et mox. *Non dubito quin hæc cautio*, IN SORTEM ET IN VSVRAS, *prius vſuras admittat*. Enimuerò quoties quis ex pluribus cauſis debitor pecuniam ſoluebat, in poteſtate eius erat commemorare, in quam cauſam ſolueret, & quod potius debitum vellet ſolutum, L. 1. & L. Paulus reſpondit, §. vlt. D. eo. Vlpian. planè in L. quòd ſi fortè, D. eo. proponit debitorem non vero procuratori ita ſoluiſſe, VT NISI CREDITOR RATVM HABERET, CONDICERET. Pompon. etiam in L. ſub condicione, D. eo. eum qui ſub condicione pecuniã promiſerat, ea condicione dediſſe eam fingit, VT SI CONDICIO EXTITISSET, IN SOLVTVM CEDERET. Hic fragmentũ vetuſti plenariæ Securitatis inſtrumenti in cortice conſcripti, ex Regiæ bibliothecæ adytis proferã: quo Gratianus Tutor Stefani profitetur ſe à Germana accepiſſe quod pro tertia portione hereditatis ex teſtamento quod collicti Stefano pupillo competebat in rebus mobilibus & immobilibus quarum etiam notitia Apochæ ſubiicitur . . . .

Quod collicti dixit cuiuſmodi chartula plenariæ ſecuritatis mihi fecerit Gratianus V. S. *legitime conſtitutus Tutor Stefani* H. P. *de it quod ipſius . . . . vidi deinde vna mecum principales viri pariter & except ad memoratum Gratianum* V. S. *legitimum conſtitutum Tutorem Stefani* H. P. *dirigi iube . . . . . . dictauerit, & ipſe in eadem manu propria ſignum impreſſerit, teſtes que vt ſuſcriberent, conrogauerit, vel ſi mobilia quæ inferius leguuntur, Si a me . . . . am lauum allegare voluerit, ſeu quam habuit voluntatem his actis redigere non moretur . . . . recitatum eſt Imp. Domino Iuſtiniano PP Aug. anno tricenteſimo octauo Raũ. P. C. Baſilij anno viceſimo tertio (id) iduum Iuliarum Ind. duodecima Raũ. . . . . vel conditionibus * poſſit eſſe computata, & ideo dum inter Gratianum* V. S. *legitime conſtitutum Tutorem Stefani Impuberis . . . . bet res geſta documenti adſcribi Vt omnis de*

cætero

cætero ſopiatur obliuio, & res memoriæ ſempiternæ mandetur, nec probatio cum neceſſe fuerit . . . . legitime conſtitutum à te Spdta Germana CL. F. *omnem tertiam portionem præfato minori competentem ſecundum tenorem teſtamenti . . . . . . conſeruandam nihilominus per te . . . . * de omnibus ſuperadnexis capitulis, vel quibus libet aliis deciſam eſſe omnem cauſationem . . . . poterunt deducta inter nobis . . . . * omnem rationem iſtæ ſucceſſionis te manifeſtum eſt omnia perſoluiſſe. & ſine * . . . . neque me nec iſtum Stefanum pupilium heredéſque noſtros vltra aduerſus te iſta Germana heredes que tuos inquirere . . . . inuictiſſimi Principis Romanum imperium gubernantis me ea omnia quæ ſuperius leguntur adſcript. inuiolata cuſtodire . . . . * * * * * * libet articuls . . . . . * memoratæ ſucceſſionis * * * * **

. . . . .

*tunc non ſolum periurij reatus incurram ſecundum leges, verumetiam daturum me promitto heredéſque meos tibi iſta Germanæ heredibuſque tuis pœnæ nomine, ante litis ingreſſum auri ſolidos triginta & ex ſuppoſitis omnibus rebus meis hypothecæ titulo, quas habeo habituruſve ſum manente nihilominus hanc plenariam ſecuritate in ſua firmitate vbi vbi & in cuius libet iudicio prolata fuerit quamque plenariæ ſecuritatis Ioanni tabellioni ciuitatis Rañ. ſcribendum dictaui, in qua pro ignorantia literarum ſubter ſignum feci auctoritatéque roborata præſentibus teſtibus optuli ſubſcribendam, quam ſi geſtis municipalibus allegare vbi vbi aut quando tibi placuerit non amplius ſpecta mea profeſſione, quam præſentibus teſtibus ſum elocutus, tribuo ex more licentiam ſtipulatione & ſponſione interpoſita. Actum Rañ. Id Sept. & P. C iſti In. duodecima. Item inſerendo (breue) de diuerſas ſpecieſque vinditæ ſunt de ſucceſſione iſta Quod collicti ſeu mercedes mancipiorum, quam etiam penſionem domus, ſed & de cautiones vel de pretio ancillæ Ranthildæ ſeu boues & de res quod Guderit liberti, quod accepit Gratianus V. S. iſtius in portione iſti Stefani pupilli fieri ſimul in auro ſolidos quadraginta & quinque & ſiliquas viginti tres aureas nummos aureos ſexaginta. Item & in ſpeciebus ſecundum diuiſionem, argenti libras duas, hoc eſt cocleares numero ſeptem ſcotella vna fibula de bracile & de vſu bãdilos formulas duodecim ſtragula polimita duo valentes ſolido vno tremiſſe vno ſcamnile ac picto valente ſolido vno plicton vetere ſiliquas aureas. camiſia tramoſirica in cocco & praſino valente ſolidos tres ſemis, ſarica praſina ornata valente ſolido vno & ſemiſſe vno vna arca claue cauſa valente ſiliquas duas, ſareca myſtica cum manicas curtas valente ſiliquas aureas duas, bracas breues valentes ſiliqua aurea vna culcita valente ſolido in * Conca aurea vna, orceolo æreo vno lucerna cum catenula vnixe ærea vna ferro fracto libras duodecim butte de cito valente ſemiſſe vno butte minore valente ſiliquas duas ſemis aureas nummos quadraginta butte grauiora valente ſiliquas aureas duas ſemis nummos quadraginta arca granaria minore ferro legata valente ſiliquas aureas duas falce miſſuria valente ſiliqua aurea vna cuppo vno rauciſione vno orcas olearias duas valentes ſiliqua vna ſemis argenteas armario vno valẽte ſiliquas aureas quatuor, ſocas tortiles duas valentes ſiliquas aureas ſex ſella ferrea plictile valente tremiſſe vno ſella lignea plictile valente nummos aureos quadraginta menſa & catino ligneos valentes ſiliqua aurea vna mortaria marmorea duo valente ſiliqua aurea vna albiolo ligneo valente nummos aureos quadraginta ſacma valentes aſprione aureo vno ſcamnile cumagnos valente ſiliquas aureas duas ſeruo nomine protecto. Item notitia de res Guderit quod liberti Id eſt arca claue clauſa ferro legata valente ſiliquas aureas duas alia arcella minore rupta valente ſiliquã vna ſemis aſprionis tina cluſa valente ſiliqua vna aſprionis cocumella cum manica ferrea vetere penſante libra vna ſemis cacauello rupto penſante libra vna catena ferrea de ſuper foco penſante libras duas ſemis ſacorio valente ſiliqua vna aſprionis cute olearia valente ſiliquas duas aſprionis panario rupto vno, capricio valente nummos octuginta orciolo aureo valente nummos octuginta olla teſtea(tea) rupta vna talia valente aſprione, albio valente nummos octoginta rapò valente aſprione, modio valente aſprione vno buticella granaria valente ſiliqua vna aſprionis ſareca vna vetere tinctícia valente ſiliquas aureas tres camiſia ornata valẽte ſiliquas aureas ſex mappa valẽte aſprionis ſiliqua vna lena vetere vna ragella vetere vna. Item notitia quod accepit iſtas Gratianus de domus quæ ſunt intra ciuitate Rauenna ſeu prædia ruſtica quæ ſunt in diuerſis territuriis & de domo quæ eſt ad ſancta Agathæ Rañ. ſecundum fidem documenti vncias duas ex domo quæ eſt poſt baſilicas ſancti Victoris Rañ ſecundum fidem donationis vnicas quatuor ex caſa quæ appellatur caſa noua Rañ. territ. ſecundum fidem donationis vncias quatuor ex vnciis ſex fund. Saulatio*

quod obuenit per donationẽ Gunderit vncias duas ex caſale Petromano territ. Bononiẽſe in Tellino ſecundum fidem documenti vncias duas ex vncias tres fund. Aquiliano quod vendidit Gaudẽtius in iſto territorio ex loco vncia vna ex vncias tres fundi iſti quas vendidit Afrio vncia vna ex vncia vna ſemis fundi iſti, quot vero vendidit Bonoſa ſemũcia ex portiones Vrbicij & Staturiani, quas venditæ ſunt amp. * * * * *ad ponticello & lapatis iſto territ. necnon ex domo intra ciuitate Cornelienſe quos fundos vendidit Neſſor Epiſcopus vncias quaternas* * * * *portionem eius ſiliquas quatuor & panga vna tantum ſignum iſti Gratiani V. S. ſubdiaconi literas neſcientem & alia manu ſit* * * * * *ſcripto Stephano popillo de ſucceſſionem iſti Quod collecti competere poterunt rogatus à iſto Grationo tutore iſti popilli* * * * * *geſtis allegandi municipalibus tribuit licentiam, & quadraginta ſex ſolidos cum iſto argento eis traditos vidi Motanus vir* * * * * * *rogatus à iſto Gratiano V. S. ſubdiacono tutore iſti popilli qui me præſente ſignum fecit & ei relictum eſt teſtis ſuſcripſi & omnia in* * * * *iſto argento eiſtraditos vidi Seſanus adſcrugli huic plenariæ ſecuritati ſicut ſuperius legitur de perceptam omnem ter.* * * * * * *præſente ſignum fecit & ei relictum eſt teſtis ſuſcripſi, & omnia mobilia, quæ ſuperius legũtur ei tradita vidi. Immobilia verò* * * * * * *curitati ſicut ſuperius legitur de percepta omnem tertiam portionem quod iſto Stefano popillo de ſucceſſione iſti. Quod collecti* * * * * *quæ ſuperius leguntur ei traditas vidi immobilia vero ſe habere profeſſus eſt & geſtis allegandi municipalibus tribuit licentiam* * * * *portionem quod iſto Stefano popillo de ſucceſſione iſti Quod collecti competere poterunt rogatus à iſto Gratiano V. S. ſubdiacono tutore* * * * *profeſſus eſt, & geſtis allegandi municipalibus tribuit licentiam & quadraginta ſex ſolidos cum iſto argento ei datos vidi* * * * * *pupilli in Germana C L. F. relectum roboratum & traditum compleui & abſolui die iſta.*

Agamagd. lecta chartula plenariæ ſecuritatis in acta migrauit. Et adiecit ſecundum petitionẽ Germanæ C. F. Quod collecti perg. * * * * *pupilli Ita vt iam eidem chartula plenariæ ſecuritatis ſeu breuis ſubter adnexi oſtenſa relectáque fuerit Si à ſe in ſupradicta Germana*
* . . . .

Quod ego inſtrumẽtũ, vti à Goſſelino viro probo & fido theſauri ſibi crediti & cõmiſſi cuſtode, deſcriptum & recognitum factum accepi, bona fide quo iure quáque condicione eſt, cum ſuis næuis & vitiis protuli, non ignarus multa illic eſſe à malo Latinitatis auctore comparata: Sed me profecto è vetuſtatis parietinis egeſta, qualiacũque ea ſint, rudera delectant. Trahat ſua quemque voluptas.

Interdum & PACTO debitor LIBERABATVR, L. III. §. nunc de effectu, & L. ſi quis reum in princ. & §. vlt. D. de liberat. leg. Creditor enim cũ debitore, fideiuſſoréve eius PACISCEBATVR, NE PETERET, L. ſi vnus, §. pactus, & L. ſi debitor, L. ſi cùm te, D. de pact. Scæuola in L. ſi pactus, D. eo. *Si pactus ſim*, NE STICHVM, *qui mihi debebatur*, PETAM. Furius in L. vlt. D. eo. *Si reus poſtquam pactus ſit*, A SE NON PETI PECVNIAM. Iulian. in L. qui hominem, § vlt. D. de ſolution. *Si ex duobus reis promittendi alter pepigerit*, NE AB EO PETERETVR. Idem in L. ſi damnatus, D. de liberat. leg. *paciſci debet*, NE A FIDEIVSSORE PETAT. Et in L. cùm is qui, §. 1. D. de condict. indeb. *Fideiuſſor cùm paciſcitur*, NE AB EO PECVNIA PETATVR. Marcian. in L. ſoluitur in princ. D. quib. mod. pign. *Aut paciſcatur creditor*, NE PECVNIAM PETAT: *niſi ſi quis dicat pactum interpoſitum eſſe*, VT A PERSONA NON PETATVR. Paulus in L. Granius, §. ſi ponamus, D. de fideiuſſorib. *Si ponamus, vnum ex reis promittendi pactum eſſe*, NE A SE PETERETVR. Idem in L. ſi vnus, §. ſi cùm decem, D. de pact. *Si cùm decem mihi deberes, pepigero*, NE A TE VIGINTI PETAM. Et mox: *Itẽ ſi cùm viginti deberes, pepigerim*, NE DECEM PETAM. Et §. ſed ſi, ead. L. *Si generaliter mihi hominem debeas, & paciſcar*, NE STICHVM PETAM. Et §. item ſi, ead. L. *Item ſi pactus*, NE HEREDITATEM PETAM. Vlpian. in L. III. §. ſicut minori, D. de minorib. *Fortè dum conſentit patri paciſcenti*, NE LEGATVM PETERETVR. Sed & in L. auus, D. de pact. & L. auus, D. de pactis dotalib. Auus qui dotem dederat, pactus eſſe dicitur, NE A SE, NEVE A FILIO SVO DOS PETERETVR. Vlpian. in L. cùm pater, D. de pact. dotal. *cùm pater dotem pollicitus fuerit, & paciſcatur*, NE A SE VIVO PETATVR. Paul. in L. ſi pater, §. ſi mulier, D. eo. *Si mulier pacta ſit*, NE AMPLIVS QVAM PARS DIMIDIA DOTIS A SE PETATVR.

Quandoque

Quandoque autem, ne omnino peterēt, aliàs verò ne ante certum tempus peterent, paciſcebantur. Pompon. in L. in ædibus, D. de donationib. *Si donationis cauſa cum debitore meo paciſcar*, NE ANTE CERTVM TEMPVS AB EO PETAM. Gaius in L. cōtra iuris, D. de pact. *Si pupillus ſine tutoris auctoritate pactus ſit*, NE A DEBITORE SVO PETERET, *aut*, NE INTRA CERTVM TEMPVS, VELVTI QVINQVENNIVM, PETERET. Paulus in L. ſi vnus, §. ſi cum reo, D. de pact. *Si cum reo, ad certum tempus, pactio facta ſit.* Marcian. in L. ſoluitur, §. 1. D. quib. mod. pign. *Si paciſcatur creditor*, NE INTRA ANNVM PECVNIAM PETAT. Ita pacta huiuſmodi vel PERPETVA erant, vel TEMPORALIA. Gaius in L. III. D. de exceptionib. Exceptiones perpetuas enumerans, *Item*, ait, *Pacti conuenti* PERPETVI, *id eſt*, NE OMNINO PECVNIA PETATVR. Et mox: *Tēporales atque Dilatoriæ ſunt, quæ non ſemper locum habent, ſed euitari poſſunt; qualis eſt, Pacti conuenti* TEMPORALIS, *id eſt*, NE PORTE INTRA QVINQVENNIVM AGERETVR.

Pacta autem huiuſmodi vel IN REM, vel IN PERSONAM concipiebantur, L. iuriſgentium, §. pactorum, L. ſi tibi decem, §. ſi quis paciſcatur, L. & heredi, §. 1. D. de pact. IN REM erant pacta, quoties GENERALITER paciſcebatur creditor, NE PETERET. IN PERSONAM verò, quoties NE A CERTA PERSONA, putà, LVCIO TITIO, PETERET. L. iuris gentium, §. pactorum, D. de pact. Vlpian. in L. contra iuris, §. 1. D. eo. *Si verò* IN REM *pacti ſunt, id eſt*, NE EA PECVNIA PETERETVR. Floren. in L. qui in futurum, §. vlt. D. eo. *Si ex altera parte*, IN REM, *ex altera*, IN PERSONAM *pactum conceptum fuerit, veluti*, NE EGO PETAM, *vel*, NE A TE PETATVR. Paulus in L. ſi tibi decem, §. ſi quis paciſcatur, D. de pact. *Si quis paciſcatur* NE A SE PETATVR, SED VT AB HEREDE PETATVR. Et §. vlt. ead. L. *Filius, ſeruúſve, ſi paciſcatur*, NE A PATRE DOMINOVE PETATVR. Et in L. adquirēt, D. eo. *Si filiuſfa. pactus fuerit*, NE A SE PETATVR.

Interdum etiam paciſcebãtur, Ne ageretur, Gaius in L. in perſona, D. de pact *Si pactus ſit*, NE AGERET. Vlpian. in L. iuris gentium, §. ſi paciſcar, D. eo. *Si paciſcar*, NE IVDICATI, *vel*, INCENSARVM ÆDIVM AGATVR. Et mox: *Si paciſcar* NE OPERIS NOVI NVNTIATIONEM EXSEQVAR. Ac deinceps, *Si quis paciſcatur*, NE DEPOSITI AGAT. Paulus in L. & heredi, §. filiafa. D. eo. *Filiafam. paciſci poteſt*, NE DE DOTE AGAT, CVM SVI IVRIS ESSE COEPERIT. Et in L. ſi vnus, §. illud, D. eo. *Si quis paciſcatur*, NE DEPOSITI AGAT. Et §. pacta ead. L. *Si paciſcar*, NE FVRTI AGAM, *vel*, INIVRIARVM. Triphonin. in L. pactum, D. eo. *Pactum inter heredem & legatarium factum*, NE AB EO SATIS ACCIPIATVR.

Pactorum inſuper, quæ liberationis cauſa fiebant, hæc exempla inuenio: PROFITEOR TE NON TENERI, L. tale pactum, D. de pact. INTRA ILLVM DIEM DEBITI PARTEM MIHI SI SOLVERIS, ACCEPTVM TIBI RESIDVVM FERAM, ET TE LIBERABO, L. intra, D. eo. tit.

Plerumque autem, Heredes antequam ſuſpectam hereditatem adirēt, cum creditoribus hereditariis, de certa debiti parte remittenda paciſcebantur. Scæuola in L. qui habebat, §. ſcripti, D. de manum. teſtam. *Scripti teſtamento heredes, ante aditam hereditatem pacti ſunt cum creditoribus*, VT PARTE DIMIDIA CONTENTI ESSENT. Idem in L. cùm hereditas, D. de adminiſtrat. tut. *Cùm hereditas patris ære alieno grauaretur, & res in eo ſtatu videretur, vt pupilla ab hereditate paterna abſtineretur, vnus ex tutoribus cum pleriſque creditoribus ita decidit*, VT CERTA CREDITI PORTIONE CONTENTI ESSENT, ACCIPERENTQVE. *Idem curatores iam viripotenti accepti, cum pleriſque creditoribus deciderunt.* Et in L. cùm in eo, D. de pact. *Cùm in eo eſſet pupillus, vt ab hereditate patris abſtineretur, tutor cum pleriſque creditoribus decidit*, VT CERTAM PORTIONEM ACCIPERENT. Sed & in L. primo gradu, D. quæ in frau. credit. ſcriptos heredes, cùm animaduerterent bona defuncti vix ad quartam partem æris alieni ſufficere, famæ defuncti conſeruandæ gratia, ex conſenſu creditorum, ea condicione adiiſſe hereditatem idem Scæuola narrat, VT CREDITORIBVS PARTEM DVMTAXAT PRÆSTARENT. Vlpian. in L. iuris gentium, §. ſi ante aditam, D. de pact. *Si ante aditam hereditatem paciſcatur quis cum creditoribus*, VT MINVS SOLVATVR: Ve-

rùm, quemadmodum ibidem ſubiicit, hoc iure vti cœpere, vt ita demum huiuſmodi pactio creditoribus obeſſet, ſi conuenirent in vnum, & communi conſenſu declararent, quota parte debiti contenti eſſent. Si verò diſſentirent, tunc Prætoris partes neceſſariæ erant, qui decreto ſuo ſequebatur maioris partis voluntatem. Vnde Paulus in L. ſi præcedente, §.1. D. manda. *Defuncto debitore, maiore parte creditorum conſentiente, à Pratore decretum eſt*, VT PORTIONEM CREDITORES AB HEREDIBVS FERANT. Interdum etiam cum herede crediroris debitor minimo tranſigebat, L. Imperatoris, §. vlt. D. de tranſactionib. Sed de negotiis quæ gerebantur, contrahebantúrve, ſatis. Ad vltimas voluntates tranſitum faciamus.

BARN. BRISSONII REGII CONSISTORII CONSILIARII, AMPLISSIMIQVE SENATVS PARISIENSIS PRÆSIDIS,

DE FORMVLIS, ET SOLLEMNIBVS Populi Ro. verbis.

LIB. VII.

INGENS iam ſpatium æſtuoſa & puluerulenta via emẽſus, reliquum iter conficere pergo. Et adfert alacritatem ſummam, fidei liberandæ, promiſsíque præſtandi, cupiditas: quæ tantiſper animum à valetudinis & priuatarum rerum cura abducit, nec me placidum ſomnum capere patitur: vt qui non niſi perfecta re conquieſcere decreuerim: Nam cùm mihi ſtudia tanti non ſint, vt eorum cauſa publico muneri & officio deeſſe, impoſitáſque partes deſerere, fas eſſe ducam, cogor ad hoc opus, quod prope de die in diem ſcribitur & editur, abſoluendum, ipſe mihi adſiduus & acer flagitator, acerbúſque ἐργοδιώκτης eſſe, &, ſic vt queo, quando vt volo non licet, huic rei vel minus idoneis horis contra inſtitutam vitæ rationem operam dare. Vt ergo ipſe me adſeram, fugiámque catenas, velis remiſque ad Teſtamentarias formulas contendam: quas hic ſibi libet vindicat, non vbertate modò & copia, ſed & vtilitate ac delectatione, cum ſuperioribus certaturus. Etenim vti Teſtamenta ordinarentur, ſcire plurimum refert: nec minus gratum ac volupe eſt ſuprema priſcorum iudicia, & vltimas voluntates, quàm eos qui inter viuos fiebant actus, noſſe. Veterum certè accuratam in Teſtamẽtis ſcribendis diligentiam multa declarant. Nam & Valerius Max. lib. VII. cap. VII. Teſtamenta, *Actorum hominis & præcipuæ curæ, & vltimi eſſe temporis*, ſcribit: & Plinij Secundi ætate, vulgi ſermone tritum hoc dictum erat, Teſtamenta ſpecula eſſe morum cuiuſque, quemadmodum ille Epiſt. XVIII. lib. VIII. refert. Teſtamentorum etiam argumento ad immortalitatem animorum confirmandam Cicero lib. I. Tuſculan. quæſtion. vtitur. Poſtquam enim maximum eſſe argumẽtum dixit, naturam ipſam de immortalitate animorum tacitam iudicare, quòd omnibus curæ ſunt & maximæ quidem, quæ poſt mortem futura ſint, addit: *Quid procreatio liberorum, quid propagatio nominis, quid adoptiones filiorum, quid Teſtamentorum diligentia, quid ipſa ſepulcrorum monumenta, quid elogia ſignificant, niſi nos futura etiam cogitare?* Idem lib. III. de finib. *Ex hac animorum affectione, Teſtamenta, commendationéſque morientium natæ ſunt.* Mortem quoque eſſe, *quæ de animis diceret verum: Teſtamenta, quibus omnem affectum fateremur*, Quintilian. Declamatio. CCCXXXI. docet. Quod & ſenſiſſe videtur Nigrinus

apud Lucianum, cùm ait: Ὅτι μίαν φωνὴν οἱ Ῥωμαίων παῖδες ἀληθῆ παρ' ὅλον τὸν βίον προΐενται, τὴν ἐν ταῖς διαθήκαις λέγων, ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι τῆς σφετέρας ἀληθείας. Quibus verbis, quorum ſenſum interpres adſecutus non eſt, hoc ſignificabat, Romanos veras demum voces, tum cùm ſuprema ſua ordinant, mittere: nudaque eorum pectora in Teſtamentis patere: nec, dum viuunt, ſua ipſos veritate vti, frui: ſed ad alios eius fructum peruenire. Ac proculdubio & ſaniora eſſe & ab omni fuco remotiora, ſuprema iudicia Gregor. Nazianzen. Oratio. in Athanaſ. teſtatur, ἐπὶ ταῖς, inquiens, τελευταίαις ἀναπνοαῖς, ἡνίκα εὐγνώμων ἕκαστος τῆς ἑαυτοῦ κρίσεως. Qua de re, elegans extat Senecæ locus lib. IIII. de Benefic. cap. XI. quem tranſcribendum eſſe duxi. Sic autem habet. *Quid cùm in ipſo vitæ fine conſtituti ſumus, cùm teſtamentũ ordinamus, non beneficia nobis nihil profutura diuidimus? Quantum temporis conſumitur, quamdiu ſecreto agitur, quantum, & quid demus? Quid enim intereſt, quibus demus à nullo recepturi? Atqui nunquam diligentius damus, nunquam magis iudicia noſtra torquemus, quàm vbi remotis vtilitatibus ſolum ante oculos honeſtum ſtetit, tamdiu officiorum mali iudices, quamdiu illa deprauat ſpes ac metus, ac incertiſſimum vitium, voluptas. Vbi mors interclusit omnia, & ad ferendam ſentẽtiam incorruptum iudicem miſit, quærimus digniſſimos quibus noſtra tradamus. Nec quidquam cura ſanctiore componimus, quàm quod ad nos non pertinet.*

Vt autem, *in publicis nihil lege grauius*, ita, *in priuatis firmiſſimum eſſe Teſtamẽtum*, Cic. Philipp. III. adſerit. Atque adeo, *publicè expedire ſuprema hominum iudicia exitum habere*, Paul. tradit in L. vel negare, D, Teſtamen. quemad. aper. Vnde Scholaſticus Poëta in verſibus quos de Virgilij Æneide ſub Octauij Auguſti nomine ſcripſit,

Sed legum, ait, *eſt ſeruanda fides. Suprema voluntas*
Quod mandat, fierique iubet, parere neceſſe eſt.

Seneca lib. III. Controuerſiar. *Agitur de iure Teſtamentorum, quorum interit omnis poteſtas, ſi viui neglexerint imperia mortuorum.* Nec mediocri vtique ratione, quemadmodũ ſcitè Quintilian. Declamatio. CCCVIII. docet, moribus & legibus comparatum fuit, vt quotiens fieri poſſet, defunctorum Teſtamentis ſtaretur. *Neque enim aliud*, inquit ille, *videtur ſolatium mortis, quàm voluntas vltra mortem. Alioquin poteſt graue videri etiam ipſum patrimonium, ſi non integram legem habet. Et cùm omne ius nobis in id permittatur viuẽtibus, auferatur morientibus.* Ouid. lib. I. Triſt. Eleg. II.

Eſt aliquid, fatóque ſuo, ferróque cadentem,
In ſolida moriens ponere corpus humo.
Et MANDARE SVIS ALIQVA, *& ſperare ſepulcrum.*

Vnde idem Poëta vicem ſuam deflens, quod ei procul à patria, ignotis in terris moriendum eſſet, lib. III. Triſt. Eleg. III. ait.

Nec MANDATA DABO? *nec cum clamore ſupremo*
Labentes oculos condet amica manus?

Sanè in vna Teſtamentorum vi atque auctoritate Græciæ populos, alioquin inter ſe inſtitutis & moribus diſſidentes, conueniſſe, Iſocrates in Æginetico notat. Nec abs re Theophilus Græcus Inſtitutionum paraphraſtes, ob gentium pænè omnium in Teſtamentorum factionem conſenſum, è Iuriſgentium fontibus Teſtamenta manaſſe credit.

Sed vt omiſſo principio, præfationiſque mora reciſa, rem ipſam adgrediar, ante omnia ſciendum eſt, Teſtamentorum olim genera tria fuiſſe: vnum, quod Calatis Comitiis, in concione populi fiebat: Alterũ, quod IN PROCINCTV, cùm viri ad prœliũ faciendum in aciem vocabantur: Tertiũ, per familiæ Mancipationem: cui æs & libra adhibebantur, quemadmodum Agellius lib. XV. cap. XXVII. Vlpian. Tit. XX. Iuſtinian. Inſtit. de Teſtament. in princ. memoriæ prodiderunt. Atque illorum dumtaxat auctorum teſtimoniis prior illa Teſtamentorum ſpecies nititur, nec alibi, quod ſciam, huiuſmodi Teſtamentorum fit mentio. Teſtamenta verò, IN PROCINCTV ſiue Libra atque Tabulis facta, Cicero lib. I. de Orato. demonſtrat. Paulus ex Feſto. IN PROCINCTV FACTVM TESTAMENTVM *dicitur, quod miles pugnaturus nuncupat, præſentibus commilitonibus.* Apertius verò Plutarchus horum Teſtamentorum formam exponit

exponit in Coriolano his verbis. Ἦν δὲ τότε τοῖς Ῥωμαίοις ἔθος εἰς τάξιν καθισταμένοις, καὶ μέλλουσι τοὺς θυρεοὺς ἀναλαμβάνειν, καὶ περιζώννυσθαι τὸν τήβεννον, ἅμα δὲ διαθήκας ἀγράφους γίνεσθαι, τριῶν ἢ τεττάρων ἐπακουόντων, ὀνομάζοντας τὸν κληρονόμον. Velleius Patercul. lib. II. *Facientibúſque omnibus* IN PROCINCTV TESTAMENTA, *veluti ad certam mortem eundum foret*. Huiuſmodi verò Teſtamenta ſuis etiamnum temporibus periiſſe & in deſuetudinem abiiſſe, cum iam auſpiciis bella adminiſtrari, & Perennia, vel ex acuminibus ſeruari deſiiſſent, Cicero lib. II. de Nat. Deor. teſtis eſt.

Prioribus ergo illis duobus Teſtamẽtorũ generib⁹ abolitis, perdiu id ſolũ in vſu mãſit, quod per æs & librã fiebat. Cuiuſmodi Teſtamẽtorũ ſpecies, per Mancipationẽ & imaginariã venditionẽ fiebat. Eáque res Libripende & Familiæ emptore adhibito, & quinque teſtibus præſentibus, agebatur. Familiam enim, id eſt hereditatem, teſtator Mancipabat imaginario emptori, qui FAMILIÆ EMPTOR dicebatur, nũmo vno, aut iiẽ altero, dicis cauſa, intercedente. Familiam verò mancipio accipiens emptor, certis verbis vtebatur, vt indicat Vlpian. Tit. xx. cum ait, Surdo ideo Teſtamenti faciendi ius denegatum, *quoniam verba* FAMILIÆ EMPTORIS *exaudire non poterat*. Quin & Prodigo, cui lege bonis interdictum erat, Teſtamentum, vt ibidem Vlpian. tradit, ea ratione facere non licebat, quod ei commercium interdictum eſſet, ob idque familiam mancipare nõ poſſet. Quintilian. Declamat. CCCVIII. *Quid eſt enim Teſtamentum? vt opinor voluntas defuncti conſignata iure, legibúſque ciuitatis. Non dixerim ego Teſtamentum, cui numerus ſignatorum deeſt: non dixerim Teſtamentum, cui* LIBRIPENS, ET EMPTOR FAMILIÆ, *& cetera iuri neceſſaria. Tabulæ erunt fortaſſe, & ſcriptum erit.* Sueton. in Nero. cap. IIII. *Ex hoc Domitius naſcitur quem* EMPTOREM FAMILIÆ, PECVNIÆQVE, *in Teſtamẽto Auguſti fuiſſe mox vulgo notatum eſt*. Quô pertinent & hæc Clementis Alexandrini verba lib. v. Stromat. Καὶ τὰ παρὰ Ῥωμαίοις ἐπὶ τῶν Διαθηκῶν γινόμενα, τάξιν εἴληχε, τὰ διὰ δικαιοσύνην ἐκεῖνα Ζυγὰ καὶ Ἀσσάρια, Καρπισμοί τε, καὶ αἱ τῶν ὤτων ἐπιψαύσεις. Τὰ μὲν γὰρ ἵνα δικαίως γίνηται: τὰ, δὲ εἰς τὸν τῆς τιμῆς μερισμόν: τὸ δ' ὅπως ὁ παρατυχὼν, ὡς βάρους τινὸς αὐτῷ ἐπιτιθεμένου, ἑστὼς ἀκούσῃ, καὶ τάξιν μεσίτου λάβῃ. Vbi Καρπισμῶν nomine Mancipationes quæ in Teſtamentis intercedebant, intellexiſſe eum auctorem, veriſimile penitus inſpicientibus fiet, cum in ſollemnibus Teſtamentorum quæ per æs & libram fiebant, totus ille locus verſetur. Quo in genere, præter Ζυγὰ & Ἀσσάρια, id eſt æs & Libram, Mancipatio intercedebat, πρὸς τιμῆς, id eſt pretij, μερισμὸν, vt ille cẽſet. Item Teſtatio, cuius gratia factas τῶν ὤτων ἐπιψαύσεις ſignificat, quandoquidem in ima aure memoriæ locus erat, quem tangentes Anteſtabantur, teſte Plinio lib. XI. cap. XLV. Imaginaria vero erat illa familiæ Mãcipatio, & ſine re: Nec enim hereditatem Familiæ emptor obtinebat. Quod Plutarcho abſurdum & à ratione alienum videtur in lib. de Sera numinis vindicta. Sic enim ille de Romanis agens, Ὅταν, ait, διαθήκας γράφωσι, ἑτέρους μὲν ἀπολείπουσι κληρονόμους, ἑτέροις δὲ πωλοῦσι τὰς οὐσίας, ὃ δοκεῖ παράλογον. Ac ſanè Domitius, quem in Teſtamento Auguſti, Familiæ emptorem fuiſſe ſupra ex Suetonio diximus eo Teſtamento, quod idem auctor in Auguſto cap. CI. refert, inter heredes ſcriptos, ne ſextula quidem aſperſus legitur. Impubes autem Libripẽs eſſe non poterat. Liuius citante Priſciano lib. VIII. *Impubes libripens eſſe non poteſt, neque Anteſtari.*

Ciues vero Romanos eſſe oportebat, tam Libripendem quàm Familiæ emptorem, & quinque Teſtes, vt Iuſtinianus Inſtit. de Teſtamen. in princ. tradit: Latinus tamen Iunianus, & Familiæ Emptor, & Teſtis & Libripens fieri poterat, quoniam cum eo Teſtamenti factio erat, auctore Vlpiano Tit. xx. Sed nec qui in poteſtate Teſtatoris aut Familiæ emptoris erat, Teſtis aut Libripẽs eſſe poterat. Filio quoque familiæ emente, pater eius Teſtis eſſe non poterat: quemadmodum & ex duobus fratribus qui in eiuſdem patris poteſtate eſſent, alter Familiæ emptor, alter Teſtis eſſe non poterat. Duo verò fratres, qui in eiuſdem patris poteſtate eſſent, Teſtes vtrique, vel alter Teſtis, alter Libripẽs fieri poterat, alio familiam emente. Mutus item, ſurdus, furioſus, fœmina, pupillus, neque familiæ emptor, neque Teſtis, neque Libripens fieri poterãt. Quæ omnia Vlpianus illo eodẽ Tit. xx. exequitur. In Teſtamento autẽ quod per æs & librã fiebat præter Familiæ, ſeu hereditatis, imaginariã venditionẽ, etiam Nũcupationẽ interceſſiſſe, vt Vlpian.

Tit. xx. ita ſcribit. *In Teſtamento, quod per æs & libram fit, duæ res aguntur: Familiæ Mancipatio, & Nuncupatio Teſtamenti. Nuncupatur Teſtamentum, in hunc modum: Tabulas Teſtamenti teſtator tenens, ita dicit,* HÆC VTI HIS TABVLIS, CERISVE, SCRIPTA SVNT, ITA DO, ITA LEGO, ITA TESTOR, ITAQVE, VOS QVIRITES, TESTIMONIVM PRÆITOTE, *quæ* NVNCVPATIO, & TESTATIO, *vocatur:* Iſidorus lib. v. Originum. NVNCVPATIO EST *quam in Tabulis cerisue teſtator recitat, dicens,* HÆC VT IN HIS TABVLIS CERISVE SCRIPTA SVNT, ITA DO, ITA LEGO: ITAQVE VOS CIVES ROMANI TESTIMONIVM MIHI PERHIBETE. *Et hoc dicitur* NVNCVPATIO. *Nuncupare enim eſt in palam nominare & confirmare.* Quo alludens Apuleius lib. II. de Aſino aur. *Introductis quibuſdam, ſeptem teſtibus, obteſtata fidem præſentium, ſingula demonſtrat anxiè, verba concepta de induſtria quodam Tabulis prænotante. Ecce, inquit, naſus integer, incolumes oculi, ſaluæ aures, illibatæ labiæ, mentũ ſolidum.* VOS IN HANC REM BONI QVIRITES TESTIMONVM PERHIBETOTE. Hac ratione & Mutus per æs & libram teſtari non poterat cùm verba nuncupationis effari non poſſet, vt Vlpian. Tit. xx. ſcribit. Denique horum Teſtamẽtorum ſollemnitatem Theophil. in Tit. de Teſtament. ita explicat. Ἐμαγκιπατίων, δὲ ἐστιν εἰκονικὴ πρᾶσις. Ἐπράττετο δὲ τοῦτον τὸν τρόπον. Παρεγίνοντο πέντε μάρτυρες, καὶ ζυγοστάτης, καὶ πολῖται Ῥωμαῖοι ἔφηβοι, καὶ παρόντων αὐτῶν, ἐκεῖνος ὃς ἤμελλε γενέσθαι διάδοχος τοῦ τελευτήσαντος, ἠγόραζε τὴν τοῦ μέλλοντος τελευτᾶν περιουσίαν, λέγων τινὰ ῥήματα τυπικά, ἃ νῦν περιττὸν ἐστι λέγειν, καὶ ἐδίδου λόγῳ τιμήματος εἰκονικοῦ, νοῦμμον τῷ δεσπότῃ τῆς περιουσίας, καὶ ἐλέγετο ὁ ἀγοράζων φαμιλιέμπτωρ, καὶ λοιπὸν ὁ μέλλων τελευτᾶν, διετύπου τί ὀφείλει δοθῆναι μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτήν. Ἔλεγε γὰρ τῷ φαμιλιέμπτορι, ἤτοι τῷ κληρονόμῳ, ὅτι βούλομαί σε τῷ δὲ δοῦναι ἀγρόν, τῷ δὲ οἰκίαν, τῷ δὲ ἑκατὸν νομίσματα.

Alia poſtea Prætorum Edictis Teſtamentorum faciendorum forma introducta fuit. Iure enim honorario nulla Mancipatio deſiderabatur, ſed ſeptem Teſtium ſignis Tabulas obſignari ſufficiebat, cùm iure ciuili ſigna Teſtiũ nõ eſſent neceſſaria, ſed ſatis eſſet eos ad ſollẽnia adhiberi. Mixto tandẽ iure Teſtamẽta fieri inualuit, vſúq; receptum fuit, vt vno eodémq; tẽpore (quod ius ciuile quodãmodo exigebat) ſeptem Teſtibus adhibitis, & ſubſcriptione Teſtium, (quod ex conſtitutionibus inuentum fuit) & ex Edicto Prætoris ſignacula Teſtamentis imprimerentur, §. I. & §. ſed poſtea, Inſtit. de Teſtament. Teſtamentis ergo ſeptem teſtes, ciues Romanos, maſculos, puberes adhiberi oportebat, L. hac cõſultiſſima, C. de Teſt. Proinde nec Mulieres nec Pupilli, nec ſerui Teſtes adhiberi poterant, L. qui Teſtamento, §. mulier, D. qui teſtam. fac. poſſ. Seruis quidem teſtimonij dictionem non fuiſſe, Geta apud Terent. Phormio. Act. II. Sc. I. profitetur. Vnde Seneca Controuerſ. II. lib. II. *Non multũ intereſt, in cauſa ſua falſum aliquis teſtẽ deprehenderit, an ſeruum. Alteri enim credi non debet, alteri non ſolet.* Sed nec patriſfa. Teſtamento, filiusfa. quive in teſtatoris poteſtate erat, adhiberi Teſtis poterat, d. L. qui Teſtamento in princ. & §. I. Teſtes autem acciri à teſtatore & rogati adeſſe debebant, vt Teſtamentum fieret. Itaque ſi alterius rei cauſa rogati, vel ad aliam rem collecti eſſent, ſi tamen ante teſtimonium certiorarẽtur ad Teſtamẽtum ſe adhibitos, rectè ſuum teſtimonium perhibere poterant. L. heredes palam, §. in Teſtamentis, D. qui teſtam. fac. poſſ. Paulus lib. III. Sentent. Tit. IIII. *Cæcus Teſtamentum poteſt facere, quia accire poteſt adhibitos Teſtes, & audire teſtimoniũ perhibentes.* Cic. lib. II. de Inuentio. de quodam coniecto in carcerem ob parricidium. *Quidã eius familiares, in carcerem Tabulas adferunt, & Teſtes adducũt: heredes quos ipſe iubet, ſcribunt. Tabulæ obſignantur.* Durare autem Teſtes debebant, donec ſuprema conteſtatio perageretur. Non tamen intelligentia ſermonis exigebatur. Nam & is qui Latinè non nouerat, idoneus Teſtis erat, ſufficiebátque ſi vel ſenſu perciperet cui rei adhibitus eſſet, d. L. qui Teſtamento, §. vlt. Paul. lib. III. Sentent. Tit. IIII. *Ex his qui ad Teſtamentum adhibentur, ſi qui ſint qui Latinè neſciant, vel non intelligant, ſed tamen ſciãt cui rei ſint adhibiti, non vitiatur Teſtamentum.* Ac neque neceſſe erat Teſtibus aperire quæ Teſtamento continebantur, quos ignoraſſe ea quæ teſtatores ſcripſerant, colligitur ex Plinij Epiſt. vlt. lib. II. Quinimo & Neronis tẽporibus cautũ fuiſſe, vt in Teſtamentis primæ duæ ceræ, Teſtatorum modò nomine inſcripto, vacuæ, ſignaturis oſtẽderentur

rentur, Sueton. in Nero. cap. XVII. memorat. Quæ cum ita ſe habeant, mirum non eſt quod Vlpian. in L. ſi binæ, D. de iniuſto rup. Tabulas quæ ſeptē teſtium ſignis ſignatæ erant, VACVAS, id eſt, *nihil ſcriptum habentes omnino*, inuentas narrat. Teſtes planè nomen ſuum adſcribere debebant, L. ad teſtiū, §. ſi quis ex teſtibus, D. qui teſt. fac. poſſ. *Singulos* enim, vt Paulus ait, *Teſtes qui in Teſtamēto adhibentur, proprio chirographa adnotare cōuenit, quis, & cuius Teſtamentū ſignauerit*, L. ſingulos, D. eo. Atq; ita, Gregorij Nazíanzeni Teſtamēto talis Amphilochij ſubſcriptio ſubdita eſt, Ἀμφιλόχιος Ἐπίσκοπος τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἰκονίῳ, παρὼν τῇ διαθήκῃ τοῦ ἁγιωτάτου Ἐπισκόπου Γρηγορίου, καὶ παρακληθεὶς παρ' αὐτοῦ, ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ. Eodémq; modo & ſex reliqui Teſtes ſubſcribūt. Quam Teſtiū ſubſcriptionem Conſtitutionibus principū additā fuiſſe Iuſtinianus tradit, §. ſed cum Inſtit. de teſt. Præterea eorumdem ſeptē Teſtiū ſignis Tabulas ſignari neceſſe erat, L. ſi binæ, D. de iniuſto rup. Cic. Epiſt. II. lib. VII. ad Attic. *Eius eſt Teſtamentū de Tortorij vncis, geronū ſignis obſignatū*. Idémque Epiſt. vlt. lib. III. ad Q. Frat. Felicem, lapſum per errorem, alias pro aliis Teſtamenti Tabulas obſignaſſe narrat. Cæſar lib. I. de bello Gall. *Vulgo totis caſtris Teſtamēta obſignabantur*. Appian. lib. I. Bellor. ciuil. Διαθήκας συνέγραφεν, καὶ τῆς ἡμέρας συνετέλει. Σφραγισαμένῳ δ' αὐτάς, &c.

Teſtes autem anulo ſuo vel alieno qui χαρακτῆρα haberet, ſignare debebant, d. L. ad teſtium, §. ſi quis ex teſtibus, D. qui teſtam. fac. poſſ. §. poſſunt autē Inſtit. de Teſtam. Seneca Epiſt. VIII. lib. I. *Non videor tibi plus prodeſſe, quàm cùm ad vadimoniū aduocatus deſcenderē, aut Tabulis Teſtamenti anulum imprimerem*. Addit Iuſtinian. in d. §. poſſūt, potuiſſe omnes Teſtes & vno anulo ſignare Teſtamētum: potuiſſe & ſeptē anulos eadem & vna ſculptura eſſe, id eſt, eundem χαρακτῆρα, idem ἀποσφράγισμα, habere. Sed & ſi Teſtis ab ipſo teſtatore anulum accepiſſet & ſignaſſet, valebat Teſtamentum, d. L. ad teſtium, §. ſi ab ipſo. Verùm ſigna ſeu ſignacula ipſis Tabulis imprimi neceſſe non erat, ſed linteo, quo Tabulæ inuoluebantur, imprimi ſatis erat, d. L. ad teſtium, §. vlt.

Ad obſignanda autem Teſtamenta amicos aduocatos, indicat Cicero Epiſt. XVIII. lib. XII. ad Attic. Plinius Epiſt. IX. lib. I. *Ille me ad ſignandum Teſtamentum, ille in aduocationem, ille in conſilium rogauit*. Idem Epiſt. vlt. lib. II. *Aurelia, ornata fœmina, ſignatura Teſtamentum, ſumpſerat pulcherrimas tunicas: Regulus quum veniſſet ad ſignandum, Rogo, inquit, has mihi leges*. Tiberium certè Teſtamentum ſuum etiam humillimorum ſignis obſignaſſe Sueton. in Tiber. cap. vlt. narrat. Poterat planè idem qui Tabulas ſcripſiſſet, iure teſtis adhiberi, & ſignare, L. Domitius, D. qui teſtam. fac. Sed & Cicero pro Milone, ſe ſimul cū Clodio Cyri Teſtamentū obſignaſſe narrat: adiicítq;, *Teſtamentū autē palam fecerat, & illum heredem & me ſcripſerat*. Pluriū verò quàm ſeptem teſtiū ſignis Tabulas ſignari nihil prohibebat, L. cum Tabulæ, D. de bon. poſſ. ſec. tab. Paul. lib. III. Sentent. tit. IIII. *Plures quàm ſeptem, ad Teſtamentum adhibiti, non nocent*. Tabulas autem Teſtamētorum pertuſas, ac ter lino per foramina traiecto, obſignatas fuiſſe ex Senatuſconſulto Neronianis temporibus facto, Paul. lib. v. Sentent. tit. XXV. & Sueton. in Nero. cap. XVII. docent. Lini vtique, quo ligatæ erant ſupremæ Tabulæ, fit mentio in L. I. §. ſi linū, D. de bonor. poſſ. ſec. tab. L. III. §. ſi quis ignorās, & L. ſi quis in graui, §. ſi quis Tabulas, D. de Sc. Silania. ex qua patet ter vel quater quandoque linum circumductum fuiſſe. Non tantùm ergo naturaliter clauſas fuiſſe Tabulas, ſed hoc amplius ſignatas, ligatáſve ait, L. III. §. aperire, D. eo. Nō eo minus autē ſignatæ Tabulæ, ad hoc vt ex Edicto Prætoris bonorum poſſeſſio ex his peti poſſet, cenſebantur, quod roſæ eſſent à muribus, vel linum aliter ruptum, aut vetuſtate putrefactum, vel ſitu, vel caſu: maximè ſi vnum linum teneret, L. I. §. vlt. D. de bon. poſſ. ſec. tab. Vno planè contextu actus teſtari oportebat, nullo actu alieno intermixto, L. heredes palam, §. vlt. D. qui teſt. fac. poſſ. §. ſed cùm paulatim, Inſtit. de Teſtament.

Ceterùm Teſtamentū, Codicillóſve, interdū manu ſua ſcribebat teſtator, vt ex L. cùm quis, §. Titia, D. de leg. II. & Plinio Epiſt. XVI. lib. II. patet. Teſtamētū verò manu auctoris totum conſcriptū atque ſubſcriptū, HOLOGRAPHVM appellatū Iſidorus lib. v. cap. XXIIII. auctor eſt. Interdum filiiſa. vel ſerui, ſiue proprij ſiue alieni, vel liberti, aut etiam extranei cuiuſlibet manu Teſtamenta ſcribebantur, L. I. §. inter, L. Senatus, & L. diuus, D. de

lege Cornel. de falſ. L.Domitius & L.ſeruus, D. qui teſtam. fac. poſſ. Nam ſi teſtator impeditus eſſet, vel ſcribere ei commodum nō eſſet, id dictabat, L.quoties, D.de hered. inſtit. L.his verbis, §.paterfa. & L. quiſquis, D. de legat.III. Plinius lib.VI. Epiſt. XXII. *Protulit Bruttianus Teſtamentum ſuum, Attilicini manu ſcriptum eſſe dicebat*: quo arcanam familiaritatem indicatam ſcribit. Sic filium emancipatum patris Teſtamentum ſcripſiſſe, legimus in L.filius, D. de L.Cornel. de falſ. Paulus in L.Lucius, D. de milit. teſtam. *Lucius Titius miles notario ſuo Teſtamentum ſcribendum notis dictauit.* Teſtamentum quoque Auguſti partim ipſius partim libertorum Polybij & Hilarionis manu ſcriptū fuiſſe, Sueton. in Octauio cap.CI. refert: Similiterque Tiberium Teſtamentū duplex eodē exemplo, alterum ſua, alterum liberti manu ſcripſiſſe, narrat in Tiber. cap. vlt. Et hunc Teſtamenti alieni ſcriptorem, TESTAMENTARIVM Iuriſconſulti vocant, L.diuus, §.vlt.& L.impuberem, §.ſi Teſtamentarius, D.de L. Corn. de falſ. L. quoties in princ.& §.1. D. de hered. Inſtit. L.1.D.ſi quis aliq.teſt.prohib. L.III.§ vlt.D. ad S.C.Trebellian. Hinc Paulus in L.qui manus, D.qui teſtam.fac.poſſ. eum qui manus amiſerat, Teſtamentum facere potuiſſe ſcribit, quamuis ſcribere non potuiſſet. Cautum autem ſub Nerone, vt ne quis alieni Teſtamenti ſcriptor legatū ſibi adſcriberet, Sueton. in Nero.cap.XVII.auctor eſt.

Cùm verò Teſtamentū aliena manu ſcripſerat Teſtator, ei ſubſcribere ſolebat, L.Stichi libertas, §.ſeruus Teſtamēto, D.de ſtatulibe r, L.diuus, §.itē Senatus, D.de L.Cor.de falſ. Ac planè ſi ſcriptor Teſtamēti, eiue in cuius poteſtate erat, legatū Teſtamento quod dictauerat legaſſet, ſubſcribebat, SE ID DICTASSE ET RECOGNOVISSE, d. L. diuus, §. & quatenus. Idque interdū generaliter ſubſcribebat: Interdū verò ſpecialiter ſubſcriptione ſua declarabat, SE DICTASSE SERVO ALICVIVS, VT DOMINO EIVS LEGATVM AB HEREDIBVS SVIS DARETVR, d. L. diuus, §.1. Vlpian. in L.1.§.inter, D.eo.tit. *Inter filium & ſeruum & extraneum Teſtamentum ſcribentes, hoc intereſt, quod in extraneo ſi ſpecialiter ſubſcriptio facta eſt,* QVOD ILLI DICTAVI ET RECOGNOVI, *pœna ceſſat, & capi poteſt. In filio, vel ſeruo, vel* GENERALIS SVBSCRIPTIO *ſufficit.* Sic & in L.ex ſententia, D.de teſtam.tut. *Ex ſententia Senatuſconſulti Liboniani tutor non erit, qui ſe Teſtamento pupillo tutorem ſcripſit. Cùm autem patris voluntas, hoc ipſum* MANV SVA DECLARANTIS, *ambigua non eſt, &c.*

Ad Teſtamenta verò ſcribenda Iuriſconſultos adhibitos, indicio eſt L. Lucius Titius, §.vlt. D.de legat.II. Craſſus etiā apud Cicero.lib.II.de Orato. Scæuolā ludens, *Nam ſi*, ait, *nullum erit Teſtamentum ritè factum, niſi quod tu ſcripſeris, omnes ad te ciues cum Tabulis veniemus, omniū Teſtamenta tu ſcribes vnus.* Arrian.lib.II. Diſſertationū Epicteti (ſic enim Agell. lib.XVII.cap.XIX. Titulū eorū librorū reddidit) Νομικὸς καὶ ἐξηγεῖται τὰ νόμιμα, ἀλλὰ διαθήκην οὐ γράφει, μὴ εἰδὼς πῶς δεῖ γράφειν, ἢ παραλαβὼν τὸν εἰδότα. Sed apertius id demōſtrat Sueton.in Nero. cap.XXXII.his verbis. *Deinde vt ingratorum in principem Teſtamenta ad fiſcum pertinerent: ac ne impunè eſſet ſtudioſis iuris, qui ſcripſiſſent vel dictaſſent ea.* Quo loci quidam & etiam manuſcripti codices, *ſtudioſis viris*, habent. Cui ſimile erratum eſt apud Agell. lib.XII. cap.XIII. vbi Sulpitius Apollinaris ab Agellio conſultus, an Iudex ita datus, vt intra Kalendas pronuntiaret, ipſis kalendis pronuntiare poſſet, *Cur*, inquit, *hoc me potius rogas, quàm ex iſtis aliquem peritis, ſtudioſiſque viris, quos adhibere in conſilium iudicaturi ſoletis?* Iuris autem peritos, *iuris ſtudioſos* appellatos teſtimonio eſt Paulus in L.1.D.de offic.adſeſſor.& L.diuus, D.de extraord.cognit.

Teſtamentis vtique diem & Conſulem adſcribi conſueuiſſe docet, L.II.§.diem autem, D.teſt.quemad.aper.& L.III.C.eo.tit.& Sueton.in Octauio cap. CI. Quamquam cùm in Teſtamento dies & Conſules adiecti non erant, non nocebat quominus valeret Teſtamentum, vt à Modeſtino lib.III. Regular. ſcriptum fragmenta Pithœana teſtantur.

Porrò qua lingua Teſtamenta ſcribi deberent, prætermittendum non eſt. Admonendi ergo ſumus, Directa, Ciuilia ſeu Legitima Teſtamētorum verba, Latina duntaxat lingua concipi potuiſſe. Proinde legatum Græcè ſcriptum non valebat, teſte Vlpiano Tit.XXV. Fideicōmiſſum verò, quod non ciuilibus verbis ſed precariis relinquebatur,

Græcè

Græcè ſcriptũ valebat, vt ibidẽ tradit. Fideicõmiſſa certè quocũque ſermone relinqui potuiſſe, nõ ſolùm Latina vel Græca, ſed etiã Punica, vel Gallicana, vel alterius cuiuſcũque generis, idẽ Vlpian. teſtatur in L. fideicõmiſſa, D. de leg. III. Directas etiã Tutelas verbis Græcis dari non potuiſſe, argumento eſt Theodoſij & Valentiniani Cõſtitutio, qua directas Tutores directis verbis in Teſtamentis relinquere permiſerunt, vt ita Tutores dati viderentur, ac ſi legitimis verbis eos teſtator dediſſet, L. vlt. C. de Teſtament. tut. Sed nec directas Libertates Græcè relinqui potuiſſe, indicio eſt eorumdem Impp. ſexennio poſt (totidem enim anni inter vtramque interceſſerunt) ſubſecuta Conſtitutio, qua directis verbis Libertates relinqui poſſe ſanxerũt, L. directas, C. de Teſtam. manum. Nã ſi hoc antiquo iure licuiſſet, ſuperuacuũ fuiſſet, noua lege caueri. Denique quo anno poſterior hæc Cõſtitutio edita & promulgata eſt, eodem, generaliter vt omnibus Græcè teſtari liceret, iidem Impp. ſanxerunt, L. hac conſultiſſima, §. vlt. C. de teſtament. Teſtamentum autem interdum integra mente & valetudine ſcribebatur, vt in ſpecie L. vlt. D. de iniuſ. rup. Interdum verò in extremis vitæ conſtituti, mente tamen ſana ſuprema ſua ordinabant, L. ſi pater, §. quædam, D. de fideic. libert. L. Seia, §. vlt. D. de donat. cau. mort. In ea re enim integritas mẽtis, non corporis ſanitas exigebatur, L. II. D. qui teſt. fac. Et ita in diſcrimine vitæ conſtitutus teſtator per infirmitatem accerſiſſe amicos narratur in L. Pamphilo, §. 1. D. de leg. III.

Nihil autem intererat Teſtamentum in Tabulis, Codicibus, Chartis, Mẽbraniſve, vel in alia materia fieret, §. nihil, Inſtit. de Teſtament. Vlpian. in L. 1. D. de bonor. poſſ. ſec. tab. TABVLAS TESTAMENTI, *accipere debemus omnem materiæ figuram. Siue igitur Tabulæ ſint ligneæ, ſiue cuiuſcumque alterius materiæ: ſiue Chartæ, ſiue Mẽbranæ ſint, vel ſi corio alicuius animalis,* TABVLÆ *rectè dicentur.* In Charta autem noua, item in deleticia, Teſtamẽtum vtiliter ſcribebatur. Proinde & ſi in Opiſtographo quis teſtatus eſſet, hinc peti poterat bonorum poſſeſſio, L. chartæ, D. eo. tit. Sed & Vlpian. in L. II. §. 1. D. teſt. quemad. aper. *Ad cauſam autẽ,* ait, *Teſtamenti pertinere videtur, id quodcumque quaſi ad Teſtamentũ factum ſit, in quacumque materia fuerit ſcriptum, quod contineat ſupremam voluntatem.*

Plures autem Tabulæ Teſtamẽti eodem Exemplo ſcribi conſueuerant, quibus tamẽ vnius Teſtamenti voluntatem eodem tempore ſollemniter teſtator complebat, L. vlt. D. de his quæ in teſt. delent. Procul. in L. Sempronius, D. de legat. II. *Binæ Tabulæ Teſtamenti eodem tempore, exemplarij cauſa ſcriptæ, vt volgo fieri ſolet, eiuſdem patriſfa. proferuntur.* Vlpian. in L. ſi in duobus, D. Teſt. quemad. apet. *Si in duobus exemplariis ſcriptum ſit Teſtamentum.* Florentin. in L. vnum, D. qui teſt. fac. poſſ. *Vnum Teſtamentum pluribus exemplis conſignare quis poteſt. Idque interdum neceſſarium eſt: fortè, ſi nauigaturus & ſecum ferre, & relinquere iudiciorum ſuorum teſtationem velit.* Quod & iiſdem ferè verbis Iuſtinianus tradit in §. Sed & vnum, Inſtit. de Teſtament. Hinc Vlpian. in L. 1. §. ſi quis in duobus, D. de bonor. poſſ. ſec. tab. *Si quis,* ait, *in duobus exemplaribus fecerit Teſtamentum, & aliud extet, aliud non.* Et mox: *Sed & ſi in duobus Codicibus ſimul ſignatis alios, atque alios heredes fecerit:* Atque ita Teſtamentum Auguſti duobus Codicibus ſcriptum fuiſſe Sueton. in Octauio cap. CI. ſcribit. Idem in Tiber. cap. vlt. TESTAMENTVM DVPLEX *ante biennium fecerat. Alterum ſua, alterum liberti manu: ſed eodem exemplo.* Interdum autem vnum quaſi Teſtamentum, aliud quaſi Exemplum teſtator faciebat, d. L. 1. §. ſi quis in duobus. Vnde Vlpian. in L. vlt. D. teſtam. quemad. aper. *Si quis fecerit Teſtamentum, & exemplum eius, exemplo quidem aperto, nondum apertum eſt Teſtamentum. Quòd ſi authenticum patefactum eſt, totum apertum.* Quoties autem quis Exemplum Teſtamenti præparabat, & prius decedebat quàm teſtaretur, non valebãt quaſi ex codicillis quæ in Exemplo ſcripta erant, L. fideicommiſſa, §. 1. D. de legat. III.

PLANE VIVO teſtatore Tabulæ Teſtamenti clauſæ erant, L. ſi patronum, §. 1. D. de bon. libertor. L. III. §. Aperite, D. de Sc. Silan. Quinetiam qui viui Teſtamentum aperuerat, legis Corneliæ de falſis pœna tenebatur, L. 1. §. is qui, D. eod. L. Corn. de Sicar. Ipſemet verò teſtator ſignatum Teſtamentum poterat reſignare, L. ſi Teſtamentum, D. qui teſt. fac. poſſ. Ac planè ſi teſtator voluntatem mutare vel recognoſcere vellet quæ ſcripſerat, Tabulas incidebat, L. vlt. D. de iniuſto

tup. L. proximè, & L. vlt. D. de his quæ in teſt. delent. L. I. §. ſi heres, D. ſi tab. teſt. vel, linum quo ligatæ eranr Tabulæ, incidebat, L. I §. ſi linum, D. de bon. poſſ. ſec. Tab. L. Aurelius, §. I. D. de liber. leg. Quintilian. lib. vlt. cap. VII. *Denique linum ruptum, aut turbata cera, aut ſine agnitore ſigna inuenies*. Aliàs cancellabat & inducebat Teſtamentum, L. II. D. de his quæ in teſt. delent. Et interdum omnem ſcripturam Teſtamenti cancellabat: interdum quorundam heredum nomina dumtaxat inducebat, L. II. & L. III. D. de his quæ in teſtam. delen. Quædam certè teſtator ipſe delebat, inducebat, ſuperſcribebat, idque teſtari ſolebat his verbis quæ nouiſſimè Teſtamẽtis plerũque adſcribebantur, LITVRAS, INDVCTIONES, SVPERINDVCTIONES IPSE FECI, L. I. §. & ideò, D. eo. tit. Quæ clauſula non videbatur referri ad ea quæ incõſulto deleuiſſet. Intererat enim, cõſulto an incõſulto deleta eſſent. Nam quæ in Teſtamẽto legi, & oculis perſpici poterant, ea inconſulto deleta & inducta, aut à nolente & inulto, nihilominus valebant: Conſulto verò deleta, peti non poterant, d. L. I. D. de his quæ in teſt. delent. Vlpian. in L. II. §. ſi conſulto, D. de bon. poſſ. ſec. Tab. *Si conſulto ſit inductum nomen heredis*. Aliàs verò declarabat teſtator, qua mente & qua gratia inductiones feciſſet. Vlpian. in L. II. D. de his quæ teſt. *Cancellauerat quis Teſtamentum, vel induxerat, & ſi* PROPTER VNVM HEREDEM FACERE, *dixerat*. Et mox: *Déque portione eius*, PROPTER QVEM SE CANCELLASSE, *dixerat*. Ac paullo poſt: *Sed ſi omnia nomina induxerit, vt proponitur, adſcripſerit autem*, IDCIRCO SE ID FECISSE, QVIA VNVM HEREDEM OFFENSVM HABVIT.

Tabulas autem Teſtamenti, vel priuatim, vel publicè, id eſt, vel in æde ſacra apud æditium, vel apud Tabularium, vel apud amicum aliquem plerumque teſtator deponebat, L. I. §. ſufficit, D. de bonor. poſſ. ſec. tab. L. III. §. I. D. de tabul. exhibend. L. I. §. ſi quis Tabulas, D. depoſiti, L. ſi quis Tabulas, D. de dolo. Virgini certè Veſtali Maximæ Teſtamentum ſuum Iulius Cæſar commendarat, demandarátque, narrante Sueton. in eius vita cap. LXXXIII. Apud Virgines etiam Veſtales depoſitum fuiſſe Auguſti Teſtamentum idem auctor in Octauio cap. CI. refert. Papinian. in L. vlt. D. de his quæ in teſtam. delent. *Si quaſdam Tabulas in publico depoſitas abſtulit, atque deleuit*. Idem in L. cùm pater, §. donationis, D. de legat. II. *Donationis prædiorum Epiſtulam ignorante filio, mater* IN ÆDE SACRA, *verbis fideicommiſſi non ſubnixam* DEPOSVIT, *& ad* ÆDITVVM *litteras tales miſit, &c*.

Enimuero non tãtùm ſibi, ſed & Liberis impuberibus quos in poteſtate habebat, poterat quis Teſtamentum facere, donec maſculi ad annum quartumdecimũ perueniſſent, feminæ ad duodecimum. Primum autem ſibi, deinde filio Teſtamentum eum facere oportebat. Quiſquis enim impuberi Teſtamentum facere volebat, ſibi quoque facere debebat. Ceterùm ſoli filio non poterat, niſi fortè miles eſſet: At nec erat ab impuberis Teſtamento incipiendum, ſed prius ſibi debebat quis heredem ſcribere, deinde filio ſubſtituere, & non conuertere ordinem ſcripturæ, L. II. D. de vulg. & pupill. Vnde patris Tabulæ PRIMÆ, L. paterfa. D. eo. L. Lucius Titius, §. impuberem, D. de legat. II. Filij verò, SECVNDÆ TABVLÆ dicebantur, L. qui plures in princ. D. de vulg. & pupill. L. poſt legatum, §. qui principale, D. de his quæ vt indign. L. in Tabulis, D. de ſtatulib. L. ſicut, D. quemadm. teſtam. aper. vel PVPILLARES TABVLÆ, L. qui plures, §. vlt. D. de vulg. & pupill. L. ſi mater, D. de except. rei iudic. aut PVPILLARE TESTAMENTVM, L. ex pupillari, D. de vulg. & pup.

Aliâs patris Teſtamentum, PRINCIPALES TABVLAS vocabant, L. II. §. I. & L. ſicut, D. quemad. teſt. aper. vel PRINCIPALE TESTAMENTVM, L. poſt legatũ, §. qui principale, D. de his quæ vt indign. L. II. D. de vulg. & pupill. Atque hoc modò, DVPLEX TESTAMENTVM erat, L. in duplicibus, D. ad L. falcid. Vt tamen ipſa vnum Teſtamentum cenſebatur, licet duæ hereditates eſſent, L. II. §. prius, D. de vulg. & pupill. L. paterfa. D. de reb. auct. iud. poſſid. & Pupillares Tabulæ, pars eſſe prioris Teſtamenti cenſebãtur, L. qui plures, §. vlt. D. de vulg. & pupill. vel, vt aliàs dicitur, Secundæ tabulæ Principaliũ partẽ obtinere videbãtur, L. ſicut, D. quẽad. teſt. apet. Vſque adeò autẽ patris

Teſtamentum

teſtamentũ & filij pro vno habebatur, vt ſufficeret patris tabulas eſſe ſignatas, L. patris, D. de vulg. & pupill. Atque vt bonorum poſſeſſio ſecũdum Pupillares Tabulas admitti poſſet, requirebatur an patris Teſtamentum ſignatum eſſet, licet Secundæ Tabulæ reſignatæ proferrentur, L. vt bonorum, D. de bonor. poſſeſſ. ſec. tab. Sæpe tamen vtræque Tabulæ ſignabantur & claudebantur, vel ſimul, vel ſeorſim, L. ſi mater, D. de except. rei iud. L. ſi mulier, & L. pupillares, D. teſtam. quemad. aper. ex qua etiam colligimus interdum Pupillaribus Tabulis ſuperſcriptum fuiſſe ne aperirentur. Interdum verò Teſtamentum ſibi pater in Tabulis faciebat, filio verò per nuncupationem ſubſtituebat, L. ſi ita, §. vlt. D. de bonor. poſſeſſ. ſec. tab.

Ceterum mortuo Teſtatore Tabulæ aperiebãtur: Cuiuſmodi aperturæ, non modò in Tit. Teſtamen. quemad. aperiant. fit mentio, ſed & in L. ſeruus alienus, §. vlt. D. de hered. inſtit. L. qui ſoluendo, D. eo. L. multum intereſt in fi. D. de condic. & demõſtr. L. 2. in fi. D. de iur. & fac. ignor. L. 1. § ſufficit, D. de bonor. poſſ. ſec. tab. L. ſeruus alienus, §. vlt. D. de hered. inſtit. L. ſi is qui tres, §. idem euenire, D. de excuſationib. L. cùm heres, D. de liberat. leg. Quintilian. declamat. CCCXXXII. *Apertæ ſunt Tabulæ pauperis: omnium bonorum inſtituerat heredem.* Plutarch. in Cæſare, Ἐπεὶ δὲ τῶν διαθηκῶν τῶν Καίσαρος ἀνοιχθεισῶν, εὑρέθη δεδομένη Ῥωμαίων ἑκάστῳ δόσις ἀξιόλογος. Et quidem poſt mortem teſtatoris, ex præſcripto Legis viceſimæ hereditatium, ſtatim, id eſt à præſentibus intra triduum, vel quinque dies, ab abſentibus quoque intra eos dies poſtquam veniſſent, Teſtamenta aperienda erant, teſte Paulo lib. IIII. Sentent. Tit. VI. Quod ſi ex parte heres ſcriptus vel legatarius, ante apertas Tabulas deceſſiſſet, nihil ad heredem tranſmittebat, ſed ex lege Papia Popæa, eius portio, legatumve in fiſcum cogebatur; quemadmodum Vlpian. Tit. XVII. & Iuſtinian. in L. VII. C. de caduc. tollend. tradunt. Liberis tamen & parentibus Teſtatorũ vſque ad tertium gradum lex Papia ius antiquum ſeruauit, vt heredibus illis inſtitutis quod quis ex eo teſtamento non caperet, ad hos pertineret, aut totum, aut ex parte, prout pertinere poſſet, vt idem Vlpian. Tit. XVIII. ſcriptum reliquit. Clauſis planè Tabulis ab eo qui ex parte heres ſcriptus erat, vtiliter hereditas adibatur, D. Ambroſ. lib. IX. Epiſtolar. *Tanquam ergo clauſis Tabulis cernit hereditatem.*

Apertura autem Tabularum teſtamenti quo ritu fieret, exponitur in Tit. Teſtamenta quemad. aper. D. Sanè eius rei gratia, Tabulæ exhibebantur apud Prætorem, vt ex auctoritate eius admoniti Signatores, venirent ad recognoſcenda ſigna, L. III. §. hoc interdictum, D. de tabul. exhib. Sueton. in Tiber. cap. XXIII. *Illatum deinde Auguſti teſtamentum non admiſſu Signatoribus, niſi Senatorij ordinis, ceteris extra Curiam ſigna agnoſcentibus, recitauit per libertum.* Paulus lib. IIII. Sentent. Tit. VI. *Tabulæ teſtamenti aperiuntur hoc modo, vt Teſtes, vel maxima pars eorum adhibeantur qui ſignauerint teſtamentum: ita vt agnitis ſignis, rupto lino, aperiatur & recitetur: atque ita deſcribendi exempli fiat poteſtas: ac deinde ſigno publico obſignatum in Archium redigatur: vt ſi quando exemplum eius interciderit, ſit vnde peti poſſit.*

Cùm ergo ab initio aperiendæ erant Tabulæ, Prætoris id officium erat, vt cogeret Signatores conuenire, & ſigilla ſua recognoſcere, vel negare ſe ſignaſſe, L. cùm ab initio cum L. ſeq. D. teſtam. quemad. aper. Sed ſi maior pars ſignatorum fuiſſet inuenta, poterat ipſis interuenientibus reſignari Teſtamentum, & recitari, L. ſed ſi maior, D. eo. At ſi quis ex Signatoribus abeſſet, mitti debebant Tabulæ teſtamenti, vbi ipſe erat, vti agnoſceret, L. ſed ſi quis, D. eo. Quod ſi fortè omnes Signatores abeſſent, & cauſa aliqua aperire Tabulas vrgeret, curabat Magiſtratus, vt interuenientibus optimæ opinionis viris aperirentur, & poſt deſcriptum & recognitum factum, ab hiſdem quibus interuenientibus apertæ erant, obſignarentur, tunc deinde eo mitterentur, vbi ipſi Signatores erant, ad inſpicienda ſigilla ſua d. L. ſed ſi quis, §. vlt. Addit Paulus lib. IIII. Sentent. Tit. VI. *Teſtamenta in municipijs, colonijs, oppidis, præfectura, vico, caſtello, conciliabulo, facta in foro vel baſilica, præſentibus teſtibus, vel honeſtis viris, inter horam ſecundam & decimam diei recitari debent, exemploque ſublato ab hiſdem rurſus magiſtratibus obſignari, quorum præſentia cõſtat aperta.* Huius Aperturæ cauſa, Teſtamẽta Reſignari neceſſe erat. Hinc illud Horatij

Epiſt. VII. lib. I. de Autumni intemperie, propter quam laborem forenſem ſæpe morbos gignere dicit, quos mors, ac deinde aperrura Tabularum ſequebatur,

Officioſáque ſedulitas, & opella forenſis,

Adducit febres, & TESTAMENTA RESIGNAT.

Apertis verò Tabulis, Teſtaméta recitabãtur, L. vxoré, D. de manum. teſt. L. eius qui in prouincia, D. ſi cer. pet. L. ſed ſi maior, D. teſt. quẽad. aper. L. III. §. quod ad cauſã, D. de Sc. Silan. Et apud Quintil. lib. IX. cap. II. Sic Suetonius in Iulio cap. LXXXIII. Poſtulãte, L. Piſone ſocero, Teſtamentũ Iulij Cæſaris apertũ, recitatúmque narrat. Paulus lib. III. Sentent. Tit. V. *In Teſtamento, quod nec* PVBLICE RECITATVM *eſt, nec vt oportuit, oblatum, heres ſcriptus in poſſeſsionem mitti fruſtra deſiderat.* Plinius lib. VII. cap. LII. *Poſt mortẽ teſtatoris* APERTO TESTAMENTO RECITATVS HERES. Egeſippus lib. I. cap. vlt. *Et apertis etiã Tabulis* TESTAMENTVM RECITATVR. Ceterùm ſi teſtator occiſus eſſe diceretur, Prætoris Edicto vetabatur Teſtamentũ eius aperiri, priuſquã de ea familia quæſtio ex Senatuſconſulto habita, ſuppliciúmque de noxiis ſumptũ eſſet, L. III. §. quod ad cauſam, & L. lege Cornelia, §. vlt. D. de s. c. Silan. Quin & partem illam Teſtamenti, in qua Pupillaris ſubſtitutio ſcripta erat, obſignatam permanere debuiſſe, quoad pupillus pubertatis annos egreſſus eſſet, prioremque dumtaxat partem Teſtamenti, quæ heredis inſtitutionem continebat, reſerari debuiſſe, Gaius lib. II. Inſtit. Tit. IIII. monet. Apertæ verò Tabulæ, aut apud eum qui maiore ex parte heres erat, manebant, aut in æde ſacra deponebantur, L. ceteræ, §. vlt. D. famil. erciſc. Sed & vendita hereditate heres exemplum Teſtamenti emptori dabat: Tabulas verò authenticas ipſe retinebat, aut in æde depotiebat, vt ibidem ſcribitur. Solitos certè heredes habere exemplum Teſtamenti, Paulus ſcribit in L. II. D. de eden.

Sed vt ea de quibus dicturi ſumus, facilius legentium animos ſubeant, néve rudis indigeſtáque moles obſcuritatem confuſionémve aliquam pariat: Faciam prius quod ſolent qui terrarum ſitus pingunt, in breui quaſi tabella totam Teſtamentorum imaginẽ amplectar, eorúmque formam deſcribam, & operis quod molior, faciem puſillam proponam. Aut etiam morem ſequutus calculatorũ qui ingentes ſummas ære breuiori exprimunt, totam Teſtamentorum materiam in pauca conferam: deinde in ſingulas Teſtamentorum partes lectorem velut in rem præſentem perducam.

Consuetudo in testamentis Planè quæ Teſtamẽtis caueri, ſupremiſque Tabulis comprehendi conſueuerant, hæc ferè erant. Qui liberos in poteſtate habebat, aut poſtumos ſibi naſcituros ſperabat, eos vel heredes inſtituere, vel exheredare neceſſe habebat, ne eorum præteritione rumperetur teſtamentum: Et quidem ſi impuberes liberi eſſent, eis quandoque tutores dabat: eis etiam, ſi commodum videretur, Teſtamentum ſecundis Tabulis faciebat. Quod ſi ſine liberis, vel poſtumorum ſpe decederet, extraneos quos lubebat heredes ſcribebat. Et ſi heredes eſſe aut nollent, aut non poſſent, in eorum locum alios ſubſtituebat. Deinde vxoribus, propinquis, neceſſariis, amicis, aut quibus honorem haberi vellet, legata & fideicommiſſa relinquebat. Heredibus etiam ſcriptis prælegabat, ea quæ præcipua habere eos vellet. Seruis quoque libertates interdum dabat. Item codicillos vel antea factos, vel quos poſtea facere in animo haberet, confirmabat. Præterea de monumẽto faciendo, & funeris modo atque impenſa interdum cauebat. Sed & Libertos quandoque adſignabat: legata adimebat, transferebat: bona inter liberos diuidebat: Bonorum quantitatem, æs ſuum, alienúmve profitebatur. Mandata denique de his quæ poſt mortem ſuam fieri vellet, dabat: aliaque id genus quæ in mentem veniebant, adſcribebat.

Difficile verò eſt certum eorũ quæ in Teſtamẽtis ſcribebãtur, ordinẽ ſtatuere, atque definire: propterea quod nullus erat perpetuus, certus & conſtans ſcripturæ ordo. Licet enim (vt Sabinus ſcriptum reliquerat) qui teſtaretur ab heredis Inſtitutione plerumque deberet initium facere Teſtamenti: tamen, vt Vlpianus ad eum notat, licebat etiam ab Exheredatione incipere. Nam diuus Traianus reſcripſerat poſſe nominatim etiam ante heredis inſtitutionem filium exheredari, L. I. D. de heredib. inſtit. Idémque Vlpian. in L. III. §. filius & §. ante heredis & §. in eo D. de liber. & poſt. filium & ante

heredis

heredis inſtitutionem, & inter medias heredum inſtitutiones, vtiliter exheredatum docet. Vt plurimum tamen ab heredis Inſtitutione teſtamentum inchoabatur. Certè ante heredis inſtitutionē inutiliter tam Legata quàm Libertates dabātur, §. ante heredis Inſtit. de legat. Paul. lib. III. Sentent. Tit. VI. *Ante heredis inſtitutionem legari nihil poteſt. Inter medias heredum inſtitutiones, ſiue alter ſiue vterque adeat, poteſt.* Vlpian. Tit. I. *Ante heredis inſtitutionem Teſtamento Libertas dari non poteſt, excepto Teſtamento militis. Inter medias heredum inſtitutiones Libertas data, vtriſque adeuntibus, non valet: ſolo autem priore adeunte, iure antiquo, valet.* Atque adeo per heredis inſtitutionem vires Teſtamentum capiebat, L. quod per manus, D. de iu. codicillor. Denique Tabulæ Teſtamenti non intelligebantur, quibus heres ſcriptus non eſſet, & magis codicilli quàm Teſtamentum exiſtimabantur, L. vlt. D. de iur. codicill. Igitur primo aut ſecundo verſu Teſtamentorum, & primis ceris heredes inſtitui conſueuerāt: vt ex Suet. in Nero. cap. XVII. colligitur, & apertius ex his Horat. Sat. lib. II. Sermo. verſibus.

Qui teſtamentum tradet tibicúnque legendum:
Abnuere, & Tabulas à te remouere memento:
Sic tamen, vt limis rapias quid prima ſecundo
Cera velit verſu, ſolus, multíſne coheres
Veloci percurre oculo.

Vbi vetus Commentator. *Prima cera*, ait, *prima Tabula: Nam in prima Tabula ſecundo verſu heredis nomen continetur.* Apuleius Apolog. II. *Lege potius Teſtamentum, ſi quid quaſi inſana ſcripſit, hoc reperies, & quidem mox à principio*, SICINNIVS PVDENS FILIVS MEVS HERES ESTO. In ima etiam cera Secundos heredes, Tutoréſque nominatos oſtendit Iulij Cæſaris Teſtamentum, quod à Sueto. in eius vita cap. LXXXIII. refertur. Gaius planè lib. II. Inſtitutio. Tit. IIII. Pupillarem ſubſtitutionem in extrema pagina Teſtamenti fieri debuiſſe monet, vt ſecreta eſſet, atque ad ſubſtituti notitiam peruenire non poſſet. Teſtamentorum vtique initium à nomine Teſtatoris plerumque duci ſolitum, Sueton. in Nero. cap. XVII. indicat, cùm ait primis ceris Teſtatorum nomen inſcriptum. Idémque cùm ex vetuſtis Teſtamentorum fragmentis, quæ infra ſuo loco ſubiiciam, patet, tùm ex L. Lucius Titius, §. vlt. D. de legat. II., in qua Scæuola Lucium Titium teſtamentum ſuum inchoaſſe his verbis demonſtrat. LVCIVS TITIVS HOC MEVM TESTAMENTVM SCRIPSI SINE VLLO IVRISPERITO, RATIONEM ANIMI MEI POTIVS SEQVVTVS, QVAM NIMIAM ET MISERAM DILIGENTIAM: ET SI MINVS ALIQVID LEGITIME MINVSVE PERITE FECERO, PRO IVRE LEGITIMO HABERI DEBET HOMINIS SANI VOLVNTAS.

Interdum tamen Præfationes quædam adhibebantur, quibus ratio ac cauſa inſtituendi heredis comprehendebatur. Eiuſmodi præfationum exempla duo habemus. Vnum in L. vlt. D. de hered. inſtit. in hæc verba, QVIA HEREDES QVOS VOLVI, MIHI CONTINGERE HABERE NON POTVI, NONIVS RVFVS HERES ESTO. Alterū apud Suetonium qui Teſtamenti ab Auguſto facti initiū hoc fuiſſe ſcribit in Tiberio cap. XXIII. QVONIAM SINISTRA FORTVNA CAIVM ET LVCIVM FILIOS MIHI ERIPVIT, TIBERIVS CÆSAR MIHI EX PARTE DIMIDIA ET SEXTANTE HERES ESTO. A quo non abhorret, quod epiſtola quadam cautum Scæuola refert in L. alumnæ, §. vlt. D. de adim. leg. QVONIAM COGNOVI PRISCILIANVM FILIVM MEVM IN EXTREMIS ESSE, IVSTISSIMVM ET PIISSIMVM DVXI PORTIONEM EIVS HEREDITATIS QVAM EI TESTAMENTO DEDERAM LEGARE MARIANO FRATRI MEO, ET IANVARIO MARITO MEO ÆQVIS PORTIONIBVS, ET SI QVID AMPLIVS EI LEGAVERAM, VT SI QVID EI HVMANITVS CONTIGERIT, DO, LEGO, DARIQVE EI VOLO. His ita generaliter propoſitis, nunc de ſingulis teſtamentorum capitibus, partibúſve diſpiciamus.

Inſtituebantur heredes his verbis, TITIVS HERES ESTO; TITIVS HERES

SIT, Vlpian. Tit. XXI. Sic in L. ſi ita ſcriptum fuerit, §. 1. D. de hered. inſtit. EX PARTE QVARTA MIHI HERES SIT. Item, TITIVM HEREDEM ESSE IVBEO, vt idem Vlpian. eo. Tit. XXI. TITIVM HEREDEM ESSE VOLO, L. illud, §. 1. D. de iu. codicill. His quoque verbis, TITIVS HEREDITATIS MEÆ DOMINVS ESTO, rectè inſtitutio fiebat, L. his verbis, D. de hered. inſtit. Valer. Max. lib. V. cap. IX. de Fuluij clementia in filiũ ſuſpectum parricidij, *non ſolùm eum non notauit, ſed etiam decedens,* DOMINVM ESSE VOLVIT, *quem ſibi genuerat heredem inſtituens*. Qua loquendi figura Græci quoque vtebantur, vt ex Ariſtotelis Teſtamento apud Diogen. Laert. lib. V. liquet. Vulgaris verò formula erat, HERES ESTO, Seneca Controuerſ. vlt. lib. II. mulierem ita ab peregrino mercatore inſtitutam fingit, SOLA MIHI HERES ESTO, QVAM CVM SEMEL APPELLASSEM, CVM ITERVM, CVM TERTIO APPELLASSEM, NON CORRVPI. Et paullo pòſt. OMNIVM BONORVM MEORVM, OMNIS PECVNIÆ MEÆ SOLA HERES ESTO, *quia corrumpi non potuit, quia tot ſollicitationibus expugnari non potuit, quia tam fideliter pudicitiam cuſtodiuit*. Et mox, SOLA HERES ESTO, *quamuis aliena, quamuis ignota, tantùm quia pudica, quia incorrupta eſt*. Ac deinceps. *Et ego ſi hunc morem ſcribendi recipitis, in conſpectu veſtro ita ſcribam.* VXOR MEA HERES ESTO, *quod peregrinante me adamata eſt, quod heres ab adoleſcente alieno ac libidinoſo relicta eſt, quod tam infamem hereditatem adijt*. Quintilian. lib. IX. ca. II. *Nam contra recitabatur Teſtamentum,* P. NONIVS GALLIO, CVI EGO OMNIA MERITISSIMO VOLO ET DEBEO, PRO EIVS ANIMI IN ME VOLVNTATE, *& adiectis deinde alijs*, HERES ESTO. Annæus Flor. lib. II. *Attalus rex Pergamenorum regis Eumenis filius, ſocij quondam commilitoniſque noſtri, Teſtamentum reliquit,* POPVLVS ROMANVS BONORVM MEORVM HERES ESTO. Quo modo, Populo Ro. acceſſiſſe Aſiam, Bithyniã, & Lybiã Eutropius ſcribit: De Aſia quidẽ lib. IIII. his verbis. *Eo tẽpore Attalus rex Aſiæ, frater Eumenis, mortuus eſt, heredémque populum Romanũ reliquit. Ita imperio Romano per Teſtamentũ Aſia acceſſit.* De Bithynia, idẽ lib. VI. *Lucio Licinio Lucullo & M. Aurelio. Cotta Coſſ. mortuus eſt Nicomedes rex Bithyniæ, & per Teſtamentum populum Ro fecit heredem.* Et eod. lib. *Quo tempore Lybia quoque Romano imperio per Teſtamentũ Apionis, qui rex eius fuerat, acceſſit.* Cic. II. Orat. de lege Agrar. *Dicitur a multis, & ſæpe dictũ eſt, poſt eoſdẽ Coſſ. Regis Alexãdrini Teſtamẽto, Regnũ illud populi Ro. eſſe factum.* Sex. Ruff. in Epitome Ro. hiſtoriæ. *Aſia ſocietate Attali Regis nota Ro. eſt: eámque Attali Teſtamento relictã hereditario voce poſſidemus.* Et poſt aliquot clauſulas, *Bithyniã defuncti Nicomedis Teſtamento adſecuti, Gallogræciam inuaſimus.* Atque hæc ſunt Regna Populo Ro. Teſtamentis regum delata. Nunc ad propoſitam formulam reuertamur. Martian. Capel. lib. V. de nupt. philolog. *Et qui habuerit propinquos duos, vnum Læſium nomine, aliúmque Milæſium, heredémque inſtituens, ſic loquutus eſt,* HERES ESTO MILÆSI. Diomed. Grammat. lib. I. *Et pro tertia perſona admittitur apud veteres, cùm dicitur,* ILLE HERES ESTO. Et ita Pudentillam filium ſuum Teſtamento heredem inſtituiſſe his verbis, SICINNIVS PVDENS FILIVS MIHI HERES ESTO, Apuleius Apolog. II. ſcribit. Quod ſi plures coniunctim heredes ſcriberentur, ita ſcribebantur, HEREDES SVNTO, L. Attius, L. interdum, L. ſi ita ſcriptum, §. vlt. L. cùm in Teſtamento, § 1. & §. vlt. L. ſi quis heredes, L. ſi ita quis heredes, & L. Lucius Titius Seio, & L. Lucius Titius qui D. fratrẽ, de hered. inſtit. L. illud, §. 1. D. ſi pars hered. pet. Enimuero ſi ſic teſtator ſcripſiſſet, LVCIVS HERES, licet non adieciſſet, ESTO, credebatur plus nuncupatum, minus ſcriptum, L. 1. D. de hered. inſtit. L. errore C. de teſtament. Et ſi ita, LVCIVS ESTO, tantumdẽ erat. Sed & cùm quidã portiones inter heredes diſtribuiſſet ita, ILLE EX PARTE TOTA, ILLE EX TOTA, nec adieciſſet, HERES ESTO, à diuo Pio reſcriptum fuit, valere inſtitutionem, vt & illam, ILLA VXOR MEA ESTO, licet deeſſet, HERES. Et cùm alius ſcripſiſſet ILLVM HEREDEM ESSE, valebat inſtitutio, ſubaudito, Iubeo. L. 1. D. de heredib. inſtit. Illa autem inſtitutio, HEREDEM INSTITVO, HEREDEM FACIO, pleriſque improbabatur, quemadmodum Vlpian. Tit. XXI. ſcribit. At Conſtantinus indignum iudicans ob inanem obſeruationem irritas fieri Tabulas & iudicia mortuorum, ſanxit Inſtitutioni heredis non eſſe

neceſſariam

neceſſariam verborum obſeruantiam, vtrum imperatiuis & directis verbis fieret, aut inflexis: Nec enim intereſſe voluit, an diceretur, HEREDEM FACIO vel INSTITVO, vel VOLO, vel MANDO, vel CVPIO, vel ESTO, vel ERIT: ſed quibuſlibet confectam ſententiis, vel quolibet loquendi genere formatam Inſtitutionē valere cōſtituit, L. quoniā C. de teſtamēt. Quam eius Conſtitutionē abſque laude non trāſmiſit Euſeb. lib. IIII. vitæ ipſius his verbis. Παλαιοὶ μὲν νόμοι ἐξ ἐπ' αὐτῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς ἀκριβολογεῖσθαι ῥημάτων λέξεσι τὰς συνταττομένας διαθήκας, τρόπους δέ τινας καὶ ποίας δεῖ φωνὰς ἐπιλέγεσθαι, ὥριζον. Καὶ πολλὰ ἐκ τούτων ἐκακουργεῖτο ἐπὶ περιγραφῇ τῆς τῶν κατοιχομένων προαιρέσεως. Ἃ δὴ συνιδὼν βασιλεὺς καὶ τοῦτον μετεποίει τὸν νόμον, ψιλοῖς ῥήμασι καὶ ταῖς τυχούσαις φωναῖς τὸν τελευτῶντα δεῖν τὰ κατὰ γνώμην διατάττεσθαι φήσας, κἀν τῷ τυχόντι γράμματι τὴν αὐτοῦ δόξαν ἐκτίθεσθαι. Ac planè ille Imperator nō minus Iudiciariis, quàm Teſtamētariis formulis infeſtus, illas quoque foro & orbe Romano excedere iuſſit, quemadmodum ſupra lib. V. docuimus. Secundum hanc Cōſtantini Conſtitutionem Saluian. Maſſilien. lib. III. ad Eccleſ. Catholic. *Videas*, inquit, *incognitarum adgnationum pudenda nomina, & recentium ac præpotentium adfinitatum ridicula commenta, cùm dicat quis de aliquo adoptiuo ac ſubitaneo propinquo,* ILLVM HEREDEM FACIO PARENTEM MEVM, *aut quæcumque ſanctæ profeſſionis vidua, vel puella,* ILLVM HEREDEM SCRIBO PROXIMVM MEVM.

Heres planè inſtitui, niſi vt certò demonſtraretur, nemo poterat, L. quotiens, §. heres, D. de hered. inſt. Quòd ſi in patre vel patria, vel alia ſimili adſumptione falſum ſcriptum eſſet, dum de eo, de quo ſenſiſſet, & qui demonſtratus eſſet, conſtaret, Inſtitutio valebat, L. his verbis, §. vlt. D. eo. L. error. C. de teſtament. Sed & qui frater non erat, ſi fraterna caritate diligeretur, rectè cum nomine ſuo, ſub appellatione fratris, heres inſtituebatur, L. nemo dubitat, D. de hered. inſtit. Si quis autem heredis nomen non dixiſſet, verùm indubitabili ſigno eum demonſtraſſet, quod pænè nihil à nomine diſtabat, non tamen eo quod contumeliæ cauſa ſoleret addi, valebat Inſtitutio, d. L. quotiens, §. ſi quis nomen. Marcianus tamen ſcribit illam Inſtitutionem valere, FILIVS MEVS IMPIISSIMVS, MALE DE ME MERITVS heres eſto, L. his verbis, §. I. D. eo. Vlpian. in L. I. §. ſi quis filium, D. de Carbon. edic. *Si quis filium ſuum heredem inſtituerit ex minima parte, ſic,* IS QVI EX ILLA NATVS EST, HERES ESTO. Inſtitutionibus autem heredum quandoque Elogia adiecta ex Seneca Controuerſ. vlt. lib. II. & Quintiliano lib. IX. cap. II. liquet.

Rectè quidem heres ita nuncupabatur, HIC MIHI HERES ESTO, cùm eſſet coram qui oſtendebatur, L. Nemo dubitat, D. de heredib. inſtit. Heredes etiam rectè his verbis inſtituebantur, TITIVS ET SEIVS VTERVE EORVM VIVET, MIHI HERES ESTO, L. Titius, D. de hered. inſtit. VTER EX FRATRIBVS MEIS TITIO ET MÆVIO, SEIAM VXOREM DVXERIT, HERES ESTO, L. quotiens, §. ſi quis ita, D. de hered. inſtit. L. vter, D. de condic. inſtit. CORNELIVS ET MÆVIVS, VTER EORVM VOLET, HERES ESTO, L. Cornelius, D. de heredib. inſtit. Erat & illa vtilis Inſtitutio, CVIVS NOMEN CODICILLIS ADSCRIPSERO, ILLE MIHI HERES ESTO, L. inſtitutio talis, §. vlt. D. de condic. inſtit. vel, QVEM MIHI HEREM CODICILLIS FECERO, HERES ESTO, L. aſſe toto, D. de hered. inſtit. Licet enim codicillis hereditas dari non poſſet, tamen hæc ex Teſtamento data videbatur. At incerta perſona heres inſtitui non poterat, veluti hoc modo, QVISQVIS PRIMVS AD FVNVS MEVM VENERIT, HERES ESTO, Cuius rei nobis auctor eſt Vlpianus Tit. XXII.

Interdum & hi qui nondum in rebus humanis erant, ac necdum nati, heredes inſtituebantur, veluti Poſtumi, & Poſtumæ. Vlpian. in L. III. D. de Carbon. edic. *Si pater fa. ita inſtituerit*, POSTVMVS HERES ESTO, *vel*, POSTVMA HERES ESTO. Paul. in L. Titius, §. I. D. de liber. & poſt. proponit Titium cùm ſuprema ſua ordinaret in ciuitate, & haberet neptem ex filia prægnantem, rure agentem, SCRIPSISSE ID QVOD IN VTERO HABERET, EX PARTE HEREDEM. Idem in L. poſtumum, D. eo. tit. *Poſtumum ex qualibet vidua natum ſibi filium heredem inſtituere poteſt,*

Vlpianus etiam in L. placet, D. eo. omnem maſculum, ſiue iam maritus eſſet, ſiue nondum vxorem duxiſſet, potuiſſe Poſtumum heredem ſcribere ait. Nam cùm maritus Poſtumum heredem ſcribebat, non vtique is ſolus poſtumus ſcriptus videbatur, qui ex ea, quam habebat vxorem, ei natus: vel qui tunc in vtero erat: verùm is quoque, qui ex quacumque vxore naſceretur. Ideóque qui Poſtumum heredem inſtituerat, ſi poſt Teſtamentum factum mutaſſet matrimonium, is inſtitutus videbatur, qui ex poſteriore matrimonio natus erat, L. ideóque, D. eo. Paul. lib. III. Sentent. Tit. IIII. *Talis eſt Poſtumorum inſtitutio*, SI QVI POST MORTEM MEAM POSTVMI NATI FVERINT, HEREDES MIHI ESTOTE. Idem in L. illud, §. I. D. ſi pars hered. per. *Quod ſi fortè ita inſtitutio facta eſt*, QVOTCVMQVE MIHI NATI ERVNT, ET LVCIVS TITIVS, PRO VIRILIBVS PORTIONIBVS HEREDES MIHI SVNTO.

Sanè hunc in nobis innatum eſſe affectum, vt liberis conſultum velimus, etiam ſi poſtumi futuri ſint, Cic. lib. III. de Finib. ſcribit. Duobus autem modis filij poſtumi inſtituebantur. Nam vel eum FILIVM generaliter & indiſtinctè, QVI SIBI QVANDOQVE NASCERETVR, vel EVM QVI EX CERTA MVLIERE VXORE VEL VIDVA NASCERETVR, heredem ſcribebant. Prioris generis hæc ſunt exempla. Iulian. in L. ſi is qui ducenta, §. vlt. D. de reb. dub. *Item ſi paterfa. in Teſtamento ita ſcripſerit*, SI QVIS MIHI FILIVS, AVT FILIA GENITVR HERES MIHI ESTO. Idem in L. ſi ita ſcriptũ, D. de liber. & poſt. *Si ita ſcriptum ſit*, SI FILIVS MIHI NATVS FVERIT, EX BESSE HERES ESTO. EX RELIQVA PARTE VXOR MEA HERES ESTO. SI VERO FILIA NATA MIHI FVERIT, EX TRIENTE HERES ESTO. Africa. in L. ſi ita ſcriptum fuerit, §. I. D. de hered. inſtit. *Quidam Teſtamento ita heredes inſtituit*, TITIA FILIA MEA HERES ESTO. SI QVID MIHI LIBERORVM ME VIVO MORTVOVE NASCETVR, TVNC QVI VIRILIS SEXVS, VNVS, PLVRESVE, NASCENTVR, EX PARTE DIMIDIA ET QVARTA: QVI FEMININI SEXVS, VNA, PLVRESVE, NATÆ ERVNT, EX PARTE QVARTA MIHI HERES SIT Paul. in L. Clemens, D. eo. *Clemens patronus Teſtamento cauerat*, VT SI SIBI FILIVS NATVS FVISSET, HERES ESSET: SI DVO FILII, EX ÆQVIS PARTIBVS HEREDES ESSENT: SI DVÆ FILIÆ, SIMILITER. SI FILIVS ET FILIA, FILIO DVAS PARTES, FILIÆ TERTIAM *dederat*. Alterius formulæ exemplũ præbet Triphonin. in L. filius à patre, §. ſi quis ex certa, D. de liber. & poſt. *Si quis*, inquiens, EX CERTA VXORE NATVM SCRIBIT HEREDEM, Et §. ſi quis eo tempore, ibid. *Si quis eo tempore, quo nondum eius vxor eſſe poteſt, Teſtator* NATVM EX EA SCRIPSIT HEREDEM. Et mox. *veluti, ſi ſcribas hodie heredem*, QVI TIBI EX TITIA NATVS ERIT. Priore caſu ex quacumque vxore poſtea ſuſceptus, inſtitutus cenſebatur, & omnis res erat in vado, aliter atque ſi ex certa vxore natum heredem ſcripſiſſet: Is enim in periculum rumpendi Teſtamentum deducebat, ex alia vxore ſuſceptis liberis, d. L. filius à patre, §. ſi quis ex certa, D. eo. Commodiſſimè autem, auctore Pomponio in L. commodiſſimè, D. eo. is qui nondum natus erat, ita heres inſtituebatur, SIVE VIVO ME, SIVE MORTVO NATVS FVERIT, HERES ESTO.

Nec Filios modò ſed & Nepotes poſtumos heredes ſcribebant. Iulian. in L. Cùm in Teſtamento, D. de heredib. inſtit. *Cùm in Teſtamento ita ſcribitur*, SI FILIVS MEVS ME VIVO MORIETVR, NEPOS EX EO POST MORTEM MEAM NATVS HERES ESTO. Gallus quidem Aquilius ſic poſſe inſtitui poſtumos Nepotes, qui poſt auorum mortem naſcerentur, induxit: SI FILIVS MEVS VIVO ME MORIETVR, TVNC SI QVIS MIHI EX EO NEPOS, SIVE QVÆ NEPTIS POST MORTEM MEAM IN DECEM MENSIBVS PROXIMIS QVIBVS FILIVS MEVS MORERETVR, NATVS, NATAVE, ERIT, HEREDES SVNTO, L. Gallus, D. de liber. & poſt. Idémque & de pronepote caueri poterat, vt diceret teſtator, SI ME VIVO NEPOS DECEDAT, TVNC QVI EX EO PRONEPOS, *& cetera*. Sed & ſi viuo filio, iam mortuo pronepote, cuius vxor prægnas

gnas eſſet, Teſtamentũ faceret, poterat dicere, SI ME VIVO FILIVS DECEDAT, TVNC QVI PRONEPOS. &c. Sed & ſi filius & nepos viuerẽt, concipere Teſtamentũ VTRISQVE MORTVIS, VIVO SE, TVNC QVI PRO NEPOS NASCERETVR, poterat: ita ſanè ſi prius nepos, deinde filius decederet, ne ſucceſſione Teſtamentũ rũperetur, § idem credendũ ead. L. Sed & ſi inſtituiſſet quis NEPOTEM QVI SIBI POST MORTEM SVVS NASCERETVR, rectè eum inſtituiſſe Scæuola cenſebat, quibuſcumque caſibus nepos poſt mortẽ natus ſuus eſſet, rumperẽtque præteritus. Atque etiam ſi generaliter ita, QVIDQVID SIBI LIBERORVM NATVM ERIT POST MORTEM, aut, QVICVMQVE NATVS FVERIT, SI SVVS NASCERETVR, quis inſtituiſſet, rectè factam inſtitutionẽ credebat, §. quod ſi qui filium ead. L. Pertinebat autẽ illa Galli Aquilij formula ad eos demum poſtumos qui poſt mortẽ teſtatoris naſcebantur. At lex Iulia Velleia, vt quod omiſſum erat à Gallo ſuppleret, eo quoque caſu prouidendum duxit, quo poſt Teſtamentum factum, ſui heredes in vita teſtatoris naſcerentur. Voluit ergo inſtitui poſſe eiuſmodi poſtumos qui poſt Teſtamentum viuo teſtatore ſui naſcerentur, ne Teſtamẽtum adgnaſcendo rumperent, L. Gallus, §. nunc de lege, D. de liber. & poſt. L. poſtumi in princ. & §. I. D. de iniuſ. rup. Proſpexit & eadem lex in eum caſum, quo hi qui tempore ſcribendi Teſtamenti iam nati erant, poſt Teſtamentum factum viuo teſtatore in ſuorum locum ſuccederent: horum enim ſucceſſione, ſi vel inſtitui vel nominatim exheredati eſſent, Teſtamẽta rũpi prohibuit. Ergo vel inſtituendos, vel exheredandos monuit, ne ſi poſtea viuo teſtatore in ſuorum locum ſuccederent, præteriti, rumperent Teſtamenta. Vt ecce, ſi filium & ex eo nepotem neptémve quis in poteſtate haberet, quia filius gradu præcedebat, is ſolus iura ſui heredis habebat, quamuis nepos quoque & neptis ex eo in eadem poteſtate eſſent. Sed ſi filius viuo patre moreretur, aut qualibet ratione exiret de poteſtate, incipiebat nepos neptiſve in eius locum ſuccedere, & eo modo iura ſuorum heredum, quaſi adgnaſcerẽtur, naneiſcebantur. Ne ergo, eo modo aui Teſtamentum rumperent, ſicut ipſum filium vel heredem inſtituere, vel nominatim exheredare debebat, ne non iure faceret Teſtamentũ: Ita & nepotem, neptémve ex eo, neceſſe illi erat, vel heredẽ inſtituere, vel exheredare: ne forte viuo eo filio, mortuo ptæ nepos neptiſve ſuccedẽtes in locũ eius, quaſi adgnatione, rumperẽt Teſtamentũ: quod lege Iulia Velleia prohibitũ fuit, L. poſtumorũ, D. de iniuſ. rup. L. II. in prine. D. de vulg. & pupill. L. ſed cõdicioni, §. I. D. de hered. inſtit.

Porrò interdum heredes EX ASSE inſtituebantur, interdum EX PARTIBVS. Ex aſſe, hoc modo, LVCIVS TITIVS EX ASSE MIHI HERES ESTO, L. Lucius Titius qui, D. de hered. inſtit. L. Lucius Titius, §. vlt. D. de teſt. milit. Martial Epigr. x. lib. III.

Idem te moriens HEREDEM EX ASSE *reliquit.*

Et Epigr. LXV. lib. VII.

HEREDEM *Fabius Labienum* EX ASSE RELIQVIT.

Sed & ſi vnus dũtaxat heres nullo dato, vel adiecto coherede inſtitutus eſſet, ex Aſſe facta inſtitutio cẽſebatur, licet expreſſũ id nõ eſſet. Ex partib' verò, vel ÆQVIS vel INÆQVALIBVS, heredes ſcribebãtur. Ex Æquis partibus heredes (quales ſcripti memorantur in L. qui fundũ, §. qui filiũ, & L. maritũ, D. ad L. falcid. L. Clemẽs, D. de hered. inſt. L. Titia cũ, D. de leg. II. L. cũ quis, §. ſciã, D. de leg. III. & apud Suet. in Tiber. cap. vlt.) ſcribebãtur verbis huiuſmodi, CORNELIVS ET SALVSTIVS, ET VARO ÆQVIS PARTIBVS HEREDES SVNTO, L. Lucius Titius Seio, D. de hered. inſtit. STICHVS ET PAMPHILVS SERVI MEI LIBERI ET HEREDES MIHI ÆQVIS PARTIBVS SVNTO, L. Lucius Titius qui fratrẽ, D. eo. GAIVS ET MÆVIVS ÆQVIS EX PARTIBVS HEREDES SVNTO, L. ſi ita quis heredes, D. eo. PRIMVS ET FRATRIS MEI FILII ÆQVE HEREDES SVNTO, L. interdũ, D. eo. Quinetiã ſi inæqualibus partibus datis, ita ante Teſtamẽtũ peractũ, adiectũ fuiſſet, QVOS EX DISPARIBVS PARTIBVS HEREDES INSTITVI, ÆQVE HEREDES SVNTO, heredes ſcripti exæquabãtur, L. ſi inæqualibus, D. eo. Interdũ & ita plures inſtituebantur, PRO VIRILIBVS PORTIONIBVS HEREDES SVNTO, L. illud, §. I. D. ſi pars hered. pet. Plures etiam heredes nullis partibus nominatis inſtituti, ex æquis partibus heredes erant, §. ſi plures inſtit. de heredib. inſtit.

Ex inæqualibus autem ſeu diſparibus & diuerſis partibus plures heredes inſtituebantur, puta EX BESSE, EX TRIENTE, EX QVADRANTE, EX DODRANTE, EX SEMISSE, L. liber homo, §. Titius, D. de hered. inſtit. L. ſi ita ſcriptum, &

L.filiusfa. miles,§.vlt.D.de liber.& poſt. L.vter,L.qui ex fratribus,D.de condic.inſtit. vel, EX VNCIIS SEX, & OCTO, L. ex vnciis, D. de hered. inſtit. vel EX PARTE VNA, EX PARTIBVS DVABVS, EX PARTE DIMIDIA, TERTIA, QVARTA,d. L. liber homo,§. ſi ita, L.ſi quis heredem,D.eo. Cicero Epiſt. xxx. lib.XIII. Familiar. *Teſtamento, quod Romæ Paullo & Marcello Coſſ. fecerat, heres* EX PARTE DIMIDIA AC TERTIA EST CAPITO IN SEXTANTE SVNT *ij, quorum pars ſine illa cuiuſquam querela, publica poteſt eſſe*. Idem pro Cæcina, de Ceſenniæ Teſtamento, *Facit heredem*, EX DEVNCE ET SEMVNCIA, *Cæcinam*, EX DVABVS SEXTVLIS, M. *Fulcinium libertum ſuperioris viri Æbutio* SEXTVLAM *aſpergit*. Iuuenal. Sat. I.

VNCIOLAM *Proculeius habet, ſed Gillo*, DEVNCEM.

Africanus in L. ſi ita ſcriptum,§.vlt.D.eo. *In teſtamẽto ita ſcriptum eſt*, LVCIVS TITIVS EX DVABVS VNCIIS, GAIVS ATTEIVS EX PARTE VNA, MÆVIVS EX PARTE VNA, SEIVS EX PARTIBVS DVABVS, MIHI HEREDES SVNTO. Iauolen. in L. ſi quis heredes, D.eo. *Si quis heredes ita inſtituit*, TITIVS EX PARTE PRIMA, SEIVS EX PARTE SECVNDA, MÆVIVS EX PARTE TERTIA, SVLPICIVS EX PARTE QVARTA HEREDES SVNTO. Vlpian. in L. Iulianus, D.eo. *Si quis ita heredẽ ſcripſerit*, TITIVS EX PARTE DIMIDIA HERES ESTO. Gaius in L. ſi quis ita ſcripſerit, D.eo. *Si quis ita ſcripſerit*, TITIVS EX PARTE DIMIDIA HERES ESTO. Idem TITIVS EX ALTERA PARTE DIMIDIA, SI NAVIS EX ASIA VENERIT, HERES ESTO. Scæuola in L. Aithales, D.de L. Cor. de falſ. filiam Teſtatoris EX PARTE DVODECIMA heredem ſcriptam, & alios EX VNDECIM PORTIONIBVS heredes inſtitutos refert. Fit & SEMVNCIÆ hereditatis, & SICILICI mentio in L. liberto,§.filium, D.de annu.leg.

Interdum, poſt partes quibuſdam adſcriptas, adiiciebant, ſe EX PARTE RELIQVA alios inſtituere. Iulian. in L. ſi ita ſcriptum, D.de liber.& poſt. *Si ita ſcriptum ſit*, SI FILIVS MIHI NATVS FVERIT, EX BESSE HERES ESTO. EX RELIQVA PARTE VXOR MEA HERES ESTO. SI VERO FILIA MIHI NATA FVERIT, EX TRIENTE HERES ESTO. EX RELIQVA PARTE VXOR HERES ESTO. Celſus in L. liber homo,§. ſi ita, D. de hered. inſtit. *Si ita ſcriptum fuerit*, TITIVS EX PARTE TERTIA, MÆVIVS EX PARTE TERTIA HEREDES SVNTO. TITIVS, SI INTRA TERTIAS KALENDAS NAVIS EX ASIA VENERIT, EX RELIQVA PARTE HERES ESTO. Vlpian. in L.item quod,§.ſed ſi aſſe, D. eo. *Aliter atque ſi ita ſcripſiſſet expleto aſſe*, EX RELIQVA PARTE HERES ESTO. Hermogenian. in L. ex vnciis, D.eo. EX VNCIIS SEX *primo herede inſtituto, ſecundo*, EX OCTO, *ſi tertius*, EX RESIDVA PARTE, *vel nulla portionis facta mentione, heres inſtituatur*. Papinian. in L.qui nõ militabat,§.vlt. D.eo. *Seius Mæuium* EX PARTE QVAM PER LEGES CAPERE POSSIT, *heredem inſtituit*, EX RELIQVA *Titium*. Scæuola in L.Sextiam, D. de legat. III. *Sextiam filiam ex quadrante*, EX RELIQVIS *Seium & Marcium ſororis filios ſcripſit heredes*. Quæ formula Iuſti Lipſij de quodam Suetoniano mendo iudicium valde confirmat. Is enim ingenioſè & acutè, vt omnia, animaduertit in his verbis quæ in Iulio cap. LXXXIII. ita paſſim leguntur, *Tres inſtituit heredes ſororum nepotes*, C. *Octauiũ* EX DODRANTE, L. *Pinarium & Q. Pediũ* EX QVADRANTE: *reliquos in ima cera*, & cet. vitium ſubeſſe, legendúmque, EX QVADRANTE RELIQVO. Quod & ipſemet Suetonius comprobat, qui hoc eodẽ genere loquẽdi vtitur in Octauio cap. CI. *Heredes*, inquiẽs, *inſtituit primos* &c. *Secũdos, Druſum Tiberij filiũ ex triente*, & EX PARTIBVS RELIQVIS, *Germanicũ liberóſq; eius tres ſexus virilis*.

Nonnũquam ex partibus quæ poſtea adſcriberẽtur, vel quæ aliũde colligerẽtur, heredes inſtituebãtur, hoc modo, EX PARTIBVS QVAS ADSCRIPSERO, EX HIS PARTIBVS EX QVIBVS TESTAMENTO MATRIS SCRIPTI FVISSENT, HEREDES SVNTO, L. II. in princ.§.vlt. D. de hered. inſtit. Vlpian. in L. ſi quis ita ſcripſerit, D.eo. *Si quis ita ſcripſerit heredem*, EX QVA PARTE CODICILLIS TITIVM HEREDEM SCRIPSERO, HERES ESTO. Sic & in L. hoc articulo, D.eo. *Si ita ſcriptũ ſit*, TITIVS ET SEIVS QVANTA QVISQVE EORVM EX PARTE HEREDEM ME HABVERIT SCRIPTVM, HERES MIHI ESTO. Paul. in L. Clemens,§.vlt. D.eo. *Si ita ſcripſerit teſtator*, QVANTA EX PARTE ME A TITIO HEREDEM INSTITVTVM RECITASSEM, EX EA PARTE SEMPRONIVS MIHI HERES ESTO. Et in L. Illæ autem, D. eo. *Si ita heredẽ quis inſtituat*, QVA EX PARTE ME TITIVS HEREDEM INSTITVIT, EX EA PARTE MÆVIVS HERES ESTO. Et in L. vlt. D. de bon. poſſ. ſec. tab. *Si quis ita heredẽ inſtituat*, TITIVS

QVANTA

QVANTA EX PARTE PRIORE TESTAMENTO EVM SCRIPTVM HABEO, HERES ESTO, *vel*, QVANTA EX PARTE CODICILLIS SCRIPTVM EVM HABEO, HERES ESTO. Et mox: *Quòd ſi ita ſcripſero*, TITIVS SI EVM PRIORE TESTAMENTO EX SEMISSE SCRIPTVM HEREDEM HABEO, *vel* SI EVM CODICILLIS EX SEMISSE HEREDEM SCRIPSERO, EX SEMISSE HERES ESTO. Iulian. in L.1.D.de his quæ pro non ſcript. habent. QVA EX PARTE ME TITIVS HEREDEM SCRIPTVM IN TABVLIS SVIS RECITAVERIT, EX EA PARTE HERES ESTO. Celſus in L. liber homo, §. 1. D. eo. TITIVS QVA EX PARTE MIHI SOCIVS EST IN VECTIGALI SALINARVM, PRO EA PARTE MIHI HERES ESTO. Interdum & emolumento portionum, euentu nuptiarum, heredes ſcripti diſcernebantur, vt in L. vter, D.de cōdic. inſtit. VTER EX FRATRIBVS MEIS, CONSOBRINAM NOSTRAM DVXERIT VXOREM, EX DODRANTE: QVI NON DVXERIT, EX QVADRANTE HERES ESTO. Et in L. qui ex fratribus, D. eo. QVI EX FRATRIBVS MEIS TITIAM CONSOBRINAM VXOREM DVXERIT, EX BESSE HERES ESTO. QVI NON DVXERIT, EX TRIENTE HERES ESTO. Vlpian. in L. 11. §. ſi quis ita, D. de bon. poſſ. ſec. tab. *Si quis ita inſtituerit heredes*. VTER EX FRATRIBVS MEIS SEIAM VXOREM DVXERIT, EX DODRANTE MIHI HERES ESTO. VTER NON DVXERIT EX QVADRANTE HERES ESTO.

Quandoque etiam plures ſine partibus, vel coniunctim, vel ſeparatim, heredes ſcribebantur, L. heres, D. de hered. inſtit. quo caſu partes æquas ex hereditate ferebant, L. ex facto, & L. quotiens, §. heredes, D. eo. Sed vtrum coniunctim, vel ſeparatim ſcriberentur, hoc intererat, quòd vbi coniunctim ſcripti erant, ſi quis ex coniunctis deceſſiſſet, hoc non ad omnes, ſed ad reliquos qui coniuncti erant, pertinebat. Sin autem ex ſeparatis, ad omnes qui eodem teſtamento ſcripti erant heredes, portio eius pertinebat, d. L. heredes. Quo loco autem ſcriberetur heres ſine parte, vtrum primo, an medio, vel nouiſſimo, nihil interfuiſſe, ait L. quo loco, D. eo. Papinian. in L. qui non militabat, §. filius, D. eo. *Nihil autem intereſt, quo loco ſine portione quis heres inſtituatur: quo magis Aſſis reſiduum accepiſſe videatur*: Eáque *vacua pars* vocatur à Celſo in L. liber homo, §. 1. D. eo.

Poterat verò paterfamilias in quot vellet partes hereditatē diſtribuere. Sed ſollemnis Aſſis diſtributio, in duodecim vncias fiebat, L. interdum, §. 1. D. eo. Vlpian. in L. ſeruum, §. vlt. D. eo. *Hereditas plerumque diuiditur in duodecim vncias, quæ Aſſis appellatione continentur. Habent autem partes propria nomina ab vncia vſque ad aſſem: puta hec*, SEXTANS, QVADRANS, TRIENS, QVINCVNX, SEMIS, SEPTVNX, BES, DODRANS, DEXTANS, DEVNX, AS. Quod & Iuſtinian. tradit in §. hereditas, Inſtit. de hered. inſtit. Denique ſi teſtator minus Aſſe diſtribuiſſet, poteſtate iuris inſtitutiones in aſſem reuoluebantur: vt puta, ſi duos heredes ex quadrante ſcripſiſſet: Nam hereditas eius reſidua accedebat, vt ex ſemiſſibus viderentur ſcripti. Sed ſi alter EX QVADRANTE, alter, EX SEMISSE heredes ſcripti eſſent, qui accedebat quadrās, pro partibus hereditariis eis adcreſcebat: At ſi Teſtator in diuiſione duodecim vncias exceſſiſſet, æquè pro rata decreſcebat: velut, ſi Titium EX DVODECIM VNCIIS heredem, Mæuium EX SEX ſcripſiſſet, Titius hereditatis ſemiſſem, Mæuius trientem optinebat, d. L. interdum, §. 1. Sed & ſi Titium ita inſtituiſſet teſtator, TITIVS EX PARTE TERTIA, deinde Aſſe expleto, IDEM EX PARTE SEXTA, in quatuordecim partes hereditas diuidenda erat, d. L. interdum, §. vlt. Quód ſi duos ex quadrantibus heredes ſcripſiſſet, tertium ſine parte, is quod Aſſi deerat, ferebat, L. item quod in princ. D. eo. Iuſtinian. in §. non autem, Inſtit. eo. tit. *Non autem vtique ſemper duodecim vncias eſſe oportet. Nam tot vnciæ Aſſem efficiunt, quot teſtator voluerit: & ſi vnum tantùm quis ex ſemiſſe (verbi gratia) heredem ſcripſerit, totus As in ſemiſſe erit*. Et mox, *Et è contrario poteſt quis in quotcumque voluerit plurimas vncias ſuam hereditatem diuidere*. Paulus lib. III. Sentent. cap. IIII. *In quot vult vncias Teſtator hereditatem ſuam diuidere poteſt. Impleto verò Aſſe, ſine parte inſtituti, ad prioris*

Aſſis ſemiſſem, æquis portionibus, veniebant. Ex Vnciis ergo ſex, primo herede inſtituto, ſecundo ex octo, ſi tertius ex reſidua parte, vel nulla portionis facta mentione, heres inſtitutus fuiſſet, in viginti quatuor partes hereditas diſtribuebatur, & quinque vncias tertius habebat, L. ex vnciis, D. de hered. inſtit. Sed ſi plus Aſſe paterfa. diſtribuiſſet, & aliquem ſine parte heredem feciſſet, is id quod ex Dupondio deerat, habebat, L. Sabinus, D. eo. Et tunc quidem ex altero Aſſe portio relicta intelligebatur, cùm Aſſe nominatim dato, vel duodecim vnciis diſtributis, reſidua portio non inueniebatur, L. qui non militabat, §. filiis, D. eo. Aſſe etiam expleto & diſtributo, ſi alius præterea ſine parte heres ſcriberetur, in alium Aſſem veniebat, aliter atque ſi expleto Aſſe ita ſcripſiſſet, EX RELIQVA PARTE HERES ESTO: quoniam cùm nihil reliquum eſſet, ex nulla parte heres inſtitutus cenſebatur. Sed ſi expleto Aſſe, duo ſine partibus ſcripti fuiſſent, in vnum Aſſem veniebant. Et ſi vnus ſine parte, duo coniunctim ſine parte, heredes inſtituti fuiſſent, duo ſemiſſes fiebant. Quòd ſi quis Dupondium diſtribuiſſet, & tertium ſine parte inſtituiſſet, hic non in alium Aſſem, ſed in trientem veniebat, L. item quod, §. 1. & §. vlt. D. eo. Planè ſi Mæuium, qui ſolidum capere poterat, quis heredem ex ea parte quam per leges capere poterat, inſtituiſſet, deinde Titium heredem, non facta RELIQVI mentione, inſtituiſſet, in duos Aſſes hereditas diuidebatur, & tantundem in altero Aſſe Titius habebat, quantum Mæuius in primo, L. quod ſi non ſit D. eo.

Interdum duo heredes ita inſtituebãtur, verbi gratia, vnus EX FVNDO CORNELIANO, alter EX LVBIANO: & tunc heredes erant ex æquis partibus, quaſi ſine partibus inſtituti, L. ex facto, D. de hered inſtit. Paulus in L. ſi alterius, D. eo. *Si alterius*, ait, *atque alterius* FVNDI *pro partibus quis* HEREDES *inſtituerit, perinde habebitur, quaſi non adiectis partibus heredes ſcripti eſſent.* Sed & ſi duo heredes inſtituti eſſent, vnus ex parte tertia fundi Corneliani, alter ex beſſe eiuſdem fundi, detracta fundi mentione, quaſi ſine partibus heredes ſcripti, hereditate potiebantur, L. quotiens, §. ſi duo D. eo. Similique modo, ſi quis ita teſtatus eſſet, ATTIVS FVNDI CORNELIANI HERES ESTO MIHI: DVO TITII ILLIVS INSVLÆ HEREDES SVNTO: duo Titij ſemiſſem obtinebant, Attius ſemiſſem, L. Attius, D. eo. Quinetiam ſi paganus, ſeu qui non militabat, alium, RERVM ITALICARVM, alium, RERVM PROVINCIALIVM HEREDEM inſtituiſſet, vel alium, BONORVM MATERNORVM QVÆ IN PANNONIA POSSIDEBAT, aliũ, PATERNORVM QVÆ HABEBAT IN SYRIA, iure ſemiſſes ambo habebant, L. ex facto proponebatur, & L. qui non militabat, D. eo. Miles verò ſi alium, CASTRENSIVM RERVM, alium, CETERARVM SCRIPSISSET, quaſi duorum hominum duæ hereditates intelligebantur, L. ſi certatum, §. 1. D. de teſtam. milit.

Plures autem heredes ita quandoque ſcribebantur, vt eos & nominum & rei cõplexus iungeret, réque & verbis coniungerentur. Exempla ex L. triplici, D. de verb. ſignific. ſunt hæc. TITIVS ET MÆVIVS EX PARTE DIMIDIA HEREDES SVNTO: vel, TITIVS MÆVIVSQVE HEREDES SVNTO: vel, TITIVS CVM MÆVIO EX PARTE DIMIDIA HEREDES SVNTO: vel ita, PVBLIVS MÆVIVS, LVCIVS TITIVS HEREDES SVNTO, SEMPRONIVS EX PARTE DIMIDIA HERES ESTO. Item, LVCIVS TITIVS EX PARTE DIMIDIA HERES ESTO. SEIVS EX PARTE QVA LVCIVM TITIVM HEREDEM INSTITVI, HERES ESTO. SEMPRONIVS EX PARTE DIMIDIA HERES ESTO.

Heredes verò vel purè inſtituebantur, vel in diem certum, vel incertum, L. ſi quis inſtituatur, D. de hered. inſtit. vel ſub conditione. In tempus quidem capiendæ hereditatis heres vtiliter inſtituebatur, veluti, LVCIVS TITIVS CVM CAPERE POTVERIT, HERES ESTO, L. in tẽpus, D. de hered. inſtit. Ex die verò, vel ad diẽ hereditas non rectè dabatur, ſed vitio temporis ſublato manebat inſtitutio, L. hereditas, D. de hered. inſtit. Cõditio autẽ vel in præſens tempus, vel in præteritũ, vel in futurum cõcipiebatur. L. cùm in ſecundo, D. de iniuſ. rup. L. etiamſi, §. ſi patronus, D. de bon. libertor. In præſens, puta, SI TITIVS CONSVL EST. SI REX PARTHORVM VIVIT. SI NAVIS IN PORTV STAT, d. L. cùm in ſecundo, & L. inſtitutio talis, §. vlt. D. de condic. inſtit. In præteritum, SI TITIVS CONSVL FVIT, d.

L. cùm

L. cùm in ſecundo. In futurum verò, veluti, SI ILLE CONSVL FACTVS EVERIT: SI NAVIS EX ASIA VENERIT, L. ſi quis inſtituatur, §. 1. & L. ſi quis ita ſcripſerit, D. de hered. inſtit. L. multum intereſt, D. de condic. & dem, L. II. §. 1. & L. ſi ita ſcriptum, D. de bon. poſſ. ſec. tab. SI INTRA ANNVM SEPTVAGENSIMVM DECESSERIM, HERES ESTO, L. poteſt quis, D. de hered. inſtit. SI STICHVM MANVMISERIT, HERES ESTO; L. ſi ſub hac, D. de inoffic. teſtam. SI TITIO DECEM DEDERIT FILIVS, HERES ESTO, L. vlt. D. de condic. inſtit. Vlpianus in L. ſi qui ita, D. eo. *Si qui ita ſint inſtituti*, SI SOCII VNA BONORVM MEORVM PERMANSERINT VSQVE AD ANNOS SEDECIM, HEREDES SVNTO. Idem in L. Si qui ita ſint, §. vlt. D. de condic. inſtit. *Eum qui ita heres inſtitutus eſt*, Si SERVVM HEREDITARIVM NON ALIENAVERIT. Pompon. in L. ſi quis ſub condicione, D. eo. *Si quis ſub condicione heredes inſtituiſſet*, SI INVICEM CAVISSENT SE LEGATA EO TESTAMENTO RELICTA REDDITVROS. Idem in L. Titius, D. de condic. & demonſtr. TITIVS SI STATVAS IN MVNICIPIO POSVERIT, HERES ESTO. Paul. in L. Lucius, D. de condic. & dem. *Lucius Titius ita Teſtamentum fecit*, AVRELIVS CLAVDIVS NATVS EX ILLA MVLIERE, SI FILIVM MEVM SE ESSE IVDICI PROBAVERIT, HERES MIHI ESTO. Scæuola in L. ſi quis ita heres, D. de hered. inſtit. *Si quis ita heres inſtituatur*, SI LEGITIMVS HERES VINDICARE NOLIT HEREDITATEM MEAM. Paulus in L. illæ autē, D. eo. *Si ita ſcripſerit*, TITIVS, SI MÆVIVM TABVLIS TESTAMENTI SVI HEREDEM A SE SCRIPTVM OSTENDERIT, PROBAVERITQVE, HERES ESTO. Aliquando etiam heres inſtituebatur ſub hac condicione, SI DECEM TITIO DEDERIT, SI ALEXANDRIAM IERIT, VEL SI ALEXANDRIAM PERVENERIT, L. ſuus quoque in princ. & §. vlt. D. de condic. inſtit. L. vlt. D. eo. Scæuola in L. vlt. §. vlt. D. de doli except. Titiam marito & filio communi, ex parte dimidia ſcriptis heredibus, filiam ſuam ex priore matrimonio ita heredē inſtituiſſe proponit, MÆVIA FILIA MEA EX SEX VNCIIS HERES MIHI ESTO, SI CVM COHEREDIBVS TVIS PAREM RATIONEM FECERIS PRO MEA PORTIONE IN DIEM MORTIS MEÆ, EIVS ACTVS QVI PENDET EX TVTELA TVA, QVAM TITIVS PATER MEVS, AVVS TVVS, ADMINISTRAVIT. Vxor etiam quæ viro ſuo ex dotè promiſſam pecuniā debebat, heredē eū ſub ea cōdicione quandoq; ſcribebat, SI DOTEM QVAM EI PROMISERAT, NEQVE PETIISSET, NEQVE EXEGISSET, L. Mucianæ, D. de condic. & demonſtr. L. mulier, D. de condic. inſtit. Erat & illa vulgaris condicio, SI IN CAPITOLIVM ASCENDERIT. Et interdum heres ita inſtituebatur, ſi ipſemet Capitolium aſcendiſſet, hoc modo, TITIVS, SI IN CAPITOLIVM ASCENDERIT, EX ALIO QVADRANTE HERES ESTO, L. liber homo, §. ſi Titius, D. eo. TITHASVS, SI IN CAPITOLIVM ASCENDERIT, HERES ESTO, L. ſi ita ſcriptū, D. eo. Interdum verò ſub ea condicione, ſi tertius Capitolium aſcendiſſet, hereditas alicui dabatur, vt in L. ſi quis Sempronium, D. eo. *Si quis Sempronium heredem inſtituerit ſub hac condicione*, SI TITIVS IN CAPITOLIVM ASCENDERIT. Interdū & ſub iuriſiurandi condicione heres inſtituebatur, L. libertus, D. de bon. libertor. puta, SI IVRASSET DATVRVM SE ALIQVID, VEL FACTVRVM, veluti, STICHVM MANVMISSVRVM, L. quæ ſub condicione, §. quotiens, D. de condic. inſtit. Iauolen. in L. Antiſtius, D. de adquit. hered. *Si ita inſtitutus ſit*, SI IVRAVERIT, HERES ESTO. Iulian. in L. hæc ſcriptura, D. de condic. & demonſtr. *Quicumque heres ſcriptus erit, ſub conditione*, SI IVRAVERIT SE DECEM DATVRVM, AVT MONVMENTVM FACTVRVM.

Sed hæc cōdicio Iuriſiurādi edicto Prætoris heredibus ſcriptis remittebatur, d. L. libertus, & L. quę ſub cōdicione, D. de cōdic. inſtit. L. nō dubiū, §. 1. D. de leg. III. quēadmodū & eæ condiciones quæ contra bonos mores inſerebantur, veluti, SI AB HOSTIBVS PATREM SVVM NON REDEMERIT: SI PARENTIBVS SVIS PATRONÓVE ALIMENTA NON PRÆSTITERIT, L. condiciones quæ D. de condic. inſt. Sic & in L. quidam, D. eo. quidā proponitur in ſuo Teſtamēto heredē ſcripſiſſe ſub tali cōdicione, SI RELIQVIAS EIVS IN MARE ABIECISSET. Cui non abſimile caput cuiuſdam Teſtamenti refertur à Petronio in Satyrico, his verbis, OMNES QVI IN TESTAMENTO MEO LEGATA HABENT,

PRÆTER LIBEROS MEOS, HAC CONDICIONE PERCIPIENT QVÆ DEDI, SI CORPVS MEVM IN PARTES CONCIDERINT, ET ADSTANTE POPVLO COMEDERINT. Interdum & ſub impoſſibili condicione heres inſtituebatur, exempli gratia, TITIVS SI DIGITO CÆLVM TETIGERIT, HERES ESTO, L. cùm in ſecundo, §. vII. D. de iniuſto rup. MÆVIVS SI MONVMENTVM POST MORTEM MEAM IN TRIDVO PROXIMO MORTIS MÆÆ FECERIT, HERES ESTO, L. ſi quis ita inſtitutus; D. de condic. inſtit. Cõdicioni etiã quandoque dies inſerebatur, vt puta, SI CAPITOLIVM INTRA DIES TRIGINTA ASCENDERIT, HERES ESTO, L. ſed ſi condicioni, D. de condic. inſtit. TITIVS, SI INTRA TERTIAS KALENDAS MAIAS NAVIS EX ASIA VENERIT, EX RELIQVA PARTE HERES ESTO, L. liber homo, §. ſi ita ſcriptum, D. de hered. inſtit. Heredi autẽ plures quandoque condiciones coniunctim, quandóque diſiunctim dabantur, L. ſi heredi, D. eo. Vlpian. in L. quæ ſub condicione, §. ſi quis, D. eo. *Si quis ſub iuriſiurandi condicione, & præterea, ſub alia, ſit inſtitutus.* Et mox. *Sed ſi ſub iuriſiurandi condicione ſit inſtitutus, aut* SI DECEM MILLIA DEDERIT. Quin & heredi purè inſtituto quandoque condicio adſcribebatur, vt in ſpecie L. filiumfa. D. quando dies leg. ced.

Planè qui filiumfa. heredem inſtituere volebat, ita tamen ne ad patrem eius ex hereditate quicquam perueniret, ſolebat eum ſub hac condicione inſtituere, SI A PATRE EMANCIPATVS ESSET, L. quidam cùm, D. de heredib. inſtit. L. ſi furioſo, §. vlt. D. de curatorib. fur. Vlpian. in L. denique, §. Etſi heres, D. de minorib. *Et ſi heres ſit inſtitutus,* SI A PATRE IN DIEBVS CENTVM SIT EMANCIPATVS. Ac ſub huiuſmodi condicione ſæpe matres & auiæ liberos inſtituebant. Papinian. in L. duos, D. de condic. & demonſtr. *Duos mater filios,* SVB CONDICIONE EMANCIPATIONIS, *ex partibus heredes inſtituit.* Idem in L. auia, D. eo. *Auia quæ nepotem* SVB CONDICIONE EMANCIPATIONIS *pro parte heredem inſtituerat.* Scæuola in L. vlt. D. de petit. hered. *Filius à patre emancipatus, ſecundùm* CONDICIONEM TESTAMENTI, *matris adiit hereditatem.* Marcian. in L. cùm ſeruus, D. de condicio. inſtit. *Cùm auia nepotem* SVB CONDICIONE EMANCIPATIONIS, *pro parte heredem inſtituit.* Sueton. in Vitell. cap. VI. *Hunc heredem à matre ſub condicione inſtitutum,* SI DE POTESTATE PATRIS EXISSET, *manu emiſit.* Impp. Maximia. & Dioclet. in L. filiis C. de inoffic. teſtam. *Filijs matrem quæ de mariti moribus ſecus ſuſpicatur, ita poſſe conſulere iure compertum eſt, vt eos ſub hac condicione inſtituat heredes,* SI A PATRE EMANCIPATI FVERINT. Eóque pertinet, quod Plinius Epiſt. II. lib. IIII. Regulum narrat filiũ emancipaſſe, vt heres matri exiſteret. Idẽ Plin. Epiſt. XVIII. lib. VIII. *Nam Curtius Mantia peroſus generũ ſuum Domitium Lucanũ (frater eſt Tulli) ſub ea condicione,* FILIAM EIVS NEPTEM SVAM (ſic enim locũ illũ ab imperitis deprauatũ, emendandũ cẽſeo) INSTITVERAT HEREDEM, SI ESSET MANV PATRIS EMISSA. Sic & Marcian. in L. Diui, D. de iu. codicillor. matrem cùm purè liberos ſuos Teſtamento inſtituiſſet, codicillis, emancipationis condicionẽ adieciſſe, refert. Extraneus certè ſub qualibet cõdicione heres ſcribi poterat. Suus verò heres ſub ea demum, quæ in poteſtate eius eſſet, & vltimo vitæ momento impleri poſſet, L. ſuus quoque, D. de hered. inſtit. L. vlt. D. de condic. inſtit. L. libertus ſub, §. ſi libertinus, D. de bon. libertor. Interdum & ita quis heres inſtituebatur, TITIVS HERES ESTO, ITA VT STICHVM MANVMITTAT, L. quæ ſub condicione, §. quotiens, D. de condic. inſtit.

Hoc amplius Heredes ſcripti hereditatem Cernere quandoque iubebantur, rogabãtúrve. Plin. lib. x. Epiſt. ad Traian. *Iulius Largus rogauit Teſtamento,* VT HEREDITATEM SVAM ADIREM, CERNEREMQVE. Quod vti fieret, docet Vlpian. Tit. XXII. CRETIO *eſt*, inquiens *certorum dierum ſpatium, quod datur inſtituto heredi ad deliberandum, vtrum expediat ei adire hereditatem, nec ne, velut,* TITIVS HERES ESTO, CERNITOQVE IN DIEBVS CENTVM PROXIMIS, QVIBVS SCIERIS POTERISQVE: NISI ITA CREVERIS EXHERES ESTO. Iſidor. lib. v. Origin. CRETIO *eſt certus numerus dierum in quo inſtitutus heres aut adit hereditatem, aut finito tempore excluditur: nec liberum eſt illi vltra capiendæ hereditatis ius.* CRETIO *appellatur quaſi decretio:* CERNERE *enim, decernere, & conſtituere ſignificat. Nam ita dicitur,* ILLE HERES MIHI ESTO, CERNITOQVE INTA DIES TOT.

Qua

Qua in formula, verbum hoc, CERNITO, Varro lib. v. de lingua Lat. explicat, *Facito videant te eſſe heredem. Ideóque, ait, in cretione adhibere iubent teſtes.* Cicero Epiſt. XLVI. lib. XIII. ad Attic. *Ex eo cognoui,* CRETIONEM *Cluuij (ô Veſtorium negligentem) liberam, teſtibus præſentibus, ſexaginta diebus.* Erat verò duplex Cretio, vt idem Vlpian. Tit. XXII. docet: vna, VVLGARIS: altera CONTINVA. Vulgaris erat Cretio in qua adiiciebãtur hæc verba, QVIBVS SCIERIS POTERISQVE, in quibus, quod pridem ab acutiſſimi ingenij viris obſeruatum eſt, ludit Craſſus apud M. Tullium lib. I. de Orato. cùm ait. *De his, credo, rebus, vt in* CRETIONIBVS *ſcribi ſolet*, QVIBVS SCIAM, POTEROQVE. CONTINVA verò CRETIO erat, in qua non adiiciebantur verba illa, QVIBVS SCIERIS POTERISQVE. Et ita Bonorum poſſeſſionum admittendarum tempus, vtile eſſe, non continuum, definiens Vlpian. in L. II. D. quis ordo in bonor. poſſeſſ. *Ita autem,* ait, *vtile tempus eſt, vt ſinguli dies in eo vtiles ſint. ſcilicet, vt per ſingulos dies &* SCIERIT ET POTVERIT *admittere.* CERNERE autem non modò erat conſtituere ſe heredem eſſe, vt Varro lib. VI. de lingua Lat. explicat, verumetiam, vt Vlpian. Tit. XXII. tradit, legitima ac ſollemnia cretionis verba dicere, in hunc modum, CVM ME MÆVIVS HEREDEM INSTITVERIT, EAM HEREDITATEM ADEO CERNOQVE.

Multum verò intererat vtrum cum Cretione quis, an ſine Cretione heres ſcriptus eſſet: Extraneus enim heres vt ibidem Vlpian. docet, ſi quidem cum Cretione heres inſtitutus eſſet, cernendo fiebat heres. At ſi ſine Cretione, pro herede gerendo. Præterea ſine Cretione heres inſtitutus, ſi conſtituiſſet nolle ſe heredem eſſe, ſtatim excludebatur ab hereditate, & amplius eam adire nõ poterat. Cum Cretione verò inſtitutus, ſicut cernendo fiebat heres, ita non aliter excludebãtur, quàm ſi intra diem Cretionis non creuiſſet hereditatem. Ideóque etiam ſi conſtituiſſet nolle ſe heredem eſſe, tamen ſi ſupereſſent dies cretionis, pœnitentia actus, Cernendo heres fieri poterat. Quod ius antiquum Vlpian. tradit Tit. XXII. Intererat etiam vtrum Vulgari, an Cõtinua Cretione heres quis inſtitutus eſſet. Nam ei qui Vulgarem Cretionẽ habebat, dies illi computabantur quibus ſe ſciuerat heredem inſtitutum eſſe, & potuerat cernere. Ei verò qui Cõtinuam habebat Cretionem, etiam illi dies computabantur, quibus ignorauerat ſe heredem inſtitutum: aut ſciuerat, ſed non potuerat cernere: quod item eidem Vlpiano acceptum ferendum eſt.

Ceterùm non in bona tantũ, ſed & in nomẽ interdũ, Teſtamentis heredes adſciſcebantur. Iubebat enim eos teſtator NOMEN SVVM FERRE, L. ſed & ſi, & L. facta, §. ſi ſub nominis, D. ad Trebellia. Cicero lib. III. Officior. *Cùm Baſilius M. Satrium ſororis filium,* NOMEN SVVM FERRE VOLVISSET, *eúmque feciſſet heredem.* Sueton. in Octauio cap. CI. de eius Teſtamento. *Heredes inſtituit primos, Tiberium ex parte dimidia & ſextante: Liuiam ex parte tertia: quos &* FERRE NOMEN SVVM IVSSIT. Quod & Ouidius lib. XV. Metamorphoſ. fata Augusti canens, his verſibus prædicit.

— Inque futuri
Temporis ætatem, venturorúmque nepotum
Proſpiciens, prolem ſancta de coniuge natam
FERRE *ſimul* NOMENQVE SVVM, *curáſque,* IVEEBIT.

Huic autem Teſtatorum voluntati vt parerent heredes, non minus nominis, quàm bonorum hereditatem cernebant. Sic enim Octauium quem ὀνόματος καὶ τῆς οὐσίας διάδοχον relinquere, ſemper Iulio Cæſari in animo fuiſſe, Dio lib. XLV. ſcribit, cognita auunculi nece, vt idem auctor eodem lib. ait, Τότε ὄνομα τοῦ Καίσαρος παραχρῆμα ἀνελάμβανε, καὶ τὸν κλῆρον αὐτοῦ διεδέξατο. Vnde apud Ouidium lib. XV. Metamorphoſ. Iupiter ad Venerem de Iulij Cæſaris ἀποθεώσει,

Vt Deus accedat cælo, templiſque colatur
Tu facies, natúſque ſuus, qui NOMINIS HERES,
Impoſitum feret vnus onus.

Quo verborum circuitu Auguſtum ſignificat: de quo hæc Eutropius lib. VII. *Octauianus adoleſcens, annos octodecim natus, Cæſaris nepos, quem* ILLE TESTAMENTO

HEREDEM RELIQVERAT, ET NOMEN SVVM FERRE IVSSERAT. Et paullo pòſt: *Et quaſi vindicaturus patris ſui mortem, à quo* PER TESTAMENTVM FVERAT ADOPTATVS. Hoc enim modò heredes TESTAMENTO IN BONA & IN NOMEN ADOPTARI dicebantur. Cicero in Bruto. *Quid Craſſum, inquam, illum cenſes, iſtius Liciniæ filium, Craſſi* TESTAMENTO *qui fuit* ADOPTATVS. Sueton. in Iul. cap. LXXXIII. de Cæſaris Teſtamento agens, *In ima cera C. Octauium etiã* IN FAMILIAM, NOMENQVE ADOPTAVIT. Epitome Liuij lib. CXVI. TESTAMENTO *Cæſaris heres ex parte dimidia inſtitutus, C. Octauius ex ſorore nepos, &* IN NOMEN ADOPTATVS EST. Et ita Cæcilius moriens TESTAMENTO Atticum ADOPTAVIT, heredémque fecit ex dodrante, vt Cornelius Nepos in Attici vita ſcriptum reliquit. Sueton. in Tiber. cap. VI. *Poſt reditum in vrbem à M. Gallio Senatore* TESTAMENTO ADOPTATVS, *hereditate adita, mox nomine abſtinuit, quod Gallius aduerſarum Auguſto partium fuerat.* Idem in Galba cap. XVII. *Piſonem frugi Licinianum nobilem egregiúmque iuuenem, ac ſibi olim probatiſſimum*, TESTAMENTOQVE SEMPER IN BONA ET NOMEN ADSCITVM, *repente è media ſalutantium turba apprehendit: filiúmque appellans, perduxit in caſtra, ac pro concione adoptauit.* Eodémque loquendi genere Seneca vtitur in lib. de Breuit. vitæ: *Nobiliſſimorum*, inquiens, *ingenuorum familiæ ſunt. Elige in quam adſciſci velis. Non* IN NOMEN TANTVM ADOPTABERIS, SED IN IPSA BONA. Plinius Epiſt. XVIII. lib. VIII. *Quinetiam Domitius Afer, qui illos* IN NOMEN ADSVMPSIT, *reliquit Teſtamentum ante octo & decem annos nuncupatum.* Illam vero loquendi figuram, non minus Græci, quàm Latini auctores vſurpant. Appianus enim lib. II. Bellor. Ciuil. de Teſtamento Iulij Cæſaris. Διαθῆκαι δὲ τοῦ Καίσαρος ὤφθησαν φερόμεναι, καὶ εὐθὺς αὐτὰς τὸ πλῆθος ἐκέλευον ἀναγνωσθῆναι. Θετὸς μὲν δὴ τῷ Καίσαρι παῖς ἐγίγνετο ἐν αὐταῖς, ὁ τῆς ἀδελφῆς θυγατριδοῦς Ὀκταούϊος. Ex ſuperioribus autem locis apparet, non eos tantùm qui ex Aſſe, ſed & qui vel ex parte heredes ſcribebantur, Teſtamentis adoptatos. Nam & Octauius & Atticus, ille Iulij Cæſaris, hic Cæcilij Teſtamento adoptati fuere, licet vterque ex dodrante dumtaxat heres ſcriptus eſſet.

Sed enim qui Teſtamento adoptabantur, non omnia iura iuſtorum & legitimorum filiorum conſequuti huiuſmodi adoptione videtur. Nominis quidem heredes erant, ſed eos liberti paterni, & alia familiæ iura non ſequebantur. Proinde Teſtamẽtariam ſuam Adoptionem lege Curiata confirmari curauit Octauius Cæſar, vt auctoritate legis accederent quæ Teſtamento nactus non erat. Quod Appian. lib. III. Bellor. Ciuil. docet in hunc modum. Ἀπὸ δὲ τῆς θυσίας, ἑαυτὸν (de Octauio Cæſare loquitur) εἰσεποιεῖτο τῷ πατρὶ αὖθις κατὰ νόμον Κουριάτιον. Ἔστι δ' ἐπὶ τοῦ δήμου γίγνεσθαι τὴν θέσιν. Κουρίας γὰρ, ἐς μέρη τὰς φυλὰς ἢ τοὺς δήμους διαιροῦντες, καλοῦσιν, ὡς Ἕλληνας εἰκάζοντι φάναι Φρατρίας. Ἐπινομώτατος δ' ἐστὶ Ῥωμαίοις ὁ τρόπος οὗτος ἐπὶ τῶν ἀπατόρων, καὶ δύνανται μάλιστα αὐτοὶ ἴσα τοῖς γνησίοις παισὶν ἄγειν τοὺς συγγενεῖς τῶν θεμένων, καὶ ἀπελευθέρους. Γαΐῳ δ' ἦν τά τε ἄλλα λαμπρὰ, καὶ ἐξελεύθεροι πολλοί τε καὶ πλούσιοι, καὶ διὰ τόδ' ἴσως μάλιστα ὁ Καῖσαρ ἐπὶ τῇ προτέρᾳ θέσει κατὰ Διαθήκας γενομένῃ, καὶ τῆσδε ἐδεήθη. Id quod Dio lib. XLV. attigit de Antonio loquens his verbis. Τά τε ἄλλα ἐκεῖνος καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ αὐτὸν (ſcilicet Octauium) ἐτράχυνε, καὶ τὸν νόμον τὸν Φρατριατικὸν ἐσφερόμενον, καθ' ὃν τὴν ἐσποίησιν αὐτοῦ τὴν ἐς τὸ τοῦ Καίσαρος γενέσθαι ἔδει, αὐτὸς μὲν ἐσπούδαζε δῆθεν ἐσενεγκεῖν, διὰ δὲ δημάρχων τινῶν ἀνεβάλλετο, ὅπως ὡς μηδέπω παῖς αὐτοῦ ἐκ τῶν νόμων ὢν, μήτε τι τῆς οὐσίας πολυπραγμονοίη, καὶ πρὸς τ' ἄλλα ἀσθενέστερος εἴη. Quinetiam Tiberius, quamquam Teſtamento Auguſti nomen eius ferre iuſſus, ab eodem tamen poſt Gaij & Lucij Cæſarum mortẽ ritè adoptatus fuiſſe fertur: Sic enim Sueton. in Tiber. cap. XV. *Caio & Lucio intra triennium defunctis, adoptatur ab Auguſto ſimul cum fratre eorum M. Agrippa: coactus prius ipſe Germanicum fratris ſui filium adoptare. Nec quidquam poſtea pro patre familias egit: aut ius quod adoptione amiſerat, ex vlla parte retinuit.* Quod & Dio lib. LV. narrat: eiuſque adoptionis ab eodem Sueton. cap. XXI. fit mentio. Ceterùm non viri modo, ſed & mulieres quandoque nomen ſuum ferre iubebãt eos, quos Teſtamento heredes inſtituebant. Sic enim Liuia cùm Dolabellam ex parte heredem inſtituiſſet, eum nomen mutare iuſſit, quemadmodum Cic. Epiſt. VIII. lib. VII. ad Attic. ita

ſcribit:

Dolabellam video Liuiæ Teſtamento cum duobus coheredibus eſſe in triente: ſed IVBERI MVTARE NOMEN. *Eſt* πολιτικὸν σκέμμα, *rectúmne ſit nobili adoleſcenti mutare nomen mulieris Teſtamento. Sed id* φίλῳ σοφώτερος δυσχεραίνομεν, *cum ſcierimus, quantum quaſi ſit in trientis triente.*

Portò non minus Seruos, quam Liberos homines, heredes inſtituere licebat, L. non minus, D. de hered. inſtit. Et ſuos quidem Seruos heredes inſtituere quiſque poterat cum libertate: alienos, ſine libertate: communes, cum libertate, vel ſine libertate. Communes enim ſerui rectè cum libertate heredes inſtituebantur, quaſi proprij, pro parte dominica; Sine libertate autem, quaſi alieni, propter ſocij partẽ, quemadmodum Vlpian. Tit. XXII. explicat. Et hoc eſt, quod idẽ Vlpian. in L. III. D. de hered. inſtit. *Seruus, ait, alienus, vel totus, vel pro parte, ſine libertate heres inſtitui poteſt.* Alienos autẽ ſeruos, ita demũ heredes inſtituere licebat, ſi eorũ ſerui eſſẽt, quos ipſos heredes teſtator inſtituere potuiſſet: quandoquidẽ Teſtamẽti factio cũ ſeruis ex perſona dominorũ introducta erat, L. nõ minus, D. de hered. inſtit. Vlpian. Tit. XXII. *Alienos ſeruos heredes inſtituere poſſumus: eos tamen, quorum cum dominis Teſtamenti factionem habemus.* Atque ita ſine libertate huiuſmodi ſerui heredes inſtituebantur. Quinimo alienum ſeruum liberum & heredem eſſe teſtator fruſtra iubebat, cùm alieno ſeruo inutiliter libertas daretur, L. ſi alienum, D. de hered. inſtit. Seruus planè alienus ita heres inſtitui poterat, CVM LIBER ERIT, Proprius autem ita inſtitui non poterat, L. ſeruus alienus, D. de condicion. inſtit. Serui ergo proprij heredes ita inſtituebantur, LIBER ET HERES ESTO. Cuiuſmodi inſtitutionibus quandoque hæc adiectio addebatur, ILLE SERVVS, SI MEVS ERIT, CVM MORIAR, vel, CVM MORIOR, HERES ESTO. L. II. in prin. & §. vlt. D. de condic. inſtit. L. talem, §. I. D. hered. inſtit. Quod ſi quis ita ſcripſiſſet, STICHVS LIBER ESTO, ET POSTEAQVAM LIBER ERIT HERES ESTO, detracto verbo, POSTEA, libertas ſimul & hereditas ei competebat, L. quotiens, §. ſi quis ita, D. eo. Valebat & inſtitutio talis, STICHVS LIBER ESTO, ET SI LIBER ERIT, HERES ESTO. Inde hæc; *liberum heredémque eſſe iuſſit*, in L. pater filio, D. eo. L. filium, D. de adq. hered. Proprius autem ſeruus cum libertate heres inſtitutus, ſiquidem in eadem cauſa permanſiſſet, ex Teſtamento liber & heres neceſſarius fiebat, quemadmodum Vlpian. Tit. XXII. ait. Inter Neceſſarios autem heredes, id eſt, ſeruos cum libertate heredes ſcriptos, & Suos ſcilicet neceſſarios, id eſt liberos qui in poteſtate erant, iure ciuili nihil, vt ibidem Vlpianus tradit, intererat. Nam vtrique etiam inuiti heredes erãt: ſed iure Prætorio, Suis & neceſſariis heredibus abſtinere ſe à paterna hereditate permittebatur: Neceſſariis autem tãtùm heredibus abſtinendi poteſtas non dabatur.

Ceterùm heredes aut ſcribebantur, aut palam nuncupabantur, L. vlt. D. de iu. codicill. Licebátque teſtanti vel nuncupare heredes, vel ſcribere. Sed ſi nuncupabat, palam debebat, id eſt, vt exaudiri à ſeptem teſtibus poſſet, L. heredes palam, D. qui Teſtam. fac. poſſ. Sueton. in Calig. cap. XXXVIII. *Cùm iam, & ab ignotis, inter familiares, & à parentibus, inter liberos* PALAM HERES NVNCVPARETVR. Cic. prô Milo. *Teſtamentum autem* PALAM *fecerat, & illum heredẽ, & me ſcripſerat.* Qui verò per ſcripturam non teſtabatur, ac neque legaturus quid erat, neque quemquam exheredaturus, poterat quinque verbis facere Teſtamentum, vt diceret, LVCIVS TITIVS MIHI HERES ESTO. Quinimo etiam tribus verbis, vt diceret, LVCIVS HERES ESTO, L. I. §. I. D. de hered. inſtit.

Teſtamentorum vtique caput erat heredis inſtitutio. Nam ſine heredis inſtitutione nihil in Teſtamento ſcriptum valebat, L. I. in fi. D. de vulg. & pupill. Teſtamentúmque vires per heredum inſtitutionem accipiebat, L. quod per manus, D. de iu. codicill. & vt Vlpian. Tit. XXIIII. ait, Poteſtas Teſtamenti ab heredis inſtitutione incipiebat. Iuſtinianus in §. ante heredis Inſtit. de legat. *Ante heredis Inſtitutionem Inutiliter antea legabatur: ſcilicet, quia Teſtamenta vim ex inſtitutione heredis accipiunt: Et ob id, velut caput atque fundamentum intelligitur totius Teſtamenti, heredis Inſtitutio.*

Hereditates autem, vt & legata, merentibus dabantur. Plin. Epiſt. III. lib. II. *Et hic hereditates, hic legata, quaſi* MEREATVR *accipit.* Martial. Epigram. LXV. lib. VII. de Labieno

qui ex aſſe ſcriptus erat heres à Fabio,

Plus MERVISSE *tamen ſe Labienus ait.* Quintilian. Declamatio. CCCXXV. QVO MERITO TVO *te ſcripſit heredem? Vox communis eſt. Iiſdem verbis interrogare te poſſum; Quid* MERVERAS, *vt te ſcriberet heredem? quamdiu etiam tertium nõ exhibes cui debeatur hereditas?* Inde Vlpian. in L. nec adiecit, D. pro ſoc. Hereditates, legata, mortis cauſa donationes, ob MERITVM aliquod accedere ait. Et ita Papinian. in L. dotem, §. vlt. D. de Caſtren. pecul. ſanguinis rationem MERITVM HEREDITATIS ACCIPIENDÆ præbuiſſe, refert.

Interdum verò ita ſcribebatur heres, VT INTRA CERTVM TEMPVS ADIRET HEREDITATEM, L. ſi quis heres ita, D. de adquir. hered. Hereditatem autem Adeuntes, hoc verbo, ADEO, vtebantur, vt ex L. eum qui, §. vlt. D. eo. & Vlpiano Tit. XXII. liquet. Atque ita heredes IN IVS ET LOCVM defuncti SVCCEDEBANT, L. qui in ius, D. de diuerſ. regul. L. ait Prætor, D. de iureiuran. Vnde Martial. lib. VI. Epigram. LXIII.

Tu tamen hunc Tabulis heredem, ſtulte, ſupremis
Scribis, & ESSE TVO, *vis furioſe,* LOCO.

Nec vlla, vt Cicero lib. II. de Legib. ſcribit, perſona, eſt quæ ad vicẽ eius qui è vita emigrauerit, propius accedat, quàm heres. Vlpianus in L. quotiens, §. heredes, D. de hered. inſtit. HEREDES IVRIS SVCCESSORES SVNT. Põpon. in L. heres, D. de adquir. hered. *Heres in omne ius mortui, non tantùm in ſingularum rerum dominiũ ſuccedit.* Hereditas enim iuris nomẽ eſt, L. hereditatis, D. de verb. ſignific. L. III. D. de bon. poſſ. & vel abſque vllo corpore, iuris intellectum habet, L. hereditas, D. de petit. heredit. Et adita quidem hereditate omnia iura in heredem inſtitutum tranſibant: Poſſeſſio verò niſi naturaliter adprehenſa ad eum non pertinebat, L. cum heredes, D. de adquir. poſſeſſ.

Planè inter cetera quæ ad ordinanda Teſtamenta pertinebant principale ius erat, de liberis heredibus inſtituẽdis vel exheredandis, ne præteritis ipſis rumperetur Teſtamẽtum. Namque filio qui in poteſtate erat, præterito, inutile erat Teſtamentum, L. inter cetera, D. de lib. & poſt. Exheredatio autem fiebat his verbis, EXHERES ESTO. L. ſi ita, §. vlt. D. de liber. & poſt. L. ſi quis Sempronium in fi. D. de hered. inſtit. L. ſi quis Teſtamẽto, D. de condic. inſtit. Filij etiam hoc modo exheredabãtur, FILIVS EXHERES SIT: FILIVS EXHERES ERIT. L. filij, L. cũ quidã, D. de liber. & poſt. Sed & ſi ita pater dixiſſet, ILLE FILIVS MEVS ALIENVS MEÆ SVBSTANTIÆ FIAT, Iuſtinian. rectè exheredatum eſſe conſtituit, L. ſi quis filium, C. de liber. præter. Iuuenal. Sat. X.

— Nec vultum adgnoſcit amici
Cum quo præterita cænauit nocte, nec illos
Quos genuit, quos eduxit: nam Codice ſæuo
HEREDES VETAT ESSE SVOS. —

Filius autem in poteſtate, vel eo mortuo, aut de poteſtate ſubducto, nepos Nominatim exheredari debebat, L. I. §. I. D. de hered. inſtit. L. I. & L. ſi filium, D. de liber. & poſt. Itaque nõ ſufficiebat ita dicere, QVISQVIS EST, QVI FILIVM MEVM SE ESSE DICIT, EXHERES ESTO, L. I. §. idem ait, D. de Carbon. edic. vel, QVISQVIS MIHI ERIT FILIVS, EXHERES ESTO, L. III. §. filius, D. de liber. & poſt. Non tamen nomen, cognomen, & prænomen eius erat dicendum, ſed ſufficiebat vel vnum ex his, d. L. I. D. de liber. & poſt. Vnde in ſpecie, L. cùm Teſtamento, §. vlt. D. de hered. inſtit. qui tres filios habebat, ita ſcripſiſſe proponitur, FILII MEI HEREDES SVNTO: PVBLIVS FILIVS MEVS EXHERES ESTO. Filius certè qui vnicus erat, ſi ita exheredatus eſſet, FILIVS MEVS EXHERES ESTO, nominatim exheredatus videbatur, licet nomen eius expreſſum non eſſet. Nam ſi plures eſſent filij, nullus exheredatus cenſebatur, L. II. D. de liber. & & poſt. Iuſtinianus in §. nominatim Inſtit. de exher. liber. NOMINATIM *autẽ quis* EXHEREDARI *videtur, ſiue ita exheredetur,* TITIVS FILIVS MEVS EXHERES ESTO: *ſiue ita,* FILIVS MEVS EXHERES ESTO, *non adiecto proprio nomine: ſcilicet, ſi alius filius non extet.* Quinetiam cùm Titius Teſtamento heredem inſtituiſſet, & filium habens, ſic exheredationem poſuiſſet, CETERI OMNES FILII, FILIÆQVE MEÆ, EXHEREDES SVNTO, Paulus reſpondit filium rectè exheredatum videri, L. Titius, D. de liber. & poſtum. Et ſi

pepercisſet

pepercisſet Teſtator filium dicere, EX SEIA autem NATVM dixiſſet, rectè exheredabat. Quinetiam ſi cum conuicio dixiſſet, NON NOMINANDVS, vel NON FILIVS MEVS, LATRO, GLADIATOR, EX ADVLTERA NATVS, rectè exheredatus erat, L. & ſi pepercerit, D. eo. Quam locutionis figuram Apuleius quoque lib. v. ita vſurpat, *Nec enim vos vtique domus meæ famoſa famula & NON DICENDI FILII MEI facta latuerunt.* Filium planè à patre cuius in poteſtate erat non rectè exheredatum Scæuola cenſebat, ſi poſtquam decem ei legaſſet, adiecisſet, ET IN CETERA PARTE EXHERES MIHI ERIT, L. cùm quidam, D. de liber. & poſt.

Non tantùm autem filij iam nati, ſed & poſtumi nominatim exheredãdi erant, vt Vlpian. Tit xxii. & in L. poſtumi, D. de iniuſto. rup. tradit. Iuſtinian. in §. maſculos Inſtit. de exher. liber. *Maſculos verò poſtumos, id eſt filios, & deinceps, placuit non aliter rectè exheredari, niſi* NOMINATIM EXHEREDARENTVR, *hoc ſcilicet modo*, QVICVMQVE MIHI FILIVS GENITVS ERIT, EXHERES ESTO. Atque ita VENTER EXHEREDARI dicebatur, L. I. §. ſi venter, D de ven. in poſſ. mitt. Cuius generis formulam ibidem Vlpian. hanc proponit, SI MIHI FILIVS VNVS NASCETVR, EXHERES ESTO. Et §. ſed & ſi quis ventrem ead. L. *Sed & ſi quis ventrem ita exheredaſſet,* QVI MIHI INTRA MENSES TRES MORTIS MEÆ NATVS ERIT, EXHERES ESTO, *vel,* QVI POST TRES MENSES. Idem in L. III. §. nominatim, D. de iniuſ. rup. NOMINATIM EXHEREDATVS *poſtumus videtur, ſiue ita dixerit,* QVICVMQVE MIHI NASCETVR, *ſiue ita,* VENTER EXHERES ESTO. *Sed & ſi dixerit,* POSTVMVS EXHERES ESTO. Et in L. qui iure, D. de teſt. milit. *Si tamẽ hoc animo fuit et vellet,* QVISQVIS SIBI NASCETVR EXHEREDEM ESSE. Paulus in L. ſi ita, D. de iniuſto rup. *Si ita facta ſit exheredatio,* SI FILIVS NATVS NATAVE SIT, EXHERES ESTO. Præter filium autem reliqui ſui heredes vtriuſque ſexus, aut NOMINATIM, aut INTER CETEROS, exheredandi erant. Filia ergo poſtuma, ceteræque poſtumæ feminæ, vel NOMINATIM vel INTER CETEROS exheredabantur, dummodo inter ceteros exheredatis aliquid legaretur. Nepotes etiam, pronepotes, ceteríque maſculi poſtumi, præter filium, vel NOMINATIM, vel INTER CETEROS, cum adiectione legati erant exheredandi. Quamquam tutius erat, eos nominatim exheredari. Quæ omnia ex Vlpian. Tit. xxii. & Iuſtinia. §. ſed non ita, & §. poſtumi, Inſtit. de exheredat. liber. cognoſcimus. INTER CETEROS autem, exheredabantur hac verborum formula, CETERI EXHEREDES SVNTO, vt Theophil. auctor eſt in §. I. Inſtit. de exhered. libe.

Purè vtique filius exheredandus erat, non ſub condicione, L. III. §. I. D. de liber. & poſt. Ab omnibus etiam gradibus heredum, & tam à primis, quàm à ſecundis heredibus exheredandus erat, L. non putauit, §. ſi ab vno, & §§. ſeq. D. de bon. poſſ. con. tab. L. ſi primo, D. de liber. & poſt. L. Nam etſi, & L. ſi quis filio, §. ſiue autem, & L. ſiue ego, D. de iniuſto rup. L. Ex facto, §. Lucius, D. de vulg. & pup. Cùm verò poſt omnes heredũ gradus exheredatio ſcribebatur, ſi adiiceret teſtator, AB OMNIBVS SE GRADIBVS EXHEREDARE, iuri ſatisfactum erat, L. I. C. de liber. præter.

Ante heredis certè inſtitutionem, vel inter medias heredum Inſtitutiones, vel inter gradus, filius rectè exheredabatur, L. poſtumi, §. I. D. de iniuſ. rup. Eóque modo ab omnibus gradibus ſummouebatur, niſi fortè AB VNIVS HEREDIS PERSONA eum Teſtator EXHEREDASSET: cuiuſmodi Exheredatio vitioſa erat, quemadmodum & hæc, QVISQVIS MIHI HERES ERIT, FILIVS EXHERES ESTO. Inter duos autem gradus Exheredatus ab vtroque remotus erat, d. L. III. §. filius & §. ante heredis. Sed & ſi quis duos gradus miſcuiſſet, Exheredatio valebat, veluti, PRIMVS HERES ESTO EX SEMISSE: SI PRIMVS HERES NON ERIT, SECVNDVS EX SEMISSE HERES ESTO. TERTIVS EX ALIO SEMISSE HERES ESTO: FILIVS EXHERES ESTO. SI TERTIVS HERES NON ERIT, QVARTVS HERES ESTO, d. L. III. §. in eo.

Interdum autem cum elogio, & adiecta cauſa, filius exheres ſcribebatur, L. I. §. idem ait, D. de Carbon. edic. in qua Vlpianus, *Cùm quidam,* ait, EXHEREDEM SCRI-

PSISSET FILIVM, QVOD DICERET EVM EX ADVLTERIO CONCEPTVM. Et in L. idē eſt, D. de liber. & poſt. *Si ita dixerit*, ILLE ILLIVS FILIVS EXHERES ESTO. African. in L. ſi poſtumus, §. vlt. D. eo. *Si quis ita ſcripſerit*, ILLE QVEM SCIO EX ME NATVM NON ESSE, EXHERES ESTO. Cicero pro Cluent. *Quod* ELOGIVM *recitaſti de Teſtamēto Cn. Egnatij patris, hominis honeſtiſſimi videlicet, & ſapientiſſimi*, IDCIRCO SE EXHEREDASSE FILIVM, QVOD IS OB OPPIANICI DAMNATIONEM PECVNIAM ACCEPISSET. Quintilian. lib. VII. cap. IIII. *Si* EXHEREDATVM *à ſe filium pater teſtatus fuerit* ELOGIO, PROPTEREA QVOD IS MERETRICEM AMAVERIT. Idem lib. IX. cap. II. ex Aſinio pro Liburnia, hæc verba citat. MATER MEA, QVÆ MIHI TVM CARISSIMA, TVM DVLCISSIMA FVIT, QVÆQVE MIHI VIXIT, BISQVE EADEM DIE VITAM DEDIT, *& reliqua: deinde*, EXHERES ESTO. Interdum etiam cauſa non turpis, neque famoſa exheredationibus adiiciebatur, vt in L. qui volebat, D. de hered. inſtit. qui volebat filiam exheredare, ſic Teſtamento comprehendit, TE AVTEM FILIA IDEO EXHEREDAVI, QVONIAM CONTENTAM TE DOTE ESSE VOLVI. Papinian. in L. emptor, §. vlt. D. de rei vindic. *Si tamen pater*, DOTIS AC PECVLII CONTEMPLATIONE FILIAM EXHEREDAVIT, ET EA RATIONE REDDITA, *nihil ei Teſtamento reliquit, aut eo minus legauit*. Et ita Leontius philoſophus cum Eudociæ filiæ, (quæ tandem Theodoſio nupſit) ex ſyderum poſitione & aſpectu, proſperam fortunam portēdi præuideret, ideo modicum quid ei reliquit, hoc adiecto, quod ea fortuna ſua contenta eſſe deberet, quemadmodum, Zonaras Tomo III. ita narrat. Θυγάτηρ μὲν ἦν Λεοντίου τινὸς φιλοσόφου, Ἀθήνηθεν ὁρμωμένου, Ἀθηναῒς δ' ὠνομάζετο· ὃς γνοὺς ἐξ ἐπιστήμης, εὐτυχῆσαι μέλλουσαν τὴν θυγατέρα λαμπρῶς διαπρέψειν, τὴν μὲν περιουσίαν αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς καταλέλοιπε. Δύο δ' ἦσαν Οὐαλέριος καὶ Γενέσιος, τῇ δὲ θυγατρὶ ἑκατὸν χρυσίνους μόνους δοθῆναι ἐπέσκηψε, γράψας, ἀρκεῖν αὐτῇ τὴν τύχην αὐτῆς.

Quinetiā interdū non mala mēte parentis, neque notæ cauſſa, filius exheredabatur, ſed furoris puta, cauſſa, vel ideo, quia impubes erat, heréſq; inſtitutus rogabatur ei hereditatē reſtituere, L. ſi patronus, §. ſi quis nō mala, D. de bon. libert. Tryphoninus certè in furioſo, §. vlt. D. de curat. furio. Auo qui nepotes ex filio prodigo habebat, hoc conſiliū L. ſi dat, vt nepotes heredes inſtitueret, filiū exheredaret, eíque, quod ſufficeret alimētorum nomine, ab eis certum legaret, addita cauſa, neceſſitatéque iudicij ſui. Vlpian. in L. multi non notæ, D. de liber. & poſt. *Multi non* NOTÆ CAVSSA EXHEREDANT FILIOS, *nec vt eis obſint, ſed vt eis conſulant, vt putà, impuberibus, eíſque fideicommiſſam hereditatē dant.* Paulus in L. Paulus XLVII. D. de bon. libert. *Exheredationem nepotis quæ* NON NOTÆ GRATIA, *ſed alio conſilio adiecta eſt, nocere non oportere, quominus contra Tabulas libertorum aui bonorum poſſeſſionem petere poſſit.* Patrem etiam exheredato filio ita cauiſſe, VT IVS IN LIBERTVM SALVVM EI ESSET, proponit Terent. Clemens in L. ſi pater, D. de bon. libert.

Filij vtique non ſine magna cauſa exheredabantur. Cicero pro Roſc. Amer. *Magna oportet eſſe vitia atque peccata filij, quibus incenſus parens potuerit animum inducere, vt naturam ipſam vinceret, vt amorem illum penitus inſitum eiiceret ex animo, vt denique patrē eſſe ſe ſe, obliuiſceretur.* Seneca lib. I. de Clement. *Numquid aliquis ſanus filium à prima offenſa exheredat? Niſi magnæ & multæ iniuriæ pœnitentiam euicerint, niſi plus eſt quod timet, quàm quod damnat, non accedit ad decretorium ſtilum. Multa ante tentat, quibus dubiam indolem & peiore loco iam poſitam reuocet: ſimul deplorata eſt, vltima experitur.* Proinde cum Exheredati de inofficioſo Teſtamento dicebant, à Centumuiris hæc eorum querela propitiis auribus audiebatur, QVO MEO ME MERITO PATER EXHEREDAVIT? vt ſupra lib. V. docuimus. Plerumque certè nouercalibus delenimentis, inſtigationibúſve corrupti parentes, malignè circa ſuum ſanguinem iudicium inferebant, L. non eſt enim, D. de inoff. teſt. Et ita, Acciam Variolam nuptam Prætorio viro, exheredatam fuiſſe ab octogenario patre, intra vndecim dies, quàm ille nouercam ei amore captus induxerat, Plinius Epiſt. XXXIII. lib. VI. refert. Exheredato vtique facta iniuria cenſebatur, ſi immerito ſe exheredatum contenderet, L. Papinianus. D. de inoff. teſt. Vnde EXHEREDATIONE NOTATI, in L. non putauit, D. de bonor. poſſ. cont. tab. NOTA EXHEREDATIONIS, in L. I. §. ſed & ſi D. de adſignand. libert.

Planè

Planè Extranei quoque heredes ſcripti, niſi voluntati Teſtatorum paruiſſent, nonnumquam eadem qua filij, verborum formula ab hereditate ſummouebantur, vt ex formula Cretionis patet: in qua plerumque addebantur verba hæc, SI NON CREVERIS, vel, NISI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO: quibus non adiectis imperfecta erat Cretio, vt Vlpian. Tit. XXII. tradit. Scæuola in L. vxorem, §. eius heres, D. de legat. III. *Eius heres vel legatarius rogatus eſt, vt quendam adoptet, his verbis adiectus*, SI ALIAS FECERIT, EXHERES ESTO. Refertur & ab eodem in L. Seius, D. ad L. falcid. caput Teſtamenti huiuſmodi, SEIVS ET AGERIVS, SI INTRA DIEM TRIGESIMVM MORTIS MEÆ REIPVB. NOSTRÆ CAVERINT, CONTENTOS SE FVTVROS TOT AVREIS, LEGIS FALCIDIÆ BENEFICIO OMISSO, HEREDES MIHI SVNTO, QVOS INVICEM SVBSTITVO. QVOD SI VOLVNTATI MEÆ NON CONSENSERINT, EXHEREDES SVNTO. Alfen. in L. paterfa. D. de heredib. inſtit. *Paterfa. Teſtamento duos heredes inſtituerat: eos monumentum facere iuſſerat in diebus certis, deinde ita ſcripſerat*, QVI EORVM NON ITA FECERIT, OMNES EXHEREDES SVNTO. Gaius in L. ſi certarum, §. ſi eodem, D. de Teſtam. milit. *Si eodem Teſtamento Miles eundem heredẽ, deinde* EXHEREDEM SCRIPSERIT, *adempta videtur hereditas: cum in paganorum Teſtamẽto, ſola hereditas exheredatione adimi non poßit*. Et ſic in Teſtamento Gregorij Nazianzeni Οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἔστωσαν μου ἀποκληρόνομοι. Et in Teſtamento B. Remigij, CETERI OMNES EXHEREDES ESTOTE, SVNTOTE. Quam fuiſſe vulgarem Teſtamentorum in Galliis clauſulam Teſtamentorum formula edita à Marculpho indicat, in qua eſt, RELIQVI VERO HEREDES, EXHEREDES SVNTO. Alioquin exheredationem in extraneo ineptam eſſe, rectè ſcripſit Vlpian. in L. quidam cùm filium, D. de verb. obligat.

Heredes autem (quemadmodum Vlpian. Tit. XXII. & Modeſtin. in L. I. D. de vulg. & pupill. ſcribunt) aut INSTITVTI dicebantur, aut SVBSTITVTI. INSTITVTI, qui primo gradu ſcripti erant: SVBSTITVTI, qui ſecundo gradu, vel tertio, vel ſequentibus. Illi, PRIMI HEREDES vocabantur, L. idem eſt, §. vlt. D. de teſtam. milit. L. quamdiu, D. de adquir. hered. L. ſeruo alieno, §. I. D. de leg. I. L. vlt. D. de fideicom. libertat. vel, PRIMO GRADV SCRIPTI, L. denique, D. de iniuſ. rup. vel, PRIMO LOCO, L. ſi non lex, §. vlt. D. de hered. inſtit. Hi, SECVNDI HEREDES appellabantur, vt aliâs docuimus, & SECVNDO GRADV SCRIPTI in d. L. denique, vel SECVNDO LOCO SCRIPTI, L. qui poſtumos, D. de Sc. Silan. aut ſi tertio gradu ſcripti eſſent, TERTII HEREDES dicebãtur, vt apud Sueton. in Claud. cap. VI. Poterat autẽ quis in Teſtamẽto plures gradus heredũ facere, L. ſi plures, D. de iu. delib. L. in plurium, D. de adquir. hered. L. ſi plures, D. de leg. III. Marcian. in L. poteſt, D. de vulg. & pupill. *Poteſt quis in Teſtamẽto plures gradus heredum facere, puta*, SI ILLE HERES NON ERIT, ILLE HERES ESTO: *& deinceps plures; vt nouißimo loco in ſubſidium, vel ſeruum neceſſarium heredem inſtituat*. Quod & Iuſtinian. tradit Inſtit. eod. tit. in princ. Marcell. in L. Lucius Titius Seio, D. de hered. inſtit. *Saluſtium & Varonem* PRIMO, an SECVNDO, vel TERTIO GRADV HEREDES INSTITVERE *voluerit*. Iulian. in L. quidam Teſtamento, D. de vulg. & pupill. *Quidam Teſtamento Proculum ex parte quarta, & Quietum ex parte dimidia & quarta heredem inſtituit: deinde Quieto Florum, Proculo Soſiã heredes ſubſtituit: deinde*, SI NEQVE FLORVS, NEQVE SOSIA HEREDES ESSENT, TERTIO GRADV *ex parte dimidia & quarta coloniam Leptitanorum, & ex quarta, complures heredes ſubſtituit in plures quàm tres vncias*. Vlpianus autem Tit. XXII. hãc inſtitutionis cum Cretione, & Subſtitutionis formulam proponit, TITIVS HERES ESTO, CERNITOQVE IN DIEBVS CENTVM PROXIMIS, QVIBVS SCIERIS POTERISQVE: NISI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO: TVNC MÆVIVS HERES ESTO, CERNITOQVE IN DIEBVS, *& reliqua*. Similitérque & deinceps ſubſtitui potuiſſe ait. Subſtitutio autem quæ in hunc caſum, SI HERES NON ERIT, fiebat, VVLGARIS vocabatur. Gaius lib. II. Inſtit. tit. IIII. SVBSTITVTIO *eſt, quæ poſt inſtitutionem à Teſtatore fieri ſolet, id eſt, ſecundi heredis appellatio. Et duæ ſunt: quarum vna*, VVLGARIS *dicitur, alia*, PVPILLARIS. VVLGARIS dicitur, ILLE MIHI HERES ESTO, *ſiue hoc filio, ſiue extraneo*, QVOD SI HEREDITATEM MEAM ADIRE NOLVERIS, ILLVM SVBSTITVO, AD QVEM HEREDITAS MEA DEBEAT

PERVENIRE. Vulgari ergo modo, vt Modeſtinus loquitur in L. iam hoc iure, §. vlt. D. de vulg. heredibus ſubſtituebatur ita, SI HERES NON ERIT, L. ſed ſi plures, §. vlt. L. poteſt. & L. vlt. D. eo. L. Iulianus, §. vlt. L. ſi ita quis inſtitutus, & L. paterfa. D. de hered. inſtit. L. ſi quis filiumfa. & L. & ſi ſubſtitutum, D. de adquit. hered. Iulian. in L. ſi is qui ducenta, §. vlt. D. de reb. dub. SI MIHI NEQVE FILIVS, NEQVE FILIA HERES ERIT, SEIVS HERES ESTO. Hæc autem verba, SI HERES NON ERIT, in eo quẽm alieno iuri ſubiectum eſſe Teſtator ſciebat, ſic accipiebantur, *Si neque ipſe heres erit, neque alium heredem effecerit*. In eo vero, quem patremfa. arbitrabatur, illud ſignificabant, *Si hereditatem ſibi, vel ei cuius iuri poſtea ſubiectus eſſe cœperit, non adquiſierit*, §. vlt. inſtit. de vulg. & pupill.

Interdum etiam latius hæc ſubſtitutio diffundebatur, & in plures caſus diſpergebatur, vt in ſpecie, L. Lucius Titius qui fratrem, D. de hered. inſtit. Lucius Titius qui fratrem habebat, Teſtamento ita cauit: TITIVS FRATER MEVS EX ASSE MIHI HERES ESTO. SI MIHI TITIVS HERES ESSE NOLVERIT, AVT, QVOD ABOMINOR, PRIVS MORIETVR, QVAM MEAM HEREDITATEM ADIERIT, AVT FILIVM, FILIAMVE, EX SE NATVM, NATAMVE, NON HABEBIT: TVNC STICHVS ET PAMPHILVS SERVI MEI LIBERI ET HEREDES MIHI, ÆQVIS PARTIBVS, SVNTO. Refertur & in L. III. C. de hered. inſtit. huiuſmodi ſubſtitutio. QVOD SI EX ALIQVA CAVSA PRIMVS HEREDITATEM MEAM ADIRE NOLVERIT, VEL NON POTVERIT, TVNC IN LOCVM EIVS SECVNDVM HEREDEM SVBSTITVO VITALEM. Heredi quidem ex parte ſcripto ita quandoque ſubſtituebatur, VT SI IS HERES NON ESSET, QVISQVIS SIBI HERES ESSET, IN PARTE *quoque deficientis* ESSET HERES, L. ſi in Teſtamento, D. de vulg. & pupill. Plures vero ita quandoque ſubſtituebantur, QVISQVIS MIHI EX SVPRASCRIPTIS HERES ERIT, L. ſed ſi plures, D. eo. tit. Inde in L. ex illa, D. de verb. ſignif. *Item in ſubſtitutione, his verbis*, QVISQVIS MIHI HERES EST, *proximus heres tantùm ſignificabat*. Pluribus autem heredibus inſtitutis, ſiue ex æquis partibus, ſiue ex diuerſis & diſparibus, quãdoque eos teſtator INVICEM, ſeu VICE MVTVA, ſubſtituebat, L. ſi ego, §. I. D. de iniuſ. rup. L. ſi plures, & L. Lucius Titius in prin. & §. vlt. D. de vulg. & pupill. L. cogi, §. cum quidam, D. ad Trebellian. Poſt omnem enim Inſtitutionis ordinem ita ſcribebat, EÓSQVE OMNES INVICEM SVBSTITVO, vel, EÓSQVE INVICEM SVBSTITVO, L. iam hoc iure, §. I. L. qui plures, & L. coheredi, §. I. D. de vulg. & pupill. vel, QVOS HEREDES MEOS INVICEM SVBSTITVO, d. L. coheredi, §. qui diſcretas, & L. Lucius Titius Seio, D. de hered. inſtit. L. Seius, D. ad L. falcid. vel, HOS OMNES INVICEM SVBSTITVO, d. L. coheredi, §. qui patrem. Sed & ſubſtituti inuicem quandoque ita ſubſtituebantur, SVBSTITVTOS HEREDES INVICEM SVBSTITVO, L. Lucius, §. pater, D. ad Sc. Trebell. vel, PVBLIVS, MARCVS, GAIVS INVICEM SVBSTITVTI, HEREDES MIHI SVNTO: vel, ILLE ET ILLE INSTITVTI HEREDES, ET SVBSTITVTI SVNTO, L. cum ín Teſtamento, §. I. D. de hered. inſtit. Et huius generis ſubſtitutio RECIPROCA appellatur, in L. iam hoc iure, D. de vulg. & puill. & MVTVA, in L. cum proponebatur, D. de legat. II. Poterant & vel plures in vnius locum ſubſtitui, vel vnus in plurium, vel ſingulis ſinguli, L. poteſt, D. de vulg. & pupill.

Præterea in alium quam illum vulgarẽ caſum, ſeu euentum, liberis impuberibus quos in poteſtate habebat, patri ſubſtituere licebat. Quæ ſubſtitutionis ſpecies, Pupillaris vocabatur, L. in Pupillari, L. ex duobus, §. vlt. L. coheredi, §. cum filiæ, & Rubr. D. de vulg. & pup. Iuſtinia. Tit. de pupill. ſubſtit. *Liberis ſuis impuberibus, quos in poteſtate quis habet, non ſolùm ita, vt ſupra diximus, ſubſtituere poteſt, id eſt*, VT SI HEREDES EI NON EXTITERINT, ALIVS SIT EI HERES: *ſed eo amplius, vt*, SI HEREDES EI EXTITERINT, ET ADHVC IMPVBERES MORTVI FVERINT, SIT EIS ALIQVIS HERES: *veluti ſi quis dicat hoc modo*, TITIVS FILIVS MEVS HERES MIHI ESTO. ET SI FILIVS MEVS HERES MIHI NON ERIT: SIVE HERES ERIT, ET PRIVS MORIATVR, QVAM IN SVAM TVTELAM VENERIT, *id eſt antequam pubes factus ſit*: TVNC SEIVS HERES ESTO. Caius lib. II. Inſtit. Tit. IIII. PVPILLARIS SVBSTITVTIO, *filiis tantummodo*

substitutio

Pupillaris

impuberibus

impuberibus dari poteſt, quæ ita fit: ILLE FILIVS MEVS, SI INTRA PVBERTATEM DECESSERIT, ILLVM EI SVBSTITVO. Cuiuſmodi ſubſtitutionem ſic deſcribit Horat. lib. II. Sermo. Sat. VI.

Si cui præterea validus male filius in re
Præclarus ſublatus aletur, ne manifeſtum
Cælibi obſequium nudet te, leniter in ſpem
Arripere officioſus, & vt ſcribare ſecundus
Heres, vt ſi quis caſus puerum egerit Orco,
In vacuum venias.—

Variè autem ſubſtitutio iſta concipiebatur: Plerumque ita, SI FILIVS MEVS INTRA PVBERTATEM DECESSERIT, SEIVS HERES ESTO, L. I. & L. qui liberis, & L. paterfa. L. qui habebat, D. de vulg. & pupill. L. vlt. D. ad Senatuſconſultum Trebellia. L. Lucius, D. de fideicom. libertar. Alias, SI INTRA PVBERTATIS ANNOS DECESSERIT, L. iam hoc iure in fi. & L. coheredi, §. non viden, D. eo. vel, SI IMPVBES DECESSERIT, L. in ſubſtitutionũ in fi. & L. cùm ex filio, D. de vulg. vel, SI ANTE PVBERTATEM DECESSERIT, L. paterfa. D. de reb. auct. iud. poſſid. vel, SI FILIVS MEVS INTRA QVARTVM DECIMVM ANNVM DECESSERIT, SEIVS HERES ESTO, L. II. §. prius, D. eod. Quãdoque & filio impuberi ita ſubſtituebatur, SI FILIVS MEVS MORIATVR, PRIVSQVAM IN SVAM TVTELAM VENIAT, TVNC TITIVS MIHI HERES ESTO, L. ſi ita ſcriptum, §. qui filio, D. de bon. poſſ. ſec. tab. Iiſdémque concepta fuiſſe verbis fertur ea ſubſtitutio, quæ notæ inter Manium Curium & Coponium contentioni anſam præbuit. In Teſtamento namque ita ſcriptum fuiſſe, SI MIHI FILIVS IN DECEM MENSIBVS GIGNITVR, ISQVE PRIVS MORITVR QVAM IN SVAM TVTELAM VENERIT, TVM MIHI MANIVS CVRIVS HERES ESTO, ex Cicero. lib. I. & II. de Orato. colligimus. Idẽ Topicis: *Vt Craſſus in Curiana cauſſa exemplis plurimis vſus eſt, agens de eo qui Teſtamento ſic heredem inſtituiſſet, vt* SI FILIVS NATVS ESSET IN DECEM MENSIBVS, ISQVE MORTVVS PRIVS QVAM IN SVAM TVTELAM VENISSET, SECVNDVS HERES HEREDITATEM OBTINVISSET. Quintilian. lib. VII. cap. VII. de eodem Teſtamento agens, *Subſtitutus heres erat*, SI POSTVMVS ANTE TVTELÆ SVÆ ANNOS DECESSISSET. Accidit autem, vt cum vacuo ventre eſſet Teſtatoris vxor, non pleno, quemadmodum ſuſpicabatur, poſtumus nullus naſceretur. Vnde controuerſia orta eſt, inter Coponium, & Curium: illo, ſibi proximitatis aut certè ſanguinis iure bona vindicãte, eáque ad ſe lege rediſſe dicẽte, quòd ſubſtitutionis condicio defeciſſet: hoc contrà, mentẽ teſtatoris ſpectandã eſſe: qui æquè poſtumo nõ nato ac ſi natus impubes deceſſiſſet, bona ad ſubſtitutũ peruenire voluiſſet. Coponij cauſam recepit Q. Scæuola, Curij, Craſſus. Acta eſt ergo, apud Centũuiros cauſa à clariſſimis illis duobus fori Ro. luminibus, iiſq; æqualibus, collegis, & Conſularibus, magno populi cõcurſu magnáq; expectatione, vt idẽ Cicero in Bruto teſtatur: cũ Q. Scæuola, qui iuriſperitorum eloquentiſſimus, eloquentium iuriſperitiſſimus habebatur, ex ſcripto Teſtamentorum iura defenderet, negarétque niſi poſtumus & natus, & antequam in ſuam tutelam veniret, mortuus eſſet, heredem Curium eſſe poſſe, qui eſſet ſecundum poſtumum & natum & mortuum heres inſtitutus: Craſſo diuerſæ partis aduocato defendente, hac eum mente fuiſſe qui Teſtamentum feciſſet, vt ſi filius non eſſet, qui in tutelam veniret, M. Curius eſſet heres. Ille ῥητῷ, hic διανοίᾳ, vterque auctoritatibus, exemplis, & Teſtamentorum formulis vtebatur. Quam controuerſiam & his verbis Quintilian. lib. VII. cap. VII. attigit. *In Teſtamentis & illa accidunt, vt voluntas manifeſta ſit, ſcriptum nihil ſit: vt in iudicio Curiano, in quo nota L. Craſſi, & Scæuolæ fuit contentio.* *Subſtitutus heres erat*, SI POSTVMVS ANTE TVTELÆ SVÆ ANNOS DECESSISSET. *Non eſt natus: Propinqui bona ſibi vindicabant. Quis dubitaret quin ea voluntas fuiſſet teſtantis, vt is non nato filio heres eſſet, qui mortuo? Sed hoc non ſcripſerat.* Cuius dubitationis tollendæ cauſa ita patres poſtumis ſubſtituebant,

Pupillaris exempla

QVOD SI MIHI LIBERI NATI NON ERVNT, AVT INTRA PVBERTATEM DECESSERINT, TVNC HEREDES SVNTO MVCIVS ET MÆVIVS, L. Lucius, D. de fideic. libert.

Interdum etiam ad breue tempus ætatis pater ſubſtituebat, in hunc modum, SI FILIVS MEVS INTRA DECIMVM ANNVM DECESSERIT, SEIVS HERES ESTO. L. ſi ita quis, D. de vulg. & pupill. Interdum etiam diuerſis impuberis ætatis temporibus alios atque alios poſt finem præſtitutum ſubſtituebat. Vlpian. in L. II. §. ſi primus, D. de bon. poſs. ſec. tab. *Si primus quidem ita ſubſtitutus ſit*, SI INTRA DECEM: *ſecundus*, SI POST DECEM, INTRA QVATTVORDECIM ANNOS. Paulus in L. qui plures, D. de vulg. & pupill. SI INTRA DECIMVM ANNVM DECESSERIT, LVCIVS TITIVS HERES ESTO: SI POST DECIMVM, INTRA QVARTVM DECIMVM, MÆVIVS HERES ESTO. Idē in L. ex facto, §. item quæro, D. eodem. *Si ita facta proponatur ſubſtitutio*, FILIVS MEVS SI INTRA DECEM ANNOS DECESSERIT, TITIVS HERES ESTO: SI INTRA QVATVORDECIM, MÆVIVS. Ac planè omne ſpatium quod erat intra pubertatem, liberum erat patri ad ſubſtituendum filio: ſed finis huius pubertas erat, d. L. ex facto, §. item quæro, D. eodem. In Pupillari enim ſubſtitutione licet longius tempus comprehenſum eſſet, tamen finiebatur ſubſtitutio pubertate, L. in pupillari, D. de vulg. & pupill. Directò ergo, ſeu verbis ciuilibus, legitimis & imperatiuis poſt quartumdecimum annum ætatis fruſtra ſubſtitutio fiebat, L. verbis ciuilibus, D. eo. Verbis verò precariis ſubſtitutionis condicio puberem ætatē egredi poterat, L. coheredi, §. cùm filiæ, D. eo. Itaque matres quæ directò ſubſtituere liberis non poterant, eos ſi impuberes deceſſiſſent, hereditatem reſtituere rogabant, vel eorum, Tutorúmve, fidei committebant, L. peto, §. mater, D. de legat. II. L. maritus, §. I. D. ad L. falcid. Naturalis autem pater, nō item adrogator filio impuberi ſubſtituere poterat, L. ſi adrogator, D. de adoptionib. niſi in iis tantùm quæ ipſe ei adrogator dederat, præter quartam, quam ex D. Pij reſcripto omnimodo ei relinqui debebat, L. ſed & ſi plures, §. in adrogato, D. de vulg. & pupil.

Porrò ſæpenumero in vtrumque caſum impuberi ſubſtituebatur, vt exempli gratia, LVCIVS TITIVS HERES ESTO: SI MIHI LVCIVS TITIVS HERES NON ERIT, SIVE ERIT, ET INTRA PVBERTATEM DECESSERIT, TVNC GAIVS SEIVS MIHI HERES ESTO. L. I. D. de vulg. & pupil. Eo modo ſibi & filio pater ſubſtituebat, L. paterfa. D. eod. Et ea quidem quæ in alterum caſum concipiebatur ſubſtitutio, SIMPLEX, quæ in vtrumque, DVPLEX vocabatur, L. I. & L. iam hoc iure, §. I. & §. vlt. & L. Lucius Titius, D. de vulg. & pupill. Pater etiam duos filios impuberes heredes inſtitutos inuicem ſubſtituebat, & tunc in vtrumque caſum ſubſtituiſſe intelligebatur, id eſt, SIVE FILIVS HERES NON EXSTITERIT, SIVE EXSTITERIT, ET IMPVBES DECESSERIT, L. iam hoc iure, D. eo. Sed & ſi pater impuberi filio in alterum dumtaxat caſum ſubſtituiſſet, in vtrumque caſum ſubſtituiſſe intelligebatur, vt ibidem traditur.

Ex duobus autem impuberibus, EI QVI SVPREMVS MORERETVR, quandoque pater ſubſtituebat, L. ex duobus, D. de vulg. & pupill. Papinian. in L. qui ex liberis, D. de bon. poſſ. ſec. tab. QVI EX LIBERIS MEIS IMPVBES SVPREMVS MORIETVR, EI TITIVS HERES ESTO. Florentin. in L. vel ſingulis, D. eo. *Vel ſingulis liberis, vel* QVI EORVM NOVISSIMVS MORIETVR, HERES *ſubſtitui poteſt*. Papinian. in L. coheredi, §. cùm pater, D. eo. *Cùm pater* IMPVBERI FILIÆ QVÆ NOVISSIMA DIEM SVVM OBIISSET, TABVLAS SECVNDAS FECISSET. Tryphonin. in L. qui duos, D. de reb. dub. *Qui duos impuberes filios habebat*, ET QVI SVPREMVS MORITVR TITIVM SVBSTITVIT. Et ita, *Impuberi ſupremo ſubſtitutum*, accipe in L. pater filiam, §. vlt. D. ad L. falcid. Sed & qui duos impuberes filios habebat, ita ſubſtituiſſe proponitur, SI AMBO MORTVI ESSENT, L. qui duos, D. de vulg. & pupill.

SVBSTITVERE autem liberis impuberibus tam heredibus inſtitutis, quàm exheredatis pater poterat, L. I. §. I. L. ſed ſi plures, §. ad ſubſtitutos, D. de vulg. & pupill. L. vlt. D. de legat. III. L. ita tamen, §. à patre, D. ad Sc. Trebell. L. planè, & L. ab exheredati, D. de legat. I. Verùm ſubſtituere illis, vt iam prædiximus, non poterat, niſi Teſtamento facto heredem ſibi inſtituiſſet, L. I. in fi. L. II. §.

quiſquis

quiſquis, D.eo. Miles vtique tam ſibi quàm filio Teſtamentum iure militari facere poterat, & vel ſoli filio, tametſi ſibi non feciſſet: quod Teſtamentum valebat, ſi fortè pater vel in militia, vel intra annum militiæ deceſſiſſet, L.in fraudē, §.miles, D.de teſtam. milit.

Planè tam eum quem ſibi heredem inſtituerat, quàm alterum ſubſtituere pater poterat, L.1. §.1. D. de vulg.& pupill. & L. qui patri, D. de adquir. hered. Cùm verò cum filio ſubſtituebat, quem ſibi heredem ſcripſerat, his plerumque verbis vtebatur, QVISQVIS MIHI HERES ERIT, IDEM FILIO IMPVBERI HERES ESTO. L.cum filio, L. qui liberis, §.vlt. D. de vulg.& pup. L. ita tamē, §.qui ſuſpectā, & L.ſi patroni, §. qui fideicōmiſſam, D. ad Sc.Trebell. L.ſciendū, D. de verb. ſignific. vel, QVISQVIS MIHI EX SVPRASCRIPTIS HERES ERIT, IDEM FILIO MEO HERES ESTO. L. qui liberis in prin. L.ſed ſi plures, & L.in ſubſtitutione, L.ex duobus, D. de vulg. & pupill. Paulus in L.ex facto, §. vlt. D. eo. *Iulius Longinus pater, eos quos ſibi heredes inſtituerat, filio ita ſubſtituit*, QVISQVIS SIBI HERES ESSET. Mater planè ſecundis Tabulis filio impuberi ſubſtituta proponitur in L.mater, D.ſi quis omiſ. cauſ. teſt. Sed & coheres pupillo datus ei quandoque ſubſtituebatur, L.qui fundū, §.coheres, D.ad L.falcid. & L. apud, §.1.D.ad Sc. Trebellian.

Quos autē pater ſibi Neceſſarios heredes facere poterat, eoſdem & filio poterat, L. ſed ſi plures, §. 1. D. de vulg. & pupill. L. ſed & in illo, D.de reb. dub. L.Iulianus, D.de adquir. hered. Atque adeò qui patri heres extiterat, ſi idem filio impuberi ſubſtitutus eſſet, non poterat hereditatem eius prætermittere, L.qui patri, D.de adquir.hered. Subſtitui etiam liberis poterat is, qui poſt mortem eorū natus eſſet, L. ſubſtitui, D. de vulg. & pupil. Quo gradu autem heres liberis ſubſtitueretur, nihil intererat, L. quo gradu, D.eo. Addit Iauolenus in L. cùm ex filio, §. filio, D. eo. *Filio impuberi in ſingulas cauſas alium & alium heredem ſubſtituere poſſumus, veluti vt alius*, SI SIBI NVLLVS FILIVS FVERIT, *& alius*, SI FILIVS FVERIT, ET IMPVBES MORTVVS FVERIT, *heres ſit.*

Pupillaris autem iſta ſubſtitutio ſecundis Tabulis fiebat, L.libertis, §. poſtumis, D.de adimend.leg. quæ inde SECVNDÆ TABVLÆ, quòd PRIMAS, id eſt patris Tabulas ſequerentur. Nam cùm ſibi prius, deinde filio Teſtamentum pater faceret, Teſtamentū patris PRIMARVM TABVLARVM, ſeu PRIMI TESTAMENTI, vt locū & ordinē, ita & nomen obtinebat, L. 11. §. ſi primis, D. eo. ſtatuliber. L. Lucius, §.impuberem, D.de leg.11.L.pater, D.de hered. inſtit. PVPILLARE verò, vt Vlpianus vocat in L.planè, §. ſi coniunctim, D.de legat.1. & re & nomine in ſecundis conſiſtebat: & Secundarum Tabularum nomen ſortiebatur, ſeu ſecundi Teſtamenti, L.pater, D. de heredib. inſtit. Eóque modo Teſtamentum quod ſecundas Tabulas habebat, vt loquitur Hermogenian. in L. nam quod, §.1. D.ad Sc.Trebellian. DVPLEX erat, quemadmodum ſuprà monuimus, quod & comprobatur L.1. D.ſi cui plus quàm per L.falcid. Quamquam autem binæ Teſtamentorum Tabulæ eſſent, & duplex lignum, vi tamen ipſa & effectu vnū Teſtamentū erat. Pupillare vtique, quod & Impuberis Tabulas vocat Vlpian.in L.11.§.1.D.de ſtatuliber. à paterno pendebat, ex eóque vires capiebat, vt nō immeritò Tabulæ paternæ, Principales appellarentur, propterea quòd deſtituto Teſtamēto paterno, & hereditate ex eo nō adita, Pupillaris ſubſtitutio euaneſcebat, nec quicquā in Pupillaribus Tabulis ſcriptum valebat, vt elicitur ex L. apud Iulianum, §.1.& L.nā quod, §.1. D. ad Sc. Trebell. In Tabulis certè patris & filij, vna Falcidia ſeruabatur, & contributioni locus erat, L. in ratione, §. quod vulgo, D. ad L. falcid. In contributionem enim veniebant tam quæ Primis quàm quæ Secūdis Tabulis relicta erant, & tam quæ ab ipſo impubere herede inſtituto, quā quæ ab eo qui ei ſubſtitutus erat, data, legata erant, L.1. D.ſi cui plus quam per L.falcid. Paulus autem in L.vlt.D. ad Sc. Trebellian. ſpeciem proponit, in qua pater Polycrati filio, ſi intra pubertatē deceſſiſſet, ſecūdas Tabulas fecit, quas matri eius cōdēnauit aperiēdas, ſi impubes obiſſet. Pupillares porrò Tabulas etiā ſi ſuperſcriptū nō eſſet, NE APERIRENTVR, ſi tamē ſeorſū clauſas ſignatáſq; eas pater reliquiſſet, Prætor aperiri niſi cauſa cognita nō patiebatur, L.pupillares, D.teſt.

quemad. aper. Si tamen mulier ventris nomine in poſſeſſione eſſet, aperiendæ erant ſecundæ tabulæ, vt ſciretur cui demandata eſſet curatio, L. ſi mulier, D. eo. Impubes vtique cui pater ſecundas Tabulas fecerat, tunc inteſtatus deceſſiſſe dicebatur, cùm ſubſtituti hereditatem eius omiſiſſent, L. II §. impuberem, D. ad Sc. Tertyllian.

Secundis autem Tabulis non filio modò, ſed & ſibi pater quandoque ſubſtituebat, vt in ſpecie, L. paterfa. D. de vulg. & pupill. Subſtitutionũ verò cõmunibus his verbis HERES ESTO, interdũ addebatur, IN LOCVM PARTEMVE EIVS HERES ESTO, L. ſed ſi plures, §. vlt. L. coheredi, §. non videri, D. de vulg. & pupill. Subſtitutionibus etiã quæ in caſum mortis alterius cõferebantur, plerumque addebatur, QVOD AB OMINOR, d. L. coheredi, d. §. non videri, L. Lucius qui fratrem, D. de hered. inſtit. L. Lucius Titius, §. filiam, D. de legat. II. L. IIII. C. de impuber. & al. ſubſtit. Atque hæc de Directis Subſtitutionibus. Erant enim Precariæ ſubſtitutiones, L. cùm proponas, C. de pact. quæ per fideicommiſſa, verbis precariis fiebant, L. filium quem, C. fam. ercisſ.

Heredes ſiquidem interdum hereditatem ſibi relictam reſtituere rogabantur, L. qui quadringenta, L. ex facto, § ſi quis rogatus, & §. vlt. L. fideicommiſſaria, §. I. L. apud Iulianum, §. Antiſtia & aliâs paſſim in Tit. D. ad Sc. Trebellia. L. qui plures, §. vlt. D. de vulg. & pupill. L. ſi ſeruum, §. I. D. ſi quis om. cau. Vlpian. in L. ex facto, §. vlt. D. eo. *Si quis ita fideicommiſſum reliquerit*, FIDEI TVÆ FILI COMMITTO, VT SI ALIENO HEREDE MORIARIS, RESTITVAS SEIO HEREDITATEM. Paulus in L. vbi purè, D. eo. *Quia pro hoc accipiendum ſit*, ROGO HEREDITATEM ILLAM RESTITVAS. Quintilian. in argumento Declamat. CCCXXV. *Diues deceßit herede inſtituto bonorum omniũ paupere, cum elogio tali*: VOLO VT HANC HEREDITATEM RESTITVAS EI CVI ROGAVI, L. facta, §. reſcripto, D. ad Trebellia. *Si quis ita heredis fidei cõmiſerit*, ROGO, SI TITIVS TIBI CENTVM DEDERIT, RESTITVAS EI HEREDITATEM MEAM. Ciuitati etiam per fideicommiſſum reſtitui iuſſam hereditatem Modeſtin. in L. cùm alicui, D. de neg. geſt. refert.

Interdum verò rogabantũr reſtituere, QVOD AD EOS EX HEREDITATE PERVENISSET. Vlpian. in L. cogi, D. ad Sc. Trebell. *Sed & ſi quis ita rogauerit*, QVIDQVID AD TE EX HEREDITATE BONISVE MEIS PERVENERIT, ROGO RESTITVAS. Iulian. in L. quidam, D. eo. *Quidam ita in Teſtamento ſcripſerat*, A TE HERES PETO FIDEIQVE TVÆ COMMITTO, VT QVIDQVID EX HEREDITATE MEA AD TE PERVENERIT, FILIO MEO, PRIMA QVAQVE DIE, AVT SI PRIVS QVID EI ACCIDERIT, MATRI EIVS DES, REDDAS. Modeſtin. in L. quod his verbis, D. de legat. III. *Quod his verbis relictum eſt*, QVIDQVID EX HEREDITATE, BONISVE MEIS AD TE PERVENERIT, CVM MORIERIS RESTITVAS. Scæuola in L. poſt emancipationem, §. I. D. de eo. tit. *Seiam ex dodrante, Mæuium ex quadrante inſtituit heredes: fidei Seiæ commiſit in hæc verba* A TE PETO, TVÆQVE FIDEI COMMITTO, QVIDQVID EX HEREDITATE MEA AD TE PERVETERIT, RESTITVAS FILIO, RETENTIS TIBI HORTIS MEIS. Idem in L. vxorẽ, §. vlt. D. eo. A TE SEIA PETO, VT QVIDQVID AD TE EX HEREDITATE MEA PERVENERIT, EXCEPTIS HIS, SI QVA TIBI SVPRA LEGAVI, RELIQVVM OMNE REDDAS, RESTITVAS, MÆVIÆ INFANTI DVLCISSIMÆ: Papinian. in L. cùm pater, §. fidei, D. de legat. II. FIDEI TVÆ COMMITTO VXOR, VT DES, VT RESTITVAS FILIÆ MEÆ CVM MORIERIS, QVIDQVID AD TE QVOQVE NOMINE DE BONIS MEIS PERVENERIT. Paul. in L. ſi legatarius, §. cùm ita, D. de legat. III. *Cùm ita petiſſet Teſtator*, VT QVIDQVID EX BONIS EIVS AD PATREM PERVENISSET, FILIÆ SVA ITA RESTITVERET, VT EO AMPLIVS HABERET, QVAM EX BONIS PATRIS HABITVRA ESSET. Celſus in L. Balliſta, D. ad Sc. Trebell. *Balliſta filiumfa. heredem inſtituit ita*, REBELLIANVS SI CAVERIT COLONIÆ PHILIPPENSIVM, SI SINE LIBERIS MORERETVR, QVANTACVMQVE PECVNIA EX HERE-

DITATE

DITATE DE BONIS MEIS AD EVM PERVENIT, EAM PECVNIAM OMNEM AD COLONIAM PHILIPPENSIVM PERVENTVRAM. Papinia. in L. heredes mei in prid. D. eo. HEREDES MEI QVIDQVID AD EOS EX HEREDITATE, BONISVE MEIS PERVENERIT, ID OMNE POST MORTEM SVAM RESTITVANT PATRIÆ MEÆ, COLONIÆ BENEVENTANORVM. Scæuola in L. Lucius, §. pluribus, D. eo. *Vnius ex libertis heredibus inſtitutis fidei commiſit*, VT QVIDQVID AD EVM EX HEREDITATE BONISVE PERVENISSET, DEDVCTO PRO EA PARTE ÆRE ALIENO, ET LEGATIS, ET SIBI VIGINTI AVREIS, RESTITVERET TITIO. Et ead. L. §. mæuia. TE ROGO FILI SEPTICI, SI INTRA VICENSIMVM ANNVM SINE LIBERIS MORIERIS, QVIQVID EX HEREDITATE MEA AD TE PERVENERIT, HOC FRATRIBVS TVIS RESTITVAS, L. Epiſtulam, §. vlt. D. eo. ROGO TE VT QVIDQVID AD TE EX BONIS MEIS PERVENERIT, FACIAS PERVENIRE AD FILIVM TVVM. L. vlt. D. vt legat. ſeu fideicom. *Fideique eius commiſit*, VT QVIDQVID AD EVM EX HEREDITATE EIVS PERVENISSET; CVM MORERETVR, RESTITVERET FILIO TESTATRICIS NEPOTI SVO. Gaius in L. vtrum, §. cùm quidam, D. de reb. dub. *Cùm quidam pluribus heredibus inſtitutis, vnius fidei commiſiſſet, vt* CVM MORERETVR, VNI EX COHEREDIBVS, CVI IPSE VELLET, RESTITVERET EAM PARTEM HEREDITATIS QVÆ AD EVM PERVENISSET. Papinian. in L. in fideicommiſſi, §. nonnunquam, D. de vſuris. *Cùm Pollidius à propinqua ſua heres inſtitutus, rogatus fuiſſet*, FILIÆ MVLIERIS, QVIDQVID EX BONIS EIVS AD SE PERVENISSET, CVM CERTAM ÆTATEM PVELLA COMPLESSET, RESTITVERE: *idque ſibi mater ideò placuiſſe Teſtamento comprehendiſſet*, NE FILIÆ TVTORIBVS, SED POTIVS NECESSITVDINI RES COMMITTERENTVR: *eundem* Pollidium, FVNDVM RETINERE IVSSISSET. Marcian. in L. ſcribit, D. ad Trebellian. *Petit ab herede ſuo, vt* SI SINE LIBERIS MORERETVR, QVANTA PECVNIA EX HEREDITATE SVA AD EVM PERVENISSET, MÆVIO RESTITVERETVR,

Aliâs rogabātur Reſtituere QVOD SVPERESSET EX HEREDITATE, L. cogi, §. inde quæritur, L. mulier, §. cùm proponeretur, D. ad S c. Trebellia. in L. Titius, D. eo: eiuſmodi fideicōmiſſum refertur, QVIDQVID EX HEREDITATE MEA SVPERFVERIT, ROGO RESTITVAS. Papinian. in L. Imperator, §. vii. D. de legar. II. *Rogatus* QVIDQVID EX HEREDITATE SVPERFVERIT, POST MORTEM SVAM RESTITVERE. Vlpian. in L. ſed & ſi lege, §. quod autem, D. de hered. petit. *Nam & diuus Marcus in cauſa Pythodori, qui rogatus erat*, QVOD SIBI SVPERFVSSET EX HEREDITATE REDDERE. Papinian. in L. deducta, §. quod ex hereditate, D. ad S c. Trebell. QVOD EX HEREDITATE SVPERFVISSET CVM MORERETVR, RESTITVERE *rogatur*. In §. vlt. ead. L. *qui* BONORVM SVPERFLVVM POST MORTEM SVAM RESTITVERE, *fuerat rogatus*.

Interdum etiam rogabantur PECVNIA ACCEPTA RESTITVERE, vel ACCEPTO CERTO PRETIO, L. Iulius, D. ad s c. Trebellian. Vlpian. in L. fideicommiſſa, §. cùm eſſet, D. de legat. III. *Cùm eſſet quis rogatus reſtituere portionem*, ACCEPTA CERTA QVANTITATE. Idem in L. Nec vlla, §. ſed & ſi, D. de hered. pet. *Si* ACCEPTA CERTA QVANTITATE RESTITVERE, *rogatus eſt*. Et in L. in quartam, D. ad L. falc. *Si* ACCEPTA PECVNIA HEREDITATEM RESTITVERE *rogatus*. Florentin in L. ſi heres D. eo. Tit. *Si heres cuius fidei commiſſum eſt, vt* ACCEPTA CERTA PECVNIA HEREDITATEM RESTITVAT. Scæuola in L. a Teſtatore, D. de condic. & demonſtr. *A teſtatore rogatus, vt* ACCEPTIS CENTVM NVMMIS RESTITVERE HEREDITEM TITIÆ COHEREDI SVÆ. Papinian. in L. acceptis, D. ad L. Falcid. ACCEPTIS A MÆVIO CENTVM, HEREDITATEM MÆVIO RESTITVERE, PECVNIAMQVE POST MORTEM SVAM TITIO DARE, *rogatus eſt*. Et in ſi. *planè ſi quis ita ſcripſerit*, ACCEPTIS CENTVM PETO RESTITVAS HEREDITATEM. Papinia. in L. cùm pater, D. de legat. II. patrē cùm filios, eorúmque matrē, heredes inſtituiſſet, ita ſcripſiſſe refert. PETO A TE FILIA, VT ACCEPTIS EX HEREDITATE MEA IN PORTIONEM TVAM CENTVM AVREIS, ET PRÆDIO TVSCVLANO, PARTEM HEREDITATIS RESTITVAS MATRI TVÆ. Aliâs certā quantitatē præcipere iubebantur:

Mm iiij

Rutilius in L. ſi heres, D. de legat. I. *Si heres* CENTVM PRÆCIPERE IVSSVS SIT, & RESTITVERE HEREDITATEM. Vlpian. in L. ſi ſponſus, § ſi quis rogatus, D. de donat. int. vir. *Si quis rogatus ſit*, PRÆCEPTA CERTA QVANTITATE, VXORI SVÆ HEREDITATEM RESTITVERE. Ita PRÆCEPTO FVNDO ROGATVS HEREDITATEM RESTITVERE proponitur in L. heres, D. ad S c. Trebellian.

Aliàs, accepto certo prædio reſtituere rogabatur, L. vlt. D. eo. Papinian. in L. filiũ, D. de legat. I. *filiam fratribus*, CERTIS REBVS ACCEPTIS, HEREDITATEM RESTITVERE *pater voluit*. Aliàs QVIBVSDAM REBVS RETENTIS, RESTITVERE HEREDITATEM heres rogabatur, vt in L. poſt emancipationẽ, §. vlt. D. de legat. III. rogatur Seia, retentis ſibi hortis, reſtituere. Vlpian. in L. nonnulla, §. ſed etſi, D. de hered. petit. SI RETENTA CERTA QVANTITATE, RESTITVERE *rogatus ſit*. RETENTA QVARTA PARTE, L. epiſtulã, §. mulier, D. ad Sc. Treb. L. Titia, D. ad L. Falcid. Aliàs DEDVCTA PARTE ALIQVA, reſtituere rogabatur. Papinian. in L. deducta, D. d Sc. Trebell. DEDVCTA PARTE QVARTA RESTITVERE *rogatus* HEREDITATEM. Sic DEDVCTIS centum, L. I. §. vlt. D. ad Sc. Trebellian. Item DEDVCTO ÆRE ALIENO, & DEDVCTIS LEGATIS, L. cogi, §. inde quæritur, D. eod. L. cùm heres, D. eo. Sic DEDVCTA SEXTA. L. pater filiam, D. ad L. falcid. Vlpian. in L. in quartam, D. eo. *Sed in fideicommiſſaria hereditate reſtituenda, ſiue legatum vel fideicommiſſum datum ſit heredi, ſiue* PRÆCIPERE, *vel*, DEDVCERE, *vel*, RETINERE IVSSVS SIT.

Interdum verò HEREDITATEM CVM FRVCTIBVS RESTITVERE heres rogabatur, L. in fideicommiſſaria, D. ad S c. Trebellian. Interdum verò, EXCEPTIS REDITIBVS, vt in L. I. §. ſi heres, & L. deducta, §. hereditatem, D. ad S c. Trebellian. Paulus in L. reſpondit, §. I. D. de vſur. *Heres rogatus erat*, POST MORTEM SVAM, SINE REDITV HEREDITATEM RESTITVERE. Aliàs EXCEPTIS CERTIS BONIS RESTITVERE heres rogabatur, L. Iulius, D. eo.

Interdum autem heredes rogabantur reſtituere, ſub condicione, veluti, SI SINE LIBERIS DECEDERENT, L. mulier, §. cùm proponeretur, L. quidam, §. ſi quis filium, L. ſcribit, L. heredes, §. I. L. à filio, D. ad S c. Trebellian. Vlpianus in L. ex facto, §. ſi quis rogatus, D. eodem. *Si quis rogatus fuerit, ut* SI SINE LIBERIS DECESSERIT, RESTITVAT HEREDITATEM, & §. ex facto ead. L. *Rogauerat quadam mulier filium ſuum, ut* SI SINE LIBERIS DECECESSISSET, RESTITVERET HEREDITATEM FRATRI SVO. Paulus lib. IIII. Sentent. Tit. I. *Rogati inuicem, ſibi*, SI SINE LIBERIS DECESSERINT, HEREDITATEM RESTITVERE. Calliſtrat. in L. diuus, §. vlt. D. ad L. Cornel. de falſ. *Si quis duobus heredibus inſtitutis, adiecerit, ut* SI ALTERVTER HERES SINE LIBERIS DECESSISSET, EI QVI SVPERESSET ET LIBEROS HABERET, HEREDITAS REDDERETVR, *vel*, SI VTERQVE SINE LIBERIS DECESSISSET, HEREDITAS, *deinde alia manu*, SCRIPTORI TESTAMENTI RESTITVERETVR. Marcian. in L. filiusfa. §. cùm erit, D. de legat. I. *Cùm erit rogatus*, SI SINE LIBERIS DECESSERIT, *per fideicommiſſum* RESTITVERE. Apud Vlpianum etiam in L. in cauſæ II. D. de minorib. Pomponius refert quendam rogatum eſſe fratris filiæ complures res dare, ea condicione, vt ſi ſine liberis deceſſiſſet, reſtitueret eas heredi. Ac aliàs proponitur rogatus quis reſtiture, SI ALIENO HEREDE MORERETVR, L. ex facto, §. vlt. D. ad S c. Trebellian. Pater etiã filio ſuo, SI IN POTESTATE SVA ESSE DESIISSET, hereditatem reſtituere rogatus dicitur in L. imperator, D. eod.

Interdum non Totam ſeu Vniuerſam hereditatẽ, ſed partem dumtaxat reſtituere rogabantur, L. cogi, §. ſi quis heres, L. Lucius, §. I. D. ad S c. Trebellian. L. fideicommiſſa, §. cùm eſſet, D. de legat. III. veluti DIMIDIAM PARTEM HEREDITATIS, L. liberto, §. filium, D. de annu. leg. Iulian. L. ita tamen, §. heres, D. ad S c. Trebell. *Heres ex aſſe erat inſtituta conſobrina mea, & eius fideicommiſſum, ut* PARTEM DIMIDIAM

MIDIAM

MIDIAM HEREDITATIS STATIM PVBLIO MÆVIO RESTITVERET. Gaius in L. ſi ex aſſe, D. famil. erciſc. *Si ex aſſe inſtitutus heres, rogatus ſit mihi* PARTEM ALIQVAM RESTITVERE, *veluti* DIMIDIAM. Scæuola in L. à filia, D. ad Sc. Trebellian. *A filia petit*, *vt* SI LIBERIS SVPERSTITIBVS MORERETVR, PARTEM EIVS QVÆ AD EAM EX BONIS PATRIS PERVENISSET: QVOD SI SINE LIBERIS, VNIVERSVM FRATRI RESTITVERET. Cui condicioni interdum dies addebatur, vt puta, SI SINE LIBERIS INTRA TRIGENSIMVM ANNVM MORERETVR, L. Lucius Titius, §. pater, D. ad Sc. Trebell. d. L. cùm auus, D. de condic. & dem. vel, SI INTRA VICENSIMVM ANNVM SINE LIBERIS MORIERIS, d. L. Lucius, §. Mæuia. Papinian. in L. quod bonis, §. quod auus, D. ad L. Falcid. *Heredem auus, idémque Tutor rogauerat*, *vt* SI SINE LIBERIS ANTE CERTAM ÆTATEM DECEDERET, TAM HEREDITARIA, QVAM PROPRIA BONA RESTITVERET. Fratres etiam heredes inſtituti plerumque inuicem hereditatem reſtituere rogabantur, L. Sed & in illo, D. reb. dub. impp. Dioclet. & Maximian. in L. cùm proponas. C. de pact. *Cùm proponas filios Teſtamento ſcriptos heredes, rogatos eſſe*, VT QVI PRIMVS REBVS HVMANIS EXIMERETVR, ALTERI PORTIONEM HEREDITATIS RESTITVERET. Proponitur & in L. cogi, §. cùm quidã, D. ad Sc. Trebell. quidam à duobus heredibus inſtitutis & inuicẽ ſubſtitutis petiiſſe, SIVE VTERQVE, SIVE ALTER HERES ESSET, vt hereditas ſua EX PARTE DIMIDIA RESTITVRETVR alicui poſt quinquennium. Refertur & à Scæuola in L. Titia, D. de condic. & demonſtr. huiusmodi fideicommiſſum. *Titia heredis inſtituti liberos habentis filij fideicommiſit*, VTI REM EIVS VNIVERSAM RESTITVERET FILIIS EIVS LIBERISVE EORVM, CVM IPSI PETISSENT, SINE VLLA IVRIS CAVILLATIONE. Ac planè interdum teſtator rogabat reſtituere BONA SVA, vel, FAMILIAM, vel, PECVNIAM, vel, VNIVERSAM REM SVAM, vel, OMNIA SVA, L. nam quod, §. vlt. cùm, L. ſeq. & L. ſi legatus D. ad Sc. Trebellian. Vlpian. in L. cogi, D. eo. *Hoc idem & ſi* PATRIMONIVM *fuerit rogatus*, *& ſi* FACVLTATES: *& ſi* QVIDQVID HABEO, & *ſi* CENSVM MEVM, & *ſi* FORTVNAS MEAS, *& ſi* SVBSTANTIAM MEAM, *& ſi* PECVLIVM MEVM, *Teſtator dixerit.*

Duobus etiam quandoque hereditatem reſtituere quis rogabatur, d. L. cogi, §. ſi quis heres. Et alteri purè, vel in diem, alteri ſub condicione, L. 1. §. ſed & quoties, D. eo. Interdum verò vni ex pluribus hereditatem reſtituere heredem teſtator rogabat, & in eius arbitriũ cõferebat cui potius reſtitueret. Gaius in L. vtrum, §. cùm quidã, D. de reb. dub. *Cùm quidam pluribus heredibus inſtitutis, vnius fidei commiſiſſet*, *vt* CVM MORERETVR, VNI EX HEREDIBVS, CVI IPSE VELLET, RESTITVERET EAM PARTEM HEREDITATIS, QVÆ AD EVM PERVENISSET. Vlpian. in L. ex facto, §. ſi quis rogatus, D. ad Sc. Trebell. *Si quis rogatus fuerit* FILIIS EVIS, VEL CVI EX HIS VOLVERIT, RESTITVERE HEREDITATEM. Papinian. in L. heredes mei, §. peto, D. eo. PETO DE TE, VXOR CARISSIMA, VTI CVM MORIERIS, HEREDITATEM MEAM RESTITVAS FILIIS MEIS, VEL VNI EORVM, VEL NEPOTIBVS MEIS, VEL CVI VOLVERIS, VEL COGNATIS MEIS, ET CVI VOLES EX TOTA COGNATIONE MEA.

Heres autem vel purè hereditatem reſtituere rogabatur, L. vbi purè, D. ad Sc. Trebell. videlicet STATIM, L. ita tamen, §. heres ex aſſe, D. eo. ſeu PRÆSENTI DIE, L. mulier, §. ſi heres, D. eod. ſeu PRIMA QVAQVE DIE, L. quidam ita, D. eo. aut verò in tempus, vel poſt tempus, reſtituere rogabatur, L. deducta, §. 1. & §. qui poſt, D. eo. veluti POST MORTEM SVAM, L. cùm pater, §. hereditatem, D. de legat. II. L. Statius Florus, §. Cornelio Felici, D. de iu. fis. L. deducta, §. hereditatẽ, & §. cùm autem, D. ad Sc. Trebell. Sic in L. vxorem, §. Seium, D. de legat. III. *Seium maritum ſcripſit heredem, eique ſubſtituit Appiam alumnam, fideique heredis commiſit*, VT POST MORTEM SVAM HEREDITATEM EIDEM ALVMNÆ RESTITVERET, AVT SI QVID ANTE CONTIGISSET ALVM-

HEREDEM RELIQVERAT, ET NOMEN SVVM FERRE IVSSERAT. Et paullo pòſt: *Et quaſi vindicaturus patris ſui mortem, à quo* PER TESTAMENTVM FVERAT ADOPTATVS. Hoc enim modò heredes TESTAMENTO IN BONA & IN NOMEN ADOPTARI dicebantur. Cicero in Bruto. *Quid Craſſum, inquam, illum cenſes, iſtius Liciniæ filium, Craſſi* TESTAMENTO *qui fuit* ADOPTATVS. Sueton. in Iul. cap. LXXXIII. de Cæſaris Teſtamento agens, *In ima cera C. Octauium etiã* IN FAMILIAM, NOMENQVE ADOPTAVIT. Epitome Liuij lib. CXVI. TESTAMENTO *Cæſaris heres ex parte dimidia inſtitutus, C. Octauius ex ſorore nepos, &* IN NOMEN ADOPTATVS EST. Et ita Cæcilius moriens TESTAMENTO Atticum ADOPTAVIT, heredémque fecit ex dodrante, vt Cornelius Nepos in Attici vita ſcriptum reliquit. Sueton. in Tiber. cap. VI. *Poſt reditum in vrbem à M. Gallio Senatore* TESTAMENTO ADOPTATVS, *hereditate adita, mox nomine abſtinuit, quod Gallius aduerſarum Auguſto partium fuerat.* Idem in Galba cap. XVII. *Piſonem frugi Licinianum nobilem egregiúmque iuuenem, ac ſibi olim probatiſſimum*, TESTAMENTOQVE SEMPER IN BONA ET NOMEN ADSCITVM, *repente è media ſalutantium turba apprehendit: filiúmque appellans, perduxit in caſtra, ac pro concione adoptauit.* Eodémque loquendi genere Seneca vtitur in lib. de Breuit. vitæ: *Nobiliſſimorum,* inquiens, *ingenuorum familiæ ſunt. Elige in quam adſciſci velis. Non* IN NOMEN TANTVM ADOPTABERIS, SED IN IPSA BONA. Plinius Epiſt. XVIII. lib. VIII. *Quinetiam Domitius Afer, qui illos* IN NOMEN ADSVMPSIT, *reliquit Teſtamentum ante octo & decem annos nuncupatum.* Illam vero loquendi figuram, non minus Græci, quàm Latini auctores vſurpant. Appianus enim lib. II. Bellor. Ciuil. de Teſtamento Iulij Cæſaris. Διαθῆκαι δὲ τοῦ Καίσαρος ὤφθησαν φερόμεναι, καὶ εὐθὺς αὐτὰς τὸ πλῆθος ἐκέλευσεν ἀναγνωσθῆναι. Θετὸς μὲν δὴ τῷ Καίσαρι παῖς ἐγίγνετο ἐν αὐταῖς, ὁ τῆς ἀδελφῆς θυγατριδοῦς Ὀκτάουιος. Ex ſuperioribus autem locis apparet, non eos tantùm qui ex Aſſe, ſed & qui vel ex parte heredes ſcribebantur, Teſtamentis adoptatos. Nam & Octauius & Atticus, ille Iulij Cæſaris, hic Cæcilij Teſtamento adoptati fuere, licet vterque ex dodrante dumtaxat heres ſcriptus eſſet.

Sed enim qui Teſtamento adoptabantur, non omnia iura iuſtorum & legitimorum filiorum conſequuti huiuſmodi adoptione videtur. Nominis quidem heredes erant, ſed eos liberti paterni, & alia familiæ iura non ſequebantur. Proinde Teſtamẽtariam ſuam Adoptionem lege Curiata confirmari curauit Octauius Cæſar, vt auctoritate legis accederent quæ Teſtamento nactus non erat. Quod Appian. lib. III. Bellor. Ciuil. docet in hunc modum. Ἀπὸ δὲ τῶν θυσιῶν, ἑαυτὸν (de Octauio Cæſare loquitur) εἰσεποιεῖτο τῷ πατρὶ αὖθις κατὰ νόμον κουριάτιον. Ἔστι δ' ἐπὶ τοῦ δήμου γίγνεσθαι τὴν θέσιν. Κουρίας γάρ, ἐς μέρη τὰς φυλὰς ἢ τοὺς δήμους διαιροῦντες, καλοῦσιν, ὡς Ἕλληνας εἰκάζοντι φαίη φρατρίας. Ἐννομώτατός δ' ἐστὶ Ῥωμαίοις ὁ τρόπος οὗτος ἐπὶ τῶν ἀπατόρων, καὶ δύνανται μάλιστα αὐτοὶ ἴσα τοῖς γνησίοις παισὶν ἄγειν τοὺς συγγενεῖς τῶν θεμένων, καὶ ἀπελευθέρους. Γαΐῳ δ' ἦν τά τε ἄλλα λαμπρά, καὶ ἐξελεύθεροι πολλοί τε καὶ πλούσιοι, καὶ διὰ τόδ' ἴσως μάλιστα ὁ Καῖσαρ ἐπὶ τῇ προτέρᾳ θέσει κατὰ Διαθήκας γενομένῃ, καὶ τῆσδε ἐδεήθη. Id quod Dio lib. XLV. attigit de Antonio loquens his verbis. Τά τε ἄλλα ἐκεῖνος καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ αὐτὸν (ſcilicet Octauium) ἐκάκου, καὶ τὸν νόμον τὸν φρατριατικὸν ἐσφερόμενον, καθ' ὃν τὴν ἐσποίησιν αὐτοῦ τὴν ἐς τὸ τοῦ Καίσαρος γένος γενέσθαι ἔδει, αὐτὸς μὲν ἐσπούδαζε δῆθεν ἐσενεγκεῖν, διὰ δὲ δημάρχων τινῶν ἀνεβάλλετο, ὅπως ὡς μηδέπω παῖς αὐτοῦ ἐκ τῶν νόμων ὤν, μήτι τῆς οὐσίας πολυπραγμονοίη, καὶ πρὸς τ' ἄλλα ἀσθενέστερος εἴη. Quinetiam Tiberius, quamquam Teſtamento Auguſti nomen eius ferre iuſſus, ab eodem tamen poſt Gaij & Lucij Cæſarum mortẽ ritè adoptatus fuiſſe fertur: Sic enim Sueton. in Tiber. cap. XV. *Caio & Lucio intra triennium defunctis, adoptatur ab Auguſto ſimul cum fratre eorum M. Agrippa: coactus prius ipſe Germanicum fratris ſui filium adoptare. Nec quidquam poſtea pro patre familias egit: aut ius quod adoptione amiſerat, ex vlla parte retinuit.* Quod & Dio lib. LV. narrat: eiuſque adoptionis ab eodem Sueton. cap. XXI. fit mentio. Ceterùm non viri modo, ſed & mulieres quandoque nomen ſuum ferre iubebãt eos, quos Teſtamento heredes inſtituebant. Sic enim Liuia cùm Dolabellam ex parte heredem inſtituiſſet, eum nomen mutare iuſſit, quemadmodum Cic. Epiſt. VIII. lib. VII. ad Attic. ita ſcribit:

Dolabellam video Liuiæ Teſtamento cum duobus coheredibus eſſe in triente: ſed IVBERI MVTARE NOMEN. *Eſt πολιτικὸν σκέμμα, rectúmne ſit nobili adoleſcenti mutare nomen mulieris Teſtamento. Sed id φιλοσοφώτερον διευκρινήσομεν, cum ſcierimus, quantum quaſi ſit in trientis triente.*

Porrò non minus Seruos, quam Liberos homines, heredes inſtituere licebat, L. non minus, D. de hered. inſtit. Et ſuos quidem Seruos heredes inſtituere quiſque poterat cum libertate: alienos, ſine libertate: communes, cum libertate, vel ſine libertate. Communes enim ſerui rectè cum libertate heredes inſtituebantur, quaſi proprij, pro parte dominica: Sine libertate autem, quaſi alieni, propter ſocij partẽ, quemadmodum Vlpian. Tit. XXII. explicat. Et hoc eſt, quod idẽ Vlpian. in L. III. D. de hered. inſtit. *Seruus*, ait, *alienus, vel totus, vel pro parte. ſine libertate heres inſtitui poteſt*. Alienos autẽ ſeruos, ita demũ heredes inſtituere licebat, ſi eorũ ſerui eſſẽt, quos ipſos heredes teſtator inſtituere potuiſſet: quandoquidẽ Teſtamẽti factio cũ ſeruis ex perſona dominorũ introducta erat, L. nõ minus, D. de hered. inſtit. Vlpian. Tit. XXII. *Alienos ſeruos heredes inſtituere poſſumus: eos tamen, quorum cum dominis Teſtamenti factionem habemus*. Atque ita ſine libertate huiuſmodi ſerui heredes inſtituebantur. Quinimo alienum ſeruum liberum & heredem eſſe teſtator fruſtra iubebat, cùm alieno ſeruo inutiliter libertas daretur, L. ſi alienum, D. de hered. inſtit. Seruus planè alienus ita heres inſtitui poterat, CVM LIBER ERIT, Proprius autem ita inſtitui non poterat, L. ſeruus alienus, D. de condicion. inſtit. Serui ergo proprij heredes ita inſtituebantur, LIBER ET HERES ESTO. Cuiuſmodi inſtitutionibus quandoque hæc adiectio addebatur, ILLE SERVVS, SI MEVS ERIT, CVM MORIAR, vel, CVM MORIOR, HERES ESTO. L. II. in prin. & §. vlt. D. de condic. inſtit. L. talem, §. I. D. hered. inſtit. Quod ſi quis ita ſcripſiſſet, STICHVS LIBER ESTO, ET POSTEAQVAM LIBER ERIT HERES ESTO, detracto verbo, POSTEA, libertas ſimul & hereditas ei competebat, L. quotiens, §. ſi quis ita, D. eo. Valebat & inſtitutio talis, STICHVS LIBER ESTO, ET SI LIBER ERIT, HERES ESTO. Inde hæc; *liberum heredémque eſſe iuſsit*, in L. pater filio, D. eo. L. filium, D. de adq. hered. Proprius autem ſeruus cum libertate heres inſtitutus, ſiquidem in eadem cauſa permanſiſſet, ex Teſtamento liber & heres neceſſarius fiebat, quemadmodum Vlpian. Tit. XXII. ait. Inter Neceſſarios autem heredes, id eſt, ſeruos cum libertate heredes ſcriptos, & Suos ſcilicet neceſſarios, id eſt liberos qui in poteſtate erant, iure ciuili nihil, vt ibidem Vlpianus tradit, intererat. Nam vtrique etiam inuiti heredes erãt: ſed iure Prætorio, Suis & neceſſariis heredibus abſtinere ſe à parentis hereditate permittebatur: Neceſſariis autem tãtùm heredibus abſtinendi poteſtas non dabatur.

Ceterùm heredes aut ſcribebantur, aut palam nuncupabantur, L. vlt. D. de iu. codicill. Licebátque teſtanti vel nuncupare heredes, vel ſcribere. Sed ſi nuncupabat, palam debebat, id eſt, vt exaudiri à ſeptem teſtibus poſſet, L. heredes palam, D. qui Teſtam. fac. poſſ. Sueton. in Calig. cap. XXXVIII. *Cùm iam, & ab ignotis, inter familiares, & à parentibus, inter liberos* PALAM HERES NVNCVPARETVR. Cic. prò Milo. *Teſtamentum autem* PALAM *fecerat, & illum heredẽ, & me ſcripſerat.* Qui verò per ſcripturam non teſtabatur, ac neque legaturus quid erat, neque quemquam exheredaturus, poteratquinque verbis facere Teſtamentum, vt diceret, LVCIVS TITIVS MIHI HERES ESTO. Quinimo etiam tribus verbis, vt diceret, LVCIVS HERES ESTO, L. I. §. I. D. de hered. inſtit.

Teſtamentorum vtique caput erat heredis inſtitutio. Nam ſine heredis Inſtitutione nihil in Teſtamento ſcriptum valebat, L. I. in fi. D. de vulg. & pupill. Teſtamentúmque vires per heredum inſtitutionem accipiebat, L. quod per manus, D. de iu. codicill. & vt Vlpian. Tit. XXIIII. ait, Poteſtas Teſtamenti ab heredis inſtitutione incipiebat. Iuſtinianus in §. ante heredis Inſtit. de legat. *Ante heredis Inſtitutionem Inutiliter antea legabatur: ſcilicet, quia Teſtamenta vim ex inſtitutione heredis accipiunt: Et ob id, velut caput atque fundamentum intelligitur totius Teſtamenti, heredis Inſtitutio.*

Hereditates autem, vt & legata, merentibus dabantur. Plin. Epiſt. III. lib. II. *Et hic hereditates, hic legata, quaſi* MEREATVR *accipit*. Martial. Epigram. LXV. lib. VII. de Labieno

qui ex aſſe ſcriptus erat heres à Fabio,

Plus MERVISSE *tamen ſe Labienus ait.* Quintilian. Declamatio CCCXXV. QVO MERITO TVO *te ſcripſit heredem? Vox communis eſt. Iiſdem verbis interrogare te poſſum; Quid* MERVERAS, *vt te ſcriberet heredem? quamdiu etiam tertium nō exhibes cui debeatur hereditas?* Inde Vlpian. in L. nec adiecit, D. pro ſoc. Hereditates, legata, mortis cauſa donationes, ob MERITVM aliquod accedere ait. Et ita Papinian. in L. dotem, §. vlt. D. de Caſtren. pecul. ſanguinis rationem MERITVM HEREDITATIS ACCIPIENDÆ præbuiſſe, refert.

Interdum verò ita ſcribebatur heres, VT INTRA CERTVM TEMPVS ADIRET HEREDITATEM, L. ſi quis heres ita, D. de adquir. hered. Hereditatem autem Adeuntes, hoc verbo, ADEO, vtebantur, vt ex L. cum qui, §. vlt. D. eo. & Vlpiano Tit. XXII. liquet. Atque ita heredes IN IVS ET LOCVM defuncti SVCCEDEBANT, L. qui in ius, D. de diuerſ. regul. L. ait Prætor, D. de iureiuran. Vnde Martial. lib. VI. Epigram. LXIII.

Tu tamen hunc Tabulis heredem, ſtulte, ſupremis
Scribis, & ESSE TVO, *vis furioſe*, LOCO.

Nec vlla, vt Cicero lib. II. de Legib. ſcribit, perſona, eſt quæ ad vicē eius qui è vita emigrauerit, propius accedat, quàm heres. Vlpianus in L. quotiens, §. heredes, D. de hered. inſtit. HEREDES IVRIS SVCCESSORES SVNT. Pōpon. in L. heres, D. de adquir. hered. *Heres in omne ius mortui, non tantùm in ſingularum rerum dominiū ſuccedit.* Hereditas enim iuris nomē eſt, L. hereditatis, D. de verb. ſignific. L. III. D. de bon. poſſ. & vel abſque vllo corpore, iuris intellectum habet, L. hereditas, D. de petit. heredit. Et adita quidem hereditate omnia iura in heredem inſtitutum tranſibant: Poſſeſſio verò niſi naturaliter adprehenſa ad eum non pertinebat, L. cum heredes, D. de adquir. poſſeſſ.

Planè inter cetera quæ ad ordinanda Teſtamenta pertinebant principale ius erat, de liberis heredibus inſtituēdis vel exheredandis, ne præteritis ipſis irrumperetur Teſtamētum. Namque filio qui in poteſtate erat, præterito, inutile erat Teſtamentum, L. inter cetera, D. de lib. & poſt. Exheredatio autem fiebat his verbis, EXHERES ESTO. L. ſi ita, §. vlt. D. de liber. & poſt. L. ſi quis Sempronium in fi. D. de hered. inſtit. L. ſi quis Teſtamēto, D. de condic. inſtit. Filij etiam hoc modo exheredabātur, FILIVS EXHERES SIT: FILIVS EXHERES ERIT. L. filij, L. cū quidā, D. de liber. & poſt. Sed & ſi ita pater dixiſſet, ILLE FILIVS MEVS ALIENVS MEÆ SVBSTANTIÆ FIAT, Iuſtinian. rectè exheredatum eſſe conſtituit, L. ſi quis filium, C. de liber. præter. Iuuenal. Sat. X.

— Nec vultum adgnoſcit amici
Cum quo præterita cœnauit nocte, nec illos
Quos genuit, quos eduxit: nam Codice ſæuo
HEREDES VETAT ESSE SVOS. —

Filius autem in poteſtate, vel eo mortuo, aut de poteſtate ſubducto, nepos Nominatim exheredari debebat, L. I. §. I. D. de hered. inſtit. L. I. & L. ſi filium, D. de liber. & poſt. Itaque nō ſufficiebat ita dicere, QVISQVIS EST, QVI FILIVM MEVM SE ESSE DICIT, EXHERES ESTO, L. I. §. idem ait, D. de Carbon. edic. vel, QVISQVIS MIHI ERIT FILIVS, EXHERES ESTO, L. III. §. filius, D. de liber. & poſt. Non tamen nomen, cognomen, & prænomen eius erat dicendum, ſed ſufficiebat vel vnum ex his, d. L. I. D. de liber. & poſt. Vnde in ſpecie, L. cùm Teſtamento, §. vlt. D. de hered. inſtit. qui tres filios habebat, ita ſcripſiſſe proponitur, FILII MEI HEREDES SVNTO: PVBLIVS FILIVS MEVS EXHERES ESTO. Filius certè qui vnicus erat, ſi ita exheredatus eſſet, FILIVS MEVS EXHERES ESTO, nominatim exheredatus videbatur, licet nomen eius expreſſum non eſſet. Nam ſi plures eſſent filij, nullus exheredatus cenſebatur, L. II. D. de liber. & & poſt. Iuſtinianus in §. nominatim Inſtit. de exher. liber. NOMINATIM *autē quis* EXHEREDARI *videtur, ſiue ita exheredetur,* TITIVS FILIVS MEVS EXHERES ESTO: *ſiue ita,* FILIVS MEVS EXHERES ESTO, *non adiecto proprio nomine: ſcilicet, ſi alius filius non extet.* Quinetiam cùm Titius Teſtamento heredem inſtituiſſet, & filium habens, ſic exheredationem poſuiſſet, CETERI OMNES FILII, FILIÆQVE MEÆ, EXHEREDES SVNTO, Paulus reſpondit filium rectè exheredatum videri, L. Titius, D. de liber. & poſtum. Et ſi

peperciſſet

pepercisset Teſtator filium dicere, EX SEIA autem NATVM dixiſſet, rectè exheredabat. Quinetiam ſi cum conuicio dixiſſet, NON NOMINANDVS, vel NON FILIVS MEVS, LATRO, GLADIATOR, EX ADVLTERA NATVS, rectè exheredatus erat, L. & ſi pepercerit, D. eo. Quam locutionis figuram Apuleius quoque lib. v. ita vſurpat, *Nec enim vos vtique domus meæ famoſa famula &* NON DICENDI FILII MEI *facta latuerunt.* Filium planè à patre cuius in poteſtate erat non rectè exheredatum Scæuola cenſebat, ſi poſtquam decem ei legaſſet, adiecisset, ET IN CETERA PARTE EXHERES MIHI ERIT, L. cùm quidam, D. de liber. & poſt.

Non tantùm autem filij iam nati, ſed & poſtumi nominatim exheredādi erant, vt Vlpian. Tit. XXII. & in L. poſtumi, D. de iniuſto. rup. tradit. Iuſtinian. in §. maſculos Inſtit. de exher. liber. *Maſculos verò poſtumos, id eſt filios, & deinceps, placuit non aliter rectè exheredari, niſi* NOMINATIM EXHEREDARENTVR, *hoc ſcil. cet modo*, QVICVMQVE MIHI FILIVS GENITVS ERIT, EXHERES ESTO. Atque ita VENTER EXHEREDARI dicebatur, L. I. §. ſi venter, D de ven. in poſſ. mitt. Cuius generis formulam ibidem Vlpian. hanc proponit, SI MIHI FILIVS VNVS NASCETVR, EXHERES ESTO. Et §. ſed & ſi quis ventrem ead. L. *Sed & ſi quis ventrem ita exheredaſſet,* QVI MIHI INTRA MENSES TRES MORTIS MEÆ NATVS ERIT, EXHERES ESTO, *vel*, QVI POST TRES MENSES. Idem in L. III. §. nominatim, D. de iniuſ. rup. NOMINATIM EXHEREDATVS *poſtumus videtur, ſiue ita dixerit*, QVICVMQVE MIHI NASCETVR, *ſiue ita*, VENTER EXHERES ESTO. *Sed & ſi dixerit*, POSTVMVS EXHERES ESTO. Et in L. qui iure, D. de teſt. milit. *Si tamē hoc animo fuit et vellet*, QVISQVIS SIBI NASCETVR EXHEREDEM ESSE. Paulus in L. ſi ita, D. de iniuſto rup. *Si ita facta ſit exheredatio*, SI FILIVS NATVS NATAVE SIT, EXHERES ESTO. Præter filium autem reliqui ſui heredes vtriuſque ſexus, aut NOMINATIM, aut INTER CETEROS, exheredandi erant. Filia ergo poſtuma, ceteræque poſtumæ feminæ, vel NOMINATIM vel INTER CETEROS exheredabantur, dummodo inter ceteros exheredatis aliquid legaretur. Nepotes etiam, pronepotes, ceteríque maſculi poſtumi, præter filium, vel NOMINATIM, vel INTER CETEROS, cum adiectione legati erant exheredandi. Quamquam tutius erat, eos nominatim exheredari. Quæ omnia ex Vlpian. Tit. XXII. & Iuſtinia. §. ſed non ita, & §. poſtumi, Inſtit. de exheredat. liber. cognoſcimus. INTER CETEROS autem, exheredabantur hac verborum formula, CETERI EXHEREDES SVNTO, vt Theophil. auctor eſt in §. I. Inſtit. de exhered. libe.

Purè vtique filius exheredandus erat, non ſub condicione, L. III. §. I. D. de liber. & poſt. Ab omnibus etiam gradibus heredum, & tam à primis, quàm à ſecundis heredibus exheredandus erat, L. non putauit, §. ſi ab vno, & §§. ſeq. D. de bon. poſſ. con. tab. L. ſi primo, D. de liber. & poſt. L. Nam etſi, & L. ſi quis filio, §. ſiue autem, & L. ſiue ego, D. de iniuſto rup. L. Ex facto, §. Lucius, D. de vulg. & pup. Cùm verò poſt omnes heredū gradus exheredatio ſcribebatur, ſi adiiceret teſtator, AB OMNIBVS SE GRADIBVS EXHEREDARE, iuri ſatisfactum erat, L. I. C. de liber. præter.

Ante heredis certè inſtitutionem, vel inter medias heredum inſtitutiones, vel inter gradus, filius rectè exheredabatur, L. poſtumi, §. I. D. de iniuſ. rup. Eóque modo ab omnibus gradibus ſummouebatur, niſi fortè AB VNIVS HEREDIS PERSONA eum Teſtator EXHEREDASSET: cuiuſmodi Exheredatio vitioſa erat, quemadmodum & hæc, QVISQVIS MIHI HERES ERIT, FILIVS EXHERES ESTO. Inter duos autem gradus Exheredatus ab vtroque remotus erat, d. L. III. §. filius & §. ante heredis. Sed & ſi quis duos gradus miſcuiſſet, Exheredatio valebat, veluti, PRIMVS HERES ESTO EX SEMISSE: Si PRIMVS HERES NON ERIT, SECVNDVS EX SEMISSE HERES ESTO. TERTIVS EX ALIO SEMISSE HERES ESTO: FILIVS EXHERES ESTO. Si TERTIVS HERES NON ERIT, QVARTVS HERES ESTO, d. L. III. §. in eo.

Interdum autem cum elogio, & adiecta cauſa, filius exheres ſcribebatur, L. I. §. idem ait, D. de Carbon. edic. in qua Vlpianus, *Cùm quidam*, ait, EXHEREDEM SCRI-

PSISSET FILIVM, QVOD DICERET EVM EX ADVLTERIO CONCEPTVM. Et in L. idẽ eſt, D. de liber. & poſt. *Si ita dixerit*, ILLE ILLIVS FILIVS EXHERES ESTO. African. in L. ſi poſtumus, §. vlt. D. eo. *Si quis ita ſcripſerit*, ILLE QVEM SCIO EX ME NATVM NON ESSE, EXHERES ESTO. Cicero pro Cluent. *Quod* ELOGIVM *recitaſti de Teſtamẽto Cn. Egnatij patris, hominis honeſtiſſimi videlicet, & ſapientiſſimi*, IDCIRCO SE EXHEREDASSE FILIVM, QVOD IS OB OPPIANICI DAMNATIONEM PECVNIAM ACCEPISSET. Quintilian. lib. VII. cap. IIII. *Si* EXHEREDATVM *à ſe filium pater teſtatus fuerit* ELOGIO, PROPTEREA QVOD IS MERETRICEM AMAVERIT. Idem lib. IX. cap. II. ex Aſinio pro Liburnia, hæc verba citat. MATER MEA, QVÆ MIHI TVM CARISSIMA, TVM DVLCISSIMA FVIT, QVÆQVE MIHI VIXIT, EISQVE EADEM DIE VITAM DEDIT, *& reliqua: deinde*, EXHERES ESTO. Interdum etiam cauſa non turpis, neque famoſa exheredationibus adiiciebatur, vt in L. qui volebat, D. de hered. inſtit. qui volebat filiam exheredare, ſic Teſtamento comprehendit, TE AVTEM FILIA IDEO EXHEREDAVI, QVONIAM CONTENTAM TE DOTE ESSE VOLVI. Papinian. in L. emptor, §. vlt. D. de rei vindic. *Si tamen pater*, DOTIS AC PECVLII CONTEMPLATIONE FILIAM EXHEREDAVIT, ET EA RATIONE REDDITA, *nihil ei Teſtamento reliquit, aut eo minus leganit*. Et ita Leontius philoſophus cum Eudociæ filiæ, (quæ tandem Theodoſio nupſit) ex ſyderum poſitione & aſpectu, proſperam fortunam portẽdi præuideret, ideo modicum quid ei reliquit, hoc adiecto, quod ea fortuna ſua contenta eſſe deberet, quemadmodum, Zonaras Tomo III. ita narrat. Θυγάτηρ μὲν ἦν Λεοντίῳ τινὶ φιλοσόφῳ, Ἀθήνηθεν ὡρμημένῳ, Ἀθηναῒς δ᾽ ὀνομάζετο· ὃς γνοὺς ἐξ ἀστρονομίας, εὐτυχήσειν μέλλουσαν τὴν θυγατέρα λαμπρῶς, διατιθέμενος, τὴν μὲν περιουσίαν αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς καταλέλοιπε. Δύο δ᾽ ἦσαν Οὐαλέριος καὶ Γέσιος, Τῇ δὲ θυγατρὶ ἑκατὸν χρυσίνους μόνους δοθῆναι ἐπέσκηψε, γράψας, Ἀρκεῖν αὐτῇ τὴν τύχην αὐτῆς.

Quinetiã interdũ non mala mẽte parentis, neque notæ cauſſa, filius exheredabatur, ſed furoris puta, cauſſa, vel ideo, quia impubes erat, heréſq; inſtitutus rogabatur ei hereditatẽ reſtituere, L. ſi patronus, §. ſi quis nõ mala, D. de bon. libert. Tryphoninus certè in furioſo, §. vlt. D. de curat. furio. Auo qui nepotes ex filio prodigo habebat, hoc conſiliũ L. ſi dat, vt nepotes heredes inſtitueret, filiũ exheredaret, eíque, quod ſufficeret alimẽtorum nomine, ab eis certum legaret, addita cauſa, neceſſitatéque iudicij ſui. Vlpian. in L. multi non notæ, D. de liber. & poſt. *Multi non* NOTÆ CAVSSA EXHEREDANT FILIOS, *nec vt eis obſint, ſed vt eis conſulant, vt putà, impuberibus, eiſque fideicommiſſam hereditatẽ dant.* Paulus in L. Paulus XLVII. D. de bon. libert. *Exheredationem nepotis quæ* NON NOTÆ GRATIA, *ſed alio conſilio adiecta eſt, nocere non oportere, quominus contra Tabulas libertorum aui bonorum poſſeßionem petere poßit.* Patrem etiam exheredato filio ita cauiſſe, VT IVS IN LIBERTVM SALVVM EI ESSET, proponit Terent. Clemens in L. ſi pater, D. de bon. libert.

Filij vtique non ſine magna cauſa exheredabantur. Cicero pro Roſc. Amer. *Magna oportet eſſe vitia atque peccata filij, quibus incenſus parens potuerit animum inducere, vt naturam ipſam vinceret, vt amorem illum penitus inſitum eiiceret ex animo, vt denique patrẽ eſſe ſe ſe, obliuiſceretur.* Seneca lib. I. de Clement. *Numquid aliquis ſanus filium à prima offenſa exheredat? Niſi magnæ & multæ iniuriæ pœnitentiam euicerint, niſi plus eſt quod timet, quàm quod damnat, non accedit ad decretorium ſtilum. Multa ante tentat, quibus dubiam indolem & peiore loco iam poſitam reuocet: ſimul deplorata eſt, vltima experitur.* Proinde cum Exheredati de inofficioſo Teſtamento dicebant, à Centumuiris hæc eorum querela propitiis auribus audiebatur, QVO MEO ME MERITO PATER EXHEREDAVIT? vt ſupra lib. V. docuimus. Plerumque certè nouercalibus delenimentis, inſtigationibúſve corrupti parentes, malignè circa ſuum ſanguinem iudicium inferebant, L. non eſt enim, D. de inoff. teſt. Et ita, Acciam Variolam nuptam Prætorio viro, exheredatam fuiſſe ab octogenario patre, intra vndecim dies, quàm ille nouercam ei amore captus induxerat, Plinius Epiſt. XXXIII. lib. VI. refert. Exheredato vtique facta iniuria cenſebatur, ſi immerito ſe exheredatum contenderet, L. Papinianus. D. de inoff. teſt. Vnde EXHEREDATIONE NOTATI, in L. non putauit, D. de bonor. poſſ. cont. tab. NOTA EXHEREDATIONIS, in L. I. §. ſed & ſi D. de adſignand. libert.

Planè

Planè Extranei quoque heredes ſcripti, niſi voluntati Teſtatorum paruiſſent, nonnumquam eadem qua filij, verborum formula ab hereditate ſummouebantur, vt ex formula Cretionis patet: in qua plerumque addebantur verba hæc, SI NON CREVERIS, vel, NISI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO: quibus non adiectis imperfecta erat Cretio, vt Vlpian. Tit. XXII. tradit. Scæuola in L. vxorem, §. eius heres, D. de legat. III. *Eius heres vel legatarius rogatus eſt, vt quendam adoptet, his verbis adiectis*, SI ALIAS FECERIT, EXHERES ESTO. Refertur & ab eodem in L. Seius, D. ad L. falcid. caput Teſtamenti huiuſmodi, SEIVS ET AGERIVS, SI INTRA DIEM TRIGESIMVM MORTIS MEÆ REIPVB. NOSTRÆ CAVERINT, CONTENTOS SE FVTVROS TOT AVREIS, LEGIS FALCIDIÆ BENEFICIO OMISSO, HEREDES MIHI SVNTO, QVOS INVICEM SVBSTITVO. QVOD SI VOLVNTATI MEÆ NON CONSENSERINT, EXHEREDES SVNTO. Alfen. in L paterfa. D. de heredib. inſtit. *Paterfa. Teſtamento duos heredes inſtituerat: eos monumentum facere iuſſerat in diebus certis, deinde ita ſcripſerat*, QVI EORVM NON ITA FECERIT, OMNES EXHEREDES SVNTO. Gaius in L. ſi certarum, §. ſi eodem, D. de Teſtam. milit. *Si eodem Teſtamento Miles eundem heredē, deinde* EXHEREDEM SCRIPSERIT, *adempta videtur hereditas: cum in paganorum Teſtamēto, ſola hereditas exheredatione adimi non poßit*. Et ſic in Teſtamento Gregorij Nazianzeni Οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἔστωσάν μου ἀποκληρόνομοι. Et in Teſtamento B. Remigij, CETERI OMNES EXHEREDES ESTOTE, SVNTOTE. Quam fuiſſe vulgarem Teſtamentorum in Gallis clauſulam Teſtamentorum formula edita à Marculpho indicat, in qua eſt, RELIQVI VERO HEREDES, EXHEREDES SVNTO. Alioquin exheredationem in extraneo ineptam eſſe, rectè ſcripſit Vlpian. in L. quidam cùm filium, D. de verb. obligat.

Heredes autem (quemadmodum Vlpian. Tit. XXII. & Modeſtin. in L. I. D. de vulg. & pupill. ſcribunt) aut INSTITVTI dicebantur, aut SVBSTITVTI. INSTITVTI, qui primo gradu ſcripti erant: SVBSTITVTI, qui ſecundo gradu, vel tertio, vel ſequentibus. Illi, PRIMI HEREDES vocabantur, L. idem eſt, §. vlt. D. de teſtam. milit. L. quamdiu, D. de adquir. hered. L. ſeruo alieno, §. I. D. de leg. I. L. vlt. D. de fideicom. libertat. vel, PRIMO GRADV SCRIPTI, L. denique, D. de iniuſ. rup. vel, PRIMO LOCO, L. ſi non lex, §. vlt. D. de hered. inſtit. Hi, SECVNDI HEREDES appellabantur, vt aliâs docuimus, & SECVNDO GRADV SCRIPTI in d. L. denique, vel SECVNDO LOCO SCRIPTI, L. qui poſtumos, D. de Sc. Silan. aut ſi tertio gradu ſcripti eſſent, TERTII HEREDES dicebātur, vt apud Sueton. in Claud. cap. VI. Poterat autē quis in Teſtamēto plures gradus heredū facere, L. ſi plures, D. de iu. delib. L. in plurium, D. de adquir. hered. L. ſi plures, D. de leg. III. Marcian. in L. poteſt, D. de vulg. & pupill. *Poteſt quis in Teſtamēto plures gradus heredum facere, puta*, SI ILLE HERES NON ERIT, ILLE HERES ESTO: *& deinceps plures; vt nouißimo loco in ſubſidium, vel ſeruum neceſſarium heredem inſtituat*. Quod & Iuſtinian. tradit Inſtit. eod. tit. in princ. Marcell. in L. Lucius Titius Seio, D. de hered. inſtit. *Saluſtium & Varonem* PRIMO, an SECVNDO, vel TERTIO GRADV HEREDES INSTITVERE *voluerit*. Iulian. in L. quidam Teſtamento, D. de vulg. & pupill. *Quidam Teſtamento Proculum ex parte quarta, & Quietum ex parte dimidia & quarta heredem inſtituit: deinde Quieto Florum, Proculo Soſiā heredes ſubſtituit: deinde*, SI NEQVE FLORVS, NEQVE SOSIA HEREDES ESSENT, TERTIO GRADV *ex parte dimidia & quarta coloniam Leptitanorum, & ex quarta, complures heredes ſubſtituit in plures quàm tres vncias*. Vlpianus autem Tit. XXII. hāc inſtitutionis cum Cretione, & Subſtitutionis formulam proponit, TITIVS HERES ESTO, CERNITOQVE IN DIEBVS CENTVM PROXIMIS, QVIBVS SCIERIS POTERISQVE: NISI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO: TVNC MÆVIVS HERES ESTO, CERNITOQVE IN DIEBVS, *& reliqua*. Similitérque & deinceps ſubſtitui potuiſſe ait. Subſtitutio autem quæ in hunc caſum, SI HERES NON ERIT, fiebat, VVLGARIS vocabatur. Gaius lib. II. Inſtit. tit. IIII. SVBSTITVTIO *eſt, quæ poſt inſtitutionem à Teſtatore fieri ſolet, id eſt, ſecundi heredis appellatio. Et duæ ſunt: quarum vna*, VVLGARIS *dicitur, alia*, PVPILLARIS. VVLGARIS dicitur, ILLE MIHI HERES ESTO, *ſiue hoc filio, ſiue extraneo*, QVOD SI HEREDITATEM MEAM ADIRE NOLVERIS, ILLVM SVBSTITVO, AD QVEM HEREDITAS MEA DEBEAT

impuberibus dari poteſt, quæ ita fit: ILLE FILIVS MEVS, SI INTRA PVBERTATEM DECESSERIT, ILLVM EI SVBSTITVO. Cuiuſmodi ſubſtitutionem ſic deſcribit Horat. lib. II. Sermo. Sat. VI.

Si cui præterea validus male filius in re
Præclarus ſublatus aletur, ne manifeſtum
Cælibi obſequium nudet te, leniter in ſpem
Arripere officioſus & vt ſcribare ſecundus
Heres, vt ſi quis caſus puerum egerit Orco,
In vacuum venias.—

Variè autem ſubſtitutio iſta concipiebatur: Plerumque ita, SI FILIVS MEVS INTRA PVBERTATEM DECESSERIT, SEIVS HERES ESTO, L. I. & L. qui liberis, & L. paterfa. L. qui habebat, D. de vulg. & pupill. L. vlt. D. ad Senatuſconſultum Trebellia. L. Lucius, D. de fideicom. libertat. Alias, SI INTRA PVBERTATIS ANNOS DECESSERIT, L. iam hoc iure in fi. & L. coheredi, §. non videri, D. eo. vel, SI IMPVBES DECESSERIT, L. in ſubſtitutionū in fi. & L. cùm ex filio, D. de vulg. vel, SI ANTE PVBERTATEM DECESSERIT, L. paterfa. D. de reb. auct. iud. poſſid. vel, SI FILIVS MEVS INTRA QVARTVM DECIMVM ANNVM DECESSERIT, SEIVS HERES ESTO, L. II. §. prius, D. eod. Quādoque & filio impuberi ita ſubſtituebatur, SI FILIVS MEVS MORIATVR, PRIVSQVAM IN SVAM TVTELAM VENIAT, TVNC TITIVS MIHI HERES ESTO, L. ſi ita ſcriptum, §. qui filio, D. de bon. poſſ. ſec. tab. Iiſdémque concepta fuiſſe verbis fertur ea ſubſtitutio, quæ notæ inter Manium Curium & Coponium contentioni anſam præbuit. In Teſtamento namque ita ſcriptum fuiſſe, SI MIHI FILIVS IN DECEM MENSIBVS GIGNITVR, ISQVE PRIVS MORITVR QVAM IN SVAM TVTELAM VENERIT, TVM MIHI MANIVS CVRIVS HERES ESTO, ex Cicero. lib. I. & II. de Orato. colligimus. Idē Topicis: *Vt Craſſus in Curiana cauſſa exemplis plurimis vſus eſt, agens de eo qui Teſtamento ſic heredem inſtituiſſet, vt* SI FILIVS NATVS ESSET IN DECEM MENSIBVS, ISQVE MORTVVS PRIVS QVAM IN SVAM TVTELAM VENISSET, SECVNDVS HERES HEREDITATEM OBTINVISSET. Quintilian. lib. VII. cap. VII. de eodem Teſtamento agens, *Subſtitutus heres erat*, SI POSTVMVS ANTE TVTELÆ SVÆ ANNOS DECESSISSET. Accidit autem, vt cum vacuo ventre eſſet Teſtatoris vxor, non pleno, quemadmodum ſuſpicabatur, poſtumus nullus naſceretur. Vnde controuerſia orta eſt, inter Coponium, & Curium: illo, ſibi proximitatis aut certè ſanguinis iure bona vindicāte, eáque ad ſe lege rediſſe dicēte, quòd ſubſtitutionis condicio defeciſſet: hoc contrà, mentē teſtatoris ſpectandā eſſe: qui æquè poſtumo nō nato ac ſi natus impubes deceſſiſſet, bona ad ſubſtitutū peruenire voluiſſet. Coponij cauſam recepit Q. Scæuola, Curij, Craſſus. Acta eſt ergo, apud Centūuiros cauſa à clariſſimis illis duobus fori Ro. luminibus, vſq; æqualibus, collegis, & Conſularibus, magno populi cōcurſu magnáq; expectatione, vt idē Cicero in Bruto teſtatur: cū Q. Scæuola, qui iuriſperitorum eloquentiſſimus, eloquentium iuriſperitiſſimus habebatur, ex ſcripto Teſtamentorum iura defenderet, negarétque niſi poſtumus & natus, & antequam in ſuam tutelam veniret, mortuus eſſet, heredem Curium eſſe poſſe, qui eſſet ſecundum poſtumum & natum & mortuum heres inſtitutus: Craſſo diuerſæ partis aduocato defendente, hac cum mente fuiſſe qui Teſtamentum feciſſet, vt ſi filius non eſſet, qui in tutelam veniret, M. Curius eſſet heres. Ille ῥητῷ, hic διανοίᾳ, vterque auctoritatibus, exemplis, & Teſtamentorum formulis vtebatur. Quam controuerſiam & his verbis Quintilian. lib. VII. cap. VII. attigit. *In Teſtamentis & illa accidunt, vt voluntas manifeſta ſit, ſcriptum nihil ſit: vt in iudicio Curiano, in quo nota L. Craſſi, & Scæuolæ fuit contentio. Subſtitutus heres erat*, SI POSTVMVS ANTE TVTELÆ SVÆ ANNOS DECESSISSET. *Non eſt natus: Propinqui bona ſibi vindicabant. Quis dubitaret quin ea voluntas fuiſſet teſtantis, vt is non nato filio heres eſſet, qui mortuo? Sed hoc non ſcripſerat.* Cuius dubitationis tollendæ cauſa ita patres poſtumis ſubſtituebant,

Pupillaris exempla

QVOD SI MIHI LIBERI NATI NON ERVNT, AVT INTRA PVBERTATEM DECESSERINT, TVNC HEREDES SVNTO MVCIVS ET MÆVIVS, L. Lucius, D. de fideic. libert.

Interdum etiam ad breue tempus ætatis pater ſubſtituebat, in hunc modum, SI FILIVS MEVS INTRA DECIMVM ANNVM DECESSERIT, SEIVS HERES ESTO. L. ſi ita quis, D. de vulg. & pupill. Interdum etiam diuerſis impuberis ætatis temporibus alios atque alios poſt finem præſtitutum ſubſtituebat. Vlpian. in L. II. §. ſi primus, D. de bon. poſs. ſec. tab. *Si primus quidem ita ſubſtitutus ſit*, SI INTRA DECEM: *ſecundus*, SI POST DECEM, INTRA QVATTVORDECIM ANNOS. Paulus in L. qui plures, D. de vulg. & pupill. SI INTRA DECIMVM ANNVM DECESSERIT, LVCIVS TITIVS HERES ESTO: SI POST DECIMVM, INTRA QVARTVM DECIMVM, MÆVIVS HERES ESTO. Idē in L. ex facto, §. item quæro, D. eodem. *Si ita facta proponatur ſubſtitutio*, FILIVS MEVS SI INTRA DECEM ANNOS DECESSERIT, TITIVS HERES ESTO: SI INTRA QVATVORDECIM, MÆVIVS. Ac planè omne ſpatium quod erat intra pubertatem, liberum erat patri ad ſubſtituendum filio: ſed finis huius pubertas erat, d. L. ex facto, §. item quæro, D. eodem. In Pupillari enim ſubſtitutione licet longius tempus comprehenſum eſſet, tamen finiebatur ſubſtitutio pubertate, L. in pupillari, D. de vulg. & pupill. Directò ergo, ſeu verbis ciuilibus, legitimis & imperatiuis poſt quartumdecimum annum ætatis fruſtra ſubſtitutio fiebat, L. verbis ciuilibus, D. eo. Verbis verò precariis ſubſtitutionis condicio puberem ætatē egredi poterat, L. coheredi, §. cùm filiæ, D. eo. Itaque matres quæ directò ſubſtituere liberis non poterant, eos ſi impuberes deceſſiſſent, hereditatem reſtituere rogabant, vel eorum, Tutorúmve, fidei committebant, L. peto, §. mater, D. de legat. II. L. maritus, §. I. D. ad L. falcid. Naturalis autem pater, nō item adrogator filio impuberi ſubſtituere poterat, L. ſi adrogator, D. de adoptionib. niſi in iis tantùm quæ ipſe ei adrogator dederat, præter quartam, quam ex D. Pij reſcripto omnimodo ei relinqui debebat, L. ſed & ſi plures, §. in adrogato, D. de vulg. & pupil.

uerba directa ciuilia legitima

Porrò ſæpenumero in vtrumque caſum impuberi ſubſtituebatur, vt exempli gratia, LVCIVS TITIVS HERES ESTO: SI MIHI LVCIVS TITIVS HERES NON ERIT, SIVE ERIT, ET INTRA PVBERTATEM DECESSERIT, TVNC GAIVS SEIVS MIHI HERES ESTO. L. I. D. de vulg. & pupil. Eo modo ſibi & filio pater ſubſtituebat, L. paterfa. D. eod. Et ea quidem quæ in alterum caſum concipiebatur ſubſtitutio, SIMPLEX, quæ in vtrumque, DVPLEX vocabatur, L. I. & L. iam hoc iure, §. I. & §. vlt. & L. Lucius Titius, D. de vulg. & pupill. Pater etiam duos filios impuberes heredes inſtitutos inuicem ſubſtituebat, & tunc in vtrumque caſum ſubſtituiſſe intelligebatur, id eſt, SIVE FILIVS HERES NON EXSTITERIT, SIVE EXSTITERIT, ET IMPVBES DECESSERIT, L. iam hoc iure, D. eo. Sed & ſi pater impuberi filio in alterum dumtaxat caſum ſubſtituiſſet, in vtrumque caſum ſubſtituiſſe intelligebatur, vt ibidem traditur.

Ex duobus autem impuberibus, EI QVI SVPREMVS MORERETVR, quandoque pater ſubſtituebat, L. ex duobus, D. de vulg. & pupill. Papinian. in L. qui ex liberis, D. de bon. poſſ. ſec. tab. QVI EX LIBERIS MEIS IMPVBES SVPREMVS MORIETVR, EI TITIVS HERES ESTO. Florentin. in L. vel ſingulis, D. eo. *Vel ſingulis liberis, vel* QVI EORVM NOVISSIMVS MORIETVR, HERES *ſubſtitui poteſt*. Papinian. in L. coheredi, §. cùm pater, D. eo. *Cùm pater* IMPVBERI FILIÆ QVÆ NOVISSIMA DIEM SVVM OBIISSET, TABVLAS SECVNDAS FECISSET. Tryphonin. in L. qui duos, D. de reb. dub. *Qui duos impuberes filios habebat*, EI QVI SVPREMVS MORITVR TITIVM SVBSTITVIT. Et ita, *Impuberi ſupremo ſubſtitutum*, accipe in L. pater filiam, §. vlt. D. ad L. falcid. Sed & qui duos impuberes filios habebat, ita ſubſtituiſſe proponitur, SI AMBO MORTVI ESSENT, L. qui duos, D. de vulg. & pupill.

SVBSTITVERE autem liberis impuberibus tam heredibus inſtitutis, quàm exheredatis pater poterat, L. I. §. I. L. ſed ſi plures, §. ad ſubſtitutos, D. de vulg. & pupill. L. vlt. D. de legat. III. L. ita tamen, §. à patre, D. ad Sc. Trebell. L. planè, & L. ab exheredati, D. de legat. I. Verùm ſubſtituere illis, vt iam prædiximus, non poterat, niſi Teſtamento facto heredem ſibi inſtituiſſet, L. I. in fi. L. II. §.

quiſquis

quiſquis, D.eo. Miles vtique tam ſibi quàm filio Teſtamentum iure militari facere poterat, & vel ſoli filio, tametſi ſibi non feciſſet: quod Teſtamentum valebat, ſi fortè pater vel in militia, vel intra annum militiæ deceſſiſſet, L. in fraudẽ, §. miles, D. de teſtam. milit.

Planè tam eum quem ſibi heredem inſtituerat, quàm alterum ſubſtituere pater poterat, L. 1. §. 1. D. de vulg. & pupill. & L. qui patri, D. de adquir. hered. Cùm verò eum filio ſubſtituebat, quem ſibi heredem ſcripſerat, his plerumque verbis vtebatur, QVISQVIS MIHI HERES ERIT, IDEM FILIO IMPVBERI HERES ESTO. L. cum filio, L. qui liberis, §. vlt. D. de vulg. & pup. L. ita tamẽ, §. qui ſuſpectã, & L. ſi patroni, §. qui fideicõmiſſam, D. ad Sc. Trebell. L. ſciendũ, D. de verb. ſignific. vel, QVISQVIS MIHI EX SVPRASCRIPTIS HERES ERIT, IDEM FILIO MEO HERES ESTO. L. qui liberis in prin. L. ſed ſi plures, & L. in ſubſtitutione, L. ex duobus, D. de vulg. & pupill. Paulus in L. ex facto, §. vlt. D. eo. *Iulius Longinus pater, eos quos ſibi heredes inſtituerat, filio ita ſubſtituit*, QVISQVIS SIBI HERES ESSET. Mater planè ſecundis Tabulis filio impuberi ſubſtituta proponitur in L. mater, D. ſi quis omiſ. cauſ. teſt. Sed & coheres pupillo datus ei quandoque ſubſtituebatur, L. qui fundũ, §. coheres, D. ad L. falcid. & L. apud, §. 1. D. ad Sc. Trebellian.

Quos autẽ pater ſibi Neceſſarios heredes facere poterat, eoſdem & filio poterat, L. ſed ſi plures, §. 1. D. de vulg. & pupill. L. ſed & in illo, D. de reb. dub. L. Iulianus, D. de adquir. hered. Atque adeò qui patri heres extiterat, ſi idem filio impuberi ſubſtitutus eſſet, non poterat hereditatem eius prætermittere, L. qui patri, D. de adquir. hered. Subſtitui etiam liberis poterat is, qui poſt mortem eorũ natus eſſet, L. ſubſtitui, D. de vulg. & pupil. Quo gradu autem heres liberis ſubſtitueretur, nihil intererat, L. quo gradu, D. eo. Addit Iauolenus in L. cùm ex filio, §. filio, D. eo. *Filio impuberi in ſingulas cauſas alium & alium heredem ſubſtituere poſſumus, veluti vt alius*, SI SIBI NVLLVS FILIVS FVERIT, *& alius*, SI FILIVS FVERIT, ET IMPVBES MORTVVS FVERIT, *heres ſit.*

Pupillaris autem iſta ſubſtitutio ſecundis Tabulis fiebat, L. libertis, §. poſtumis, D. de adimend. leg. quæ inde SECVNDÆ TABVLÆ, quòd PRIMAS, id eſt patris Tabulas ſequerentur. Nam cùm ſibi prius, deinde filio Teſtamentum pater faceret, Teſtamentũ patris PRIMARVM TABVLARVM, ſeu PRIMI TESTAMENTI, vt locũ & ordinẽ, ita & nomen obtinebat, L. 11. §. ſi primis, D. eo. ſtatuliber. L. Lucius, §. impuberem, D. de leg. 11. L. pater, D. de hered. inſtit. PVPILLARE verò, vt Vlpianus vocat in L. planè, §. ſi coniunctim, D. de legat. 1. & re & nomine in ſecundis conſiſtebat: & Secundarum Tabularum nomen ſortiebatur, ſeu ſecundi Teſtamenti, L. pater, D. de heredib. inſtit. Eóque modo Teſtamentum quod ſecundas Tabulas habebat, vt loquitur Hermogenian. in L. nam quod, §. 1. D. ad Sc. Trebellian. DVPLEX erat, quemadmodum ſuprà monuimus, quod & comprobatur L. 1. D. ſi cui plus quàm per L. falcid. Quamquam autem binæ Teſtamentorum Tabulæ eſſent, & duplex ſignum, vi tamen ipſa & effectu vnũ Teſtamentũ erat. Pupillare vtique, quod & Impuberis Tabulas vocat Vlpian. in L. 11. §. 1. D. de ſtatuliber. à paterno pendebat, ex eóque vires capiebat, vt nõ immeritò Tabulæ paternæ, Principales appellarentur, propterea quòd deſtituto Teſtamẽto paterno, & hereditate ex eo nõ adita, Pupillaris ſubſtitutio euaneſcebat, nec quicquã in Pupillaribus Tabulis ſcriptum valebat, vt elicitur ex L. apud Iulianum, §. 1. & L. nã quod, §. 1. D. ad Sc. Trebell. In Tabulis certè patris & filij, vna Falcidia ſeruabatur, & contributioni locus erat, L. in ratione, §. quod vulgo, D. ad L. falcid. In contributionem enim veniebant tam quæ Primis quàm quæ Secũdis Tabulis relicta erant, & tam quæ ab ipſo impubere herede inſtituto, quã quæ ab eo qui ei ſubſtitutus erat, data, legata erant, L. 1. D. ſi cui plus quam per L. falcid. Paulus autem in L. vlt. D. ad Sc. Trebellian. ſpeciem proponit, in qua pater Polycrati filio, ſi intra pubertatẽ deceſſiſſet, ſecũdas Tabulas fecit, quas matri eius cõdẽnauit aperiẽdas, ſi impubes obiſſet. Pupillares porrò Tabulas etiã ſi ſuperſcriptũ nõ eſſet, NE APERIRENTVR, ſi tamẽ ſeorſũ clauſas ſignatáſq; eas pater reliquiſſet, Prætor aperiri niſi cauſa cognita nõ patiebatur, L. pupillares, D. teſt.

quemad. apet. Si tamen mulier ventris nomine in poſſeſſione eſſet, aperiendæ erant ſecundæ tabulæ, vt ſcriretur cui demandata eſſet curatio, L. ſi mulier, D. eo. Impubes vtique cui pater ſecundas Tabulas fecerat, tunc inteſtatus deceſſiſſe dicebatur, cùm ſubſtituti hereditatem eius omiſiſſent, L. 11. §. impuberem, D. ad Sc. Tertyllian.

Secundis autem Tabulis non filio modò, ſed & ſibi pater quandoque ſubſtituebat, vt in ſpecie, L. paterfa. D. de vulg. & pupill. Subſtitutionũ verò cõmunibus his verbis HERES ESTO, interdũ addebatur, IN LOCVM PARTEMVE EIVS HERES ESTO, L. ſed ſi plures, §. vlt. L. coheredi, §. non videri, D. de vulg. & pupill. Subſtitutionibus etiã quæ in caſum mortis alterius cõferebantur, plerumque addebatur, QVOD ABOMINOR, d. L. coheredi, d. §. non videri, L. Lucius qui fratrem, D. de hered. inſtit. L. Lucius Titius, §. filiam, D. de legat. II. L. IIII. C. de impuber. & al. ſubſtit. Atque hæc de Directis Subſtitutionibus. Erant enim Precariæ ſubſtitutiones, L. cùm proponas, C. de pact. quæ per fideicommiſſa, verbis precariis fiebant, L. filium quem, C. fam. ercis.

Heredes ſiquidem interdum hereditatem ſibi relictam reſtituere rogabantur, L. qui quadringenta, L. ex facto, § ſi quis rogatus, & §. vlt. L. fideicommiſſaria, §. I. L. apud Iulianum, §. Antiſtia & aliâs paſſim in Tit. D. ad Sc. Trebellia. L. qui plures, §. vlt. D. de vulg. & pupill. L. ſi ſeruum, §. I. D. ſi quis om. cau. Vlpian. in L. ex facto, §. vlt. D. eo. *Si quis ita fideicommiſſum reliquerit*, FIDEI TVÆ FILI COMMITTO, VT SI ALIENO HEREDE MORIARIS, RESTITVAS SEIO HEREDITATEM. Paulus in L. vbi purè, D. eo. *Quia pro hoc accipiendum ſit*, ROGO HEREDITATEM ILLAM RESTITVAS. Quintilian. in argumento Declamat. CCCXXV. *Diues deceſſit herede inſtituto bonorum omniũ paupere, cum elogio tali:* VOLO VT HANC HEREDITATEM RESTITVAS EI CVI ROGAVI, L. facta, §. reſcripto, D. ad Trebellia. *Si quis ita heredis fidei cõmiſerit*, ROGO, SI TITIVS TIBI CENTVM DEDERIT, RESTITVAS EI HEREDITATEM MEAM. Ciuitati etiam per fideicommiſſum reſtitui iuſſam hereditatem Modeſtin. in L. cùm alicui, D. de neg. geſt. refert.

Interdum verò rogabantur reſtituere, QVOD AD EOS EX HEREDITATE PERVENISSET. Vlpian. in L. cogi, D. ad Sc. Trebell. *Sed & ſi quis ita rogauerit*, QVIDQVID AD TE EX HEREDITATE BONISVE MEIS PERVENERIT, ROGO RESTITVAS. Iulian. in L. quidam, D. eo. *Quidam ita in Teſtamento ſcripſerat*, A TE HERES PETO FIDEIQVE TVÆ COMMITTO, VT QVIDQVID EX HEREDITATE MEA AD TE PERVENERIT, FILIO MEO, PRIMA QVAQVE DIE, AVT SI PRIVS QVID EI ACCIDERIT, MATRI EIVS DES, REDDAS. Modeſtin. in L. quod his verbis, D. de legat. III. *Quod his verbis relictum eſt*, QVIDQVID EX HEREDITATE, BONISVE MEIS AD TE PERVENERIT, CVM MORIERIS RESTITVAS. Scæuola in L. poſt emancipationem, §. I. D. de eo. tit. *Seiam ex dodrante, Mæuium ex quadrante inſtituit heredes: fidei Seiæ commiſit in hæc verba* A TE PETO, TVÆQVE FIDEI COMMITTO, QVIDQVID EX HEREDITATE MEA AD TE PERVETERIT, RESTITVAS FILIO, RETENTIS TIBI HORTIS MEIS. Idem in L. vxorẽ, §. vlt. D. eo. A TE SEIA PETO, VT QVIDQVID AD TE EX HEREDITATE MEA PERVENERIT, EXCEPTIS HIS, SI QVA TIBI SVPRA LEGAVI, RELIQVVM OMNE REDDAS, RESTITVAS, MÆVIÆ INFANTI DVLCISSIMÆ: Papinian. in L. cùm pater, §. fidei, D. de legat. II. FIDEI TVÆ COMMITTO VXOR, VT DES, VT RESTITVAS FILIÆ MEÆ CVM MORIERIS, QVIDQVID AD TE QVOQVE NOMINE DE BONIS MEIS PERVENERIT. Paul. in L. ſi legatarius, §. cùm ita, D. de legat. III. *Cùm ita petiſſet Teſtator*, VT QVIDQVID EX BONIS EIVS AD PATREM PERVENISSET, FILIÆ SVA ITA RESTITVERET, VT EO AMPLIVS HABERET, QVAM EX BONIS PATRIS HABITVRA ESSET. Celſus in L. Balliſta, D. ad Sc. Trebell. *Balliſta filiumfa. heredem inſtituit ita*, REBELLIANVS SI CAVERIT COLONIÆ PHILIPPENSIVM, SI SINE LIBERIS MORERETVR, QVANTACVMQVE PECVNIA EX HEREDITATẼ

DITATE DE BONIS MEIS AD EVM PERVENIT, EAM PECVNIAM OMNEM AD COLONIAM PHILIPPENSIVM PERVENTVRAM. Papinia. in L. heredes mei in prin. D. eo. HEREDES MEI QVIDQVID AD EOS EX HEREDITATE, BONISVE MEIS PERVENERIT, SD OMNE POST MORTEM SVAM RESTITVANT PATRIÆ MEÆ, COLONIÆ BENEVENTANORVM. Scæuola in L. Lucius, §. pluribus, D. eo. *Vnius ex libertis heredibus inſtitutis fidei commiſit*, VT QVIDQVID AD EVM EX HEREDITATE BONISVE PERVENISSET, DEDVCTO PRO EA PARTE ÆRE ALIENO, ET LEGATIS, ET SIBI VIGINTI AVRSIS, RESTITVERET TITIO. Et ead. L. §. mæuia. TE ROGO FILI SEPTICI, EI INTRA VICENSIMVM ANNVM EINE LIEERIS MORIERIE, QVSQVID EX HEREDITATE MEA AD TE PERVENERIT, HOC FRATRIBVS TVSS RESTITVAS, L. Epiſtulam, §. vlt. D. eo. ROGO TE VT QVIDQVID AD TE EX BONIS MEIS PERVENERIT, FACIAS PERVENIRE AD FILIVM TVVM. L. vlt. D. vt legat. ſeu fideicom. *Fideíque eius commiſit*, VT QVIDQVID AD EVM EX HEREDITATE EIVE PERVENISSET; CVM MORERETVR, RESTITVERET PILIO TESTATRICIS NEPOTI SVO. Gaius in L. vtrum, §. cùm quidam, D. de reb. dub. *Cùm quidam pluribus heredibus inſtitutis, vnius fidei commiſiſſet, vt* CVM MORERETVR, VNI EX COHEREDIBVS, CVI IPSE VELLET, RESTITVERET EAM PARTEM HEREDITATIS QVÆ AD EVM PERVENISSET. Papinian. in L. in fideicommiſſi, §. nonnunquam, D. de vſuris. *Cùm Pollidius à propinqua ſua heres inſtitutus, rogatus fuiſſet*, FILIÆ MVLIERIS, QVIDQVID EX BONIS EIVS AD SE PERVENISSET, CVM CERTAM ÆTATEM PVELLA COMPLESSET, RESTITVERE: *idque ſibi mater ideò placuiſſe Teſtamento comprehendiſſet*, NE FILIÆ TVTORIBVS, SED POTSVS NECESSITVDINI REE COMMITTERENTVR: *eundem Pollidium*, FVNDVM RETINERE SVSSISSET. Marcian. in L. ſcribit, D. ad Trebellian. *Petit ab herede ſuo, vt* SI EINE LIBERIS MORERETVR, QVANTA PECVNIA EX HEREDITATE SVA AD EVM PERVENISSET, MÆVIO RESTITVERETVR,

Aliâs rogabâtur Reſtituere QVOD SVPERESSET EX HEREDITATE, L. cogi, §. inde quæritur, L. mulier, §. cùm proponeretur, D. ad S c. Trebellia. in L. Titius, D. eo. eiuſmodi fideicômiſſum refertur, QVIDQVID EX HEREDITATE MEA SVPERFVERIT, ROGO RESTITVAS. Papinian. in L. Imperator, §. vlt. D. de legat. II. *Rogatus* QVIDQVID EX HEREDITATE SVPERERIT, POST MORTEM SVAM RESTITVERE. Vlpian. in L. ſed & ſi lege, §. quod autem, D. de hered. petit. *Nam & diuus Marcus in cauſa Pythodori, qui rogatus erat*, QVOD EIBI SVPERFVSSET EX HEREDITATE REDDERE. Papinian. in L. deducta, §. quod ex hereditate, D. ad S c. Trebell. QVOD EX HEREDITATE SVPERPVISSET CVM MORERETVR, RESTITVERE *rogatur*. In §. vlt. ead. L. *qui* BONORVM SVPERFLVVM POST MORTEM SVAM RESTITVERE, *fuerat rogatus*.

Interdum etiam rogabantur PECVNIA ACCEPTA RESTITVERE, vel ACCEPTO CERTO PRETIO, L. Iulius, D. ad S c. Trebellian. Vlpian. in L. fideicommiſſa, §. cùm eſſet, D. de legat. III. *Cùm eſſet quis rogatus reſtituere portionem*, ACCEPTA CERTA QVANTITATE. Idem in L. Nec vlla, §. ſed & ſi, D. de hered. pet. *Si* ACCEPTA CERTA QVANTITATE RESTITVERE, *rogatus eſt*. Et in L. in quartam, D. ad L. falc. *Si* ACCEPTA PECVNIA HEREDITATEM RESTITVERE *rogatus*. Florentin in L. ſi heres D. eo. Tit. *Si heres cuius fidei commiſſum eſt, vt* ACCEPTA CERTA PECVNIA HEREDITATEM RESTITVAT. Scæuola in L. a Teſtatore, D. de condic. & demonſtr. *A teſtatore rogatus, vt* ACCEPTIS CENTVM NVMMIS RESTITVERE HEREDITEM TITIÆ COHEREDI SVÆ. Papinian. in L. acceptis, D. ad L. Falcid. ACCEPTIS A MÆVIO CENTVM, HEREDITATEM MÆVIO RESTITVERE, PECVNIAMQVE POST MORTEM SVAM TITIO DARE, *rogatus eſt*. Et in §. *planè ſi quis ita ſcripſerit*, ACCEPTIS CENTVM PETO RESTITVAS HEREDITATEM. Papinia. in L. cùm pater, D. de legat. II. patrē cùm filios, eorúmque matrē, heredes inſtituiſſet, ita ſcripſiſſe refert. PETO A TE FILIA, VT ACCEPTIS EX HEREDITATE MEA IN PORTIONEM TVAM CENTVM AVREIS, ET PRÆDIO TVSCVLANO, PARTEM HEREDITATIS RESTITVAS MATRI TVÆ. Aliâs certā quantitatē præcipere iubebantur:

Rutilius in L. ſi heres, D. de legat. I. *Si heres* CENTVM PRÆCIPERE IVSSVS SIT, & RESTITVERE HEREDITATEM. Vlpian. in L. ſi ſponſus, § ſi quis rogatus, D. de donat. int. vir. *Si quis rogatus ſit*, PRÆCEPTA CERTA QVANTITATE, VXORI SVÆ HEREDITATEM RESTITVERE. Ita PRÆCEPTO FVNDO ROGATVS HEREDITATEM RESTITVERE proponitur in L. heres, D. ad S c. Trebellian.

Aliâs, accepto certo prædio reſtituere rogabâtur, L. vlt. D. eo. Papinian. in L. filiũ, D. de legat. I. *filiam fratribus*, CERTIS REBVS ACCEPTIS, HEREDITATEM RESTITVERE *pater voluit*. Aliâs QVIBVSDAM REBVS RETENTIS, RESTITVERE HEREDITATEM heres rogabatur, vt in L. poſt emancipationẽ, §. vlt. D. de legat. III. rogatur Seia, retentis ſibi hortis, reſtituere. Vlpian. in L. nonnulla, §. ſed etſi, D. de hered. petit. SI RETENTA CERTA QVANTITATE, RESTITVERE *rogatus ſit*. RETENTA QVARTA PARTE, L. epiſtulã, §. mulier, D. ad Sc. Treb. L. Titia, D. ad L. Falcid. Aliâs DEDVCTA PARTE ALIQVA, reſtituere rogabatur. Papinian. in L. deducta, D. ad S c. Trebell. DEDVCTA PARTE QVARTA RESTITVERE *rogatus* HEREDITATEM. Sic DEDVCTIS centum, L. I. §. vlt. D. ad Sc. Trebellian. Item DEDVCTO ÆRE ALIENO, & DEDVCTIS LEGATIS, L. cogi, §. inde quæritur, D. eod. L. cùm heres, D. eo. Sic DEDVCTA SEXTA. L. pater filiam, D. ad L. falcid. Vlpian. in L. in quartam, D. eo. *Sed in fideicommiſſaria hereditate reſtituenda, ſiue legatum vel fideicommiſſum datum ſit heredi, ſiue* PRÆCIPERE, *vel*, DEDVCERE, *vel*, RETINERE IVSSVS SIT.

Interdum verò HEREDITATEM CVM FRVCTIBVS RESTITVERE heres rogabatur, L. in fideicommiſſaria, D. ad S c. Trebellian. Interdum verò, EXCEPTIS REDITIBVS, vt in L. I. §. ſi heres, & L. deducta, §. hereditatem, D. ad S c. Trebellian. Paulus in L. reſpondit, §. I. D. de vſur. *Heres rogatus erat*, POST MORTEM SVAM, SINE REDITV HEREDITATEM RESTITVERE. Aliâs EXCEPTIS CERTIS BONIS RESTITVERE heres rogabatur, L. Iulius, D. eo.

Interdum autem heredes rogabantur reſtituere, ſub condicione, veluti, SI SINE LIBERIS DECEDERENT, L. mulier, §. cùm proponeretur, L. quidam, §. ſi quis filium, L. ſcribit, L. heredes, §. I. L. à filio, D. ad S c. Trebellian. Vlpianus in L. ex facto, §. ſi quis rogatus, D. eodem. *Si quis rogatus fuerit*, *vt* SI SINE LIBERIS DECESSERIT, RESTITVAT HEREDITATEM, & §. ex facto ead. L. *Rogauerat quædam mulier filium ſuum*, *vt* SI SINE LIBERIS DECECESSISSET, RESTITVERET HEREDITATEM FRATRI SVO. Paulus lib. IIII. Sentent. Tit. I. *Rogati inuicem, ſibi*, SI SINE LIBERIS DECESSERINT, HEREDITATEM RESTITVERE. Calliſtrat. in L. diuus, §. vlt. D. ad L. Cornel. de falſ. *Si quis duobus heredibus inſtitutis*, *adiecerit, vt* SI ALTERVTER HERES SINE LIBERIS DECESSISSET, EI QVI SVPERESSET ET LIBEROS HABERET, HEREDITAS REDDERETVR, *vel*, SI VTERQVE SINE LIBERIS DECESSISSET, HEREDITAS, *deinde alia manu*, SCRIPTORI TESTAMENTI RESTITVERETVR. Marcian. in L. filiusfa. §. cùm erit, D. de legat. I. *Cùm erit rogatus*, SI SINE LIBERIS DECESSERIT, *per fideicommiſſum* RESTITVERE. Apud Vlpianum etiam in L. in cauſæ II. D. de minorib. Pomponius refert quendam rogatum eſſe fratris filiæ complures res dare, ea condicione, vt ſi ſine liberis deceſſiſſet, reſtitueret eas heredi. Ac aliâs proponitur rogatus quis reſtitutre, SI ALIENO HEREDE MORERETVR, L. ex facto, §. vlt. D. ad S c. Trebellian. Pater etiã filio ſuo, SI IN POTESTATE SVA ESSE DESIISSET, hereditatem reſtituere rogatus dicitur in L. imperator, D. eod.

Interdum non Totam ſeu Vniuerſam hereditatẽ, ſed partem dumtaxat reſtituere rogabantur, L. cogi, §. ſi quis heres, L. Lucius, §. I. D. ad S c. Trebellian. L. fideicommiſſa, §. cùm eſſet, D. de legat. III. veluti DIMIDIAM PARTEM HEREDITATIS, L. liberto, §. filium, D. de annu. leg. Iulian. L. ita tamen, §. heres, D. ad S c. Trebell. *Heres ex aſſe erat inſtituta conſobrina mea, & eius fideicommiſſum, vt* PARTEM DIMIDIAM

MIDIAM

MIDIAM HEREDITATIS STATIM PVBLIO MÆVIO RESTITVERET. Gaius in L. ſi ex aſſe, D. famil. erciſc. *Si ex aſſe inſtitutus heres, rogatus ſit mihi* PARTEM ALIQVAM RESTITVERE, *veluti* DIMIDIAM. Scæuola in L. à filia, D. ad Sc. Trebellian. *A filia petit*, *vt* SI LIBERIS SVPERSTITIBVS MORERETVR, PARTEM EIVS QVÆ AD EAM EX BONIS PATRIS PERVENISSET: QVOD SI SINE LIBERIS, VNIVERSVM FRATRI RESTITVERET. Cui condicioni interdum dies addebatur, vt puta, SI SINE LIBERIS INTRA TRIGENSIMVM ANNVM MORERETVR, L. Lucius Titius, §. pater, D. ad Sc. Trebell. d. L. cùm auus, D. de condic. & dem. vel; SI INTRA VICENSIMVM ANNVM SINE LIBERIS MORIERIS, d. L. Lucius, §. Mæuia. Papinian. in L. quod bonis, §. quod auus, D. ad L. Falcid. *Heredem auus, idémque Tutor rogauerat, vt* SI SINE LIBERIS ANTE CERTAM ÆTATEM DECEDERET, TAM HEREDITARIA, QVAM PROPRIA BONA RESTITVERET. Fratres etiam heredes inſtituti plerumque inuicem hereditatem reſtituere rogabantur, L. Sed & in illo, D. reb. dub. impp. Diocler. & Maximian. in L. cùm proponas. C. de pact. *Cùm proponas filios Teſtamento ſcriptos heredes, rogatos eſſe*, VT QVI PRIMVS REBVS HVMANIS EXIMERETVR, ALTERI PORTIONEM HEREDITATIS RESTITVERET. Proponitur & in L. cogi, §. cùm quidã, D. ad Sc. Trebell. quidam à duobus heredibus inſtitutis & inuicẽ ſubſtitutis petiiſſe, SIVE VTERQVE, SIVE ALTER HERES ESSET, vt hereditas ſua EX PARTE DIMIDIA RESTITVERETVR alicui poſt quinquennium. Refertur & à Scæuola in L. Titia, D. de condic. & demonſtr. huiuſmodi fideicommiſſum. *Titia heredis inſtituti liberos habentis filij fideicommiſit*, VTI REM EIVS VNIVERSAM RESTITVERET FILIIS EIVS LIBERISVE EORVM, CVM IPSI PETISSENT, SINE VLLA IVRIS CAVILLATIONE. Ac planè interdum teſtator rogabat reſtituere BONA SVA, vel, FAMILIAM, vel, PECVNIAM, vel, VNIVERSAM REM SVAM, vel, OMNIA SVA, L. nam quod, §. vlt. cùm, L. ſeq. & L. ſi legatus D. ad Sc. Trebellian. Vlpian. in L. cogi, D. eo. *Hoc idem & ſi* PATRIMONIVM *fuerit rogatus, & ſi* FACVLTATES: *& ſi* QVIDQVID HABEO, & *ſi* CENSVM MEVM, & *ſi* FORTVNAS MEAS, *& ſi* SVBSTANTIAM MEAM, *& ſi* PECVLIVM MEVM, *Teſtator dixerit.*

Duobus etiam quandoque hereditatem reſtituere quis rogabatur, d. L. cogi, §. ſi quis heres. Et alteri purè, vel in diem, alteri ſub condicione, L. 1. §. ſed & quoties, D. eo. Interdum verò vni ex pluribus hereditatem reſtituere heredem teſtator rogabat, & in eius arbitriũ cõferebat cui potius reſtitueret. Gaius in L. vtrum, §. cùm quidã, D. de reb. dub. *Cùm quidam pluribus heredibus inſtitutis, vnius fidei commiſiſſet*, *vt* CVM MORERETVR, VNI EX HEREDIBVS, CVI IPSE VELLET, RESTITVERET EAM PARTEM HEREDITATIS, QVÆ AD EVM PERVENISSET. Vlpian. in L. ex facto, §. ſi quis rogatus, D. ad Sc. Trebell. *Si quis rogatus fuerit* FILIIS SVIS, VEL CVI EX HIS VOLVERIT, RESTITVERE HEREDITATEM. Papinian. in L. heredes mei, §. peto, D. eo. PETO DE TE, VXOR CARISSIMA, VTI CVM MORIERIS, HEREDITATEM MEAM RESTITVAS FILIIS MEIS, VEL VNI EORVM, VEL NEPOTIBVS MEIS, VEL CVI VOLVERIS, VEL COGNATIS MEIS, ET CVI VOLES EX TOTA COGNATIONE MEA.

Heres autem vel purè hereditatem reſtituere rogabatur, L. vbi purè, D. ad Sc. Trebell. videlicet STATIM, L. ita tamen, §. heres ex aſſe, D. eo. ſeu PRÆSENTI DIE, L. mulier, §. ſi heres, D. eod. ſeu PRIMA QVAQVE DIE, L. quidam ita, D. eo. aut verò in tempus, vel poſt tempus, reſtituere rogabatur, L. deducta, §. 1. & §. qui poſt, D. eo. veluti POST MORTEM SVAM, L. cùm pater, §. hereditatem, D. de legat. II. L. Statius Florus, §. Cornelio Felici, D. de iu. fis. L. deducta, §. hereditatẽ, & §. cùm autem, D. ad Sc. Trebell. Sic in L. vxorem, §. Seium, D. de legat. III. *Seium maritum ſcripſit heredem, eique ſubſtituit Appiam alumnam, fideique heredis commiſit*, VT POST MORTEM SVAM HEREDITATEM EIDEM ALVMNÆ RESTITVERET, AVT SI QVID ANTE CONTIGISSET ALVM-

NÆ, TVNC VALERIANO FRATRIS FILIO RESTITVERET EANDEM HEREDITATEM. Cuiuſmodi fideicommiſſum interdum his verbis, POST MORTEM TVAM, interdum his, CVM MORIERIS, concipiebatur, L. Lucius Titius, D. de legat. I. L. deducta, §. quod ex hereditate, L. ita tamen, §. ſi heres, L. heredes mei, §. peto, D. ad Sc. Trebellia. L. vlt. D. vt legatot. L. vtrum, §. cùm quidam, D. de reb. dub. Interdum & poſt mortem alterius reſtituere rogabatur. Vlpian. in L. mulier, D. eo. *Mulier quæ duobus filijs in poteſtatate patris relictis alij nupſerat, poſteriorem maritum heredem inſtituit, cúmque rogauit,* LIBERIS SVIS POST MORTEM PATRIS EORVM HEREDITATEM SVAM RESTITVERE, VEL EI QVI EORVM SVPERESSET. Patet etiam fiduciarium heredem ſcripſiſſe, ab eóque petiiſſe, vt FILIO SVO CVM AD ANNOS SEDECIM PERVENISSET, HEREDITATEM RESTITVERET, refert Iauolen. in L. Seius, D. eo. tit. Aliâs, heres ſcriptus rogabatur reſtituere, CVM VELLET, L. vxorem, §. Scæuola, D. de legat. III. Præterea quandoque partem, STATIM, partem, cum MORERETVR, reſtituere rogabatur, L. ita tamen, §. heres ad Sc. Trebellian. Cùm verò poſt tempus reſtituere heres rogabatur, interdum SATIS EXIGI ab eo, Teſtator VETABAT. Vlpian. in L. cùm tale, §. I. D. de condic. & demonſt. POST MORTEM MEAM RESTITVAS HEREDITATEM, ITA, NE SATIS FIDEI COMMISSI PETATVR, NEVE RATIO EXIGATVR. Scæuola in L. vlt. D. vt legat. ſeu fideic. Teſtatricem cùm patris heredis inſtituti fidei commiſiſſet, vt quidquid ad eum ex hereditate eius perueniſſet, cùm moreretur, reſtitueret filio ſuo, hæc verba adieciſſe narrat, SATIS A SEIO PATRE MEO EXIGI VETO. Idem in L. vxorem, §. vlt. D. de legat. III. refert, maritum qui Seiæ vxori vniuerſam hereditatem reſtituere heredém rogauerat, rurſus vxoris fidei commiſiſſe, vt quidquid ad eam ex hereditate perueniſſet, deductis his quæ ei legauerat, reſtitueret Mæuiæ infanti, hoc addito, A QVA SEIA SATIS EXIGI VETO: CVM SCIAM, EAM POTIVS REM AVCTVRAM, QVAM DETRIMENTO FVTVRAM.

Fidei cõmiſſa autẽ hereditatis (ſic enim ea Papinian. appellat in L. ſi res, §. I. D. ad Sc. Trebell. relinquebãtur his verbis, ROGO, vel TE ROGO HEREDITATEM RESTITVAS, L. vbi purè, §. I. & L. Titio, D. eo. A TE PETO, L. ita tamen, §. ſi pater & L. Seius, D. eo. vel PETO DE TE, L. heredes, §. vlt. D. eo. vel, FIDEI TVÆ COMMITTO VT HEREDITATEM RESTITVAS, L. ex facto in princ. & §. vlt. D. ad Sc. Trebell. vel, A TE HERES PETO, FIDEIQVE TVÆ COMMITTO, DES, REDDAS, L. quidam, D. eo. vel, REDDAS, RESTITVAS, L. epiſtulam, D. eo. Aliâs, HEREDES MEI RESTITVANT, L. heredes in princ. D. eo. Proponitur & in §. I. ead. L. in Teſtamento ita ſcriptum fuiſſe, FIDEI FILIORVM MEORVM COMMITTO, VT SI QVIS EORVM SINE LIBERIS PRIOR SVVM DIEM OBIERIT, PARTEM SVAM SVPERSTITI FRATRI RESTITVAT. QVOD SI VTERQVE SINE LIBERIS DIEM SVVM OBIERIT, OMNEM HEREDITATEM AD NEPTEM MEAM CLAVDIAM PERVENIRE VOLO. Scæuola etiam in L. Epiſtulam, §. mulier, D. eo. fidei cõmiſiſiſſe mulierem narrat in hæc verba. ROGO TE, VT IDQVOD AD TE EX BONIS MEIS PERVENERIT, FACIAS PERVENIRE AD FILIVM TVVM. Idem in L. heredibus, D. eo. patrẽ, filiis heredibus inſtitutis, ſingulos rogaſſe refert, VT QVI SINE LIBERIS DECEDERET, PARTEM SVAM HEREDITATIS, SORORI, FRATRIQVE RESTITVERET, AVT, SI FRATER SORORVE NON ESSET, MATRI SVÆ: & hæc verba adieciſſe, VOSQVE LIBERI CARISSIMI HOC FIDEICOMMISSO TENERI INVICEM VOLO, DONEC BINOS LIBEROS EDVCAVERITIS. Idem in L. Lucius, §. tres heredes, D. eo. TV FRATER SECVNDVM FIDEM, ET PIETATEM TVAM, QVIDQVID AD TE PERVENERIT EX HEREDITATE MEA STICHO FILIO TVO RESTITVES. QVOD VT FACIAS, FIDEI TVÆ COMMITTO. Scæuola in L. Lucius, §. Gaio, D. eodem. FIDEI AVTEM VESTRÆ MANDO GAI SEI ET LVCIA TITIA, VTI POST

OBITVM

OBITVM VESTRVM REDDATIS, RESTITVATIS, TITIO ET SEMPRONIO SEMISSEM PATRIMONII, ET PORTIONIS EIVS, QVAM VOBIS DEDI. Et §. quæ habebat ead. L. SI TITIVS MARITVS MEVS MIHI HERES ERIT, PETO, FIDEIQVE EIVS COMMITTO, QVIDQVID EX HEREDITATE MEA AD EVM PERVENERIT, CVM MORI COEPERIT, DET, RESTITVAT GAIO FILIO NOSTRO, ITA TAMEN, VT DECEM QVIDEM VNCIAS GAIVS HABEAT, DVAS AVTEM VNCIAS SEIVS NEPOS HABEAT: QVOD VT FIAT, FIDEI EIVS TIBI HEREDIS MEI COMMITTO. Marcell. in L. Lucius, D. de legat. II. *Lucius Titius cùm duos filios heredes relinqueret, Teſtamento ita cauit*, QVISQVIS MIHI LIBERORVM MEORVM HERES ERIT, EIVS FIDEI COMMITTO, VT SI QVIS EX HIS SINE LIBERIS DECEDAT, HEREDITATIS MEÆ BESSEM, CVM MORIETVR, FRATRIBVS SVIS RESTITVAT. Memorantur & in L. vbi purè, D. eo. hæ Fideicommiſſorum formulæ, ROGO DES FILIO TVO, FACIASQVE AD EVM PERVENIRE: TE ROGO LVCI TITI HEREDITATEM MEAM CVM ATTIO PARTIARIS. Paul. in L. Plautius, D. de condic. & dem. *Rogatus eſt heres à liberto teſtatore*, VT PERCEPTIS SIBI DECEM, TOTAM HEREDITATEM REVENDERET. Papinian. in L. pater, §. I. D. condic. & dem. *ita fideicommiſſo dato*, VOLO RESTITVAS, SI SINE LIBERIS DECEDAS. Hoc quoque modò hereditates fidei heredum committebantur, VOLO HEREDITATEM MEAM TITII ESSE: SCIO HEREDITATEM MEAM RESTITVTVRVM TE TITIO, L. & eo modo, D. de legat. I.

Interdum verò heres VT ALIVM HEREDEM FACERET, rogabatur: ac per hoc rogatus videbatur hereditatem Teſtatoris reſtituere, L. filiusfa. §. vt quis, D. de legat. I. L. ex facto, D. ad S c. Trebellia. Papinian. in L. imperator, §. cùm quidam, D. de legat. II. *Cùm quidam filio ſuo ex parte herede inſtituto, patruum eius coheredem ei dediſſet, & ab eo* PETIISSET, VT FILIVM SVVM, PRO VIRILI PORTIONE, FILIIS SVIS COHEREDEM FACERET. Sed & cùm mater filio ſuo coheredes filias ipſius dediſſet, ac petiiſſet, VT FILIAS SVAS EMANCIPARET, ITA VT CVRATORES A PRÆTORE ACCIPERENT, Papiniano placuit, filij fidei commiſſum videri vt eas iuris ſui conſtitutas ad auiæ hereditatem peruenire pateretur, L. mater, D. de condic. & dem. Idem in L. cùm pater, §. rogo, D. de legat. II. ROGO FILIA, BONA TVA QVANDOQVE DISTRIBVAS LIBERIS TVIS, VT QVISQVE DE TE MERVERIT. Papinian. in L. cùm filius, §. pater, D. de legat. II. *Pater cùm filia pro ſemiſſe herede inſtituta ſic Teſtamento locutus fuerat*: PETO CVM MORIERIS, LICET ALIOS QVOQVE FILIOS SVSCEPERIS, SEMPRONIO NEPOTI MEO PLVS TRIBVAS IN HONOREM NOMINIS MEI, Scæuola in L. penult. §. matre, D. eo. A TE, VXOR CARISSIMA, PETO, NE QVID POST MORTEM TVAM FRATRIBVS TVIS RELINQVAS. HABES FILIOS SORORVM TVARVM, QVIBVS RELINQVAS. SCIS VNVM FRATREM TVVM FILIVM NOSTRVM OCCIDISSE, DVM EI RAPINAM FACIT. SED ET ALIA MIHI DETERIORA FACIT. At ex hac ſcriptura, MANDO FILIÆ MEÆ PRO SALVTE SOLLICITVS IPSIVS, VT QVOAD LIBEROS TOLLAT, TESTAMENTVM NON FACIAT. ITA ENIM POTERIT SINE PERICVLO VIVERE, Fidei commiſſariam hereditatem ſorori coheredi non videri relictam, Papinianus reſpondit, L. cùm pater, §. mando, D. eo.

Parentibus autem non tantùm liberis impuberibus ſecundas Tabulas facere licebat, (quod moribus introductũ fuiſſe Vlpian. ſcribit) ſed liberis ſuis ſiue maſculini ſiue feminini ſexus, ſi modò in poteſtate eſſent, Tutores teſtamento dare, lege XII. Tab. permittebatur, Et ita Tiberiũ Neronem morientem, Tiberio, & Claudio Druſo filiis tutorem reliquiſſe Octauium Cæſarem, Dio lib. XLVIII. auctor eſt. Sic & Virginium Rufum ſibi Tutorem relictum Plinius. Epiſt. I. lib. II. ſcribit. Cic. Epiſt. LXI lib. XIII. ad Silium, *T. Pinnio familiariſſimè me vſum eſſe ſcire te arbritror. Quod quidem ille Teſtamẽ-*

to declarauit, qui me tum TVTOREM, *tum etiam* SECVNDVM HEREDEM INSTITVERIT. Nec filiis tantùm iam natis, ſed & poſtumis filiis, vel nepotibus, vel ceteris liberis, qui modò in ea cauſa eſſent, vt ſi viuo teſtatore naſcerentur, in poteſtate eius forent, Tutores teſtamento dari poterant, L. I. D. de teſtam. tut. L. poſtumo, D. de tut. & rat. diſtrah. L. cùm pater, D. de neg. geſt. Poterat autem pater filio non modò heredi inſtituto, ſed vel exheredato Tutorem dare, L. pater, D. de teſtament. tut. L. iure noſtro, §. vlt. L. qui cognationem, §. pupillo, D. de admin. tut. Interdum & matres, licet non iure, tutores dabant. Verùm mater non niſi inſtituto filio dabat: quaſi in rem potius quàm in perſonam tutorem dare videretur. L. pater, D. de teſt. tut. L. mater, C. eo. tit. Sed & inquiri in eum qui teſtamento matris datus erat tutor oportebat, cùm à patre datus, quamuis minus iure datus eſſet, tamen ſine inquiſitione confirmabatur, d. L. pater, Neratius in L. II. D. de confirm. tut. *Mulier liberis non rectè teſtamento tutorem dat: ſed ſi dederit, decreto Prætoris vel Conſulis, ex inquiſitione confirmabitur, nec ſatiſdabit pupillo rem ſaluam fore.* Tutorem autem certo tempore dare, & vſque ad certum tempus licebar, & ſub condicione, & vſque ad condicionem, L. tutor datus, §. I. D. eo. Vlpian. in L. ſi tutor, §. ſi teſtamento, D. de tut. & rat. diſtrahen. *Sed & ſi quis Teſtamento* AD TEMPVS FVERIT DATVS. Certarum verò rerum vel cauſarum, vel deductis rebus Tutor dari non poterat, L. certarum, D. de teſtament. tut. Tutor etiam incertus dari non poterat, L. tutor incertus, D. eo. Tutorem verò quemlibet dare pater poterat, dum modò cum eo Teſtamēti factio eſſet, L. tutor & L. teſtamento, D. eo. Latinus tamen Iunianus, licet is teſtamenti factionē heberet, Tutor, lege Iunia vetante, dari non poterat, quemadmodum. Vlpianus Tit. XV. ſcribit. Dementiſſime vtique, vt Seneca lib. IIII. de Benefic. cap. XXVII. ait, teſtabatur, qui Tutorem filio relinquebat, pupillorum ſpoliatorem.

Formula verò dandi Tutoris teſtamento erat hæc, TVTOR ESTO. Vlpian. in L. tutor datus, D. de teſtam. tut. *In tutoris dationem vtrum leuiſſima condicio, an nouiſſima vt in legato ſpectanda eſt? vt puta*, TITIVS CVM POTERIT TVTOR ESTO: TITIVS SI NAVIS EX ASIA VENERIT, TVTOR ESTO. Idem in L. ſi hereditas, §. vlt. D. eo. *Seruus alienus ita dari teſtamento tutor poteſt*, SI LIBER ERIT TVTOR ESTO. African. in L. tutor XXIII. D. eo. *Tutor rectè ita non datur*, ILLI AVT ILLI FILIIS MEIS, VTRI EORVM VOLET, TITIVS TVTOR ESTO. *Ita autem rectè* DABITVR, TITIVS SI VOLET, ILLI FILIO MEO TVTOR ESTO. Vlpian. in L. tutor quoque, §. nunc videamus, D. de ſuſpec. tutor. *Quod ſi quis ita tutor datus ſit*, QVOAD IN ITALIA ERIT, TVTOR ESTO: VEL QVOAD TRANS MARE NON ERIT. Triphonin. in L. Titius, D. de excuſat. tutor. TITIVS FILIIS MEIS QVOAD REIPVB. CAVSA NON ABIERIT, TVTOR ESTO. Et mox. *Sed ſi ita ſcriptum in teſtamento fuit*, TITIVS TVTOR ESTO. CVM REIPVB. CAVSA ABIERIT, TVTOR NE ESTO: CVM REDIERIT, TVTOR ESTO. Aut ſi plures dabantur, dicebatur, TVTORES SVNTO. Paulus in L. quarto, §. vlt. D. de teſtam. tut. FILIIS MEIS TVTORES SVNTO. C. MÆVIVS ET LVCIVS EROS. Interdum verò vtebantur his verbis, TVTOREM DO. Vlpian. in L. ſi quis ita, D. de teſtam. tut. *Si quis ita dederit*, FILIIS MEIS TVTOREM DO. Iauolen. in L. tutoribus, D. eo. *Tutoribus ita datis*, LVCIVM TITIVM TVTOREM DO. SI IS NON VIVIT, TVM C. PLAVTIVM TVTOREM DO. Pompon. in L. Seruius, D. de verb. ſignific. *Si ita ſcriptum ſit*, FILIO FILIISQVE MEIS HOSCE TVTORES DO. Paulus lib. IIII. Sentent. Tit. XIII. *Si decedens ſeruis ſuis ita libertatem dederit*, ILLVM ET ILLVM LIBEROS ESSE VOLO, EOSQVE FILIIS MEIS TVTORES DO.

Pluribus verò tutoribus datis, plerumque pater declarabat, quem eorū vellet tutelā gerere & adminiſtrare. Vlpian. in L. III. §. I. D. de adminiſtr. tut. *Si parens vel pater qui in poteſtate habet, deſtinauerit teſtamento, quis tutelam gerat.* Et mox. *Vt ſi parens declarauit*, QVEM VELIT TVTELAM ADMINISTRARE, *ille ſolus adminiſtret.* Idem in L. I. §. ſi pupillis, D. de tut. & rat. diſtrah. *Si pupillis tutores pater dedit, inter quos & libertum ſuum*, PERQVE EVM *voluerit* TVTELAM ADMINISTRARI, Et in L. decreto, §. vlt. D. de adminiſtr. tut. *Si duobus ſimul tutela gerenda permiſſa eſt à parente.* Item in L. quòd

ſi fortè

ſi fortè, D. de ſolutionib. Interdum etiam vnũ ex tutoribus datis deſtinabat Pater, qui ab aliis rationes acciperet, L. iure, §. I. D. de teſt. tut. *Honoris cauſa tutor datus nõ videtur, quem* PATER A CETERIS TVTORIBVS, QVIBVS NEGOTIA GERENDA MANDAVIT, RATIONES ACCIPERE VOLVIT. Interdũ teſtator mandabat tutelam alicuius conſilio geri. Vlpian. in L. ita autem, §. Papinianus, D. de adminiſtr. & peric. tur. PATER TVTELAM FILIORVM CONSILIO MATRIS GERI MANDAVIT. Scæuola in L. Titium, D. eo. *Titium & Mænium tutores quis dedit & cauit*, Βούλομαι ϗ παραγγέλω πάντα γίγνεσθαι μετὰ τῆς Μαιβίας τοῦ ἀδελφοῦ μου γνώμης, ϗ δίχα αὐτοῦ τὸ γινόμενον ἄκυρον ἔστω.

Nonnunquam & pater pietatis fiducia MATREM NEGOTIA FILII GERERE teſtamento cauebat, L. liberto, §. quamquam, D. de negot. geſt. Vlpian. in L. ſi mater, D. ad S c. Tertyll. *Quid ſi pater eis peti prohibuerat tutorem, quoniam* PER MATREM REM EORVM ADMINISTRARI *voluit*. Aliâs parentes tutelæ adminiſtrãdæ rationẽ tutoribus præſcribebãt. Vlpian. in L. ita autem, §. vſque adeo, D. de adminiſtrat. tutor. *Vſque adeo autem licet tutoribus patris præceptum negligere: vt ſi pater caueret*, NE QVID REI SVÆ DISTRAHERETVR, vel, NE MANCIPIA DISTRAHANTVR, *vel*, NE VESTIS, *vel*, NE DOMVS, *vel*; NE ALIÆ RES PERICVLO SVBIECTÆ: *liceat eis contemnere hanc patris voluntatem.* Scæuola in L. Titium, §. præfectus, D. de adminiſtr. tut. *Præfectus Chionis ita teſtamento cauit*. VOLO VT SIT IN ARBITRIO TVTORVM FILII MEI, SI VOLVERINT, HVIVS SVMMÆ VNCIAS INFERRE VSVRARVM NOMINE, ITA NE NVMMI DISPARGANTVR. Idẽ in L. qui negotiationẽ, D. de adminiſtr. tut. proponit teſtatorem Pamphilum & Diphilum libertos per quos negotiationẽ exercebat, tutores teſtamento reliquiſſe, & cauiſſe, VT NEGOTIVM EODEM MODO EXERCERETVR, QVO SE VIVO EXERCEBATVR. Proponitur & in L. ita autem, §. Iulianus de admiſtrat. tut. quidam decedens filiis ſuis tutores dediſſe & adiecisse, EOSQVE ANECLOGISTOS ESSE VOLO. Interdũ etiã liberis quos heredes ſcripſerat, Pater Alimẽta ſtatuebat, L. II. in fi. D. vlt. pupill. educ. Teſtamenti certè in L. Titiũ & Mæuium, §. I. D. de adminiſtr. tut. clauſula refertur huiuſmodi: QVANTVM AVTEM FILIO MEO DIVRNVM SVFFICIAT, MARITA ET IAVNVARIA ÆSTIMABVNT. De pupilli quoque educatione Teſtator nõnunquam teſtamẽto cauebat. Vlp. in L. I. In prin. D. vbi pupill. educ. *Cùm quidã Teſtamẽto ſuo cauiſſet*, VT FILIVS APVD SVBSTITVTVM EDVCARETVR. Et §. certè ead. L. *Si legatarius vel heres educationẽ recipiet*, TESTAMENTO SIBI INIVNCTAM. Pompo. in L. Quintus, D. de ann. leg. *Si quis ita ſcripſit*, FILII, FILIÆQVE MEÆ TIBI SVNTO, VBI EOS MATER SVA ESSE VOLET. EISQVE HERES MEVS IN ANNOS SINGVLOS, INQVE PVEROS, PVELLASQVE SINGVLAS, DAMNAS ESTO DARE CIBARII NOMINE, AVREOS DECEM.

Admonendi autem ſumus patres quandoque filiabus condicionẽ teſtamenro quæſiiſſe, & eos nominaſſe quibus filias ſuas nuptum dari vellent, L. turor, D. de ritu nupt. Papinian. in L. pater Seuerianam, D. de condicion. & demonſtr. *Pater Seuerianam Proculam Ælio Philippo cognato nuptijs teſtamento deſignauit.* Et ita teſtamento filiæ deſtinatæ dicebantur, L. non eſt matrimonium, D. eo. L. qui pupillam, D. ad L. Iul. de adulter. Plerumque certè teſtatores filiabus nuptias in familia iniungebant, L. Thais, §. Spendophorus, D. de fideic. libert. Quandoque etiã in arbitrio matris pater eſſe volebat, cui nuptum filia cõmunis collocaretur, L. quamquam, D. de ritu nup. Sed & dotem filiæ arbitratu Tutorum dari interdum pater iubebat, L. ſi filiæ, D. de legat. III.

Ac ne quid ex his quæ paternum erga liberos affectũ teſtatũ reliquebant, prætermittamus, Interdum amicis liberos ſuos commendabant. Cicero lib. III. de finib. *Præclarè facis, cùm & eorũ memoriã tenes, quorũ vterque tibi* TESTAMENTO LIBEROS SVOS COMMENDAVIT. Sulpitium cerè Gallum, idẽ Cicero lib. I. de Orato. refert, duos filios ſuos paruulos TVTELÆ POPVLI Ro. COMMENDASSE, morientéque dixiſſe, SE POPVLVM Ro. TVTOREM INSTITVERE ILLORVM ORBITATI. Ouid. lib. III. Triſt. Eleg. XIII.

Palladis exemplo, de me ſine matre creata
Carmina ſunt: ſtirps hæc, progeniéſque mea.
HANC TIBI COMMENDO: *quæ quo magis orba parente eſt,*
Hoc tibi tutori ſarcina maior erit.

Sic & in ſupremis ſuis ordinandis Epicurus cùm ageret vitæ ſupremum diem Epiſtola ſcripta ad Hermacum, referente Cicerone lib. II. de Finib. *Sed tu, vt dignũ ſt, tua erga me,*

& erga Philoſophiam voluntate, ab adoleſcentia ſuſcepta, FAC VT METRODORI TVEARE LIBEROS. Et mox. *Iſta commendatio puerorum, memoria & caritas amicitiæ, ſummorum beneficiorum in extremo ſpiritu conſeruatio, indicat innatam eſſe homini probitatem gratuitam*. Apud Propertium Eleg. vlt. lib. IIII. Cornelia vniuira moriẽs, Lepidum & Paulum liberos communes Paulo marito ita commendat.

HVNC TIBI COMMENDO, COMMVNIA PIGNORA, NATOS.
Hæc cura & cineri ſpirat inuſta meo.
FVNGERE MATERNIS VICIBVS, PATER. *Illa meorum*
Omnis erit collo turba ferenda tuo.
Oſcula quum dederis tua flentibus, adiice matris:
Tota domus cœpit nunc onus eſſe tuum.
Et ſi quid doliturus eris, ſine teſtibus illis.
Quum venient, ſiccis oſcula falle genis.

Eadem pueros his verſibus affatur.

Seu tamen aduerſum mutarit ianua lectum,
Sederit & noſtro cauta nouerca toro:
CONIVGIVM, PVERI, LAVDATE ET FERTE PATERNVM:
Capta dabit veſtris moribus illa manus.
Nec matrem laudate nimis. Collata priori
Vertet in offenſas libera verba ſuas

Ac mox. FILIA *tu ſpecimen cenſuræ nacta paternæ*
Fac teneas vnum, nos imitata, virum.
Et ſerie fulcite genus.

Quin & parentes ſuos quandoque commendabant. Cæſar lib. II. de Bello ciuili. *Hi de ſua ſalute deſperantes, vt extremo vitæ tempore homines facere conſueuerant, aut ſuam mortem miſerabantur*, AVT PARENTES SVOS COMMENDABANT, *ſi quos ex eo periculo fortuna ſeruare potuiſſet*. Apud Terent. Andria Act. II. Sc. V. Chryſis moriens Pamphilo Glycerium ita commendaſſe fingitur,

Quod ego per hanc te dextram oro, & ingenium tuum,
Per tuam fidem, pérque huius ſolitudinem
Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges, neu deſeras,
Si te in germani fratris dilexi loco.
Siue hæc te ſolum ſemper fecit maxumi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus:
TE ISTI VIRVM DO, AMICVM, TVTOREM, PATREM:
BONA NOSTRA HÆC TIBI COMMITTO, ET TVÆ MANDO FIDEI.
Hanc mihi in manum dat.

Sed & Tiberius moriens Claudium in tertiis heredibus, ex parte tertia nuncupatum, legato etiam circa ſeſtertia vicies proſecutus, commendauit inſuper exercitibus, Senatui populóque Ro. inter ceteras neceſſitudines nominatum, vt Sueton. in Claudio cap. VI. memoriæ prodidit. Scæuola etiam in L. liberto, S. filiũ, D. de ann. legat. proponit, patrem, cum filiũ ex dodrante, vxorẽ ex quadrante inſtituiſſet heredes, filij fideicõmiſiſſe, vt nouercæ reſtitueret hereditatẽ. Ab ea autẽ petiſſe, VT INFIRMITATEM FILII COMMENDATAM HABERET: EIQVE MENSTRVOS AVREOS DENOS PRÆSTARET, DONEC AD VICESIMVM QVINTVM ANNVM ÆTATIS PERVENISSET. CVM AVTEM IMPLEVISSET, TVNC PARTEM DIMIDIAM HEREDITATIS EI RESTITVERET. Idem in L. generali, S. duas, D. de vſu & vſufr. leg. filium mente captũ ita ſorori cõmendatum à patre communi refert, PETO A TE, PVBLIA CLEMENTIANA, VTI FRATREM TVVM IVLIVM IVSTVM ALAS, TVEARIS, DEPENDAS PRO EO: PRO QVO TIBI VSVMFRVCTVM PORTIONIS EIVS RELIQVI, DONEC MENTIS COMPOS FIAT, ET CONVALESCAT. Sic & filiam ſuam & nepotem quem ex ea habebat, ac fratris filium inuicem commendat Teſtator, in ſpecie, L. Lucius, §. filiam, D. ad Sc. Trebell. Sed & libertos quandoque heredibus commendabant. Modeſtinus enim in L. verba, D. de aliment. leg. hæc Teſtamenti verba adfert, PRO-

THVMVM

THVMVM, POLYCHRONIVM, HYPATIVM, COMMENDO, VT ET VOBISCVM SINT, ET CIBARIA PRÆSTETIS, PETO. Ipſos quoque ſeruos quos caros habebant, commendaſſe Teſtatores, apparet ex L. imperator, D. de man. teſt. Sic in L. Thais, §. Lucius, D. de fideic. lib. MEDICOS TIBI COMMENDO ILLVM, ET ILLVM. Alumnũ etiam Seiæ Teſtator ita cõmendaſſe proponitur in L. à filio, D. de alim. leg. MÆVIO INFANTI ALVMNO MEO QVADRINGENTA DARI VOLO. QVÆ PETO A TE, SEIA, SVSCIPIAS: ET VSVRAS EI QVINCVNCES IN ANNVM VSQVE VICESIMVM ÆTATIS PRÆSTES: EVMQVE SVSCIPIAS, ET TVEARIS. Vlpian. in L. fideicommiſſa, §. ſi ita quis, D. de legat. III. *Si ita quis ſcripſerit*, ILLVM TIBI COMMENDO. Interdũ etiã pater filios ſuos increpans, quædam Teſtamento ſcribebat, L. ea quæ pater, C. ex quib. cauſ. infa. irrog.

Plerumque verò parentes bona inter liberos Teſtamento diuidebant, L. ſi filia nupta, §. ſi pater, & L. quæ pater, L. ex parte, §. pater, D. famil. erciſc. L. quoties, L. ſi cogitatione, & L. licet, C. eo. tit. L. pater, D. de adimend. legat. Nou. CVII. L. alumnæ, §. qui filias, D. de adimend. leg. Qui *filias ex diſparibus portionibus Teſtamento heredes inſtituerat, penè* OMNIVM BONORVM SVORVM *eodem Teſtamento* DIVISIONEM FECIT. *Deinde hæc verba adiecit.* Τὰ δὲ λοιπὰ πάντα τῶν ὑπαρχόντων μου, ὁμοίως καὶ τὰ τῆς κληρονομίας βάρη ἵστασθαι μόνον τῶν δύο μου θυγατέρων, Περμης καὶ Σεκούνδης, ἢ τοῖς ἐξ αὐτῶν πλειόνως. Impp. in L. ſcriptura, C. comm. vtr. iud. *ſcriptura Teſtamenti, qua*, SPECIALITER OMNIA DIVISA *continentur.* Quin & inteſtatò morientem, codicillis prædia ſua omnia, & patrimonium inter liberos diuiſiſſe, ita vt longè amplius filio quàm filiæ relinqueret, narrat Scæuola, in L. ex parte, §. inteſtato, D. famil. erciſc.

Atque vt priuati bona ſua, ſic & Imperatores, Teſtamento inter liberos imperium diuidebant: Et ita Conſtantinum tres filios Imperij heredes reliquiſſe, Theodoritus, lib. I. hiſtor. Eccleſiaſt. narrat. Sozomen. lib. II. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. vlt. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἤδη τρεῖς τοὺς παῖδας Καίσαρας ὄντας τὴν ἀρχὴν διελὼν, καὶ Κωνσταντίνῳ μὲν καὶ Κώνσταντι τὰ πρὸς δύσιν ἀπονείμας, Κωνσταντίῳ δὲ τὰ πρὸς ἕω. Et mox: Διαθήκην τε ποιήσας, τοῖς μὲν παισὶ διένειμε τὴν ἀρχὴν, ὡς προείρηται. Πρεσβεῖα δὲ, τὰ μὲν, τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ. Τὰ δὲ, τῇ ἐπωνύμῳ αὐτοῦ καταλιπὼν, ἔδωκε τὴν διαθήκην τῷ πρεσβυτέρῳ, & reliqua Ruffin. lib. I. Hiſtor. eccleſiaſt. cap. XI. *Interea dum hæc apud Alexandriam fruſtra agitantur, venerabilis Auguſtus Conſtantinus, in ſuburbana villa Nicomediæ triceſimo, & primo imperij ſui anno defunctus eſt, liberis de ſucceſſione Romani orbis teſtamento heredibus ſcriptis.*

Interdum autem diuiſionem bonorum facientes, de æris alieni ſolutione cauebant. Scæuola in d. L. ex parte, §. pater, D. fam. erc. *Pater inter filios diuiſit bona, & eã diuiſionẽ Teſtamento confirmauit & cauit*, VT ÆS ALIENVM, QVOD VNVSQVISQVE EORVM HABEBAT, SIVE HABITVRVS ERAT, SOLVS SVSTINERET. Vlp. in L. ſi filia, §. ſi pater, D. eo. tit. *Si pater in filios ſine ſcriptura bona diuiſit*, & ONERA ÆRIS ALIENI PRO MODO POSSESSIONVM DISTRIBVIT. Vni etiam ex heredibus quãdoque onus æris alieni iniungebatur, vt apparet ex d. L. ſi filia, §. Papinianus. Vnde in §. vlt. ead. L. *Si maritus, alterum ex heredibus* ONVS DOTIS SOLVENDÆ, *quæ in ſtipulationem venit*, SVSCIPERE IVSSIT. Gaius in L. ſeruo legato, §. ſi teſtator, D. de legat. I. *Si Teſtator quoſdam ex heredibus iuſſerit*, ÆS ALIENVM SOLVERE. Sed & de æris alieni ſolutione ità quidam Teſtator cauiſſe memoratur; ITEM ROGO VTE RELIQVVM ÆS ALIENVM QVOD EX BONIS ARETONIS DEBETVR, OMNIBVS CREDITORIBVS EX REDITIBVS EORVM BONORVM SOLVAS, REDDAS, SATISFACIAS. Profitebantur certè quandoque quid deberent, vt in L. Lucius Titius, §. quiſquis, D. de leg. II. QVISQVIS MIHI HERES ERIT, SCIAT DEBERE ME DEMETRIO PATRVO MEO DENARIA TRIA, ET DEPOSITA APVD ME A SELEVCO PATRVO MEO DENARIA TRIA, QVÆ ETIAM PROTINVS REDDI ET SOLVI EIS IVBEO.

Sed & parentes frugi æſtimationem patrimonii ſui facere conſueuiſſe, Papinianus ait, L. cùm pater, §. pater qui, D. de legat. II. Ac planè, vt ex L. I. C. arbitr. tutelæ & Nouella CXLVIII. apparet, modum patrimonij, & quantum in bonis relin-

querent, Teſtamentis quandoque Teſtatores comprehendebant. Plinius lib. XXXIII. cap. X. *Aſinio Gallo*, C. *Martio Cenſorino Coſſ. ad* VI. Cal. Febr. *Cæcilius Claudius Iſidorus teſtamento ſuo edixit*, QVAMVIS MVLTA CIVILI BELLO PERDIDISSET, TAMEN RELINQVERE SERVORVM QVATVOR MILIA CENTVM XVI. IVGA BOVM TRIA MILIA SEXCENTA, RELIQVI PECORIS CC. QVINQVAGINTA SEPTEM MILIA, IN NVMERATO HS DC. M. FVNERARI SE IVSSIT SESTERTIIS XI. M. Proponitur & à Iuliano in L. quidam Teſtamento, D. de legat. I. quidã qui quadringentos aureos legauerat, heredibus demonſtraſſe vnde ſumerent, & ſine incommodo rei familiaris contrahere poſſent, in hæc verba. AB IVLIO ACTORE AVREOS, TOT: ET IN CASTRIS QVOS HABEO, TOT: ET IN NVMERATO QVOS HABEO, TOT. Sanè Sraberium quendam, hominẽ auariſſimum, Horatius Sat. III. lib. II. refert adeo magnitudine pecuniæ delectarum, vt monumento ſuo heredes inſcribere iuſſerit, QVANTVM QVISQVE EX TESTAMENTO SVO CEPISSET, eóſque ſi in aliquo mentiti eſſent, centum paria Gladiatorum populo exhibere, epulum etiam populo ad arbitrium Arij voraciſſimi parare, & frumentum infinitum præbere damnauerit. Hoc enim ſecundum vetuſti cõmentatoris interpretationẽ, Horatius ſignificat his verſibus.

Heredes Staberi, ſummam incidere ſepulchro.
NI SIC FECISSENT, GLADIATORVM DARE CENTVM
DAMNATI POPVLO PARIA, ATQVE EPVLVM ARBITRIO ARRI:
Frumenti quantum metit Africa. --

Sequitur deinde ex Staberij perſona, hæc ἀνθυποφορὰ.

Siue ego praué,
Seu rectè, hoc volui: ne ſis patruus mihi.

Et mox. *Quid ergo*
Senſit, cùm ſummam PATRIMONI INSCVLPERE SAXO
HEREDES VOLVIT? *Quoad vixit, credidit ingens*
Pauperiem vitium: & cauit nihil acrius: vt ſi
Fortè minus locuples vno quadrante periſſet,
Ipſe videretur ſibi nequior.

Modeſtinus verò in L. Titia cùm Gaius, D. de legat. II. Teſtatorem quendam Teſtamento ſignificaſſe narrat, verba quæ infra ſcripta ſunt. IMPRIMIS SCIANT HEREDES MEI, NVLLAM PECVNIAM ESSE PENES VXOREM MEAM: SED NEC ALIVD QVICQVAM: IDEOQVE HOC NOMINE EAM INQVIETARI NOLO. Interdum & Teſtatores in vltima voluntate certã pecuniæ quãtitatem, aut etiam res certas, ſibi deberi ſignificabant, L. rationes, C. de probationib.

Nónnunquam morientes Anulum tradebant vni ex heredibus. Papinian. in L. cùm pater, §. pater, D. de legat. II. *Pater pluribus filiis heredibus institutis*, MORIENS CLAVES ET ANVLVM CVSTODIÆ CAVSA, *maiori natu filiæ tradidit*. Sic & Sueton. Tiberium deficientem exemptum digito anulum quaſi alicui traditurum, parumper tenuiſſe, in eius principis vita cap. LXXIII. ſcriptum reliquit. Ei verò ſpiranti adhuc anulum detrahi iuſſiſſe Caligulam, & quoniam ſuſpicionem retinentis dabat, puluinum iniici iuſſiſſe, ídem in Calig. cap. XII. adiicit. Sed & Auguſtum, cùm morbo grauiſſimo conflictaretur, deplorata ſalute anulum Agrippæ tradidiſſe, Dio lib. LIII. memoriæ prodidit. Quin & Ptolemæum anulum Alexandri mortui digito detraxiſſe, & in concionem protuliſſe, Egeſippus lib. I. cap. vlt. ſcribit.

Iam vt ad alia quæ in Teſtamentis ſcribebantur, gradum moueamus: Seruis libertas Teſtamento plerumque dabatur. Ea verò nominatim illis relinquenda erat: id quod lege Fufia Caninia cautum erat, §. libertas, Inſtit. de legat. Vlpian. in fragment. Tit. I. Paulus lib. IIII. Sentent. Tit. XIIII. Quod ſic accipi prudentibus placuit, vt non neceſſe eſſet nomen ſerui exprimere hoc modo, STICHVS LIBER ESTO, ſed ex artificio vel officio & miniſterio quod exercebat, demonſtrare eum ſatis eſſet,

quoniã

quoniam ea demonſtratio vice nominis fungebatur: veluti DISPENSATOR MEVS, CELLARIVS MEVS, COCVS MEVS, PAMPHILI MEI FILIVS, LIBER ESTO, L. nominatim, D. de manumiſſ. teſtam. OBSONATOREM MEVM, vel QVI EX ANCILLA ILLA NASCETVR, LIBERVM ESSE VOLO, Paul. lib. IIII. Sent. Tit. XIIII. CERDONEM SERVVM MEVM, L. cerdonem, D. oper. libert. ET PEDISEQVAS OMNES QVARVM NOMINA IN RATIONIBVS MEIS SCRIPTA SVNT, LIBERAS ESSE VOLO, L. Titia, D. de manum. teſt.

Teſtamento autem Libertas dabatur, & directò, & per fideicommiſſum, L. ſi quis ſeruo, D. de manumiſſ. teſtam. Et quidem Libertates directæ non niſi teſtamento, vel codicillis Teſtamento confirmatis, rectè dabantur. Fideicommiſſæ verò & ab inteſtato & codicillis non confirmatis relinqui poterant, L. libertates, D. de manumiſſ. teſtam. Poterat verò his demum ſeruis Teſtamento directa libertas dari qui vtroque tempore, & teſtamenti faciendi, & mortis, Teſtatoris fuerant, L. Seruius, D. eo. Vlpian. Tit. I. Verum libertates largius per fideicommiſſum quam directò dare licebat: Nã non tantùm propriis, ſed & alienis ſeruis; & tam heredis quã legatarij, vel cuiuſlibet extranei ſeruis per fideicõmiſſum Libertas dari poterat, ita tamen, vt vulgaribus verbis, & quibus euidenter voluntas teſtatoris exprimi poſſet, L. libertates, D. de fideicom. libert. Vlpian. Tit. II. Inter directas etiam & fideicommiſſas libertates hoc intererat, quod, vt ibidem Vlpian. tradit, is qui directò liber eſſe iuſſus erat, Orcinus fiebat libertus: Is autem cui per fideicommiſſum data erat libertas, non Teſtatoris ſed manumiſſoris fiebat libertus. Directò porrò relinquebatur libertas, in hunc modum, STICHVS LIBER ESTO. L. II. & L. ſi quis ita, L. Neratius, ſi ita, L. qui habebat, L. ſi locuples, D. de manumiſſ. teſtam. SERVI QVI SINE OFFENSA FVERINT, LIBERI SVNTO, L. Teſtamento centurio, §. vlt. D. de manum. teſt. STICHVS ET DAMAS SERVI MEI, SI RATIONES REDDIDERITIS, LIBERI ESTOTE, L. Thais, §. Stichus D. de fideic. liber. vel ita, STICHVS LIBER SIT, STICHVM LIBERVM ESSE VOLO, aut IVBEO, Vlpian. Tit. II. L. imperatores, & L. Titia, D. de man. teſt. L. Lucius, & L. Thais, §. libertatem, D. de fideicom. libert. & L. Lucius, D. de liberatio. leg. Paulus lib. IIII. Sentent. Tit. XIII. ANCILLAS MEAS MÆVIAM ET SEIAM LIBERAS ESSE VOLO, L. ſi pater, §. vlt. D. de fideic. libert Teſtamento etiam militis ita manumiſſam, SAMIAM IN LIBERTATE ESSE IVSSI, directam libertatem iure militiæ cepiſſe prudentibus placuit, L. Teſtamento militis, D. de manumiſſ. teſtam.

Per Fideicommiſſum verò his verbis libertas dabatur, ROGO, FIDEICOMMITTO HEREDIS MEI, VT STICHVM SERVVM MANVMITTAT, Vlpian. Tit. II. PETO MANVMITTAS, L. Thais §. tutoris, D. de fide libert. AB HEREDIBVS MEIS PETO, FIDEIQVE EORVM COMMITTO, CVM FILIVS MEVS SEDECIM ANNOS IMPLEVERIT, STICHVM RATIONIBVS REDDITIS MANVMITTANT, d. L. Thais, §. ab heredibus, L. Sticho, D. de ſtatuliber. ET VT IPSVM MANVMITTANT FIDEI EORVM COMMITTO, d. L. Thais, §. Stichus. A TE PETO SEI STICHVM MANVMITTAS, DEDI VNDE FACERES. L. Lucius, §. tres heredes, D. ad Sc. Trebellian. PETO VT LIBERTATEM ILLI ADSCRIBAS, L. ex facto, §. ſi quis, D. eo. HERES SI VOLVERIS FIDEI TVÆ COMMITTO, VT STICHVM MANVMITTAS, vel SI TIBI VIDEBITVR, L. fideicommiſſa libertas ita, D. de fideicom. libert. ROGO NE STICHVS ALTERIVS SERVITVTEM EXPERIATVR, L. rogo, & L. fideicommiſſa libertas ita, D. eo. MÆVI FILI CARISSIME, TE ROGO, SI STICHVS ET DAMAS ET PAMPHILVS TE PROMERVERINT, ÆRE ALIENO LIBERATO, NE ALTERIVS QVAM TVAM SERVITVTEM EXPERIANTVR, L. Thäis, §. I. D. eo. Aliâs ita ſcribebant, NOLO ALII QVAM TIBI SERVIAT: vel, ILLVM ET ILLVM SERVOS MEOS VENIRE NOLO, L. quidam, D. eo. & QVOS TIBI COMMENDO, NE CVI ALII SERVIANT, L. imperator, D. eo.

ſed & ita ſcribebant, NE EVM ALIENES, NE EVM VENDAS. Petebatur quoque NE STICHVS SERVIRET, L. generaliter, §. ſi petitum, D. de fideicō. libert. Proponitur & formula huiuſmodi, ILLVM ILLIVS LIBERTVM ESSE VOLO, L. ſi quis ita, D. de manumiſſ. teſt. STICHVM MANVMITTI VOLO, L. Thais, §. vlt. D. de fideicom. libert. L. cerdonem, D. de oper. libert. L. ſi Titius, C. eo. tit. ROGO, SI TE PROMERVERINT, DIGNOS EOS LIBERTATE EXISTIMES, L. ſeruos, D. de man. teſt. Interdum his verbis ad heredem directis fideicommiſſa libertas dabatur, CVM TIBI VISVM ERIT MANVMITTERE, L. cùm tibi, D. de fiedeicom. libert.

Quandoque iubebatur heres ſeruum redimere, & ei libertatem præſtare, L. generaliter, §. ſimili modo, D. de fideicom. libert. Et legatarius non minus quam heres rogari poterat ſeruum manumittere, L. Imperator, §. 1. L. ſi filius, §. ſcis cui, L. cum in teſtamento, D. eo. Vlpian. in L. ſi cui, D. èo. *Si cui legata ſint centum*, ITA VT SERVVM ALIENVM REDIMAT, ET MANVMITTAT. Interdum heredes rogabantur ſeruos manumittere, & ſi non manumitterent, liberi eſſe iubebantur. Iulian. in L. quidam heredem, D. de manumiſſ. teſtam. *Quidam heredem ſuum rogauerat*, VT SERVVM MANVMITTERET, *deinde*, SI HERES EVM NON MANVMISERIT, LIBERVM ESSE IVSSERAT, *eique legauerat*.

Serui autem vel pure, ſeu STATIM, liberi eſſe iubebantur, vel POST TEMPVS, L. ſi quis ita, D. de man. teſt. vel POST ANNOS, L. libertas, §. vlt. D. eo. Scæuola in L. qui libertatis, D. de euictionib. *quia hoc modo libertas data fuerit*, STICHVS POST ANNVM LIBER ESTO. VNDE EX DIE LIBER ESSE iuſſus proponitur in L. ſi poſt mortem, §. vlt. D. de legat. 1. L. ergo, §. ſi ex die, D. de fideic. libert. Sed & ſub condicione libertas ſæpe adſcribebatur. Vlpian. in L. Neratius, D. de man. teſt. *Cui libertas ſic data eſt*, SI MIHI NVLLVS FILIVS ERIT CVM MORIAR, STICHVS LIBER ESTO. Iulianus in L. cùm hereditas, §. 1. D. qui & à quib. *Si autem qui ſoluendo non eſt, hoc modo libertatem dederit*, SI CREDITORIBVS MEIS SOLIDVM SOLVTVM FVERIT, STICHVS LIBER ESTO. Iauolen. in L. Stichum, §. 1. D. de ſtatuliber. STICHVS LIBER ESTO, QVANDO ÆS ALIENVM MEVM SOLVTVM, CREDITORIBVSVE SATISFACTVM ERIT. Gaius in L. ſi locuples, D. de man. teſt. *quem is qui ſoluendo non eſſet ita liberum eſſe iuſsiſſet*, CVM ÆS ALIENVM SOLVTVM FVERIT, STICHVS LIBER ESTO. Inde illa, ÆRE ALIENO LIBERATO, in L. Thais, §. 1. de fideic. libert.

Plerûque certè, ſub condicione Rationum reddendarum, ſeruis libertas dabatur, L. ſi pater, §. ſticho, L. Thais, §. Titius & §. Stichum, & §. Lucius, & §. libertatem cum ſeq. D. de fideic. libert. L. Sticho, D. de ſtatu liber. Hermogenian. in L. vix certis, D. de iudic. *Liber etiam eſſe iuſſus*, SI RATIONES REDDIDERIT. Celſ. in L. ſi intra, §. vlt. D. de ſtatuliber. SI RATIONES REDDIDISSET, *liberum eſſe iuſſum*. Scæuola in L. Sticho, §. ſeruus, D. eo. STICHVS SERVVS MEVS ACTOR SI RATIONEM OMNEM ACTVS SVI HEREDI MEO REDDIDERIT, EOQVE NOMINE SATISFECERIT, LIBER ESTO. Et §. Titius ead. L. *Titius teſtamento ſeruos actoris ſingulos diuerſis perſonis legauit, cum adiectione*, SI RATIONES HEREDI, REDDIDERINT, & §. vlt. QVISQVIS MIHI HERES ERIT, SI DAMA SERVVS MEVS, ACTVS SVI QVI AGITVR NOMINE EIVS, ET PAMPHILI CONSERVI SVI, HEREDI MEO RATIONES REDDIDERIT, PARIAQVE FECERIT A DIE MORTIS MEÆ INTRA MENSEM SEXTVM, LIBER ESTO. Iulian. in L. ſi quis teſtamento, D. eo. *ſi quis teſtamento libertatem acceperit, ſub condicione*, SI RATIONEM DEDERIT. Scæuola in L. filius, D. de dolo, *Filius legatum ſibi ſeruũ per præceptionẽ, rogatus manumittere poſt certũ tẽpus*, POSTEAQVAM RATIONES IPSI ET COHEREDIBVS FRATRIBVS REDDIDISSET. Sic in L. qui filium, D. de man. teſt. *Qui filium impuberem heredem eſſe iuſſerat*, STICHVM RATIONEM ARGENTI, QVOD SVB CVRA EIVS ERAT, REDDITA,

REDDITA, *liberum eſſe iuſſerat*, Paulus in L. Iulius, D. de condicion. & demonſtratio. *Si in Teſtamento ita ſcriptum eſſet*, STICHVS SI RATIONES REDDIDERIT, CVM CONTVBERNALI SVA LIBER ESTO: EIQVE DECEM HERES DATO. Calliſtrat. in L. cùm ſeruus, D. eo. *Cùm ſeruus ita liber eſſe iuſſus ſit*, SI RATIONES REDDIDERIT. Et mox: *Quaſi nihil interſit, vtrum ſub hac condicione*, SI RELIQVA, *vel*, SI RATIONES REDDIDERIT. L. Lucius, D. de manumiſſ. teſtam. *Lucius Titius ſeruo libertatem dedit*, SI RATIONEM ACTVS SVI DEDISSET GAIO SEIO FILIO SVO. L. Lucius, D. de liberatio. leg. EROTEM LIBERVM ESSE VOLO, QVEM RATIONES REDDERE VOLO EIVS TEMPORIS QVOD ERIT POST NOVISSIMAM MEAM SVBSCRIPTIONEM. Aliâs hæc condicio ita concipitur, STICHVM RATIONIBVS REDDITIS LIBERVM ESSE VOLO. L. Thais, §. vlt. D. de fideicom. libert. Marcian. in L. ſi quis dicat, §. vlt. D. de manumiſſionib. *Si* RATIONIBVS REDDITIS, LIBER ESSE IVSSVS FVERIT. Modeſtin. in L. libertate, §. vlt. D. de ſtatuliber. *Seruus iuſſus*, REDDITA RATIONE, *ad libertatem peruenire*. Interdum pluribus hæc condicio adſcribebatur, vt in L. ſi ita, §. hæc quæſtio, D. de man. teſt. L. Thais, §. Stichus. D. de fideicom. liberi. STICHVS ET DAMAS SERVI MEI, SI RATIONES REDDIDERITIS, LIBERI ESTOTE. Ac nonnunquam adiiciebatur tempus intra quod rationes redderent, L. ſi hereditas, & L. Sticho, §. Titius, D. de ſtatulib.

Sic etiam libertas quandoque dabatur: CALENVS DISPENSATOR MEVS, SI RATIONES DILIGENTER TRACTASSE VIDEBITVR, LIBER ESTO: SVAQVE OMNIA ET CENTVM HABETO. L. Labeo, D. eo. PAMPHILVS SI BENE SE GESSERIT RATIONIBVS MEIS LIBER ESTO. L. Teſtamento, XVIII. D. de fideic. libertat. Pompon. in L. ſi ita, D. de manum. teſt. *Si ita ſit ſcriptum*, STICHVS SI RATIONES DILIGENTER TRACTASSE VIDEBITVR LIBER ESTO.

E contrario rationum reddendarum onere quandoque ſeruus liberabatur, cúmque dominus rationes reddere vetabat, vt in L. ſi ſeruus vetitus, D. de legat. I. *Seruus vetitus à teſtatore rationes reddere*. L. ſi quis ſeruũ, D. de condic. & demonſtr. *Si quis ſeruum liberũ eſſe iuſſerit, ſi heredi rationes reddidiſſet, poſteáque* EVM RATIONES REDDERE VETVERIT, & L. Aurelius, §. Sticho, D. de liberatio. legata, *Sticho Teſtamento manumiſſo fundum inſtructum & alia legauit, & hæc verba adiecit*, QVEM RATIONEM REDDERE VETO, QVIA INSTRVMENTA PENES SE HABET.

Libertas etiam quandoque dabatur ſub ea condicione, SI TITIVS CAPITOLIVM ASCENDERIT, vt in L. cum heres, §. ita liber D. de ſtatulib. Sub condicione quoque pecuniæ dandæ, vt plurimum ſeruis libertas dabatur, veluti, SI DECEM DEDERIT, L. ergo, §. ſi ſub condicione, D. de fideicom. libert. L. quia autem, §. vlt. D. ſi quis omiſſa cau. teſt. L. quæſitum, §. I. D. de legat. I. L. quod autem, D. ſi quis om. cau. teſt. L. denique, §. item quæritur, D. de pecul. leg. L. III. §. ſi decem & §. ſi quis ſeruum, & §. ſi quis heredi, D. de ſtatulib. *Si duobus decem datis*, L. cum heres, §. ſi duobus, D. eo. L. ſeruus, D. de ſolutionib. vel, CVM DECEM DARE POTERIT, L. III. §. ſi quis ſic, D. de ſtatulib. & L. Stichũ, §. ſi Stichus, D. Iauolen. in L. Stichus, D. de ſtatulib. SI STICHVS ATTIÆ MILLE NVMMOS DEDERIT LIBER ESTO. Aliâs iubebatur TANTVM DARE ſeruus, QVANTI ERAT, L. ſi mortis, §. I. D. qui & à quib.

Interdum præfiniebatur tẽpus intra quod ſeruus daret, vt L. ſi in diem, D. de condic. & demonſtr. *Si* IN DIEM, *exempli gratia* CENTESIMVM, IMPERATVM EST STATVLIBERO, VT PECVNIAM SOLVERET, *neque initium temporis eius quod futurum eſſet, adſcriptum eſt*. Iulian. in L. qui filio, §. I. D. de heredib. inſtit. *Liber autem iuſſus eſſe*, SI INTRA KALENDAS DECEMBRES DECEM DEDISSET. Vlpian. in L. III. §. ſi quis heredi, D. de ſtatulib. *Si quis* HEREDI IN DIEBVS TRIGINTA PROXIMIS MORTIS TESTATORIS DARE *iuſſus fuerit*. Et §. Stichus ead. L. STICHVS ANNVA BIMA TRIMA DIE DENOS AVREOS HEREDI SI DEDERIT, *liber eſſe iuſſus eſt*. Celſus in L. ſi intra, D. eo. SI INTRA

QVINQVENNIVM STICHVS CENTVM DEDERIT, LIBER ESTO. Adſcribebatur etiam locus vbi daret, vt in L. III. §. non ſolùm, D. de ſtatulib. *Item* SI CAPVÆ DARE *iuſſum Capuam ire prohibeat.*

Interdum & huiuſmodi condicionibus addebantur verba hæc, SINE VLLA CONTROVERSIA. Scæuola in L. Thais, §. Stichus, D. de fideicom. libert. STICHVS SERVVS MEVS IVBEO VT DET, PRÆSTET, FILIÆ ET VXORI MEÆ HEREDIBVS MEIS, SINE VLLA CONTROVERSIA, TOT AVREOS: ET VT IPSVM MANVMITTANT, FIDEI EORVM COMMITTO. Idem in L. Sticho libertas, §. Pamphilo, D. de ſtatulib. STICHVS SERVVS QVI MIHI TESTAMENTO PATRONI MEI CERTA CONDICIONE RELICTVS EST, IVBEO DET, PRÆSTET, FILIO ET VXORI MEÆ, SINE VLLA CONTROVERSIA, ET EVM PERACTO TEMPORE MANVMITTANT.

Interdum ſub condicione peculij dandi, Libertas relinquebatur. Scæuola in L. Sticho libertas, §. I. D. de ſtatulib. PAMPHILVS LIBER ESTO, PECVLIO SVO HEREDIBVS VERE DATO. Idem in L. Thais, §. item quæro, D. eo. *Cùm* OMNE PECVLIVM REDDERE *iuſſus ſit.* Contrà quandoque ſeruis cum libertate peculium relinquebatur, L. denique, §. I. & §. item ſi ſeruo, L. item quæritur, L. ſi ſerui, L. cum dominus, §. I. L. dominus ſeruum, L. quidam & L. dominus Sticho, D. de pecul. leg. Alfen. in L. ſeruus pecuniam, D. de manumiſſionib. *Teſtamentóque liberum eſſe iuſſerat, & ei peculium legauerat.* Vlpian. in L. I. §. ſi ſeruus, D. de except. rei vend. *Si Teſtamento liberum eſſe iuſſerit, eique peculium prælegauerit.* Paul. in L. diſpenſatorem, D. de ſolutionib. *Diſpenſatorem Teſtamento liberum eſſe iuſſi, & peculium ei legaui.*

Nonnumquam & hac verborum figura, ITA VT, ſerui vel dare, vel rationẽ reddere iubebantur, & liberi eſſe, vt in L. libertas, §. I. D. de manum. teſtamen. PAMPHILVS LIBER ESTO, ITA VT FILIIS MEIS RATIONEM REDDAT. Et in L. Sticho Libertas, §. Pamphilo, D. de ſtatuliber. Pamphilus libertatem accepiſſe refertur in hæc verba, ITA VT SI TIBI EX DIE MORTIS MEÆ PER ANNOS CONTINVOS QVINQVE MENSTRVOS SEXAGENOS DEDERIT, TVNC EVM MANVMITTAS.

Aliàs ſub Iuriſiurandi condicione libertas relinquebatur, L. ſi quis libertatem, D. de manumiſſ. teſtam. Marcell. in L. Stichus, D. de ſtatulib. STICHVS SI HEREDI DECEM PROMISERIT, VEL OPERAS DATVRVM SE IVRAVERIT, LIBER ESTO. Paulus in L. ſeruum Teſtamento, D. de manumiſſ. teſtam. *Seruum Teſtamento ita manumiſi,* SI IVRAVERIT SE CORNELIO FILIO MEO DECEM OPERARVM DATVRVM, LIBER ESTO. Et in L. ſi quis ita, §. qui ita, D. de ſtatulib. *Qui ita liber eſſe iuſſus eſt,* SI IVRAVERIT SE CAPITOLIVM ASCENSVRVM.

Interdum vero ſerui vt ad libertatem peruenirent, Operas dare, vel heredi, vel extraneo, iubebantur, L. ſtichum, §. vlt. D. de ſtatuliber. Labeo in L. ſi quem, D. eod. SI TRIENNIO OPERAS DEDERIT, LIBER ESTO. Alfen. in L. ſeruus qui, §. vlt. D. eod. *Seruus* CVM HEREDI ANNORVM SEPTEM OPERAS DEDISSET, *liber eſſe iuſſus erat.* Paul. in L. ſi peculium, §. quædam, D. eo. *velut* CVM DECEM OPERARVM *iuſſus eſt dare.* Qua loquendi figura, idem Paul. in L. ſeruum Teſtamento, D. de man. teſt. *Seruum,* ait, *Teſtamento manumiſi,* SI IVRAVERIT SE CORNELIO FILIO MEO DECEM OPERARVM DATVRVM. Idẽ in L. cum heres, §. Stichus, D. eo. STICHVS SI TITIO CENTVM OPERAS DEDERIT, LIBER ESTO. Et in L. Stichum, §. Dama, D. eo. DAMA SERVVS CVM HEREDI MEO ANNORVM SEPTEM OPERAS SOLVERIT, LIBER ESTO. Papinian. in L. Cerdonem, D. de oper. libert. CERDONEM SERVVM MEVM MANVMITTI VOLO, ITA VT OPERAS HEREDI PROMITTAT. Atque hoc nomine plerumque iuriſiurandi religione obſtringi eum qui manumitteretur, Teſtatores cauebant, L. ſtichus, D. de ſtatuliber. L. ſeruum Teſtamento, D. de man. teſt. Papinianus in L. fideicommiſſaria, §. vlt. D. de fideic. libert. huiuſmodi ſpeciem proponit, *Seruũ à filio poſt quinque annos,* SI EO TEMPORE MERCEDEM DIVRNAM FILIO PRÆSTITISSET, *manumitti voluit.*

Quandoque etiam ſeruis alia iniungebantur, quæ in faciendo conſiſtebant. Vlpian. in L. ſi ita, D. de manumiſſ. teſtam. *Si ita fuerit ſeruis libertas data,* SI INSVLAM ÆDIFICAVERINT, VEL SI STATVAM POSVERINT. Paul. in L. ſi peculium, §. quædam, D. de ſtatuliber.

tulibet. *Si* IVSSVM CAPVAM IRE, ET LIBERVM ESSE, *heres prohibeat.* Papinian. in L. ſeruus ſi heres, §. 1. D. eo. *Ita manumiſſum*, DAMA SI IN HISPANIAM PROFECTVS ANNO PROXIMO, FRVCTVS COEGERIT, LIBER ESTO. Modeſtin. in L. Mæuius, D. de manumiſſ. teſtamen. proponit Mæuium ſeruis ſuis ſub condicione libertatem reliquiſſe, his verbis, SACCVS SERVVS MEVS ET EVTYCHIA ET HYRENE ANCILLÆ MEÆ OMNES SVB HAC CONDICIONE LIBERI SVNTO, VT MONVMENTO MEO ALTERNIS MENSIBVS LVCERNAM ACCENDANT, ET SOLLEMNIA MORTIS PERAGANT.

Referuntur & hæ in libris noſtris libertatibus adſcriptæ condiciones: EROTEM SERVVM MEVM, QVI ET PSYLLVS VOCATVR, LIBERVM ESSE VOLO, SI VXORI MEÆ PLACEAT, L. Lucius, D. de fideicom. libert. ILLE SI MEVS ERIT, LIBER ESTO. L. ſeruo libertatem, D. de condic. & dem. SI QVID FILIO MEO ACCIDERIT, DAMA SERVVS MEVS LIBER ESTO, L. in vulgari, §. 1. D. de verb. ſignif. Cui non abſimilem condicionem ſupra retulimus ex L. Neratius, D. de man. teſt. SE SEMPRONIVS INTRA ANNVM STICHVM NON MANVMISERIT, LIBER ESTO. L. Stichum, D. eo. STICHVS, SI EVM HERES NON ALIENAVERIT, LIBER ESTO. L. ſi ita, D. de ſtatuliber. STICHVS, SI CODICILLIS EVM NON VETVERO LIBERVM ESSE, LIBER ESTO, L. Stichus, D. de manum. teſtam. CVM PER LEGEM LICEBIT, LIBER ESTO, L. libertas, D. de man. teſt. *Cùm* TITIVS ANNORVM TRIGINTA ERIT, STICHVS LIBER ESTO, L. ſi ita ſcriptum, D. eo.

Plerumque certè ſerui liberi eſſe iubebantur, cùm ad trigeſimum annum perueniſſent. Pompon. in L. Ariſto, D. de manum. teſtam. *Teſtamento liber eſſe iuſſus*, CVM ANNORVM TRIGINTA ESSET. Iulian. in L. ſi quis ita, §. vlt. D. de ſtatuliber. STICHVS CVM ERIT ANNORVM TRIGINTA, LIBER ESTO. Scæuola in L. vlt. D. de reb. dub. *Plures Teſtamento manumiſerat, in quibus Sabinam & Cyprogeniam*, CVM QVISQVE EORVM AD TRIGESIMVM ÆTATIS ANNVM PERVENISSET. Idem in L. ex parte, §. ſeruo, D. fam. erciſ. *Seruo libertatem dedit, qui erat annorum quindecim*, CVM ERIT ANNORVM TRIGINTA.

Planè ſeruis libertas etiã ſub hac cõdicione, Si per aliquot annos heredi ſeruiſſent, relinquebatur, L. ſtatuliberos, §. vlt. D. de ſtatulíber. Labeo in L. qui quattuor, §. cum Teſtamento, D. de legat. III. SI STICHVS HEREDI MEO BIENNIVM SERVIERIT, LIBER ESTO. Vlpian. in L. III. §. ſi ita ſit, D. de ſtatuliber. *Si ita ſit libertas ſeruo data*, SI QVINQVENNIO HEREDI SERVIERIT. Paulus in L. cùm heres, §. ſeruire, D. eo. tit. SERVIRE TITIO, ANNO, *& liber eſſe iuſſus*. Et §. Stichus, ead. L. STICHVS SI HEREDI MEO, ANNO SERVIERIT, LIBER ESTO. Rurſus ibidem. STICHVS SI TITIO PER TRIENNIVM SERVIERIT, LIBER ESTO. Scæuola in L. Thais, D. de fideic. libert. THAIS ANCILLA MEA, CVM HEREDI MEO SERVIERIT ANNOS DECEM, VOLO SIT MEA LIBERTA. Sed & in L. ſi ſeruus, D. de ſolutionib. huiuſmodi condicio libertati adſcripta dicitur, SI PVPILLO SERVIERIT.

Arethuſæ etiam SI TRES SERVOS PEPERERIT, libertas data proponitur in L. III. §. vlt. D. de ſtatuliber. Tryphonin. in L. Arethuſa, D. de ſtatu homin. *Arethuſa*, SI TRES PEPERERIT: *libera eſſe iuſſa*. Vlpian. in L. ſi fuerit, §. planè, D. de reb. dub. *Si ita libertatem acceperit ancilla*, SI PRIMVM MAREM PEPERERIT, LIBERA ESTO.

Porrò ſerui interdum cum contubernalibus ſuis liberi eſſe iubebantur, vt, exempli gratia, hoc modo; STICHVS CVM CONTVBERNALI SVA, LIBER ESTO. L. ſi ſeruo, D. de ſtatuliber. L. Iulius Paulus, D. de condic. & dem. Ancilla quoque ſæpe cum filiis libera eſſe iubebatur, L. ſi ita fuerit, §. ſed & ſi, D. de manum. teſtam. Plerumque etiam iis quos Teſtamento manumiſerant, contubernales & filios legabant, L. Stichus, D. de aliment. leg. Et ita in L. cùm quis decedens, §. vlt. D. de legat. III. Scæuola cuiuſdam Teſtamenti verba citat hæc, OMNIBVS QVOS MANVMISI, MANVMISERAM, SIVE HIS TABVLIS, SIVE QVIBVSCVMQVE ALIIS, FILIOS, FILIASVE SVAS OMNES CONCEDO VOLO. Idem in L. vxorem, §. codicillis patremfa. codicillis confirmatis ita cauiſſe refert; OMNIBVS AVTEM LIBERTIS MEIS, ET QVOS VIVVS, ET QVOS HIS CODICILLIS

MANVMISI, VEL POSTEA MANVMISERO, CONTVBERNALES SVAS, ITEM, FILIOS, PILEAS LEGO, NISI SI QVOS, QVASVE, AD VXOREM MEAM TESTAMENTO PERTINERE VOLVI, VEL EI NOMINATIM LEGAVI, LEGAVERO.

Teſtamento autem manumiſſus, ita demum fiebat liber, ſi Teſtamentum valeret, & ex eo adita eſſet hereditas, vel ſi quis omiſſa cauſa Teſtamēti ab inteſtato poſſideret hereditatem, L. Teſtamento manumiſſus XXIII. D. de manum. teſtam. Adita vero hereditate, qualibet ex parte adita ea eſſet, liber fiebat, ſi modo ab eo gradu quo liber eſſe iuſſus fuerat, adita fuiſſet, & purè quis manumiſſus eſſet, L. Teſtamento liber, XXV. D. eod. Et vel vno ex pluribus heredibus inſtitutis adeunte hereditatem, ſtatim ſeruus liber erat, L. ſi legato, §. vlt. D. eo. Nec Teſtamento modo libertates relinqui poterant, ſed & inteſtato moriturus fidei heredis committere poterat, vt ſeruum manumitteret, L. Alieno, §. 1. D. de fideic. libert. Atque vt libertates ſeruis Teſtamento dabantur, ita & per contrarium, quandoque cauebatur, ne ad libertatem perducerentur, Manumittique prohibebantur, L. is qui, §. nihil autem, D. de manumiſſionib. L. contra voluntatem, C. de teſtam. manum. Paulus in L. ſeruus hac lege, D. de manumiſſionib. *Seruus hac lege venditus ne manumittatur, vel Teſtamento prohibitus manumitti.* Marcian. in L. ille, §. vlt. D. qui & à quib. *Qui hac lege venierint, ne manumittantur, vel qui Teſtamento prohibiti ſint manumitti.* Vlpian. in L. his conſequenter idem, §. 1. *Si quis Teſtamento cauerit,* VT SERVVS EXPORTANDVS VENEAT. Imper. Alexand. in L. in ipſius, C. famil. erciſ. proponit patremfam. in ſeruos ſuos itatum Teſtamento cauiſſe, *vt vnus quidem* IN VINCVLIS PERPETVIS MORARETVR: *alter vero,* EXPORTANDVS VENVNDARETVR. Reuocabatur vero data libertas his verbis, LIBER NE ESTO, L. ſi quis ita, §. vlt. D. de ſtatulib.

Nunc ad Legatorum formulas accedamus. Legata quidem omnia directis verbis, legitimis, ciuilibus, & imperatiuis relinquebantur. Verum quattuor modis olim legabant, quemadmodum Vlpian. Tit. XXIIII. Gaius lib. II. Inſtitut. Tit. V. & Iuſtinian. Inſtit. de legat. ſcribunt: nimirū per VINDICATIONEM, PER DAMNATIONEM, SINENDI MODO, & PER PRÆCEPTIONEM. Per VINDICATIONEM, his verbis legabant, DO, LEGO, vt in L. nonnumquam, D. de condic. & demonſtr. L. huiuſmodi, §. quibus, & L. ſi pluribus, L. ſi fundum, §. Titio, & §. his verbis, D. de legat. I. L. Stichum, D. de manumiſſ. teſtam. L. in ſingulos, D. de ann. leg. L. cum ita, D. de opt. leg. L. ſi ita, & L. cum de lanionis, §. liberto, D. de inſtruc. vel inſtr. L. falſa, §. ſi quis, D. L. in condicionibus, §. 1. & L. Publius, de condic. & demonſtr. Item his verbis, CAPITO, SVMITO, ſiue HABETO: vt Vlpian. Tit. XXIIII. vel, Illam REM TIBI PRÆSVME, HABE, VINDICA, vt Gaius lib. II. Inſtit. Tit. V.

Per DAMNATIONEM verò his verbis legabant, HERES MEVS DAMNAS ESTO DARE, L. Quintus, L. legatum ita eſt, D. de ann. leg. L. ſi heres, D. de vino trit. L. in Teſtamento, D. de condic. & demonſtr. L. ſi in Teſtamento, & L. qui quadringenta, D. ad L. falcid. L. huiuſmodi, & L. ab omnibus, L. ſi heres, & L. Titiæ, §. vlt. D. de legat. I. L. III. & L. ſi pluribus, D. de legat. II. Quintilian. lib. VII. cap. X. Cuiuſmodi formula dicebatur Teſtator DAMNARE HEREDEM, L. quid ergo, §. 1. D. de leg. I. & L. ſi duobus, D. eo. Sed & per damnationem legabatur ita, HERES MEVS DATO, FACITO, HEREDEM MEVM DARE IVBEO, L. III. D. de ann. legat. L. filiæ, D. eo. L. ſi alij, D. de vſu & vſufr. L. ex eo, D. de vino trit. L. filiæ, L. ſi ita, L. quibus diebus, §. 1. & ſeq. D. de condic. & demōſtr. L. huiuſmodi, §. ſi ita, & §. Stichum, D. de leg. I.

SINENDI MODO his verbis legabāt, HERES MEVS SINITO, VEL DAMNAS ESTO SINERE LVCIVM TITIVM SVMERE, ILLAM REM, SIBIQVE HABERE. Vlpian. Tit. XXIIII. Paul. lib. III. Sentent. Tit. VI. L. duos, & L. dānas, D. de vſufr. leg. L. ei cui, D. de liber. leg. L. II. D. de ann. leg. L. duobus cum L. ſeq. D. de vſu & vſufr. L. qui quattuor, §. hortos, D. de leg. III.

PER PRÆCEPTIONEM verò ita legabant, LVCIVS TITIVS ILLAM REM PRÆCIPITO, E MEDIO SVMITO, SIBI HABETO, vel PRÆCIPIAT,

CIPIAT, E MEDIO SVMAT, HABEAT, L.prædia, §. liberto, D. de inſtruc. vel inſtr. L. vlt. D. de dote præleg. L. Lucius Titius, D. de legat. II. L. vxorē. §. feliciſſimo, D. de legat. III. L. apud Offidium, D. de optio. leg. vel E MEDIO, ſeu E MEDIA HEREDITATE SVMITO, d. L. Lucius, §. quiſquis mihi heres, D. de legat. II L. pediculis, §. Idem cum, D. de auro argen. Quæ legati ſpecies in Magnonis notis hoc notarum cōpendio ſtringitur P. S. T. Q. H. id eſt, PRÆCIPITO, SVMITO, TIBIQVE HABETO.

Legabantur porrò res omnes tam mobiles, quàm ſoli. Atque vt à Nummis incipiamus, ſciendum eſt eos uel indiſtinctè legatos fuiſſe, L. nummis, D. de legat. III. vel qualitate adiecta, L. heredes palam, D. qui teſt. fac. poſſ. Et vel certum corpus nummorum legabatur, vel quantitas, L. planè, §. ſed ſi non, D. de legat. I. CERTOS autem NVMMOS; vel CERTVM CORPVS NVMMORVM legabant, hoc modo, DECEM, vel CENTVM QVÆ IN ARCA HABEO, L. ſed ſi certos, L. ſi ſeruus, §. qui quinque, D. de legat. I. PECVNIAM QVAM IN ILLA ARCA HABEO, L. in ratione, §. certis, D. ad L. falcid. PECVNIAM QVÆ IN ARCA EST, L. talis ſcriptura, §. vlt. D. de legat. I. Aliâs legabant certam ſummam pecuniæ veluti AVREOS CENTVM, L. ſi in Teſtamento, D. de legat. I. & vnde ſumeretur demonſtrabant, L. quidam Teſtamento, D. eo. tit. Sic in L. Paula, §. Iulianus, D. de legat. III. *Alumno ſuo quinquaginta legauerat, eáque* IVLIO MAVRO COLONO SVO, EX PENSIONIBVS FVNDI DEBITIS AB EO, PRÆSTARI VOLVERAT. Cum verò ſumma pecuniæ legabatur, interdum ea per notam ſcribebatur, quemadmodum & pro centum ducenta per notam ſcripta Vlpianus teſtatur in L. quoties, §. ſed & ſi quis, D. de heredib. inſtit. Liuia certè Auguſta cum Galbæ Hs. quingenties Teſtamento legaſſet, Tiberium heredem, quia notata non perſcripta ſumma erat, legatum ad quingenta reuocaſſe, Sueton. in Galba cap. v. commemorat. Tandem Iuſtinianus Nou. CVII. in Teſtamentis vnciarum quantitatem non notis ſed literis integris perſcribi conſtituit.

Aliâs legabant AVRI, vel ARGENTI LIBRAS aliquot, vt in L. Thais, §. Seio, D. de fideic. libert. SEIO AVRI LIBRAS TRES. Et in L. alumnæ, D. de adimend. legat. HOC AMPLIVS DO LEGO, DARIQVE VOLO ARGENTI VIGINTI QVINQVE LIBRAS. Idē & L. Teſtamento, §. Seio, D. de legat. II. SEIO SI MIHI HERES NON ERIT, ET VXORI EIVS MARCELLÆ, ARGENTI LIBRAS QVINDECIM DARI VOLO. Aliâs verò legabant AVRI vel ARGENTI PONDO, Paul. in L. Titiæ, D. de auro argen. TITIÆ AVRI PONDO QVINQVE DARI VOLO. Marcell. in L. Seia, D. eo. ANTONIÆ TERTYLLÆ DO LEGO AVRI PONDO TOT. Scæuola in L. filio, §. Seia, D. de adimend. leg. *Seia Teſtamento ſuo legauit*, AVRI PONDO QVINQVE. Vlpian. in L. cum aurum, D. de auro arg. *Si* ARGENTI FACTI PONDO CENTVM, *ſint legata*. Quintillian. lib. VII. cap. XI. *Qui* SESTERTIVM NVMMVM QVINQVE MILIA *legauerat, cum emendaret Teſtamentum. ſublatis ſeſtertiis nummis*, ARGENTI PONDO *poſuit*. Et cap. X. HERES MEVS VXORI MEÆ DAMNAS ESTO DARE ARGENTI QVOD ELEGERIT, PONDO CENTVM. Aliâs PONDVS AVRI vel ARGENTI heredem dare iubebant, L. planè, §. ſed ſi pondus, D. de legat. I. Vlpian. in L. I. §. vlt. D. de auro, argen. *Si* CERTVM PONDVS ARGENTI DARE *heres iuſſus ſit*. Vlpian. in L. cum aurum, D. eo. Tit. *Si* CERTVM PONDVS AVRI *ſit legatum, vel* ARGENTI. Et vel certum auri argentiue pondus legabatur, vel ſpecies, ſiue certum argenti genus deſignabatur, L. I. in fi. & L. cum centum, D. de auro argen. Marcian. in L. in ratione, §. certis, D. ad L. falcid. *Certis corporibus & hiiſpſis ità relictis*, PONDVS ARGENTI QVOD IN ILLIS HORREIS HABEO.

Interdum vero VASORVM ARGENTEORVM PONDO legabant, Auctor lib. I. Rhetoricor. ad Herenn. *Paterfa. cum filium heredem faceret, Teſtamento, vaſa Argentea vxori legauit*. TVLLIVS HERES MEVS TERENTIÆ VXORI MEÆ, XXX. PONDO VASORVM ARGENTEORVM DATO, QVÆ VOLET. Cic. lib. I. de Inuentio. *Paterfa. cùm filium heredem feceret, vaſorum argenteorum pondo vxori ſic legauit*, HERES MEVS VXORI MEÆ VASORVM ARGENTEORVM PONDO CENTVM QVÆ VOLET. Quandoque verò AVRVM vel ARGENTVM generaliter legabatur, L. cum aurum, D. de auro argen. L. argento, D. de legat. III. Paul. in L. ſi ita, D. de auro arg. *Si ita eſſet legatum*, ARGENTVM

MEVM DARE DAMNAS ESTO. Vlpian. in L. Quintus, XXVII. §. I. D. eo. *An cui* ARGENTVM OMNE LEGATVM EST. Et §. ſeq. ARGENTO OMNI *legato* QVOD SVVM ESSET. Rurſus in §. cui legatum, ead. L. *Cui legatum eſt*, AVRVM OMNE. Paul. in L. quæſitum, §. I. D. de legat. III. ARGENTVM OMNE ET SVPELLECTILEM, QVODCVMQVE HABEO, TIBI DONO. Aliâs verò AVRVM, vel ARGENTVM FACTVM, vel INFECTVM legabatur, L. ſi quando, D. de auro argen. Et nonnumquam ARGENTVM, QVOD VSVS SVI CAVSA PARATVM ESSET, Teſtator legabat, L. cùm in Teſtamento, D. eo. Pompon. in L. ſcribit, §. item ſcribit, D. eo. *Si maritus vxori, cùm haberet quinque pondo auri, legaſſet ita*, AVRVM QVODCVMQVE VXORIS CAVSA PARATVM ESSET, VTI HERES VXORI DARET. Quo in genere quandoque ita legatum conceptum, AVRVM, QVOD EIVS CAVSA PARATVM EST, quandoque verò ſic, AVRVM QVOD EIVS CAVSA PARATVM ERIT, ibidem docet. Iauolen. in L. ſi vxori, §. I. D. de auro argen. *Cùm ita legatum eſſet*, ARGENTVM QVOD DOMO MEÆ ERIT, CVM MORIAR. Aliâs certas ſpecies Auri & Argenti legabant, L. ſpecies, D. eo. veluti ARGENTVM ESCARIVM, vel POTORIVM, L. cùm aurũ, §. ſi cui eſcarium, L. in argẽto in prin. & §. vlt. & L. pediculis, §. argento, D. de auro argen. L. Labeo, §. ſeruus, L. cum quidam, D. de ſupellec. leg. Paul. lib. III. Sentent. Tit. VI. ARGENTVM VIATORIVM, vt in L. vlt. D. de auro argen. ARGENTVM VIATORIVM MEVM VOLO. ARGENTVM BALNEARE, vt §. vxori ead. L. SEMPRONIÆ DOMINÆ MEÆ HOC AMPLIVS ARGENTVM BALNEARE.

VASCVLA quoque ARGENTEA legabant, L. cùm aurum, §. planè, D. eo. & POCVLA AVREA, L. ſeruũ filij, §. ſi pocula, L. ſi domus, §. cùm alicui, D. de legat. I. Scæuola in L. Seiæ, D. de auro argen. SEIÆ DVLCISSIMÆ POCVLVM AVREVM QVOD ELEGERIT, FIDEI HEREDVM COMMITTO, VT DARENT. Et, alterius quoque materiæ pocula legabant, vt in L. qui quattuor in prin. D. de legat. II. POCVLA OLEAGINEA PARIA DVO, vel BINA PARIA, vel, POCVLORVM PARIA DVO. Sed & LANCEM generaliter legabant, L. legato generaliter, §. vlt. D. de legat. I. Scæuola in L. vlt. D. de optio. leg. *Maritus vxori ſuæ codicillis per fideicommiſſum dedit prædia. Item* LANCES QVAS ELEGERIT QVATTVOR. Labeo in L. qui lancem, D. de auro argen. *Qui lancem maximam, minorem, minimam relinquebat, ita legauerat*, LANCEM MINOREM ILLI LEGO. Vlpian. in L. cùm aurum, §. planè, D. de auro argen. *Si cui* LANCES QVADRATÆ *ſint legatæ*. Papinian. in L. ſed ſi certos, D. de legat. I. *Si* CERTAM LANCEM *legauit*. Scæuola in L. his verbis, §. paterfa. D. de legat. III. *Paterfa. ita legauit*, LANCES NVMERO DVAS, LEVES, QVAS DE SIGILLARIBVS EMI, DARI VOLO.

Veſtem etiam legabant, Rubr. de auro argen. VESTIS autem an VESTIMENTA legarentur, nihil referebat, L. veſtis, D. de auro argen. nec inter hunc ſermonẽ, VESTEM VIRILEM, & hunc, VESTIMENTA VIRILIA quidquam intererat, L. inter, D. eod. tit. & interdum, VESTEM OMNEM legabant, L. pediculis, §. Labeo, D. eod. Interdũ certas veſtes, L. vxori, §. vlt. D. eod. Veſtimenta autẽ aut VIRILIA, aut, PVERILIA, aut MVLIEBRIA, aut COMMVNIA, aut FAMILIARICA legabantur, L. veſtis, §. veſtimenta, D. eo. Vlpian. in L. argumento, §. muliebri, D. eo. MVLIEBRI VESTE LEGATA. Quandoque etiam alij VESTIMENTA, alij VESTEM MVLIEBREM, ſeparatim legabant, L. I. D. eo. Item Veſtis legato nonnumquam addebant, verbũ, MEAM, L. ſi ita, D. eo. vel SVAM, L. argumẽto, §. ſi quis, D. eo. Paul. in L. Plautius, D. eo. *Mulier ita legauit*, QVISQVIS MIHI HERES ERIT, TITIÆ VESTEM MEAM DAMNAS ESTO DARE. Pompon. in L. nuper conſtitutum, D. de legat. III. VESTEM QVÆ MEA ERIT. Patremfa. etiam, vxori VESTIMENTVM QVOD EIVS CAVSA EMPTVM PARATVMVE ESSET, LEGASSE, refert Pomponius in L. Quintus, D. eo. Interdum & certa veſtis demonſtrabatur, vt VESTEM ILLAM PVRPVREAM, & adiiciebatur, QVÆ EIVS CAVSA EMPTA, PARATAVE ESSET, d. L. Quintus. Veſtis enim legato ſæpe additum, QVÆ VSVS SVI CAVSA PARATA ESSET, oſtendit Alfenus in L. cum in Teſtamẽto,

to, D. de auro argen. Scæuola in L. qui vxori, §. vlt. D. eo. *Mulier Teſtamento, & poſtea codicillis, multas* SPECIES VESTIS, ARGENTI, QVAS VEL IPSA SE CONFECISSE, VEL HABERE SIGNIFICAVIT, *ſpecialiter per fideicommiſſum reliquit.* Labeo in L. apud Aufidium, D. de optio. leg. *Cùm ita legatum eſt*, VESTIMENTA QVÆ VOLET TRICLINARIA SVMITO. Scæuola in L. Titia, §. I. D. de auro argen. SEMPRONIÆ PIÆ HOC AMPLIVS COPERTORIA TABIANA, ET TVNICAS TRES, CVM PALLIOLIS QVÆ ELEGERIT, DARI VOLO.

ORNAMENTA etiam interdũ legabãt, L. vxori, D. de auro arg. African. in L. apud, D. eod. *Cui mulier ita legauerit*, ORNAMENTA QVÆ MEA CAVSA PARATA SVNT, ERVNTVE. Ornamentis verò quandoque Muliebrium epithetum addebatur, L. argumento, §. ornamenta, D. eo. Paulus in L. pediculis, §. idem cum, D. eo. *Cùm quæreretur de tali legato*, HOC AMPLIVS, FILIA MEA DVLCISSIMA, E MEDIO SVMITO, TIBIQVE HABETO ORNAMENTVM OMNE MEVM MVLIEBRE, CVM AVRO, ET SI QVA ALIA MVLIEBRIA APPARVERIT. Et §. Labeo ead. L. *Teſtamẽto ſuo Neratus vxori nominatim legauit* VESTEM, MVNDVM MVLIEBREM OMNEM, ORNAMENTAQVE MVLIEBRIA OMNIA & cet. Idẽ in L. Plautius, D. eo. QVISQVIS MIHI HERES ERIT TITIÆ MVNDVM, ORNAMENTAQVE MVLIEBRIA DAMNAS ESTO DARE. Sed & in L. ſi quis ita, D. eo. virũ vxori ita legaſſe proponit, VXORI MEÆ MVNDVM, ORNAMENTA, SEV QVÆ EIVS CAVSA PARAVI, DO LEGO. Proponitur & in L. pediculis, §. vlt. D. eo. quædã legaſſe ORNAMENTVM MAMILLARVM EX CYLINDRIS TRIGINTA QVATTVOR, ET TYMPANIS MARGARITIS TRIGINTA QVATTVOR. Scæuola in L. vlt. D. eo. *Mulier decedens Ornamẽta legauerat ita*, SEIÆ AMICÆ MEÆ ORNAMENTA VNIVERSA DARI VOLO. Idem in L. filiã, D. eo. matrem de ornamentis hæc Teſtamẽto cauiſſe refert. QVISQVIS MIHI HERES ERIT, FIDEI EIVS COMMITTO, VTI ORNAMENTA MEA OMNIA, AVRVM, ARGENTVM, VESTIMENTA QVIBVS EGO VSA SVM, NE VENEANT, ET FILIÆ MEÆ RESERVENTVR. MVNDVM quoque legabant, vel MVNDVM MVLIEBREM OMNEM, L. pediculis, §. Labeo & §. Titia, & L. ſi vxori, D. de auro arg. Scæuola in L. vxori, D. eod. *Vxori quis legauit his verbis*, MVNDVM MVLIEBREM OMNEM, ORNAMENTA; ET QVIDQVID VIVVS DEDI, DONAVI, EIVS CAVSA COMPARAVI, CONFECI: ID OMNE DARI VOLO.

Quinetiã GEMMÆ legabantur: quarũ duas ſpecies in libris noſtris inuenio. Nã vel RVDES erant, L. argumẽto, §. vlt. D. de auro arg. vel anulis includebãtur, L. cùm aurum, D. eo. vel alias auro argẽtóve, ſiue vt habiliter geri poſſent, ſeu emblematis loco, includebãtur, L. gẽma, D. ad exhib. L. cũ aurũ, §. peruenìamus, L. ſi vt habiliter, D. de auro arg. Vlpian. in L. ſi gẽma, D. eo. *Si* GEMMA EX ANVLO *legetur*. Gẽmas certè & in Aureis & in Argenteis vaſis fuiſſe, teſtatur, L. Quintus, §. vlt. D. eod. Procul. in L. ſi quis, D. eo. *Si quis legauerit* AVRVM, GEMMAS, MARGARITAS QVÆ IN EO AVRO ESSENT. Nec minus MARGARITA legabãt, ſeu LINEAM MARGARITORVM. Scæuola in L. lineã, D. ad L. falcid. LINEAM MARGARITORVM TRIGINTA QVINQVE *legauit*. Idẽ in L. vlt. §. vlt. D. de auro arg. refert Teſtatricẽ iuſſiſſe inferre tumulo, LINEAS DVAS EX MARGARITIS, ET VIRIOLAS EX SMARAGDIS. Paulus in L. pediculis, §. vlt. D. eo. INAVRES IN QVIBVS DVÆ MARGARITÆ ELENCHI, ET SMARAGDI DVO, legatas refert. Sed & qui Margarita Titio pignori dederat, ita cauiſſe dicitur in L. ſi ſeruus, §. qui Margarita, D. de leg. I. TITI TE ROGO, FIDEIQVE TVÆ COMMITTO, VTI MARGARITA QVÆ TIBI PIGNORI DEDI, VENDAS: ET DEDVCTO OMNI DEBITO TVO, QVOD AMPLIVS ERIT, ID OMNE FILIÆ MEÆ RESTITVAS. Marcellus etiã in L. Seia, D. eo. Seiã narrat ab herede legaſſe Antoniæ VNIONEM CVM HYACINTHIS.

ANVLOS quoq; legatos legimus, L. argẽto, D. de leg. III. & DACTYLIOTHECAM. Et ita in L. librorũ, §. vlt. D. de leg. III. proponitur quis legaſſe, DACTYLIOTHECAM MEAM, ET SI QVOS PRÆTEREA ANVLOS HABEO. Aliâs: LANAM, LINVM, PVRPVRAM, VERSICOLORIA legabant, L. ſi cui lana in princ. §. linum, §. verſicoloribus, L. lana, & L. quæſitum, §. coccum, D. de legat. III. L. pediculis, §. Labeo, D. de auro argen. L. ſeruum filij, §. ſi pocula, D. de legat. I. L. filios, D. de vſu & vſufr. legat. Cuiuſmodi legatis addebantur & verba hæc, FACTA INFECTAQVE OMNIA, d. §. linum, & §. Labeo. Alfen. in L. cùm quæreretur, §. lana, D. de legat. III. LANA, LINO, PVRPVRA, *vxori legatis*, QVÆ EIVS CAVSA PARATA ESSENT.

SVPPELLEX etiã legabatur. Idque vel principaliter, Rubr. de ſuppellect. leg. & L. ſi quis in fundi, D. de leg. I. Paul. lib. III. Sent. Tit. VI. vel acceſſionis loco, puta, CVM FVNDO, L.

quæſitũ,§.ſi quis fundũ,D. de inſtr.vel inſtr.aut CVM DOMO, d.L. quæſitũ,§.idẽ reſpondit,& L.cum quidã,D.de ſupell.leg. Poſt legatã autẽ ſuppellectilẽ, quãdoque ſpecies ex abundãti per imperitiam enumerabantur,quæ res legato generali non derogabat: Quãdoque vero ſpecies certi numeri demõſtrabantur, modúſque generi datus in his ſpeciebus intelligebatur, l. legata ſuppellectili, D.de ſuppell.leg.

VASA etiam ſiue ARGENTEA, ſiue ELECTRINA legabantur; L.pediculis,§. Neratius, D.de auro argen. Paulus lib.III.Sent.Tit.VI. Quãdoque verò MOBILIA generaliter legabãtur. Celſus in L.ſi chorus,§.1.D.eo. *his verbis*, QVÆ IBI MOBILIA MEA ERVNT, DO, LEGO. Modeſtin.in L.omnia,§.cũ ita, D.de leg. II. *Cùm ita legatũ eſt*, QVIDQVID IN HORREO MEO ERIT. Iauolen.in L.cui quæ Romæ,D.de legat.III. *Cui* QVÆ ROMÆ ESSENT, *legata ſunt*. INSTRVMENTA etiã artis cuiuſque legabantur: nã & MEDICI, & PICTORIS, & PISTORIS,& LANIONIS INSTRVMENTVM, legatũ legimus. Item INSTRVMENTVM PISCATORIVM, INSTRVMENTVM BALNEATORIVM & INSTRVMENTVM CAVPONIVM, legatũ lector inueniet in L. item pictoris cum ſuis §§. & L.cum de lanionis in prin. & S. in inſtrumento, D. de inſtruc. vel inſtr. & apud Paul. lib. III. Sent. Tit. VI. Aliâs INSTRVMENTVM FVNDI generaliter legabatur, L.fundi in prin. D.de inſtr. vel inſtr. & INSTRVMENTVM OMNE EXCEPTO PECORE, d. L.fundi, §.vlt. D. de inſtruc. vel inſtr. Aliâs VILLÆ, item VINEÆ INSTRVMENTVM, L. villæ, S.1. D.de inſtr.vel inſtr. STATVA quoque legabatur, L.ſi ſtatuã,D.de auro argen. dummodo non inhæreret parietibus, L.cetera,§.itẽ hoc prohibetur,D.de leg.I. ET IMAGO, L.ſi imaginẽ,D.de auro arg. necnon TABVLA quæ adfixa & parietibus adiuncta non eſſet, d. L. cetera, §. item hoc prohibetur. Sic PARRHASII TABVLAM, in qua Meleagro Atalãta ore morigerabatur, Tiberio legatã, ſub cõdicione, VT SI ARGVMENTO OFFENDERETVR, DECIES PRO EA SESTERTIVM ACCIPERET, Sueton. in eius vita cap.XLIII. narrat.

NOMEN etiam quandoq; legabatur, L. ſeruum filij, §.cum qui, D. de legat.I L. qui Chirographum, D.de legat.III. L. ex nominis, C. de legat. Scæuola in L.nomen, D.de legat.III. *Nomen debitoris in hæc verba legauit*, TITIO HOC AMPLIVS DARI VOLO DECEM AVREOS, QVOS MIHI HEREDES GAII SEII DEBENT, ADVERSVS QVOS EI ACTIONEM MANDARI VOLO, EISQVE EORVMDEM PIGNORA TRADI. Et §.1. eadem L. TITIO FILIO MEO NOMINA EX CALENDARIO, QVÆ ELEGERIT FILIVS MEVS SIBI, VIGINTI DARE DAMNAS SVNTO SINE DOLO MALO. Papinian. in L.cum filius,§.heres, D. de leg.II. HERES MEVS TITIO DATO QVOD EX TESTAMENTO SEMPRONII DEBETVR MIHI. Iulian. in L.legatum ita, D.de legat.I. *Legatum ita erat*, QVÆ LVCIVS TITIVS MIHI DEBET, EA HERES MEVS CORNELIO DARE DAMNAS ESTO. Vlpian. in L.ſi ſic,§.1. D. de legat.I. DECEM QVÆ MIHI TITIVS DEBET LEGO. Papinian. in L.cum illud, §.1.D. quando dies leg. HERES MEVS TITIO DATO, QVOD MIHI SEIVS DEBET. Proculus in L.ſi ſcripſiſſet, D.de leg.II. *Si ſcripſiſſet qui legabat*, QVIDQVID MIHI LVCIVM TITIVM DARE FACERE OPORTET, SEMPRONIO LEGO. Vlpian. in L.in condicionibus, §.1.D. de cõdic. & demonſtr. QVIDQVID MIHI EPHESI OPORTET DARI, HOC DO LEGO. Sed & qui duos reos eiuſdẽ pecuniæ habebat Titiũ atque Mæuiũ ita legaſſe proponitur: QVOD MIHI TITIVS, MÆVIO HERES MEVS DATO: QVOD MÆVIVS DEBET, SEIO DATO. Iulian. in L. non quocũque, §. qui Gaium, D. de leg.I. *Qui Gaium & Luciũ eiuſdem pecuniæ reos habebat, ſi ita legauerit*, QVOD MIHI GAIVS DEBET, ID HERES MEVS SEMPRONIO DAMNAS ESTO DARE: QVOD MIHI LVCIVS DEBET, ID HERES MEVS MÆVIO DAMNAS ESTO DARE. Aliâs CHIROGRAPHVM legabant, L. ſeruũ filij, S.cũ qui, D.de leg. I. L. qui Chirographũ, D.de leg.III. Scæuola in L.Lucius Titius,§.ciuibus, D. eo. CIVIBVS MEIS DO LEGO CHIROGRAPHVM GAII SEII. MILITIA etiã legabatur, L.fideicõmiſſa, S.ſi ſeruo, L. his verbis,§.vlt. D.de leg.III. Celſus in L.Lucius, D.de leg.II. *Lucius Titius in Teſtamẽto ſuo P. Mæuio* MILITIAM *reliquit*, SIVE PECVNIAM EIVS, QVÆCVMQVE REDIGI EX VENDITIONE EIVS POTVERIT, CVM SVIS COMMODIS. Scæuola in L.his verbis, S.Alumno, D. de legat.III. *Alumno* MILITIAM PRÆCEPIT, *his verbis*. SEMPRONIO ALVMNO MEO ILLVD ET ILLVD. ET CVM PER ÆTATEM LICEBIT, MILITIAM ILLAM CVM INTROITV COMPARARI VOLO. HVIC QVOQVE OMNIA INTEGRA.

Peruenįamus

Perueniamus & ad alias Legatorũ ſpecies. DVLCIA quandoq; legabãtur, L. vlt §. vlt. D. de vino trit. Paulus lib. III. Sentent. Tit. VI. FRVGES etiam legabantur, teſte eodem Paulo ibidem. FRVMENTVM autem nonnumquam legabatur cum hac adiectione, EX ILLO HORREO, L. cum res, §. ſed ſi petatur, D. de legat. I. Legabatur & TRITICI certa quantitas: vt in L. quidam, §. vlt. D. de vino trit. LVCIO TITIO TRITICI MODIOS CENTVM, QVI SINGVLI PONDO CENTVM PENDEANT, HERES DATO. Sed & Paulus in L. Titia, D. de legat. II. refert Titiam Seio TESSERAM FRVMENTARIAM COMPARARI iuſſiſſe, POST DIEM TRIGESIMVM A MORTE IPSIVS.

VINA quoque legabantur: Proculus in L. cui vinum, D. de trit. vino & ol. *Cui* VINVM *heres* DARE *damnatus eſt*. Interdum autem ita legabant, VINA MEA, L. nuper, D. de legat. III. Nonnumquam verò VINVM IN AMPHORIS, legabatur. Scæuola in L. vlt. D. de trit. vi. & ol. *Qui vinum Surrentinum in vrnalibus habebat diffuſum, is tibi* VINVM *legauerat* IN AMPHORIS. Et §. vlt. ead. L. *Quod ſi ita legaſſet*, VINVM AMPHORARIVM, AMINÆVM, GRÆCVM, ET DVLCIA OMNIA. Aliâs verò non AMPHORARIVM VINVM, ſed DOLIARE legabatur, hoc modo: VINVM QVOD IN ILLIS DOLIIS HABEO, L. in ratione, §. certis, D. ad L. falcid. VINVM QVOD IN DOLIIS ESSET, L. ſi heres, D. de trit. vi. & ol. VINVM QVOD IN APOTHECIS, L. talis ſcriptura, §. vlt. D. de legat. I. VINVM EX APOTHECA ILLA, L. cum res, §. I. D. eo. Paulus in L. ſi quis ita, D. de auro argen. eiuſmodi legatum refert, TITIO VINA QVÆ IN VRBE HABEO, SEV IN PORTV, DO, LEGO. Scæuola in L. cum quis, §. Seiam, D. de legat. III. MÆVIO LIBERTO MEO, DE ME NIHIL MERITO, DARI VOLO LAGYNOS VINI VETVSTI CENTVM QVINQVAGINTA. CENTVM etiam AMPHORARVM VINI ELECTIONEM datam proponit Vlpian. in L. II. §. vlt. D. de optio. leg.

Interdum verò legabatur VINVM EX CERTO FVNDO. Vlpian. in L. cum certus, D. de trit. vino & ol. *Cum* CERTVS NVMERVS AMPHORARVM VINI *legatus eſſet*, EX EO QVOD IN FVNDO SEMPRONIANO NATVM ESSET. Idem in L. ex eo, D. eo. EX EO VIVO QVOD IN ILLO FVNDO NASCETVR, HERES MEVS AMPHORAS DECEM, QVOTANNIS IN ANNOS SINGVLOS, DATO. Pompon. in L. quod in rerum, D. de legat. I. EX VINO QVOD IN FVNDO MEO NATVM ERIT, TANTVM DATO. Labeo in L. legatum ita, D. de ann. leg. VINI FALERNI QVOD DOMI NASCERETVR, QVOTANNIS IN ANNOS SINGVLOS, BINOS CVLEOS HERES MEVS ATTIO DATO. Similitérque interdum & fructus futuros legabant, veluti, FRVCTVS QVI IN ILLO FVNDO NASCENTVR, L. cùm illud, §. vlt. D. quan. dies leg. Proponitur & in L. qui quattuor, §. I. D. de legat. III. is qui hortos publicos à Repub. conductos habebat, eorum HORTORVM FRVCTVS VSQVE AD LVSTRVM quo conducti eſſent, Aufidio legaſſe.

PENVS quoque legabatur, L. cũ quæreretur, §. lana, D. de leg. III. L. III. D. de penu leg. Et interdũ PENVS OMNIS legabatur. Scæuola in L. vlt. D. eo. PENVM MEAM OMNEM AD MATREM LIBEROSQVE MEOS, QVI CVM MATRE SVNT, PERTINERE VOLO. Nonnumquã etiam PENVS CERTA CVM CERTIS VASIS legabatur, L. II. D. eo. Paul. in L. nã quod, D. eo. *Sed & ſi* PENVM CVM VASIS *ſpecialiter ſit legatum*. Quandoque etiã PENVS ESCVLENTA, quandoque POCVLENTA legabatur, L. qui penum, §. planè & §. poculenta, D. eo. Aliâs VRBANA PENVS legabatur, L. quemadmodum, D. de ſupell. legat. Paulus in L. nam quod, §. ſi ita, D. de penu lega. *Si ita legetur*, PENVM QVÆ ROMÆ SIT. Aliâs PENVS aliqua ſpecie excepta legabatur, vt in d. L. nam quod §. vlt. *Si cui* PENVS *legata ſit* PRÆTER VINVM. Et mox: *Sed ſi ita ſcriptum ſit*. OMNEM PENVM PRÆTER VINVM QVOD ROMÆ ERIT. Interdum autem PENVS ſemel legabatur, interdum per ſingulos annos, L. I. D. eo.

Interdum & EA QVÆ IN PROMPTVARIO ERANT, legabantur, L. nam quod, §. I. D. de penu leg. Penoris autem legato plerumque pœna adiiciebatur, L. I. D. de penu leg. Iulianus in L. cum ſine, D. quando dies leg. *Cùm ſine præfinitione temporis*

legatum ita datum fuerit, VXORI MEÆ PENVM HERES DATO: SI NON DEDERIT, CENTVM DATO. Et paullo pòſt: *Quòd ſi ita ſcriptum ſit*, SI PENVM INTRA KALENDAS NON DEDERIS, CENTVM DATO. Paulus in L. ſi penum, D. eo. *Si* PENVM *heres* DARE *damnatus ſit, vel* FVNDVM, ET SI NON DEDISSET, DECEM. Et paucis interiectis, *cùm dicit*, SI NON DEDERIT, CENTVM DATO Et in fi. *Planè ſi ſic legatum ſit*, SI PENVM NON DEDERIT, DECEM DATO.

LIGNA etiam legabantur, vel ſimpliciter, vel hoc addito, LIGNA QVÆ IN FVNDO SVNT, L. ligni, D. de legat. III. Aliâs legabatur OMNIS MATERIA, L. Seruus, D. eo. Item CHARTÆ legabantur, L. chartis legatis, D. de legat. III. Vlpian. in L. librorum, § quod tamen, D. eo. *Si quis fortè chartas ſic reliquerit*, CHARTAS MEAS VNIVERSAS. Et mox: *Si quis* CHARTAS LEGAVERIT PVRAS. Quin & LIBRI legabantur, & CENTVM LIBRI, & HOMERI CORPVS, L. librorum D. de legat. III.

Interdum oues legabantur, L. legatis, §. vlt. D. de legat. III. Interdum AGNI, L. cùm quæreretur, D. eo. Nonnumquam & PECVDES, L. ſeruis, §. pecudibus, D. eo. Aliâs GREX legabatur, L. grege, & L. ſi grege, D. de legat. I. Et OVIVM GREX, d. L. ſeruis, §. pecudibus, D. de legat. III. & apud Paulum lib. III. Sentent. Tit. VI. Item ARMENTVM, d. L. ſeruis, §. armento. Sic & IVMENTA legabantur, L. legatis, §. iumentis, D. eo. Et muli. Iulian. in L. qui duos, D. eo. MVLOS DVOS, QVI MEI ERVNT CVM MORIAR, SEIO HERES DATO. Etiam generaliter QVADRIGA etiam legabatur, L. peculium, D. de legat. II. & CARRVCA CVM IVNCTVRA, vt teſtatur Paulus lib. III. Sentent. Tit. VI.

Serui etiam crebro legabantur, & interdum HOMO GENERALITER legabatur, L. legato generaliter, & L. huiuſmodi, §. ſi cui homo, D. de legat. I. L. II. L. ſi Pamphilo, L. ſeruo & L. homine, D. de optio. leg. Et ita INCERTVS HOMO LEGATVS dicebatur, L. cùm incertus, D. de legat. I.

Aliâs SERVI ELECTIO legabatur, L. I. D. de optio. leg. L. ſerui electione, D. de legat. I. vel, SERVI OPTIO legatario dabatur, L. II. D. de optio. leg. Vlpian. in L. his conſequenter, D. famil erciſc. *Si ex pluribus heredibus vni ſeruus ſit* PER OPTIONEM *legatus*. Pompon. in L. mancipiorum, D. de optio. leg. MANCIPIORVM ELECTIO LEGATA EST. Paulus in L. ſi optio, D. eo. *Si* OPTIO SERVI *data mihi fuerit*. Iauolen. in L. ſi cùm optio, D. eo. *Si cum* OPTIO SERVI EX VNIVERSA FAMILIA *legata eſſet*. Interdum verò SERVI ELECTIO vni, & alij RELIQVI SERVI legabantur, L. ſi tibi, D. eo. Interdũ etiam DVORVM SERVORVM OPTIO Titio dabatur, RELIQVI Mæuio legabatur, L. cùm optio, D. eo. Proponitur & in L. qui duos, D. de legat. I. is qui duos ſeruos habebat, VNVM EX HIS legaſſe. Aliũ verò damnaſſe heredem, SERVOS QVOS GADIBVS HABERET, DARE, Pompon. refert in L. ſi mihi, §. I. D. eo. Idem in L. ſi ex toto, §. vlt. D. eod. *Si ita legatum ſit*, LECTICIARIOS OCTO, AVT PRO HIS IN HOMINES SINGVLOS CERTAM PECVNIAM, VTRVM LEGATARIVS VOLET.

Plerumque verò CERTOS homines legabãt, L. ex parte, §. duos, D. famil. erciſc. Idque, vel nominibus expreſſis, hoc modo, STICHVM, PAMPHILVM, EROTEM, DAMAM, DO, LEGO, vel, HERES MEVS DATO, vel DAMNAS ESTO DARE, L. ſi fundũ, L. ſtatuliberum, §. Stichum, D. de legat. I. L. ſtatuliberũ, §. Stichũ, D. de legat. II. SCORPVM SERVVM MEVM SEMPRONIÆ CONCVBINÆ MEÆ SERVIRE VOLO, L. vxori, § . vlt. D. de vſu & vſufr. leg. vel artificij, officij, negotij, miniſterijve quod exercebant, nomine, Serui deſignabantur, verbi gratia, COQVS, DISPENSATOR, ACTOR, VILLICVS, SERVI AMANVENSES, VENATORES, AVCVPES, vt Paul. lib. III. Sentent. Tit. VI. docet: SERVI NEGOTIATORES, LECTICARII, L. Si ex toto, §. ſi ita, D. de legat. I. L. ſeruis vrbanis in prin. & §. ſeruis lecticariis, D. de legat. III. SERVI TEXTORES, L. textoribus, & L. legatis, §. ſi vnus, D. de legat. III. PEDISEQVI, L. peculium, D. de legat. II. Interdum TEXTORES OMNES, VERNÆ OMNES, & IVVENES OMNES legabãtur.

Pompon.

Pompon. in L. Titiæ, D. de legat. I. TITIÆ TEXTORES MEOS OMNES, PRÆTERQVAM QVOS HOC TESTAMENTO ALII LEGAVI, LEGO. PLOTIÆ VERNAS MEOS OMNES, PRÆTERQVAM QVOS ALII LEGAVI, LEGO. Marcell. in L. non aliter, §. I. D. de legat. III. PVBLIO MÆVIO OMNES IVVENES QVOS IN MINISTERIO HABEO DARI VOLO. Serui etiam QVI IN FVNDO MORARENTVR, legabantur, L. quæſitum, §. Celſus, D. de inſtruc. vel inſtr.

Addebatur & nonnumquam Seruorum legatis, demonſtratio. Gaius in L. demonſtratio, D. de condic. & demonſtr. STICHVM SERVVM QVEM DE TITIO EMI. STICHVM QVEM EX VENDITIONE TITII EMI. Pōpon. in L. Quintus, D. de auro argen. Nonnūquam cum hac demōſtratione ſerui legabantur, QVI MEI ERVNT CVM MORIAR, L. II. D. de condic. inſtit. Iulianus in L. Stichū, D. de legat. I. STICHVM QVI MEVS ERIT CVM MORIAR, HERES MEVS DATO. Paul. in L. Serui electione, §. I. D. eo. *Cùm certa res, aut perſona legatur ita*, QVI MEVS ERIT CVM MORIAR, HERES DATO. Alfen. in L. textoribus, D. de legat. III. TEXTORIBVS OMNIBVS, QVI SVI ESSENT CVM MORERETVR, *legatis*. Vlpian. L. teſtatorē, §. ſeruos, D. eo. *Seruos cōmunes à Seia ita relictos*, SI MEI ERVNT CVM MORIAR. Pompon. in L. nuper, D. eo. *Sed &* STICHVM, QVI MEVS ERIT. Vlpian. in L. cum ſuæ, D. eod. *Cùm* SVÆ ANCILLÆ, SIVE SERVI *in Teſtamento ſcribuntur*. Et L. ſi quis ſuos, D. eo. *Si quis* SVOS SERVOS *legauit, communes quoque continentur.*

Quandoque autem ſerui generaliter legabantur, vt in L. Seruis legatis, D. de legat. III. African. in L. ſi heres ex. D. de legat. I. *Si heres generaliter* SERVVM QVEM IPSE VOLVERIT, *dare iuſſus*. Gaius in L. ſi ita legatum, D. eo. *Si ita legatum ſit*, SEIO SERVOS DECEM DO, PRÆTER EOS DECEM QVOS TITIO LEGAVI. Interdum SERVI VRBANI, ANCILLÆ VRBANÆ, legabantur, L. ſeruis vrbanis & L. cum quæreretur, §. I. D. de legat. III. Quandoque Serui cum vniuerſa familia legabātur, ſeu Ruſtica ſeu Vrbana, L. peculium, D. de legat. II. Interdum CHORVS, aut FAMILIA legabatur, L. ſi chorus, D. de legat. III.

Actores porrò ſerui ita plerumque legabantur, vt prius heredi rationes redderent. Scæuola in L. Sticho libertas, § Titius Teſtamento, D. de ſtatulibet. *Titius Teſtamento ſeruos Actores ſingulos diuerſis perſonis legauit, cum adiectione*, SI RATIONES HEREDI REDDIDERINT. *Deinde proprio capite ita ſcripſit*. OMNES ACTORES, QVOS LEGAVI, VEL MANVMISERO, INTRA QVARTVM MENSEM MORTIS MEÆ RATIONES REDDERE VOLO: ET DOMINIS QVIBVS A ME LEGATI SINT, REDDI. Sed & hoc non addito, ſi ſimpliciter ſeruus Actor fuiſſet legatus, non alias eum tradendum, quàm rationes reddidiſſet, Vlpian. ſcribit in L. Pomponius, D. famil. erciſc.

Interdum & ſeruorum quos legabant, æſtimationem faciebant, vt in L. ſi fundum, §. ſi libertus, D. de legat. I. QVISQVIS MIHI ALIVS EX SVPRASCRIPTIS CVM PATRONO MEO HERES ERIT, SERVOS ILLVM ET ILLVM TITIO LEGO, QVOS ÆSTIMO SINGVLOS VICENIS AVREIS. Ancillæ etiam ſæpenumero legabātur, & quidē artificij officiíve ſui nomine, vt ORNATRICES, PEDISEQVÆ, L. legatis, §. ſi vnus, & §. ornatricibus, D. de leg. III. Nonnūquā verò, Ancilla cū LIBERIS, ſeu CVM NATIS SVIS legabatur, L. ſi ancilla, D. de legat. I. & L. III. D. de pecul. leg. Sed & interdum ANCILLÆ OMNES, ET QVOD EX HIS NATVM ESSET, legabantur, L. ſi ancillas, D. de legat. I. Papinian. in L. ſi quod, D. de legat. II. SI QVOD EX PAMPHILA NASCETVR, *legatum mihi fuerit*. Iulian. in L. cùm ita, D. quando dies leg. *Cùm ita legatum eſt*, STICHVM, VEL QVOD EX PAMPHILA NATVM ERIT, HERES MEVS DATO. Papinian. in L. cùm illud, §. vlt. D. eo. *Vel ſi legaſſet*, QVOD EX ARETHVSA NATVM ERIT. Pompon. in L. quod in rerum, D. de legat. I. *Quod in rerum natura adhuc non ſit, legari poſſe, veluti* QVIDQVID ILLA ANCILLA PEPERISSET, *conſtitit*. Idem in L. I. §. vlt. D. de condic. & dem. *Veluti cum ita legamus*, QVOD EX ARETHVSA NATVM FVERIT, HERES DATO. Tryphonin. in L. in bello, §. vlt. D. de capt. & poſtlim. SI NATVM EX PAMPHILA *legatum tibi fuerit*. Sed ad Fundorum, Prædiorum, Ædium & rerum ſoli legata tranſeamus.

Fundi cùm legabantur, nominibus propriis deſignabantur. Vlpian. in L. ſi quis, D. de legat. I. *Si quis in fundi vocabulo errauit*, & CORNELIANVM *pro* SEMPRONIANO *nominauit*. Idē in L. planè, §. vlt. D. eo. *Si ita Titio legetur*, FVNDVM SEIANVM, VEL VSVMFRVCTVM EIVS SIBI HABETO. Marcellus in L. Lucio, D. de legat. II. LVCIO TITIO FVNDVM SEIANVM, vel VSVMFRVCTVM FVNDI SEIANI LEGO. Fundorũ autē qui legabantur hæc nomina in libris noſtris memorantur. CORNELIANVS, d. L. ſi quis in fundi. & L. ſi quis legauerit, D. de legat. I. L. pater, §. I. D. de legat. III. L. ex facto, D. de hered. inſtit. SEMPRONIANVS, d. L. ſi quis in fundi, L. quæſitum, §. I. D. de legat. III. SEIANVS, d. L. planè, §. vlt. & d. L. Lucio, L. Gaius Seius, §. Titius, D. de legat. II. TITIANVS, L. quod in rerũ, §. ſi quis, D. de legat. I. & L. pater, §. fundum à filio, D. de legat. III. L. I §. ſi quis vxori, D. dote prælegat. L. prædia, §. liberto, L. Seiæ, §. pamphilæ, D. de inſtr. vel inſtr. CAPANIANVS, L. quæſitum, §. peto, D. de legat. III. TREBATIANVS, L. patronus, §. libertis, D. de legat. III. ÆBVTIANVS, L. fundi, D. de annu. leg. NONIANVS ET CASSIANVS, L. prædia, §. vlt. D. de inſtr. & inſtr. GARGILIANVS, L. vxorem, §. feliciſſimo, D. de legat. III. SOSIANVS, L. libertis, D. de condic. & dem. L. GRÆCIANVS, L. Seiæ, §. Tyrannæ, de inſtr. vel inſtr. IVLIANVS, L. pater, §. vlt. D. de legat. III. FORTIDIANVS, L. ſi fortidianum, C. de legat.

SANE patrisfam. deſtinatione, fundorum nomina, non natura, conſtituta Pompon. ſcribit in L. quod in rerum, §. ſi quis poſt, D. de legat. I. Proponitur verò in L. Gaius Seius, §. Titius, D. de legat. II. Titius fundum Seianum legaſſe, quem ipſe paterfa. quoad viueret, vno quidem nomine vniuerſum habuerat. Sed quô facilius conductorem inueniret, per duas partes locabat: ita vt ex qualitate loci ſuperiorem partem, SEIANVM SVPERIOREM, inferiorem autem partem, INFERIOREM SEIANVM appellaret.

Fundos etiam confinibus, vel regionibus in quibus ſiti erant, demonſtrabant, vt in L. patronus, §. libertis, D. de legat. III. *Libertis quos nominauerat, ita legauit*: FVNDVM TREBATIANVM, QVI EST IN REGIONE ATTELIATA. ITEM FVNDVM SATRIANVM, QVI EST IN REGIONE NIPHANA, CVM TABERNA DARI VOLO:

Interdum aliam demonſtrationem addebant, veluti, FVNDVM TVSCVLANVM, QVI MIHI A SEIO DONATVS EST, L. demonſtratio falſa, D. de condic. & demonſtr. L. Modeſtinus in L. Gaius, D. de pignerat. actio. *Cùm creditor ſuprema ſua ordinaret, Teſtamento cauit*, VT ALTER EX FILIIS SVIS HABERET EVM FVNDVM: *& addidit*, QVEM DE LVCIO TITIO EMI. Iauolen. in L. quibus diebus, §. qui dotalem, D. de condic. & dem. FVNDVM CORNELIANVM QVEM ILLA MIHI DOTI DEDIT, ILLI HERES DATO.

Fundus autem legari ſolebat ſæpenumero, cum hac adiectione, VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE EST. Paul. in L. cùm de lanionis, §. item cum fundus, D. de inſtruc. vel inſtr. *Mæuio fundus ita legatus eſt*, MÆVIO FVNDVM SEIANVM, ITA VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE EST, CVM OMNI INSTRVMENTO RVSTICO ET VRBANO, ET MANCIPIIS QVÆ IBI SVNT. Idem in L. fundo legato, D. eod. *Fundo legato*, VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE EST. Et in L. non tantùm, D. de verb. ſignif. *Non tantùm in traditionibus, ſed & in emptionibus, & ſtipulationibus, & Teſtamentis adiectio hæc*, VTI OPTIMVS, MAXIMVSQVE EST, Sed & lib. III. Sentent. Tit. VI. *Fundo*, ait, *legato*, VTI OPTIMVS, MAXIMVSQVE EST. Gaius in L. ſeruo legato, §. ſi teſtator, D. de leg. I. *Quod ſi ita fundus legatus ſit*, VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE. Scæuola in L. Lucius Titius, §. collegio, D. de legat. III. *Collegio fabrorum*, FVNDVM CVM SILVIS QVÆ EI CEDERE SOLENT: VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE ESSET, *legauit*.

Aliquando vero legabatur fundus, VTI INSTRVCTVS ERAT, L. I. & L. III. D. de inſtruc. Vlpian. in L. quæſitum, §. ſed ſi fundus, D. eod. *Sed ſi fundus non ſit*, CVM INSTRVMENTO LEGATVS, *ſed*, ITA VT INSTRVCTVS SIT. Et §. ſi quis fundum ibid. *Si quis fundum*, ITA VT INSTRVCTVS EST, *legauerit*. Scæ-

uola

uola in L. Seiæ, D. eod. *Codicillis ita ſcripſit:* POSTEA MIHI VENIT IN MENTEM, SEIÆ FVNDOS QVOS RELIQVI, ITA VT INSTRVCTI SVNT RVSTICO INSTRVMENTO, SVPELLECTILE, PECORE ET VILLICIS, CVM RELIQVIS COLONORVM, ET APOTHECA, HABERE VOLO. Et §. liberto eadem, L. *Quidam prædia legauit his verbis*, SEIO LIBERTO MEO FVNDOS ILLVM, ET ILLVM, DO LEGO, ITA VT INSTRVCTI SVNT, CVM DOTIBVS ET RELIQVIS COLONORVM, ET SALTVARIIS, CVM CONTVBERNALIBVS SVIS, ET FILIIS, ET FILIABVS. Et §. Gaio, GAIO SEIO ALVMNO MEO FVNDOS MEOS ILLVM ET ILLVM, ITA VT INSTRVCTI SVNT, ET DOMVM SVPERIOREM DARI VOLO. Idem in L. prædia, §. 1. D. eod. *Adfini ſuo ita legauit:* FVNDVM CORNELIANVM TITIO, ITA VT EST INSTRVCTVS, CVM OMNIBVS REBVS ET MANCIPIIS, ET RELIQVIS COLONORVM, DARI VOLO. Et ead. L. §. vlt. *fundos legauit in hæc verba*, SEMPRONIO FRATRI MEO HOC AMPLIVS FVNDOS MEOS, ITA VT INTRVCTI SVNT, CASSIANVM, NONIANVM CVM SVIS SALICTIS ET SILVIS. Idem L. Lucius, D. eod. *Lucius Titius* FVNDVM VTI INSTRVCTVS ERAT, *legauerat*. Modeſtin. in L. ſeruus qui, D. de legat. III. *Fundo legato*, VT INSTRVCTVS EST.

Legabatur & interdum Fundus CVM INSTRVMENTO, L. 1. & L. cùm quidam, D. de inſtruc. vel inſtr. L. ex facto, §. rerum, D. de hered. inſtit. Labeo in L. ſi cui fundum, D. de inſtr. vel inſtr. *Nihil intereſt quomodo leges*, FVNDVM CVM INSRVMENTO, *an*, FVNDVM ET INSTRVMENTVM, *an*, FVNDVM INSTRVCTVM. Scæuola in L. Seiæ, §. Pamphilæ, D. eod. PAMPHILÆ LIBERTÆ MEÆ DARI VOLO FVNDVM TITIANVM CVM INTRVMENTO ET HIS QVÆ IN EODEM ERVNT CVM MORIAR. Et ead. L. §. Tyrannæ, TYRANNÆ SORORI MEÆ FVNDVM MEVM GRÆCIANVM, CVM STABVLO ET INSTRVMENTO RVSTICO OMNI RELINQVO. Paul. in L. fundus, D. eod. FVNDVS, *qui locatus erat*, LEGATVS EST CVM INSTRVMENTO. Et L. fundo, §. vlt. D. eo. FVNDO LEGATO CVM MANCIPIIS, ET PECORIBVS ET OMNI INSTRVMENTO RVSTICO, ET VRBANO. Sed & qui fundum legabat, adiiciebat nonnumquam, CVM SVPPELLECTILE, ET MANCIPIIS, VEL VNA ALIQVA RE, L. quæſitum, §. ſi quis fundum, D. de inſtr. vel inſtr. Iulianus in L. huiuſmodi, §. legatum, D. de legat. I. *Legatum eſt ita*, FVNDVM CORNELIANVM ET MANCIPIA, QVÆ IN EO FVNDO CVM MORIAR MEA ERVNT, HERES MEVS TITIO DATO. Contrà quandoque FVNDVS SINE INSTRVMENTO legabatur, L. cùm fundus, D. eo.

Interdum Fundus cum OMNIBVS quæ IBI, ſiue, IN EODEM ERANT, legabatur, L. rebus & L. quæſitum, §. vlt. D. de legat. III. Paulus lib. III. Sentent. Tit. VI. FVNDO LEGATO CVM OMNI INSTRVMENTO RVSTICO ET VRBANO ET MANCIPIIS QVÆ IBI ERANT. Vlpianus in L. ex facto, §. rerum, D. de hered. inſtit. *Cum* FVNDVS *erat* LEGATVS, *vel* CVM INSTRVMENTO, *vel* CVM HIS QVÆ IBI SVNT. Pompon. in L. ſi fundus, D. de legat. III. *Si* FVNDVS LEGATVS SIT CVM HIS QVÆ IBI ERVNT. Modeſtin. in L. omnia, §. cum ita, D. de legat. III. *Cùm ita legatur*, ILLI HOC AMPLIVS FVNDVM ILLVM, CVM OMNIBVS REBVS QVÆ IN EODEM FVNDO ERVNT.

Aliâs Fundus ita legabatur, SICVT EST, vel VTI POSSEDI, Scæuola in L. prædia, §. ita legatum, D. de inſtr. vel inſtr. FVNDI PATERNI MEI SEIANI PARTEM DARI VOLO, SICVT EST: ET ALTERAM PARTEM, VTI IN DIEM MORTIS ERIT. Paul. in L. quæſitum, §. peto, D. de legat. III. PETO VT FVNDVM MEVM CAPANIANVM GENESIÆ ALVMNÆ MEÆ ADSCRIBATIS DVCENTORVM AVREORVM, ITA VTI EST. Idem lib. III. Sentent. Tit. VI. FVNDO, ITA VT POSSEDERAT, LEGATO. Scæuola in L. cùm de lanionis, §. quidam, D. de inſtr. vel inſtr. *Quidam cum ita legaſſet*, VILLAM MEAM, ITA VT IPSE POSSEDI, CVM SVP-

PELLECTILE, MENSIS, MANCIPIIS QVÆ IBI DEPVTABVNTVR, VRBANIS ET RVSTICIS, VINIS QVÆ IN DIEM MORTIS MEÆ IBI ERVNT, ET DECEM AVREIS. Iulian. in L. huiuſmodi, §. legatum, D. de legat. I. *Legatum eſt ita, fundum* CORNELIANVM, ET MANCIPIA, QVÆ IN FVNDO CVM MORIAR MEA ERVNT, HERES MEVS TITIO DATO. Fundus quoque cum villicis & contubernalibus eorum, ſæpe legabatur. Scæuola in L. vxorem, §. concubinæ, D. de legat. III. *Concubinæ inter cetera his verbis legauerat*, FVNDVM IN APPIA CVM VILLICO SVO, ET CONTVBERNALI EIVS, ET FILIIS DARI VOLO. Idémque apparet ex L. Seiæ, §. liberto, D. de inſtr. & inſtr. CVM SILVIS, etiam, & CVM AGELLO, FVNDVS quãdoque legabatur, L. Lucius Titius, §. collegio, D. de legat. III. L. prædia, §. liberto, D. de inſtr. & inſtr. & CVM CASA, L. vxorem, §. feliciſſimo, D. de legat. III. Pleniſſimum vnque fundi legatum extat in L. ſi mihi, D. eo. Tit. in qua Mæuiæ fundus à patre prælegatus dicitur his verbis, MÆVIA E MEDIO SVMITO, PRÆCIPITO, SIBIQVE HABETO, FVNDOS MEOS ILLVM ET ILLVM, CVM CASVLIS ET CVSTODIBVS OMNIBVS HORVM FVNDORVM, ET CVM HIS OMNIBVS AGRIS QVI AD CONIVNCTIONES CVIVSQVE EORVM FVNDORVM, EMPTIONE, VEL QVOLIBET ALIO CASV OBTIGERVNT. ITEM CVM OMNIBVS MANCIPIIS, PECORIBVS, IVMENTIS, CETERISQVE VNIVERSIS SPECIEBVS, QVÆ IN IISDEM FVNDIS, QVOVE EORVM, CVM MORIAR, ERVNT, VTI OPTIMI MAXIMIQVE SVNT, VTIQVE EOS IN DIEM MORTIS MEÆ POSSEDI: ET, VT PLENIVS DICAM, ITA VT CLVDVNTVR.

Nonnunquam verò cum exceptione & detractione aliqua Fundum legabant, VT EXCEPTO ÆDIFICIO, Fundũ legatum Iulianus refert in L. ſi fundũ, §. qui fundum, D. de legat. I. Paulus in L. ſi quis legauerit, D. de legat. I. *Si quis legauerit* FVNDVM CORNELIANVM, EXCEPTIS VINEIS QVÆ MORTIS EIVS TEMPORE ERVNT. Nec ſemper fundus totus, ſed aliquando partes duobus, vel eidem, legabantur, vt in L. Mæuio, D. de leg. II. MÆVIO FVNDI PARTEM DIMIDIAM, SEIO PARTEM DIMIDIAM LEGO. Et in L. prædia, §. ita legatum eſt, D. de inſtruc. vel inſtr. SEPTICIÆ SORORI MEÆ FVNDI PATERNI MEI SEIANI PARTEM DARI VOLO, SICVT EST: ET ALTERAM PARTEM, ITA VT IN DIEM MORTIS MEÆ FVERIT.

Sæpiſſimè verò teſtamento cauebatur NE FVNDVS qui legabatur veniret, abalienaretúrve, ne DE NOMINE, vel DE FAMILIA EXIRET. Scæuola in L. pater filiũ, §. I. D. de leg. III. FVNDVM CORNELIANVM DE NOMINE MEO EXIRE VETO. Et §. fundum ead. L. FVNDVM A FILIO QVOAD VIXERIT, VETVIT VENVNDARI, DONARI, PIGNERARI, *& hæc verba adiecit*, QVOD SI ADVERSVS VOLVNTATEM MEAM FACERE VOLVERIT, FVNDVM TITIANVM AD FISCVM PERTINERE. ITA ENIM FIET, VT FVNDVS TITIANVS DE NOMINE VESTRO NVMQVAM EXEAT. Papinian. in L. vnũ ex familia, §. ſed & ſi fundũ, D. de legat. II. *Quòd ſi talia verba fuiſſent*, PETO NE FVNDVS DE FAMILIA EXEAT. Paul. in L. Titia, §. Seia, D. de legat. II. FIDEI AVTEM VESTRÆ, VERE ET SAPIDE, COMMITTO, NE EVM FVNDVM VENDATIS: EVMQVE, QVI EX VOBIS VLTIMVS DECESSERIT, CVM MORIETVR, RESTITVAT SYMPHORO LIBERTO MEO ET SVCCESSORI, ET BERYLLO, ET SAPIDO, QVOS INFRA MANVMISI; QVIVE EX HIS TVNC SVPERVIVENT. Marcellus in L. pater filium, D. ad L. faleid. *Pater filium ex quo tres habebat nepotes, heredem inſtituit, fideique eius cõmiſit*, NE FVNDVM ALIENARET, ET VT IN FAMILIA EVM RELINQVERET. Scæuola in L. Lucius Titius, §. pluribus, D. ad Trebellia. *Libertis tribus heredibus inſtitutis ex dodrante, eiſdem fundos per præceptionem dedit, & ab his petit*, NE EOS ALIENARENT, ET VT QVI VITA SVPERASSET, SOLIDOS EOSDEM FVNDOS OBTINERET. Scæuola L. pater filiũ in prin. D. de leg. III. *Pater*

filium

filium heredem, PRÆDIA ALIENARE SEV PIGNORI PONERE PROHIBVERAT, *ſed &* SERVARI LIBERIS EX IVSTIS NVPTIIS, ET CETERIS COGNATIS *fideicommiſerat*. Et §. quindecim ead. L. *Quindecim libertis, quos nominauerat, prædiolum cum taberna legauerat, & adiecerat hæc verba*, SIBIQVE EOS HABERE, POSSIDERE VOLO, EA LEGE ET CONDICIONE, NE QVIS EORVM PARTEM SVAM VENDERE DONAREVE, ALIVDVE QVID FACERE ALII VELIT. QVOD SI ADVERSVS EA QVID FACTVM ERIT, TVNC EAS PORTIONES, PRÆDIVMVE, CVM TABERNA AD REMPVBLICAM TVSCVLANORVM PERTINERE VOLO. Et §. mater ead. L. *Mater filios heredes ſcripſerat, & adiecit*, PRÆDIA QVÆ AD EOS EX BONIS MEIS PERVENTVRA SVNT, NVLLA EX CAVSA ABALIENENT, SED CONSERVENT SVCCESSIONI SVÆ, DEQVE EA RE INVICEM SIBI CAVERENT. Valens in L. is qui complures, D. de leg. III. *Is qui complures libertos relinquebat, tribus ex his fundum legauerat, & petierat*, VT CVRARENT NE DE NOMINE SVO EXIRET. Scæuola in L. Lucius Titius, §. Lucius Titius, D. de legat. II. *Lucius Titius teſtamento ita cauit*. PRÆDIOLVM MEVM DARI VOLO LIBERTIS, LIBERTABVSQVE MEIS, ET QVOS HOC TESTAMENTO MANVMISI, ET SEIÆ ALVMNÆ MEÆ, ITA NE DE NOMINE FAMILIÆ MEÆ EXEAT, DONEC AD VNVM PROPRIETAS PERVENIAT. Papinianus in L. qui ſolidum, §. prædium de leg. II. *Prædium pater* DE FAMILIA LIBERORVM ALIENARI, *verbis fideicommiſſi prohibuit*. Idem in L. cùm pater, §. fidei de legat. II. FIDEI HEREDVM MEORVM COMMITTO, NE FVNDVM TVSCVLANVM ALIENENT, ET NE DE FAMILIA NOMINIS MEI EXEAT. Et §. ab instituto ead. L. *Ab inſtituto extraneo* PRÆDIA *libertis*, CVM MORERETVR, *verbis fideicommiſſi reliquerat, & petierat*, NE EX NOMINE FAMILIÆ ALIENARENTVR. Et in §. libertis, *Libertis prædium reliquit, ac petiit* NE ID ALIENARENT, VTQVE IN FAMILIA LIBERTORVM RETINERENT. Itē in §. cùm inter ibid. *Cùm inter libertos ad prædij legatū liberta quoq; fuiſſet admiſſa, quod patronus petit*, VT DE NOMINE FAMILIÆ NON EXIRET. Marcian. in L. filiusfa. §. cùm pater, D. de legat. I. *Cùm pater filio herede inſtituto, ex quo tres habuerat nepotes, fideicommiſit*, NE FVNDVM ALIENARET, SED VT IN FAMILIA RELINQVERET. Scæuola in L. Lucius Titius in pr. de leg. III. *Lucius Titius teſtamento ſuo cauit*; NE VLLO MODO PRÆDIVM SVBVRBANVM AVT DOMVM HERES ALIENARET.

Ceterùm eadem qua Fundi verborum formula, Prædia quoque legabantur. Primùm enim nominibus ſuis deſignabantur, vt SEIANA PRÆDIA, GABINIANA, L. prædiis, §. Titio, D. de leg. III. TITIANA, CORNELIANA, SEMPRONIANA, TVSCVLANA, L. cùm pater in pr. & L. debitor, §. I. D. de leg. II. Adſcribebatur etiam Regio, L. nepoti, D. de inſtr. vel inſtr. Necnon Fines plerumque ſignificabantur, ſi proprios fines haberent, L. cùm pater, §. vlt. de legat. II. Præterea Prædia INSTRVCTA legabantur. Paul. lib. II. Sent. Tit. VI. Legabantur & VTI INSTRVCTA ERANT. Scæuola in L. nepoti, D. de inſtruc. vel inſtr. *Nepoti legauerat quæ certa regione prædia habuerat*, VT INSTRVCTA SVNT CVM VINO, GRANO, CALENDARIO, *& adiecerat hæc verba*, QVIDQVID ERIT CVM MORIAR IN ILLA REGIONE, ET QVIDQVID IN QVACVMQVE SPECIE ERIT IN ILLA REGIONE, VEL QVOD MEVM ERIT. Idem in L. Seiæ, §. prædia, D. eod. PRÆDIA VT INSTRVCTA SVNT CVM DOTIBVS, ET RELIQVIS COLONORVM ET VILLICORVM, ET MANCIPIIS, ET PECORE OMNI LEGAVIT, ET PECVLIIS, ET CVM ACTORE. Et in L. patronus, §. I. de legat. III. *Sempronio ita legauit*, SEMPRONIVS SVMITO PRÆDIA OMNIA QVÆ SVNT VSQVE AD PRÆDIVM QVOD VOCATVR GAAS FINIBVS GALATIÆ SVB CVRA VILLICI PRIMI, ITA VT HÆC OMNIA INSTRVCTA SVNT. Scæuola in L. filiofa. D. de pecul. *Filiofa. vni ex heredibus prædia prælegauit* VT INSTRVCTA ERANT CVM SERVIS, & in L. vlt. D. eo. Tit. *vni ex heredibus prædia legauit*, VT INSTRVCTA ERANT CVM SERVIS ET CETERIS REBVS,

ET QVIDQVID IBI ESSET. Legabantur & ſæpe PRÆDIA CVM INSTRVMENTO, vt in L. prædia, D. de inſtru. vel inſtr. PRÆDIA MARITIMA CVM SERVIS QVI IBI ERVNT, ET OMNI INSTRVMENTO, ET FRVCTIBVS QVI IEI ERVNT, ET RELIQVIS COLONORVM NVTRITORI *ſuo legauit.* Africanus in L. qui filium, D. de legat. III. *Certa* PRÆDIA, QVÆQVE IN HIS MORTIS TEMPORE SVA ESSENT, *nepoti per fideicommiſſum dederat*, EXCEPTO CALENDARIO. Vlpian. in L. teſtatorem, §. vlt. D. de legat. III. PRÆDIIS CVM HIS ENTHECIS QVÆ IN EA POSSESSIONE SVNT, *relictis*. Sed & cum prædiis, quandoque ea QVÆ PRÆDIORVM COLENDORVM CAVSA EMPTA PARATAQVE ESSENT, legabantur, vt apparet ex L. quæritur, §. prædiis, D. de legat. III.

Addebantur & aliquando legato prædiorum, verba hæc, VTI A ME POSSESSA SVNT. Paul. in L. quæſitum, §. prædia, D. de legat. III. *Prædia quidam reliquit, adiectis his verbis*, VTI A ME POSSESSA SVNT, ET QVÆCVMQVE IBI ERVNT CVM MORIAR. Scæuola in L. Lucius Titius, §. quidam, D. eod. *Quidam prædia legauit libertis, adiectis his verbis*, VTI A ME POSSESSA SVNT, ET QVÆCVMQVE IBI ERVNT CVM MORIAR. Papinian. in L. prædiis, §. 1. D. eo. LVCIO TITIO PRÆOIA MEA ILLA, CVM PRÆTORIO, SICVT A ME IN DIEM MORTIS MEÆ POSSESSA SVNT, DO. Idem in §. Titio ead. L. TITIO SEIANA PRÆDIA SICVTI COMPARATA SVNT, DO, LEGO. Ibidémque prædia per præceptiooem filiæ data, cum RELIQVIS ACTORVM ET COLONORVM refert. Vlpian. in L. Teſtatorem, D. de legat. III. *Adiiciendo*, PRÆOIVM SEIANVM OMNE. Nonnunquam verò agri plagam, in alium transferri volebant. Cuius legati formulã edit Scæuola in L. vxorem, §. agri plagam, D. de legat. III. his verbis, AGRI PLAGAM, QVÆ EST IN REGIONE ILLA, MÆVIIS PVBLIO ET GAIO TRANSCRIEI VOLO, PRETIO FACTO VIRI EONI AREITRATV, ET HÆREDITATI ILLATO, DVPLÆ EVICTIONE EXPROMISSA, RELIQVIS HEREDIBVS: ITA VT SVB PÆNA CENTVM PROMITTANT, EAM AGRI PLAGAM PARTEMVE EIVS AD SEIVM POSTEROSVE EIVS NON PERVENTVRAM QVAQVE RATIONE. Legabatur & interdum HORTVS INSTRVCTVS, L. quæſitum, §. idem reſpondit, & §. Idem Papinianus, D. de inſtruc. vel inſtr. Eum quoque qui SALTVM ÆSTIVVM legabat, hoc amplius etiam EAS RES QVÆ IBI ESSE SOLEBANT, legaſſe, Marcian. proponit in L. qui ſaltum, D. de legat. III.

Simili modo, DOMVS quoque legabatur. Domus autem vel ſimpliciter legabatur, vel adiiciebaturque domus, L. ſi domus, D. de legat. I. Domos planè eadem qua fundos appellatione deſignabant, vt puta, DOMVM SEMPRONIANAM, vel SEIANAM, L. cetera, §. ſi duobus, D. de legat. I. DOMVS etiam VTI INSTRVCTA ERAT, legabatur, L. ſi ita, §. 1. D. de legat. III. Sic in L. quæſitum, §. idem reſpondit, D. de inſtruc. vel inſtr. DOMO, VTI INSTRVCTA EST, CVM OMNI IVRE SVO, *legata*, Et §. ſed & ipſe Papinianus ead. L. FILIIS MARIBVS DOMVM MEAM INSTRVCTAM DO, LEGO, DARIQVE IVEEO. Paul. in L. cùm de lanionis, §. vlt. D. eo. III. DOMVM INSTRVCTAM *legauit* CVM OMNIEVS ADFIXIS. Paul. lib. III. Sent. Tit. VI. DOMO CVM OMNI IVRE SVO SICVT INSTRVCTA EST, *legata*. Legabatur & nonnunquam domus CVM SVPELLECTILE, L. quæſitum, §. idem reſpondit, D. de inſtruc. vel inſtr. Paulus, L. ſi mihi, §. his verbis, D. de legat. III. his verbis domus legatas refert: FIOEI HEREOVM MEORVM COMMITTO, VTI SINANT EVM HABERE DOMVS MEAS IN QVIBVS HABITO, NVLLO OMNINO EXCEPTO, CVM OMNI INSTRVMENTO ET REPOSITIS OMNIBVS. Modeſt. in L. cùm quidam, D. de ſuppellect. leg. *Cùm quidam vxori ſuæ legauerat*, DOMVM CVM IVRE SVO OMNI, ET INSTRVMENTO, ET SVPPELLECTILI.

Interdum Domus, & quæ in ea erant tempore mortis, ſimul dabantur, L. ſi ita, D. de legat. III *Si ita legatum eſt*, DOMVM, QVÆQVE IBI MEA ERVNT, CVM MORIAR. Paul.

Paul. lib. III. Sentent. Tit. VI. OMNIBVS QVÆ IN DOMO SVNT, *legatis*.

Quandoque & domus cum horto applicito relinquebatur vt, in L. vxorem, §. ita ſcriptum eſt de legat. III. DOMVM MEAM CVM HORTO APPLICITO LIBERTIS MEIS CONCEDI VOLO. Et mox ibidem, FORTVNIO LIBERTO MEO, EX DOMV MEA QVAM LIBERTIS DEDI, DIÆTAM IN QVA HABITABAM, ITEM CELLARIVM IVNCTVM EIDEM DIÆTÆ, AB HEREDE MEO CONCEDI VOLO. Patrem etiam cùm filiæ domum legaret, eidem PER DOMVS HEREDITARIAS TRANSEVNDI præſtari voluiſſe, narrat Papinian in L. Pater, D. de ſeruit. leg. Poterat & Inſula ita legari, vt ei ſeruitus imponeretur, quæ alteri Inſulæ hereditariæ deberetur, hoc modo. Si ILLE HEREDI MEO PROMISERIT PER SE NON FORE QVO ALTIVS ÆDIFICIA TOLLANTVR, TVM EI EORVM ÆDIFICIORVM VSVMFRVCTVM DO LEGO, vel ſic, ÆDIVM ILLARVM, QVOAD ALTIVS QVAM VTI NVNC SVNT, ÆDIFICATÆ NON ERVNT, ILLI VSVMFRVCTVM DO LEGO, L. Proculus, D. de vſufruc. Poterat etiam in teſtamento heredem ſum quis DAMNARE, NE ALTIVS ÆDES SVAS TOLLERET, NE LVMINIBVS ÆDIVM VICINRVM OFFICERET, vel, VT PATERETVR EVM TIGNVM IN PARIETEM IMMITTERE, vel, STILLICIDIA ADVERSVS EVM HABERE, vel, VT PATERETVR VICINVM PER FVNDVM SVVM, VEL HEREDIS, IRE AGERE, AQVAMVE EX EO DVCERE, L. poteſt, D. cõmun. præd. Paul. in L. ſi teſtamento, D. de ſeruit. præd. vrban. *Si teſtamento* DAMNATVS HERES, NE OFFICERET VICINI LVMINIBVS, SERVITVTEMQVE PRÆSTARET, *depoſuit ædificium*.

Nonnumquam & Domos alienatione earũ prohibita, Teſtatores in familia relinqui volebant. Papinian. in L. peto, §. fratre, D. de legat. II. *Fratre herede inſtituto petit*, NE DOMVS ALIENARETVR; SED VT IN FAMILIA RELINQVERETVR. Scæuola in L. pater, §. filiam, D. de legat. III. *Filiam ſuam heredem ſcripſerat*, *& ita cauerat*, VETO AVTEM ÆDIFICIVM DE NOMINE MEO EXIRE: SED AD VERNAS MEOS, QVOS HOC TESTAMENTO NOMINAVI, PERTINERE VOLO. Scæuola in L. Lucius, D. eo. *Lucius Titius Teſtamento ſuo cauit*; NEC VLLO MODO PRÆDIVM SVBVRBANVM, AVT DOMVM HERES ALIENARET.

Solebat & TABERNA teſtamento legari. Iulianus in L. I. D. de ſeruit. leg ITA LEGATVM DATVM EST, TABERNAM MEAM VTI NVNC EST DO, LEGO. Scæuola in L. Tabernam, D. de inſtruc. vel inſtr. TABERNAM CVM CENACVLO, *Pardulæ manumiſſo, Teſtamento legauerat*, CVM MERCIBVS ET INSTRVMENTIS, ET SVPELLECTILI QVÆ IBI ESSET: ITEM HORREVM VINARIVM, CVM VINO ET VASIS, ET INSTRVMENTO ET INSTITORIBVS QVOS SECVM HABERE CONSVEVERAT. Pompon. in L. ſi ita D. eod. *Si ita teſtamento ſcriptum ſit*, QVÆ TABERNARVM EXERCENDARVM, INSTRVENDARVM, PISTRINI, CAVPONÆ, CAVSA FACTA, PARATAQVE SVNT, DO LEGO. Papinian. in L. prædiis, § pater, D. de legat. III. *Pater filio*, TABERNAM PVRPVRARIAM, CVM SERVIS INSTITORIBVS, ET PVRPVRIS QVÆ IN DIEM MORTIS EIVS IBI FVERVNT, *legauit*. Aliâs TABERNÆ INSTRVMENTVM legabatur, L. cùm quæratur, D. de inſtr. vel inſtr. Sic in L. Lucius, §. quiſquis mihi, D. de legat. III. *Quiſquis mihi heres heredéſve erunt hoc amplius Lucius Euthycus quam quod eum heredem inſtitui, è media hereditate ſumito, ſibique habeto vna cum Pãphilo quem liberũ eſſe iubeo, inſtrumẽtum* TABERNÆ FERRARIÆ, *ita vt negotiũ exerceatis*. Paul. in L. Tabernæ, D. de inſtruc. vel inſtr. PATER FILIO TABERNÆ CAVPONIÆ INSTRVMENTO LEGATO.

Porrò ſicut ſingulæ res legari poterant, ita vniuerſarum quoque ſumma legari poterat, vt puta, MÆVIVS HERES MEVS CVM TITIO HEREDITATEM MEAM PARTITO, DIVIDITO: quo caſu dimidia pars bonorum legata videbatur. Poterat autẽ & alia pars velut TERTIA, vel, QVARTA legari: quæ ſpecies PARTITIO ap-

pellabatur, Hæc ita Vlpianus tradit Tit. XXIIII. Paul. in L. ſi quis bonorum, D. de legat. I. *Si quis* BONORVM PARTEM *legauerit, vt hodie fit.* Vlpian. in L. non amplius, §. cùm bonorum, D. eo. *Cùm* BONORVM PARTE LEGATA, *dubium ſit vtrum rerum partes, an æſtimatio debeatur.* Idem in L. mulier, § vlt. D. ad Sc. Trebell. *Si cui* PORTIO HEREDITATIS *fuerit* LEGATA. Modeſtin. in L. cùm autem, D. de legat. II. *Cùm autem* PARS BONORVM *ita legatur,* BONORVM MEORVM QVÆ SVNT CVM MORIAR.

Interdum autem FVNDVM id eſt, plenā ſeu ſolidā fundi proprietatē Teſtator legabat, L. ſi Titio & L. Sempronius, D. de vſu & vſufr. leg. Interdū verò nudā proprietatem legabat, hoc modo.: FVNDVM DEDVCTO VSVFRVCTV DO LEGO. Paul. in L. Sempronius, D. de vſufr. leg. *Sempronius Attalus ab herede ſuo* FVNDVM IN ITALIAM GAIO POST DECENNIVM, DEDVCTO VSVFRVCTV DARI *iuſsit.* Et paullo poſt. *Si* PROPRIETAS DEDVCTO VSVFRVCTV *ſub cōdicione legata ſit.* Idē in L. ſi extraneo, D. de vſufr. *Matri defuncti*, DEDVCTO VSVFRVCTV PROPRIETAS LEGATA *ſit.* Et quidē proprietas ita legari poterat, VT APVD HEREDEM MANERET VSVSFRVCTVS, L. vſusfructus pluribus, D. de vſufr. Poterat & vni FRVCTVS, alij PROPRIETAS, ſeu FVNDVS legari, L. ſi Titio, D. de vſufr. L. Titius & L. ſi tibi, D. de vſufr. adcreſ. Sed & fundi VSVSFRVCTVS vni purè, PROPRIETAS autē ſub condicione alteri quandoque legabatur, L. ſi tibi, D. quēad. vſusfr. amitt. Verum ſi alij vſumfructum, alij nudam proprietatem eiuſdem fundi Teſtator legare vellet, ita eum legare oportebat, TITIO FVNDVM DETRACTO VSVFRVCTV LEGO, vel, SEIO EIVSDEM FVNDI VSVMFRVCTVM HERES DATO. Alioquin ſi alij FVNDVM, alij, eiuſdē fūdi VSVMFRVCTVM legaſſet, vſusfructus inter eos cōmunicabatur, L. ſi alij, D. de vſu & vſufr. leg. Sed & ſi FVNDVS duob⁹, alij verò Vſusfructus legatus eſſet, ſemiſſes in vſufructu conſtituebantur, Idémque erat ex cōtrario, ſi duobus vſusfructus, & alij proprietas legaretur, L. Sempronius, §. vlt. D. eo. Vſusfructus verò ita legabatur, VSVMFRVCTVM FVNDI, vel BONORVM MEORVM DO, LEGO, L. vxori meæ, D. de vſu & vſufr. Scæuola in L. generali, D. eo. FELICI QVEM LIBERVM ESSE IVSSI, VSVMFRVCTVM FVNDI VESTIGIANI LEGO. Marcell. in L. Lucio, D. de leg. II. LVCIO TITIO FVNDVM SEIANVM, VEL VSVMFRVCTVM FVNDI SEIANI LEGO. Aliâs verò ita legabatur, DAMNAS ESTO HERES TITIVM SINERE VTI FRVI. Celſus in L. duos, D. de vſu & vſufr. *Duos ſeparatim* SINERE VTI FRVI *damnatus heres.* Qua formula etiam Habitationis legatum concipitur in L. damnas, D. eo. Similíque modo, in L. qui quattuor, §. I. D. de legat. III. qui hortos publicos, à Repub. in luſtrum conductos habebat, refertur damnaſſe heredem eam conductionem hortorum Aufidio dare, SINEREQVE EVM VTI ET FRVI. Pompon. in L. II. D. de ann. legat. IN ANNOS SINGVLOS *heres damnatus* SINERERE ME FRVI FVNDO.

Omnium planè prædiorum iure legati poterat conſtitui vſusfructus, vt heres iuberetur DARE alicui VSVMFRVCTVM, L. omniū, D. de vſufr. Nec tantùm Fundi & ædiū & aliarum rerum ſoli, ſed & rei mobilis, & Mancipiorum, & Iumentorum, ceterarúmque rerum vſusfructus legari poterat, d. L. omnium, §. I. & L. vſufructu legato, L. ſed quid, §. I. L. ſi ſerui, L. ſi, §. ſi ſerui, D. eo. AREÆ namque vſusfructus legari poterat, L. vſufructu legato, L. qui vſumfructum, L. ſi areæ, D. eo. L. repeti, §. vlt. D. quib. mod. vſusfr. SALICTI quoque & SILVÆ PALARIS, ET ARVNDINETI, & cuiuſlibet SILVÆ CÆDVÆ vſusfructus legari poterat, L. item ſi fundi, §. vlt. cùm L. ſeq. D. de vſufr. NAVIS etiam vſusfructus legabatur, L. arboribus, §. I. D. eo. L. quid tamen, §. in nauis, D. quib. mod. vſusfr. Necnō VESTIS, ſeu VESTIMENTORVM vſusfructus relinqui poterat, L. ſi vſusfructus, §. ſi veſtis, D. vſufruc. quēad. cau. SCENICÆ, puta, vel FVNEBRIS VESTIS, L. ſed ſi quid, §. ſi veſtimentorū, D. eo. Item TABERNÆ, L. ſi pendentes, §. I. D. de vſufr. BALNEI, L. ſi cui balnei, D. quib. mod. vſusfruc. amitt. HORTI, L. cùm vſumfructum, D. eod. GREGIS & ARMENTI, L. vetus fuit in fi. D. eod. & L. vlt. D. quib. mod. vſusfruc. STAGNI, præterea, ARVI, AGRI, vel LOCI vſusfructus legabatur,

, L. quid

L. quid tamen, §. agri. D. quib. mod. vſufr. vt & MASSÆ, d. L. quid tamen, §. ſi maſſæ. SCYPHI, L. qui vſumfructum, D. de vſufruc. NOMISMATVM item AVREORVM, vel ARGENTEORVM VETERVM, quibus pro gemmis vti ſolebant, L. nomiſmatum, D. eo. STATVÆ etiam, & IMAGINIS, L. ſtatuæ, D. eo. Sed & QVADRIGÆ, d. L. quid tamen, §. vlt. D. quib. mod. vſusfr. amitt. PECVNIÆ quoque, VINI, OLEI, FRVMENTI, LANÆ, ODORVM, AROMATVM, VASORVM, aliarúmque rerum quæ vſu conſumebantur, quæ in ab vſu conſiſtebant, vſusfructus vtiliter legabatur, L. hoc ſenatuſconſultum in princ. & §. 1. L. ſi vini, & L. ſi lanæ, D. de vſufr. ear. rer. Earum namque rerum proprietas ad legatarium transferri debebat, cautione ab eo exacta, VT QVANDOQVE IS MORTVVS, AVT CAPITE DEMINVTVS ESSET, EIVSDEM QVALITATIS RES RESTITVERENTVR, aut, quod erat commodius, æſtimatis rebus, certæ pecuniæ nomine, legatarius cauebat. d. L. ſi vini, D. eo. & L. vlt. D. vſufruc. quemad. cau. §. Itaque Inſtit. eo. NOMINVM etiam vſusfructus legari poterat, & ſi debitori legatus eſſet, ei remittebantur vſuræ, L. poſt quod, D. de vſufr. ear. rer.

Vſusfructus autem interdum pluribus legabatur, L. ſi mihi & tibi, D. de vſufruc. L. iii. §. 1. D. de vſuf. adcreſ. L. mulieri, D. de condic. & dem. Paulus in L. ſi quis, D. eo. *Si quis* ATTIO ET HEREDIBVS SVIS VSVMFRVCTVM *legauerit*. Et mox. *Quid ſi ita ſcriptum ſit*, ATTIO ET SEIO CVM HEREDIBVS MEIS. Ac deinceps, *Nec enim intereſt, ita legetur*, ILLI ET ILLI CVM MÆVIO, *an ita* ILLI ET ILLI, ET MÆVIO. Vlpian. in L. ſi mulieri, D. eo. SI MVLIERI CVM LIBERIS SVIS VSVSFRVCTVS *legetur*. Duobus certè ſeparatim alternis annis vſusfructus quãdoque relinquebatur, L. ſi duobus, in prin. & §. vlt. & L. ſi vſusfructus, D. quib. mod. vſusfr. amitt. Paul. in L. cùm vſusfructus, D. de vſu & vſufr. leg. *cùm* VSVSFRVCTVS ALTERNIS ANNIS *legatur*. Iulian. in L. quotiens, D. de vſufruc. *Quotiens duobus vſusfructus legatur*, ITA VT ALTERNIS ANNIS VTANTVR, FRVANTVR, *ſi quidem ita legatus fuerit*, TITIO ET MÆVIO. Et mox. *Et ita ſcriptum fuerit*, TITIIS VSVMFRVCTVM ALTERNIS ANNIS DO. Vſusfructus autẽ, vel IN DIES, vel IN MENSES, vel IN ANNOS SINGVLOS, vel ALTERNIS DIEBVS, legabatur, L. 1. D. quan. dies vſufr. leg. & L. 1. §. vlt. & L. ſicut, D. quib. mod. vſusfr. amitt. In legato vtique VSVSFRVCTVS IN ANNOS SINGVLOS, quandoque adiiciebatur, QVOTIENSQVE CAPITE MINVTVS ERIT, EI LEGO, vel ſic, QVOTIENS AMISSVS ERIT, d. L. ſicut, D. quib. mod. vſusfr. Et §. 1. ead. L. *Titio & Menio vſusfructus legatus, &* SI TITIVS CAPITE MINVTVS ESSET, *eidem vſumfructum legauit*. Gaius in L. in ſingulos, D. de annu. legat. *Et vſusfructus ita legari poteſt*, TITIO VSVMFRVCTVM FVNDI LEGO, ET QVOTIENSQVE CAPITE MINVTVS ERIT, EVNDEM VSVMFRVCTVM EI DO, LEGO. Atque hoc modo REPETI VSVSFRVCTVS dicebatur, & ex REPETITIONE DEBERI, d. L. ſicut, §. 1. & L. repeti, D. quib. mod. vſusfr. L. omnes, §. ſi vſusfructus, D. vſufr. quemad. cau. Mauricianus in L. licet, D. de vſu & vſufr. leg. *Licet Teſtatori* REPETERE LEGATVM VSVSFRVCTVS, *vt etiam poſt capitis diminutionem deberetur*.

Ceterùm quandoque VNIVERSORVM BONORVM VSVSFRVCTVS relinquebatur, L. quoties, §. vlt. D. de vſufr. ſeu OMNIVM BONORVM, L. omnium, D. eo. tit. Impp. Seuerus & Antoninus in L. 1. C. eo. *Si* VSVSFRVCTVS OMNIVM BONORVM *Teſtamento vxoris, marito relictus eſt*. Vel ſimpliciter, BONORVM VSVSFRVCTVS, L. vſufructu, D. ad L. falcid. aut FRVCTVS BONORVM, L. vxori fructu, D. de vſu & vſufr. leg. Scæuola in L. vxori maritus, D. eo. tit. VXORI MEÆ VSVMFRVCTVM LEGO BONORVM MEORVM. Idem in L. generali, §. 1. D. eodem tit. ÆLIÆ DORCADI MATRI MEÆ DARI VOLO, QVOAD VIVAT, VSVMFRVCTVM BONORVM MEORVM, ITA VT POST OBITVM EIVS AD LIBEROS MEOS, AVT AD EVM QVI EX HIS

VIVET, PERTINEAT. Quandoque verò PARTIS BONORVM VSVSFRVCTVS legabatur: quo quidem legato, ſi non eſſet ſpecialiter partis facta mentio, dimidia pars bonorum continebatur, L. etiam, D. de vſufr. Cicero Topic. *Non debet ea mulier, cui vir* BONORVM SVORVM VSVMFRVCTVM *legauit*. Porro nihil intererat, vtrum BONORVM quis, an RERVM TERTIÆ PARTIS vſumfructum legaret, L. vlt. D. de vſu & vſufr. leg. Et omnium quidem, ſeu vniuerſorum bonorum vſusfructus legari poterat, niſi excederet dodrantis æſtimationem, L. omnium, & L. quotiens, §. vlt. D. de vſufr.

Aliâs certarum rerum vſusfructus relinquebatur, L. quotiens, §. vlt. D. de vſufr. puta STICHI, L. Titio, D. eo. ANCILLARVM, apud Ciceronē Topic. FVNDI, L. damnas, § 1. L. ſi alij, L. Sēpronius, L. quæro, & L. is qui, D. de vſu & vſufr. leg. VILLÆ, L. vxori vſumfructū, D. eo. Et ita colono ſuo dominus vſumfructū fundi, quem is colebat, legaſſe dicitur in L. cui vſusfructus, D. eo. Scæuola in L. generali, §. vxori, D. eo. *Vxori* VSVMFRVCTVM DOMVVM, & OMNIVM RERVM QVÆ IN HIS DOMIBVS ERANT, EXCEPTO ARGENTO, *legauerat*. Item VSVMFRVCTVM FVNDORVM ET SALINARVM. Interdum etiam teſtator iubebat vt HERES REFICERET INSVLAM, cuius vſumfructum legauerat, L. ſi extraneo, D. de vſufr. Alioquin, ſi ædes eæ corruiſſent, vitiumve feciſſent, quarum vſusfructus legatus erat, heres reſtituere non debebat nec reficere, non magis quàm ſeruum reſtituere, ſi is cuius vſusfructus legatus eſſet, deperiiſſet, vt Cicero Topic. ait.

Vſusfructus autem legato ſimile erat hoc legatum, PATRIMONII MEI REDITVM VXORI MEÆ OMNIBVS ANNIS DARI VOLO, L. patrimonij, D. de vſu & vſufr. leg. FVNDI ÆBVTIANI REDITVS VXORI MEÆ, QVOAD VIVAT, DARI VOLO, L. fundi, D. de vſu & vſufr. leg. Sed & cùm ita legabatur, FRVCTVS ANNVOS FVNDI CORNELIANI PVBLIO MÆVIO DO, LEGO, perinde habebatur ac ſi vſusfructus fundi ſimiliter legatus eſſet, L. cùm ita, D. de vſu & vſufr. leg. Sed & his verbis, SCORPVM SERVVM MEVM SERVIRE VOLO, vſusfructus relictus cenſebatur, L. vxori, §. vlt. D. eo.

Vſusfructus autem interdum legabatur his verbis, QVOAD VIVET, L. generali, §. filios, & L. patrimonij, D. de vſu & vſufr. leg. Pomponius in L. ſi rem, §. vlt. D. de euictionib. *Si fundum in quo Titij vſusfructus erat, qui ei relictus eſt*, QVOAD VIVET.

Interdum verò ad tempus, vſusfructus legabatur. Pompon. in L. ſi vſusfructus, D. de vſu & vſufr. Si *vſusfructus mihi* IN BIENNIVM CONTINVVM *à morte teſtatoris legatus ſit*. Scæuola in L. vxori vſumfructum, D. eo. *Vxori vſumfructum villæ legauit*, IN QVINQVENNIVM A DIE MORTIS SVÆ. *Deinde hæc verba adiecit*, ET PERACTO QVINQVENNIO, CVM EIVS VSVSFRVCTVS ESSE DESIERIT, TVNC EVM FVNDVM ILLI ET ILLI LIBERTIS DARI VOLO. Sic & vxori bonorum vſumfructum legatum, VSQVE DVM FILIA teſtatoris ANNOS IMPLESSET OCTODECIM, Scæuola refert in L. vxori meę, D. eo. tit.

Interdum etiam NVDVS VSVS, vel VSVS SINE FRVCTV legabatur, L. 1. & L. ſi domus, D. de vſu & habit. L. huic ſtipulationi, §. 1. D. vſufr. quemadm. cau. Ita DOMVS VSVS legabatur, L. 11. & L. ceterum, §. mulieri, L. ſed neque, L. filioſa. L. ſi domus, L. diuus, §. 1. L. ſi habitatio in prin. D. de vſu & habit. Quod fiebat quandoque his verbis, ILLI VSVM DOMVS HABITANDI CAVSA, d. L. ſi habitatio, §. 1. Et pater quandoque filios heredes cùm vxore legataria habitare volebat, L. vſu quoque, D. vſufr. quemad. cau. VILLÆ quoque & PRÆTORII vſus legabatur, L. ſi habitatio, §. vlt. L. plenum, L. fundi, D. de vſu & habit. & SILVÆ, L. diuus, D. eo. Item PECORIS, & GREGIS OVILIS, d. L. plenum, §. 1. & BOVM armenta & EQVITII, d. L. plenum, §. ſed ſi & §. equitij cum ſeq. Et SERVI, L. ſi ita, & L. ſeruus, D. eo. FVNDI porro, VT INSTRVCTVS ESSET, vſum legatum proponit Pompon. in L. ſi ita legatus, D. eo.

Similiter & HABITATIO legabatur, L. habitationis, D. de vſu & vſufr. L. Caſſius, D. de liberat. leg. L. II. & L. ſi habitatio, D. quando dies legator. Quod fiebat his verbis, DAMNAS ESTO HERES TITIVM SINERE IN ILLA DOMO HABITARE QVOAD VIVET, L. damnas, D. de vſu & vſufr. leg. Scæuola in L. codicillis, D. eo. tit. HOC AMPLIVS LIBERTIS LIBERTABVSQVE MEIS HABITATIONES IN DOMO, QVAMDIV VIVENT. Alfen. in L. illi, D. eo. ILLI CVM ILLO HABITATIONEM LEGO. Papinian. in L. Seio, D. de annu. leg. HABITATIONEM QVA VTITVR, PRÆSTARI VOLO. Vlpian. in L. nec ſemel, §. ſi in habitatione, D. quando dies leg. *Si in* HABITATIONE, *vel in diſciplina legetur ſic*, ANNVA, VEL QVOTANNIS. Modeſtin. in L. qui plures, D. de vſu & vſufr. leg. *Qui plures habebat libertos, teſtamento ſuo dixit, ſe* HABITATIONEM RELINQVERE IIS QVOS CODICILLIS DESIGNASSET. OPERÆ quoque hominis, vel cuius alterius animalis relinquebantur, L. huic ſtipulationi in fi. D. vſufr. quemad. cau. L. II. & L. operis, D. de oper. ſeru. L. II. & L. operæ, D. de vſu & vſufr. leg. Pompon. in L. II. D. de annu. legat. *quemadmodum* SI DIVRNAS OPERAS STICHI DARE DAMNATVS. Nec ſerui modo ſed & hominis liberi OPERÆ legari poterant. L. III. De de vſu & vſufr.

Nunc quæ cuique ſpecialiter legari prælegarìve ſolerent, dicam. Filiis Peculia prælegare patres ſolebant, vt apparet ex L. ſi peculium, & L. vlt. D. de pecul. leg. Scæuola in L. vlt. D. de legat. II. *Epiſtulam ſcripſiſſe dicitur, qua & quidquid in peculio habuit filius, ei donauit, & adiecit*, PRÆCIPVA HÆC EVM, SVIQVE IVRIS, ET POST MORTEM SVAM HABERE VELLE. Idem in L. filio, §. vlt. D. de adimend. legat. FILIÆ *quam in poteſtate habebat, inter cetera*, LEGAVIT PECVLIVM. Prælegabant & ea quæ viui ſingulis donauerant, quæque in vſum conceſſerant, aut quæ illi ſibi adquiſierant, vt in L. Lucius, D. eodem tit. *Lucius Titius Teſtamento ita cauit*, SI QVID CVIQVE LIBERORVM MEORVM DEDI, AVT DONAVI, AVT IN VSVM CONCESSI, AVT SIBI ADQVISIIT, AVT EI AB ALIQVO DATVM, AVT RELICTVM EST, ID SIBI PRÆCIPIAT, SVMAT, HABEAT. Modeſtinus in L. Titia cùm, §. Lucius, D. de legat. II. patrem in præceptione filiæ ſuæ relinquenda, hæc verba ſubieciſſe narrat, PAVLINÆ FILIÆ MEÆ DVLCISSIMÆ, SI QVID ME VIVO DEDI, COMPARAVI, SIBI HABERE IVBEO. CVIVS REI QVÆSTIONEM FIERI VETO. ET PETO A TE, FILIA CARISSIMA, NE VELIS IRASCI QVOD AMPLIOREM SVBSTANTIAM FRATRI TVO RELIQVERIM, QVEM SCIS MAGNA ONERA SVSTENTATVRVM, ET LEGATA QVÆ SVPRA FECI, PRÆSTATVRVM. Scæuola in L. filio, D. ad S c. Trebellian. *Filio & filia ſcriptis heredibus, ſingulis certa prælegauit; ſed longè minus filiæ: cui etiam domum obligatam* PRÆLEGAVIT, CVM INSTRVMENTIS ET QVIDQVID IBI FVERIT. Papinian. in L. cùm pater, §. filia, D. de legat. II. FILIA MEA PRÆCIPIAT, SIBIQVE HABEAT VOLO, REM MATRIS SVÆ. Scæuola in L. vlt. D. pecul. leg. TITI FILI E MEDIO PRÆCIPITO TIBIQVE HABETO DOMVM ILLAM: ITEM AVREOS CENTVM. Mater etiã filiis ita prælegaſſe memoratur in L. Lucius, §. quæ marito, D. de legat. II. *Quæ marito heres extiterat, ita teſtamento cauit:* MÆVI ET SEMPRONI, FILII DVLCISSIMI PRÆCIPITOTE OMNE QVIDQVID EX HEREDITATE BONISVE TITII DOMINI MEI, PATRIS VESTRI, AD ME PERVENIT MORTIS EIVS TEMPORE: ITA TAMEN VT OMNE ONVS EIVSDEM HEREDITATIS, TAM IN PRETERITVM QVAM IN FVTVRVM, NECNON ETIAM SI QVID POST MORTEM TITII DOMINI MEI, ADGNOSCATIS. Patrem certè ita filio minori natu legaſſe, Vlpianus refert, QVONIAM FILIVS MAIOR EX ARCA MEA DECEM SVSTVLIT, HERES MINOR FILIVS DECEM E MEDIO SVMITO, L. ſi ita legatum, D. de condic. & dem. Aliâs legaſſe pater dicitur, FVNDVM TITIVS FILIVS MEVS PRÆCIPITO, QVIA FRATER EIVS IPSE EX ARCA TOT AVREOS SVMPSIT.

patrem etiam Teſtamento cauiſſe ita proponit Scæuola in L. vlt. D. de penu. leg. PENVM MEAM OMNEM AD MATREM, LIBEROSQVE MEOS QVI CVM MATRE SVNT PERTINERE VOLO. Refertur & elegans legatum ab auo nepotibus datum in L. vlt. §. I. D. de doli & met. except. his verbis. *Auus nepotibus ex filia legauit ſingulis* CENTENA, *& adiecit hæc verba.* IGNOSCITE, NAM POTVERAM VOBIS AMPLIVS RELINQVERE, NISI ME FRONTO PATER VESTER MALE ACCEPISSET: CVI DEDERAM MVTVA QVINDECIM QVÆ AB EO RECIPERE NON POTVI: POSTREMO HOSTES, QVI MIHI FERE OMNEM SVBSTANTIAM ABSTVLERVNT.

Filiæ vtique pater ſæpe, ſub condicione nuptiarum, & ſi Arbitratu alicuius, vel in familia nupſiſſet, legabat, L. filium, D. de optio. leg. L. Thais, §. Spendophorus, D. fideic. libert. Pompon. in L. ſi ita ſit ſcriptum, §. vlt. D. de legat. II. *Si pater* FILIÆ SVÆ *Teſtamento* AVREOS TOT, *heredem* DARE *iuſſerit*, VBI EA NVPSISSET. Paul. in L. filiæ, D. de condic. & dem. *Filiæ ſuæ ita quis legauit*, SI ATTIA FILIA MEA ARBITRATV LVCII TITII NVPSERIT, EI TOT HERES MEVS DATO. Vlpian. in L. hæc condicio, D. eo. *Hæc condicio*, FILIÆ MEÆ CVM NVPSERIT. Interdum verò, ſi cùm certa perſona nupſiſſet, legatum filiæ dabant. Vlpian. in L. in condicionibus, D. eo. *In ea condicione*, SI FILIA MEA CVM TITIO NVPTA ERIT. Paulus in L. II. D. de reg. Caton. *Sed & ſi ſic legauerit*, SI FILIA MEA TITIO NVPTA ERIT. Sic Papinian. in L. pater Seuerianam, D. de condic. & demonſtr. filiæ prædium, SI ÆLIO PHILIPPO COGNATO NVPSISSET verbis fideicommiſſi reliquiſſe patrem refert.

Aliâs Pater Filiæ dotem legabat. Papinian. in L. Titio centum, §. Titio genero, D. de condic. & dem. TITIO GENERO MEO HERES MEVS DOTIS SEIÆ FILIÆ MEÆ NOMINE CENTVM DATO. Atque adeo quandoque pater exheredatæ Filiæ ſolam dotẽ, ea nubente dari volebat, L. cùm vnus, §. vlt. D. de aliment. vel cib. Sic in L. filium, D. de optio. leg. *filiam* EXHEREDAVIT, *& ei legatum dedit*, CVM IN FAMILIA NVBERET, CENTVM: *& cùm in familia nupſerit, his verbis.* INSVPER ARBITRATV SEMPRONIÆ MATRIS EIVS MANCIPIA DECEM, QVÆ CONFESTIM POST ADITAM HEREDITATEM A SEMPRONIA VXORE MEA ELIGI VOLO. QVÆ MANCIPIA, CVM IN FAMILIAM NVPSERIT, ALIQVOD EX MANCIPIIS DECESSERIT, TVNC IN LOCVM EIVS, ARBITRATV SEMPRONIÆ MATRIS EIVS, DARI VOLO, DVM AD EAM PLENVS MVNERVS PERVENIAT. QVOD SI SEMPRONIA MATER EIVS NON ELEGERIT: TVNC IPSA SIBI, QVÆ VOLET, ELIGAT. Theopompus etiam de filia hæc Teſtamento Græcè cauiſſe memoratur in L. Theopompus, D. de dote præleg. Τὴν θυγατέρα μου Κρισπῖναν ἣν εὐχόμην ἐκδοῦναι ᾧ ἂν οἱ φίλοι μου, καὶ οἱ συγγενεῖς δοκιμάσωσι, προνοήσει ἐκδοῦναι Παλλιανος, εἰδὼς μου τὴν γνώμην ἐπὶ τοῖς ἴσοις, ἐφ' οἷς καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς ἐξέδωκα. Denique pater qui inuita vel abſente filia dotem exegerat, filiæ plerumque tantùm legabat, quantum doti ſatis eſſet, L. ſi cùm dotem, §. ſi pater, D. Sol. matr. L. Titia, §. qui inuita, D. de legat. III.

Ceterum vxoribus Mariti DOTEM PRÆLEGARE, ſeu RELEGARE ſolebant: Labeo in L. Paulus, D. de dote præleg. *Si filiusfa. vxorem cùm haberet, dotem ab ea acceperat, deinde paterfa. factus*, DOTEM EI, VT SOLET, LEGAVIT. Quem morem etiam teſtantur, L. vir in fundo, D. de fun. dot. L. idem eſt D. de reb. dub. L. herede, §. vlt. D. de fideic. libert, L. ſed vſusfructus, §. vlt. D. ad L. falcid. L. Lucius Titius, §. impuberem, D. de legat. II. Qua autem verborum formula huiuſmodi legatũ conciperetur ex ſubiectis auctoritatibus patet. Labeo in L. cùm ſcriptum, D. de dote præleg. *Cùm ſcriptum eſſet*, QVÆ PECVNIA PROPTER VXOREM MEAM AD ME VENIT QVINQVAGINTA, TANTVNDEM PRO EA DOTE HERES MEVS DATO. Et mox. *Item ei quæ dotem nullam habebat, vir ſic legauerat*: QVANTA PECVNIA DOTIS NOMINE, *& reliqua*: PRO EA, QVINQVAGINTA

QVINQVAGINTA HERES DATO. Scæuola in L. vlt. D. eo. tit. TITIÆ VXORI MEÆ QVANTA PECVNIA AD ME, INVE STIPVLATIONEM DOTIS EIVS NOMINE PERVENIT: QVÆ DOS EST, DOTALIBVS DVOBVS CONSIGNATIS INSTRVMENTIS, CENTVM AVREORVM. Ac planè in dotis relegatione ſollemnia fuiſſe verba hæc, QVANTAS PECVNIAS, docet Marcian. in L. quisquis mihi, D. de legat. III. Maritum etiam vxori quam ex parte heredem inſtituerat, dotem his verbis prælegaſſe, SEIÆ VXORI MEÆ DARI VOLO A FILIIS MEIS SVMMAM DOTIS EIVS QVÆ MIHI PRO EA ILLATA EST, Scæuola refert in L. Lucius, §. maritus, D. ad S c. Trebell. Iauolenus in L. Mæuio, §. I. D. de legat. II. à viro vxori ita legatum proponit, QVIDQVID PROPTER TITIVM AD SEIVM DOTIS NOMINE PERVENIT, TANTAM PECVNIAM SEIVS HERES MEVS TITIÆ DET. Et mox. *Vxori ſuæ quod ita legatum eſt*, A TE HERES PETO, QVIDQVID AD TE PERVENISSET, VT TANTVM EI DARES.

Aliâs Maritus proponitur vxori ita legaſſe, VXORI MEÆ FVNDVM CORNELIANVM, ET QVÆ NVPTVRA OPTVLIT ÆSTIMATA IN SPECIEBVS RESTITVI VOLO, L. vxori, D. de dote præleg. Iauolen. in L quibus diebus, §. qui dotalem, D. de condic. & deni. *Qui dotalem fundum nullum habebat, ita legauerat*, FVNDVM CORNELIANVM QVEM ILLA MIHI DOTI DEDIT, HERES DATO. Vlpian. in L. I. §. ſi quis vxori, D. de dote præleg. *Si quis vxori fundum Titianum his verbis legaſſet*, IS ENIM FVNDVS PROPTER ILLAM AO ME PERVENIT.

Interdum & aliud pro dote prælegabatur: & cum dos in rebus eſſet, pro rebus vxori quantitas, ſeu pecunia relinquebatur, L. virilis, §. vlt. D. de legat. præſt. L. quod purè, D. quando dies legat. Et ita Vitum vxori quæ dotem in mancipiis habebat, pecuniam pro dote legaſſe, refert Papinian. in L. vir vxori, D. de dote præleg. Item Seiæ, pro dote centum, fundum legatum, memorat L. ſi Seiæ, D. eo. tit. Quinetiam Paul. in L. qui dotem, D. ſol. matrim. eum qui dotem ſtipulanti vxori promiſerat, eadem Teſtamento quædam legaſſe refert, ITA tamen, NE DOTEM AB HEREDIBVS PETERET. Mulieri certè pro dote compenſandi animo ſæpè legatum dabatur, vt apparet ex L. cū ab vno, D. de legat. II. & L. vn. §. ſciendū, C. de rei vxor. act.

Contrà interdum Maritus ſupra dotē aliquid vxori legabat. Iulian. in L. qui ita, D. de dote præleg. *Qui ita legat vxori ſuæ*, TITIÆ AMPLIVS QVAM DOTEM, AVREOS TOT HERES MEVS DAMNAS ESTO DARE. Scæuola in L. qui dotem, D. eo. *Qui dotem in pecunia numerata, & æſtimatis rebus acceperat, vxori ita legauit*: SEIÆ VXORI MEÆ, SI OMNES RES QVÆ TABVLIS DOTALIBVS CONTINEANTVR, HEREDI MEO EXHIBVERIT, ET TRADIDERIT SVMMAM DOTIS, QVAM MIHI PRO EA PATER EIVS INTVLIT, DARI VOLO HOC AMPLIVS DENARIOS DECEM. Idem in L. vxori, §. vlt. D. de legat. III. *Teſtamento facto, vxori ſuæ legauit*, QVIDQVID AD EVM, INVE STIPVLATVM EIVS CONCESSIT, ET HOC AMPLIVS VICENOS AVREOS ANNVOS.

Vſusfructus etiam quandoque vxori legabatur, DONEC EI TOTIVS DOTIS SATISFIERET, L. cùm vſusfructus, D. de vſu & vſufr. leg. L. inter coheredes, §. vſufructu D. famil. ercisc. Maritus autem vxori ſuæ dotem relegans, ſi fideicommiſſum ab ea reliquiſſet, cuius fideicōmiſſi vires ex cōmodo, quod ex relegatione mulier ſentiebat, æſtimabantur, L. cùm quis vxori, D. de dote releg. Nec verò maritus modo ſed & ſocer quandoque dotem nurui prælegabat, L. I. §. Celſus, D. de dote præleg. L. ſed & ſi §. I. D. de legat. præſt. In releganda etiam dote, quandoque additum, VT SI MALLET VXOR MANCIPIA QVÆ IN DOTEM DEDERAT, QVAM PECVNIAM NVMERATAM RECIPERE, docet L. Licinnius, D. de legat. II.

Præterea Mariti vxoribus ea QVÆ EARVM CAVSA EMPTA PARATAQVE ESSENT legare conſueuerant. Africanus in L. II. D. de auro argen. leg. *Qui tibi mandauerat, vt ornamenta in vſum vxoris ſuæ emeres, eidem vxori*, VTI ADSOLET, *legauit* QVÆ EIVS CAVSA PARATA ERVNT. Vlpian. in L. hoc legatum, D. de legat. III. *Hoc legatum*, VXORIS CAVSA PARATA, *generale eſt, & continet tam veſtem quam Argen-*

tum, *Aurum*, *Ornamenta*, *ceteráque quæ vxoris gratia parantur.* Et mox. *Quod* IN VSV FREQVENTISSIME VERSATVR, *vt in legatis vxori adijciatur*, QVOD EIVS CAVSA PARATA SINT. Idem in L. Quintus, D. de auro argen. *Si paterfamil. vxori vas, aut veſtimentum, aut quidpiam aliud ita legauit*, QVOD EIVS CAVSA EMPTVM PARATVMQVE ESSET. Et mox, *Si generaliter legentur*, QVÆ VXORIS CAVSA COMPARATA SVNT. Paul. in L. ſi quis ita D. eo. tit. *Si quis ita legauerit*, VXORI MEÆ MVNDVM, ORNAMENTA, SEV QVÆ EIVS CAVSA PARAVI, DO, LEGO. Pompon. in L. ſcribit, §. item ſcribit, D. eod. *Quod ſi ita legaſſet*, VXORI AVRVM, QVOD EIVS CAVSA PARATVM ERIT. Modeſtinus in L. legatis, D. de legat. II. *Legatis vxori*, QVÆ EIVS CAVSA PARATA SVNT. Paulus in L. quæſitum, §. cùm vir, D. de legat. III. *Cùm vir ita legaſſet*, QVÆ VXORIS CAVSA PARATA SVNT, ET DO, LEGO. Et mox. *Ac deinde maritus ei legauerat his verbis*, QVÆ EIVS CAVSA COMPARATA, EMPTAQVE ESSENT. Scæuola in L. vxori, §. I. D. eo. VXORI MEÆ QVIDQVID VIVVS DEDI, DONAVI, VSIBVSVE EIVS COMPARAVI CONCEDI VOLO, Paul. in L. ea tamen, D. eod. *Cùm ſic ſcriptum eſt*, QVÆQVE EIVS CAVSA PARATA SVNT. Vlpian. in L. cùm vxori, D. eod. *Cùm vxori ſuæ* EA QVÆ EIVS CAVSA PARATA SVNT, *legaſſet*. Iauolen. in L. heres, §. vxori meæ, D. eod. VXORI MEÆ VESTEM, MVNDVM MVLIEBREM, ORNAMENTA OMNIA MVLIEBRIA, AVRVM, ARGENTVM QVOD EIVS CAVSA FACTVM PARATVMQVE ESSET, OMNE DO, LEGO.

MVNDVM etiam vxoribus ſæpè legatum fuiſſe, oſtendunt L. ſi vxori, & L. vxori, L. pediculis, §. Labeo, D. de auro argen. Lucilius lib. XVII. citante Nonio.

LEGAVIT *quidam* VXORI, MVNDVM OMNE, PENVMQVE.

Sed & MANCIPIA, AVRI SPECIES, AVRI PONDO, BONORVM DECIMAM, ANVLOS, VESTEM, LANAM, LINVM, PVRPVRAM, VERSICOLORIA, ORNAMENTAQVE MVLIEBRIA, quandoque coniunctim vel ſeparatim vxoribus legabant, vt ex L. qui vxori, & L. pediculis, §. Labeo, D. de auro argen. L. Lucius Titius, §. impuberem, D. de legat. II. aliíſque iuriſconſultorum & Ciceronis teſtimoniis ſuprà firmauimus. Quandoque & BONORVM SVORVM VSVMFRVCTVM vxoribus legabant, L. vxori & L. qui fructus, D. de vſu & vſufr. leg. vel PATRIMONII SVI REDITVM, L. patrimonij, D. eo. tit. Fulcinius planè, vt Cic. pro Cæcina ſcribit, Teſtamento fecit heredē quem habebat è Ceſennia vxore filium: VSVMFRVCTVM OMNIVM BONORVM SVORVM CESENNIÆ LEGAVIT, VT FRVERETVR VNA CVM FILIO. Eadémque Oratione verba hæc habentur: *Breui tempore, M. Fulcinius adoleſcens mortuus eſt, heredem P. Ceſennium fecit*: VXORI GRANDE PONDVS ARGENTI, MATRIQVE PARTEM BONORVM MAIOREM LEGAVIT. *Itaque in partem mulieres vocatæ ſunt.* Interdū & VINVM, TRITICVM, & ſimilia vxoribus legabant, vt in L. quidam, D. de trit. vino & ol. *Quidam heredem damnauerat* DARE VXORI SVÆ VINVM, OLEVM, FRVMENTVM, ACETVM, MELLA, SALSAMENTA. Aliâs PENVM eis legabant, L. cùm ſine, D. quan. dies leg. L. I. D. de penu leg. Quandoque & vxoribus OMNIA QVÆ MORTIS TEMPORE IN DOMO ESSENT, dari volebant, vt Vlpian. docet in L. quæſitum, §. Papinianus, D. de inſtr. & inſtr. cùm ait, VXORI, CVI VIR OMNIA QVÆ IN DOMO ERANT, AB HEREDE FILIA, PRÆSTARI VOLVIT. Vxori etiam ſuæ inter cetera maritum legaſſe EAM PARTEM DOMVS IN QVA MORARI CONSVEVERANT, narrat Scæuola in L. vxori, D. de legat. III.

Hoc amplius, vir vxori, quæ viuus donauerat, Teſtamento legare ſolebat. Africanus in L. ſi quando, D. de legat. III. *Si quando quis* VXORI SVÆ EA QVÆ VIVVS DONAVERAT, VVLGARI MODO LEGET. Et mox. QVÆ VXORI MEÆ DONAVERO, *vel ita*, QVÆ VXORI MANVMISSIONIS CAVSA DONAVERO, EA EI LEGO. Scæuola in L. vxori, §. I. D. de legat. III. *Vxori ſuæ inter cetera ita legauit.* VXORI MEÆ QVIDQVID VIVVS DEDI, DONAVI, VSIBVSVE EIVS COMPARAVI, CONCEDI VOLO. Idem in L. vxori, D. de auro arg. *Vxori quis legauit his verbis*, MVNDVM MVLIEBREM OMNEM, ORNAMENTA, ET QVIDQVID VIVVS DEDI,

DONAVI

DONAVI, EIVS CAVSA COMPARAVI, CONFECI: ID OMNE DARI VOLO. Et in L.vlt.D.de dote præleg *Vxori ita legauit*, VXOR MEA QVIDQVID EI COMPARAVI, ET QVOD MIHI DEDIT, E MEDIO SIBI SVMAT. Teſtamento etiam donationes à ſe factas vxori maritum legare ſolitum, indicat L. mortis ſuæ,§.vlt.D.de donat.int.vir. & vx. Et hoc eſt quod Papinian. ait in L.vir vſuras, D.eo. tit. *Sed &* DONATIONIBVS, VERBIS FIDEICOMMISSI, CONFIRMATIS. Papinian. in L. Seio,§. vxori, D.de annu. leg. VXORI PRÆTER ID QVOD A ME VIVO ANNVI NOMINE ACCIPIEBAT, AVREOS CENTVM DARI VOLO. Modeſtin. in L. à vobis, D. eo. tit. A VOBIS QVOQVE CETERI HEREDES, PETO, VT VXORI MEÆ PRÆSTETIS, QVOAD VIVERET, ANNVOS DECEM AVREOS. Proponitur & in L.his verbis, D. de legat. III. quidam vxori ita legaſſe, VXORI MEÆ LATERARIA MEA VIATORIA, ET QVIDQVID IN HIS CONDITVM ERIT, QVÆ MEMBRANVLIS MEA MANV SCRIPTIS CONTINEBVNTVR, NEC EA SINT EXACTA CVM MORIAR, LICET IN RATIONES MEAS TRANSLATA SINT, ET CAVTIONES AD ACTOREM MEVM TRANSTVLERIM.

Interdum autem ita vxoribus legabant, vt & liberis conſulerent. Pompon. in L. ſi quis ita, D.de condic.& demonſtr. *Si quis ita legauerit*, DVM VXOR MEA CVM FILIO MEO ERIT, HERES MEVS EI TANTVM DATO. Terent. Clemens in L.ſed ſi hoc,§.vlt.D.eo. *Cùm vir vxori*, SI A LIBERIS NE NVPSERIT, IN ANNOS SINGVLOS ALIQVID LEGAVIT. Papinian. in L.cum tale, D.eo. *Cùm tale legatum eſſet relictum*, TITIÆ, SI A LIBERIS NON DISCESSERIT. Labeo in L.qui quattuor,§.vxori, D.de legat.III. VXORI MEÆ, DVM CVM FILIO MEO CAPVÆ ERIT, HERES MEVS DVCENTA DATO. Papinian. in L. Firmio,§.vlt.D.quan.dies leg. *Pater*, ANNVA TOT, EX FRVCTV BONORVM, QVÆ VXORI LEGAVIT, ACCESSVRA FILII PATRIMONIO, PRÆTER EXHIBITIONEM, QVAM ÆQVE MATRI MANDAVIT, AD ANNVM ÆTATIS VICENSIMVM QVINTVM, VXOREM PRÆSTARE VOLVIT. Idem in L.cum pater,§.fidei, D. de leg. II. FIDEI TVÆ COMMITTO, VXOR, VTI DES, VT RESTITVAS FILIÆ MEÆ, CVM MORIERIS, QVIDQVID AD TE QVOQVO NOMINE DE BONIS MEIS PERVENERIT. Et in L.heredes mei,§.vlt.D.ad Sc.Trebell. PETO DE TE, VXOR CARISSIMA, VTI CVM MORIERIS, HEREDITATEM MEAM RESTITVAS FILIIS MEIS, VEL VNI EORVM, VEL NEPOTIBVS MEIS, VEL CVI VOLVERIS, VEL COGNATIS MEIS, SI CVI VOLES EX TOTA COGNATIONE MEA. Et in L.vxorem,§.vlt.D.de legat.III. *Vxoris fidei commiſit in hæc verba*, A TE, SEIA, PETO, VT QVIDQVID AD TE EX HEREDITATE MEA PERVENERIT, EXCEPTIS HIS, SI QVA TIBI SVPRA LEGAVI, RELIQVVM OMNE REDDAS, RESTITVAS MÆVIÆ INFANTI DVLCISSIMÆ. A QVA SEIA SATIS ACCIPI VETO: CVM SCIAM, EAM POTIVS REM AVCTVRAM, QVAM DETRIMENTO FVTVRAM.

Quandoque & vir vxori AD TEMPVS LIBERORVM legabat, L. ſi vir vxori, D.de condic.& demonſtr. Sic Iulian. in L.cum vir, D.eo. *Cùm vir vxori*, QVANDOQVE LIBEROS HABEBIT, *fundum legauit*. Papinian. in L.legatum ſub condicione, D.de adim.leg. *Si quis vxori*, SVBLATIS LIBERIS, *legauerit*. Scæuola in L. maritus, D.de vſur. *Maritus vxori ſuæ, vſumfructum tertiæ partis, &* CVM LIBEROS HABVISSET, *proprietatem legauit*. Proponitur & in L.vlt. D. qui pet. tutor: maritus vxori fideicommiſſum reliquiſſe, SI IS SINE LIBERIS DECESSISSET, vel ſub ea condicione, SI MORTVVS INTESTATVS ESSET. Vxori etiam quandoque ita legatum SI NON NVPSERIT, teſtimonio eſt L.non dubium, D.de legat. III. in L. Lucius §.matre, D.de leg. II. Maritus vxoris quam heredē ex parte inſtituerat: prętерea fideicōmiſiſſe dicitur in hæc verba. A TE, VXOR CARISSIMA, PETO, NE QVID POST MORTEM TVAM FRATRIBVS TVIS RELINQVAS. HABES FILIOS SORORVM TVA-

RVM; QVIBVS RELINQVAS. SCIS VNVM FRATREM TVVM FILIVM NOSTRVM OCCIDISSE, DVM EI RAPINAM FACIT. SED ET ALIVS MIHI DETERIORA FECIT.

Atque vt viri vxoribus, ita & vxores viris quãdoque legabant. Paulus in L. Seia cũ nuberet, D. de do. prælеg. *Seia moriens Teſtamento ſuo ita cauit*, LVCIO TITIO MARITO MEO, CVI MAXIMAS GRATIAS AGO, DARI VOLO SVPER DOTEM QVAM EI DEDI, TOT AVREOS. Modeſtin. in L. Titia cum §. vlt. D. de legat. II. Γάϊον Σέϊον τὸν ἄνδρα μου παρακατατίθεμαί σοι, ὦ θύγατερ, ὃ βούλομαι δοθῆναι εἰς βίου χρῆσιν καὶ ἐπικαρπίαν, μεταχὺ κώμης χαλκήνων, ἣν ἔφθασα δεδωκυῖα εἰς προῖκα σὺν σώμασι τοῖς ἐμφερομένοις τῇ προικί· καὶ κατὰ μηδὲν ἐνοχληθῆναι αὐτὸν περὶ τῆς προικός. Ἔσται γὰρ μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ σοὶ καὶ τοῖς τέκνοις σου.

Libertis porrò ALIMENTA, CIBARIA, VESTIARIA, plerumque relinquebantur. Modeſtin. in L. verba Teſtamenti, D. de aliment. vel cibar. caput Teſtamẽti citat huiuſmodi. OMNIBVS LIBERTIS NOSTRIS CIBARIA PRÆSTABITIS PRO ARBITRIO VESTRO, NON IGNORANTES, QVOT EX HIS CAROS HABVERIM. *Item alio loco*. PROTVMVM, POLYCHRONIVM, HYPATIVM COMMENDO, VT ET VOBISCVM SINT, ET CIBARIA PRÆSTETIS PETO. Scæuola in L. Alimenta, D. eo. ALIMENTA ET VESTIARIA *libertis ſuis dedit*. Et in L. Gaio, D. eo. *Gaio trecẽtos aureos legauit, vt ex vſuris eius ſummæ* LIBERTIS CIBARIA ET VESTIARIA PRÆSTARET QVÆ STATVERAT. Vlpian. in L. Mela, §. vlt. D. eo. *Quidam libertis ſuis, vt* ALIMENTA, *ita*, AQVAM *quoque per fideicommiſſum reliquerat*. Scæuola in L. à filio, §. vlt. D. eo. *Titia decedens Teſtamento ita cauit*, OMNIBVS LIBERTIS, LIBERTABVSQVE MEIS CIBARIA ET VESTIARIA, QVÆ VIVA PRÆSTABAM, DARI PRÆSTARIQVE VOLO. Huiuſmodi enim legatis plerumque demonſtratio hæc, QVÆ VIVVS PRÆSTABAM, addi conſueuerat. Scæuola in L. Alimenta, §. 1. D. eo. LIBERTIS LIBERTABVSQVE, QVOS, QVASQVE TESTAMENTO, CODICILLISVE MANVMISERAT, ALIMENTA, *Commoda*, QVÆ VIVA PRÆSTABAT, DARI *iuſſerat*. Et §. vlt. ead. L. ITEM LIBERTIS MEIS QVOS VIVVS MANVMISI, EA QVÆ PRÆSTABAM. Papinian. in L. Seio, §. vlt. de annu. leg. LIBERTIS DARI VOLO QVÆ VIVA PRÆSTABAM. Scæuola in L. codicillis, §. vlt. D. eo. LVCIO TITIO AVRI PONDO TRIA QVÆ VIVA PRÆSTABAM. Et in L. Sẽpronio, D. de vſu & vſufr. leg. SEMPRONIO EA QVÆ VIVVS PRÆSTABAM, DARI VOLO. Et §. 1. ead. L. LIBERTIS MEIS QVIBVS NOMINATIM NIHIL RELIQVI QVÆ VIVVS PRÆSTABAM DARI VOLO. Et in L. Teſtamento, D. de aliment. vel cibar. leg. *Teſtamento ita cautum fuit*, LIBERTIS MEIS CIBARIA, QVÆQVE ALIA PRÆSTABAM, AB HEREDIBVS MEIS PRÆSTARI VOLO. Item in L. Stichus, D. eo. tit. *Eidem Sticho Contubernalem eius, & liberos legauit: iiſque*, QVÆ VIVVS PRÆSTABAT. *Deinde alio capite*, LIBERTIS OMNIBVS, QVÆ VIVVS PRÆSTABAT DARI *iuſſit*. Vlpian. in L. Mela, §. ſed ſi, D. eod. legat. *Sed ſi* ALIMENTA QVÆ VIVVS PRÆSTABAT, *reliquerit*. Papinian. in L. alio, D. eo. *Eum quoque libertum inter eos, quibus* CIBARIA, *item* VESTIARIVM, *Patrona*, QVÆ VIVA PRÆSTABAT, *reliquit*.

Interdum autem Teſtamento ſuo libertis, libertabúſque cibaria & veſtiaria ab heredibus ſuis præſtari iubebat Teſtator, nulla cõdicione addita, L. IIII. §. vlt. D. de alim. vel cibar. Interdũ verò ea condicione alimenta & cibaria libertis relinquebantur, vt cũ liberis vel cum Matre, aut cum vxore, morarentur. Paulus in L. illis, D. de condic. & demonſtr. ILLIS LIBERTIS ALIMENTORVM NOMINE, SI CVM FILIO MEO MORATI FVERINT, MENSTRVOS DENARIOS CENTENOS ET VESTIARIA DARI VOLO. Imperator Antoninus Pius in L. 1. C. de leg. libertis Sextilia ita reſcribit. *Quãuis verbis his*, QVOAD CVM CLAVDIO IVSTO MORATI ESSETIS, ALIMENTA *vobis &* VESTIARIVM LEGATVM SIT. Quod Antonini Pij reſcriptum, aliquot dumtaxat verbis immutatis, citatur à Scæuola in L. Gaio Seio, § 1. D de aliment. vel cibar. Idem in L. libertis, §. 1. D. eod. tit. *Manumiſſis Teſtamento* CIBARIA ANNVA, SI CVM MATRE MORARENTVR, *per fideicommiſſum dedit*. Et §. ab heredibus ead. L. Ab *heredibus Stichum manumitti voluit, eique*, SI CVM SEIO MORARETVR, CIBARIA ET VESTIARIA PRÆSTARI A SE-

IO.

10. Et in L. Mæuia, §. vxore, D. de an. legat. *Vxore herede ſcripta ita cauit:* LIBERTIS MEIS OMNIBVS ALIMENTORVM NOMINE SINGVLIS ANNVOS DENARIOS DVODECIM AB HEREDE DARI VOLO, SI AB VXORE MEA NON RECESSERINT. Scæuola in L. annua, D. de annu. leg. *Annua his verbis legauit*, SI MORARENTVR CVM MATRE MEA, QVAM EX PARTE HEREDEM INSTITVI: Papinianus etiam in L. pater Seuerianam, §. vlt. D. de condic. & dem. fideicommiſſa menſtrua, & annua ſub ea cōditione liberto relicta proponit, QVAMDIV RES PATRONI FILIÆ GESSERIT. Idem in L. cùm tale, D. eo. tit. *Cum patronus liberto certam pecuniam legaſſet*, SI A LIBERIS EIVS NON DISCESSISSET.

Quin & Teſtatorem cum ſeruos Teſtamēto manumitti ab herede voluiſſet, adiecisſe, ET TECVM SINT SEMPER, VOLO, narrat Scæuola in L. Gaio, §. vlt. D. de alim. leg. Sic in L. verba Teſtamenti, D. eo. Modeſtinus in Teſtamento ſcriptum fuiſſe refert, VT ET VOBISCVM SINT, ET CIBARIA PRÆSTETIS PETO. Aliâs, etiam Libertos quibus cibaria & veſtiaria dabat, circa monumentum ſuum morari Teſtator volebat. Scæuola in L. Libertis, §. cibaria, D. de aliment. leg. CIBARIA ET VESTIARIA *per fideicommiſſum* DEDERAT, *& ita adiecerat*; QVOS LIBERTOS MEOS, VBI CORPVS MEVM POSITVM FVERIT, IBI EOS MORARI IVBEO, VT PER ABSENTIAM FILIARVM MEARVM AD SARCOFAGVM MEVM, MEMORIAM MEAM QVOTANNIS CELEBRENT.

Nec eos modo quos viui manumiſerant, ſed & quos eodem ipſo Teſtamento manumittebant, ſimili legato proſequi ſolebant. Scæuola in L. Libertis, D. de aliment. leg. *Libertis quos Teſtamento manumiſerat, Alimentorum nomine* MENSTRVOS DECEM *legauerat. Deinde Codicillis, generaliter omnibus libertis* MENSTRVOS SEPTEM, ET ANNVOS, VESTIARII NOMINE, DENOS LEGAVIT. Et in L. Lucius, §. Lucius, D. de legat. III. *Teſtamento facto ita legauit.* QVISQVIS MIHI HERES ERIT, OMNIBVS LIBERTIS MEIS, QVOS HOC TESTAMENTO MANVMISI, ET QVOS ANTE HABVI, QVOSQVE VT MANVMITTANTVR PETII, ALIMENTORVM NOMINE IN MENSES SINGVLOS CERTAM PECVNIAM DATO. Qua de re ita quidam Teſtator Græcè cauiſſe proponitur in L. IIII. D. de aliment. leg. Τοῖς ἀπελευθέροις ταῖς τὸ ἀπελευθέρους μου, ὡς Ζώσα. εἰ τι διαθήκῃ, εἴ τι τῷ κωδικίλλῳ ἠλευθέρωσα ἢ ἐλευθερώσω, δοθῆναι βούλομαι τὰ ἐν χρόνοις μου χρέα. Ἐπὶ τῷ καὶ ὅσα Ζώσης μου ἐλάμβανον, ἐστοιχεῖσθαι αὐτοῖς κιβαρίου, καὶ βεστιαρίου ὀνόματι.

Mancipiis quoque cibaria præſtari patresfa. Teſtamento interdum cauebant. Scæuola in L. à filio, §. 1. D. de aliment. legat. *Teſtator concubinæ mancipia ruſtica numero octo legauit, & his Cibaria præſtari iuſſit, in hæc verba.* EISQVE MANCIPIIS QVÆ SVPRA LEGAVI CIBARII NOMINE AB HEREDIBVS MEIS PRÆSTARI VOLO QVÆ ME VIVO ACCIPIEBANT. Idem in L. ſeruos, D. eo. PETO, FIDEIQVE TVÆ COMMITTO, VT DES PRÆSTES IN MEMORIAM MEAM PEDISEQVIS MEIS, QVOS AD CVRAM TEMPLI RELIQVI, SINGVLIS MENSTRVA CIBARIA, ET ANNVA VESTIARIA CERTA. Marcellinum vtique de morte deliberantem, Stoïcus quidam, vt Seneca Epiſt. LXXVIII. lib. XI. refert, admonuit, non eſſe inhumanum, quemadmodū, cœna peracta reliquiæ circumſtantibus diuiduntur, ſic peracta vita aliquid porrigi iis totius vitæ miniſtri fuiſſent. Eóque ſuaſore Marcellinus facilis alioquin animi & liberalis, minutas ſummulas flentibus ſeruis diſtribuit.

Alimenta porrò etiam his verbis relinquebantur ROGO VT EDVCES, L. vlt. D. de aliment. legat. PETO VT ALAS, L. generali, §. duas, D. de vſu & vſufr. leg. Et ſic in L. Lucius, §. heredum, D. ad Se. Trebellian. INTERIM EX REFECTV PAVPERTATIS, QVI AD VOS PERVENERIT, ALATIS EVM VSVRIS PRO QVANTITATE NVMMORVM REDACTIS.

Interdum autem Alimentorum ſeu Cibariorum modum ipſimet Teſtatores ſtatuebant: interdum vero non adiecta quantitate, Alimenta relinquebant, L. cùm alimenta D. de aliment. vel cibar. leg. Aliâs certorum nummorum Cibaria & Veſtiaria relinquebant, L. Lucius, D. eo. Aliâs ARBITRIO HEREDVM id committebant, L. verba Teſtamenti, D. de aliment. vel cibar. Nonnumquam & ARBITRATV BONI VIRI ali-

menta dabantur, vt in L. cum vnus, §. vlt. D. eo. ALIMENTIS VIRI BONI ARBITRATV FILIÆ RELICTIS. Alimentorum vtique præbendorum neceſſitas vel menſtruis, vel annuis oneribus adſtringebatur. Nam vel in menſes ſingulos certam pecuniam dare heredes iubebantur, rogabantúrve, L. Lucius, §. Lucius, D. de leg. II. vel in annos ſingulos, vel in dies, L. cũ hi, §. I. D. de tranſactionib. Vlpian. in L. diariis, D. de aliment. DIARIIS, *vel cibariis relictis*. Ita MENSTRVOS DECEM relictos legimus in ſpecie L. libertis, D. de aliment. legat. Scæuola in L. filiumfa. §. vlt. D. quãdo dies legator. MENSTRVOS DENARIOS DENOS *manumiſſis legauit*. Et in L. ex parte, §. ſeruo, D. famil. erciſc. *Seruo libertatem dedit* & cet. *Eidem*, EX DIE MORTIS SVÆ, QVOAD VIVERET, CIBARIORVM NOMINE DENARIOS DENOS, VESTIARII, DENARIOS VIGINTI QVINQVE PRÆSTARI, *ſe velle ſignificauit*. Idem in L. Libertis, D. de aliment. leg. Libertis, quos Teſtamento manumiſerat, ALIMENTORVM NOMINE MENSTRVOS DECEM legaſſe Teſtatorem refert. Deinde Codicillis generaliter OMNIBVS LIBERTIS MENSTRVOS SEPTEM, & ANNVOS VESTIARII NOMINE DENOS legaſſe. Interdum etiam non nummi ad Alimenta, ſed frumentum, atque oleum, & cetera quæ ad victum neceſſaria erant, relinquebantur, L. cum hi, §. ſi cui, D. de trãſactionib.

Sanè Teſtatores vbi plures heredes ſcripſerant, vnum aliquem ex his plerumque eligebant, per quem alimenta præſtarentur, vt ex L. III. §. I. D. de aliment. leg. colligitur. Et ita in L. pecuniæ, D. eo. tit. Papinian. narrat, *pecuniæ ſortem alimentis Libertorum deſtinatam* vnum ex heredibus *ſecundum voluntatem defuncti præcepiſſe*. Similitérque in L. cùm vnus, D. eo. idem Papinianus, *Cùm vnus*, ait, *ex heredibus* CERTAM PECVNIAM PRÆCIPERE IVSSVS ESSET, DE CVIVS SORTE, LIBERTIS ALIMENTA PRÆSTARET. Interdum autẽ certa quantitas relinquebatur Titio, vel res, ita vt inde alimenta Seio præſtarentur. Interdum integra quantitas alicui legabatur, vt ex vſuris eius ſe aleret, & mortis tempore pecunias reſtitueret. Aliâs vni pluribúſve fundus ad alimenta relinquebatur, L. cum hi, §. ſi integra & §. ſi vni, D. de tranſactionib. Scæuola in L. Gaio, D. de aliment. vel cibar. *Gaio Seio trecentos aureos legauit*, VT EX VSVRIS EIVS SVMMÆ, LIBERTIS CIBARIA PRÆSTARET, *quæ ſtatuerat*. Papinian. in L. alio. D. eo. A TE PETO GAI SEI, QVIDQVID EX HEREDITATE MEA REDEGERIS, ILLIS ALVMNIS MEIS, SINGVLIS DENOS AVREOS: EANDEMQVE SVMMAM PENES TE ESSE VOLO: CVIVS EX INCREMENTO EOS ALERE TE VOLO. Sic & ex vſuris pecuniæ legatæ Baſilicen libertam ali Teſtator voluit in L. Alimenta, §. Baſilice, D. eod. Et Alomnum donec ad annum decimũ quintum perueniſſet, ali vſuris pro quantitate nummorum redactis, in L. Lucius, §. heredum, D. ad Sc. Trebellian. Interdum & in cauſam alimentorum fundos certos obligabant, ex quorũ reditu alimenta præſtari volebant, vt in L. Lucius, D. eod. *Lucius Titius in extrema Teſtamenti parte ita cauit*, OBLIGATOS EIS OB CAVSAM FIDEICOMMISSI, FVNDOS MEOS, ILLVM ET ILLVM, VT EX REDITV EORVM ALIMENTA SVPRASCRIPTA PERCIPIANT. Papinian. in L. fundus, D. de ann. leg. FVNDVS *quem paterfa. libertis legatorum nomine quæ in annos ſingulos reliquit*, PIGNVS ESSE voluit. Aliâs vero FRVCTVS PRÆDIORVM ob alimenta Libertis relinquebatur, L. dominus, §. vlt. D. de vſufruc.

Nec libertis modò, ſeruíſve, ſed & ingenuis pueris puellíſve Alimenta relinquebantur. Vlpian. in L. Mela, D. de aliment. leg. *Si* PVERO VEL PVELLÆ ALIMENTA RELINQVANTVR. Marcian. in L. diui, D. ad L. Falcid. Seuerum & Antoninum reſcripſiſſe ait, PECVNIAM RELICTAM AD ALIMENTA PVERORVM, Falcidiæ ſubiectam ESSE. Sic in L. Aurelius, D. de liberat. leg. fideiuſſor qui rem pupillorum ſaluam fore promiſerat, pupillis alimenta legat in hæc verba: ARELIO LATINO ET ARELIO FELICI SINGVLIS QVINA, CVM QVIS EORVM QVATVORDECIM ANNORVM FVERIT: AD QVOD TEMPVS EIS PRÆSTARI VOLO SINGVLIS ALIMENTORVM NOMINE, MENSTRVOS DENARIOS SENOS, ET VESTIARII NOMINE ANNVOS DE-

NARIOS

NARIOS VIGINTI QVINQVE. QVO LEGATO CONTENTI ESSE DEBETIS, QVANDO TVTELA VESTRA NON MINIMO DAMNO RATIONEM MEAM ADPLIXERIT. A VOBIS AVTEM, HEREDES, MEI PETO, NE QVID EX RATIONE TVTELÆ AB HIS EXIGERE, VEL AB HOC LEGATO EORVM RETINERE VELITIS. Sed & ei qui bonis ceſſerat, Menſtruum vel Annuum alimentorum nomine relictum, miſericordiæ cauſa, refert Vlpian. in L. qui bonis, D. de ceſſio. bonot. Ac vel damnatis in metallum in cauſam alimentorum ſimiliter legabatur, L. is cui, D. de aliment. vel cibar. L. ſi in metallum, D. de his quæ pro non ſcript. hab. Refertur & Alimentorum legatum huiuſmodi in L. vlt. D. de reb. dub. SABINÆ ET CYPROGENIÆ DARI VOLO, CVM AD STATVTAM ÆTATEM PERVENERINT, SINGVLIS DECEM: ET HOC AMPLIVS, ALIMENTORVM NOMINE, IN ANNOS SINGVLOS, QVOAD VIVENT, SINGVLIS DECEM. Denique ab eo qui alimenta debebat, vineas Teſtamento cum hac adiectione relictas, VT HABEANT VNDE SE PASCANT, refert Valens in L. cum alimenta, §. vlt. D. de aliment. vel cibar.

Reperiuntur & ſpecialia aliquot Alumno, necnon & Alumnæ relicta legata, fideicommiſſave, quæ Teſtatorum erga eos affectum teſtantur. Iis enim proſpicientes, plerumque eis legatam ſummam donec ad ſtatutam ætatem perueniſſent, penes aliquem eſſe volebant, ex cuius vſuris interim alerentur. Vt in L. à filio, D. de aliment. vel cibar. MÆVIO INFANTI ALVMNO MEO QVADRINGENTA DARI VOLO, QVÆ PETO A TE SVSCIPIAS, ET VSVRAS EI QVINCVNCES IN ANNVM VSQVE VICENSIMVM ÆTATIS PRÆSTES, EVMQVE SVSCIPIAS, ET TVEARIS. Scæuola in L. Alumnæ, D. de adimend. legat. VIGINTI LIBRAS AVRI QVAS TESTAMENTO SEMPRONIÆ ALVMNÆ MEÆ RELIQVI; EAS DARI VOLO MÆVIO, CAVTIONIBVS INTERPOSITIS, VT EX EA SVMMA EIDEM SEMPRONIÆ, QVAMDIV ADVIXERIT, PRÆSTET MENSTRVOS DENARIOS QVINQVE, ET VESTIARII NOMINE; DENARIOS CENTENOS VICENOS QVINOS. IDQVE FIDEI VESTRÆ COMMITTO. CERTA SVM AVTEM, TE, MÆVI, PRO TVA PIETATE PETITVRAM AB HEREDE TVO, VT VOLVNTAS MEA IN PERSONA ALVMNÆ MEÆ DVRET. Idem in L. liberto, §. largius, D. de annu. leg. Alūno certam quantitatem patronum Teſtamento legaſſe, refert, déque ea re Teſtamento cauiſſe in hæc verba, PECVNIAM QVAM TITIO LIBERTO ET ALVMNO MEO LEGAVI, ESSE VOLO PENES PVBLIVM MÆVIVM VSQVE AD ANNVM VICESIMVMQVINTVM ÆTATIS EIVS: PROQVE EA COMPVTARI CVM EO VSVRAS QVADRANTES. QVANTVM AVTEM IN SVMPTVM EI STATVENDVM SIT, TV, PVELI MÆVI, CVM PATRIS AFFECTVM EI PRÆSTARE DEBEAS, ÆSTIMABIS.

Libertis porrò non Alimenta modò, quæ legati ſpecies, Papiniani in L. I. D. de iu. aur. anul. teſtimonio comprobatur, ſed & Fundos, Prædia, Domos, alienatione plerumque idcirco prohibita, NE DE NOMINE EXIRENT, patronos legaſſe, ex his quæ ſuprà in fundorum legandorum formulis à nobis dicta ſunt, patet.

Quin & aliis quibuſcumque perſonis, interdum IN SINGVLOS ANNOS certa quātitas relinquebatur, veluti SALARIVM ANNVVM, L. cùm hi, §. ſi in annos, D. de tranſactionib. L. cùm in annos, D. quando dies legator. L. I. & L. ſi in ſingulos, L. cum in annos, D. de annu. leg. L. patrimonij, D. de vſu & vſufr. leg. L. ſenatus, §. vlt. D. de mort. cau. donat. L. ſi Stichū in fi. D. de verbor. obligat. Interdū vero IN MENSES SINGVLOS; L. Lucius, §. Lucius, D. de legat. II. L. legatū, D. de cap. minut. Atque adeo in DIES SINGVLOS legabatur, L. nec ſemel, §. vlt. D. quādo dies legator. quô loci Vlpian. ex Pōponio nihil intereſſe tradit, vtrum IN ANNOS SINGVLOS, vel QVOTANNIS, an IN SINGVLOS MENSES; vel QVOT MENSIBVS, an IN SINGVLOS DIES, vel QVOT DIEBVS legaretur. Proponitur autem in L. II. D. de annu. legat. IN ANNOS SINGVLOS HERES DAMNATVS SINERE LEGATARIVM FRVI FVNDO. Vlpian. in L. ſi legatum, §. vlt. D. eo. *Si cui*

certa quantitas legetur, & QVOAD PRÆSTETVR, IN SINGVLOS ANNOS, CERTVM *aliquid, velut* VSVRAS, *iuſſerit Teſtator præſtari*. Idem in L. Iulianus, §. vlt. D. ex quib. cauſ. maior. *Eum quoque cui ſic legatum ſit*, VEL IN ANNOS SINGVLOS QVIBVS IN ITALIA ESSET. Aliâs autem legabant ANNVOS AVREOS, vel DENARIOS DECEM, L. Mæuia in princ. & §. vxore, D. de annu. leg. vel ANNVA DENA, L. liberto, §. 1. D. eo. ANNVOS DENOS, L. libertis, D. de aliment. vel cibar. Aliâs DECEM PER ANNOS SINGVLOS, L. codicillis, D. de annu. leg. Annuis vtique legatis plerumque adiiciebantur verba hæc, QVOAD VIVERET, L. à vobis & L. Titia, D. eo. vel QVAMDIV VIVERET, L. Mæuia, D. eo. L. vlt. D. de reb. dub. vel VSQVE DVM VIVET, L. liberto. D. de annu. leg. vel, QVAMDIV ADVIXERIT, L. alumnæ, D. de adimend. leg.

ANNVA etiam hæc legata quandoque ſub hac condicione alicui relinquebantur, Si is negotiis Teſtatoris interueniret, vt in L. Seio, D. de annu. legat. SEIO AMICO FIDELISSIMO, SI VOLVERIT SICVT MEIS NEGOTIIS INTERVENIEBAT, EODEM MODO FILIORVM MEORVM INTERVENIRE, ANNVOS SENOS AVREOS, ET HABITATIONEM QVA VTITVR, PRÆSTARI VOLO. Scæuola in L. Mæuia, D. eo. LVCIO TITIO VIRO BONO, CVIVS OBSEQVIO GRATIAS AGO, DARI VOLO ANNVOS QVAMDIV VIVAT, AVREOS DECEM, SI REBVS NEPOTIS MEI INTERVENIAT, OMNEMQVE ADMINISTRATIONEM RERVM NEPOTIS MEI AD SOLLICITVDINEM SVAM REVOCAVERIT.

Interdũ ex Reditu fundi alicuius certam ſummã præſtari Teſtator iubebat, vt in L. codicillis, D. de ann. leg. A QVIBVS PRÆSTARI VOLO HEREDI EX REDITV EIVS FVNDI DECEM PER ANNOS SINGVLOS, VSQVE AD ANNOS TRIGINTA QVINQVE, A DIE MORTIS MEÆ. Sic & in L. Titia, D. eo. iii. A TE MÆVI, EX REDITV FVNDI SPERATIANI PRÆSTARI VOLO ARRIO PAMPHILO, ET ARRIO STICHO, EX DIE MORTIS MEÆ, ANNVOS SEXCENTOS QVOTANNIS, QVOAD VIVENT. Et in L. Firmio, D. quando dies legator. FIRMIO HELIODORO FRATRI MEO DARI VOLO QVINQVAGINTA EX REDITV PRÆDIORVM MEORVM FVTVRI ANNI. Scæuola in L. annua, §. 1. D. de ann. leg. QVISQVIS MIHI HERES ERIT, FIDEI EIVS COMMITTO, VTI DET EX REDITV CENACVLI MEI ET HORREI, POST OBITVM, SACERDOTI ET HIEROPHYLACO, ET LIBERTIS QVI IN ILLO TEMPLO ERVNT, DENARIA DECEM DIE NVNDINARVM QVAS IBI POSVI. Idem in L. liberto, D. de annu. leg. *Liberto ſuo ita legauit*, PRÆSTARI VOLO PHILONI, VSQVE DVM VIVET, QVINQVAGESIMAM OMNIS REDITVS, QVÆ PRÆDIIS A COLONIS VEL EMPTORIBVS FRVCTVS, EX CONSVETVDINE DOMVS MEÆ PRÆSTANTVR. Et in L. defuncta, §. 1. D. de vſufr. SEMPRONIO DO LEGO EX REDACTV FRVCTVVM HOLERIS ET PORRINÆ, QVÆ HABEO IN AGRO FARRARIORVM, PARTEM SEXTAM. Aliâs etiam Reditus prædij, veluti VINDEMIA, vel MESSIS, legabatur, L. idẽ, D. vſusfr. quẽad. cau. His addenda eſt & illa Legati formula quæ ponitur in L. Gaius, D. de annu. legat. in hæc verba: PRÆSTARI AVTEM VOLO EX PRÆDIIS POTITIANIS, PRÆDIIS LVTATIANIS, ANNVA HARVNDINIS MILIA TRECENA, ET SALICIS MVNDÆ ANNVA LIBRARVM SINGVLA MILIA.

Enimuero non Vxoribus modo, ſed & quibuſlibet Mulieribus legata dabantur. Idq; ſæpe, ſub condicione nuptiarum, vel ſi Titij, verbi gratia, arbitratu nupſiſſent. Labeo in L. quod pupillæ, D. quando dies legator. *Quod pupillæ relictum eſt*, QVANDOQVE NVPSISSET. Papinian. in L. cùm tale, §. ſi arbitratu, D. de condic. & dem. SI ARBITRATV TITII SEIA NVPSERIT, HERES MEVS EI FVNDVM DATO. Pompon. in L. Turpia, §. 1. D. de legat. 1. *Si Titiæ legatum relictum eſt*, SI ARBITRATV SEII NVPSISSET. Marcian. in L. condicionum, D. de condic. & dem. *Hæc condicio*,

condicio. TITIÆ SI MIHI NVPSERIT. Cic. Topic. *Si ita Fabiæ pecunia legata eſt à viro*, SI EI VIRO MATERFA. ESSET.

Aliâs etiã, SI IN FAMILIA NVPSISSENT, legabatur. Vlpian. in L. cui fuerit, D. de condic. & demonſtr. *Cui fuerit ſub hac condicione legatum*, SI IN FAMILIA NVPSISSET. Paulus in L. Paula, D. de legat. III. *Paulæ Callinico ex parte herede inſtituto; filiæ eiuſdem Iubentianæ*, CVM IN FAMILIA NVPSISSET, *decem Teſtamento legauit*. Quo modo Filiæ quoque legatum proponit Iulian. in L. qui filium, D. vbi pupill. educ. Quin & Viris legabatur, ita vt certas vxores ducerent. Papinian. in L. Titio centũ, §. I. D. de cõdic. & dem. *Titio centũ relicta ſunt*, ITA VT MÆVIAM VXOREM QVÆ VIDVA EST, DVCAT. Vlpian. in L. ſi poſt diem, D. quando dies leg. *Si ita mihi legatum ſit, ſi* SEIAM VXOREM DVXERO. Contrà interdum mulieri SI TITIO NON NVPSERIT legabatur, L. hoc genus, D. de condic. & demonſtr.

Planè condiciones huiuſmodi, MÆVIÆ, SI NON NVPSERIT, LEGO, & alias id genus, quibus omnino nuptiis impedimentũ inferebatur legi diſplicuiſſe, docent L. cùm tale, §. ſi arbitratu, & L. mulieri, D. de condic. & dem. Et generaliter quidquid in fraudem legis ad impediendas nuptias in Teſtamento ſcribebatur, nullam vim habebat, L. heres, §. vlt. D. eo. L. ſeruo, §. I. D. ad Senatuſconſultum Trebell. Si tamen ſerui vſusfructus, Mulieri, QVOAD VIDVA ESSET, legatus fuiſſet, idémque ſeruus, SI EA NVPSISSET, liber eſſe iuſſus fuiſſet, ſi mulier nupſiſſet, ſeruus liber erat: quia potior erat legato libertas, L. Titio, §. vlt. D. eo. Titiæ etiã SI A LIBERIS NON DISCESSISSET, legatũ, refert L. cùm tale, D. de condic. & dem. Socrũ quoq; nurui ita fideicommiſſum reliquiſſe, SI CVM FILIO MEO IN MATRIMONIO PERSEVERAVERIT, Papinian. ſcribit in L. pater Seuerianam, §. ſocrus, D. eod. Alia mulieribus relicta legata peti poterunt ex L. Titiæ, L. Seiæ, L. vlt. §. vlt. D. de auro argen. Atque vt Mulieribus, ſic & Viris nonnumquam AD TEMPVS LIBERORVM legabant, L. ſi ita quis, §. vlt. D. de legat. II. L. ſed & ſi ad tempus, D. ad Se. Trebellian. L. is cui, D. quando dies legator.

FAMILIÆ etiã interdũ relinquebatur. Modeſt. in L. omnia, §. vlt. D. de leg. II. *In fideicõmiſſo quod Familiæ relinquitur*: ac nonnumquã, vni ex familia quẽ heres elegiſſet, hoc modo, ROGO FVNDVM CVI VOLES, EX FAMILIA RELINQVERE, L. vnũ ex familia, §. ſed & ſi fundum, D. de legat. II. COGNATIONI etiam, *ſeu* COGNATIS quandoque legabant, L. ſi cognatis, D. de reb. dub. Vlpian. Tit. XXIIII. *Sub certa tamen demonſtratione, Incertæ perſonæ legari poteſt: velut*, EX COGNATIS MEIS QVI NVNC SVNT, QVI PRIMO AD FVNVS MEVM VENERIT, EI HERES MEVS ILLVD DATO. Similitérque Iuſtinian. in §. legari Inſtit. de legat. ſub certa demonſtratione, id eſt, ex certis perſonis, Incertæ perſonæ, vtiliter legari tradit in hunc modum, EX COGNATIS MEIS QVI NVNC SVNT, SI QVIS FILIAM MEAM VXOREM LVXERIT, EI HERES MEVS ILLAM REM DATO. Eiuſdem generis ſunt & hæc legata, ILLIS QVI TESTAMENTVM MEVM SIGNAVERINT, HERES MEVS DECEM DATO. L. ſi quis, D. de reb. dub. SI QVIS EX HEREDIBVS, CETERISVE AMICIS, QVORVM HOC TESTAMENTO MENTIONEM HABVI, SIVE QVIS ALIVS RESTITVTIONEM MIHI IMPETRAVERIT AB IMPERATORE, ET ANTE DECESSERO QVAM EI GRATIAS AGEREM, VOLO DARI EI QVI ID EGERIT, A CETERIS HEREDIBVS, AVREOS TOT. L. quidam, D. eod. Vlpian. in L. ſi fuerit, D. eod. *Si fuerit legatum relictum*, EX COGNATIS MEIS QVI PRIMVS CAPITOLIVM ASCENDERIT. Alioquin vt Vlpian. Tit. XXIIII. & Iuſtinian. in d. §. legari Inſtit. de legat. notant, Incertæ perſonæ legari nõ poterat, veluti, QVICVMQVE FILIO MEO FILIAM SVAM IN MATRIMONIO CONLOCAVERIT, EI HOMINI TOT MILIA DATO. Vel QVICVMQVE FILIO MEO FILIAM SVAM IN MATRIMONIVM DEDERIT, EI HERES MEVS ILLVM FVNDVM DATO.

Ex pluribus verò, EI QVI NOVISSIMVS SVPERVIXISSET, quãdoque legabatur. Iulian. in L. quotiẽs, D. de reb. dub. *Quotiens libertis vſusfructus legatur, &c*, EI QVI

Q q

NOVISSIMVS SVPERVIXERIT, *proprietas*. African. in L. ſi ſeruus legatus, §. huiuſmodi, D. de legat. I. huiuſmodi legatum ILLI AVT ILLI VTER EORVM PRIOR CAPITOLIVM ASCENDERIT, vtile eſſe, euidenti argumento probari ait, quod conſtet VSVMFRVCTVM LIBERTIS LEGATVM, ET QVI EORVM SVPERVIXERIT, PROPRIETATEM *vtiliter legari*.

Debitori Creditor non rarò liberationem legabat, L. Neſennius, §. vlt. & L. quærebatur, D. ad L. Falcid. L. II. §. ſi debitori, D. vt in poſſ. legator. eoque modo TESTAMENTO LIBERATVS DEBITOR dicebatur, L. ſi Teſtamento, D. de fideiuſſorib. Quod variis verborum figuris fiebat. Nonnumquam enim damnabatur heres A DEBITORE FIDEIVSSOREVE EIVS NON PETERE. Paulus in L. legaui, D. de liberat. leg. *Si ita legauit*, CENTVM AVREOS QVOS MIHI DEBET: *vel*, STICHVM QVEM DEBET, HERES MEVS DAMNAS ESTO NON PETERE. *Quod ſi ſic dixerit*, HERES MEVS CENTVM AVREOS, QVOS MIHI TITIVS DEBET, DAMNAS ESTO EI DARE. Idem in L. dolo facit, D. de doli except. *Si heres* DAMNATVS SIT NON PETERE A DEBITORE. Et in L. amplius, D. rat. rem hab. *Heres qui* DAMNATVS NON PETERE. Vlpian. in L. non ſolùm, §. ſi is, D. de liberat. legat. *Si is qui ſtipulatus fuerit Stichum aut decem*, DAMNAVERIT HEREDEM, STICHVM NON PETERE. Pompon. in L. II. D. eo. *Heredem* DAMNATVM A FIDEIVSSORE NON PETERE. Iulian. in L. ſi damnatus, D. eo. *Si* DAMNATVS HERES *fuerit*, A FIDEIVSSORE *quidem* NON PETERE. Et mox: DAMNATVS HERES, NE A REO PETAT.

Aliàs ita liberatio legabatur. HERES MEVS. A SOLO LVCIO TITIO NE PETITO, L. non ſolum, §. tale, D. eod. QVOD MIHI SEMPRONIVS DEBET, PETI NOLO, L. quod mihi, D. eo. Quin & PETERE VETABANT. Vlpian. in L. denique, §. item ſi ſeruo, D. de pecul. leg. *Si heres à debitore peculiari ſerui* VETITVS SIT PETERE.

Aliâs damnabatur rogabatúrve HERES DEBITOREM LIBERARE. Modeſtin. in L. cùm ita, D. eo. *Cùm ita teſtemur*, HERES MEVS DAMNAS ESTO LIBERARE ILLVM QVOD MEA NEGOTIA GESSIT, ET SI QVID EVM MIHI DARE FACERE OPORTET, AB EO NON EXIGERE. Paul. in L. ſi is qui, D. eo. tit. *Si is qui duos reos promittendi habet*, DAMNAVERIT HEREDEM, VT VTROSQVE LIBERET. Papinian. in L. cum heres, D. eod. *Cùm heres rogatur* DEBITOREM SVVM LIBERARE. Interdum & damnabant heredem NON EXIGERE. Vlpian. in L. ſi quis in Teſtamento, D. eo. *Si quis in Teſtamento* DAMNATVS EST, NE A TITIO DEBITORE EXIGAT. Vel EXIGERE VETABANT, L. Aurelius, §. centum, D. eo. Scæuola in L. Lucius Titius, §. ciuibus, D. de legat. II. *Poſtea Codicillis* VETVIT A SEIO EXIGI. Idem in L. vlt. §. inter cetera, D. eod. *Liberto ita legauit*, ET SI QVID ME VIVO GESSIT, RATIONES AB EO EXIGI VETO. Sic & in L. Aurelio, D. eod. AVRELIO SEMPRONIO FRATRI MEO. NEMINEM MOLESTARI VOLO NOMINE DEBITI, NEQVE EXIGERE ALIQVID AB EO QVAMDIV VIVERET, NEQVE DE SORTE AVT VSVRA, NOMINE DEBITI. ET ABSOLVO, ET LIBERO EX PIGNORIBVS EIVS DOMVM ET POSSESSIONEM CAPERLATHAM. Eodémque modò & SATIS EXIGI, ET SATIS ACCIPI VETABANT, L. vxorem, §. vlt. D. de leg. III. L. quæ filium, D. ad Sc. Trebell. L. vlt. D. vt legator ſeu fideic. L. I. D. vt in poſſeſs. legator.

Interdum & his verbis vtebantur, QVÆSTIONEM FIERI VETO, L. Titia cum §. Lucius, D. de legat. II. vel, QVÆSTIONEM NEMO FACIAT, L. Aurelio, §. vlt. D. de liberat. leg. Scæuola etiam in L. Aurelius, §. Teſtamento, D. eo. Teſtamento

ſtamento ita quendam ſcripſiſſe refert, AVRELIO ADFINI MEO QVIDQVID MIHI EX QVACVMQVE CAVSA DEBEBAT, REMITTI VOLO. Dominum quoque colono cui fundum in quinquenniū locauerat, legaſſe his verbis, QVIDQVID EVM MIHI DARE FACERE OPORTET, OPORTEBITVE, VT SINERET HERES SIBI HABERE,. Paulus refert in L. ei cui, D. de liberat. legat. Quandoque verò debitori quod debebat, DARI CONCEDIQVE volebant. Scæuola in L. vlt. D. eod. tit. *Creditor debitori legauit ita*, GAIO SEIO QVIDQVID MIHI SVB PIGNORE HORREORVM SVORVM DEBVIT, AB HEREDIBVS MEIS DARI VOLO. Idem in L. Aurelius, §. Titius, D. eod. *Titius debitori ſuo ita legauit*, DO LEGO SEIO DENARIOS DECEM. ITEM DONO ILLI QVIDQVID SORTIS ET VSVRARVM NOMINE MIHI DEBEBAT. Et §. legatum, ead. L. SEIO CONCEDI VOLO QVIDQVID MIHI AB EO DEBITVM EST, VEL FIDEM MEAM PRO EO OBLIGAVI. Pleniſſimæ vero liberationis formula proponitur in L. vlt. §. Gaio, D. eo. in hæc verba: GAIO SEIO OPTIME MERITO HOC AMPLIVS LEGO, CONCEDIQVE VOLO, NEQVE AB EO PETI, NEQVE AB HEREDIBVS EIVS, QVIDQVID MIHI AVT CHIROGRAPHIS, AVT RATIONIBVS DEBITVM EST, VEL QVIDQVID A ME MVTVVM ACCEPIT, VEL FIDEM MEAM PRO EO OBLIGAVI.

Interdum Teſtatores vetabant pecuniam vſque ad certum tempus exigi & interea penes debitorem eſſe volebant, vt in L. Aurelius, §. centum, D. eo. CENTVM QVÆ APVD APRONIANVM DEPOSITA HABEO, APVD IPSVM ESSE VOLO, DONEC FILIVS MEVS AD XX. ANNOS PERVENERIT: EIVSQVE PECVNIÆ VSVRAM EXIGI VETO.

Tutoribus & Curatoribus rationum reddendarum neceſſitas etiam remittebatur. Scæuola in L. vlt. §. Titia, D. de liberat. legat. *Titia quæ duos tutores habebat, ita cauit*, RATIONEM TVTELÆ MEÆ QVAM EGIT PVBLIVS MÆVIVS CVM LVCIO TITIO, REPOSCI AB EO NOLO. Idem in L. Aurelius, §. Titius, D. eo. *Titius Teſtamento facto de patre ſuo tutore ita locutus eſt*, SEIVM PATREM MEVM LIBERATVM ESSE VOLO AB ACTIONE TVTELÆ. Et §. Mæuia ead. L. *Mæuia Teſtamento ſuo alterum ex heredibus ſuis actione tutelæ voluit liberari, his verbis*, RATIONEM TVTELÆ, QVAM EGIT IVLIANVS PAVLVS CVM ANTISTIO CICERONE, POSCI AB EO NOLO: EOQVE NOMINE CAVSA OMNI LIBERATVM ESSE VOLO. Papinian. in L. qui plures, D. de administr. tut. *Qui plures tutores habuit, vnum qui ſoluendo non fuit*, RATIONEM ACTVS SVI VETVIT REDDERE.

Nonnumquam rationes exigi ab his qui negotia geſſerant, vetabant, vt in L. Aurelius, §. Sticho, D. de liberat. leg. *Sticho Teſtamento manumiſſo fundum inſtructum, & alia legauit, & hæc verba adiecit*, QVEM RATIONEM REDDERE VETO, QVIA INSTRVMENTA PENES SE HABET. Et §. filias ead. L. *Filias heredes ſcripſerat, quarum fidei commiſit in hæc verba*: NE A GAIO SEIO RATIONES ACTVS REI MEÆ QVÆ PER MENSAM EIVS, SIVE EXTRA MENSAM IN DIEM MORTIS MEÆ GESTA EST, EXIGATIS, EOQVE NOMINE EVM LIBERETIS. Papinian. in L. cum tale, §. I. D. de condic. & dem. *Idque in perſona eius qui negotia geßit, cuique* RATIONIS REDDENDÆ NECESSITAS FVERAT TESTAMENTO REMISSA, *reſcriptum eſt*.

Ex cōtrario debitor quoque creditori interdum legabat, quod legatum vtile erat, ſi vel exceptione perpetua tutus debitor, vel quod in diem aut ſub condicione debebatur purè legaret, L. ſi creditori, L. ſi cui legetur, §. ſi Titio, D. de leg. I. L. ſi deportati, §. vlt. D. de legat. III. §. ex contrario, Inſtit. de legat. Sic Paulus in L. debitor, D. de legat. II. *Debitor decem legauit creditori, quæ ei poſt annū ſub pignore debuit*. Vti autē legaretur creditori docet d. L. ſi creditori, his verbis, QVOD SEIO DEBEO, LEGO. Sic in L. legaui, D. de liber. leg. TITIO QVOD EI DEBEO, *vel* TITIO CENTVM QVÆ EI DE-

BEO. Ac ſub ea condicione Creditori Debitor quandoque legatum dabat, ſi is chirographum vel cautionis Tabulas reddidiſſet. Vlpian. L. huiuſmodi, §. ſi ita, D. de legat. I. *Si ita cui legatum eſſet*, SI TABVLAS CHIROGRAPHI MEI HEREDI MEO REDDIDERIT, HERES MEVS EI DECEM DATO. Et in L. ab omnibus, §. I. D. de legat. I. LVCIO TITIO, SI IS HEREDI MEO TABELLAS QVIBVS EI PECVNIAM EXPROMISERAM, DEDERIT, CENTVM DATO. Quandoque verò ſolui quod debebat Teſtator iubebat. Scæuola in L. Aurelius, §. vlt. D. de libertat. leg. *Quidam ita legauit*. SEMPRONIÆ VXORI MEÆ REDDI IVBEO AB HEREDIBVS MEIS QVINQVAGINTA EA, QVÆ MVTVA ACCEPERAM CHIROGRAPHO PARTICVLATIM IN NEGOTIA MEA. Idem in L. Lucius, §. I. D. de legat. III. SEMPRONIÆ MVLIERI MEÆ REDDI IVBEO AB HEREDIBVS MEIS CENTVM AVREOS QVOS MVTVOS ACCEPERAM. Et L. nomen, §. vni ex heredibus, D. eo. ITEM ROGO VTI RELIQVVM ÆS ALIENVM QVOD EX BONIS ARETONIS DEBETVR, OMNIBVS CREDITORIBVS, EX REDITIBVS EORVM BONORVM SOLVAS, REDDAS, SATISQVE FACIAS. Quin & quandoque ſub nomine & obtentu æris alieni, liberalitas Teſtamentis exercebatur, vt in ſpecie, L. qui Teſtamentum, D. de probation. qui Teſtamentum faciebat, ei qui vſque ad certum modum capere poterat, legauiſſe refertur licitam quantitatem: deinde ita locutus eſſe, TITIO CENTVM DO LEGO, QVÆ MIHI PERTVLIT: QVÆ IDEO EI NON CAVI, QVOD OMNEM FORTVNAM ET SVBSTANTIAM, SI QVAM A MATRE SVSCEPERAT, IN SINV MEO HABVI SINE VLLA CAVTIONE. ITEM EIDEM TITIO REDDI ET SOLVI VOLO DE SVBSTANTIA MEA CENTVM QVINQVAGINTA, QVÆ EGO EX REDITIBVS PRÆDIORVM EIVS, QVORVM IPSE FRVCTVM PERCEPI ET DISTRAXI: ITEM DE CALENDARIO SI QVA A MATRE RECEPERAT TITIVS, IN REM MEAM CONVERTI. Sic & in L. cũ quis decedens, §. codicillis, D. de leg. III. *Codicillis ita ſcripſit.* Βύλομαι πάντα τὰ ὄντα-τι πραγμάτα κύρια εἶναι. Μαξίμῳ τῷ κυρίῳ μου δηνάρια μύρια πεντακισχίλια, ἅπερ ἔλαβον παρακαταθήκην παρὰ τῦ θείυ αὐτῦ Ιουλίυ μαξίμυ, ἵνα αὐτῷ ἀνδρωθέντι ἀποδώσω, ἃ γίνονται σὺν τόκῳ τρὶς μύρια, ἀποδοθῆναι αὐτῷ βύλομαι· οὕτω γὰρ τῷ θείῳ αὐτοῦ ὤμοσα. Debitorem vtique creditore herede inſtituto petiiſſe, NE IN RATIONE LEGIS FALCIDIÆ PONENDA, CREDITVM SVVM LEGATARIIS REPVTARET, proponit L. ſi debitor, D. ad L. Falcid.

Porró ſciendum eſt, non liberis modò perſonis, ſed & ſeruis alienis, Legata Teſtamẽtis data fuiſſe, L. cum filiofa. L. cum ſeruo, D. de legat. I. L. Titia cũ, §. Lucia, D. de legat. II. Seruo autẽ alieno ita legari poterat, QVOAD SERVIAT, vel SI SERVVS FORTE TITII ERIT, L. ſeruo alieno, D. de legat. I. Seruo verò proprio Legatũ niſi cum libertate inutiliter dabatur. Proinde cùm Sabina Plinium Secundum heredem reliquiſſet, Modeſtũmque ſeruum ſuum nuſquam liberum eſſe iuſſiſſet, eidem tamẽ ſic adſcripſiſſet legatum, MODESTO QVEM LIBERVM ESSE IVSSI, inter omnes prudentes conueniſſe Plinius ſcribit, nec libertatem deberi, quia non eſſet data, nec legatum, quia ſeruo ſuo id Teſtatrix dederat. Sed Plinius cui defunctæ voluntatem intellexiſſe pro iure erat, & apud quem non minus honeſtas, quam apud alios neceſſitas valebat, cùm manifeſtus error videretur, putauit ſibi, quaſi ſcripſiſſet Sabina, faciẽdũ, quòd ipſa ſcripſiſſe ſe credidiſſet. Itaque vtrumque præſtitit, vt eleganter & piè ſcribit Epiſt. x. lib. IIII. Sed eſt ille locus vnius literæ detractione non minus decurtatus quàm deturpatus. Illic enim malè vulgo *idem*, pro *eidem* ſenſu penitus conturbato, legitur. Formula planè legandi ſeruo proprio quem eodem Teſtamento liberum eſſe Teſtator iuſſerat cùm ex illo Plinij loco colligitur, tum ex L. quibus diebus, §. dominus, D. de condic. & dem. in qua eſt, *Dominus ſeruo aureos quinque ſic legauerat*, HERES MEVS STICHO SERVO MEO, QVEM TESTAMENTO LIBERVM ESSE IVSSI, AVREOS QVINQVE QVOS IN TABVLIS DEBEO, DATO.

Sed

Sed & his verbis: PAMPHILVS SERVVS MEVS PECVLIVM SVVM CVM MORIAR SIBI HABETO, LIBERQVE ESTO, rectè peculium legatum Alfenus cenſebat, ac ſi prius liber eſſe, deinde peculium ſibi habere iuſſus eſſet, L. quidam D. de pecul. leg. Aliâs à libertatis datione incipiebat, hoc modo, STICHVM SERVVM MEVM LIBERVM ESSE VOLO. EIQVE VOLO DARI DECEM AVREOS: ET QVIDQVID EX RATIONE LOCVLORVM MEORVM HABET, L. dominus, §. I. D. de pecul. leg.

Planè ſeruo legato, legari poterat, quod is adita hereditate ſtatim legatario adquirebatur, L. ſeruo legato, D. de legat. I.

NEC SINGVLIS modò perſonis, verumetiam POPVLO, CIVITATI, ſeu CIVIBVS, REIPVBLICÆ, COLLEGIO, MVNICIPIBVS, & aliis corporibus quibus coire licebat legabatur, L. cum Senatus, D. de reb. dub. Cæſarem certè, HORTOS TIBERIM IVXTA, POPVLO RO. LEGASSE, Tacitus lib. II. Sueton. in Iulio cap. LXXXIII. Plutarch. in lib. de fortuna Ro. memoriæ prodiderunt. Addit Cic. Philipp. III. Cæſarem SIGNA ET TABVLAS *vnà cum* HORTIS POPVLO LEGASSE. VICOS etiam CIVITATI RELICTOS, Papinian. memorat in L. cum pater, §. vlt. D. de legat. II. Vlpian. Tit. XXIIII. CIVITATIBVS *omnibus quæ ſub imperio populi Ro. ſunt, legari poteſt: idque à Diuo Nerua introductum, poſtea à Senatu, auctore Adriano, diligentius conſtitutum eſt*. Senatum etiam cenſuiſſe, omnibus Ciuitatibus per fideicommiſſum hereditatem relinqui poſſe, Paulus tradit in L. omnibus, D. ad Sc. Trebellian. vt & Vlpian. in L. I. D. de libert. vniuerſit. Scæuola in L. Lucius, §. codicillis, D. de legat. III. Ciuibus ſuis ita quem legaſſe proponit, CIVIBVS MEIS DO LEGO CHIROGRAPHVM GAII SEII. Papinian. in L. II. D. de reb. dub. CIVIBVS CIVITATIS *legatum vel fideicommiſſum datum, Ciuitati relictum videtur.*

Ciuitatibus verò plerumque pecunia AD LVDOS, SPECTACVLA, vel ORNATVM, aut HONOREM legabatur. Modeſtin. in L. annuã, D. de annu. leg. ANNVAM PECVNIAM AD LVDOS, CIVITATI RELIQVIT, QVIBVS PRÆSIDERE HEREDES *voluit*. Scæuola in L. liberto, §. Lucius, D. eo. *Lucius Titius Teſtamẽto, patriæ ſuæ* CIVITATI SEBASTENORVM, CENTVM LEGAVIT, VTI ALTERNIS ANNIS EX VSVRIS EIVSDEM CERTAMINA SVB NOMINE IPSIVS CELEBRARENTVR: *& adiecit hæc verba*. QVOD SI CONDICIONE SVPRA SCRIPTA RECIPERE LEGATAM SIBI PECVNIAM CIVITAS SEBASTENORVM NOLVERIT, NVLLO MODO HEREDES MEOS OBLIGATOS EI ESSE VOLO, SED HABERE SIBI PECVNIAM. Idem in L. legatum, D. de vſu & vſufr. leg. *Legatum ciuitati relictum eſt*, VT EX REDITIBVS QVOTANNIS IN EA CIVITATE MEMORIÆ CONSERVANDÆ DEFVNCTI GRATIA, SPECTACVLVM CELEBRETVR, *quod illi celebrari non licet*. Paulus in L. ciuitatibus, D. de legat. I. CIVITATIBVS *legari poteſt etiam quod ad Honorem, Ornatúmque ciuitatis pertinet: ad Ornatum, puta, quod* AD INSTRVENDVM FORVM, THEATRVM, STADIVM, *legatum fuerit. Ad Honorem, puta, quod* AD MVNVS EDENDVM, VENATIONEMVE, LVDOS SCENICOS; LVDOS CIRCENSES, *relictum fuerit, aut quod*, AD DIVISIONEM SINGVLORVM CIVIVM, VEL EPVLVM *relictum fuerit. Item quod* IN ALIMENTA INFIRMÆ ÆTATIS, *puta*, SENIORIBVS VEL PVERIS PVELLISQVE *relictum fuerit, ad Honorem ciuitatis pertinere reſpondetur.* Marcian. in L. ſi quid relictum, D. eo. *Si quid relictum ſit*, CIVITATIBVS, *omne valet, ſiue* IN DISTRIBVTIONEM *relinquatur, ſiue* IN OPVS, *ſiue* IN ALIMENTA, *vel* IN ERVDITIONEM PVERORVM, *ſiue quid aliud.* Vlp. in L. ſi quis à filio, §. vlt. D. de legat. I. *Si partis ciuitatis aliquid ſit relictũ, quod ad Ornatũ, vel Cõpendium Reip. ſpectat*. Plin. Epiſt. ad Traian. lib. x. *Iulius Largius rogauit Teſtaminto, vt* QVINQVAGINTA MILIBVS NVMMVM PERCEPTIS RELIQVVM OMNE HERACLEOTARVM ET THEANORVM CIVITATIBVS REDDEREM, ITA VT ESSET ARBITRII MEI, VTRVM OPERA FACIENDA QVÆ HONORI TVO CONSCRARENTVR, PVTAREM,

AN INSTITVENDOS QVINQVENNALES AGONAS, QVI TRAIANI APELLENTVR.

VICIS etiam legata perinde licebat capere, atque Ciuitatibus, L. ſi heres, §. vlt. D. de legat. I. Quod & Mediolanenſis lapis teſtatur, his verbis: PETRONO IVCVN. VI. VIR. SENI. PETRONIA MIRA L. F. PATRONO QVÆ HS. C. C. C. C. LEG. POSSESSORIB. VICI. BARDOMAG. IN HERM. TVEND. ET ROSA QVOTANNIS ORNANDVM.

Similiter & Reipublicæ quādoque fideicommiſſum relictum, indicat L. qui ſolidū, §. etiam, D. de legat. II. Marcian. in L. cum erat, D. de annu. leg. *Cùm erat certa pecunia, id eſt* CENTVM, REIPVB. SARDIANORVM RELICTA PER QVADRIENNIVM CERTAMINIS CHRYSANTIANI. Celſus in L. quidam in teſtamento, D. de legat. II. *Quidam in Teſtamento ita ſcripſit.* REIPVB. GRAVISCANORVM LEGO IN TVTELAM VIÆ REFICIENDÆ, QVÆ EST IN COLONIA EORVM, VSQVE AD VIAM AVRELIAM. Pecuniæ etiam, AD OPVS AQVÆDVCTVS REIPVB. CIRTENSIVM, Teſtamento relictæ, meminit Paulus in L. regula, §. ſi quis ius ignorans, D. de iur. & fac. ignor. Æmilius Macer. in L. computationi, D. ad L. Falcid. *Si* REIPVB. VSVSFRVCTVS LEGETVR, *ſiue ſimpliciter, ſiue* AD LVDOS. Scæuola in L. quidam, D. de vſu & vſufr. leg. *Quidam* PRÆDIA REIPVB. LEGAVIT, DE QVORVM REDITV QVOTANNIS LVDOS EDI *voluit, & adiecit,* QVÆ LEGATA PETO, DECVRIONES, ET ROGO, NE IN ALIAM SPECIEM, AVT ALIOS VSVS CONVERTERE VELITIS.

MVNICIPIIS etiam, ſeu MVNICIPIBVS quoque eodem modo legabatur, L. Municipibus, D. de condic. & dem. L. ſi fuerit, D. de legat. III. Scæuola in L. patronus. §. vlt. D. eo. L. Municipiis, D. vt in poſſeſſ. legat. TIBVRTIBVS MVNICIPIBVS MEIS, AMANTISSIMISQVE. SCITIS BALINEVM IVLIANVM IVNCTVM DOMVI MEÆ, ITA VT PVBLICE SVMPTV HEREDVM MEORVM, ET DILIGENTIA, DECEM MENSIBVS TOTIVS ANNI PRÆBEATVR GRATIS. Atque adeò VSVSFRVCTVS MVNICIPIBVS nonnumquam relinquebatur, L. an vſusfructus, D. de vſufruc. L. ſi vſusfructus, D. de vſu & vſufr. leg. FVNDVS quoque Municipum VECTIGALIS, ipſis MVNICIPIBVS quandoque legabatur, L. ſi domus, §. vlt. D. de legat. I. Hanc legatorum ſpeciem Comenſi lapide firmabo. L. CÆCILIVS L. F. CILO. IIII. VIR. A. P. QVI TESTAMENTO SVO HS. N. XXX. MVNICIPIBVS COMENSIBVS LEGAVIT: QVORVM REDITV QVOTANNIS, PER NEPTVNALIA OLEVM, IN CAMPO ET IN THERMIS ET BALINEIS OMNIBVS QVÆ SVNT COMI, POPVLO PRÆBERETVR T. F. I. ET CÆCILIO, L. F. VALENTI ET L. CÆCILIO, L. F. SECVNDO ET BVTVLÆ F. CONTVBERNALI.

COLLEGIO etiam FABRORVM, fundum cum ſiluis quæ ei cedere ſolebant legatū proponit Scæuola in L. Lucius Titius, §. collegio, D. de legat. III. Scæuola in L. pater, §. fideicommiſit, D. eo. A TE PETRONI PETO, VTI EA DVO MILIA SOLIDORVM REDDAS COLLEGIO CVIVSDAM TEMPLI.

Plerumque certè ad opus publicum faciendum, legatum Fideicommiſſum relinquebatur, L. ſi legatum, D. de operib. public. Vetus inſcriptio ex lapide Salernitano deſcripta T. TETTIENIVS FELIX AVGVSTALIS SCRIBA LIBRAR. AEDIL. CVRVL. VIATOR ÆDIL. PLEBIS, ACCENSVS CONSVLI HS. L. M. N. LEGAVIT AD EXORNANDAM ÆDEM POMONIS: EX QVA SVMMA FACTVM EST FASTIGIVM INAVRATVM, PODIVM, PAVIMENTA MARMOREA, OPVS TECTORIVM. Vlpianus in L. fideicommiſſa, §. ſi in opere, D. de legat. III. *Si* IN OPERE CIVITATIS FACIENDO *aliquid relictum ſit.* Idem in L. cetera, §. ſed ſi quis, D. de legat. I. *Sed ſi quis,* AD OPVS REIPVB. FACIENDVM, *legauit.* Marcian. in L. mortuo, §. vlt. D. de legat. II. *Si Teſtator dari quid iuſsiſſet, aut* OPVS FIERI. Paul. in L. in exſecutione, D. de verb. oblig. *Secunda,* AD OPVS, QVOD *Teſtator* FIERI *iuſſerit.* Hoc ſignificat Seneca in lib. de Breuitate vitæ, cùm ait, *Quidam diſponunt etiam illa quæ vltra vitam ſunt, moles magnas ſepulcrorum, &* OPERVM PVBLICORVM DEDICATIONES.

Ac vel ipſe quandoque heres OPVS MVNICIPIBVS FACERE iubebatur, L. ſi is qui quadringenta, §. vlt. D. ad L. Falcid. Marcell. in L. Seia, §. vlt. D. de auro argen.

Lucius

Lucius Titius Teſtamento ita ſcripſit, HEREDEM MEVM VOLO, FIDEIQVE EIVS COMMITTO, VT IN PATRIAM MEAM FACIAT PORTICVM PVBLICAM, IN QVA PONI VOLO IMAGINES ARGENTEAS, ITEM MARMOREAS, Vlpian. in d. L. fideicommiſſa, §. vlt. D. de leg. III. *Si quis* OPVS FACERE IVSSVS, *paratus ſit pecuniam dare Reipub. vt ipſa faciat, cum Teſtator* PER IPSVM ID FIERI *voluerit, non audietur.* Iulian. in L. huiuſmodi in princ. D. de legat. I. SI TITIVS HEREDI MEO CAVERIT SE IN MVNICIPIO EX CENTVM AVREIS OPVS FACTVRVM, TVM EI CENTVM AVREOS HERES MEVS DARE DAMNAS ESTO. Hinc in quibuſdam Inſcriptionibus legimus, OPVS ABSOLVTVM EX TESTAMENTO. Vt in illa Romana, quam ſubieci. OPVS ABSOLVTVM EX TESTAMENTO DIEBVS CCCCXXV. ARBITRATV PONTI. FF. CLAMELLÆ HEREDIS ET POB. EPVLONIS. C. CESTIVS L. F. POB. EPVLO. PR. PONTIF. L. PONTIFICIS P. F. PII F. FELICIS TR. PL. VII. VIR EPVLONVM.

Porrò quod ad certam ſpeciem Ciuitatis relinquebatur, in alios vſus conuertere non licebat, L. 1. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. Legatam etiam Municipio pecuniam, in aliã rem, quàm defunctus voluiſſet, conuertere citra principis auctoritatem non licebat: Sed Municipio legatam pecuniam, vt EX REDITV EIVS VENATIO, AVT SPECTACVLA EDERENTVR, Senatus in eas cauſas erogari vetuit, & pecuniam eò legatam, in id quod maximè neceſſarium Municipibus videretur, conferre permiſit, vt in eo munificentia eius qui legaſſet, inſcriptione notaretur, L. legatam, D. eo. Ac planè niſi AD OPVS NOVVM pecunia ſpecialiter legata eſſet, vetera ex hac reficienda erant, L. decuriones in fi. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. Sed & ſi ſatis operum ciuitas haberet, & non facile ad ea reficienda pecunia inueniretur, etiam pecuniam quæ IN OPERA NOVA legata erat, potius in tutelam eorum operum, quæ iam erant, conuertendam, quam ad inchoandum opus erogandam Diuus Pius reſcripſerat, L. vlt. D. operib. publ.

Ceterum cùm aliquod Opus fieri iubebant, plerumque in Tutelam eius aliquid relinquere conſueuerant: Quod teſtatur ea quæ de Plinio Secundo extat mediolani, *his verbis.* ADIECTIS THERM. IN ORNATVM HS. CCC. ET HOC AMPLIVS IN TVTELA HS. CC. T. FI. ET IN LIBERTORVM SVORVM NOMINIBVS HS. XVIII. LXVI. DEDIT CLVL REI INCREMENT. POSTEA AD EPVLVM PLEB. VRBAN. VOLVIT PERTINERE. HOC AMPLIVS DEDIT IN ALIMENTA PVERORVM ET PVELLAR. PLEB. VRBAN. HS. CCC. IN TVTELAM BIBLIOTHECÆ HS. C. Idémque tres aliæ Inſcriptiones confirmant, quas ſubieci. Vnius verba ſunt eiuſmodi. COLLEGIA FABR. ET CENT. L. CORNELIO PROSODICO VI. VIR. AVG. BRIXIÆ ET VERON. SACERD. COLL. IVVENVM BRIXIAN. PRIMVM INSTITVTIS OB MERITA EIVS HONORE CONTENTVS IMPENDIVM REMISIT IS IN TVTELAM HS. N. D. Altera his verbis conſtat. L. COELIO VALERIO VI. VIR MEDIOLAN. ET CALPVRNIÆ, L. F. OPTATILIÆ VXORI EIVS ET M. ÆMYLIO COELIO COELIANO DECVR. MEDIOL. ET NOVAR. ET LVCILIÆ L. F. SABINIANÆ ET M. ÆMILIO COELIO CATIANO FILIIS COLLEGIVM CENTONARIOR. HONORE ACCEPTO IMPEND. REMISER. ET IN TVTELAM DEDER. HS. II. Tertia ita habet. COM. T. TADIVS T. F. O. V. F. CATIANVS VI. VIR VRB. Q. COLLEGI. CENTONARIOR. ANNI QVO CVRIA DEDICATA EST, SIBI ET TADIIS CASSIANO ET SECVNDO FIL. VI. VIR. VRB. ET TERENTIÆ VALERIANÆ VXORI L. D. D. C. ET IN TVTELAM DED. HS. X.

Sed & Decurionibus quædam præſtari nonnumquam Teſtatores cauebant. Sic Marcianus in L. cùm quidam, D. de annnu. leg. refert quendam, DECVRIONIBVS DIVISIONES DARI VOLVISSE DIE NATALIS SVI. Aliâs EPVLVM relinquebant, vt vetuſtæ Inſcriptiones reſtantur, è quibus duas Romanas, tertiam Spoletanam proferam. Romanæ vnius verba hæc ſunt. A EGRILLIVS FAVSTVS

TESTAMENTO RELIQVIT HS. IIII. M. N. SVB EA CONDICIONE VTI EX VSVRIS S. S. S. V. CAL. DEC. OMNIBVS ANNIS EPVLENTVR. Alterius hæc. M. MACIVS MARSVS MAXIMO ET ORPITO COSS. QQ. L. HELVIVS RESTITVTVS. A. EGRILIVS FAVSTVS TESTAMENTO RELIQVIT HS. IIII. M. N. SVB EA CONDICIONE, VTI EX VSVRIS S. S.V. KAL. DEC. OMNIBVS ANNIS EPVLENTVR.

Spoletanæ verò verba ſunt hæc: TRIB. MIL. LEG. XV. APOLLINARIS ET LEGV. MACEDONIA, HIC LEGAVIT TESMENTO MVNICIP. HS. LXVI. MONET. EX REDITV EIVS SVMMMÆ QVOTANNIS VIII. IDVS NOVEMBR. NATALE SVO MVNICIP. EPVLVM ET CRVS, ET MVLSVM DARETVR.

Interdum STATVÆ & IMAGINES IN FORO, MVNICIPIOVE PRONENOÆ legabantur, L. cùm quidam, §. vlt. D. de vſur. Pomponius in L. Quintus, D. de annu. leg. *Ad auctoritatem ſcribentu hoc quoque pertinet, cùm quis* IVSSIT IN MVNICIPIO IMAGINES PONI. Paulus in L. inter, §. vlt. D. famil. erciſc. *Si duo coheredes* DAMNATI SINT STATVAM PONERE. Pompon. in L. Titius, D. de condic. & demonſtr. TITIVS, SI STATVAS IN MVNICIPIO POSVERIT, HERES ESTO. Cicero lib. IIII. in Verr. *Audiuit Dioni cuidam Siculo permagnam veniſſe hereditatem*: HEREDEM STATVAS IVSSVM ESSE IN FORO PONERE: NISI POSVISSET, VENERI ERICINÆ ESSE MVLCTATVM. Idem alio eiuſdem lib. loco, de Heraclij cuiuſdam Syracuſani teſtamento, in quo heres ſcriptus erat propinquus eius Heraclius, *Eſſe*, ait, *in eo Teſtamento ſcriptum*, VT STATVAS IN PALÆSTRA DEBERET PONERE. Quintilian. lib. VII. cap. X. *Teſtamento quidam* PONI IVSSIT STATVAM AVREAM HASTAM TENENTEM. Lapis Rom. A POMPEIO A. F. CIV. Q. PATRONO MVNICIP. INTERAMNE NAHERTIO, QVOD EIVS OPERA VNIVERSVM MVNICIPIVM, EX SVMMIS PERICVLIS ET DIFFICVLTATIBVS EXPEDITVM, ET CONSERVATVM, EX TESTAMENTO, L. P. STATVA STATVTA EST. Interdum autem dies Teſtamentis adſcribebatur, intra quam Statuæ ponerentur, d. L. cùm quidam, §. vlt. D. de vſur. Quòd ſi dies non eſſet ab his qui Statuas, vel Imagines ponendas legauerant, præfinitus, Præſes prouinciæ tempus ſtatuebat: & niſi poſuiſſent heredes, vſuras leuiores intra ſex menſes, ſi minus, ſemiſſes vſuras Reipub. pendebant. Si verò dies à Teſtatore datus erat, pecuniam intra diem heredes deponebant. Si aut non inuenire ſe ſtatuas dixiſſent, aut loco controuerſiam feciſſent, ſemiſſes protinus pendebant, L. ſi legatum, D. de operib. publ.

Aliàs Signum aliquod Teſtator fieri iubebat. Scæuola in L. Titia teſtamento, §. Seia, D. de auro argen. *Seia teſtamento ita cauit*, SI MIHI PER CONDICIONEM HVMANAM CONTIGERIT, IPSA FACIAM. SIN AVTEM AB HEREDIBVS MEIS FIERI VOLO: IVBEOQVE SIGNVM DEI EX LIBRIS CENTVM IN ILLA SACRA ÆDE ET IN PATRIA STATVI SVBSCRIPTIONE NOMINIS MEI. Sic in inſcriptione antiqua. P. NVMERIVS MARTIALIS ASTICITANVS SEVIRALIS SIGNVM PANTHEI TESTAMENTO FIERI, PONIQVE EX ARGENTI LIBRIS C. SINE VLLA DEDVCTIONE IVSSIT.

Interdum & GLADIATORIVM MVNVS Teſtamento dare heredes damnabantur, L. mortuo, §. vlt. D. de legat. II. Cuiuſmodi editione, heredes à Staberio, pœnæ cauſa, Teſtamento damnatos, Horat. lib. II. Sat. III. indicat. Et ita Fauſtum munus gladiatorium ex Teſtamento patris præbuiſſe, Cic. Orat. pro Sylla narrat. Sed ad Legata quæ ſingulis perſonis dabantur, vnde degreſſi ſumus, redeamus.

Interdum heres EMERE vel VENDERE damnabatur. Gaius in L. & ſi æquo, D. de legat. I. *Etſi* ÆQVO PRETIO EMERE, *vel* VENDERE IVSSERIT HEREDEM SVVM *Teſtator, adhuc vtile legatum eſt*. Iulian. in L. qui fundum, D. ad L. Falcid. *Qui fundum*

ſolum

ſolum in bonis, centum relinquebat, *Si* HEREDEM SVVM DAMNAVERIT, VT EVM QVINQVAGINTA TITIO VENDERET. Labeo in L. qui quattuor, §. ſi fundum, D. de legat. III. *Si* FVNDVM MIHI VENDERE CERTO PRETIO DAMNATVS EST. Cuius generis fideicommiſſum memorat Scæuola in L. vxorem, §. agri plagam, D. de legat. III. AGRI PLAGAM QVÆ EST IN REGIONE ILLA, MÆVIIS, PVBLIO ET GAIO, TRANSCRIBI VOLO, PRETIO FACTO VIRI BONI ARBITRATV, ET HEREDITATI ILLATO, DVPLÆ EVICTIONE EXPROMISSA RELIQVIS HEREDIBVS, &c. Paulus in L. heres, D. de actionib. emp. *Si heres teſtamento quid* VENDERE DAMNATVS SIT. Marcian. in L. in numerationibus in fi. D. de ſolutionib. *Tantundem eſt*, *&* SI DAMNATVS FVERIT *heres* ALICVI VENDERE, VEL, LOCARE.

Et in terdum heres hoc ſolùm, FVNDVM VENDERE, interdum verò CERTO PRETIO VENDERE damnabatur, L. ſi cui legetur, §. vlt. D. de legat. I.

Hoc genere legati & Militiam comparari iubebant, vt in L. libertis, §. ab heredibus, D. de aliment. vel cibar. TE AVTEM, SEI, PETO, VT CVM AD ANNVM VICENSIMVM QVINTVM PERVENERIT, MILITIAM EI COMPARES: SI TAMEN TE ANTE NON RELIQVERIT. Et in L. his verbis, §. vlt. D. de legat. III. SEMPRONIO ALVMNO MEO ILLVD ET ILLVD: ET CVM PER ÆTATEM LICEBIT, MILITIAM ILLAM CVM INTROITV COMPARARI VOLO. Sic Titiam Seio FRVMENTARIAM TESSERAM POST DIEM TRIGESIMVM A MORTE IPSIVS; COMPARARI voluiſſe, Paulus ſcribit in L. Titia Seio, D. de legat. II. Patronum etiam LIBERTO STATIM TRIBVM EMI petiiſſe, refert Scæuola in L. patronus, D. de legat. III.

Interdum & heres damnabatur Inſulam ædificare. Pompon. L. ſi ita ſtipulatus, XIIII. D. de verb. oblig. *vel heredem meum* DAMNAVERO INSVLAM ÆDIFICARE. Paulus lib. III. Sentent. Tit. VI. DAMNARI *heres poteſt*, VT ALICVI DOMVM EXTRVAT, *aut* ÆRE ALIENO EVM LIBERET. Iuſtinian. in §. ſed & tale, inſtit. de legat. *Sed & tale legatum valet*, DAMNAS ESTO HERES MEVS DOMVM ILLIVE REFICERE, VEL ILLVM ÆRE ALIENO LIBERARE.

Poterat & teſtamento quis heredem DAMNARE, NE ALTIVS ÆDES SVAS TOLLERET, NE LVMINIBVS ÆDIVM VICINARVM OFFICERET, vel VT PATERETVR EVM TIGNVM IN PARIETEM IMMITTERE, vel STILLICIDIA ADVERSVS EVM HABERE, vel VT PATERETVR VICINVM PER FVNDVM SVVM VEL HEREDIS IRE AGERE, AQVAMVE EX EO DVCERE, L. poteſt, D. commun. præd. §. vlt. inſtit. de ſeruitutib. prædior. Paulus in L. ſi teſtamento, D. de ſeruit. præd. vrban. *Si teſtamento* DAMNATVS HERES, NE OFFICERET VICINI LVMINIBVS; SERVITVTEMQVE PRÆSTARET. VIA etiam ITERVE LEGABATVR. Marcell. in L. II. D. de ſeruit. leg. *Fundum communem habentibus* LEGARI *poteſt* VIA. Idem in L. III. D. eo. *Si fundum Mæuio, & ad eum* VIAM PER ALIVM FVNDVM, *& eundem fundum ſine via legaſſet*. Paulus in L. vlt. D. eo. *Cùm à pluribus heredibus inſtitutis* VIA LEGATA *eſt*. Pompon. in L. ſi partem, §. I. D. quemad. ſeruit. amitt. SI PER FVNDVM MEVM VIAM TIBI LEGAVERO. Vlpian. in L. Mela, §. vlt. D. de aliment. leg *Nam &* HAVSTVS AQVÆ, VT PECORIS AD AQVAM APPVLSVS, *eſt ſeruitus perſonæ, tamen ei qui vicinus non eſt, inutiliter relinquitur. In eadem cauſa erunt* GESTANDI, *vel* IN TVO VVAS PREMENDI; *vel* AREÆ TVÆ AD FRVMENTA CETERAQVE LEGVMINA EXPRIMENDA VTENDI. Vlpian. in L. cùm ſeruis, §. ſi quis, D. de legat. I. *Si quis alicui legauerit*, LICERE LAPIDEM CÆDERE.

Interdum ILLVD AVT ILLVD legabatur, L. ſi illud, D. de legat. II. puta

STICHVS AVT PAMPHILVS, L. cùm res, §. ſed ſi Stichus, D. de leg. I. Idq́ue interdum ſimpliciter, L. cũ illud, D. quãdo dies leg. vt L. ſi quis duob⁹, D. de leg. II. STICHVM AVT DECEM HEREDES DANTO. Interdũ Electione vel heredi, vel legatario, data. Iulian. in L. huiuſmodi, §. Stichum, D. de leg. I. STICHVM AVT PAMPHILVM, VTRVM HERES MEVS VOLET, TITIO DATO. Et §. Titio ead. L. *ſi Titio* STICHVS AVT PAMPHILVS, VTRVM EORVM MALLET, *legatus eſt*. Idem in L. planè, §. ſi cui, D. eod. *Si cui* STICHVS AVT DAMA LEGATVS ESSET, *electione legatario data*. Pompon. in L. ſi ex toto, §. vlt. D. de legat. I. LECTICARIOS OCTO, AVT PRO HIS, IN HOMINES SINGVLOS, CERTAM PECVNIAM VTRVM LEGATARIVS VOLET. Pompon. in L. ſtatuliberum, §. I. D. de legat. II. STICHVM AVT PAMHILVM VTRVM HERES MEVS VOLET, TITIO DATO: DVM VTRVM VELIT DARE, EO DIE QVO TESTAMENTVM MEVM RECITATVM ERIT, DICAT. Iulian. in L. cùm ita, D. de optio. leg. *Titio* STICHVM AVT PAMPHILVM VTRVM EORVM VOLET DO LEGO. Vlpian. in L. ſi vſusfructus, D. quando dies legat. *Si* VSVSFRVCTVS AVT DECEM, VTRVM LEGATARIVS VOLVERIT, *ſint legata*. Paul. in L. illud, D. de optio. leg. ILLVD AVT ILLVD VTRVM ELEGERIT LEGATARIVS.

OPTIO ſanè ſeu ELECTIO, plerumque legabatur, Rubr. de optio. vel electio. leg. Et ita non modo SERVI OPTIO legabatur, L. ceterorum, D. de verb. ſignif. quo de genere ſupra diximus, verùm etiam aliarum rerum. Vlpian. in L. II. §. vlt. D. de opt. vel elect. leg. *Eum cui* CENTVM AMPHORARVM ELECTIO *data ſit*. Paulus in L. ſcyphi, D. eo. SCYPHI ELECTIONE *data*. Pompon. in L. ſi tibi, §. I. D. eo. *Si* EX QVATTVOR VIRIOLIS, DVÆ QVAS ELEGISSEM, *mihi legatæ ſunt*. & §. vlt. ead. L. *Si* RERVM DEPOSITARVM ELECTIO *mihi legata ſit*. Scæuola etiam in L. vlt. D. eo. tit. Maritum vxori legaſſe proponit, LANCES QVAS ELEGERIT QVATTVOR. Sic & in L. nomen, §. I. D. de legat. III. NOMINA EX KALENDARIO, QVÆ ELEGERIT FILIVS MEVS SIBI, VIGINTI DARE DAMNAS SVNTO. Vt in L. in ratione, §. incertæ, D. ad L. falcid. ARGENTVM QVOD ELEGERIT, in L. Seiæ, D. de auro, arg. SEIÆ DVLCISSIMÆ POCVLVM QVOD ELEGERIT, FIDEI HEREDVM COMMITTO VT DARENT. Itẽ in L. filium, D. eo. IPSA SIBI QVÆ VOLET, ELIGAT. Vlpian. Tit. XXIIII. OPTIONE *legati per vindicationem data, legatarij electio eſt, veluti*, HOMINEM OPTATO, ELIGITO. *Idémque eſt, & ſi tacitè legauerim*, TITIO HOMINEM, AVT DECEM HERES MEVS DATO. Et hoc eſt OPTIONIS LEGATVM, in L. ait Prætor, §. hodie, D. de minorib. §. Optionis, Inſtit. de legat. Aliâs ita legabatur, SEMPRONIO DECEM, AVT SI NOLVERIT, HOMINEM STICHVM LEGO, L. ſi quis ſeruum, §. I. D. de legat. II.

Interdum & pluribus eadem res legabatur, L. cetera, §. ſi duobus, D. de legat. I. L. ſi Titio, D. de legat. II. veluti TITIO & POSTVMIS, L. ſi duobus, §. vlt. D. de legat. I. Idq́ue vel CONIVNCTIM vel SEPARATIM, d. L. ſi duobus in princi. & L. planè, §. ſi coniunctim & L. duobus coniunctim, D. de legat. I. Coniunctim autẽ legatum videbatur, ſiue ita legaretur, TITIO ET MÆVIO, ſiue ita, TITIO CVM MÆVIO, L. Titiæ textores, §. nihil, D. de legat. I. Marcian. in L. ſi quis inquilinos, §. ſi ita, D. de legat. I. *Si ita legatum fuerit*, TITIO CVM SEIO DO LEGO. Alfen. in L. illi, D. de vſu & vſufr. leg. ILLI CVM ILLO HABITATIONEM LEGO. Gaius in L. ſi ſeruo, D. de ſtatulib. ILLI CVM ILLO DO. quod perinde eſſe ait, ac ſi ita ſcriptum eſſet, ILLI ET ILLI. Paulus in in L. re coniuncti, D. de legat. III. RE CONIVNCTI *videntur, non etiam* VERBIS, *cùm* DVOBVS SEPARATIM EADEM RES LEGATVR. *Item* VERBIS, *non etiam* RE, TITIO ET SEIO FVNDVM ÆQVIS PARTIBVS DO LEGO. Interdum & duobus eadem res non communicandi animo, ſed id ſolidum legabatur, L. ſi res mihi, D. de legat. III. Aliâs ita legabatur, LVCIO ET TITIO, EORVMVE

RVMVE

RVMVE CVI FVNDVM DO, LEGO, L. ſi fundum, §. his verbis, D. de legat. I. TITIO AVT SEIO, VTRI HERES VOLET, L. ſi Titio, D. de legat. II.

Interdum autem eidem ſæpius, eodem Teſtamento, legabatur. Sed ſi idem corpus ſæpius eodem teſtamento legaretur, amplius quàm ſemel peti non poterat: ſi verò quátitas bis legata eſſet, intererat vtrum Repetere, an duplicare legatum teſtator vellet, erátque voluntatis quæſtio, L. planè, §. ſi eadem, cum ſeq. D. de legat. I. L. qui quingenta, D. de probationib. Plerumque certè dubitationis tollendæ cauſa cum hac adiectione, HOC AMPLIVS, legabatur. African. in L. ſi ſeruus, §. Stichum, D. de legat. I. *Nam & vſitatum fere eſt, ſic legare*, LVCIO TITIO TOT, ET HOC AMPLIVS VXORI ET LIBERIS EIVS TOT. Modeſtin. in L. omnia, §. cùm ita, D. de legat. II. *Cùm ita legatur*, ILLI HOC AMPLIVS FVNDVM ILLVM CVM OMNIBVS REBVS QVÆ SN EODEM FVNDO ERVNT. Scæuola in L. Pamphilo, D. de legat. III. PAMPHILO LIBERTO HOC AMPLIVS, QVAM CODICILLIS RELIQVI, DARI VOLO CENTVM. Pompon. in L. ſi purè, D. eo. *Si purè tibi legauero, deinde poſtea ſcripſero ita*, HOC AMPLIVS, SI NAVIS EX ASIA VENERIT, HERES MEVS EI FVNDVM DATO, *verius eſt eo verbo*, AMPLIVS, *ſuperiora repeti.* Papinian. in L. quid ergo XI. D. de legat. I. *Si ita legauerit*, HOC AMPLIVS FILIO MEO. Sic in L. Lucius, §. quiſquis, D. de legat. II. HOC AMPLIVS LVCIVS EVTYCHVS, QVAM QVOD EVM HEREDEM INSTITVS, E MEDIA HEREDITATE SVMITO. Et in L. alumnæ, D. de adimend. legat. HOC AMPLIVS DO, LEGO, DARIQVE VOLO VIGINTI AVRI LIBRAS. Et ideò legata Teſtamentis data repeti ſæpe ſolebant in codicillis per hanc ſcripturam, HOC AMPLIVS EI HERES MEVS DATO, L. data inutiliter, D. de legat. I. Paul. in L. Paula, D. de legat. III. proponit Paulam, quæ Teſtamento decem Callinico, quem heredem ex parte ſcripſerat, filiæ legauerat, poſtea codicillis factis, centum eidem Callinico reliquiſſe, non adiecto, HOC AMPLIVS.

Verùm ſi teſtator multiplicare legatum nollet, Teſtamento ita adſcribebat, CVI BIS LEGAVERO, SEMEL DEBERI VOLO, L. ſi quis in principio, D. de legat. III. Vlpian. in L. ſi ita ſit adſcriptum, D. de legat. I. *Si ita ſit adſcriptum* SI CVI LEGAVERO BIS, SEMEL HERES EI DATO, *vel*, VT SEMEL DEBEATVR. Memorantur & hæ legatorum formulæ. QVANTAM PECVNIAM HERES MEVS A TITIO EXEGERIT, TANTAM MÆVIO DATO, L. vt heredibus, §. vlt. D. de legat. II. ILLS QVANTVM PLVRIMVM PER LEGEM ACCIPERE POTEST, DARI VOLO, vel QVAM MAXIMAM PARTEM DARE POSSVM, DAMNAS ESTO HERES MEVS EI DARE, L. ſi ita quis, D. de legat. II. Nec verò PARS dumtaxat BONORVM, vt ſuprà docuimus, ſed & PARS, ſeu PORTIO HEREDITATIS relinquebatur, L. ab omnibus, §. vlt. D. de legat. I. L. ſi quis ſeruum, §. vlt. D. de legat. II. L. Paulus, D. ad Sc. Trebellian. L. cùm ex filio, D. de vulg. & pupill. L. alumnæ, §. vlt. D. de adimend. legat. & PARS FVNDI, vt in L. Mæuio, D. de legat. II. MÆVIO FVNDI PARTEM DIMIDIAM, SESO PARTEM DIMIDIAM LEGO. Et L. Mæuius, §. duorum, D. eo. tit. *Duorum Teſtamentis*, PARS FVNDI, *quæ Mæuij eſt, Titio legata eſt.*

Legata autẽ interdũ purè dabantur: interdum iis Dies adponebatur. Ac puris quidẽ legatis interdũ adiiciebatur, vt præſenti die darentur, veluti, TITIO CENTVM AVREOS PRÆSENS DATO, L. Titio, D. de legat. II. Vlpian. in L. talis ſcriptura, D. de legat. I. *Si forte* CENTVM MIHS LEGATA SINT PRÆSENTIA. Quæ adiectio & ſi ſuperuacua eſſet, quantum ad vim & effectum legati pertinebat, tamen eam quæ ex vulgari clauſula fiebat, prorogationem impediebat, vt ibidem traditur. In diem autem legabatur, veluti, ANNVA, BIMA, TRIMA DIE, L. ſi cui, D. de legat. I. L. legata inutiliter, & L. talis ſcriptura, D. de legat. I. Mæcian. in L. pœnales, §. annua, D. ad L. Falcid. ANNVA, BIMA, TRIMA DIE CENTENIS LEGATIS. Interdũ autem ANNVA BIMA, TRIMA, DIE legatum relinquebatur, cum adiectione hac, ÆQVIS PENSIONIBVS, vel PENSIONIBVS INÆQVIS, vel EONS VIRI AR-

BITRATV, vel PENSIONIBVS QVAS PVTAVERIT LEGATARIVS, L. III. D. de aliment. lega.

Plerumque autem filiofa. filiævefa. ita legabatur, CVM IN TVTELAM SVAM PERVENERIT, vel CVM IN SVAM POTESTATEM, vel CVM SVI IVRIS FVERIT FACTVS, L. cùm filiofa. & L. ſi filiæfa. D. de legat. III. Paulus lib. IIII. Sentent. Tit. I. IN TEMPVS EMANCIPATIONIS, vel CVM SVI IVRIS ERIT, *fideicommiſſum relictum*. Filio etiam quandoque poſt mortem patris legabatur, L. poſt mortẽ, D. de leg. I. Dies porrò vel Certa adponebatur, eáque interdũ longa, veluti KALENDIS IANVARIIS CENTESIMIS: vel Incerta, vt puta, CVM PVBES ERIT, CVM IN FAMILIAM NVPSERIT, CVM MAGISTRATVM INIERIT, vel ALIQVID ALIVD demum quod ſcribẽdo cõprehendere cõmodũ Teſtatori erat, FECERIT, L. ſi dies, D. quando dies legator. L. Paula, D. de legat. III. Dies etiam incertus eſt, ait Pompon. in L. I. §. dies, D. de condic. & dem. cùm ita ſcribitur, HERES MEVS CVM MORIETVR, DECEM DATO. Cuius generis legatum proponitur & in L. ſi pecuniæ, §. vlt. D. de legat. II. Minori autem vigintiquinque annis ita ſæpe legabatur, CVM SVÆ vel LEGITIMÆ, aut IVSTÆ ÆTATIS FVERIT FACTVS, L. cùm filiofa. in fi. D. de legat. III. Impuberi verò ſic quandoque legabatur, CVM PVBES ERIT, L. hæc condicio in fi. D. de condic. & demonſtr. CVM PVBES ESSET, d. L. ſi quis legata, D. eo. CVM IN SVAM TVTELAM VENERIT, L. cùm ex filio, D. de vulg. & pupill. CVM QVATVORDECIM ANNORVM ERIT: Item, CVM AD QVARTVMDECIMVM ANNVM PERVENISSET, L. ſi cui legetur, D. de legat. I. Pompon. in L. ſi Titio, D. quando dies legator. *Si Titio*, CVM IS QVATVORDECIM ANNORVM ESSET, *legatum fuerit*. Aliquando etiam legabatur alicui, QVANDO ANNORVM VIGINTI ERIT, L. Talis ſcriptura in fi. D. de legat. I. & CVM SEDECIM ANNORVM ESSET, L. publius, §. I. D. de condic. & demonſtr.

Sed & in tẽpus LIBERORVM, vt iam ante attigimus, ſæpe legata cõferebantur, L. ſi ita quis in fi. D. de legat. II. L. ſolemus, D. de condic. & demonſtr. L. ſed & ſi ad tempus, D. ad Sc. Trebell. Cuiuſmodi legata ita concipiebantur, QVANDOQVE LIBEROS HABEBIT, L. cùm vir vxori, D. de condic. & demonſtr. vel, QVANDOQVE LIBEROS HABVERIT, L. is cui D. quan. dies legat. Sæpe etiã mulieri, in tẽpus Nuptiarũ, his verbis, CVM NVPSERIT, VBI NVPSISSET, legabatur, L. ſi ita ſit ſcriptum, §. vlt. D. de legat. II. L. Paula, L. ſi ancillæ, D. de legat. III. L. filium, D. de optio. leg. L. hæc condicio, & L. vxorem, §. Teſtamento, D. de condic. & dem. vel, QVANDOQVE NVPSERIT, L. quod pupillæ, D. quan. dies legat.

Legatorũ verò quæ purè ab initio data erãt, dies quãdoq; proferebatur, L. Titio cẽtũ, D. de leg. II. Quod fiebat per hãc ſcripturã, QVAS PECVNIAS LEGAVI, QVIBVS DIES ADPOSITVS NON EST, ANNVA, BIMA, TRIMA DIE HERES MEVS DARE DAMNAS ESTO, L. legata inutiliter, D. de legat. I. vel QVAS PECVNIAS LEGAVI, QVIBVS DIES ADPOSITVS NON EST, EAS HERES MEVS ANNVA, BIMA, TRIMA DIE DATO, L. talis ſcriptura, D. eo. tit. Iauolen. in L. ſi quis legata, D. de condic. & dem. *Si quis* LEGATA QVIBVS DIES ADPOSITA NON ESSET, ANNVA, BIMA, TRIMA DIE DARI IVSSIT. Atque hic erat VVLGARIS SERMO, quo præſentia legata proferebantur, L. ſi mihi, §. vlt. D. de legat. I. quæ & VVLGARIS CLAVSVLA appellatur, & ANNVA ADIECTIO in d. L. Talis ſcriptura. Quendam etiam poſt legata data, infra ita iuſſiſſe, QVAS PECVNIAS CVIQVE LEGAVI, EAS HERES MEVS, SI MATER MEA MORITVR, DATO, refert Iauolen. in L. quibus diebus, §. quidam, D. de condic. & dem. Interdum Teſtator legata intra certum tempus peti vetabat. Scæuola in L. Lucius, §. teſtator, D. de legat. II. *Teſtator legata* INTRA QVINQVENNIVM VETVIT PETI, PRÆSTARIQVE.

Planè cum præfinitione annorum legata quandoque dabantur, veluti, TITIO DENA VSQVE AD ANNOS DECEM, L. ſi cum præfinitione, D. quando dies legat.

legator. ATTIÆ DONEC NVBAT, QVINQVAGINTA DAMNAS ESTO HERES MEVS DARE, L. legatum ita eſt, D. de annu. leg. & QVOAD VIDVA ERIT, L. Titio, §. vlt. D. de condic. & dem. DVM VXOR MEA CVM FILIO ERIT, L. ſi quis ita, D. eo. *Filioſa.* QVOAD IN POTESTATE PATRIS SIT, L. vlt. D. de annu. leg. VSQVE DVM FILIA MEA ANNOS IMPLEAT OCTODECIM, L. vxori meæ, D. de vſu & vſufr leg. QVAMDIV RES PATRONI FILIÆ GESSERIT, L. pater Seuerianam, §. vlt. D. de condic. & demonſtr. QVOAD CVM CLODIO IVSTO MORATI ESSETIS, L. I. C. de legat. Nec omittenda eſt hæc formula, QVOTIESCVMQVE VIDVA ERIT, L. filiæ meæ, D. de annu. legat. L. vlt. C. de indic. viduit. tollen.

Præterea ſæpe ſub Condicione legabatur, veluti, SI NAVIS EX ASIA VENERIT: SI IN CAPITOLIVM ASCENDERIT, L. II. & L. hæc condicio, §. ſi ſic, L. multum intereſt, D. de condic. & demonſtr. L. Titio, D. de vſu & vſufr. leg. Quas PROMISCVAS CONDICIONES vocat Paulus in L. ſi iam facta, §. I. D. eo. Et interdum legatario ita, ſi ipſe Capitolium aſcendiſſet, interdum verò ſi alius aſcendiſſet legabatur, L. nonnumquam, D. de condic. & dem. Erat & illa vulgaris condicio, SI TITIVS CONSVL FACTVS FVERIT, L. ſi iam facta in fi. & L. multum intereſt, D. eo. Enimuero Cōdiciones quæ legatis adſcribebantur, vel in dando, vel in faciendo, vel in non faciendo cōſiſtebant. Prioris generis exempla hæc ſunt. TITIO FVNDVM LEGO, SI HEREDI MEO DECEM DEDERIT, L. ſi fundum, §. Titio. D. de legat. I. Iulian. in L. qui duobus, D. de cōdic. & dem. *Qui duobus heredibus* DECEM DARE *iuſſus eſt*, & FVNDVM SIBI HABERE. Idē in L. hæc ſcriptura, D. eo. *Hæc ſcriptura*, SI DECEM DEDERIT. Et L. Iulianus, D. eo. *Cui ſub condicione legatum erat*, SI HEREDI DECEM DEDERIT. Item in L. cui fundus, D. eo. *Cui fundus legatus eſt*, SI DECEM DEDERIT. Et L. ei qui, D. de condic. inſtit. *Et qui ita legatum accepit*, SI DECEM DEDERIT. Aliâs duobus eadem res, SI HEREDI CENTVM DEDISSENT, legata proponitur, L. ſi quis legata, §. vlt. D. de condic. & dem. & fundus alicui legatus ſub hac condicione, SI CENTVM HEREDI DEDISSET, L. ciuitatibus, §. vlt. D. de legat. I. Iauolenus etiam in L. quibus diebus, §. I. D. de condic. & dem. quendam ita legaſſe refert, SI PVBLIVS CORNELIVS IMPENSAM, QVAM IN FVNDVM SEIANVM FECI, HEREDI MEO DEDERIT: TVM HERES MEVS PVBLIO CORNELIO FVNDVM SEIANVM DATO. Fundū præterea quibuſdā legatū, SI PECVNIAM CERTAM IN FVNVS, IMPENSAMQVE PERFERENDI CORPORIS IN ALIAM REGIONEM DEDISSENT, Pōpon. proponit in L. tales cōdiciones, §. I. D. eo. tit. Atque interdum heredi, interdum vero alij qui heres non eſſet, dare legatarius iubebatur, vt in L. tales condiciones, D. eo. SI SYMPHORO ET IANVARIO CENTVM TITIVS PRÆSTITERIT, FVNDVM EI LEGO. Condiciodū vero quæ in faciendo cōſiſtebant hæc ſunt exēpla. Vlpian. in L. ſi ita fuerit, §. idem quæri, D. de manumiſſ. teſtam. *Idem quæri poteſt, &* SI FABRIS DVOBVS, VEL PICTORIBVS SI MEMBRVM DEPINXISSENT, VEL SI FABRICASSENT NAVEM, *quid adſcriptum ſit.* Pompon. in L. tales, D. de condic. & demonſtr. *Tales condiciones*, SI MONVMENTVM, *puta*, FECERINT, *pluribus propoſitæ* Iuſtinia. in §. longè magis, Inſtit. de legat. cùm Gaio in L. demonſtratio, §. quod autem, D. de cōdic. & dem. TITIO, SI NEGOTIA MEA CVRAVERIT, FVNDVM MEVM DO, LEGO. Papinian. in L. pater ſeuerianam, §. condicionum, D. de condic. & dem. *Condicio fideicommiſſi talis præſcripta*, SI TVTELAM IN ANNVM OCTAVVMDECIMVM GESSERIT. Eiuſdem generis erat & hæc Condicio, SI AD EXEQVIAS FVNERIS MEI VENERIT, L. condicionum quæ, D. eo. SI STATVAS IN MVNICIPIO POSVERIT, L. Titius, D. eo. SI RESTITVTIONEM MIHI IMPETRAVERIT AB IMPERATORE, L. quidam relegatus, D. de reb. dub.

Sub condicionibus etiam non faciendi aliquid, ſeu quæ in non faciendo conſiſtebant, quandoque legabatur, L. Mucianæ, L. is cui ſub condicione, D. de condic. & dem. Vt puta, SI IN CAPITOLIVM NON ASCENDERIT: SI STICHVM NON MANVMISERIT, d. L. Mucianæ. SI TITIO NON NVPSERIT, vel SI NEQVE TITIO, NEQVE SEIO NEQVE MÆVIO NVPSERIT,

L. hoc genus, L. quotiens, L. hoc modo, & L. cùm ita legatum, D. eo. SI A LIBERIS NE NVPSERIT, L. ſed ſi, §. vlt. D. eo. TITIO, POST DECEM ANNOS DATO, EI SATIS AB HEREDE NON EXEGERIT, L. ſi ita legatum, D. eo.

Serui ſæpe ſub hac condicione legabantur, SI TESTATORIS ESSENT, CVM MORERETVR, Marcian. in L. falſa demonſtratio, §. vlt. D. de condic. & demonſtr. *Si quis ita ſcripſerit,* STICHVM ET PAMPHILVM TITIO DO LEGO, SI MEI ERVNT CVM MORIAR. Heredem etiam ita Teſtator poterat obligare, VT SI, QVANDOQVE MORERETVR, STICHVS SERVVS EIVS NON ESSET, HERES DAMNAS ESSET EVM DARE, L. heredem, D. de legat. I.

Sub condicione etiam Nuptiarum ſæpe legabatur, in hunc modum, SI FILIA MEA TITIO NVPTA ERIT, L. I. D. de reg. Caton. L. in condicionibus, D. de condic. & dem. SI ATTIA FILIA MEA ARBITRATV LVCII TITII NVPSERIT, EI TOT HERES MEVS DATO, L. filiæ, D. eo. III. TITIÆ SI MIHI NVPSERIT, *vel* FILIO MEO NVPSERIT, L. condicionum quæ, D. eo. TITIO, SI SEIAM VXOREM DVXERIT, HERES MEVS CENTVM DATO, L. in teſtamento, D. eo. SI IN FAMILIA NVPSERIT, L. cui fuerit, D. eo. Item filiofa. legatum SI IN POTESTATE PATRIS MANSISSET, legimus in L. filiofa. D. eo. Et contrà, SI MORTE PATRIS SVI IVRIS EFFECTVS ESSET, L. ſi ita, D. quando dies legat. Fideicommiſſum à filiis relictum SI QVIS EX HIS SINE LIBERIS DIEM SVVM OBIISSET, narrat Papinian. in L. fideicommiſſum, D. de condic. & demonſtrat. Impp. Seuer. & Antonin. in L. I. C. de condicionib. inſert. *Cùm Teſtatorem fideicommiſſum Trallianis ab eo, quem pro parte heredem inſtituerat, ita reliquiſſe proponas,* SI SINE LIBERIS INSTITVTVS DIEM OBIISSET. Idem Papinian. in L. pater Seuerianam, §. I. D. de condic. & demonſtr. *Ita fideicommiſſo dato,* VOLO RESTITVAS, SI SINE LIBERIS DECEDAS. Mulieri etiam ſub hac condicione, SI A MARITO NON DIVERTISSET legatum, memorant Impp. Seuer. & Antonin. in L. II. C. de condicoinib. inſert. Cui non abſimilis condicio refertur in d. L. pater Seuerianam, §. ſocrus, SI CVM FILIO MEO IN MATRIMONIO PERSEVERAVERIT. Imp. Antonin. in L. III. C. de condic. inſert. *Si ea condicione Aulazanus legata teſtamento præſtari voluit,* EI CVM FOCARIA SVA MATREQVE EIVS MORARETVR, Sed & ſub hac condicione, SI HERES ERIT SEIVS, AVT SI HEREDITATEM ADIERIT, legabatur, L. hæc verba, D. de legat. I. L. in condicionibus ei, L. aliquando, & D. de condic. & demonſtr. Celſus in L. I. D. de reg. Caton. *Si quis ita legauerit,* SI POST KALENDAS MORTVVS FVERO, TITIO DATO. Pompon. in L. multa Teſtamento, §. vlt. D. de condic. & demonſtr. *Cùm ita eſſet ſcriptum,* SI FILIA ET MATER MEA VIVENT. Interdum & condicioni dies inſerebatur, vt in L. ſi his legatum, §. vlt. D. de *Si ita ſcriptum ſit,* SI IN QVINQVENNIÓ PROXIMO TITIO FILIVS NATVS NON ERIT, TVM DECEM SEIÆ HERES DATO.

Interdum ſub hac condicione legabatur, Si legatarius caueret ſe aliquid daturum vel facturum, vt in L. huiuſmodi legatum, D. de legat. II. EI TITIVS HEREDI MEO CAVERIT CENTVM MÆVIO SE DATVRVM, ET HERES MEVS TITIO CENTVM DATO. Et mox. SI TITIVS HEREDI MEO CAVERIT SE IN MVNICIPIO EX CENTVM AVREIS OPVS FACTVRVM: TVM EI CENTVM AVREOS HERES MEVS DARE DAMNAS ESTO. Sub condicione quoque Iuriſiurandi relinquebatur, L. municipibus, D. de condic. & dem. veluti SI IVRAVERIT, SE DECEM DATVRVM, AVT MONVMENTVM, ſeu QVID ALIVD FACTVRVM: Cuiuſmodi condicio ita remittebatur, vt compelleretur legatarius facere id quod facturum ſe iurare iuſſus erat, ſolo iureiurando remiſſo, L. hæc ſcriptura, D. de condic. & dem.

Interdum & ſub contrariis condicionibus eadem res duobus legabatur, L. etiam ſi, §. vlt.

§. vlt. D. vt in poſſeſſ. legat. Celſus in L. ſi illud, D. de legat. II. *Veluti ſi ita legatum eſt*, SI NERVA CONSVL FACTVS ERIT, TITIVS HERES ATTIO FVNDVM: SI NON ERIT NERVA CONSVL FACTVS, SEIVS HERES MÆVIO CENTVM DATO.

Sanè nonnumquam ita legabatur, vt niſi condicioni adſcriptæ legatarius paruiſſet, legato caderet. Scæuola in L. vxorem, §. eius heres, D. de legat. III. *Eius heres, vel legatarius rogatus eſt*, VT QVEMDAM ADOPTET, *his verbis adiectis*, SI ALIAS FECERIT, EXHERES ESTO, *vel*, PERDAT LEGATVM. Idem in L. liberto, §. Lucius, D. de annu. legat. Eũ qui ciuitati centum legauerat, vti alternis annis ex vſuris eiuſdem, certamina ſub nomine ipſius celebrarentur, adieciſſe dicit hæc verba, QVOD SI CONDICIONE SVPRA SCRIPTA RECIPERE LEGATAM SIBI PECVNIAM CIVITAS SEBASTENORVM NOLVERIT, NVLLO MODO OBLIGATOS EI ESSE VOLO, SED HABERE SIBI PECVNIAM.

Interdum autem Teſtator heredi Satisdationem quæ legatorum ſub condicione relictorum nomine interponi conſueuerat, remittebat, legatariúmque SATIS ACCIPERE VETABAT, L. I. D. vt in poſſeſſ. legator. Marcian. in L. licet, D. vt legator ſeu fideicommiſſ. *Licet*, VT NON PETATVR CAVTIO, *condicio Teſtamento ſcripta fuerit*. AC FIDEICOMMISSI quidem & legati ſatiſdationem quocumque voluntatis indicio remitti poſſe Papinianus ſcribit in L. auia, §. vlt. D. de condic. & demonſtr. Quæ verba, ſi quis inſtrumenta originis & auctoritatis eorum requirat, ille Iuriſconſultorum facilè princeps mutuatus videtur ex reſcripto Diui Marci, quod extat in L. II. C. vt in poſſeſſ. legat. Et hanc ipſam iuris ciuilis definitionem Imperator Alexander Seuerus eiuſdem Marci & Commodi conſtitutioni acceptam fert, in L. ſcire debetis, C. eo. tit. At, quæ vt boni viri arbitratu is cui vſusfructus relictus erat, vteretur frueretur, ſatiſdatio præſtabatur, Teſtamento remitti non poterat, d. L. ſcire debetis. Vſufructu certè pecuniæ numeratæ legato, Teſtamento quandoque cauebatur, NE EO NOMINE SATISDARETVR, L. ſi pecuniæ, D. vt in poſſ. legator. Similiter Maritum cùm vxori vſumfructum omniũ bonorum Teſtamento reliquiſſet, CAVTIONEM AB EA EXIGI prohibuiſſe Impp. narrant in L. I. C. de vſufruc.

POENAM autem à Condicione voluntas defuncti ſeparabat, & an POENA, an CONDICIO, an TRANSLATIO eſſet, ex voluntate defuncti diiudicabatur, L. vlt. D. de his quæ pœnæ cau. Iuſtinian. in §. vlt. Inſtit. de legat. POENÆ NOMINE *legari videtur, quod coercendi heredis cauſa relinquitur, quo magis aliquid faciat, aut non faciat, veluti ſi quis ita ſcripſerit*: HERES MEVS SI FILIAM SVAM IN MATRIMONIVM TITIO COLLOCAVERIT: *vel ex diuerſo*, SI NON COLLOCAVERIT, DATO DECEM AVREOS, SEIO: *aut ſi ita ſcripſerit*, HERES MEVS SI SERVVM STICHVM ALIENAVERIT: *vel ex diuerſo*, SI NON ALIENAVERIT, TITIO DECEM AVREOS DATO. Vlpian. Tit. XXIIII. PÆNÆ CAVSA *legatur quod coercendi heredis cauſa relinquitur, vt faciat quidem, aut non faciat, non vt legatum pertineat: vt puta hoc modo*, SI FILIAM TVAM IN MATRIMONIO TITIO COLLOCAVERIS, DECEM MILIA SEIO DATO.

SVB MODO quoque interdum legabatur: Gaius in L. demonſtratio, §. vlt. D. de condic. & dem. *Si cui in hoc legatum ſit*, VT EX EO ALIQVID FACERET, *veluti* MONVMENTVM TESTATORI, *vel* OPVS, *aut* EPVLVM MVNICIPIBVS FACERET, *vel* EX EO VT PARTEM ALII RESTITVERET, SVB MODO *legatum videtur*. Sic in L. Titio centum in princ. & §. I. & §. ſeq. TITIO CENTVM, ITA ET FVNDVM EMAT, *legata ſunt*. TITIO CENTVM *relicta ſunt*, ITA VT MÆVIAM VXOREM QVÆ VIDVA EST, DVCAT. TITIO CENTVM *relicta ſunt*, ITA VT A MONVMENTO NON RECEDAT. Ex his etiam verbis, TITIO DECEM MILLIA, VEL INSVLAM RELINQVO, ITA VT QVINQVE MILLIA

EX HIS VEL EANDEM INSVLAM MÆVIO RESTITVAT, ſiue ea ad CONDICIONEM, ſiue ad MODVM reſpicerent, fideicommiſſi petionem naſci Imp. Gordian. conſtituit L. vlt. C. de his quæ ſub modo. Iauolen. in L. quibus diebus, §. vlt. D. de condic. & dem. tale legatũ proponit, LVCIIS, PVBLIIS, CORNELIIS AD MONVMENTVM MEVM ÆDIFICANDVM, MILLE HERES MEVS DATO. Vlpian. in L. I. §. vlt. D. ad L. falcid. *Eum cui* PECVNIA AD FACIENDVM MONVMENTVM *legata ſit.*

Teſtatorem etiam IN HONOREM CONSVLATVS Gaio Seio ſororis ſuæ filio legaſſe, Marcellus refert in L. publius, D. de condic. & dem. Ruſcium planè Cœpionem Teſtamento ſuo cauiſſe, VT. QVOTANNIS INGREDIENTIBVS CVRIAM SENATORIBVS CERTAM SVMMAM VIRITIM PRÆSTARET HERES, Sueton. auctor eſt in Domitiano, cap. IX.

Interdum & CAVSA legatis adſeribebatur ita, TITIO FVNDVM DO, QVIA NEGOTIA MEA CVRAVIT. Item, FVNDVM TITIVS FILIVS MEVS PRÆCIPITO, QVA FRATER EIVS IPSE EX ARCA TOT AVREOS SVMPSIT, L. demonſtratio, §. quod autem, D. de condic. & dem. QVONIAM FILIVS MAIOR EX ARCA MEA DECEM SVSTVLIT, HERES MINOR FILIVS DECEM E MEDIO SVMITO, L. ſi ita legatum, D. eo. Iuſtinian. in §. longè magis, Inſtit. de legat. *Legato falſa cauſa adiecta non nocet: veluti cùm quis ita dixerit*, TITIO QVIA ME ABSENTE NEGOTIA MEA CVRAVIT, STICHVM DO LEGO. *vel ita*, TITIO, QVIA PATROCINIO EIVS CAPITALI CRIMINE LIBERATVS SVM, STICHVM DO LEGO. Vlpian. Tit. XXIIII. *Falſa cauſa eſt, velut*, TITIO QVIA QVONDAM NEGOTIA MEA CVRAVIT, FVNDVM DO LEGO, *vt negotia eius numquam Titius curaſſet.*

Cum DEMONSTRATIONE etiam legabatur, veluti, SERVVM STICHVM QVEM DE TITIO EMI FVNDVM TVSCVLANVM QVI MIHI A SEIO DONATVS EST, L. demonſtratio, D. de condic. & dem. Modeſtin. in L. Gaius, D. de pigner act. *creditor cum ſuprema ſua ordinaret, Teſtamento cauit*, VT ALTER EX FILIIS SVIS HABERET EVM FVNDVM, ET ADDIDIT, QVEM DE LVCIO TITIO EMI.

Illius autem quæ legatis quandoque adiiciebatur, Demonſtrationis exẽpla ſunt hæc, CENTVM QVÆ IN ARCA HABEO, aut, QVÆ ILLE APVD ME DEPOSVIT, L. I. §. adeo, D. de dote præleg. Vlpian. in L. ſi ſic legatum, §. I. D. de legat. I. *Si* DECEM QVÆ TITIO DEBEO, *legauero, nec quidquam Titio debeam*, FALSA DEMONTRATIO *non peremit legatum: vt in legato dotis Iulianus reſpondit.* Iulianus in L. Stichum, D. de legat. I. STICHVM QVI MEVS ERIT, CVM MORIAR, HERES MEVS DATO: *magis* CONDICIONEM *legato inieciſſe, quàm* DEMONSTRARE *voluiſſe patremfa. apparet: eò quod ſi* DEMONSTRANDI *cauſa hæc oratio poneretur, ita concepta eſſet*, STICHVS QVI MEVS EST, *non*, QVI MEVS ERIT. Pompon. in L. Quintus, D. de auro argen. *certo corpore legato*, DEMONSTRATIO FALSA *poſita, non peremit legatum, veluti ſi ita ſit ſcriptum*, STICHVM QEM EX VENDITIONE TITII EMI. Papinia. in L. cùm filius, §. heres, D. de legat. II. HERES MEVS TITIO DATO QVOD EX TESTAMENTO SEMPRONII DEBETVR MIHI. Paul. in L. legaui, §. vlt. D. de liberat. leg. *Quòd ſi* CENTVM AVREOS, *quos*, SE DEBERE *dixit, legauit.* Iauolen. in L. quibus diebus, §. qui dotalem, D. de condic. & dem. *Qui dotalem fundum nullum habebat, ita legauerat*, FVNDVM CORNELIANVM QVEM ILLA MIHI DOTI DEDIT, EI HERES DATO.

Regula autem iuris ciuilis erat, Falſa Demonſtratione legatũ non perimi. Quod & Iuſtinian. tradit in §. huic proxima Inſtit. de legat. *veluti*, ait, *ſi quis ita legauerit*, STICHVM SERVVM MEVM VERNAM DO LEGO: *Licet enim non verna, ſed emptus ſit, ſi tamen de ſeruo conſtat, vtile legatum eſt. Et conuenienter, ſi ita demonſtrauerit*, STICHVM SERVVM QVEM A SEIO EMI, *ſitque ab alio emptus, vtile eſt legatum, ſi de ſeruo conſtat.* Vlpian. Tit. XXIIII. *Ne-*

que ex

que ex falſa Demõſtratione, neque ex falſa cauſa legatum infirmatur. Falſa DEMONSTRATIO *eſt, velut*, TITIO FVNDVM QVEM A TITIO EMI, DO LEGO, *cum fundus à Titio emptus non ſit.*

Sed nec ſi in nomine, cognomine, prænomine, agnomine legatarij Teſtator erraſſet, quidquã is error legari viribus detrahebat, §. ſi quidẽ, Inſtit. de legat. Et hac quoque in parte falſa Demonſtratio neque legatatio neque fideicommiſſario nocebat: veluti, SI FRATREM dixiſſet, vel SOROREM, vel NEPOTEM, vel quid libet aliud, L. falſa, D. de condic. & demonſtr. Nominatim vero legatum cenſebatur, ſiue ita, LVCIO TITIO, aut per demonſtrationem corporis, vel artificij vel officij vel neceſſitudinis, vel adfinitatis legaretur, L. nominatim, D. eo. tit.

Legatarios planè fideicòmmiſſarióſve elogiis ornare, titulíſque amantiſſimis proſequi conſueuerant. Sueton. in Auguſto cap. LXVI. *Amicorum ſuprema iudicia moroſiſſime penſitauit, neque dolore diſſimulato, ſi parcius, aut citra* HONOREM VERBORVM, *neque gaudio, ſi gratè piéque, quis ſe proſecutus fuiſſet.* Et quidẽ cùm quid filiis legabãt, prælegabantve, CARISSIMOS, vel DVLCISSIMOS appellabant: vt in L. Thais, §. I. D. de fideic. libert. MÆVI FILI CARISSIME TE ROGO. Scæuola in L. heredibus, D. ad Sc. Trebellian. VOSQVE LIBERI CARISSIMI HOC FIDEICOMMISSO TENERI INVICEM VOLO. Modeſtin. in L. Titia cùm, §. Lucius, D. de legat. II. PETO A TE, FILIA CARISSIMA. Scæuola in L. nomen, §. vlt. D. de legat. III. A TE AVTEM, FILI CARISSIME, PETO, QVÆCVMQVE LEGAVI, &c. Aliâs, MÆVI ET SEMPRONI FILII DVLCISSIMI, L. Lucius, §. quæ marito, D. de legat. II. Paul. in L. pediculis, §. idem cùm, D. de auro argen. HOC AMPLIVS FILIA MEA DVLCISSIMA E MEDIO SVMITO. Eodem modo, PAVLINÆ FILIÆ MEÆ DVLCISSIMÆ, L. Titia cùm §. Lucius, D. de legat. II. Οκταβιάνῃ Στεφανικῇ τῇ γλυκυτάτῃ μου θυγατρὶ χαίρειν. INFANTI DVLCISSIMÆ, L. vxorem, §. vlt. D. de legat. III. Cum vxoribus etiã de ſupremis ſuis loquẽtes Mariti, eas Cariſſimarũ nomine cõpellabant. Sic PETO DE TE VXOR CARISSIMA, L. heredes mei, §. vlt. D. ad Sc. Trebellian. A TE VXOR CARISSIMA PETO, L. Lucius Titius, §. matre, D. de leg. II. Item DOMINA VXOR, L. vxorem, D. de legat. III. DOMINA SANCTISSIMA, L. Titia, §. qui Mareo, D. de annu. legat. SEMPRONIÆ DOMINÆ MEÆ, L. vlt. D. de auro argen. Aliâs ſimpliciter, FIDEI TVÆ COMMITTO VXOR, L. cùm pater, §. fidei, D. de legat. II. A TE PETO, MARITE, d. L. cum pater, §. à te peto. DVCISSIMOS QVOQVE FRATRES SVOS, vocabant, L. cùm pater, §. dulciſſimis, D. de legat. II. Necnon ſorores DVLCISSIMAS CARISSIMAS vocabant, L. Thais, §. Lucius, D. de fideicommiſſar. libert. & §. ſorore ead. L. Βούλομαι καὶ παρακαλῶ γλυκυτάτη μου ἀδελφή. Ac nec extraneis abſque aliquo verborum honore legabant. Sic SEIO AMICO FIDELISSIMO L. Seio, D. de annu. legat. SEIÆ AMICÆ MEÆ, L. vlt. §. vlt. D. de auro argen. SEIÆ DVLCISSIMÆ, L. Seiæ, D. eo. tit. SEMPRONIÆ PIÆ, L. Titia, §. I. D. de auro argen. SEIO OPTIME MERITO, L. vlt. §. Gaio, D. de liberat. leg. LVCIO TITIO VIRO BONO, L. Mæuia, D. de annu. leg. Aliâs adiiciebant, CVI MAXIMAS GRATIAS AGO, vt in L. Seia, D. de dote preleg. & L. Mæuia, D. de annu. leg. Contrà quandoque notas adiiciebant, vt L. cùm quis, §. Seiam, D. de legat. III. MÆVIO LIBERTO MEO DE ME NIHIL MERITO. Eum etiam cui priore parte Teſtamenti legatum fuerat, poſteriore INGRATVM appellatum, proponit Paul. in L. libertus, D. de adimend. legat. Turpia certè Legata, quæ denotandi magis legatarij gratia ſcribebantur, odio ſcribẽtis pro non ſcriptis habebantur, L. Turpia, D. de legat. I.

Legata porrò vel ab omnibus generaliter heredibus, vel nominatim ab vno, aut itẽ altero ex pluribus heredibus ſcriptis, relinquebãtur, L. ſi heredes & L. ſi tibi homo, §. vlt. D. de legat. I. Ab omnibus rurſus, vel omnium nominibus expreſſis, vel generaliter ita, QVISQVIS MIHI HERES ERIT, DAMNAS ESTO

TITIO DARE CENTVM, L. omnibus, D. de legar. I. L. I. §. id quod ex ſubſtitutione, D. ad L. falcid. Vlpian. in L. III. D. legat. I. *Hæc verba teſtatoris*, QVISQVIS MIHI EX SVPRASCRIPTIS HERES ERIT, *aut*, SI HERES ERIT SEIVS, *vel*, SI HEREDITATEM ADIERIT, *ſubiectum legatum vel fideicommiſſum non faciunt condicionale.* Et in L. ſi quis in fundi, §. vlt. D. eo. *Si quis heredes inſtituerit, & ita legauerit*, QVISQVIS MIHI GALLICANARVM RERVM HERES ERIT, DAMNAS ESTO DARE, *ab omnibus heredibus videri legatum.* Iulian. in L. ſi fundum, §. ſi libertus, D. eo. QVISQVIS MIHI ALIVS EX SVPRASCRIPTIS CVM PATRONO MEO HERES ERIT, SERVOS ILLVM ET ILLVM TITIO LEGO. Et in L. ſi in teſtamento, D. ſi quis omiſſa cau. teſt. *Si ita ſcriptum fuiſſet*, TITIVS HERES ESTO. QVISQVIS MIHI EX SVPRASCRIPTIS HERES ERIT, MÆVIO, SI MIHI HERES NON ERIT, CENTVM DATO. Marcell. in L. publius, D. de condic. & dem. QVISQVIS MIHI HERES, HEREDESVE ERVNT, DO, LEGO, FIDEIQVE EORVM COMMITTO VTI DENT GAIO SEIO SORORIS MEÆ FILIO, IN HONOREM CONSVLATVS, QVADRINGENTA. Mæcian. in L. quiſquis, D. de legat. III. QVISQVIS MIHI HERES ERIT, DAMNAS ESTO DARE, FIDEIQVE EIVS COMMITTO VTI DET, QVANTAS SVMMAS DICTA VERO, DEDERO. Scæuola in L. annua, §. I. D. de annu. leg. QVISQVIS MIHI HERES ERIT, FIDEI EIVS COMMITTO VTI DET, &c. Idem in L. quidam, D. de iu. codicill. *Nunquid totum legatum debeat, Si*, QVISQVIS MIHI HERES ERIT, *legatum erit.* Sic & in L. filiam, D. de auro, argen. QVISQVIS MIHI HERES ERIT, FIDEI EIVS COMMITTO, &c.

Aliàs pluribus heredibus inſtitutis ita ſcriptum refertur, HERES MEVS DAMNAS ESTO DARE AVREOS QVINQVE: & tunc non quilibet heres, ſed omnes videbantur damnati vt vna quinque darent, L. ſi pluribus, D. de legat. II. Paul. in L. ſi plures, D. de legat. III. *Si plures gradus ſint heredum*, & *ſcriptum ſit* HERES MEVS DATO *ad omnes gradus heredum hic ſermo pertinet ſicut hæc verba.* QVISQVIS MIHI HERES ERIT.

Interdũ verò ab vno nominatim herede legabatur, L. cùm ab vno, D. de legat. II. L. nonnũquam, D. de legat. præſtand. L. alimẽta, D. de aliment. legat. Et vnus ex heredibus ſolus onerabatur, L. Mæuius, §. cum qui, D. de legat. II. aut petebat Teſtator ab vno herede, VT OMNE ONVS LEGATORVM IN SE SVSTINERET, in hunc modum, EA QVÆCVMQVE IN LEGATIS RELIQVI, VEL DARI PRÆCEPI, AB ATTIANO FILIO MEO ET HEREDE DARI, PRÆSTARIQVE IVBEEO, L. Titia cùm, §. Lucius, D. eo. Ac nonnumquam non ſub appellatione heredum, ſed propriis nominibus expreſſis fideicommiſſum relinquebatur, L. nonnumquam, D. ad Sc. Trebell. nominabantúrque heredes, à quibus legata præſtarentur, L. legatorum, §. qui plures, D. de legat. II. vt in L. ciuitatibus, §. I. D. de legat. I. LVCIVS TITIVS, ET GAIVS SEIVS, PVBLIO MÆVIO DECEM DARE DAMNAS SVNTO. Pompon. in L. ſi mihi, D. de vſufruc. *Si mihi & tibi, à* SEMPRONIO ET MVCIO HEREDIBVS *vſusfructus legatus ſit.* Papinian. in L. cùm ſingulis, D. eo. *Cùm* SINGVLIS AB HEREDIBVS, *ſingulis eiusdem rei vſusfructus legatur.*

Quandoque à pluribus quidem heredibus legata dabantur, ſed ea vnius ex his præcipere, & præſtare iubebatur, L. à pluribus, D. de legat. I. Vlpian. in L. quidam, §. ſi ſcriptus, D. eo. *Si ſcriptus ex parte heres rogatus ſit*, PRÆCIPERE PECVNIAM, ET EIS QVIBVS TESTAMENTO LEGATVM ERAT, DISTRIBVERE. ANNVA etiam LEGATA PRÆCIPERE aliquem, AD DISTRIBVENDVM, nõnumquam iubebant, L. diuus, D. ſi cui plus quàm per L. falcid. Sic & in L. codicillis, §. vlt. D. de. annu. legat. Teſtator Semproniam, quam heredem ex triente inſtituerat, rogaſſe dicitur in hæc verba, FIDEI TVÆ COMMITTO SOROR, VTI LEGATA QVÆ ALVMNIS MEIS RELIQVI, EX MEDIO RECIPIAS, ET APVD TE HABEAS, QVOAD VSQVE COMMENDATOS HABEAS.

Planè poſt libertates adſcriptas, & legata data, Generale caput ſubiici ſolitum, vt legata & libertates ab heredibus præſtarentur, indicat, L. Titia cum, §. Lucius Titius, D. de legat. II. Generale etiam caput præpoſitum, memorat Scæuola in L. generali,

nerali, D. de vſu & vſufr. legat. Interdum quoque fideicommiſſa Tabulis data, Teſtator, cum Iuriſiurandi religione præſtari rogabat: vt probatur, L. cùm pater, §. filius, D. de legar. II. Iureiurando quoque nonnumquam adactos heredes oſtendit, L. ſi quis inquilinos, §. vlt. D. de legat. I. Cic. lib. III. in Verr. *P. Trebonius viros bonos, & honeſtos complures fecit heredes: in his fecit ſuum libertum: is A. Trebonium fratrem habuerat proſcriptum: Ei cùm cautum vellet, ſcripſit,* VT HEREDES IVRARENT, SE CVRATVROS, VT EX SVA CVIVSQVE PARTE NE MINVS DIMIDIVM AD A. TREBONIVM FRATREM ILLVM PROSCRIPTVM PERVENIRET. *Libertus iurat*. Cæſar. lib. III. de bello ciuili. *In Teſtamento Ptolemæi patris heredes erant ſcripti, ex duobus filiis, maior, & ex duabus, ea quæ ætate antecedebat*. HÆC VTI FIERENT, PER OMNES DEOS, PERQVE FEDERA QVÆ ROMÆ FECISSET, EODEM TESTAMENTO PTOLEMÆVS POPVLVM RO. OBTESTABATVR.

Vnicuique autem cõcedebatur, Fideicõmiſſum ab eo ad quẽ legitima eius hereditas, vel Bonorum poſſeſſio peruentura eſſet, dare, L. ſi fundum, §. vlt. D. de legat. I. Proinde ſæpenumero in extrema parte Teſtamenti, cauebant vt à quocumque herede legata fideicommiſſaque relicta præſtarentur. Scæuola in L. Titia, D. de inoff. teſt. *Titia filiam heredem inſtituit: filio legatum dedit: Eodem Teſtamento ita cauit,* EA OMNIA QVÆ SVPRA DARI, FIERI, IVSSI, EA DARI, FIERI, VOLO AB OMNI HEREDE, BONORVMVE POSSESSORE, QVI MIHI ERIT ETIAM IVRE INTESTATO. ITEM QVÆ DARI IVSSERO, EA VTI DENTVR, FIANTQVE, FIDEI EIVS COMMITTO. Mæcian. in L. ſi ita fuerit, D. de legat. III. *Si ita fuerit fideicommiſſum relictum*, AD QVEMCVMQVE EX TESTAMENTO MEO, VEL AB INTESTATO, *vel ita*, AD QVEMCVMQVE QVOQVO IVRE BONA MEA PERVENIANT. Paul. in L. ex ea ſcriptura, D. qui teſt. fac. poſſ. *Ex his verbis quæ ſcriptura paterfa. addidit*, πάντη τὴν διαθήκην βούλομαι εἶναι κυρίαν ἐπὶ πάσης ἐξουσίας, *videri eum voluiſſe omnimodo valere ea quæ reliquit, etiam ſi inteſtatus deceſſiſſet*. Scæuola in L. codicillis, D. de vſu & vſufr. leg. narrat teſtatorem quendam ima parte Teſtamenti adieciſſe, OMNEM VOLVNTATEM MEAM FIDEI HEREDVM COMMITTO. Vlpian. in L. poſtumus, §. vlt. de iniuſto tup. *Si paganus qui habebat iam factum Teſtamentũ, aliud feciſſet, & in eo comprehendiſſet*, FIDEI HEREDIS COMMITTERE VT PRIORES TABVLÆ VALERENT.

Nec à Primis tantùm ſed & à Secundis heredibus legabatur. Quin & ab impuberis ſubſtituto Secundis Tabulis legatum, teſtimonio ſunt L. ſi à ſubſtituto, D. de legat. I. L. heredis aditio, D. quando dies legator. L. is cui, §. ſi ab impuberis, D. vt in poſſeſs. legator. L. non ſolùm, §. liberatio, D. de liberat. leg. L. in ratione, §. vlt. D. ad L. falcid. Sanè ab eiuſmodi ſubſtitutis legata Repeti ſolebant, L. quid ergo & L. ſi quis à filio, D. de legat. I. Cuiuſmodi repetitionis exempla ſubiungam. Marcell. in L. vlt. D. de fideicom. libert. à Mutio & Mæuia, quos liberis SI AVT NON NATI ESSENT, AVT INTRA PVBERTATEM DECESSISSENT, ſubſtituerat, ita Teſtatorem legata repetiiſſe refert. LEGATA QVÆ PRIORE TESTAMENTO, QVO FILIOS ET SEIVM RELIQVI, PRÆSTARI VOLO, HOC EST ET A SEQVENTIBVS HEREDIBVS. Deinde codicillis ita cauiſſe, LVCIVS TITIVS HEREDIBVS PRIMIS ET SVBSTITVTIS SALVTEM. PETO VT EA QVÆ TESTAMENTO CAVI, LEGAVI, ET EA QVÆ CODICILLIS CAVERO, LEGAVERO, PRÆSTETIS. Scæuola in L. Lucius Titius, §. impuberem, D. de legat. II. *Impuberem filium heredem inſtituit: vxori dotem prælegauit, item ornamenta, & ſeruos & aureos decem, &* SI IMPVBES DECESSISSET, SVBSTITVIT *à quibus ita legauit*: QVÆCVMQVE PRIMIS TABVLIS DEDI, EADEM OMNIA AB HEREDIBVS QVOQVE HEREDIS MEI IN DVPLVM DARI VOLO. Hoc tamen perpetuum non erat, nec ſemper à Primis heredibus data, à Secundis Repetebantur. Hoc enim quandoque omiſſum teſtatur Cicero Topic. cùm ait, *Si paterfa.* VXORI ANCILLARVM

VSVMFRVCTVM LEGAVIT A FILIO, *neque* A SECVNDO HEREDE LEGAVIT. Verum eò tandem decurſum eſt, vt à Subſtituto repetita cēſerentur, quæ ab Inſtituto fuerant relicta, ſi non eſſet euidens diuerſa voluntas, L. licet, D. de legat. I. Quamquam vt plurimum, à Subſtitutis legata Generaliter Repeti, motis erat. Marcian. in L. ſeruo alieno §. I. D. de legat. I. *Si quis à primo herede centum legauerit alicui, & eidem à ſecundo ducenta, poſteàque* GENERALITER REPETIERIT LEGATA: *trecenta videtur* REPETISSE.

In Generali autem Repetitione legatorum, etiam datæ libertates cōtinebantur, ex mente Legis XII. Tab. L. in generali, D. de verbor. ſignific. Iauolen. in L. cum in ſubſtitutione, D. de legat. III. *Cùm in ſubſtitutione* LEGATA REPETVNTVR, *libertates etiam continentur.*

Aliam porrò REPETITIONIS LEGATORVM formulam, Vlpian. exponit in L. legata inutiliter, D. de legat. I. his verbis. *Legata inutiliter data, Papinianus putat libro Quæſtionum, confirmari per* REPETITIONEM: *id eſt, per hanc ſcripturam poſtea fortè in codicillis factam,* HOC AMPLIVS EI HERES MEVS DATO. Idem in L. ſi quis à filio, D. eo. *Si* REPETITIO LEGATORVM *ad eum modum concepta ſit: veluti,* QVÆ A FILIO MEO LEGAVI, QVÆQVE EVM DARE IVSSI, SI MIHI HERES ESSET: ID HERES MEVS ISDEM DIEBVS DATO. *Sed ſi* REPETITA *fuerint ita,* QVÆ A FILIO MEO LEGAVI, HERES MEVS DATO. Iulian. in L. in repetendis, D. de legat. III. *In* REPETENDIS LEGATIS, *hæc verba quæ adiici ſolent,* ITEM DARE DAMNAS ESTO. Sed & Scæuola in L. Aurelius, §. Teſtamento, D. de liberat. leg. refert quendam, qui Teſtamento facto debitoribus liberationem reliquerat, poſt inciſo lino, & recognito Teſtamento, aliud Teſtamentum feciſſe, in quo REPETIIT LEGATVM, his verbis: QVIBVSQVE LEGATA IN EO TESTAMENTO, QVOD INCIDERAM, DEDI, OMNIA RATA ESSE, ET QVÆQVE SCRIPTA SVNT, VOLO.

A Legatariis quoque fideicommiſſa dabantur. Nam & ſeruos manumittere, & decem dare ſæpe rogatos in libris noſtris legimus. Et interdum Legata aliis reſtituere rogabātur. Scæuola in L. vxorē, §. ſorori, D. de leg. III. *Sorori legauit homines quos nominauit Teſtamento,* EIVSQVE FIDEI COMMISIT, VT EADEM MANCIPIA FILIIS SVIS, CVM OBIRET RESTITVERET. Idē in L. Lucius, §. Damæ, D. de leg. II. Damæ & Pamphilo quos Teſtamēto manumiſerat, fundū dedit, ITA VT POST MORTEM SVAM FILIIS SVIS RESTITVERENT. Papinian. in L. cum pater, §. ſurdo, D. de legat. II. *Surdo & muto, qui legatum accipit,* VT CVM MORIETVR RESTITVAT, *rectè mandatur:* Modeſtinus in L. omnia, §. quod à legatario, D. de legat. II. *Quod à legatario petitum erat,* VT ALII RESTITVERET. Idem in L. quod his verbis, D. de legat. III. *Quod his verbis relictum eſt,* QVIDQVID EX HEREDITATE BONISVE MEIS AD TE PERVENERIT, CVM MORIERIS RESTITVAS. Papinian. in L. fundum, D. de inſtr. vel inſtr. FVNDVM INSTRVCTVM *libertis patronus Teſtamento legauit. Poſtea codicillis petiit,* VT MORIENTES, PARTES SVAS FVNDI, SVPERSTITIBVS RESTITVERENT. Denique vt heredibus, ita & legatariis ſubſtitui potuiſſe ait L. vt heredibus, D. de legat. II.

Heredi planè à ſemetipſo legatum dari non poterat, à coherede poterat, L. legatum, §. I. & L. & quidem, & L. planè, §. ſi duobus, D. de legat. I. Sub ea tamen condicione, SI HERES NON ESSET, ei quandoque legabatur, L. apud Iulianum, & L. Lucius, §. pater, D. ad Sc. Trebellian. L. ab omnibus, §. cum quidam, D. de legat. I. L. Lucius, §. Sempronia, D. de legat. II. Iulian. in L. vlt. D. quando dies legat. *Vxori ex parte ſextante heredi inſtitutæ ſubſtituit, & heredum fidei commiſit,* SI VXOR HERES NON ERIT, DOTEM EI, ET ALIA QVÆDAM DARI. Iulian. in L. ſi ſi in Teſtamento, §. vlt. D. ſi quis om. cau. teſt. MÆVIO, SI MIHI HERES NON ERIT, CENTVM DATO.

Pluribus verò heredibus ſcriptis, vni aut item alteri ex his ſolebat aliquid prælegari,

ti, quod ille præcipere, & è medio ſumere, ſibſque præcipuum habere, præter portionem hereditariam iubebatur. Ea Præceptio, id Prælegatum duplici iure capiebatur: hereditario nimirum, pro ea parte pro qua heres erat is cui prælegabatur: Titulo vero legati, pro coheredum portione, L. 1. §. ſi quis ex mortis, D. quod legator. L. in quartam, D. ad L. Falcid. Huiuſmodi præceptionis formulam edit Scæuola in L. vxorem, §. feliciſſimo, D. de legat. III. his verbis. *Titio filio quem ex parte quarta heredem ſcripſerat, prælegauerat in hæc verba*, TITI FILI HOC AMPLIVS DE MEDIO SVMITO LEGATA MEA, QVÆ MIHI TAM PATER TVVS PRÆSENS, QVAM LÆLIVS IVSTVS FRATER PATRIS RELIQVERVNT. Idem in L. Lucius, §. quiſquis, D. de leg. 2. hanc Teſtamenti clauſulam refert, QVISQVIS MIHI HERES, HEREDESVE ERVNT HOC AMPLIVS LVCIVS EVTYCHVS QVAM QVOD EVM HEREDEM INSTITVI, E MEDIA HEREDITATE SVMITO SIBIQVE, HABETO VNA CVM PAMPHILO, QVEM LIBERVM ESSE IVBEO, INSTRVMENTVM TABERNÆ FERRARIÆ ITA VT NEGOTIVM EXERCEATII. Et in L. prædia, §. liberto, D. de inſtr. *Liberto, quem heredem ex parte reſcripſit, fundum per præceptionem dedit, in hæc verba*: PAMPHILE LIBERTE, PRÆCIPITO, TIBIQVE HABETO FVNDVM MEVM TITIANVM, ET AGELLLVM SEMPRONIANVM, CVM INSTRVMENTO ET HIS QVÆ IN EODEM ERVNT CVM MORIAR, FAMILIAQVE QVÆ IN EO FVNDO MORATVR: EXCEPTIS QVOS MANVMISERO. Interdum autem directis hiſce verbis, E MEDIO SVMITO, PRÆCIPITO, TIBI HABETO, huiuſmodi legata concipiebantur, vt in L. vlt. D. de pecul. leg. L. pediculis, §. idem cùm, D. de auro argen. Interdum verò ita, PRÆCIPIAT, SIBIQVE HABEAT, L. cum pater, §. filia, D. de legat. II.

Atque vt Legata, Fideicommiſſáve dabantur, ita & data quandoque adimebantur: Ademptio autem legatorum vel contrariis verbis fiebat, veluti, ſi quis ita quid legaſſet, DO, LEGO, ita adimebatur, NON DO, NON LEGO. Vel non contrariis, ſed aliis quibuſcumque verbis, quemadmodum Iuſtinian. tradit Inſtit. de ademptio. legat. Pompon. in L. II. D. de adimend. leg. *Legato adimi ita poteſt* FVNDVM ILLI PRÆTER VSVMFRVCTVM NEQVE DO NEQVE LEGO. Vlpian. in L. III. §. Titio, D. eo. tit. *Si Titio fundus purè eidémque ſub condicione legatus ſit, deinde poſtea ademptum ſit ſic*, TITIO FVNDVM QVEM SVB CONDICIONE LEGAVI, HERES MEVS NE DATO. Idem in L. ſi mihi & tibi, §. vlt. D. de legat. I. *Nam ſi ita ſcripſero*, QVOD TITIO INFRA LEGAVERO, ID NEQVE DO, NEQVE LEGO. Iauolen. in L. quibus, §. quidam Titio, D. de condic. & dem. QVAS PECVNIAS CVIQVE LEGAVI, EAS HERES MEVS NISI MATER MEA MORITVR, NE DATO.

Interdum pro parte tantùm legatum adimebatur: cuius rei exemplum præbet, L. III. §. cùm quidam, D. de adim. legat. in qua proponitur is qui Teſtamento centùm legauerat TITIO, eidem codicillis ita legaſſe, TITIO QVINQVAGINTA DVMTAXAT, NEC AMPLIVS HERES MEVS DATO. Quin & præſens legatum reuocandi animo quãdoque ſub conditione ita dabatur, STICHVM, QVEM ILLI LEGAVI, HERES MEVS EI, SI ILLVD FACTVM ERIT, DATO, L. non ad ea, D. de condic. & dem. Sed & cùm Teſtator poſtrema ſcriptura quaqua ratione motus, PESSIMVM LIBERTVM ESSE, ADIECISSET: ea quæ priori ſcriptura ei relicta fuerant, adempta videbantur, L. diui, D. de adim. legat. Planè qui HOMINEM legauerat, quandoque STICHVM ADIMEBAT, & tunc non perimebat legatum, ſed extenuabat, vt legatarius Stichum eligere nõ poſſet, L. qui hominem cum L. ſequen. D. eo.

Interdum non adimebantur modò legata, ſed & ad alios transferebantur, L. planè, D. de legat. I. Iuſtinian. in §. vlt. Inſtit. de ademptio. legat. TRANSFERRI *quoque legatũ ab alio ad alium poteſt: veluti ſi quis ita dixerit*, HOMINEM STICHVM, QVEM TITIO LEGAVI, SEIO DO, LEGO. Gaius in L. ſicut, D. de adimen. legat. Sicut ADIMI *legatum poteſt, ita & ad alium* TRANSFERRI: *veluti hoc modo*, QVOD TITIO LEGAVI,

TO SEIO DO, LEGO. Sed & ſi ita legatum fuiſſet, TITIO DECEM HERES MEVS OATO: SI TITIO NON OEDERIT, EADEM DECEM SEMPRONIO DATO, Titio antequam dies legati ceſſiſſet, mortuo, TRANSLATVM legatum intelligebatur, L. ſi legatum, §. vlt. D. eo. Eſt & elegans Tranſlationis exemplum in L. alumnæ, §. vlt. D. eo. in hæc verba, QVONIAM COGNOVI PRISCILLIANVM PILIVM MEVM IN EXTREMIS ESSE: IVSTISSIMVM ET PIISSIMVM DVXI, PORTIONEM EIVS HEREOITATIS, QVAM ET TESTAMENTO DEOERAM, LEGARE MARIANO PRATRI MEO ET IANVARIO MARITO MEO ÆQVIS PORTIONIBVS. ET SI QVID EI AMPLIVS LEGAVERAM, VT SI QVID EI HVMANITVS CONTIGERIT, DO LEGO, DARIQVE EIS VOLO. Scæuola in L. Gaio, D. de alim. vel cibar. *Gaio Seio trecentos aureos legauit, vt ex vſuris eius ſummæ libertis cibaria & veſtiaria præſtaret, quæ ſtatuerat. Codicillis autem eandem ſummam* VETVIT OARI GAIO SEIO, SEO OARI PVBLIO MÆVIO VOLVIT. TRANSLATIO autem legati fiebat quatuor modis. Aut enim A PERSONA IN PERSONAM TRANSPEREBATVR, aut AB EO QVI OARE IVSSVS erat, transferebatur, VT ALIVS DARET: aut res pro re dabatur, vt PRO FVNOO OECEM AVREI, aut quod PVRE datum erat, transferebatur SVB CONDICIONE. Sed & ſi Teſtator id quod à Titio dederat, à Mæuio dediſſet, Tranſlatum cenſebatur legatum, veluti, ſi ita dixiſſet, QVOO TITIVM OARE DAMNAVI, SEIVS OAMNAS ESTO OARE. Quæ ita Paulus tradit in L. tranſlatio, D. de adim. leg.

Hactenus varias Legatorum & Fideicommiſſorum ſpecies, promiſcuè & coniunctim perſecuti ſumus. Verumtamē quoniam ſuas ac proprias formulas Fideicommiſſa habebant, de his quoque diſiunctim & ſeparatim dicendum eſt. Fideicōmiſſa noo vt Legata directis ſeu ciuilibus verbis, ſed precatiuè relinquebātur, ait Vlpian. Tit. xxv. additque, *Verba fideicōmiſſorū in vſu ferè ſunt hæc,* FIDEICOMMITTO, PETO, VOLO DARI, *& ſimilia.* Paulus lib. IIII. Scotent. Tit. I. FIOEICOMMITTERE, *his verbis poſſumus,* ROGO, PETO, VOLO, MANOO, OEPRECOR, CVPIO, INIVNGO: OESIOERO *quoque,* ET IMPERO VERBA VTILE PACIVNT *fideicommiſſum.* RELINQVO *verò, &* COMMENDO, *nullam fideicommiſſi pariunt actionem,* Iuſtinian. in §. vlt. Inſtit. de ſingul. reb. *Verba fideicommiſſorum hæc maximè in vſu habentur,* PETO, ROGO, VOLO, MANDO, FIOEI TVÆ COMMITTO.

Fideicommiſſa ergo, his verbis relinquebantur OARI VOLO, L. Seia, & L. quid autem, D. de dote præleg. L. Seio, §. medico, & §. vlt. L. Mæuia in prin. & §. I. D. de annu. leg. L. generali, §. I. & L. Sempronio, D. de vſu & vſufr. leg. L. Seiæ, §. Pamphilæ, L. prædia, §. adfini, D. de inſtruc. vel inſtr. L. dominus Sticho, §. I. D. de pecul. leg. L. filium, D. de optio. leg. L. ſi quis in principio, L. patronus, §. libertis, L. Pamphilo & L. heres meus, D. de legat. III. L. cùm pater, §. volo, D. de legat. II. L. vlt. D. de libet. leg. L. illis, D. de condic. & demonſtr. L. Stichus, D. de aliment. vel cibar. vel PRÆSTARI VOLO, L. Seio in prin. L. Gaius Seius, & L. liberto, D. de annu. leg. L. à filio, §. I. & §. Titia & L. Teſtamento, D. de aliment. vel cibar. PERTINERE VOLO & SIBI HABERE, POSSIOERE, VOLO, L. pater filiū, §. quindecim, D. de legat. III. L. Seiæ, D. de inſtruc. vel inſtr. TRANSCRIBI VOLO, L. vxorem, §. agri plagā, D. de legat. III. CONCEDI VOLO, L. cum quis decedens, §. vlt. & L. vxorem, §. I. D. de legat. III. PECVNIAM PENES, vel, APVO PVELIVM MÆVIVM ESSE VOLO, L. liberto, §. largius, D. de annu. leg. L. Aurelius, §. centum, D. de liberatio. legat. SERVVM SEMPRONIÆ SERVIRE VOLO, L. vxori, §. vlt. D. de vſu & vſufr. SORORI MEÆ FVNDVM MEVM GRÆCIANVM RELINQVO, L. Seiæ, §. Tyrannæ, D. de inſtruc. vel inſtr. TE ROGO, vel ROGO DES, L. vbi purè in prin. & §. I. D. ad Sc. Trebellian. TE ROGO, FIOEIQVE TVÆ MANDO, L. Lucius, §. I. D. de legat. I. ET FIOEI TVÆ COMMITTO, L. ex facto in prin. & §. vlt. D. ad Sc. Trebellian. PETO VT ILLIS DES, d. L. ex facto, §. ſi quis cauerit, L. vnum ex familia, §. vlt. D. de legat. II. A VOBIS HEREDES PETO PRÆSTETIS, L. à vobis, D. de annu. leg. A TE PETO GAI SEI ILLIS ALVMNVS OES, L. alio, D. de aliment. vel cibar. QVISQVIS MIHI HERES ERIT, FIDEI EIVS COMMITTO

VTI

VTI DET, L.annua, §.1.de annu. legat. FIDEI HEREDVM MEORVM COMMITTO VT SINANT EVM HABERE DOMVS MEAS IN QVIBVS HABITO, L. ſi mihi Mæuia,§.vlt. D. de legat. III. FIDEI HEREDVM COMMITTO VT DARENT, L.Seiæ, D. de auro argen. Iungebantur & interdum Legatorum ac Fideicommiſſorum verba, in hunc modum, HERES MEVS DAMNAS ESTO DARE, FIDEIQVE EIVS COMMITTO VTI DET, L. quiſquis, D. de legat. III. L. Publius, D. de condic. & dem.

Etiam hoc modo, CVPIO DES, OPTO DES, CREDO TE DATVRVM, fideicommiſſum erat, L.etiam, D. de legat. I. Et eo modo relictum, EXIGO, DESIDERO VTI DES, fideicommiſſum valebat. Sed & ita, VOLO HEREDITATEM MEAM TITII ESSE. SCIO HEREDITATEM MEAM RESTITVTVRVM TE TITIO, L. & eo modò, D. eo. tit. Vlpian. in L. fideicommiſſa, §.ſi quis ita ſcripſerit, D. de legat. III. *Si quis ita ſcripſerit*, SVFFICIVNT TIBI VINEÆ, *vel* FVNDVS, *Fideicommiſſum eſt: quoniam & illud fideicommiſſum eſſe arbitramur*, CONTENTVS ESTO ILLA RE. Et vt in §.quamquam, ead. L. traditur, ſi ita adſcriptum eſſet, SI FVERIS ARBITRATVS: SI PVTAVERIS: SI ÆSTIMAVERIS: SI VTILE TIBI FVERIT VISVM, vel VIDEBITVR, ILLI SI TE MERVERIT; SI TE NON OFFENDERIT, Fideicommiſſum debebatur. Paul. lib. IIII. Sentent. Tit. I. *Qui fideicommiſſum relinquit, etiam cum eo cui relinquit, loqui poteſt: velut*, PETO, GAI SEI, CONTENTVS SIS ILLA RE, *aut*, VOLO TIBI ILLVD PRÆSTARI. Papinian. in L. peto, D. de legat. II: PETO LVCI TITI CONTENTVS SIS CENTVM AVREIS. Scæuola in L. generali, §.idē quæſiit, D. de vſu & vſufr. leg. A TE PETO VXOR VTI EX VSVFRVCTV QVEM TIBI PRÆSTARI VOLO IN ANNVM QVINTVMDECIMVM, CONTENTA SIS ANNVIS QVADRINGENTIS. Vlpian. in L. vnum ex familia, §. idem Marcus, D. de legat. II. Teſtatorem quendam hiſce verbis cauiſſe; NON DVBITARE SE, QVODCVMQVE EIVS VXOR CEPISSET LIBERIS SVIS REDDITVRAM. Papinian. in L. cùm pater filios, §. rogo, D. eod. ROGO FILIA, BONA TVA QVANDOQVE DISTRIBVAS LIBERIS TVIS, VT QVISQVE DE TE MERVERIT. Memorantur & hæ fideicommiſſorum formulæ, ROGO DES FILIO TVO, FACIASQVE AD EVM PERVENIAT, L. vbi purè, D. ad Sc. Trebellian. TE ROGO LVCI TITI, VT AB HEREDE TVO PETAS DARI MÆVIO DECEM AVREOS, L. ſed & ſi ſic, D. de legat. III. PETO VTI VELIS COHEREDEM TIBI RECIPERE IN FVNDO IVLIANO MEO, QVEM HOC AMPLIVS TE PRÆCIPERE IVSSI, CLODIVM VERVM NEPOTEM MEVM COGNATVM TVVM.

Denique Iuſtinian. in L. II. C. commun. de legat. *Omne*, ait, *verbum ſignificans Teſtatoris legitimum ſenſum, legare vel fidei committere volentis, vtile atque validum eſt, ſiue* DIRECTIS VERBIS, *quale eſt*, IVBEO *fortè, ſiue* PRECARIIS *vtatur Teſtator, quale eſt*, ROGO, VOLO, MANDO, FIDEICOMMITTO. Verbum etiam VOLO, licet deeſſet, quia tamen additum, perfectum ſenſum faciebat, pro adiecto habendum erat, L. verbum, C. de fideicommiſſ. Verbi verò COMMENDO, quod Paulus lib. IIII. Sentent. Tit. I. fideicommiſſi parere actionem negat, exempla habemus in L. fideicōmiſſa, §. I. D. de legat. III. L. Lucius, §. filiam, D. ad Sc. Trebellian. L. verba Teſtamenti, D. de aliment. vel cibar. & L. Thais, §. Lucius, D. de fideicom. libert.

Ex fideicommiſſorum ſollemnibus verbis erant & hæc, REDDAS RESTITVAS, L. Epiſtolam, D. ad Sc. Trebellian. L. publius, §. I. D. de condic. & demonſtrat. L. vxorem, §. vlt. D. de legat. III. REDDATIS, RESTITVATIS, L. Lucius, §. Gaio Seio, D. ad Sc. Trebell. DES, RESTITVAS, L. cùm pater §. fidei, D. de legat. II. Sic, DET, PRÆSTET, L. Thais, §. Stichus, D. de fideic. libert.

Quamuis autem à Legatario legari non poſſet, quemadmodū Vlpian. Tit. XXIIII. tradit: rogari tamen is poterat, eiúſque fidei committi, vt alicui reſtitueret, Inſtit. de ſingul. reb. per fideic. L. ſi quis vſumfructum, D. de vſu & vſufr. leg. Et interdum in heredis,

vel legatarij voluntatem vel arbitrium conferebatur, cui ex pluribus, reſtitueret, vel relinqueret hoc modo, ROGO RESTITVAS LIBERTIS MEIS QVIBVS VOLES, vel, HIS QVOS DIGNOS PVTAVERIS, vel, EX LIBERTIS CVI VOLVERIS, L. cum quidam, D. de legat. II. Cvi EORVM VOLES ROGO RESTITVAS, L. Labeo, D. de ſtatulib. ROGO FVNDVM CVI VOLES, *aut* QVIBVS VOLES EX FAMILIA RELINQVAS, L. vnum ex familia, §. ſed & ſi fundū, D. de legat. II. ROGO FVNDVM CVM MORIERIS, RESTITVAS EX LIBERTIS CVI VOLES, §. rogo, ead. L.

Fideicommiſſum porrò, & antè heredis inſtitutionem, & poſt mortem heredis, & Codicillis etiā non confirmatis Teſtamento, dati poterat, licet ita legari non poſſet. Itē Græcè fideicommiſſum ſcriptum valebat, licet legatum Græcè ſcriptum non valeret. Auctor vtriuſque dicti Vlpian. Tit. XXV. Græcorum certè fideicommiſſorum præter ea quæ ſupra ex L. Titia, §. Titia, D. de legat. II. & L. IIII. D. de aliment. vel cibat. & L. alumnæ, §. qui filias, D. de adimend. legat. & L. Theopompus, D. de dote præleg. adduximus, hæc exēpla in libris noſtris inueniuntur. Scæuola in L. Lucius, §. inſtituto, D. de legat. II. Βούλομαι δὲ τὰς ἐμὰς οἰκίας μὴ πωλεῖσθαι ὑπὸ τῶν κληρονόμων μου, μηδὲ δανείζεσθαι κατ᾽ αὐτῶν, ἀλλὰ μένειν αὐτὰς ἀκεραίας αὐτοῖς καὶ υἱοῖς καὶ ἐκγόνοις εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον. Ἐὰν δέ τις βουληθῇ αὐτῶν πωλῆσαι τὸ μέρος αὐτοῦ, ἢ δανείσασθαι κατ᾽ αὐτοῦ, ἐξουσίαν ἐχέτω, πωλῆσαι τῷ συγκληρονόμῳ αὐτοῦ, καὶ δανείζεσθαι παρ᾽ αὐτοῦ. Ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα ποιήσῃ, ἔσται τὸ χρηματιζόμενον ἄχρηστον καὶ ἄκυρον. Idē in L. Teſtamēto, D. de manum. teſt. Teſtamento ita quidam cauit. Εὐδώρῳ βούλομαι δοθῆναι νομίσματα χίλια, ἐπεὶ ἔφθασεν γεννηθῆναι μετὰ τὸ τὴν μητέρα αὐτοῦ γενέσθαι ἐλευθέραν. Et in L. Thais, §. ſorore, D. de fideic. liber. Βούλομαι καὶ παρακαλῶ, Γλυκυτάτη μου ἀδελφή, ἐν παρακαταθήκῃ σε ἔχειν Στίχον καὶ Δάμαν τοὺς πραγματευτάς μου οὓς ἐγὼ οὐκ ἠλευθέρωσα, ἄχρις ἂν τὰς ψήφους ἀποκαταστήσωσιν. Ἐὰν δὲ καὶ σοὶ ἀρέσωσιν, ἐμήνυσά σοι τὴν γνώμην μου. Et L. qui filium, D. ad Sc. Trebell. Ἐντέλλομαί σοι μὴ διατίθεσθαι, πρὶν τέκνα σοι γενέσθαι. Eſt & aliud in L. qui habebat, D. de leg. III. Τῇ γλυκυτάτῃ μου πατρίδι βούλομαι εἰς τὰ μέρη αὐτῆς δοθῆναι. ἀφορίζω αὐτῇ χωρία πάντα, ὅσα ἐν Συρίᾳ κέκτημαι σὺν πᾶσιν τοῖς ἐνοῦσιν βοσκήμασιν, δούλοις, καρποῖς ἀποθέτοις, κατασκευαῖς πάσαις. Modeſtin. in L. Titia, §. Lucius, D. de legat. II. Ὀκταβίᾳ Στρατονίκῃ τῇ γλυκυτάτῃ μου θυγατρὶ χαίρειν. Βούλομαι αὐτὴν παρ᾽ ἑαυτῆς λαβεῖν χωρίον Τάζας σὺν ταῖς ἐνθήκαις αὐτοῦ πάσαις, Ὀκταβιάνῳ Ἀλεξάνδρῳ τῷ γλυκυτάτῳ μου υἱῷ ἐξαίρετον βούλομαι αὐτὸν παρ᾽ ἑαυτοῦ λαβεῖν σύγκτησιν ἀγωνοφόρον Κομμάτων, σὺν αἷς ἔχει ἐνθήκαις πάσαις. L. ex ea ſcriptura, §. ex his, D. de Teſtament. *Ex his verbis quæ ſcripturæ paterfamilias addidit*, ταύτην τὴν διαθήκην βούλομαι εἶναι κυρίαν ἐπὶ πάσης ἐξουσίας. Paulus in L. Paulus, §. vlt. D. de fideicommiſſ. libertat. *Paulus reſpondit his verbis*, Πίστευσον δέ μοι Ζώιλε, ὅτι τὰς χάριτας σοι ἀποδώσει ὁ υἱός μου Μαρτιάλιος καὶ σοί, καὶ τοῖς σοῖς παισίν.

Nec PALAM modo, ſed & TACITE quandoque in fraudem legum Fideicommiſſa relinquebantur: Eóque modo, vt D. Hieronym. loquitur, per fideicommiſſa legibus illudebatur. Tacitè enim rogabatur heres, legatariúſve, vt ei qui capere non poterat, reſtitueret: Tacitúmque, reſtituendi non capienti, miniſteriū ille ſuſcipiebat, L. cū qui in prin. & §. vlt. L. ſi quilibet, L. vlt. D. de his quæ vt indign. Et ita, TACITAM fidem cōtra leges accommodare, L. heres qui, D. eo. vel in fraudem iuris fidem accommodare, dicebatur, L. in fraudem, D. eod. Vt plurimum vero in his Tacitis fideicommiſſis, neque Teſtamēto, neque Codicillis quis rogabatur: ſed domeſtica Cautione & Chirographo obligabat ſe ad præſtandum ei qui capere non poterat, L. non intelligitur, D. de iu. fiſ. Sed & cum quidam Teſtamento ſuo ita ſcripſiſſet, VOS ROGO, VT IN EO QVOD A VOBIS PETI, FIDEM PRÆSTETIS: PERQVE DEVM VT FACIATIS ROGO, quæſitum Vlpian. in d. L. non intelligitur, ait, an id palam datū intelligeretur. Similitérque cùm in Teſtamento ita ſcriptū eſſet: GAIO SEIO ILLVD ET ILLVD HERES MEVS DATO, ET TE ROGO SEI, FIDEIQVI TVÆ MANDO, VTI EA OMNIA, QVÆ SVPRASCRIPTA SVNT, REDDAS SINE VLLA MORA, ET REDDERES IPSE, quæſitum quoque fuiſſe Marcell. ſcribit, an Tacitum fideicommiſſum eſſet, cum perſonam Teſtator

tor

tot cui reſtitui vellet, Teſtamento non ſignificaſſet, L. Lucius Titius, §. vlt. D. de legat. I. Paulus in L. ita, D. de iu. fiſ. hæc duo Taciti fideicommiſſi exempla adfert, ROGO FVNDVM TITIO DES, DE QVO TE ROGAVI. ROGO VOS, HEREDES, IN EO QVOD A VOBIS PETII FIDEM PRÆSTETIS. Quintilian. Declamat. cccxxv. Taciti fideicommiſſi exemplum profert huiuſmodi, PETO VT HANC HEREDITATEM TANQVAM FIDEICOMMISSAM.

Sed ad alia progrediamur. Præterea LIBERTI Teſtamentis ADSIGNABANTVR. Nam qui plures & liberos & libertos habebat, plerumque Teſtamento ſignificabat, cuius ex liberis ſuis, libertum, libertámve eſſe vellet, L. I. D. de adſignan. libert. Cuiuſmodi ADSIGNATIONIS fit mentio in L. impuberem, §. qui liberti, D. de L. Cornel. de falſ. L. III. §. ſi capitis, D. de bon. libert. ADSIGNARI autem quis poterat quibuſcumque verbis, ac vel nutu, & tam Teſtamento, quàm codicillis, & vel purè, vel in diem, vel ex die certa, vel ſub condicione, L. I. §. is quoque, L. adſignare, L. ſub condicione, & L. vlt. D. de adſign. liber. Poterat & nepos in hac adſignatione filio præferri, L. III. §. D. eo. Et vel libertus duobus interdum adſignabatur, d. L. III. §. vlt. Eiuſmodi verò adſignatio neque quaſi legatum, neque quaſi fideicommiſſum percipiebatur. Denique nec fideicommiſſo onerari poterat is, cui libertus adſignabatur, d. L. adſignare.

Teſtamentis inſuper Codicilli quandoque confirmabantur, L. I. §. vlt. D. de his quæ in teſt. delent. L. ſi quis integris, D. qui & à quib. man. L. ſi quis cum, D. de vulg. & pupill. L. patronus, §. Codicillis & L. vxorem, §. Codicillis, D. de legat. III. L. ſed etiam, D. de legat. I. L. in bello, §. Codicilli, D. de captiu. & poſtlim. L. I. C. de Teſtament. man. Confirmabantur autem his verbis, SI QVOS CODICILLOS RELIQVERO, VALERE VOLO, L. vlt. D. de fideic. libert. vel ita SI QVID TABVLIS, ALIÓVE QVO GENERE AD HOC TESTAMENTVM PERTINENS, RELIQVERO, ITA VALERE VOLO, L. Ploriana, D. de iu. codillor. Pompon. in L. verbum erit, D. de verb. ſignif. *Cùm Codicilli ita Teſtamento confirmati fuerint*, QVOD IN CODICILLIS SCRIPTVM ERIT.

Codicilli porrò tam ante Teſtamentum facti, quam qui poſt Teſtamentum fierent, confirmari ſolebant, L. impuberē, §. qui codicillos, D. de L. Cornel. de falſ. L. conficiuntur, D. de iu. codicillor.

In confirmatione etiam Codicillorum adieciſſe Teſtatorem, VT NON ALIAS VALERE VELLET, QVAM SVA MANV SIGNATOS, ET SVBSCRIPTOS, proponit Marcian. in L. diui, §. licet, D. de iu. codicill. Sed & Teſtamento ſignificaſſe quendam, SI QVID OBSIGNATVM RECEPISSET, ID VICE CODICILLORVM VALERET, refert Scæuola in L. vlt. D. de legat. II.

Hoc amplius Morientes MANDATA dabant, quæ heredes legatarióſve, aut eos quorū fidē ſpectatā habebant, curare volebāt, è quibus præcipua erant ea, quibus de funere cauebāt. Auguſtū quidem certè MANDATA DE FVNERE ſuo, vno volumine cōplexū eſſe, Sueton. in eius vita cap. vlt. cū Dione lib. LVI. ſcribit. Auctor eſt etiā Plin. lib. III. cap. X. Cæcilium Iſidorum Teſtamēto ſuo FVNERARI SE IVSSISSE Hs. XI. M. Contrà Senecam, SINE VLLO FVNERIS SOLLEMNI CREMARI SE, IVSSISSE, accepimus. *Ita enim*, ait lib. XVI. Tacitus, *Codicillis præſcripſerat, cùm etiam tum prædiues & præpotens ſupremis ſuis conſuleret*. Qua in re imitatus eſt Pomponium Atticum, de quo auctor eius vitæ, quiſquis is eſt, talia ſcribit. ELATVS EST IN LECTICVLA, VT IPSE PRÆSCRIPSERAT, SINE VLLA POMPA FVNERIS, *comitantibus omnibus bonis, maxima vulgi frequentia*. Ac planè ſuam de huiuſmodi ambitioſa pōpa ſentētiā patefecerat Seneca in lib. de Breuit. vitæ, his verbis, *Quidam diſponunt etiam illa quæ vltra vitam ſunt, moles magnas ſepulcrorum & operum publicorum dedicationes & ad Rogum munera, &* AMBITIOSAS EXEQVIAS. Enimuero Cyrum vltima valetudine mandaſſe quædam de funere ſuo Xenophon memorat,

quod cùm apud eum auctorem legiſſet Iulius Cæſar, aſpernatus tam lentum mortis genus, ſubitum ſibi celerémque optauit, vt à Sueton. proditũ eſt in eius vita cap. LXXXII. Ouid: lib. v. faſtor.

Sæpe tamen patriæ dulci tanguntur amore,
Atque aliquis MORIENS *hoc breue* MANDAT *opus.*
MITTITE ME IN TIBERIM, TIBERINIS VECTVS IN VNDIS
LITTVS AD INACHIVM PVLVIS INANIS EAM.
Diſplicet heredi MANDATI *cura* SEPVLCRI
Mortuus Auſonia conditur hoſpes humo.

Scæuola in L. alumnæ, §. ab heredibus, D. de adimend. legat. *Ab heredibus petierat*, VT SI IN PROVINCIA DECESSISSET, SEXAGINTA LVCIO TITIO DARENTVR, VT IS CORPVS EIVS CVRARET IN PATRIAM REPORTARI: *& adiecerat hæc verba*: CVI CONCEDI VOLO, SI QVID EX EA PECVNIA SVPERERIT. *Eadem die Codicillos ad heredes ſuos ſcripſerat eiuſmodi*. PETO A VOBIS, VT SIVE IN PROVINCIIS, SIVE IN VIA ALIQVID MIHI HVMANITVS ACCIDERIT, CORPVS MEVM CVRETIS, ET IN CAMPANIA ET IN MONVMENTVM FILIORVM MEORVM REPORTARI. A quo non abhorret quod Antonij ſupremis Tabulis, quas eo viuo aperiri recitaríque Octauius Cæſar, vt ei apud populum inuidiam conciliaret, curauit, cautum fuiſſe legimus, vt ſi quid ſibi, etiãſi Romæ, accidiſſet, corpus ſuum Alexandriam deferretur. Verba Plutarchi in Antonio quæ hoc ſignificant hæc ſunt. Ἀπέκειντο δ' αὗται (de Tabulis Teſtamenti Antonij loquitur) παρὰ ταῖς ἑστιάσι παρθένοις. καὶ Καίσαρος αἰτοῦντος, οὐκ ἔδωκαν. εἰ δὲ βούλοιτο λαμβάνειν, ἐλθεῖν αὐτὸν ἐκέλευον. ἔλαβεν οὖν ἐλθών. καὶ πρῶτον μὲν αὐτὸς ἰδίᾳ τὰ γεγραμμένα διῆλθε, καὶ παρεσημήνατο τόπους τινὰς εὐκατηγορήτους. Ἔπειτα τὴν βουλὴν ἀθροίσας, ἀνεγίνωσκε τῶν πλείστων ἀηδῶς ἐχόντων. ἀλλόκοτον γὰρ ἔδοξεν εἶναι καὶ δεινόν, εὐθύνας τινὰ διδόναι ζῶντα, περὶ ὧν ἐβουλήθη γενέσθαι μετὰ τὴν τελευτήν. ἐπεφύετο δὲ τῶν γεγραμμένων μάλιστα τῷ περὶ τῆς ταφῆς. Ἐκέλευε γὰρ αὐτοῦ τὸ σῶμα, κἂν ἐν ῥώμῃ τελευτήσῃ, δι' ἀγορᾶς πομπευθὲν, εἰς Ἀλεξάνδρειαν ὡς Κλεοπάτραν ἀποσταλῆναι. Καλουίσιος δὲ Καίσαρος ἑταῖρος ἔτι καὶ ταῦτα τῶν εἰς Κλεοπάτραν ἐγκλημάτων Ἀντωνίῳ προὔφερε· χαρίσασθαι μὲν αὐτῇ τὰς ἐκ περγάμου βιβλιοθήκας, ἐν αἷς εἴκοσι μυριάδες βιβλίων ἁπλῶν ἦσαν.

Morientibus vtiq; ſuprema de funere ſuo mãdata in ore fuiſſe, teſtatur Seneca Epiſt. XCIII. cũ ait, *Neminẽ de* SVPREMO OFFICIO ROGO, NVLLI RELIQVIAS MEAS COMMENDO. *Ne quis inſepultus eſſet, rerũ natura proſpexit.* Amicos quoque & Liberos ipſos, vt ad funus ſuum venirent, legato inuitabant. Valens in L. ſi tibi, D. de legat. III. *Si tibi & ei* QVI EX TRIBVS LIBERIS MEIS IN FVNVS MEVM VENERIT, CENTVM AVREOS *legauero*. Mæcian[illegible]iam ſub hac condicione, SI AD EXSEQVIAS FVNERIS MEI VENERIT, quandoque legata data, oſtendit in L. condicionum quæ, D. de condic. & dem. Extare fertur Romæ huiuſmodi Inſcriptio. MORTVVM. ME. QVOQVE. FVNÆRARI. IVSSI. REBVS. LVCVBRIS. QVIBVS. VIVOS. PARAVI. LECTO. STRACVLIS. FORENSIS. PÆNVLA. INCRIS. OMNIBVS. OSSA. MEA. IN. ARAM. MIXTA. CVM. FILIÆ. VNA. REQVIESCVNT. HOC. SOLACIVM. MECVM. ERIT. CIRCA. ARAM. LIBERTIS. LIBERTABVSQVE. POSTERISQVE. EORVM. ET. QVIBVS. PERMISERINT. HAC. LEGE. VT. QVOTIENS. QVIS. EORVM. SVIS. CORONAS. PONENT. ET. ARAM. NOSTRAM. CORONENT. ATIMETO. LIB. CVIVS. DOLO. FILIAM. RESTEM. ET. CLAVOM. VNDE. SIBI. COLLVM. ALLIGET.

INTERDVM Teſtator decedens eligebat qui ſibi funus faceret, vnique curam condendi corporis mandabat, & ei cui hoc munus delegabat, pro hoc, emolumentũ aliquod relinquebat, L. ſi quis ſepulcrũ, §. funus, D. de religioſ. Vlp. in L. & ſi quis §. ſi cui, D. eo. *Sicut* FVNERIS SVI CVRAM TESTATOR MANDAVERIT.

Et S.

Et §. idem Labeo ead. L. *Si teſtator quidem* FVNVS MIHI MANDAVIT. Item §. Diuus ead. L. *Qui prohibet funerari ab eo, quem Teſtator elegit*. Et ita Liuia moriens, Funeris curam amicis quibuſdam demandauit, quemadmodũ Sueton. in Tiber. cap. LI. narrat. Sic & in L. Titius heredes, D. de leg. III. Maritus CORPVS SVVM VXORI SVÆ SEPELIENDVM TRADI, iubet. Similimodo in L. Lucius, §. I. D. de legat. II. A TE PETO, TITI, FIDEIQVE TVÆ COMMITTO, VTI CVRAM CONDENOI CORPORIS MEI SVSCIPIAS: ET PRO HOC TOT AVREOS E MEDIO PRÆCIPITO. Martial. Epigr. LXXXIX. lib. I.

Non aliter CINERES MANOO IACERE MEOS.

Interdum etiam Veſtes & alia Ornamenta inferrri iubebant. Scæuola in L. vlt. §. vlt. D. de auro argen. *Mulier decedens Teſtamento ita iuſſerat*: FVNERARI ME ARBITRIO VIRI MEI VOLO: ET INFERRI MIHI QVÆCVMQVE SEPVLTVRÆ MEÆ CAVSA FERAM, EX ORNAMENTIS, LINEAS DVAS EX MARGARITIS, ET VIRIOLAS EX SMARAGDIS. Ineptas autem voluntates defunctorum circa ſepulturam, veluti VESTES, aut, SI QVA ALIA SVPERVACVA, VT IN FVNVS IMPENDANTVR, non valere Papinian. ſcribit, L. ſeruo alieno, §. vlt. D. de legat. I. Vlpian. in L. Et ſi quis, §. impenſa, D. de religioſ. & ſumpt. *Non oportet autem Ornamenta cum corporibus condi, nec quid aliud huiuſmodi, quod homines ſimpliciores faciunt.* Apud Lucianum, Nigrinus talia moriẽtiũ Mãdata exagitat, his verbis. Γελᾷ [illegible], ὅτι καὶ συγκατορύττειν ἑαυτοῖς ἀξιοῦσι τὰς ἀμαθίας, καὶ τὴν ἀναλγησίαν ἔγγραφον ὁμολογοῦσιν. οἱ μὲν, ἐσθῆτας ἑαυτοῖς κελεύοντες συγκαταφλέγεσθαι: οἱ δ' ἄλλο τι τῶν παρὰ τὸν βίον τιμίων: οἱ δὲ καὶ παραμένειν τινὰς οἰκέτας τοῖς τάφοις. ἔνιοι δὲ καὶ στέφειν τὰς στήλας ἄνθεσιν, εὐήθεις ἔτι καὶ παρὰ τὴν τελευτὴν διαμένοντες. Aſtutam certè quãdam anum Teſtamento iuſſiſſe, vt nuda & oleo vncta à captatore nudo efferretur, ea videlicet cogitatione, vt vel mortua humeris eius elaberetur, cuius viua captionem euadere non poterat, Horat. lib. II. Sermo. Sat. V. ſignificat, his verſibus,

— *anus improba Thebis*
EX TESTAMENTO, SIC EST ELATA, CADAVER
VNCTVM OLEO LARGO, NVDIS HVMERIS, TVLIT HERES
Scilicet elabi ſi poſſet mortua.

Modeſtinus verò in L. quidam, D. de condic. inſtit. proponit quendam in ſuo Teſtamento heredem ſcripſiſſe ſub tali condicione, SI RELIQVIAS IN MARE ABIECISSET.

Plerumque etiam Teſtatores Monumentum ſibi fieri, mandabant, L. militis C. de religioſis. Et ſub huiuſmodi conditione, vel modo, quandoque heredes ſcribebãt & legata relinquebant, vt apparet ex L. ſi quis ita inſtitutus, D. de condic. inſtit. L. hæc ſcriptura, & L. tales, D. de condic. & demonſtr. Alfenus in L. paterfa. D. de hered. inſtit. *Paterfamilias Teſtamẽto duos heredes inſtituerat: Eos* MONVMENTVM FACERE IVSSERAT IN DIEBVS CERTIS. Idem in L. in Teſtamento, D. de condic. & dem. *In Teſtamento quidam ſcripſerat, vt* SIBI MONVMENTVM, AD EXEMPLVM EIVS QVOD IN VIA SALARIA ESSET, PVBLII DEMETRII, FIERET. NISI FACTVM ESSET, HEREDES MAGNA PECVNIA MVLTARE. Vlpian. in L. ſi fuerit, D. de reb. dub. proponit legatum relictum, EI QVI MONVMENTVM FECISSET. Papinian. in L. pannonius, §. vlt. D. de adquit. hered. Filium codicillis ab herede ſuo petiſſe refert, VT SIBI, PARENTIBVSQVE SVIS, IN POSSESSIONE MATRIS, MONVMENTVM EXTRVERET. Vlpian. in L. his conſequenter, §. I. D. famil. erciſ. *Sed & cum* MONVMENTVM IVSSIT *Teſtator* FIERI. Hinc illa in vetuſtis inſcriptionibus crebra verba, TESTAMENTO FIERI IVSSSIT, HEREDES FACIENDVM CVRAVERVNT, Quæ verba his ſingularibus literis ſcribi ſolita, T. F. I. H. F. C. Valer. Prob. docet. Breuius interdum ita ſcribebant, Ex TESTAMENTO.

Quandoque & impenſæ quam in monumentum fieri vellent, modum ſtatuebant, vt in L. Titius, D. de legat. II. *Titius de monumento quod ſibi extrui volebat, ita cauit*, CORPVS MEVM VXORI MEÆ VOLO TRADI SEPELIENDVM IN FVNDO ILLO, ET MONVMENTVM EXTRVI VSQVE AD QVADRINGENTOS AVREOS. Papinian. in L. hereditas, §. 1. D. de hered. petit. Alfen. in L. cùm in Teſtamento, D. de verbor. ſignific. *Cùm in Teſtamento ſcriptum eſſet*, VT HERES IN FVNERE, AVT IN MONVMENTO DVMTAXAT AVREOS CENTVM CONSVMERET. Papinian. in L. liberto, §. libertos, D. de negot. geſt. LIBERTOS CERTAM PECVNIAM ACCIPERE TESTATOR AD SVMPTVM MONVMENTI VOLVIT. Vlpian. in L. 1. §. vlt. D. ad L. Falcid. *An funeris, monumentíque impenſa, quantam Teſtator fieri iuſsit*.

Interdum ſumptum immodicum fieri Teſtator iubebat, cuius voluntatem in ea re ſequendam non eſſe ſi res egrederetur iuſtam ſumptus rationem, ſed pro modo facultatium ſimplum fieri debere Vlpian. ait, in L. & ſi quis, § æquum, D. de religio. & ſumpt. Macer in L. funeris ſumptus, D. eod. *Si amplum quid ædificari Teſtator iuſſerit, veluti*, IN CIRCVM PORTICATIONES. Contrà quandoque heredes impenſæ præſcriptæ à Teſtatore de ſuo aliquid adiiciebant: Quod teſtantur vetuſtæ Inſcriptiones, his verbis. ET AMPLIVS IN EO MONVMENTO IMPENSA ADIECIT DE SVO HS. VI.

Interdum alicuius arbitratu monumentum facere heres legatariúſve iubebatur, L. multa, D. de condic. & demonſtr. Iauolen. in L. quibus diebus, §. vlt. D. eo. *Thermus minor*, QVORVM ARBITRATV MONVMENTVM SIBI FIERI VELLET *Teſtamento ſcripſerat, deinde ita legauerat*. LVCIIS, PVBLIIS, CORNELIIS AD MONVMENTVM ÆDIFICANDVM MILLE HERES MEVS DATO. Iulian. in L. ſi heres, D. de condict. cau. da. *ſi heres* ARBITRATV LIBERTI CERTA SVMMA MONVMENTVM FACERE *iuſſus*. Sic in lapide Romano. L. AFISIVS C. F. SCAPTIA CAPITOLINVS EX TESTAMENTO FIERI IVSSIT MONVMEN. . . . ARBITRATVM HEREDVM SVORVM ET SIBI ET SVIS. Et alius, C. VALERIVS C. F. QVÆ BROCCIVS SIBI C. VALERIO OVF. PATRI TESTAMENTO FIERI IVSSIT HS. CC. T. ƆƆ. ARBITRATV VALERIÆ C. F. SORORIS, ET M. MARCI.

Sed & in tutelam cinerum plerumque legabant. Quintilian. lib. VII. cap. IX. *Vt ſi quis corpus ſuum in occulto loco poni iubeat*, CIRCAQVE MONIMENTVM MVLTVM AGRI AB HEREDIBVS IN TVTELAM CINERVM, vt ſolet, LEGET. Quo pertinent hæc verba mutilæ Inſcriptionis: C. IN CVLTV MONVMENTVM CVM P. XV. ET ITER. Et alias: HVIC MONVMENTO, EX TESTAMENTO IN CVLTVRAM LEGATA SVNT HS. VII. A. SEMPRONIO SEVERO.

Seruos etiam quandoque circa monumentum morari Teſtamento iubebant, vt in L. libertis, §. cibaria, D. de aliment. vel cibar. QVOS LIBERTOS MEOS VBI CORPVS MEVM POSITVM FVERIT, IBI EOS MORARI IVBEO, VT PER ABSENTIAM FILIARVM MEARVM AD SARCOPHAGVM MEVM MEMORIAM QVOTANNIS CELEBRENT. Modeſtin. in L. Mæuia, D. de man. teſt. SACCVS SERVVS MEVS, ET EVTYCHIA ET HIRENE ANCILLÆ MEÆ OMNES SVB HAC CONDICIONE LIBERI SVNTO, VT MONVMENTO MEO ALTERNIS MENSIBVS LVCERNAM ACCENDANT, ET SOLLEMNIA MORTIS PERAGANT. Et hoc Lucian. in Nigrino ridet, his verbis, Οἱ δὲ καὶ παραμένειν τὰς οἰκέτας τοῖς τάφοις.

Atque vt reliquas morientium commendationes, è quibus aliquot ſupra ſuis locis perſtrinximus abſoluamus, in Horatij vita, quæ Suetonio attribuitur, ſcriptum eſt, Quãtopere Mæcenas Horatium dilexerit teſtatum eum reliquiſſe verſibus qui illic recitantur, ſed multò magis extremis iudiciis tali ad Auguſtum elogio: HORATI FLACCI VT MEI MEMOR ESTO. Sed & Auguſtum morientem defeciſſe in hoc verbo, LIVIA NOSTRI CONIVGII MEMOR

VIVE,

VIVE, ET VALE, Sueton. in eius vita cap.XCIX. narrat. His nō malè vetus hæc Inſcriptio accedet. T. TERTVLLVS, T. F. DEC. LABORE ET CVRA MEA HANC PARAVI DOMVM, C. TERTVLLO FIL. DVLCISS. ET IN EA VRN. VBI OSSA NOST. QVIESC. IN ÆDE ISIDI SACRA CONST. SI MANES POST FATA ALIQVID SENTIVNT, DEMETVR DOLOR FREQVENTI FILII MEI ACCESSV AD ME. VALE. C. TERTVLLE, ET ESTO MEMOR PIETATIS PATERNÆ.

Interdum & Morientes vltionem necis ſuæ alicui mandabāt, aut cædis ſuæ auctores indicabāt. Sueton. in Calig. cap.III. Germanicū ſe vbi veneficiis & deuotionibus à Piſone impugnari comperit, domeſticis MANDASSE VLTIONEM, SI QVID SIBI ACCIDISSET, refert. Idē Veſpaſiano cap.VI. *Iactatū exēplar epiſtolæ, veræ ſiue falſæ defuncti Othonis ad Veſpaſianum, extrema obteſtatione* VLTIONEM MANDANTIS, *&* VT REIPVB. SVBVENIRET, *optantis.* Vlpian. in L. qui cum maior, §. vlt. D. de bon. libert. *Si pater Teſtamento cauerit,* VT ACCVSARETVR LIBERTVS, QVASI VENENVM SIBI PARASSET, AVT QVID ALIVD IN SE ADMISISSET. Idem in L. ſi quis in graui, §. I. D. ad Sc. Silan. *Si quis moriens dixiſſet,* A SERVO VIM MORTIS ALLATAM ESSE SIBI. Silius. Italic. lib. XV.

Si quis ab externo caſu MANDATA *referri*
Germano vis fortè tuo, PORTABIMVS, *inquit.*
Et mox: --- *Mea ſi* SVPREMA *referre*
Fratri VERBA *paras,* MANDO CAPITOLIA VICTOR
EXVRAT, CINERIQVE IOVIS PERMISCEAT OSSA.

Iam verò extrema Germanici animā agentis, dicta, ad amicos recitat Cornel. Tacit. lib. II. quibus hæc mandat. NVNC SCELERE PISONIS ET PLANCINÆ INTERCEPTVS, VLTIMAS PRECES PECTORIBVS VESTRIS RELINQVO: REFERATIS PATRI AC FRATRI QVIBVS ACERBITATIBVS DILACERATVS, QVIBVS INSIDIIS CIRCVMVENTVS MISERRIMAM VITAM PESSIMA MORTE FINIERIM. Et mox: NON HOC PRÆCIPVVM AMICORVM MVNVS EST, PROSEQVI DEFVNCTVM IGNAVO QVÆSTV: SED QVÆ VOLVERIT MEMINISSE, QVÆ MANDAVERIT EXEQVI. FLEBVNT GERMANICVM ETIAM IGNOTI: VINDICABITIS VOS, SI ME POTIVS QVAM FORTVNAM MEAM FOVEBATIS. Idē Tacitus in vita Agricolæ, dolēs quod aſſidere valetudini ſoceri, fouere deficientem, ſatiare vultu, cōplexu, non cōtigiſſet, *Excepiſſem certè,* ait, MANDATA, *votéſque quas penitus animo figeremus.*

Sanè Virgilius Teſtamento, Carmina ſua cremari mandauit, quemadmodum Plin. lib. VII. Nat. hiſtor. cap. XX. memoriæ prodidit. Idq; ab eo qui celeberrimi illius vatis vitā conſcripſit, plenius relatum eſt. Quæ res ſcholaſticorum verſibus argumētum præbuit: Sic enim Sulpic. Apollin.

IVSSERAT *hæc rapidis aboleri carmina flammis*
Virgilius.

Item de eadem re Phocas Grammaticus.

Carmina Virgilius Phrygium prodentia Martem
Secum fatali IVSSERAT *igne mori.*

Et alius quidam incertus Poëta.

Ergóne ſupremis potuit vox improba verbis
Tam dirum MANDARE *nefas? Ergo ibit in ignes,*
Magnáque doctiloqui morietur Muſa Maronis?

Huc vſque diſperſas Teſtamentorum reliquias colligere, & ſingulas membratim diſcerptas partes in ordinem cōgere, ſuóque velut corpori reddere & reſtituere nobis curæ fuit. Deinceps integras Teſtamentorum Tabulas quæ vel ex vetuſtis lapidibus, monumentíſque erui, vel ex priſcorum auctorum ſcriptis elici poſſunt, attexam. Quarum pleráſque aliena fide proferri, ne quis me euictionis nomine in ius vocet, teſtor & prædico atque adeo pileatas, vt ita dicam produco, & ſi quid vitij deprehendatur, non teneor.

Ac primum ex inſcriptionibus Hiſpanienſibus proferam vetuſtum Galli Fauo-

nij Iocundi Teſtamentũ, cuius tamen fidẽ nõ præſto. Verba eius notarũ interpretatione adhibita ſic habent. EGO GALLVS FAVONIVS IOCVNDVS PVBLII FAVONI FILIVS, QVI BELLO CONTRA VIRIATVM OCCVBVI, IOCVNDVM ET PVDENTEM FILIOS HEREDES RELINQVO, ET BONORVM IOCVNDI PATRIS MEI ET EORVM QVÆ MIHI IPSE ADQVISIVI, HAC TAMEN CONDICTIONE VT AB VRBE ROMA HVC VENIANT, ET OSSA HINC MEA INTRA QVINQVENNIVM EXPORTENT ET VIA LATINA CONDANT SEPVLCRO MARMOREO CONDITO MEA VOLVNTATE: SI SECVS FECERINT NISI LEGITIMÆ ORIANTVR CAVSÆ, VELIM EA OMNIA QVÆ FILIIS RELINQVO, PRO REPARANDO TEMPLO DEI SYLVANI QVOD SVB VIMINALI MONTE EST, ADTRIBVI, MANESQVE MEI A PONTIFICE MAXIMO ET FLAMINVM DIALIVM QVI IN CAPITOLIBVS SVNT OPEM IMPLORENTIBVS AD IMPIETATEM CONTRA FILIOS VLCISCENDAM, TENEANTVRQVE SACERDOTES DEI SYLVANI ME IN VRBE REFERRE, ET SEPVLCRO ME MEO CONDERE. VOLO QVOQVE QVOTQVOT DOMI MEÆ VERNÆ SVNT OMNES A PRÆTORE VRBANO LIBEROS CVM MATRIBVS DIMITTI SINGVLISQVE LIBRAM ARGENTI PVRI ET VESTEM VNAM DARI.

Inuenitur & in antiquis Hiſpaniæ lapidibus vltimum quoddam Elogium perbreue valde notatum hiatu luxatum, nullo bono ſenſu, in hunc modum.

MORTEM E VALER. M. F. ADSEQVEXT INVLT TERR. NVLLO CREDIDI LOCO OSSA NOSTRA POSSE MEL. ADQVIESCERE QVM PROPE TEMP. ÆSCVLA PII ITAQVE EX TESTAM. AD X. PEDES A TEMPLO VOLO.

CONDIER.

VOS NATI IVCVNDISS. AB VRBE ROMA ROMA HVC CONCEDITE. AD SEPVLCHR. NOSTRVM DEMETVR DOLOR PIETATE VESTRA SI MANESCENT VOS ME.

MORES NOSTRI.

Cuius lapidis notas diuulſas coniungens ita integra verba reddo. MORTE ME VALERIVM. M. F. ADSEQVENTE, IN VLTIMA TERRA, NVLLO CREDEDI LOCO OSSA NOSTRA POSSE MELIVS ADQVIESCERE, QVAM PROPE TEMPLVM ÆSCVLAPII. ITA EX TESTAMENTO AD X. PEDES A TEMPLO VOLO CONDIER. VOS NATI IVCVNDISSIMI AB VRBE ROMA HIC CONCEDITE AD SEPVLCHRVM NOSTRVM, DEMETVR DOLOR PIETATE VESTRA SI MANES SENTIENT VOS MEMORES NOSTRI. Ea certè niſi me animus fallit, fuit Valerij illius iuſta mentis ſententia. Extat quoque in eodem Hiſpaniæ tractu vetuſtum aliud Teſtamentum quod abraſis aliquot litteris immedicabile vulnus accepit. Itaque cum ſua cauſa, ſuiſque vitiis exhibebo. EGO Q. VALER. CASTRICVS Q. F. HODIE. III. IDVS AVG. DECED. CONSTI. Q. VALER. F. MEVM EX ASSE HER. DVMODO ∴∴ P. RO. VALERIA. F. MIHI KARISS. EXIMATVR SI LEGITIM. E. P. CONIVGE. SOBOL. HABERET ∴∴ PROPRIMA, TVRRE TEMP. ÆSCVL. DEI QVOD IN VRBE BARCIN. EST RESTAVR. ACT. P. ROMVLIO. CIT. HISP. PRO COS. DOMITIANO. VES. F. ORBI IMPERANTE.

Caput etiam quoddam Teſtamenti in eadem regione lapidi inciſum eſt in hæc verba. L. CÆCILIVS. L. PAP. OPTATVS ET LEG. VII. LEGAT. ET X. LEG. XV. APOLLINI MISSVS HONESTA MISSIONE AB. IMP. M. AVR. ANTONINO ET AVR. VERO AVG. ATLECTVS AB ATRE. INTERIM MVNE. CONSECVT. IN HONORES EDILICIOS. III. VIR. III. FLAM. ROMÆ DIVORVM ET AVGVSTORVM QVI R. P. BARCE G. TAL. DOLEGO DARIQ. VOLO. * .VI. EX QVORVM VSVRIS SEMISSIBVS EDI VOLO QVOTANNES SPECTACVL. PVGILVM, DIE IIII EDVVM IVNTVS QVEAT XCCI. ET EADEM DIE LXXXCC. OLEVM IN-

TMIS

TMIS PVBL. POPVLO PRÆBERI PESTA PRÆSTARI EA CONDICIONE VOLO VT LIBERTORVMQ. LIBERTI QVOS HONOR SEVIRATVS CONTIGERIT, AB OMNIBVS MVNERIBVS SEVIRATVS EXCVSATI SINT. QVOT SI QVIS EORVM AD MVNERA VOCITVS PVERIT TVNEA . * . VI. AT REMPVB. TARRÆ TRANSPERRI IVBEO SVB EADEM FORMA SPECTACVLORVM QVOD S.S. ESTE DENORVM TARRACONE L. D. D. D.

Extat etiam Saſſinæ in lapide antiquo caput Teſtamenti incluſum inſcriptione quadam, quæ ita habet.

D. M.

CÆTRANIÆ P. P. SEVERINÆ SACERDOTI DIVÆ. MARCIAN. T. BÆBIVS. GEMELLINVS . . . . . AVGVST. CONIVGI. SACRATISS. CAPVT. EX. TESTAMENTO CETRANIÆ. SEVERINE COLLEGIS. DENDROPHORVM. FABRVM. CENTONARIORVM. MVNIC. SASSI. HS. SENA. MILLIA. N. DARI VOLO. FIDEIQ. VESTRÆ. COLLEGIALI. COMMITTO. VTI EX. REDITV. HS. QVATERN. M. N. OMNIBVS. ANNIS. TRIB. IDVS. IVN. DIE. NATALIS MEL OLEVM. SINGVLIS VOBIS. DIVIDATVR. ET EX. REDITV. H. EINVM MILIVM. N. MANES MEOS. COLATIS. HOC VT. ITA. FACIATIS. FIDEI VESTRE. COMMITTTO.

Eſt & ad antiquorum monumentorum ærarium delatum Teſtamentum quod ſubiungam.

D. O. M.

KL. SEX.

L. MALLIO ET Q. TORQVATO COSS.

SEMPRONIVS TVCIDANVS TESTAMEN. IVR. MIL. QVOD IPSE FACIO LL. AEES. OB. POENVM ITALIA PVLSVM. FVND. BALEARES SENATVI. P. Q. R. D. D. AVRELIVS TVCIDANVS TACITAM PECV. SI VIA. LAT. OSS. MEIS RE. MONVMENTVM SVO SVNT. EDIFICAVERIT HABETO. HERMETI LIB. AVG. VIND. MA. AVR. D. DA. SVNT. TICIÆ AGRESTI, VXO. BENEME. MVNDVM MVLIEB. QVÆVE. E. CA. PA. D. L. CAIVS TVCIDANVS QVOD PVPILLAM CVIVS IVSSV MEO. CV. GE. CONTRA DECRETVM AMPLISS. ORD. VXO. D. EX. ESTO. DODRANT. IVLIO CELSO TESTAMENT. QVOD ESAPHO ECRIPSERAM. ADI. PAMPHILO VICARIO PECV. TI. INSTRVM. RVSTI. QVOD. EPIRO PARAVER. VT HIC VE HÆRED. DASVNTO. FILIIS, SI NEPOTES MIHI NON FECERINT. MARCELLVS TVCIDANVS DAM. SVNT. COHL. HERED. QVE. LEGO ESTO. Quorum verborum quidam hanc interpretationem faciunt. TESTAMENTVM IVRE MILITARI QVOD IPSE FACIO LEGIEVS AESENS OB PÆNVM ITALIA PVLSVM FVNDOS BALEARES S.P.Q.R. DO LEGO AVRELIVS TVCIDANVS TOTAM PECVNIAM SI VIA LATINA OSSIEVS MEIS RELATIS MONVMENTVM SVO SVMPTV ÆDIFICAVERIT HABETO. HERMETI LIBERTO AVG. MANVMISSO AVREI CX. DONO DATI. SVNTO. TIICEÆ AGRESTI, VXORI BENE MERITÆ MVNDVM MVLIEBREM QVÆVE EIVS CAVSA EMPTA PARATA SVNT DO LEGO. CAIVS. TVCIDANVS QVOD PVPILLAM CVIVS IVSSV MEO CVRAM GESSERAT, CONTRA DECRETVM AMPLISSIMI ORDINIS VXOREM DVXIT EXHERES ESTO. DODRANTEM IVLIO CELSO TESTAMENTO QVOD EPHESO ECRIPSERAM ADIICIO PAMPHYLO VICARIO PECVLIARE INSTRVMENTVM RVSTICVM QVOD EPIRO PARAVERAM VEHICVLAVE DATA DONATA SVNTO. Iniectum tamen mihi de huius Teſtamenti fide atq; auctoritate ſcrupulũ non celabo. In eo enim Senatuſconſulti, quo pupillam vxorem ducere tutori fuit prohibitum, fit mentio, quod Marci demum temporibus am-

pliſſimus ordo decreuit. Proinde quomodo ſtare poſſit quod de Pœno Italia pulſo Teſtator loquitur, alij viderint. Mihi, vt liberum cuique iudicium relinquam, quidquid in hoc genere deſcriptum inuenio referre ſatis eſt. Circumfertur & caput ex Teſtamento M. Megonij M. F. Cor. Leonis, in hæc verba.

HOC AMPLIVS R. P. FETILINORVM DARIVOLO HS. XN. ITEM VINEAM CLEIDIANAM CVM PARTEM FVNDI POMPEIANI PAVTI. OPTIMA MAXIMAQVE FVNT FINIBVS SVIS, QVA MEA FVERVNT. VOLO AVTEM EX VSVRIS SEMISSIBVS HS XN. COMPARARI AVGVSTALIVM LOCI N. AD INSTRVMENTVM TRICLINIORVM DVVM, QVOD EIS ME VBO TRADIDI CANDELABRA ET LVCERNAS BIEYCHEIS ARBITRIO AVGVSTALIM, QVO PACLIVS STRATI IVS PVEL. OBIRE POSINT, QVOD IPSVM AD VTILITATEM REIP. N. PERTINERE EXISTIMAVI, FACILIVS SVBITVRIS ONVS AVGVSTALITALITATIS, DVM HOC COMMODVM ANTE OCVLOS HABENT. CETERVM AVTEM TEMPORVM VSVRAS EMISSE HS. XN. AD INSRVMENTVM AVGVSTALIVM ARBITRIO IPSORVM ESSE VOLO, QVO PACILIVS MVNVS MEVM PERPETVVM CONSERVARE POSSINT, NEQVE IN AILIOS VSVS VSVRAT, QVAS ITA A REP. ACCIPERENT, TRANSFERRI VOLO, QVAM SI NECESSE FVERIT IN PASTINATIONEM. VINEAM QVQVE CVM PARTE PVNDI POMPEIANI SIC, VT SVPRA DIXI, HOC AMPLIVS AVGVSTALIBVS LOCI IDCIRCO DARI VOLO, QVÆ EST AMINEA, VT SI COGITATIONI MEÆ, QVA PROSPEXISSENT VTILITALIBVS NOSTRIS CREDO CONSENSERITIS, VINVM VSIBVS VESTRIS, DVMTAXAT DVM PVBLICE EPVLAS EXERCEBITIS, HABERE POSSITIS. HOC AVTEM NOMINE RELEVATI IMPENDIS PACILIVS PROSPECTVRI HI, QVI AD MVNVS AVGVSTALITALITATIS COMPELLENTVR. LOCATIO VINEÆ PARTIS FVNDI POMPEIANI, EAM COLERE POTERINT. HÆC ITA VT CAVI FIRI PRÆSTARIQVE VOLO. HOC AMPLIVS AB HEREDIBVS MEIS VOLO PRÆSTARI REIP. PETILINORVM, ET A REP. PETILINORVM CORPORI AVGVSTALIVM EX PRÆDIS CÆTERIS MEIS PALVM DICARI OMNIBVS ANNIS SVFFICIENS PEDATVRE VINEÆ, QVAM AVGVSTALIBVS LEGAVI. A VOBIS AVTEM AVGVSTALES PETO, HANC VOLVNTATEM MEAM RATAM HÆBBATIS, ET VT PERPETVAM FIRMAM OBSERVERIS, CVRÆ VESTRÆ MANDETIS. QVO FACILIVS AVTEM NOTA SIT CORPORI VESTRO HÆC ERGA VOS VOLVNTAS, TVLI L. KAPVT, QVOD AD VESTRVM HONOREM PERTINET.

Non omittam ludicrum licet Grunij Corocottæ Teſtamentum, quod vetuſtatem non modo ipſo contextu præ ſe fert, verumetiam D. Hieronymi locupletis & idonei teſtis auctoritate, annos ſuos probat. Sic enim ille Epiſt. ad Euſtochium, *Teſtamentum autem Grunij Corocottæ Porcelli, decantant in ſcholis puerorum agmina cachinantium.*

M. GRVNNIVS COROCOTTA PORCELLVS TESTAMENTVM FECIT, QVOD QVONIAM MANV MEA SCRIBERE NON POTVI, SCRIBENDVM DIBTAVI. MAGIRVS COCVS DIXIT, VENI HVC EVERSOR DOMI, SOLIVERSOR FVGITIVE PORCELLE, EGO HODIE TIBI VITAM ADIMO. COROCOTTA PORCELLVS DIXIT, SI QVA FECI, SI QVA PECCAVI, SI QVA VASCVLA PEDIBVS MEIS CONFREGI, ROGO DOMINE COCE, VENIAM PETO, ROGANTI CONCEDE. MAGIRVS COCVS DIXIT, TRANSI PVER, ADFER MIHI DE CVLINA CVLTRVM, VT HVNC PORCELLVM FACIAM CRVENTVM. PORCELLVS COMPREHENDITVR A FAMVLIS, DVCTVS SVB DIE XVI. KAL. LVCERNINAS VBI HABVNDANT CYMÆ, CLYBANATO ET PIPERATO COSS. ET VT

VIDIT

VIDIT SE MORITVRVM ESSE, HORÆ SPATIVM PETIIT, COCVM ROGAVIT, VT TESTAMENTVM FACERE POSSET. INCLAMAVIT AD SE SVOS PARENTES, VT DE CIBARIIS SVIS ALIQVID DIMITTERET EIS, QVI AIT, PATRI MEO VERRINO LARDINO DO, LEGO, DARI GLANDIS MODIOS XXX. ET MATRI MEÆ VETVRRINÆ SCROFÆ, DO, DARI LACONICÆ SILIGINIS MODIOS XL. ET SORORI MEÆ QVIRINÆ, IN CVIVS VOTVM INTERESSE NON POTVI, DO, LEGO DARI HORDEI MODIOS XXX. ET DE MEIS VISCERIBVS DABO, DONABO SVTORIBVS SETAS, RIXATORIBVS CAPITINAS, SVRDIS AVRICVLAS, CAVSIDICIS ET VERBOSIS LINGVAM, BVBVLARIIS INTESTINA, ESICIARIIS FEMORA, MVLIERIBVS LVMBVLOS, PVERIS VESICAM, PVELLIS CAVDAM, CYNÆDIS MVSCVLOS, CVRSORIBVS ET VENATORIBVS TALOS, LATRONIBVS VNGVLAS, ET NEC NOMINANDO COCO DO, LEGO, AC DIMITTO POPAM ET PISTILLVM, QVÆ MECVM DETVLERAM A QVERCETO VSQVE AD HARAM, LIGET SIBI COLLVM DE RESTE. VOLO MIHI FIERI MONVMENTVM EX LITTERIS AVREIS SCRIPTVM. M. GRVNNIVS COROCOTTA PORCELLLVS VIXIT ANNOS D. CCCC. XCVIIII. QVOD SI SEMIS VIXISSET, MILLE ANNOS IMPLESSET. OPTIM AMATORES MEI VEL CONSVLES VITÆ, ROGO VOS VT CORPORI MEO BENEFACIATIS, BENE CONDIATIS, DE BONIS CONDIMENTIS NVCLEI, PIPERIS, ET MELLIS, VT NOMEN MEVM IN SEMPITERNVM NOMINETVR. MEI DOMINI ET CONSOBRINI MEI, QVI HVIC MEO TESTAMENTO INTERFVISTIS, IVBETE SIGNARI

LVCANICVS SIGNAVIT TERGILLVS SIGN.
NVPTIALICVS SIGN. CELSANVS SIGN.
LARDIO SIGN. OFFELLICVS SIGN. CYMATVS SIGN.

Obliqua etiam veterum quorundam Teſtamentorum verba ſubiungere operæ pretium duxi. De Iulij Cæſaris Teſtamento hæc Sueton. in eius vita cap. LXXV. ſcribit. NOVISSIMO TESTAMENTO TRES INSTITVIT HEREDES SORORVM NEPOTES, C. OCTAVIVM EX DODRANTE, ET L. PINARIVM, ET Q. PEDIVM EX QVADRANTE RELIQVO, IN IMA CERA C. OCTAVIVM ETIAM IN FAMILIAM NOMENQVE ADOPTAVIT: PLVRESQVE PERCVSSORVM IN TVTORIBVS FILII, SI QVIS SIBI NASCERETVR, NOMINAVIT DECIMVM BRVTVM ETIAM IN SECVNDIS HEREDIBVS. POPVLO HORTOS CIRCA TIBERIM PVBLICE ET VIRITIM TRECENOS HS. LEGAVIT. Appianus lib. II. Bellior. Ciuil. Διαθῆκαι δὲ τοῦ Καίσαρος ὤφθησαν φερόμεναι, καὶ εὐθὺς αὐτὰς τὸ πλῆθος ἐκέλευον ἀναγνώσκειν. θετὸς μὲν δὴ τῷ Καίσαρι παῖς ἐγένετο ἐν αὐταῖς ὁ τῆς ἀδελφῆς θυγατριδοῦς Οκταύιος, τῷ δήμῳ δὲ ἦσαν οἱ κῆποι ἐνδιαίτημα δεδομένοι, καὶ κατ' ἄνδρα ῥωμαίων τῶν ὄντων ἔτι ἐν ἄστει, πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἀττικαὶ δραχμαὶ, καὶ ὑπεσαλεύετο αὖθις ἐς ὀργὴν ὁ δῆμος, τυράννου μὲν κατηγορίας προπεπυσμένοι, διαθήκας δὲ φιλοπόλιδος ἀνδρὸς ὁρῶντες. οἴκτιστον δὲ ἔφασαν μάλιστα αὐτοῖς, ὅτι τῶν ἀνδροφόνων Δέκμος ὁ Βροῦτος ἐν τοῖς δευτέροις κληρονόμοις ἐγέγραπτο παῖς. Ῥωμαίοις γὰρ ἔθος παραγράφειν τοῖς κληρονόμοις ἑτέρους, εἰ μὴ κληρονομοῖεν οἱ πρότεροι. Ἐφ' ᾧ δὴ καὶ μᾶλλον συνεταράσσοντο, καὶ δεινὸν καὶ ἀθέμιστον ἡγοῦντο καὶ Δέκμον ἐπιβουλεῦσαι Καίσαρι, παῖδα αὐτῷ γεγραμμένον εἶναι. Dio lib. XLIII. Τῆς δὲ διαθήκης αὐτοῦ μετὰ ταῦτα ἀναγνωσθείσης μαθὼν ὁ δῆμος ὅτι τόν τε Οκταύιον υἱὸν πεποίηται, καὶ τὸν Ἀντώνιον, τόν τε Δέκιμον, καὶ τινας ἄλλους τῶν σφαγέων ἐπιτρόπους αὐτοῦ καὶ κληρονόμους τῆς οὐσίας, ἄν γε μὴ ἐς ἐκεῖνον ἔλθοι, καταλέλοιπε. καὶ προσέτι καὶ δωρεὰς ἄλλοις καὶ τῇ πόλει τούς τε κήπους τοὺς παρὰ τὸν Τίβεριν καὶ δραχμὰς ὡς μὲν αὐτὸς ὁ Οκταύιος γράφει, τριάκοντα, ὡς δὲ ἕτεροι, πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἑκάστῳ σφῶν δοθῆναι κεκέλευκε, ἐταράχθησαν. Auguſt. vero

Teſtamentum Sueton. in eius vita cap. vlt. ita refert. TESTAMENTVM, L. *Planco, C. Silio Coſſ. III. Nonas Aprilis, ante annum & IIII. menſes quam decederet, factum ab eo, ac duobus codicibus, partim ipſius, partim libertorum Polybi & Hilarionis manu ſcriptum, depoſitumque apud ſex virgines Veſtales, cùm tribus ſignatis æque voluminibus protulerunt: Quæ omnia in Senatu aperta atque recitata ſunt.* HEREDES INSTITVIT PRIMOS, TIBERIVM EX PARTE DIMIDIA ET SEXTANTE: LIVIAM EX PARTE TERTIA, QVOS ET FERRE NOMEN SVVM IVSSIT: SECVNDOS, DRVSVM TIBERII FILIVM EX TRIENTE, ET EX PARTIBVS RELIQVIS GERMANICVM, LIBEROSQVE EIVS TRES, SEXVS VIRILIS: TERTIO GRADV PROPINQVOS, AMICOSQVE COMPLVRES. LEGAVIT POPVLO RO. QVADRINGENTIES, TRIBVBVS TRICIES QVINQVIES HS. PRÆTORIANIS MILITIBVS SINGVLA MILLIA NVMMORVM. COHORTIB. VRBANIS QVINGENOS, LEGIONARIIS TRECENOS NVMOS. QVIAM SVMMAM REPRÆSENTARI IVSSIT. *Nam & confiſcatam ſemper repoſitamque habuerat.* RELIQVA LEGATA *varie dedit: produxitque quædam* AD VICENA SESTERTIA, QVIBVS SOLVENDIS ANNVVM DIEM FINIIT, EXCVSATA REI FAMILIARIS MEDIOCRITATE: NEC PLVS PERVENTVRVM AD HEREDES SVOS, QVAM MILLIES ET QVINGENTIES PROFESSVS, QVAMVIS XX. PROXIMIS ANNIS, QVATERDECIES MILLIES EX TESTAMENTIS AMICORVM PERCEPISSET, QVOD PENE CVM DVOBVS PATERNIS PATRIMONIIS, CETERISQVE HEREDITATIBVS IN REMPVB. ABSVMPSISSET. IVLIAS, FILIAM NEPTEMQVE, SI QVID HIS ACCIDISSET, VETVIT SEPVLCRO SVO INFERRI. *De tribus ſuis voluminibus, vno,* MANDATA DE FVNERE SVO *complexus eſt: altero, indicem rerum à ſe geſtarum, quem* VELLET INCIDI IN ÆNEIS TABVLIS, QVÆ ANTE MAVSOLEVM STATVERENTVR: *Tertio, Breuiarium totius imperij, quantum militum ſub ſignis vbique eſſet, quantum pecuniæ in ærario, & fiſcis, & vectigaliorum reſiduis. Adiecit &* LIBERTORVM SERVORVMQVE NOMINA, A QVIBVS RATIO EXIGI POSSET. Idẽ in Claudio de eiuſdẽ Auguſti Teſtamẽto cap. IIII. *Ac ne heredem quidẽ* (ſcilicet Claudiũ) *niſi* INTER TERTIOS *ac pænè extraneos,* EX PARTE SEXTA NVNCVPARET: LEGATO *non amplius quam* OCTINGENTORVM SESTERTIORVM *proſecutus.* Cornel. Tacit. lib. I. *Nihil primo Senatus die agi paſſus, niſi de ſupremis Auguſti: cuius Teſtamentum in latum per virgines Veſtæ,* TIBERIVM ET LIVIAM HEREDES HABVIT. LIVIA IN FAMILIAM IVLIAM, NOMENQVE AVGVSTÆ ADSVMEBATVR. IN SPEM SECVNDAM NEPOTES, PRONEPOTESQVE. TERTIO GRADV PRIMORES CIVITATIS SCRIPSERAT, *pleroſque inuiſos ſibi, ſed iactantia, gloriaque ad poſteros.* LEGATA, *non vltra ciuilem modum, niſi quod* POPVLO ET PLEBI CCCCXXXV. PRÆTORIARVM COHORTIVM MILITIBVS SINGVLA NVMMVM MILLIA, LEGIONARIIS AVTEM COHORTIBVS CIVIVM ROMANORVM TRECENOS NVMMOS VIRITIM DEDIT. Dio lib. LVI. Τὰς διαθήκας αὐτοῦ Πολύβιός τις Καισάρειος ἀνέγνω &c. κατελέλειπτο δὲ ἐν αὐταῖς τὰ μὲν δύο μέρη τοῦ κλήρου τῷ Τιβερίῳ, τὸ δὲ λοιπὸν τῇ Λιουΐᾳ, ὥς τινες λέγουσιν. ἵνα γάρ τι καὶ ἐκείνη τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἀπόνηται, παρὰ τῆς βουλῆς ᾐτήσατο, τοσοῦτον αὐτῇ καὶ παρὰ τὸν νόμον καταλιπεῖν δυνηθῆναι. Κληρονόμοι μὲν δὴ οὗτοι ἐνεγεγράφατο· κτήματα δὲ καὶ χρήματα πολλὰ πολλοῖς καὶ τῶν προσηκόντων οἱ, καὶ τῶν ἀλλοτρίων, οὐχ ὅπως βουλευταῖς καὶ ἱππεῦσιν, ἀλλὰ καὶ βασιλεῦσι, τῷ τε δήμῳ χιλίας μυριάδας καὶ τοῖς στρατιώταις, τοῖς μὲν δορυφόροις, κατ' πεντήκοντα καὶ διακοσίας δραχμάς, τοῖς δὲ ἀστικοῖς τὴν ἡμίσειαν, τῷ τε λοιπῷ τῷ πολιτικῷ πλήθει πέντε καὶ ἑβδομήκοντα δοθῆναι ἐκέλευσε, καὶ προσέτι καὶ τοῖς παισὶν, ὧν μικρῶν ἔτι ὄντων, τοὺς πατέρας τὴν οὐσίαν ἐκεκληρονομήκει, προσέταξε πάντα μετὰ τῆς προσόδου, ἐπειδὰν ἀνδρωθῶσιν, ἀποδοθῆναι, ὅπερ που καὶ ζῶν ἐποίει. Εἰ γάρ τινα τέκνα ἔχοντα διεδέξατο, τοῖς παισὶν αὐτοῦ πάντα, εἰ μὲν ἤδη τότε τέλειοι ἦσαν, εὐθὺς, εἰ δὲ μὴ, μετὰ τοῦτο πάντα ἀπεδίδου. Τοιοῦτος μέντοι περὶ τοὺς ἀλλοτρίους παῖδας ὢν,

δας ὤν, τὴν θυγατέρα οὔτε κατήγαγε, καίπερ καὶ δωρεῶν ἀξιώσας, καὶ ταφῆναι ἐν τῷ αὐτοῦ μνημείῳ ἀπηγόρευσε. Et reliqua, quæ cum Suetonio collata, lectores iuuabunt. Illud ex ſupremis Auguſti Tabulis obiter colligi poteſt, Teſtatores interdum nominatim expreſſiſſe, quos in ſepulcrum ſuum inferri vellent, vetuiſſéque nè certæ perſonæ inferrentur. Quod & confirmat Vlpian. in L. prætor ait, §. ſi quis, D. de ſepul. viol. his verbis. *Si quis in* HEREDITARIVM SEPVLCRVM *inferat, quamuis heres, tamen poteſt ſepulcri violati teneri, ſi forte,* CONTRA VOLVNTATEM TESTATORIS INTVLIT. *Licet enim cauere teſtatori,* NE QVIS EO INFERATVR, *vt reſcripto imperatoris Antonini cauetur: ſeruari enim voluntatem eius oportere. Ergo &* SI CAVIT, VT VNVS TANTVM HEREDVM INFERRET, *ſeruabitur, vt ſolus inferat.* Idem in L. vel quod, D. de religioſis & ſumpt. de hereditario ſepulcro agens; *Liberis autem, ait, cuiuſcumque ſexus vel gradus, etiam filijsfa. & emancipatis, idem ius conceſſum eſt: ſiue extiterint heredes, ſiue ſe ſe abſtineant. Exheredatis autem,* NISI SPECIALITER TESTATOR IVSTO ODIO COMMOTVS, EOS VETVERIT, *humanitatis gratia, tantùm ſepeliri, non etiam alios præter ſuam poſteritatem inferre licet.* Qua de re plura poſtea in Monumentorum formulis: nunc ad inſtitutam Teſtamentorum ſeriē redeamus.

Tiberij Teſtamentum Suetonius in eius vita cap. vlt. eiuſmodi refert. TESTAMENTVM *duplex ante biennium fecerat, alterum ſua, alterum liberti manu, ſed eodem exemplo: obſignaueratque etiam humillimorum ſignis.* EO TESTAMENTO HEREDES ÆQVIS PARTIBVS RELIQVIT CAIVM EX GERMANICO, ET TIBERIVM EX DRVSO NEPOTES, SVBSTITVITQVE INVICEM. DEDIT ET LEGATA PLERISQVE: INTER QVOS, VIRGINIBVS VESTALIBVS, AC MILITIBVS VNIVERSIS, PLEBIQVE ROMANÆ VIRITIM, ATQVE ETIAM SEPARATIM VICORVM MAGISTRIS.

Auctor vitæ P. Virgilij de eius ſupremis hæc tradit. *Qui cum grauari ſe morbo ſentiret, ſcrinia ſæpe & magna inſtantia petiuit crematurus Æneida: quibus negatis,* TESTAMENTO COMBVRI IVSSIT, VT REM INEMENDATAM, IMPERFECTAMQVE. *Verum Tucca & Varus monuerunt, ita Auguſtum non permiſſurum. Tunc* EIDEM VARO, AC SIMVL TVCCÆ SCRIPTA SVB EA CONDICIONE LEGAVIT, NE QVID EDERENT QVOD A SE EDITVM NON ESSET, VERSVS ETIAM IMPERFECTOS, SI QVI ERANT, RELINQVERENT. VOLVIT ETIAM EIVS OSSA NEAPOLIM TRANSFERRI, *vbi diu & ſuauiſſimè vixerat, ac extrema valetudine hoc ipſe ſibi Epithaphium diſtichum fecit.* TRANSLATA *igitur iuſſu Auguſti, eius* OSSA PROVT STATVERAT, NEAPOLIM *fuere, ſepultaque via Puteolana, intra lapidem ſecundum, ſuóque ſepulcro id diſtichon quod fecerat, inſcriptum eſt.*

MANTVA ME GENVIT, CALABRI RAPVERE, TENET NVNC
PARTHENOPE, CECINI PASCVA, RVRA, DVCES.

HEREDES FECIT EX DIMIDIA PARTE VALERIVM PROCVLVM FRATREM EX ALIO PATRE: EX QVARTA AVGVSTVM: EX DVODECIMA MECÆNATEM: EX RELIQVIS VALERIVM ET PLOTIVM TVCCAM, *qui eius Æneidem poſt obitum iuſſu Cæſaris emendauerunt. &c.* Non tacebo Virginij Ruffi & Iulij Frontini clariſſimorum virorum contraria ſuprema iudicia. Virginium Ruffum dico, qui cùm in Gallia Iulium Vindicē deuiciſſet, à militibus Imperator appellatus, eorum precibus nec minis adduci non potuit, vt imperium aſſumeret, ſed liberam Imperatoris eligendi poteſtatem Senatui reliquit, Galbæque à Senatu electo ſuas legiones tradidit. Is vt Plinius Secundus Epiſt. x. lib. VI. refert, *Mandauit, cauitque Teſtamento,* VT DIVINVM ILLVD ET IMMORTALE FACTVM VERSIBVS INSCRIBERETVR, IN *hunc modum.*

HIC SITVS EST RVFFVS PVLSO QVI VINDICE QVONDAM
IMPERIVM ADSERVIT NON SIBI, SED PATRIÆ.

Iulius vero Frontinus vetuit omnino monumentum ſibi fieri & extrui, additis hiſce verbis, IMPENSA MONVMENTI SVPERVACVA EST, MEMORIA NOSTRA DVRABIT, SI VITAM MERVIMVS. Hoc ipſemet Plinius Epiſt. xix.

lib. IX. ſcribit. Ibidemque quid de vtroque ſentiret a Ruffone conſultus, ſententiam ſuam promit, & vtrumque ad gloriam pari cupiditate, diuerſo itinere contendiſſe cenſet, Illum dũ exprimit debitos ſupremos Titulos: hunc dum mallet videri contẽpſiſſe. His glorioſius eſt Theodoſij Imperatoris Teſtamentũ, qui cũ omnia iam filiis tradidiſſet, regnum, poteſtatem, nomen Auguſti, nouiſſima voluntate, Legem indulgentiæ quam ſcriptam reliquit, dari præcepit. Quod laudibus in cœlum non immerito effert D. Ambroſius Oratione quam de eius obitu habuit: cuius verba ipſa ſubiiciam. *Si enim priuatorum vltimæ voluntates, & deficientium Teſtamenta, habent perpetem firmitatem: quomodo poteſt tanti principis eſſe irritum Teſtamentum? Glorioſior quoque in eo Theodoſius, qui non communi iure teſtatus eſt. De filijs enim nihil habebat nouum quod conderet, quibus totum dederat, niſi vt eos præſenti commendaret parenti: de ſubditis ſibi & commiſſis teſtari debuit, vt legata dimitteret, fideicommiſſa ſignaret.* PRÆCEPIT DARE LEGEM INDVLGENTIÆ, QVAM SCRIPTAM RELIQVIT. *Quid dignius, quàm vt Teſtamentum Imperatoris lex ſit?*

Pænè præterietam Lucij Titij Teſtamentum, cuius capita aliquot Marcellus in vnum coniecit in L. vlt. D. D. de fideicom. libert. *Lucius Titius Teſtamento ita cauit,* SI QVOS CODICILLOS RELIQVERO, VALERE VOLO. SI QVIS MIHI EX PAVLA, QVÆ VXOR MEA FVIT, INTRA DECEM MENSES NATVS NATAVE ERIT: EX SEMISSE HEREDES SVNTO. GAIVS SEIVS EX SEMISSE HERES ESTO. STICHVM ET PAMPHILVM SERVOS MEOS ET EROTEM, ET DIPHILVM PETO, ET FIDEI HEREDVM COMITTO, VT CVM AD PVBERTATEM LIBERI MEI PERVENERINT, MANVMITTANT. *Deinde nouiſſima parte ita cauit,* QVOD SI MIHI LIBERI NATI NON ERVNT, AVT INTRA PVBERTATEM DECESSERINT: TVNC HEREDES EX PARIBVS PARTIBVS SVNTO MVCIVS ET MÆVIVS. LEGATA QVÆ PRIORE TESTAMENTO, QVO FILIOS ET SEIVM, RELIQVI, PRÆSTARI VOLO, HOC EST ET A SEQVENTIBVS HEREDIBVS. Iam quod ad Cuſpidij Pſeudoteſtamentũ attinet, quod patrum noſtrorum memoria conditum eſſe, multi ſciunt, libens id illis concedo, qui ſibi fucum fieti, æquo animo patiuntur. Ego illud alienæ priſcarum Formularum familiæ ſeſe inſerere, aut falſo vetuſtatis diplomate commeare nequaquam ferre poſſum. At non inuitus Græcum Gregorij Theologi, Nazianzeni Epiſcopi Teſtamentum ſubiungam, ὃ (quemadmodum in membranis ſcriptum eſt) μετεγράφη ἐκ τοῦ ἀρχετύπου τοῦ συγκειμένου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ Ναζιανζοῦ. Verba eius ſic habẽt. Ιπατίου φλαυίου εὐχερίου καὶ φλαυίου εὐαγρίου τῶν λαμπροτάτων πρὸ μιᾶς καλανδῶν. Γρηγόριος ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ζῶν καὶ φρονῶν καὶ ὑγιαίνων καὶ ἐρρωμένοις τοῖς λογισμοῖς διεθέμην τὴν διαθήκην μου ταύτην, ἣν κελεύω καὶ βούλομαι βεβαίαν εἶναι καὶ κυρίαν ἐπὶ παντὸς δικαστηρίου καὶ πάσης ἐξουσίας. ἤδη μὲν γὰρ τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην κατέστησα φανεράν, καὶ πᾶσάν μου τὴν οὐσίαν καθιέρωσα τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ τῇ κατὰ Ναζιανζὸν εἰς τὴν τῶν πτωχῶν διακονίαν τῶν ὑπὸ τῆς εἰρημένης ἐκκλησίας. Διόπερ καὶ τρεῖς προεστησάμην πτωχοτρόφους ἕνεκα ταύτης μου τῆς προαιρέσεως. Μάρκελλόν τε τὸν διάκονον καὶ μονάζοντα καὶ Γρηγόριον τὸν διάκονον τὸν ἐκ τῆς οἰκίας μου γενόμενον καὶ Εὐστάθιον τὸν μονάζοντα τὸν καὶ αὐτὸν ἐκ τῆς οἰκίας μου γενόμενον καὶ νῦν δὲ τὴν αὐτὴν συνεῖδε τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ τῇ κατὰ Ναζιανζὸν φυλάττειν τὰ ἔχομαι τῆς αὐτῆς προαιρέσεως. Ἐὰν σὺν συμβῇ με τέλει τοῦ βίου χρήσασθαι, ἔστω μου κληρονόμος ὁ προειρημένος Γρηγόριος ὁ διάκονος καὶ μονάζων ὁ γενόμενος ἐκ τῆς οἰκίας μου, ὃν πάλαι ἠλευθέρωσα ἐξ ὁλοκλήρου πάσης μου τῆς οὐσίας κινητῆς τε καὶ ἀκινήτου τῆς πανταχοῦ μου ὑπαρχούσης. Οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἔστωσάν μου ἀποκληρονόμοι· οὕτω μέντοι ὥστε αὐτὸν πᾶσάν μου τὴν οὐσίαν κινητήν τε καὶ ἀκίνητον ἀποκαταστῆσαι τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐν Ναζιανζῷ, μηδὲν τὸ παράπαν ἐπεξελόμενον πλὴν ὧν ἂν ἐν ταύτῃ τῇ διαθήκῃ μου ποιῶ ἰδικῶς καταλίπω λεγάτου ἢ φιδεϊκομμίσσου χάριν. ἀλλὰ πάντα ὡς προεῖπον ἀκριβῶς ἀποσῶσαι τῇ ἐκκλησίᾳ ἔχοντα τὸν τοῦ θεοῦ φόβον πρὸ ὀφθαλμῶν καὶ εἰδότα ὅτι εἰς διακονίαν τῶν πτωχῶν τῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας προέταξα πᾶσάν μου τὴν οὐσίαν προσχωρῆσαι. Καὶ ἐπὶ τούτῳ αὐτὸν αἱρετισάμην κληρονόμον ὥστε δι'

αὐτοῦ

αὐτοῦ τῇ ἐκκλησίᾳ παντὶ ἀπαραλείπτως ἀποσωθῆναι. τοὺς δὲ οἰκέτας οὓς ἠλευθέρωσα ἤτοι ἐξ ἐμῆς προαιρέσεως ἤτοι ἐξ ἐντολῶν τῶν μακαριωτάτων γονέων μου, τούτους πάντας βούλομαι καὶ νῦν ἐλευθέρους μένειν καὶ τὰ πεκούλια αὐτοῖς πάντα μένειν βεβαίως καὶ ἀνενοχλήτως. ἔτι βούλομαι κατασχεῖν τὸν κληρονόμον μου Γρηγόριον τὸν διάκονον ἅμα τῷ μονάζοντι Εὐσταθίῳ τοὺς γενομένους ἐκ τῆς οἰκίας μου κτῆμα ἐν Ναζιαν. τὸ ἐκ τοῦ πρίγκος κατελθὸν εἰς ἡμᾶς. τὰ δὲ φοράδια καὶ τὰ πρόβατα ὅσα ἤδη αὐτοῖς παρ᾽ ὧν ἐκέλευσα δοθῆναι, ὧν καὶ τὴν δεσποτείαν παρέδωκα, ταῦτα μένειν αὐτοῖς ἀνενόχλητα βούλομαι δεσποτείας δικαίῳ. ἔτι δὲ ἐξαιρέτως Γρηγόριον τὸν διάκονον καὶ κληρονόμον μου γνησίως ὑπηρετήσαντα μοι κατασχεῖν ἰδίῳ δεσποτείας δικαίῳ χρυσίνους τὸν ἀριθμὸν ρ. τῇ αἰδεσιμωτάτῃ παρθένῳ Ῥουσιανῇ τῇ συγγενίδι μου ῥητὰ ἐκέλευσα καθ᾽ ἕκαστον ἔτος δίδοσθαι περὶ τὸ ἐλευθερίας αὐτὴν διάγειν, ἅπερ βούλομαι καὶ κελεύω πάντα κατὰ τὸν τύπον ὃν προσέταξα ἀνυπερθέτως αὐτῇ δίδοσθαι καθ᾽ ἕκαστον ἔτος περὶ διοικήσεως αὐτῆς. τοτὲ μὲν οὐδὲν διεταξάμην μὴ εἰδὼς ποῦ μᾶλλον ἀρέσοι αὐτῇ διάγειν· νῦν καὶ τοῦτο βούλομαι, ὥστε εἰ οἴκαδε ἐπιλέξηται χρείᾳ κατασκευασθῆναι αὐτῇ οἰκίαν ἐλευθέρᾳ πρέπουσαν εὐσχήμονι διάγειν παρθένῳ ἢν περὶ οἰκίαν ἔξω δηλαδὴ ἀνενόχλητως εἰς χρῆσιν καὶ καρπείαν μέχρι βίου ζωῆς. μετὰ δὲ ταῦτα ἀποκατάστῃ τῇ ἐκκλησίᾳ προσδοθῆναι. καὶ αὐτῇ βούλομαι καὶ δύο κόρας ἃς ἂν αὐτῇ ἐπιλέξηται, ὅπως μὲν τοι ὥστε αὐτῇ παραμένειν τὰς κόρας μέχρι τοῦ τῆς ζωῆς αὐτῆς, καὶ εἰ μὲν αὐταῖς εὐχαριστήσειεν ἐξεῖναι αὐτῇ ἐλευθερίᾳ αὐτὰς τιμῆσαι, εἰ δὲ μὴ καὶ αὐτὰς δίδοσθαι τῇ αὐτῇ ἐκκλησίᾳ. Θεόφιλον τὸν παῖδα τὸν παραμένοντα μοι ἤδη ἠλευθέρωσα. βούλομαι οὖν αὐτῷ καὶ νῦν δοθῆναι λεγάτου χάριν ρ ρ ε. Εὐπραξίου δὲ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ βούλομαι ἐλεύθερον εἶναι καὶ δοθῆναι αὐτῷ λεγάτου λόγῳ χρυσᾶ ρ ρ ε. τὴν γλυκυτάτην μου θυγατέρα Ἀλυπιανὴν τὴν γὰρ ἄλλων εὐγενείας τε καὶ ῥοπῆς ὀλίγος λόγος ἂν καὶ ὁ βίος ἐπιλήψιμος. Βούλομαι συγγνώμην ἔχειν μοι εἰδὼν αὐτῇ καταλίπω κύριος ἐγενόμην πᾶν προαπαγγειλάμενος τοῖς πτωχοῖς μᾶλλον δὲ τοῖς μακαριωτάτοις γονεῦσιν ὑποσχομένοις ἀκολουθήσας ἂν ἀθετῆσαι τὴν γνώμην οὐθ᾽ ὅσιον οὔτ᾽ ἀσφαλὲς ἡγοῦμαι. ὅσα μέντοι ἐκ τῶν τοῦ μακαρίου μου ἀδελφοῦ Καισαρίου πραγμάτων ἐν ἐσθῆτι σηρικῇ ἢ λινῇ ἢ ἐρέᾳ ἢ βουρικαλίοις περιλέλειπται, ταῦτα διαφέρειν τοῖς τέκνοις αὐτῆς βούλομαι καὶ ἐν μηδενὶ μήτε κἀκεῖνην μήτε τὰς ἀδελφὰς αὐτῆς ἐνοχλεῖν μήτε τὸν κληρονόμον μου μήτε τὴν ἐκκλησίαν. Μελέτιος ὁ γαμβρός μου τὸ κτῆμα τὸ ἐν Ἀπηνζήνῳ τὸ ἐκ τοῦ Εὐφημίου ἴσω πῶς κατέχει. Καὶ ὑπὲρ τούτου καὶ πρότερον ἐπέστειλα πολλάκις τῷ Εὐφημίῳ ἀνακρίνειν αὐτοῦ καταγινώσκων εἰ μὴ τὸ ἑαυτοῦ ἀναρρύσαιτο. Καὶ νῦν μαρτύρομαι πάντας καὶ ἄρχοντας καὶ ἀρχομένους ὅτι ἀδικεῖται ὁ Εὐφήμιος. χρὴ γὰρ τῷ Εὐφημίῳ ἀποκαταστῆναι τὸ κτῆμα. τὴν ὠνὴν τοῦ χωρίου Κανοτάλ τῷ αἰδεσιμωτάτῳ υἱῷ τῷ ἐπισκόπῳ Ἀμφιλοχίῳ ἀποκαταστῆναι βούλομαι καὶ γὰρ ἐν τοῖς χαρτίοις ἡμῶν. Καὶ πάντες ἴσασιν ὅτι καὶ τὸ συνάλλαγμα ἔλυσα καὶ τὴν τιμὴν ἀπέλυσα καὶ τὴν νομὴν καὶ τὴν δεσποτείαν τοῦ κτήματος πάλαι παρέδωκα. Εὐαγρίῳ τῷ διακόνῳ πολλὰ μοι συγκαμόντι καὶ συμφροντίσαντι διὰ πλειόνων τε τὴν εὔνοιαν πιστεύσαντι, χάριν ὁμολογῶ καὶ ἐπὶ θεοῦ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων. Καὶ τοῖς μείζοσι μετ᾽ αὐτὸν ὁ θεὸς ἀμείψαιτο, ἵνα δὲ μηδὲ τὰ μικρὰ τῆς φιλίας σύμβολα παρ᾽ ἡμῶν ἐλλείπῃ, βούλομαι αὐτῷ δοθῆναι καμισόν ἕνα, στιχάριον ἓν, πάλλια β. χρυσᾶ ρ ρ λ. ὁμοίως καὶ τῷ γλυκυτάτῳ συνδιακόνῳ ἡμῶν ἀδελφῷ δοθῆναι βούλομαι καμισόν ἕνα, στιχάρια β. τ. ἐν τῇ παραγαύδῃ ρ ρ κ. ἔκ τι ἐν τῇ παραγαύδῃ λόγου. Ἐλαφίῳ τῷ ῥο. εὐζώνῳ ὄντι καὶ κατ᾽ ἡμᾶς ἀναπαύσαντι ὃν ὑπηρετήσατο βούλομαι δοθῆναι καμισόν ἕνα στιχάρια β. πάλλια γ. σαγελλίωνα ἐν τῇ παραγαύδῃ ρ ρ κ. ταύτην μου τὴν διαθήκην κυρίαν καὶ βεβαίαν εἶναι βούλομαι ἐπὶ παντὸς δικαστηρίου καὶ πάσης ἐξουσίας. εἰ δὲ καὶ ὡς διαθήκη μὴ ἰσχύσειεν, ὡς βούλησιν αὐτὴν ἐν σῷ κωδικέλλον αὐτὴν ἰσχύειν βούλομαι. ὁ δὲ ἐπιχειρῶν αὐτὴν ἀνατρέπειν δώσει λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως καὶ ἔξω τὸν λόγον πρὸς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἁγίου πνεύματος. Γρηγόριος ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλ. ἀναγνοὺς τὴν διαθήκην καὶ ἀρεσθεὶς πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ καὶ ἰσχύειν αὐτὴν κελεύω καὶ βούλομαι. Ἀμφιλόχιος ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τοῖς ἐν Ἰκονίῳ παρὼν τῇ διαθήκῃ τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἐπισκόπου Γρηγορίου καὶ παρακληθεὶς παρ᾽ αὐτοῦ ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ :: Ὀπίμος ἐπίσκοπος τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν καθολικῆς ἐκκλησίας παρὼν διατιθεμένῳ τῷ αἰδεσιμωτάτῳ ἐπισκόπῳ Γρηγορίῳ κατὰ τὰ προγεγραμμένα καὶ παρακληθεὶς παρ᾽ αὐτοῦ ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ: Θεοδόσιος ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Ὕδῃ παρὼν τῇ διαθήκῃ τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἐπισκόπου Γρηγορίου καὶ παρακληθεὶς παρ᾽ αὐτοῦ ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ :: Θεόδουλος ἐπίσκοπος τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς κατὰ Ἀπάμειαν παρὼν, καὶ τὰ ἔγραψα :: Ἰλάσιος ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς κατὰ Ἰσαυρίαν παρὼν καὶ τὰ ἔγραψα Θεμίστιος ἐπίσκοπος τῆς κατὰ Ἀδριανούπολιν ἁγίας ἐκκλησίας παρὼν καὶ τὰ ἑξῆς. Κληδόνιος πρεσβύτης ἐν Ἰκονίῳ ἐκκλησίᾳ παρὼν καὶ τὰ ἑξῆς.

Huic Teſtamẽto aliud eiuſdem linguæ accedet, ex quo Iuſtinianus Nou. CLX. hæc capita adfert. Βούλομαι δὲ καὶ κελεύω τοὺς ἐμοὺς κληρονόμους, Κωνσταντῖνον μὲν τὸν λαμπρότατον τιὸ

ἀφοσιωθεῖσαν αὐτῷ οἰκίαν μετὰ πάντων τῶν, κατὰ προγέγραπται, συναφθέντων αὐτῇ δικαίων, καὶ τὸ προάστειον τὸ ἐν τοῖς Καππαδοκείοις, μετὰ πάντων, κατὰ προγέγραπται, τῶν διαφερόντων αὐτῷ δικαίων, καὶ τὴν οἰκίαν τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ τὴν κατὰ Ἀμμιανόν. Ἀνθέμιον δὲ τὸν γλυκύτατον τὸ προάστειον τὸ ἐν Βλαχέρναις τὸ κατὰ Εὐγένιον καὶ Ἰουλιανὸν τοὺς τῆς ἐνδόξου μνήμης, καὶ τὸ προάστειον τὸ ἐν τῷ ἄκρῳ τοῦ κόλπου τοῦ Σωσθενίου, τὸ ποτὲ κατὰ Ἀρδαβούριον τὸν τῆς ἐνδόξου μνήμης. Καλλιόπιον δὲ τὸν λαμπρότατον τὸ προάστειον τὸ Βυθάριον, ἤτοι τοῦ Φιλοθέου. καὶ Ἀλέξανδρον τὸν λαμπρότατον τὸ προάστειον τὸ ἐν τοῖς Βενέτοις, μὴ ἐκποιοῦσι, μὴ κατὰ πρᾶσιν, μὴ κατὰ δωρεάν, μὴ κατὰ ἀνταλλαγήν, μὴ ἄλλως ὁπωσδήποτε, μηδὲ ἐκβάλλειν ἢ ἀλλοτριοῦσι τὰς αὐτὰς οἰκίας, ἢ τὰ προγεγραμμένα πάντα προάστεια, τοῦ ἐμοῦ ὀνόματος καὶ τῆς ἐμῆς φαμιλίας· ἀλλ' εἰ μὲν (ὅπερ εὔχομαι) γένοιντο αὐτοῖς παῖδες, καὶ ἐπὶ παισὶν ἢ ἐγγόνοις γνησίοις ἢ καὶ φυσικοῖς τελευτήσωσι, καταλιμπάνειν ἕκαστον αὐτῶν τὸ ἀφοσιωθὲν αὐτῷ προάστειον, καὶ τὰς οἰκίας, τήν τε διαγεγραμμένην κατὰ ταύτην τὴν βασιλίδα πόλιν καὶ τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ παισὶ καὶ ἐγγόνοις ἕκαστον, τοῖς γνησίοις ἢ καὶ φυσικοῖς. πιστεύω γὰρ ὡς οὐκ ἀθετήσουσιν οὐδὲ ἐπὶ φυσικῶν παίδων ἢ ἐγγόνων τὴν ἐμὴν διατύπωσιν καὶ βούλησιν. εἰ δὲ ἐπὶ παντελεῖ ἀπαιδίᾳ πάντες, ἢ τινες, ἢ εἷς ἐξ αὐτῶν τελευτήσῃ (ὃ μὴ γένοιτο) βούλομαι, καὶ κελεύω τοὺς ἄπαιδας, ἢ τὸν ἄπαιδα, μέλλοντας τελευτᾷν, ἀποκαταστῆσαι τοῖς περιοῦσιν ἢ τῷ περιόντι αὐτῶν ἀδελφῷ τὰς προγεγραμμένας οἰκίας, τήν τε ἐνταῦθα καὶ τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ τὰ προδηλωθέντα πάντα προάστεια, μετὰ πάντων αὐτῶν τῶν δικαίων καὶ τῆς καθόλου περιοχῆς ἀπαραλείπτως. ἀργούσης δηλαδὴ μεταξὺ αὐτῶν τῆς ἐπὶ τοῖς φιδεικομμίσσοις ἢ λεγάτοις ἱκανοδοσίας. βούλομαι γὰρ καὶ κελεύω μὴ ἀπαιτεῖσθαι αὐτοὺς παρ' ἀλλήλων τὰς τοιαύτας ἱκανοδοσίας.

Verũ, ſi quemadmodũ Senatoribus olim egredi Relationẽ licuit, ita mihi, bona lectorũ venia, extra hos formularũ cãcellos quos mihi circũdedi, egredi cõcedatur, Græcus quẽ ingreſſus ſum Teſtamentorũ ſermo, nõ ducit modò, ſed trahit vt palliata aliquot philoſophorũ Græcorũ Teſtamẽta, non omnino à Togatis remota adſcribã. Platonẽ quidẽ Diogenes Laërtius Teſtamento ita cauiſſe refert. Τὸ ἐν Ἡφαιστιάδων χωρίον, ᾧ γείτων Βορρᾶθεν ἡ ὁδὸς ἡ ἐκ τοῦ Κηφισιάσιν ἱεροῦ, Νότοθεν τὸ ἐν Ἡφαιστιάδων, τὸ Ἡράκλειον τὸ ἐν Ἡφαιστιαδῶν, πρὸς ἡλίου δὲ ἀνιόντος Ἀρχέστρατος Φρεάρριος, πρὸς ἡλίου δὲ δυομένου, Φίλιππος Χολλιδεύς, καὶ μὴ ἐξέστω τοῦτο μηδενί, μήτε ἀποδόσθαι, μήτε ἀλλάξασθαι· ἀλλ' ἔστω Ἀδειμάντου τοῦ παιδίου εἰς τὸ δυνατόν. καὶ τὸ ἐν Εἰρεσιδῶν χωρίον, ὃ παρὰ Καλλιμάχου ἐπριάμην. ᾧ γείτων Βορρᾶθεν Εὐρυμέδων Μυρρινούσιος. Νότοθεν δὲ Δημόστρατος Ξυπεταιών, πρὸς ἡλίου ἀνιόντος Εὐρυμέδων Μυρρινούσιος, πρὸς ἡλίου δυομένου Κηφισός. ἀργυρίου μνᾶς τρεῖς. φιάλην ἀργυρᾶν, ἕλκουσαν ρξε. κυμβίον ἄγον με. δακτύλιον χρυσοῦν, καὶ ἐνώτιον χρυσοῦν, ἄγοντα σὺν ἄμφω Δ δραχμὰς, ὀβολοὺς τρεῖς. Εὐκλείδης ὁ λιθοτόμος ὀφείλει μοι τρεῖς μνᾶς. Ἄρτεμιν ἀφίημι ἐλευθέραν. Οἰκέτας καταλείπω, Τύχωνα, Βίκταν, Ἀπολλωνιάδην, Διονύσιον. σκεύη τὰ γεγραμμένα, ὧν ἔχει τὰ ἀντίγραφα Δημήτριος. Ὀφείλω δὲ οὐδενὶ οὐδέν. Ἐπίτροποι δὲ Σωσθένης, Σπεύσιππος, Δημήτριος, Ἡγίας, Εὐρυμέδων, Καλλίμαχος, Θράσιππος.

Ariſtotelem verò idem Diogenes Laërtius, hæc in Teſtamento ſcripſiſſe narrat. Ἐπίτροπον μὲν εἶναι πάντων καὶ διὰ παντὸς Ἀντίπατρον· ἕως δ' ἂν Νικάνωρ καταλάβῃ ἐπιμελεῖσθαι, Ἀριστομένη, Τίμαρχον, Διοτέλη, Θεόφραστον, ἐὰν βούληται καὶ ἐνδέχηται αὐτῷ, τῶν τε παιδίων καὶ Ἑρπυλλίδος καὶ τῶν καταλελειμμένων. καὶ ὅταν ὡραία ᾖ τῇ παιδί, ἐκδίδοσθαι αὐτὴν Νικάνορι. ἐὰν δὲ τῇ παιδὶ συμβῇ τι, ὃ μὴ γένοιτο, οὐδὲ ἔσται, πρὸ τοῦ γήμασθαι, ἢ ἐπειδὰν γήμηται μήτε παιδίων ὄντων, Νικάνωρ κύριος ἔστω καὶ περὶ τοῦ παιδίου καὶ περὶ τῶν ἄλλων, διοικεῖν ἀξίως καὶ αὐτοῦ καὶ ἡμῶν. ἐπιμελείσθω δὲ Νικάνωρ καὶ τῆς παιδὸς καὶ τοῦ παιδὸς Νικομάχου, ὅπως ἂν ἀξιοῖ τὰ περὶ αὐτῶν ὡς καὶ πατὴρ ὢν καὶ ἀδελφός. ἐὰν δέ τι πρότερον συμβαίνῃ Νικάνορι, ὃ μὴ γένοιτο, ἢ πρὸ τοῦ λαβεῖν τὴν παῖδα, ἢ ἐπειδὰν λάβοι μήπω παιδίων ὄντων, ἐὰν μέν τι ἐκεῖνος τάξῃ ταῦτα, κύρια ἔστω. ἐὰν δὲ βούληται Θεόφραστος εἶναι μετὰ τῆς παιδὸς, καθάπερ πρὸς Νικάνορα. εἰ δὲ μή, τοὺς ἐπιτρόπους βουλευομένους μετὰ Ἀντιπάτρου, καὶ περὶ τῆς παιδὸς, καὶ περὶ τοῦ παιδὸς, διοικεῖν ὅπως ἂν αὐτοῖς δοκῇ ἄριστα εἶναι. ἐπιμελεῖσθαι δὲ τοὺς ἐπιτρόπους, καὶ Νικάνορα μνησθέντας ἐμοῦ καὶ Ἑρπυλλίδος, ὅτι σπουδαία περὶ ἐμὲ ἐγένετο τῶν τε ἄλλων καὶ ἐὰν βούληται ἄνδρα λαμβάνειν, ὅπως μὴ ἀναξίως ἡμῶν δοθῇ. δοῦναι δ' αὐτῇ πρὸς τοῖς πρότερον δεδομένοις, καὶ ἀργυρίου τάλαντον, ἐκ τῶν καταλελειμμένων, καὶ θεραπαίνας τρεῖς, ἐὰν βούληται, καὶ τὴν παιδίσκην ἣν ἔχει, καὶ παῖδα τὸν Πυρραῖον. καὶ ἐὰν μὲν ἐν Χαλκίδι βούληται οἰκεῖν, τὸν ξενῶνα τὸν πρὸς τῷ κήπῳ, ἐὰν δὲ ἐν Σταγείροις, τὴν πατρῴαν οἰκίαν. ὁποτέραν δ' ἂν τούτων βούληται, κατασκευάσαι τοὺς ἐπιτρόπους σκεύεσιν οἷς ἂν δοκῇ κἀκείνοις καλῶς ἔχειν, καὶ Ἑρπυλλίδι ἱκανῶς. Ἐπιμελείσθω δὲ Νικάνωρ καὶ Μύρμηκος τοῦ παιδίου ὅπως ἂν ἀξίως ἡμῶν τοῖς ἰδίοις ἐπικομισθῇ, σὺν τοῖς ὑπάρχουσιν ἃ εἰλήφαμεν αὐτοῦ. Εἶναι δὲ καὶ Ἀμβρακίδα ἐλευθέραν, καὶ δοῦναι αὐτῇ ὅταν ἡ παῖς ἐκδοθῇ, πεντακοσίας δραχμὰς καὶ τὴν παι-

δίσκην ἣν ἔχει. δοῦναι καὶ Θαλῇ πρὸς τῇ παιδίσκῃ ἣν ἔχει τῇ ἀνηθείσῃ χιλίας δραχμὰς καὶ παιδίσκην. Καὶ Σίμωνι χωρὶς τοῦ πρότερον ἀργυρίου, αὐτῷ εἰς παῖδα ἄλλον, ἢ παῖδα πρίασθαι, ἢ ἀργύριον δοῦναι. Τύχωνα δὲ ἐλεύθερον εἶναι ὅταν ἡ παῖς ἐκδοθῇ, καὶ Φίλωνα, καὶ Ὀλύμπιον, καὶ τὸ παιδίον αὐτοῦ. μὴ πωλεῖν δὲ τῶν παιδίων μηδένα τῶν ἐμὲ θεραπευόντων. ἀλλὰ χρῆσθαι αὐτοῖς. ὅταν δ' ἐν ἡλικίᾳ γένωνται, ἐλευθέρους ἀφεῖναι κατ' ἀξίαν. ἐπιμελεῖσθαι δὲ καὶ τῶν ἐκδεδομένων εἰκόνων παρὰ Γρυλλίωνα, ὅπως ἐπιτελεσθεῖσαι ἀνατεθῶσιν, ἥ τε Νικάνορος καὶ ἡ Προξένου ἣν διενοούμην ἐκδοῦναι, καὶ τῆς μητρὸς τῆς Νικάνορος, καὶ τὴν Ἀριμνήστου τὴν πεποιημένην ἀναθεῖναι. ὅπως μνημεῖον αὐτοῦ ᾖ, ἐπειδὴ ἄπαις ἐτελεύτησε· καὶ τῆς μητρὸς τῆς ἡμετέρας τὴν Δήμητρα, ἀναθεῖναι εἰς Νεμέαν ἢ ὅπου ἂν δοκῇ. ὅπου δ' ἂν ποιῶνται τὴν ταφήν, ἐνταῦθα καὶ τὰ Πυθιάδος ὀστᾶ ἀνελόντας θεῖναι, ὥσπερ αὐτὴ προσέταξεν. ἀναθεῖναι δὲ καὶ Νικάνορα σωθέντα, ἣν εὐχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ηὐξάμην, ζῷα λίθινα τετραπήχη Διῒ σωτῆρι καὶ Ἀθηνᾷ σωτείρῃ ἐν Σταγείρῃ.

Eodem Laërtio teſte, Theophraſtus hunc in modum ſuprema ordinauit. Ἔσται μὲν εὖ. Ἐὰν δέ τι συμβῇ, τάδε διατίθεμαι. τὰ μὲν οἴκοι ὑπάρχοντα πάντα Μελάντῃ καὶ Παγκρέοντι τοῖς υἱοῖς Λέοντος. Ἀπὸ δὲ τῶν παρ' Ἱππάρχου συμβεβλημένων τάδε μοι βούλομαι γενέσθαι, τὰ περὶ τὸ μουσεῖον καὶ τὰς θεὰς συντελεσθῆναι. κἄν τι ἄλλο δύναται περὶ αὐτὰς ἐπικοσμηθῆναι πρὸς τὸ κάλλιον. Ἔπειτα τὴν Ἀριστοτέλους εἰκόνα τεθῆναι εἰς τὸ ἱερὸν καὶ τὰ λοιπὰ ἀναθήματα, ὅσα πρότερον ὑπῆρχεν ἐν τῷ ἱερῷ. εἶτα τὸ στωΐδιον οἰκοδομηθῆναι τὸ πρὸς τῷ μουσείῳ μὴ χεῖρον ἢ πρότερον. ἀναθεῖναι δὲ καὶ τοὺς πίνακας ἐν οἷς αἱ τῆς γῆς περίοδοί εἰσιν εἰς τὴν κάτω στοάν. ἐπισκευασθῆναι δὲ καὶ τὸν βωμὸν ὅπως ἔχῃ τὸ τέλειον καὶ τὸ εὔσχημον. βούλομαι δὲ καὶ τὴν Νικομάχου εἰκόνα συντελεσθῆναι ἴσην. τὸ μὲν τῆς πλάσεως ἔχει Πραξιτέλης. τὸ δ' ἄλλο ἀνάλωμα ἀπὸ τούτου γενέσθω. σταθῆναι δὲ ὅπου ἂν δοκῇ καὶ τοῖς τῶν ἄλλων ἐπιμελουμένοις τῶν ἐν τῇ διαθήκῃ γεγραμμένων. Καὶ τὰ μὲν περὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὰ ἀναθήματα, τοῦτον ἐχέτω τὸν τρόπον. τὸ δὲ χωρίον τὸ ἐν Σταγείροις ἡμῖν ὑπάρχον, δίδωμι Καλλίνῳ. τὰ δὲ βιβλία πάντα, Νηλεῖ. τὸν δὲ κῆπον καὶ τὸν περίπατον καὶ τὰς οἰκίας τὰς πρὸς τῷ κήπῳ πάσας δίδωμι τῶν γεγραμμένων φίλων ἀεὶ τοῖς βουλομένοις συσχολάζειν καὶ συμφιλοσοφεῖν ἐν αὐταῖς. ἐπειδήπερ οὐ δυνατὸν ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐπιδημεῖν, μήτε ἐξαλλοτριοῦσι μήτε ἐξιδιαζομένου μηδενός. ἀλλ' ὡς ἂν ἱερὸν κοινῇ κεκτημένοις, καὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους οἰκείως καὶ φιλικῶς χρωμένοις ὥσπερ προσῆκον καὶ δίκαιον. ἔστωσαν δὲ οἱ κοινωνοῦντες, Ἵππαρχος, Νηλεύς, Στράτων, Καλλῖνος, Δημότιμος, Δημάρατος, Καλλισθένης, Μέλαντης, Παγκρέων, Νίκιππος. Ἐξεῖναι δὲ βουλομένῳ φιλοσοφεῖν καὶ Ἀριστοτέλει τῷ Μειδίου καὶ Πυθιάδος υἱῷ, καὶ μετέχειν τούτων. καὶ αὐτοῦ πᾶσαν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι τοὺς πρεσβυτάτους, ὅπως ὅτι μάλιστα προαχθῇ κατὰ φιλοσοφίαν. θάψαι δὲ καὶ ἡμᾶς ὅπου ἂν δοκῇ μάλιστα ἁρμόττον εἶναι τοῦ κήπου, μηδὲν περίεργον περὶ τὴν ταφήν, μήτε περὶ τὸ μνημεῖον ποιοῦντας. ὅπως δὲ συνείρηται μετὰ τὰ περὶ ἡμᾶς συμβάντα περὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸ μνημεῖον καὶ τὸν κῆπον καὶ τὸν περίπατον θεραπευόμενα συνεπιμελεῖσθαι, καὶ Πομπύλον τούτων ἐποικοῦντα αὐτὸν καὶ τὴν τῶν ἄλλων ἐπιμέλειαν ποιούμενον ἣν καὶ πρότερον. τῆς δὲ λυσιτελείας ἐπιμελεῖσθαι αὐτοὺς τοὺς ἔχοντας ταῦτα. Πομπύλῳ δὲ καὶ Θρέπτῃ πάλαι ἐλευθέροις οὖσι καὶ ἡμῖν πολλὴν χρείαν παρεσχημένοις, εἴ τι πρότερον ἔχουσι παρ' ἡμῶν καὶ εἴ τι αὐτοὶ ἐκτήσαντο, καὶ ἃ νῦν παρ' Ἱππάρχου αὐτοῖς συντέταχα δισχιλίας δραχμάς, ἀσφαλῶς οἶμαι δεῖν αὐτοῖς ὑπάρχειν ταῦτα, καθάπερ καὶ αὐτοῖς διελέχθην Μελάντῃ καὶ Παγκρέοντι πλεονάκις, καὶ πάντα μοι συγκατετίθεντο. Δίδωμι δ' αὐτοῖς καὶ Σωματάλην τὴν παιδίσκην. τῶν δὲ παίδων, Μόλωνα μέν, Κίμωνα καὶ Παρμένοντα ἤδη ἐλευθέρους ἀφίημι. Μάνην δὲ καὶ Καλλίαν παραμείναντας ἔτη τέτταρα ἐν τῷ κήπῳ καὶ συνεργασαμένους καὶ ἀναμαρτήτους γενομένους, ἀφίημι ἐλευθέρους. Τῶν δ' οἰκηματικῶν σκευῶν ἀποδόντας Πομπύλῳ ὅσα ἂν δοκῇ τοῖς ἐπιμεληταῖς καλῶς ἔχειν, τὰ λοιπὰ ἐξαργυρίσαι. Δίδωμι δὲ καὶ Καρίωνα Δημοτίμῳ. Δόνακα δὲ Νηλεῖ, Εὔβιον δ' ἀποδόσθαι. Δότω δ' Ἵππαρχος Καλλίνῳ τρισχιλίας δραχμάς. Μέλαντα δὲ καὶ Παγκρέοντα εἰ μὲν μὴ ἑωρῶμεν Ἵππαρχον καὶ ἡμῖν πρότερον χρείαν παρεσχημένον, καὶ νῦν ἐν τοῖς ἰδίοις μάλα νεναυαγηκότα, προσετάξαμεν ἂν μετὰ Μελάντος καὶ Παγκρέοντος ἐξάγειν αὐτά. ἐπειδὴ δὲ οὔτ' ἐκείνοις ἑωρῶμεν ῥᾴδιον ὄντα συνοικονομεῖν, λυσιτελέστερόν τε αὐτοῖς ὑπελαμβάνομεν εἶναι τεταγμένον τι λαβεῖν παρὰ Ἱππάρχου, δότω Ἵππαρχος Μελάντῃ καὶ Παγκρέοντι ἑκατέρῳ τάλαντον. διδόναι δ' Ἵππαρχον καὶ τοῖς ἐπιμεληταῖς εἰς τὰ ἀναλώματα τὰ ἐν τῇ διαθήκῃ γεγραμμένα κατὰ τοὺς ἑκάστου καιροὺς τῶν δαπανημάτων. οἰκονομήσαντα δὲ ταῦτα Ἵππαρχον ἀπηλλάχθαι τῶν συμβολαίων τῶν πρὸς ἐμὲ πάντων. Καὶ εἴ τι ἐπὶ τοῦ ἐμοῦ ὀνόματος συμβέβηκεν Ἵππαρχος ἐν Χαλκίδι, Ἱππάρχου τοῦτό ἐστιν. Ἐπιμεληταὶ δὲ ἔστωσαν τῶν ἐν τῇ διαθήκῃ γεγραμμένων, Ἵππαρχος, Νηλεύς, Στράτων, Καλλῖνος, Δημότιμος, Καλλισθένης, Κτήσαρχος. Αἱ διαθῆκαι κεῖνται ἀντίγραφα τῷ Θεοφράστου δακτυλίῳ σεσημασμέναι. μία μὲν παρὰ Ἡγησίᾳ Ἱππάρχου. Μάρτυρες Κάλλιππος Πελληνεύς, Φιλόμηλος Εὐωνυμεύς, Λύσανδρος Ὑβα-

-ρ...

ἐν Φιλίων ἀλωπεκῆθεν. τὴν δ' ἑτέραν ἔχει Ὀλυμπιόδωρος. Μάρτυρες δ' οἱ αὐτοί. τὴν δ' ἑτέραν ἔλαβεν Ἀδείμαντος. Ἀπήνεγκε δὲ Ἀνδροσθένης ὁ υἱός. μάρτυρες Ἀμύνιππος, Κλεόβουλος Λυσίστρατος Φείδωνος Θάσιος, Στράτων Ἀρχεσιλάου Λαμψακηνός, Θήσιππος Θησίππου ἐκ Κεραμέων, Διοσκουρίδης Διονυσίου, Ἐπικηφίσιος. Idem Diogenes Epicurum ita teſtatum refert. Κατὰ τάδε δίδωμι τὰ ἐμαυτοῦ πάντα, Ἀμυνομάχῳ Φιλοκράτους Βατῆθεν, καὶ Τιμοκράτει Δημητρίου Ποταμίῳ. Κατὰ τὴν ἐν τῷ Μητρῴῳ ἀναγεγραμμένην ἑκατέρῳ δόσιν. ἐφ' ᾧ τε τὸν κῆπον, καὶ τὰ προσόντα αὐτῷ, παρέξουσιν Ἑρμάχῳ Ἀγεμάρχου Μυτιληναίῳ, καὶ τοῖς συμφιλοσοφοῦσιν αὐτῷ. καὶ οἷς ἂν Ἕρμαχος καταλίπῃ διαδόχοις τῆς φιλοσοφίας ἐνδιατρίβειν κατὰ φιλοσοφίαν. καὶ ἀεὶ δὲ τοῖς φιλοσοφοῦσιν ἀφ' ἡμῶν. ὅπως ἂν συνδιασώσωσιν Ἀμυνομάχῳ καὶ Τιμοκράτει κατὰ τὸ δυνατὸν τὴν ἐν τῷ κήπῳ διατριβήν, παρακατατίθεμαι τοῖς τῶν αὐτῶν κληρονόμοις, ἐν ᾧ ἂν τρόπῳ ἀσφαλέστατον ᾖ. ὅπως ἂν κἀκεῖνοι διατηρῶσι τὸν κῆπον, καθάπερ καὶ αὐτοί, οἷς ἂν οἱ ἀπὸ ἡμῶν παραδιδῶσι. τὴν δὲ οἰκίαν τὴν ἐν Μελίτῃ παρεχέτωσαν Ἀμυνόμαχος καὶ Τιμοκράτης ἐνοικεῖν Ἑρμάχῳ καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ φιλοσοφοῦσιν, ἕως ἂν Ἕρμαχος ζῇ. ἐκ δὲ τῶν γινομένων προσόδων τῶν δεδομένων ἀφ' ἡμῶν Ἀμυνομάχῳ καὶ Τιμοκράτει κατὰ τὸ δυνατὸν μεριζέσθωσαν, μεθ' Ἑρμάχου σκοπούμενοι εἴς τε τὰ ἐναγίσματα τῷ τε πατρὶ καὶ τῇ μητρί, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ ἡμῖν εἰς τὴν εἰθισμένην ἄγεσθαι γενέθλιον ἡμέραν ἑκάστου ἔτους, τῇ προτέρᾳ δεκάτῃ τοῦ Γαμηλιῶνος, ὥσπερ καὶ εἰς τὴν γινομένην σύνοδον, ἑκάστου μηνὸς ταῖς εἰκάσι, τῶν συμφιλοσοφούντων ἡμῖν εἰς τὴν ἡμῶν τε καὶ Μητροδώρου κατατεταγμένην. συντελείτωσαν δὲ καὶ τὴν Πολυαίνου τοῦ Μεταγειτνιῶνος. συντελείτωσαν δὲ καὶ τὴν τῶν ἀδελφῶν ἡμέραν, τοῦ Ποσειδεῶνος, καθάπερ καὶ ἡμεῖς. ἐπιμελείσθωσαν δὲ καὶ Ἀμυνόμαχος καὶ Τιμοκράτης, τοῦ υἱοῦ τοῦ Μητροδώρου Ἐπικούρου, καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ Πολυαίνου φιλοσοφούντων αὐτῶν, καὶ συζώντων μεθ' Ἑρμάχου. ὡσαύτως δὲ τῆς θυγατρὸς τῆς Μητροδώρου τὴν ἐπιμέλειαν ποιείσθωσαν. καὶ εἰς ἡλικίαν ἐλθοῦσαν, ἐκδότωσαν ᾧ ἂν Ἕρμαχος ἕληται τῶν φιλοσοφούντων μετ' αὐτοῦ, οὔσης αὐτῆς εὐτάκτου καὶ πειθαρχούσης Ἑρμάχῳ. διδότωσαν δὲ Ἀμυνόμαχος καὶ Τιμοκράτης ἐκ τῶν ὑπαρχουσῶν ἡμῖν προσόδων, εἰς τροφὴν τούτοις ὅτι ἂν αὐτοῖς κατ' ἐνιαυτὸν ἐπιδέχεσθαι δοκῇ, σκοπούμενοι μεθ' Ἑρμάχου. ποιείσθωσαν δὲ μεθ' ἑαυτῶν καὶ Ἕρμαχον κύριον τῶν προσόδων, ἵνα μετ' αὐτοῦ συγκαταγεγηρακότος ἡμῖν ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ καταλελειμμένου ἡγεμόνος τῶν συμφιλοσοφούντων ἡμῖν, ἕκαστα γίνηται. τὴν δὲ προῖκα τῷ θήλει παιδίῳ, ἐπειδὰν εἰς ἡλικίαν ἔλθῃ, μερισάτωσαν Ἀμυνόμαχος καὶ Τιμοκράτης, ὅσον ἂν ἐπιδέχηται ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων ἀφαιροῦντες μετὰ τῆς Ἑρμάχου γνώμης. ἐπιμελείσθωσαν δὲ καὶ Νικάνορος καθάπερ καὶ ἡμεῖς, ἵν' ὅσοι τῶν συμφιλοσοφούντων ἡμῖν χρείαν ἐν τοῖς ἰδίοις παρεσχημένοι, καὶ τὴν πᾶσαν οἰκειότητα ἐνδεδειγμένοι, συγκαταγηράσκειν μεθ' ἡμῶν προείλοντο ἐν φιλοσοφίᾳ, μηδενὸς τῶν κατεπειγόντων ἐνδεεῖς καθεστήκωσιν, ἐπὶ τὴν ἡμετέραν δύναμιν. δοῦναι δὲ τὰ βιβλία τὰ ὑπάρχοντα πάντα Ἑρμάχῳ. ἐὰν δέ τι τῶν ἀνθρωπίνων περὶ Ἕρμαχον γίνηται, πρὸ τοῦ τὰ Μητροδώρου παιδία εἰς ἡλικίαν ἐλθεῖν, δοῦναι Ἀμυνόμαχον καὶ Τιμοκράτην, ὅπως ἂν εὐτακτούντων αὐτῶν ἕκαστα γίνηται, τῶν ἀναγκαίων, κατὰ τὸ δυνατόν, ἀπὸ τῶν καταλελειμμένων ὑφ' ἡμῶν προσόδων. καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων ὧν συντετάχαμεν ἐπιμελείσθωσαν, ὅπως δὴ κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἕκαστα γίγνηται. ἀφίημι δὲ τῶν παίδων ἐλευθέρους ἡμῖν, Νικίαν, Λύκωνα, ἀφίημι δὲ καὶ Φαίδριον ἐλευθέραν. Ibidémque cum animã iam agentẽ, talẽ ad Idomeneũ Epiſtolã ſcripſiſſe memorat. Τὴν μακαρίαν ἄγοντες, ἅμα τελευτῶντες ἡμέραν τοῦ βίου, ἐγράφομεν ὑμῖν ταυτί. στραγγουρία τε παρηκολουθήκει καὶ δυσεντερικὰ πάθη, ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείποντα τοῦ ἐν ἑαυτοῖς μεγέθους. ἀντιπαρετάττετο δὲ πᾶσι τούτοις, τὸ κατὰ ψυχὴν χαῖρον, ἐπὶ τῇ τῶν γεγονότων ἡμῖν διαλογισμῶν μνήμῃ. σὺ δὲ ἀξίως τῆς ἐκ μειρακίου παραστάσεως πρὸς ἐμὲ καὶ φιλοσοφίαν, ἐπιμελοῦ τῶν παίδων Μητροδώρου.

Ex quo Epicuri Teſtamento Cicero capita quædam Latina fecit lib. II, de finib. Sic enim vno illius libri loco, de Epicuro loquens, *Tam accuratè*, ait, *támque diligenter caueat, & ſanciat*, VT AMYNOMACHVS ET TIMOCRATES HEREDES SVI, DE HERMACI SENTENTIA DENT, QVOD SATIS SIT AD DIEM AGENDVM NATALEM SVVM, QVOTANNIS, MENSÈ GAMELIONE. ITEMQVE OMNIBVS MENSIBVS, VICESIMO, DIE LVNÆ DENT AD EORVM EPVLAS QVI VNA SECVM PHILOSOPHATI SINT: VT ET SVI ET METRODORI MEMORIA COLATVR. Itẽ alio eiuſdẽ libri loco. *Audi, ne longè abeam, moriens quid dicat Epicurus, & intellige facta eius cum dictis diſcrepare.* EPICVRVS HERMACHO S. CVM AGEREMVS, *inquit*, VITÆ BEATVM, ET EVNDEM SVPREMVM DIEM, SCRIBEBAMVS HÆC. TANTI AVTEM MORBI ADERANT VESICÆ, ET VISCERVM, VT NIHIL AD EORVM MAGNITV-

MAGNITVDINEM POSSET ACCEDERE. *Ecce miſerum hominem, ſi dolor ſummum malum eſt. Dici aliter non poteſt; ſed audiamus ipſum.* COMPENSABATVR TAMEN, *inquit*, CVM HIS OMNIBVS, ANIMI LÆTITIA QVAM CAPIEBAM, EX MEMORIA RATIONVM, INVENTORVMQVE NOSTRORVM. SED TV, VT DIGNVM EST TVA ERGA ME ET ERGA PHILOSOPHIAM VOLVNTATE, AB ADOLESCENTIA SVSCEPTA, FAC VT METRODORI TVEARE LIBEROS.

Lyconis verò, vt idem Laërtius auctor eſt, Teſtamentum, his verbis conceptũ fuit. Τάδε διατίθεμαι περὶ τῶν κατ' ἐμαυτόν. Ἐὰν μὴ δυνηθῶ τὴν ἀρρωστίαν ταύτην ὑπενεγκεῖν τὰ μὲν ἐν οἴκῳ πάντα δίδωμι τοῖς ἀδελφοῖς Ἀστυάνακτι, καὶ Λύκωνι, καὶ οἶμαι δεῖν ἀπὸ τούτων ὅσα κατακέχρημαι Ἀθήνησι παρά τινος ἔχων ἢ ἐκπεπραχώς. καὶ ἃ ἂν εἰς τὴν ἐκφορὰν ἀναλωθῇ καὶ εἰς τἄλλα τὰ νομιζόμενα. Τὰ δὲ ἐν ἄστει καὶ ἐν Αἰγίνῃ δίδωμι Λύκωνι, διὰ καὶ τοὔνομα φέρειν ἡμῶν καὶ συνδιατετριφέναι πλείω χρόνον ἀρεστῶς πάνυ, καθάπερ δίκαιον ἦν τὸν υἱοῦ τάξιν ἐσχηκότα. τὸν δὲ περίπατον καταλείπω τῶν γνωρίμων τοῖς βουλομένοις, Βούλωνι, Καλλίνῳ, Ἀρίστωνι, Ἀμφίωνι, Λύκωνι, Πύθωνι, Ἀριστομάχῳ, Ἡρακλείῳ, Λύκωνι τῷ ἀδελφιδῷ. προστησάσθωσαν δ' αὐτοί, ὃν ἂν ὑπολαμβάνωσι διαμενεῖν ἐπὶ τοῦ πράγματος, καὶ συνέξειν μάλιστα δυνήσεσθαι. συγκατασκευαζέτωσαν δὲ καὶ οἱ λοιποὶ γνώριμοι, κἀμοῦ καὶ τοῦ τόπου χάριν. περὶ δὲ τῆς ἐκφορᾶς καὶ καύσεως ἐπιμεληθήτωσαν Βούλων καὶ Καλλῖνος μετὰ τῶν συνήθων, ὅπως μήτ' ἀνελεύθερος γένηται, μήτε περίεργος. τῶν δὲ ἐν Αἰγίνῃ μοι γενομένων μερῶν μετὰ τὴν ἐμὴν ἀπόλυσιν, καταχωρησάτω Λύκων τοῖς νεανίσκοις εἰς ἐλαιοχρηστίαν, ὅπως κἀμοῦ καὶ τοῦ τιμήσαντος ἐμὲ μνήμη γένηται, διὰ τῆς χρείας αὕτη ἡ προσήκουσα. καὶ ἀνδριάντα ἡμῶν ἀναθέτω. τὸν δὲ τόπον ὅπως ἁρμόττων ᾖ τὰ στάσεως ἐπιβλεψάτω καὶ συμπραγματευθήτω Διόφαντος καὶ Ἡρακλείδης Δημητρίου. ἀπὸ δὲ τῶν ἐν ἄστει, Λύκων ἀποδότω πᾶσι παρ' ὧν ἃ προείληφα μετὰ τὴν ἀποδημίαν τὴν ἐκείνου. παρακολουθοῦσι δὲ Βούλων καὶ Καλλῖνος, καὶ ἃ ἂν εἰς τὴν ἐκφορὰν ἀναλωθῇ, καὶ τὰ ἄλλα τὰ νομιζόμενα. Κομισάσθω δὲ ταῦτα ἀπὸ τῶν ἐν οἴκῳ κοινῇ καταλειπομένων ἀμφοτέροις ὑπ' ἐμοῦ. τιμησάτω δὲ καὶ τοὺς ἰατροὺς Πασίθεμιν καὶ Μειδίαν, ἀξίους ὄντας, καὶ διὰ τὴν ἐπιμέλειαν τὴν περὶ ἐμὲ καὶ τὴν τέχνην, καὶ μείζονος ἔτι τιμῆς. δίδωμι δὲ τῷ Καλλίνου παιδίῳ Θηρικλείων ζεῦγος, καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Ῥοδιακῶν ζεῦγος, ψιλοτάπιδα, ἀμφίταπιν, περίστρωμα, προσκεφάλαια δύο τὰ βέλτιστα τῶν καταλειπομένων, ὡς ἂν ἐφ' ὅσον ἂν ἥκῃ πρὸς τιμὴν καὶ τούτων φαινώμεθα μὴ ἀμνημονοῦντες. περὶ δὲ τῶν θεραπευόντων ἐμαυτὸν οὕτως ἐξάγω. Δημητρίῳ μὲν ἐλευθέρῳ πάλαι ὄντι ἀφίημι τὰ λύτρα, καὶ δίδωμι πέντε μνᾶς, καὶ ἱμάτιον καὶ χιτῶνα. ἵνα πολλὰ πεπονηκὼς μετ' ἐμοῦ βίον εὐσχήμονα ἔχῃ. Κρίτωνι δὲ Χαλκηδονίῳ καὶ τούτῳ τὰ λύτρα ἀφίημι καὶ δίδωμι τέτταρας μνᾶς. καὶ τὸν Μικρὸν ἀφίημι ἐλεύθερον. καὶ θρεψάτω Λύκων αὐτὸν καὶ παιδευσάτω ἀπὸ τοῦ νῦν χρόνου ἓξ ἔτη, καὶ Χάρητα ἀφίημι ἐλεύθερον, καὶ θρεψάτω Λύκων αὐτὸν καὶ δύο μνᾶς αὐτῷ δίδωμι. καὶ τὰ ἐμὰ βιβλία τὰ ἀνεγνωσμένα. τὰ ἀνέκδοτα Καλλίνῳ. ὅπως ἐπιμελῶς αὐτὰ ἐκδῷ. Δίδωμι δὲ καὶ Σύρῳ ἐλευθέρῳ ὄντι τέτταρας μνᾶς. καὶ τὴν Μηνοδώραν δίδωμι. καὶ εἴ τι μοι ὀφείλει, ἀφίημι αὐτόν. καὶ Ἱλαρᾷ πέντε μνᾶς καὶ ἀμφίταπιν, καὶ δύο προσκεφάλαια καὶ περίστρωμα καὶ κλίνην ἣν ἂν βούληται. ἀφίημι δὲ ἐλευθέραν καὶ τοῦ Μικροῦ μητέρα, καὶ Νοήμενα, καὶ Δίωνα καὶ Θέωνα, καὶ Εὐφράνορα, καὶ Ἑρμείαν. καὶ Ἀγάθωνα δύο ἔτη παραμείναντα ἀφεῖσθαι ἐλεύθερον, καὶ τοὺς φορεαφόρους, Ὠφελίωνα καὶ Ποσειδώνιον τέτταρα ἔτη παραμείναντας. δίδωμι καὶ Δημητρίῳ καὶ Κρίτωνι καὶ Σύρῳ κλίνην ἑκάστῳ καὶ στρώματα τῶν καταλειπομένων, ἃ ἂν φαίνηται Λύκωνι καλῶς ἔχειν. Ταῦτα ἔστω αὐτοῖς ἀποδείξασιν ὀρθῶς ἐφ' ἃ ἂν ἕκαστοι τεταγμένοι εἰσίν. Περὶ δὲ τῆς ταφῆς ἐάν τε αὐτοῦ βούληται Λύκων θάπτειν ἐάν τε ἐν οἴκῳ, οὕτω ποιείτω. πέπεισμαι γὰρ αὐτὸν οὐδὲν ἧττον ἐμοῦ συνορᾶν τὸ εὔσχημον. ταῦτα δὲ πάντα οἰκονομήσαντι κυρία ἔστω ἡ δόσις τῶν ἐνταῦθα, μάρτυρες Καλλῖνος Ἑρμιονεύς, Ἀρίστων Κεῖος, Εὐφρόνιος Παιανιεύς.

Ac nec Teſtamentorum formulis Gallia noſtra caruit. Namque vt ab aureis illis in ſequioris venæ ſeu metalli tempora præceps ruam, extat D. Remigij, Remenſis Archiepiſcopi, qui laudum ſuarum præconem egregium Sidonium Apollinarem æqualem ſuum Epiſt. vii. lib. ix. habet, elegans Teſtamentum, à me pridem ex Hincmari & Flodoardi ſcriniis, & ipſius Remenſis Eccleſiæ archiis deſcriptum verſione & nuper à Nicolao Querculo in Gallica Flodoardi, editum, quod cum propter prolixitatem adſcribere grauarer, cunctantē me amici impulerunt, exteris quoque nationibus, ad quas Gallici libri minus perueniunt, illius Teſtamenti copiam facere. Verba eius ſunt hæc.

IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI, GLORIA DEO, AMEN.

EGO REMIGIVS EPISCOPVS CIVITATIS REMORVM, SACERDOTII COMPOS, TESTAMENTVM MEVM CONDIDI IVRE PRÆTORIO, ATQVE ID CODICILORVM VICE VALERE PRÆCEPI, SI IVRIS ALIQVID VIDEBITVR DEFVISSE. QVANDOQVE EGO REMIGIVS EPISCOPVS DE HAC LVCE TRANSIERO, TV MIHI HERES ESTO SANCTA ET VENERABILIS ECCLESIA CATHOLICA VRBIS REMORVM. *Et tu fili fratris mei Lupe Epiſcope, quem præcipuo ſemper amore dilexi: Et tu nepos meus Agricola Presbyter, qui mihi obſequio tuo à pueritia placuiſti, in omni ſubſtantia mea, quæ mea ſorte obuenit antequam moriar: præter id quod vnicuique donauero, legauero, darive iuſſero, vel vnumquemque veſtrûm voluero habere præcipuum. Tu ſancta heres mea Remenſis Eccleſia, colonos quos in Portenſi habeo territorio, vel de paterna, maternáque ſubſtantia, vel quos cum fratre meo ſanctæ memoriæ Principio Epiſcopo commutaui, vel donatos habeo, poßidebis. Dagaredum, Profuturum, Prudentium, Tennaïcum, Maurilionem, Baudoleïfum, Prouinciolum, Nauiatenam, Lautam, Suffroniam Colonos, Amorinum quoque ſeruum tuo dominio vindicabis. Necnõ villas, agróſque quos poßideo in ſolo Portenſi, Tudiniacũ ſcilicet, & Balatoniũ, ſiue Plerinacum, & Vacculiacũ, vel quæcũque in eodem ſolo Portenſi qualibet authoritate poſſedi, integrè cum omnibus cãpis, pratis, paſcuis, ſiluis, ad te Teſtamenti huius authoritate reuocabis. Simili modo ſanctißima heres mea, quæcũque tibi à propinquis & amicis meis, in quocunque ſolo & territorio collata ſunt, ſicuti diſpoſuero in Prochiis, cœnobiis, martyriis, Diaconiis, Xenodochiis, omnibúſque Matriculis ſub tua ditione degentibus, ordinationem meam futuri ſucceſſores mei, ordinis ſui memores, ſicut egò prædeceſſorum meorũ, ita quoque inconuulſè, & abſque vlla refragatione ſeruabunt. Ex quibus Celtus, quem per manum meam Celſa ſobrina mea tibi tradidit, & Huldriciaca villa, quam Huldericus Comes, & loco vbi oſſa mea ſancti fratres & Coëpiſcopi diœceſeos tuæ ponenda elegerint, integumentis deſeruiant. Sitque locus ille ſucceſſoribus meis Remorum Epiſcopis peculiariter proprius, & in alimoniis ibidem Deo militantium, vicus ex proprio, in Portenſi, & Villanis quoque ex Epiſcopio in Remenſi, deſeruiant. Blandibacius villa in Portenſi, quam à cohæredibus meis Benedicto & Hilario, datis pretiis emi de theſauro Eccleſiæ, & Albiniacus ex Epiſcopio, in alimoniis Clericorum Remenſis Eccleſiæ communiter deputentur. Quibus etiam Berna ex Epiſcopio, quæ prædeceſſoribus meis peculiaris eſſe ſolebat, cum duabus villis, quas Ludouicus à me ſacro baptiſmatis fõte ſuſceptus, amore nominis mei, Piſcofesheim ſua lingua vocatis, mihi tradidit, ſiue cum Coſlo & Gleni, vel omnibus ſiluis, pratis, paſcuis, quæcunque in Voſago infra, circùm & extra, tam vltra, quàm citra Rhenum pretio dato comparaui, picem annuatim miniſtret, cunctíſque locis regularibus tam à me, quàm anteceſſoribus meis ordinatis, ſiue in futuro ab Epiſcopis ſucceſſoribus meis ordinandis, pro neceßitate locorum ad vaſcula vinaria componenda annuatim diſtribuat. Cruſciniacum verò & Faram ſiue villas, quas ſanctißima virgo Chriſti Genoueſa, à Rege Chriſtianißimo Ludouico, pro cõpendio itineris ſui, cùm Remenſem Eccleſiam ſæpißimè viſitare ſoleret, adipiſci promeruit, alimoniíſque ibidem Deo famulantium deputauit, ſicut ab ea ordinatum eſt, ita confirmo, vt Cruſciniacus futuri Epiſcopi ſucceſſoris mei obſequiis, & ſartatectis principalis Eccleſiæ deputetur. Faram verò eidẽ Epiſcopo, & ſartis tectis Eccleſiæ vbi iacuero, perpetualiter ſeruire iubeo. Sparnacus villa, quam datis quinque milia libris argenti ab Eulogio comparaui, tua (ſanctißima heres mea) non extraneorum heredũ meorum eſſe cernitur: eò quòd cùm criminis accuſatione regiæ maieſtatis idẽ teneretur obnoxius, & ſe minimè purgare poſſet, non ſolùm ne occideretur, dato iam dicto pretio de theſauris tuis, ſed ne pecunia eius publicaretur, vnà tecum obtinui. Et ideò vt præfata Sparnacus perpetualiter tibi ad reſtituendum theſaurum, ſtipendiíſque tui Pontificis deſeruiat, liberali ſanctione firmaui. Duodeciacus verò ſicut à Hlodouualdo nobilißimæ indolis puero cõfirmatũ eſt, tibi heres mea perpetuò famuletur. Villas quas mihi Domnus, illuſtríſque memoriæ Hludouicus Rex, quẽ de ſacro baptiſmatis fõte ſuſcepi, cùm adhuc Paganus Deũ ignoraret, ad propriũ tradidit, locis pauperibus deputaui: ne fortè, cùm eſſet infidelis, cupidũ terrenarum rerum me arbitrari poſſet, & non pôtiùs ſuæ ſalutem animæ, quàm exteriora ab ipſo bona requirere. Quod admiratus, intercedere me pro quibuſcũque neceßitatẽ patientibus, & fidelis, & ante fidem, benignè, liberalitérque conceßit. Et quia ex omnibus Epiſcopis Galliarum, pro fide & conuocatione Francorum potißimùm me laborare cognouit, dedit mihi Deus tã-*

tam

tam gratiã in conſpectu eius, virtúſque diuina, quæ per ſpiritum ſanctum me peccatorem plurima ſigna ad ſalutem præfatæ gentis Francorum operari fecit, vt non ſolùm ablata omnibus Eccleſiis regni Francorum reſtitueret, ſed etiam de proprio, gratuita bonitate, plurimas ditaret Eccleſias. Neque prius de regno eius, quantum paſſus eſt pedis, Eccleſiæ Remorum iungere volui, donec vt hoc omnibus Eccleſiis adimpleret, obtinui. Sed neque poſt eius Baptiſmum, niſi Codiciacum & Iuliacum, ſuper quibus iam dictus puer ſanctiſſimus & vnanimis mihi Hlodouualdus, & incolæ loci illius multiplicibus xeniis grauati obnixè deprecantes, quod Regi debebant, Eccleſiæ meæ ſoluendũ, me petere compulerunt. Quod idem piiſſimus Rex & gratanter accipiens, promptiſſima voluntate largitus eſt: vſibúſque tuis (ſanctiſſima heres mea) iuxta eiuſdem piiſſimi datoris præceptum, Epiſcopali authoritate firmaui Res etiam, quas ſæpedictus Rex, piiſſimúſque Princeps tibi in Septimania & Aquitania conceſſit, & eas quas in Prouincia Benedictus quidam (cuius filiam mihi ab Alarico miſſam, gratia ſancti Spiritus, per impoſitionem manus meæ peccatricis, non ſolùm à diabolicæ fraudis vinculo, ſed ab inferis reuocauit) ad vſum luminis tui, & loci vbi corpus meum iacuerit, continuatim deſeruire præcipio, villáſque in Auſtria, ſiue Toringia. Futuro Epiſcopo ſucceſſori meo amphibalum album paſchalem relinquo: Stragula columbina duo, vela tria, quæ ſunt ad oſtia, diebus feſtis, triclinij, cellæ, & culinæ. Vas argenteum triginta, & aliud decem & octo librarum inter te, heres mea, & Diœceſim tuam Eccleſiam Laudunenſem, factis patenis atque calicibus ad miniſterium ſacroſanctum, prout volui, Deo annuente, diſtribui. Aliud argenteum vas decem librarũ, quod mihi ſæpe nominatus Dominus inluſtríſque memoriæ Hludouicus Rex, quem (vt prædixi) de ſacro baptiſmatis fonte ſuſcepi, donare dignatus eſt, vt de eo facerem quod ipſe voluiſſem, tibi heredi meæ Eccleſiæ ſuprà memoratæ iubeo thuribulum, & imaginatum calicem fabricari: & Epigrammata quæ Lauduni in argenteo ipſe dictaui, in hoc quoque conſcribi volo. Quod faciã per me, ſi habuero ſpatium vitæ. Sin antè clauſero vltimum diem, tu fili fratris mei Lupe Epiſcope, ſpecies antedictas tui ordinis memor efficias. Compresbyteris meis & Diaconibus, qui ſunt Remis, viginti quinque ſolidos æqualiter diuidendos in commune dimitto. Vitis plantam ſuper vineam meã ad ſuburbanũ poſitam, ſimili modo communiter poſſidebunt cum Melanio vinitore, quem do in loco Eccleſiaſtici hominis Albouichi, vt Albouichus libertate pleniſſima perfruatur. Subdiaconibus ſolidos duodecim. Lectoribus, Hoſtiariis, & iunioribus ſolidos octo iubeo dari. Pauperibus duodecim in matricula poſitis, ante fores Eccleſiæ expectantibus ſtipem, duo ſolidi, vnde ſe reficiant, inferentur: quibus Corcellum villam dudum deſeruire præcepi. Aliis pauperibus triſ[?]*us, vbi fratres quotidie pedes lauare debent, quibus etiam Balatoforum (quod Xenodochion) ad hoc miniſteriũ ſtatui. ſolidus vnus dabitur. Viduis quadraginta in porticu Eccleſiæ alimoniam præſtolantibus, quibus de decimis villarum Colmiſciaco, Teſſiaco, Noua-villa ſtipendia miniſtrabantur, ſuperaddo de villa Huldriciaca ſuperius memorata, eis in perpetuum ſtipendia inferre, & tres ſolidos, & denarios quatuor dari iubeo. Eccleſiæ S. Victoris ad portam Sueſſionicam, ſolidos duos: Eccleſiæ S. Martini ad portam Collatitiam, ſolidos duos. Eccleſiæ S. Hilarij ad portam Martis, ſolidos duos. Eccleſiæ Sanctorum Criſpini & Criſpiniani ad portam Treuericam, ſolidos duos. Eccleſiæ S. Petri infrà vrbem, quæ Curtis Dominica dicitur, ſolidos duos. Eccleſiæ, quam in honore omnium Martyrũ, ſupra ſcriptam Remorum ædificaui, cùm per auxilium virtutis Dei ab igne dæmonis penè iam totã vrbem concrematã eripui, ſolidos duos. Eccleſiæ, quam pro eodẽ ſigno virtutis Dei in honore S. Martini & omnium Confeſſorum infrà vrbem ædificaui, ſolidos duos. Diaconiæ infra vrbem, quæ dicitur ad Apoſtolos, ſolidos duos. Titulo S. Mauricij in via Cæſarea, ſolidos duos. Eccleſiæ Iouinianæ tituli beati Agricolæ, vbi ipſe vir Chriſtianiſſimus Iouinus, & S. Martyr Nicaſius cum plurimis ſocietatis ſuæ Chriſti martyribus requieſcunt, vbi etiam quinque Confeſſores proximi anteceſſores domni Nicaſij, cum ſanctiſſima virgine & martyre Eutropia conditi ſunt, ſolidos tres Eidem quoque Eccleſiæ proprium quod fuerat Iouini in ſolo Sueſſionico, cum Eccleſia beati Michaëlis rebus ſuperioribus addidi. Eccleſiæ ſanctorum Martyrum Timothei & Apollinaris, vbi etiam Domino dante, ſi fratribus & filiis meis Epiſcopis diœceſeos noſtræ viſum fuerit, oſſa mea ponere diſpoſui, ſolidos quatuor. Eccleſiæ S. Ioannis, vbi virtus Chriſti me orante filiam Benedicti ſuſcitauit, ſolidos duos. Eccleſiæ S. Sixti, vbi cum tribus ſucceſſoribus ſuis requieſcit, ſolidos tres, cui etiam de proprio meo Plebeias ſupra Matronam adiunxi. Eccleſiæ S. Martini in eodem ſolo ſanctæ Remenſis Eccleſiæ poſitæ, ſolidos duos. Eccleſiæ S. Chriſtofori, ſolidos duos. Eccleſiæ S. Germani, quàm ipſe in ſolo Remenſi ædificaui, ſolidos duos. Eccleſiæ ſanctorum Martyrum Coſmæ & Da-*

miani in præfatæ matris ſolo poſitæ, ſolidos duos. Matriculæ ſanctæ Mariæ, quæ dicitur Xenodochion, vbi duodecim pauperes ſtipem expectant, ſolidus dabitur. Quam denique matriculam loco vbicunque fratribus meis & filijs oſſa mea ponere placuerit, perſeuerare præcipio: vt diu noctúque pro peccatis atque criminibus meis Dominum deprecentur, de proprio hereditatis meæ iure, rebus quas Anteceſſores mei in eorum ſtipendiis Domino dederunt, ſuperaddo etiam villam Scladronam, & villam S. Stephani, & quidquid in villa Herimundi mihi per ſucceſſionem euenit. Quod verò pretio ibidem comparaui, Eccleſiæ S. Quintini Martyris iamdiu delegaui. De iam dicto Vaculiaco Frunimium, Dagaleïfum, Dagaredum, Ductionem, Baudomicum, Vdulfum, Vinoſeifam, liberos eſſe præcipio. Tenaredus qui de ingenua naſcitur matre, ſtatu libertatis vtatur. Tu verò fili fratris mei Lupe Epiſcope, tuo dominio vindicabis Niſaſtem, & matrem ſuam Nuicam. Vineam quoque, quam Enias vinitor colit, Eniam & Monulfum eius filiū iuniorē, iubeo libertate perfrui. Melloſicum porcariū, & Paſchaſidem coniugē ſuam, Vernuiuanū cum filiis ſuis, excepto Vvidragaſio, cui tribui libertatem, tuo iuri deputabis. Seruū meum de Ceſurnico, tuū eſſe præcipio. Agrorum partē ad te, quam frater meus Principius Epiſcopus tenuit, cum ſiluis, pratis, paſcuis, reuocabis. Seruū meum quem Mellonicus tenuit Viteredum, tibi derelinquo. Teneurſolum, Capalinū, & vxorem ſuam Theodoroſenam, tuo iuri dominióque tranſcribo. Teudonima quoque ex mea præceptione ſit libera. Edoneifam, quæ homini tuo ſociata fuit, & eius cognationē retinebis. Vxorē Aregildi, & cognationē ſuam ingenuos eſſe iubeo. Partem meam de prato quod Lauduni iuxta vos habeo, ad imitatem montium poſito, & quæ Iouis ſunt pratella quæ tenui, ad te reuocabis. Labrinacum tibi, vbi oſſa genitricis meæ poſui, cum præfixis terminis deputaui. Tibi autem nepos meus Agricola Presbyter, qui intra domeſticos parietes meos exegiſti pueritiam tuam, trado atque tranſcribo Merumvaſtem ſeruum, & vxorem ſuam Meratenam, & eorum filium nomine Marcouicum. Eius fratrem Medouicum iubeo eſſe liberū. Amanſium & vxorem ſuam tibimet derelinquo. Eorū filiā eſſe præcipio liberam Daſoundam. Alaricum ſeruum tuæ deputo portioni, cuius vxorem, quam redemi & manumiſi, commendo ingenuam defendendam. Bebrimodum, & vxorem eius Moram tuo dominio vindicabis. Eorum filius Monacharius gratulabitur beneficio libertatis. Mellaricum & vxorem ſuam Placidiam ad tuum dominium reuocabis. Medaridus eorum filius ſit libertus. Vineam quam Mellaricus Lauduni facit, tibi dono: Brittobaudem ſeruum meum, necnon etiam Giberricum: Vineam quam Bebrimodus facit, tibi eatenus derelinquo, vt diebus feſtis, & omnibus diebus Dominicis, ſacris altaribus mea inde offeratur oblatio: atque annua cōuiuia Remenſibus Presbyteris & Diaconibus præbeantur. Delegóque nepoti meo Prætextato Moderato Tortionem, Marcouicum, Innocentium ſeruum, quem accepi à Profuturo originario meo, Coclearia quatuor de maioribus, acetabulum, Lacernam quam mihi Tribunus Friaredus dedit, & argenteam Cambutam figuratam filiolo illius Paronio. Acetabulum & tria coclearia, & caſulam cuius fimbrias commutaui. Remigiæ Coclearia tria, quæ meo ſunt nomine titulata: mantile ipſius quod habeo feriale tranſcribo. Hichinaculum quoque dono illi, de quo Gondebodo dixi. Delegóque benedictæ filiæ meæ Hilariæ Diaconæ ancillam nomine Nocam, & vitium pedaturam, quæ ſuæ iungitur vineæ, quam Catuſio facit, dono: & partem meam de Talpuſciaco trāſcribo pro obſequiis, quæ mihi indeſinenter impendit. Aëtio nepoti meo partem meam de Ceſurnico, quæ mihi ſorte diuiſionis obuenit, cum omni iure quod tenui & poſſedi: Ambroſium quoque puerum ad ius illius, dominiúmque tranſmitto. Vitalem colonum, liberum eſſe iubeo, & familiam ſuam ad nepotem meum Agathimerum pertinere: cui vineam dono, quam poſui Vindoniſſæ, & meo labore conſtitui, ſub ea condicione, vt à patribus ſuis omnibus diebus feſtis ac Dominicis, pro commemoratione mea, ſacris altaribus offeratur oblatio: & Laudunenſibus Presbyteris atque Diaconibus annua conuiuia præbeantur. Dono Eccleſiæ Laudunenſi ex villis quas mihi ſanctæ recordationis præfatus Rex Hludouicus dedit duas, Aniſiacū, ſolidóſque octodecim, quos Presbyteri & Diacòni æquali diuiſione inter ſe diſtribuant. Partem meam de Secia ex integro ad ſe reuocet Eccleſia Laudunenſis, & Lauſcitam, quam mihi chariſſima filia & ſoror mea, virgóque (vt credo) Chriſti ſanctiſſima Genouefa in vſibus pauperum Chriſti tibi dandam ad integrum delegauit. Cōmendo ſanctitati tuæ (fili fratris mei Lupe Epiſcope) ex præfatis villis, quos libertos eſſe percupio, Caſtuſionem, & Aulietenam coniugem ſuam: Nonnionem qui meam vineam facit, Sonnoneifam, quam captiuam redemi, bonis parentibus natam, & eius filium Leuberedum, Mellaridum & Mellatenam, Vaſantem, Cocum, Cæſariam, Dagaraſenam, & Baudoroſenam Leonis neptem, &

Marcoleiſum filium Totnonis, hos totos (fili fratris mei Lupe Epiſcope) ſacerdotali auctoritate liberos defenſabis. Tibi autem heredi, meæ Eccleſiæ, Flauianum & vxorem ſuam Sparagildem dono. Eorum filiolam paruulam Flauaraſenam, liberam eſſe conſtitui. Fedamiam vxorem Melani, & eorum paruulam Remenſes presbyteri & diaconi poſsidebunt. Ciſpiciolum colonum liberum eſſe præcipio, & eius familiam ad nepotem meum Ætium pertinere: ad vtrunque, id eſt, ad Ætium & Agathimerum peruenire colonicam Paſsiacum. Pronepti meæ Prætextatæ dono Modoreſenam. Profuturo Leudocharium puerum trado. Profuturæ dari iubeo Leudoneram. Laudunenſibus Subdiaconibus, Lectoribus, Oſtiarijs, & Iunioribus quatuor ſolidos derelinquo. Pauperibus in matricula poſitis ſolidus dabitur ad eorum refectionem. Delegóque ex dato præfati Principis, Saluonarias ſupra Moram: & decem ſolidos Eccleſiæ Sueſsionicæ pro commemoratione nominis mei. Nam Sablonarias ſupra Matronam heredibus meis deputaui. Catalaunenſi Eccleſiæ ex dono ſæpe dicti filij mei, Gellonos ſupra Matronam, & decem ſolidos. Eccleſiæ S. Memmij, Faſcinarias ex dono præſcripti Principis, & ſolidos octo. Moſomagenſi, ſolidos quinque. Vongenſi, agrum apud officinam molinarum, quæ ibi eſt conſtituta. Catarigenſi Eccleſiæ ſolidos quatuor, totidemque Portenſi pro commemoratione mei nominis inferentur. Eccleſiæ Attrebatenſi, cui, Domino annuente, Vedaſtum fratrem meum chariſsimum Epiſcopum conſecraui, ex dono iam dicti Principis villas duas in alimonijs Clericorum deputaui, Orcos videlicet, & Sabucetum: quibus etiam pro memoria nominis mei ſolidos viginti dari iubeo. Vrſi Archidiaconi familiaribus vſus obſequiis, dono ei domitextilis caſulam ſubtilem, & aliam pleniorem, duo ſaga delicata, Tapete quod habeo in lecto, & tunicam quam temporo tranſitus mei reliquero meliorem. Heredes mei Lupe Epiſcope, & Agricola Presbyter, porcos meos inter vos æqualiter diuidetis. Friaredus, quem ne occideretur, quatuordecim ſolidis comparaui, duos conceſſos habeat. Duodecim det ad Baſilicæ Domnorum Martyrum Timothei & Apollinaris cameram faciendam. HÆC ITA DO, ITA LEGO, ITA TESTOR. CETERI OMNES EXHEREDES ESTOTE, SVNTOTE. HVIC AVTEM TESTAMENTO MEO DOLVS MALVS ABEST, ABERITQVE: IN QVO SI QVA LITVRA, VEL CARAXATVRA FVERIT INVENTA, FACTA EST ME PRÆSENTE, DVM A ME RELEGITVR ET EMENDATVR. *Neque ei duo priora Teſtamenta, primum quod ante quatuordecim, & alterum quod ante ſeptem condidi annos, obſiſtere, obuiare, aut vllatenus nocere poterunt: eò quòd quicquid in ipſis continebatur, in preſentia fratrum meorum, hîc inſerta, & quæ deerant adiuncta: inſuper & quæ Dominus mihi largiri in poſtmodum dignatus eſt, superaddita noſcuntur. Sed inconuulſum & incontaminatum præſens hoc condidi teſtamentum, à fratribus meis, ſucceſſoribus videlicet Remorum Epiſcopis, conſeruandum A Regibus quoque Francorum, filiis ſcilicet meis chariſsimis, quos per Baptiſmum Ieſu Chriſti dono & gratia ſpiritus ſancti cooperante, Domino conſecraui, vbique defenſum atque protectum contra omnia, & in omnibus, inuiolabilem perpetuámque ſemper obtineat firmitatem. Et ſiquis in ordine Clericali à Presbytero vſque ad Tonſum contradicere, aut obuiare ei præſumpſerit, & correptus à ſucceſſore meo ſatisfacere neglexerit, conuocatis ex vicinioribus locis Remorum diœceſeos tribus Epiſcopis, deponatur à gradu. Si verò (quod non opto, nec cupio, ſed neque ſpero) ſucceſſor quilibet mihi in hac ſede Remorum Epiſcopus, execrabili cupiditate ductus, res præfatas, ſicut à me authore Domino Ieſu Chriſto, ad illius honorem, & eius pauperum conſolationem ordinatæ ſunt, aliorſum diſtrahere, immutare, commutare, ſeu quolibet obtentu in vſus laïcorum, beneficij gratia dare, aut à quolibet datas, fauere, aut conſentire præſumpſerit, conuocatis totius diœceſeos Remorum Epiſcopis, Presbyteriſque ac Diaconibus, necnon & ex filiis meis chariſsimis Francis religioſis quàm plurimis, reatus ſui pœnam, priuatione ſui Epiſcopatus perſoluat: & nequaquam vltrà, recuperationem gradus amiſsi, in hoc ſeculo promerebitur. Quicunque verò ex laïco habitu à nobis ſtatuta paruipendens, ſibique fauens, quæ pauperibus Eccleſiæ attributa ſunt, abuti, aut vſurpare quolibet obtentu præſumpſerit, pari ſimul perpetuáque damnatione, alienator, petitor, dator, acceptor, peruaſor, Anathematis vinculo ab Eccleſia catholica ſeiungantur, donec valeant, deo miſerante, condignæ ſatisfactionis emendatione indulgentiam promereri. Sin autem in hoc perſeuerare, cuiuſcunque donationis occaſione, quilibet delegerit, ſpes ei præſentis ac futuræ reſtitutionis à ſucceſſore meo, Remorum ſcilicet Epiſcopo, omnimodis auferatur. Generi tantummodo Regio, quod ad honorem ſanctæ Eccleſiæ, defenſionem pauperum, vnà cum fratribus meis & coëpiſcopis omnibus Germaniæ, Galliæ, atque*

Neuſtriæ in regiæ maieſtatis culmen perpetuò regnaturum ſtatuens elegi, baptizaui, à fonte ſacro ſuſcepi, donóque ſeptiformis ſpiritus conſignaui, & per eiuſdem ſacri chriſmatis vnctionem ordinato in Regem, parcent, ſtatuo, Vt ſi aliquando genus illud regium per benedictionem meam toties Domino conſecratum, mala pro bonis reddens, Eccleſiarum Dei peruaſor, deſtructor, depopulator grauis aut contrarius exiſtere voluerit, conuocatis Remorum diœceſeos Epiſcopis, primùm moneatur: deinde vrbe præſata adiuncta ſibi ſorore Eccleſia Treuerenſi, iterum conueniatur. Tertiò vero, Archepiſcopis tantummodo Galliarum tribus aut quatuor conuocatis, Princeps ille, quicunque fuerit, moneatur: ita vt ad ſeptimam monitionem, ſi priùs ſatisfacere renuerit, paternæ pietatis longanimitate differatur. Tandemque ſi poſtpoſitis omnibus præſatis benedictionibus, incorrigibilis contumaciæ ſpiritum non depoſuerit, & ſe per omnia Deo ſubdi nolens, benedictionibus Eccleſiæ participare noluerit, elogium ſegregationis à corpore Chriſti, ab omnibus ei porrigatur, quod per Prophetã & Regẽ Dauid longè antè eodẽ qui in Epiſcopis eſt, dictãte ſancto Spiritu, noſcitur decantatum: Quia perſecutus eſt (inquit) hominem inopem, & mendicum, & cõpunctum corde, & non eſt recordatus facere miſericordiam, & dilexit maledictionem, & veniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo: Totúmque ei quod in perſona Iudæ traditoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, & malignorũ Epiſcoporũ Eccleſia decantare ſolet, per ſingulas ei decãtetur Eccleſias Quia Dominus dixit, Quandiu feciſtis ex minimis meis, mihi feciſtis: & quãdiu non feciſtis, nec mihi feciſtis. Et ideo quod probatur in capite, in membris intelligendum eſſe non dubitetur. Vnũ tantũmodo ibi verbum per interpoſitionẽ cõmutetur: Fiant dies eius pauci, & principatum eius accipiat alter. Quod vtique ſi ſucceſſores mei Remorum Archiepiſcopi, operari ſicut à me ordinatum eſt, neglexerint, in ſe quicquid in Principibus reſecandum fuerat, maledictionibus deprauati reperiant: vt fiant dies eorum pauci, & Epiſcopatum eorum accipiat alter. Si verò Dominus meus Ieſus Chriſtus vocem orationis meæ, quam quotidie pro genere illo in conſpectu diuinæ maieſtatis ſpecialiter fundo, audire dignatus fuerit, vt ſicut à me accepit, ita in diſpoſitione regni & ordinatione ſãctæ Dei Eccleſiæ perſeueret, benedictionibus quas ſpiritus ſanctus per manũ meam peccatricem ſuper caput eius infudit, plurimæ ſuper caput illius per eundem ſpiritum ſanctum ſuperaddantur: & ex ipſo Reges & Imperatores procedant, qui in præſenti & in futuro, iuxta voluntatem Domini ad augmentum ſanctæ ſuæ Eccleſiæ, virtute eiuſdem, in iudicio & iuſtitia confirmati & corroborati, regnum obtinere atque augere quotidie valeant: & in domo Dauid, hoc eſt in cæleſti Hieruſalem, cum Domino in æternum regnaturi, ſublimari mereantur, Amen. Peractum Remis, die & Conſule ſupradicto, intercedentibus & medijs ſignatoribus: EGO REMIGIVS EPISCOPVS TESTAMENTVM MEVM RELEGI, SIGNAVI, SVBSCRIPSI: *& in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti (deo adiuuante) compleui. Vedaſtus Epiſcopus, Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi: & cui benedixit, benedixi: interfui quoque, & ſubſcripſi. Genebaudus Epiſcopus, Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi: & cui benedixit, benedixi: interfui quoque, atque ſubſcripſi. Medardus Epiſcopus, Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi: & cui benedixit, benedixi: interfui quoque, atque ſubſcripſi. Lupus Epiſcopus, Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi: & cui benedixit, benedixi: interfui quoque, atque ſubſcripſi. Benedictus Epiſcopus, Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi: & cui benedixit, benedixi: interfui quoque, atque ſubſcripſi. Eulogius Epiſcopus, Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi: & cui benedixit, benedixi: interfui quoque, atque ſubſcripſi. Agricola Presbyter, Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi: & cui benedixit, benedixi: interfui quoque, atque ſubſcripſi. Theodonius Presbyter, Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi: & cui benedixit, benedixi: interfui quoque, atque ſubſcripſi. Celſinus Presbyter, Cui pater meus Remigius maledixit, maledixi: & cui benedixit, benedixi: interfui quoque, atque ſubſcripſi. Papolus interfui atque ſubſcripſi. Eulodius interfui & ſubſcripſi. Euſebius interfui & ſubſcripſi. Ruſticolus interfui & ſignaui. Eutropius interfui & ſignaui. Dauveus interfui & ſignaui. Poſt conditum Teſtamentum, immò ſignatum, occurrit ſenſibus meis, vt Baſilicæ Domnorum martyrum Timothei & Apollinaris Miſſorium argenteum ſex librarum ibi deputem, vt ex eo ſedes futura meorum oſſium componatur.*

Proferam & aliud æquè gentis noſtræ, eiuſdemque ferè ſæculi & ſtyli, nec diuerſi argumenti Teſtamentum, à me in vetuſtis ſchedis quas mihi Cruceus noſter vtendas dedit, repertum. Eiuſmodi namque manuſcriptas, & vel fugientibus literis & interdũ

prope

prope ad internecionem deletis literis exaratas membranas, ab ineunte ætate curioſè inueſtigaſſe, & etiamdum, prout ſors fert, non ſine tædio & tẽporis, in his otij anguſtiis, iactura, euoluere me non inficior. Nec vero huius me operæ pœniter, vt qui à Virgilio didicerim aurum ex ſtercore colligendum eſſe, & à Plinio acceperim nullum tam malum auctorem eſſe, qui non aliqua ſui parte prodeſſe poſſit: ſed nec quidquam lego quod non excerpam. Hac ſalebroſa licet via, ad vetuſtatis cognitionem gradiendũ eſt: & multum & multa legere iuuat: Ac vel iniucũdorum librorum moleſtia his qui optatam curſu contingere metam ſtudent, deuoranda eſt: cum nullus tam grauis, lectionis cibus ſit, qui non ſtudioſi ſtomachi calore concoquatur. Teſtamentũ autem cuius præconium facio, Hadoindi eſt Cenomannicæ vrbis Epiſcopi, in hæc verba.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, ET SPIRITVS SANCTI, VIII. ID. FEBRVAR. IN ANNO V. REGNANTE GLORIOSISSIMO CLODOVEO REGE. EGO HADOINDVS ACSI INDIGNVS TAMETSI PECCATOR, EPISCOPVS SANCTÆ DEI ECCLESIÆ CENOMANNIS CIVITATIS, *ſanus, Deo propitio, mente & corpore, ſanóque conſilio, metuens caſum humanæ fragilitatis, Teſtamentum condidi, eúmque Cadulro diacono ſcribendum dictaui.* QVOD TESTAMENTVM MEVM SI QVO CASV IVRE CIVILI AVT PRÆTORIO, VEL ALICVIVS NOVÆ LEGIS, INTERVENTV VALERE NEQVIVERIT, AC SI AB INTESTATO, AD VICEM CODICILLORVM VALERE ID VOLO, ET VALEAT. *Itaque, ſi quando ego Hadoindus ſupraſcriptus Epiſcopus è rebus humanis exceſſero, & debitum venturi temporis compleuero, tũc tu ſacroſancta Eccleſia venerabilis* HERES MEA ESTO, *heredemque meã te eſſe conſtituo: ita vt vbicumque aliquid per hoc Teſtamentum meum dedero, legauero, dareque iuſſero, id vt detur, fiat, præſtetur, fidei tuæ heres mea committo. Dono tibi ſancta ac venerabilis mater Eccleſia Cenomannica in honore ſanctæ Mariæ, & domni Geruaſii & Prothaſii Martyrũ, villam iuris mei, cuius vocabulum appellatur Auſa, quam datis rebus proprijs meis comparaui cum domibus ædificiis, mancipiis, vineis, ſiluis, pratis & paſcuis, quantumcumque in ea loca aſpicere videtur, cum colonis, & integro termino ſuo ad ius & dominationem veſtram reuocetur perpetualiter poſſidendum. Similiter Baſilica domni Victurij vbi ipſe dominus requieſcere dinoſcitur, & ſi meruero, inibi ſepulturam habere deſidero, dono tibi villam nuncupatã Aceruco, quam dato pretio comparaui, cùm domibus, mancipiis, vineis, ſiluis pratis & paſcuis, exceptis his quos pro animæ meæ remedio ingenuos fieri præcepi, totum & ad integrum præfata Baſilica poſt meum diſceſſum ſuæ poteſtatis faciat reuocare perpetua dominatione poſſidendum. Ea vero condicione dono ſanctæ Baſilicæ domni Petri & Pauli Apoſtolorum, quam domnus Bertichrannus quondam Epiſcopus Cenomannicæ ciuitatis ſuo opere ædificauit, villam proprietatis meæ Iſcomodiacum. ſitam in pago Belni quam data pecunia de Auſereno & genitrice ſua comparaui, vt hanc miniſtri eiuſdem poſt meum tranſitum teneant, poſſideant, & futuris facere cui voluerint, derelinquant. Similiter dono ipſi ſanctæ Baſilicæ domni Petri & Pauli Apoſtolorum villas quibus nomina ſunt, Taudiniaco, Martiniaco quam Lupus quondam per beneficium noſtrũ tenere viſus fuit. Hoc ſupradicta Baſilica poſt noſtrũ diſceſſum cum omni integritate quod ad ipſas villas aſpicere videtur, miniſtri noſtri iam dictæ Baſilicæ, de præſenti percipiant dominandum. Simili modo dono Baſilicæ ſancti Vincentij martyris quam Dumnolus ſanctæ recordationis Epiſcopus ſuo labore conſtruxit, villam iuris mei Pratellus, cum omni integritate, quantumcumque mihi Domnola viſa fuit habuiſſe. Simili modo dono Baſilicæ dõnæ & ſanctæ Mariæ, Aureono vicum quem Agobertus Abbas Diablentis ſimul ædificauit. Et Ionæ villam quæ fuit Sigulfi Presbyteri & quam fidelis noſter Chaddo per noſtrum beneficium habere videtur: pariter & manſionem ad prope ipſam Iona quam Lupus quondam tenuiſſe viſus fuit ipſi Chadoni volumus eſſe conceſſam: ſi tamen habuerit filios in eorum permaneat poteſtate. Et ſi quidem filios nõ habuerit, poſt ſuum tranſitum ad ius & dominationẽ domnæ Mariæ de Aureonenſi vico reuertatur perpetuis temporibus dominandum. Similiter villa Laſtemarico, quam ex munificentia noſtra ipſi fideli noſtro Chaddono defenſori noſtro conceſſimus, voluntas mea eſt, vt dum aduixerit, hoc vſu poſſideat: poſt eius vero diſceſſum cum omni re meliorata, vel ſuperpoſita, ſanctæ Baſilicæ Aureonenſi vico reuertatur. Similiter Vernicella cum omni iure & termino ſuo vel colonijs ad ſe pertinentibus, ad ipſam ſanctam Baſilicam proficiat in perpetuum. Et ſi a-*

ſiquis exinde epiſtolam quaſi à nobis factam protulerit, vacua & inanis permaneat. Et ita nobis conuenit, vt ſuperius intimare, vt quicumque facta noſtra de propinquis aut heredibus noſtris chartam aliquam quamuis bonorum hominum manu roboratam, vt cupiditas ſuadet, protulerit, vacua & inanis permaneat: & illam maledictionem percipiat vt ſuperius eſt comprehenſum. Villam Fontanas in pago Siluiacinenſe, filius & parens noſter Bodilo, dum ſuperſtes fuerit, locellum locum tempore vitæ ſuæ teneat ac poſſideat. In Chriſti nomine Hadoinus etſi peccator Epiſcopus hoc Teſtamentum quod ex deuotione fieri rogaui, RELEGI ET SVBSCRIPSI. *Roſindus ſubſcripſi. Berteghiſelus ſubſcripſi. Marſus ſubſcripſi. Auffrebertus ſubſcripſi. Saigrannus ſubſcripſi. Audobertus ſubſcripſi. Cadulfus ordinante domno Hadoindo Epiſcopo, hoc Teſtamentum redditus ſcripſi & ſubſcripſi.*

Magnificis in Chriſto & ſancta Eccleſia filiis Bodilono & Andranno Hadoindus Epiſcopus Rogo & ſupplico caritati veſtræ vt cum me dominus & creator omnium de hoc ſeculo migrare præceperit, Cenomannis ciuitate ire faciatis, & ibi Teſtamentum meum cum apertum fuerit vobis proſequentibus, apudque publica geſtu municipalibus faciatis allegare. Et quod vnicuique per ipſum Teſtamentum ſanctis quibus vel propinquis meis viſus ſum delegaſſe, veſtra diſpenſatione vnuſquiſque iuxta ipſam delegationem percipere valeat: & quicquid exinde egeritis, geſſeritis, ratum & firmiſſimum debeat permanere. Quod mandatum manu noſtra firmauimus, & petimus muniendum Cenomannis ciuitate in Chriſti nomine Hadoindus etſi peccator Epiſcopus hoc mandatum relegi & ſubſcripſi. Roſindus ſubſcripſi. Berteghiſelus ſub. Marſus ſub. Audo ſub. Auſtrebertus ſub. Defenſor ſub. Vrſimanus ſub. Sirannus Cadulfus diac. ordinante domno Hadoindo Epiſcopo hoc mandatum ſcripſit & ſubſcripſit.

Inueni & in iiſdẽ mẽbranis vetuſtius Berthichranni, eiuſdẽ Cenomannicæ ciuitatis Epiſcopi, Teſtamentum, ex cuius ima parte generale caput ſubiecisse contentus ero.

Subscriptio

SI QVÆ LITVRÆ, SI QVÆ CARAXATVRÆ, SI QVÆ LITTERÆ ADIECTÆ SVNT, VEL DETRACTÆ, EGO FECI, FIERIQVE IVSSI; DVM MEAM MIHI SÆPIVS PRÆLEGO VOLVNTATEM, ET OMNIA PER SINGVLA RECOGNOSCO, VEL EMENDO. VT LEX EDOCET SEPTEM VIRORVM HONESTORVM SVBSCRIPTIONIBVS ET SIGILLIS CREDIDI MVNIENDVM, ET PRO TOTIVS REI FIRMITATE ATQVE STIPVLATIONE ADNECTI PRÆCEPI. *Actum Cenomannis in ciuitate, die & anno ſuperius comprehenſo. Bertichrannus in Chriſti nomine ac ſi indignus Epiſcopus, Teſtamentum meum quod filio meo Ebboni notario ſcribendum dictaui, Relegi, & ſubſcripſi. Guntinus honoratus ſubſcripſi rogante domno Bertichranno. Dado rogante domno Bertochranno ſubſcripſi. Gaerinus rogante damno Bertichranno ſubſcripſi. Ibbolenus rogante dõno Bertichranno ſubſcripſi. Gaddo rogante domno Bertichranno ſubſcripſi. Hugo honoratus ſubſcripſi. Ego Ebbo notarius iubente domno meo Bertichranno Epiſcopo, & ipſo præſente hoc Teſtamentum ſcripſi, Relegi, & ſubſcripſi, notaui diem. Similiter ego Bertichrannus Epiſcopus Rogo filio meo Archidiacono, vt cum Teſtamentum meum apertum fuerit, ipſo proſequente geſtis municipalibus ſecundum legem faciat allegari: quo ſemper firmiter perduret.*

Non eſt Dagoberti Regis ſilentio obruendum Teſtamentum, quattuor exemplis ſcriptum, quorum vnum Lugduni, alterum Pariſiis, tertium Mettis in archiuis Eccleſiarũ cuſtodienda, ille direxit, quartũ in theſauris ſuis adſeruari præcepit, referente Aimoino lib. IIII. de Geſt. Francor. cap. XXX. qui eius præfationem & aliquot capita citat, quorum nouiſſimo ita cum filiis Sigeberto & Hludouico loquitur, VOS AVTEM, BONI FILII, CONSIDERANTES PRIMVM NATVRÆ RELIGIONEM, CVIVS GRATIA ETIAM BESTIAS LIGAT, MANETE FRATRES. NOLITE EXVERE QVO ONERATI ESTIS: DEINDE REVEREMINI ME PATREM VESTRVM: QVI ROGARE MALO, CVM POSSIM IVBERE, VT STATVTA NOSTRA INCONVVLSA SERVETIS, SICVTI VESTRA A SVCCESSORIBVS VESTRIS SERVARI VOLETIS: PROFECTO SCIENTES, QVOD SI A NOBIS SANCITA CONTEMPTVI HABVERITIS (QVOD NON ARBITROR) PARI MODO ET VESTRA A POSTERIS CONTEMNENTVR DECRETA. Iam ſi quis

Caroli

Caroli magni Teſtamentum à me efflagitet, ei Einhartum delegabo: Ab eo fiet numeratio. Is enim librū quo eius principis vitam complexus eſt, illo ipſo Teſtamēto clauſit. Sed ne ſingula Teſtamenta conſectari neceſſe habeamus, generalem Teſtamentorum, quæ tunc temporis in Gallijs obtinuit, formulam, ex Marculphi ſchedis proponam. Teſtamenta ergo ita concipienda eſſe Marculphus tradit.

REGNANTE IN PERPETVO DOMINO NOSTRO IESV CHRISTO, LOCO ILLO, ANNO ILLO, REGNANTE ILLO REGE, SVB DIE ILLA, EGO N. ET CONIVX MEA N. MENTE INTEGROQVE CONSILIO, METVENTES CASVS *humanæ fragilitatis, Teſtamentum noſtrum condidimus, quod illi notario ſcribendum commiſimus, vt quando dies vltimus poſt tranſitum noſtrum aduenerit,* RECOGNITIS SIGILLIS, INCISO LINO, VT ROMANÆ LEGIS DECREVIT AVCTORITAS, PER ILLVSTRES VIROS ILLOS QVOS IN HAC PAGINA TESTAMENTI NOSTRI LEGATARIOS INSTITVIMVS, GESTIS REIPVBLICÆ MVNICIPALIBVS TITVLIS, EORVM PROSECVTIONE, AB IPSIS MVNIATVR. *Igitur, cum iubente domino, de iſtius vitæ curſu migrauerimus, tunc quidquid ex proprietate parentum, vel proprio labore, ſeu ex munificentia à pijs principibus percipere meruimus, vel de quibuſlibet titulis atque contractibus venditionu, ceſſionis, donationis, vel vndique, domino adiuuante, ad noſtram peruenit dominationem, tunc* TV DVLCISSIMA CONIVNX MEA, N. ET QVOS HEREDES MEOS ESSE VOLO, HEREDITATEM MEAM HABETOTE. RELIQVI VERO HEREDES EXHEREDES SVNTO, EXCEPTO QVOD VNICVIQVE PER HOC TESTAMENTVM DEDERO, DARIQVE IVSSERO. *Id vt fiat, detur, præſtetur, impleatur, te omnipotens deus, teſtē cōmitto. Villas verò illas, & illas, ſitas in pago illo, filius meus vel filia illa, ſitas in pago illo recipiat. Villas illas, Baſilica illa, vel Monaſteria ſita ibi recipiāt. Id vt fiat, detur, præſtetur, impleatur, te omnipotēs deus ad defenſandū cōmitto: licet de omnibus dum aduiuimus noſtrū reſeruamus vſum. Sed dum in villas aliquas quas ſuperius memorauimus, quas ad loca ſanctorum heredibus noſtris deputauimus, quod pariter ſtāte cōiugio adquiſiimus, prædictā cōiux noſtra ad coniugiū habere poterit propter ipſam tertiā villas illas ſitas in pago illo, in integritate ſi nobis ſuperſtes fuerit, in cōpenſatione recipiat. Et quidquid exinde pro cōmuni mercede vel in pauperibus, aut bene meritis noſtris facere decreuerit, licentiā habeat, vel poſt eius diſceſſum, ſi aliquid in Teſtamentū remanſerit, heredes noſtris recipiāt. Libertos quos quaſque, pro animæ remedio fecimus, aut in antea facere voluerimus, & eis epiſtolas manu noſtra firmatas dederimus, obſequiū filiorū noſtrorū habere cognoſcāt, & oblata vel luminaria, iuxta quod ipſæ epiſtolæ cōtinent, ad ſepulcra noſtra tam ipſi, quam proles eorum implere ſtudeant. Et quibus aliquid de facultate noſtra contulimus ſingulariter in hoc Teſtamentum inſerere curauimus. In reliquo verò qualeſcunque à quocunque epiſtolæ de nomine noſtro, manu noſtra firmatæ oſtenſæ fuerint, & ante hoc Teſtamentum prænotatæ, quas hic non cōmemorauimus, excepto de Ingenuitatib⁹ quas pro animæ noſtræ remedio fecimus, aut adhuc facere voluerimus, vacuæ permaneāt: & qui ex nobis pari ſuo ſuperſtes fuerit, & per qualecunque inſtrumentum de ſupra ſcripta facultate, in cuiuſlibet perſona vel bene meritis noſtris muneris aliquid cōtulerimus, in quātū lex permittit, firma ſtabilitate debeat perdurare. Reliquæ vero epiſtolę vacuæ & inanes permaneāt, cōuenit. Si tu mihi dulciſſima cōiux ſuperſtes fueris, & alio marito, quod tibi deus nō permittat, trāſire volueris, omnē facultatē meā quā ad vſumfructū, tibi poſſidere cōceſſimus, vel quod à die preſente deputauimus, & habere potuerat hoc preſentaliter heredes noſtri recipiant interſe diuidendum. Itémque ego N. ancilla tua, domine & iugalis meus N. hoc Teſtamentū promptiſſima volūtate adſcribere ad perpetuā cōſeruationē rogaui, vt ſi tu domine & iugalis, me⁹ mihi ſuperſtes fueris, omni corpore facultatis meæ, quātumcūque ex ſucceſſione parentū habere videor, vel in tuo ſeruitio pariter laborauimus, & quod in tertia mea accepi, in integrū, quicquid exinde facere elegeris, aut pro animæ remedio in pauperes diſpēſare, aut ad vaſſos noſtros, vel bene meritos noſtros abſque repetitione heredum meorum quod tua decreuerit volūtas faciendi liberam habeas facultatē. Et poſt diſceſſum veſtrum, quod non fuerit diſpenſatū ad legitimos noſtros reuertatur heredes. Hāc paginam Teſtamenti & manus noſtræ propriæ ſubſcriptionibus, quod ex conſuetudine habuimus, ſubſcripſimus, & per perſonas reliquas ſtuduimus ſubſcriptionibus roborari: & vt hæc pagina huius Teſtamēti in diſceptationē venire nō poſſit. Si quæ lituræ, caraxaturæ, adiectiones, ſuperdictiones factæ ſūt, nos eas fecim⁹ vel facere iuſſimus, dū teſtamētū noſtrū ſæpius recurrimus vel emēdauimus. Si*

quis ex heredibus, vel proheredibus noſtris, ſeu qualibet perſona contra hanc Teſtamenti paginam, quam plena & integra voluntate fieri rogauimus, venire aut aliquid pulſare voluerit, inferat illi contra quem repetit tantùm, & aliud tantùm quantùm in hoc Teſtamento continetur ſcriptum, & inſuper ſociatus fiſco auri libras tot, argenti tot, & quod repetit vindicare non valeat.

Ceterum priuſquam manũ de Teſtamentorũ Tabulis tollã, hoc monendũ eſſe duxi, Milites vel COMMVNI IVRE olim teſtatos fuiſſe, L. III. & L. ex militari, L. eius §. I. L. milites, §. veteranus, D. de teſtam. milit. ſeu COMMVNI CIVIVM ROMANORVM IVRE, L. tribunus, D. eo. vel, IVRE MILITARI, L. iure, & L. qui iure, L. idémque, L. facere, L. Lucius, §. I. D. eo. ſeu MORE MILITIÆ, L. ſi filiuſfa. D. eo. vel, IVRE MILITIÆ, L. eius, §. vlt. D. eo. Ex conſtitutionibus enim Principalibus propria atque ſingularia iura in Militum teſtamentis obſeruabantur, L. XI. D. de teſtam. milit. Inter cetera autem Miles ex certa re heredem inſtituere poterat, L. cogi, §. ſed & ſi miles, D. de teſtam. milit. Militique conceſſum erat circa inſtitutionem ſeparare ſpecies bonorum. Itaque ſi alium RERVM ITALICARVM, alium RERVM PROVINCIALIVM, alium PRÆDIORVM VRBANORVM, alium RVSTICORVM, alium CETERARVM RERVM, vel alium CASTRENSIVM BONORVM, alium CASTRENSIVM heredem inſtituiſſet, valebat inſtitutio, L. ſi certarum, L. militis, §. I. D. de teſtam. milit. L. heredes, D. famil. erciſc.

Hæc de Teſtamentorum conceptione à nobis quantumuis accuratè & minutatim ſcripta, numquam tamen eius libri, quem de formulis Teſtamentorum Iulius Paulus ſcripſerat, amiſſi deſiderium lenient. Reſtat de Codicillis dicere. Codicilli ad heredes ſcribebantur, L. legatorum, §. qui plures, D. de legat. II. L. qui graui, D. de iu. codicil. vel vt ait, L. quidam referunt, D. eo. Codicillis ſermo ad heredem conferebatur. Et quidem vel ad heredes ſcriptos Teſtamento, vel ad heredem legitimum ſermo conferebatur, L. is qui, D. eo. Codicilli verò vel ad omnes heredes ſcribebãtur, vel ad vnum ex his, L. legatorum, §. vlt. D. de legat. II. d. L. qui graui, L. is qui vnum, D. de iu. codicill.

Certè omnis ſcriptura inſtar Codicillorum non habebat: ſed hac mente ſcribi eam, vt pro codicillis eſſet, neceſſe erat, L. illud, D. de iur. codicill. Proinde nec literæ quibus hereditas promittebatur, vel animi affectus exprimebatur, Codicillorum vim obtinebant, L. literæ, D. eo. Ac nonnumquam qui ſufficientiũ teſtium facultatem non habebat, ad Teſtamentum conficiendum, is Codicillos conficiebat, L. conficiuntur, §. I. D. de iu. Codicillor. Tabulæ certè teſtamenti non intelligebantur, in quibus heres ſcriptus non erat, & magis Codicilli quàm Teſtamentum exiſtimabantur, L. vlt. D. eo.

Conficiebantur autem Codicilli quattuor modis. Aut enim in futurum confirmabantur, aut in præteritum, aut per fideicommiſſum teſtamento facto, aut ſine teſtamento, L. conficiuntur, D. de iu. Codicill. Teſtamento facto, Codicilli ius teſtamenti ſequebantur, pertinebántque ad Teſtamentum quoquo tempore factum eſſet. Ad id enim referebantur, L. Plotiana, L. ab inteſtato, L. conficiuntur, §. ſi milès, D. eo. & pro parte certè Teſtamenti habebantur, obſeruationémque & legem iuris inde traditam ſeruabant, L. quidam referunt, D. eo. Ac Pars Teſtamenti intelligebantur, L. ſi qui, D. Teſtamen. quemad. aper. Proinde appellatione eorum QVÆ AD CAVSAM TESTAMENTI PERTINENT, Codicilli continentur, L. II. §. ſi dubitetur, D. Teſtamen. quemad. aper. L. III. §. ſi Codicillos, D. de Sc. Silanian. L. I. D. de Tabul. exhib. Et Codicilli quidem omnes qui poſt Teſtamentum fiebant, AD TESTAMENTVM FACTI dicebantur, licet Teſtamento confirmati non eſſent, L. poſt legatum, §. qui principale, D. de his quæ vt indign. L. milites, D. de teſt. milit.

Fiebant & ab inteſtato Codicilli. Nã & inteſtatus moriturus, Codicillis ab heredibus ad quos lege bona ſua reditura erant, ſeu ad quos legitima eius hereditas vel bonorum

rum

rum poſſeſſio peruētura erat, ac deniquè à quocumque inteſtati ſucceſſore, Fideicommiſſum dabat, L. II. D. de fideicom. liberi. L. vlt. § Lucius, D. de legat. II. L. ex parte, §. 1. D. famil. erciſc. §. non tantùm, Inſtit. de Codicillis. Hinc Iulian. in L. Si quis cum, D. de iu. Codicillor. *Si quis cum Teſtamentum nullum habebat*, CODICILLIS *fideicommiſſa hoc modo dedit*, QVISQVIS MIHI HERES ERIT, BONORVMVE POSSESSOR, EIVS FIDEI COMMITTO. Vlpian. in L. quia autem, D. ſi quis om. cau. teſt. CODICILLOS *fecit ab inteſtato*: PETIIQVE A FRATRE, VT SI LEGITIMA HEREDITAS AD EVM PERTINERIT, FIDEICOMMISSA PRÆSTARET QVIBVSDAM. Ab inteſtato autem factis Codicillis, relicta, inteſtati ſucceſſor, etiam poſtea natus, debebat. Quicunque enim ab inteſtato ſucceſſiſſet, locum habebant Codicilli, L. ab inteſtato, D. de iu. codicill. Tunc verò per ſe ſtabant Codicilli, vicemque quodāmodo Teſtamenti, ab inteſtato ſuccedentibus, obtinebant.

Codicillorum autem formulas ex libris noſtris excerptas ſubiungam. Marcell. in L. vlt. D. de fideicom. libert. Lucium Titium teſtamento facto Codicillis ita cauiſſe refert. LVCIVS TITIVS HEREDIBVS PRIMIS ET SVBSTITVTIS SALVTEM. PETO, VT EA QVÆ TESTAMENTO CAVI, ET EA QVÆ CODICILLIS CAVERO, LEGAVERO, PRÆSTETIS. Idē in L. publius, §. 1. D. de condic. & demonſt. *Titia*, CODICILLIS, *de prædijs quæ teſtamento Septicia reliquerat, ita cauit*, A TE PETO SEPTICIA, VT FILIO MEO CVM ANNORVM SEDECIM ESSET, EADEM PRÆDIA RESTITVERES. QVOD SI FILIVS MEVS SEDECIM ANNOS NON IMPLEVERIT, PETO VTI REDDAS EA, RESTITVAS, PVBLIO MÆVIO, ET GAIO CORNELIO. Papinian. in L. fundum, D. de inſtr. vel inſtr. proponit patronum libertis fundum inſtructū teſtamento legaſſe, poſtea CODICILLIS PETIISSE, VT MORIENTES, PARTES SVAS FVNDI SVPERSTITIBVS RESTITVERENT, Idem in L. auia, D. de condic. & demonſtr. Auiam in Codicillis ita ſcripſiſſe narrat: HOC AMPLIVS NEPOTI MEO, QVAM QVOD EVM HEREDEM INSTITVI, LEGO PRÆDIA ILLA. Idem in L. pannonius, §. vlt. D. de adquir. hered. refert morientem quendam, cùm compertum haberet matrem inteſtatò vita deceſſiſſe, CODICILLIS PETIISSE AB HEREDE SVA, VT MATERNORVM BONORVM SERVVM MANVMITTERET, AC SIBI PARENTIBVSQVE SVIS, IN POSSESSIONEM MATRIS MONVMENTVM EXSTRVERET. Scæuola in L. libertis, D. de alim. vel cibar. quendam CODICILLIS, GENERALITER OMNIBVS LIBERTIS MENSTRVOS SEPTEM, ET ANNVOS VESTIARII NOMINE DENOS legaſſe proponit. Et §. poſtumis ead. L. *poſt teſtamētū factū nata filia, Codicillis ita cauit*. SI QVID TESTAMENTO QVOD ANTE HOC TEMPVS FECI, DARI VOLVI: PETO AB HIS, VTI TERTIAM PARTEM PETINÆ FILIÆ MEÆ REDDANT. Idem in L. cùm quis decedens, §. qui teſtamento D. eo. *Teſtator fecit* CODICILLOS, *quibus & hoc præcepit*, VT PRÆTER HOS CODICILLOS, SI QVID ALIVD PROLATVM ESSET, NON VALEAT. Et §. Seium ead. L. Codicillos refert huiuſmodi LVCIVS TITIVS SEIÆ HEREDI SVÆ, QVAM PRO PARTE DIMIDIA INSTITVI, SALVTEM. MÆVIVM LIBERTVM MEVM, QVEM IN TESTAMENTO PRO PARTE DIMIDIA HEREDEM INSTITVI, EAM PARTEM HEREDITATIS VETO ACCIPERE, CVIVS IN LOCVM PARTEMVE EIVS PVBLIVM SEMPRONIVM, DOMINVM MEVM HEREDEM ESSE VOLO. Idem in L. vxorem, §. Codicillis, D. eo. Codicillorū caput refert, quod aliàs ſupra adſcripſimus. Præterea in L. Codicillis, D. de annu. leg. CODICILLIS TESTAMENTO CONFIRMATIS, FVNDVM LIBERTIS LEGAVIT, EVMQVE ALIENARI VETVIT: PERTINERE VOLVIT ET AD FILIOS LIBERTORVM, VEL EX HIS NATOS: *deinde hæc verba adiecit*: A QVIBVS PRÆSTARI VOLO HEREDI, EX REDITV EIVS FVNDI, DECEM PER ANNOS SINGVLOS VSQVE AD ANNOS TRIGINTA QVINQVE A DIE MORTIS MEÆ. Et in L. vlt. §. Lucius, D. de leg. II. Luciū Titiū inteſtato decedētem cum haberet vxorē, & ex ea filiam emancipatā, Codicillis hæc verba inſeruiſſe, ait: PERTI-

NENT AVTEM HI CODICILLI AD VXOREM ET FILIAM. PRIMVM AVTEM ROGO SIC INTER VOS AGATIS, VT ME VIVO EGISTIS. ITAQVE ROGO VT QVIDQVID AVT EGO RELINQVERO, AVT QVOD VOS IPSÆ HABETIS, COMMVNE VOBIS SIT. Quam clauſulam idem Scæuola in L. Lucius Titius in prin. D. ad S c. Trebellia. repetit, in hunc modum. PERTINENT AVTEM HI CODICILLI AD VXOREM ET FILIAM. ITAQVE ROGO QVIDQVID AVT EGO RELIQVERO, AVT VOS IPSÆ HABETIS, COMMVNE SIT. QVOD SI NON EGO ROGAREM, VOS PRO VESTRA PIETATE FACERETIS. Et in §. tres heredes ead. L. Codicillis ita quem cauiſſe proponit. VNCIAM EX QVA FECI STICHVM HEREDEM, SI QVAM SEIVS CONTROVERSIAM MOVERET, AD MÆVIVM FRATREM MEVM REVERTI VOLO. TV FRATER SECVNDVM FIDEM ET PIETATEM TVAM, QVIDQVID AD TE PERVENERIT EX HEREDITATE MEA, STICHO FILIO TVO RESTITVES. QVOD VT FACIAS FIDEI TVÆ COMMITTO. Tacitus lib. III. Codicillos à Piſone iã moriente in hunc fermè modum compoſitos refert. CONSPIRATIONE INIMICORVM ET INVIDIA FALSI CRIMINIS OPPRESSVS: QVATENVS VERITATI ET INNOCENTIÆ MEÆ NVSQVAM LOCVS EST, DEOS IMMORTALES TESTOR, VIXISSE ME, CÆSAR, CVM FIDE ADVERSVM TE, NEQVE ALIA IN MATREM TVAM PIETATE. VOSQVE ORO LIBERIS MEIS CONSVLATIS: EX QVIBVS CN. PISO QVALICVNQVE FORTVNÆ MEÆ NON EST ADIVNCTVS, CVM OMNE HOC TEMPVS IN VRBE EGERIT. M. PISO REPETERE SYRIAM DEHORTATVS EST. ATQVE VTINAM EGO POTIVS FILIO IVVENI, QVAM ILLE PATRI SENI CESSISSET. EO IMPENSIVS PRECOR NE MEÆ PRAVITATIS POENAS INNOXIVS LVAT. PER QVINQVE ET QVADRAGINTA ANNORVM OBSEQVIVM, PER COLLEGIVM CONSVLATVS QVONDAM DIVO AVGVSTO PARENTI TVO PROBATVS, ET TIBI AMICVS, NEC QVIDQVAM POST HÆC ROGATVRVS, SALVTEM INFELICIS FILII ROGO. Capita autẽ quædam Codicillorũ Græcè ſcriptorum habentur in L. cùm quis decedens, §. Codicillis & L. qui habebat, D. de legat. III. Iuſtinianus etiam Nou. hoc Codicilli Græci caput citat.

Καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τῆς διαθήκης εἰπεῖν, γράψαι δὲ καὶ κωδίκελλον, τοιούτοις καὶ κατ' αὐτὸν χρησάμενον ῥήμασι. Δῆλον τοίνυν ποιῶ ὅτι περ ἤδη μὲν ἐγγράφως ἐθέμην διαθήκην, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ καθ' ὃν ἔδοξέ μοι τρόπον διετύπωσα. καὶ βούλομαι καὶ κελεύω πάντα ὅσα τῇ αὐτῇ διαθήκῃ ἐμφέρεται, ἐκ παντὸς τρόπου ἰσχύειν. πλὴν μόνων ἐκείνων ἃ ἂν ἐν τούτῳ μου τῷ κωδικίλλῳ μετατυπώσω ἢ καὶ ἀφέλωμαί τινα τῶν καταλελειμμένων λεγάτων. Βούλομαι τοίνυν καὶ κελεύω, τὸ προάστειόν μου τὸ καλούμενον τὰ Κωπάρια, ὅπερ ἐν τῇ προειρημένῃ διαθήκῃ Κωνσταντίνῳ τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ μου υἱῷ κατέλιπον δοθῆναι καὶ διαφέρειν τελείας νομῆς καὶ δεσποτείας δικαίῳ, Ἱερίῳ τῷ λαμπροτάτῳ καὶ εὐγενεστάτῳ μου ἐγγόνῳ, υἱῷ Κωνσταντίνου τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου μου υἱοῦ, σύμπαν τὸ αὐτὸ προάστειον, μετὰ τῶν ὄντων ἐν αὐτῷ πραιτωρείων, καὶ σκαλῶν πασῶν, καὶ τῶν μισθουμένων (εἴτε ἔνδον τῆς πόλεως, εἴτε ἔξω τῆς πόλεως) οἰκημάτων καὶ ἐργαστηρίων, καὶ τοῦ λουτροῦ, καὶ τῶν κήπων τῶν τε ἔνδον καὶ τῶν ἔξω τοῦ τείχους, καὶ τοῦ ἱπποδρόμου, καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ κήπου, καὶ κινστέρνης, καὶ παντὸς ἁπλῶς καθ' οἱονδήποτε τρόπον ἁρμόζοντός μοι δικαίου ἐπὶ τῷ αὐτῷ προαστείῳ. δοθῆναι μέντοι βούλομαι τὸ αὐτὸ προάστειον τῷ προειρημένῳ λαμπροτάτῳ μου ἐγγόνῳ αὐτεξουσίῳ κατ' ἐμαγκιπατίωνα ὄντι τοῦ οἰκείου πατρὸς μετὰ τὴν ἐμὴν τελευτήν. μηδεμιᾶς διδομένης ἀδείας τῷ αὐτῷ εὐγενεστάτῳ μου ἐγγόνῳ, ἀλλὰ μηδὲ τοῖς εἴτε ἐκ ταύτης μου τῆς διαθήκης, εἴτε ἐκ διαθήκης τοῦ αὐτοῦ λαμπροτάτου μου ἐγγόνου διαδεχομένοις τὰ αὐτὰ δίκαια, τοῦ διαπωλῆσαι ἢ ἀνταλλάξαι ἢ δωρήσασθαί τινι, ἢ ὅπως δήποτε ἐκποιῆσαι τὸ αὐτὸ προάστειον, ἢ μέρος τι ἐξ αὐτοῦ, ἢ δίκαιον. διὰ τὸ βούλεσθαί με τὸ αὐτὸ προάστειον, ἤτοι οἰκίας, διακειμένων ἢ διακειμένην ἔνδον τῆς πόλεως τοῦ Σικεῶν τείχους, τῆς ἀπαγούσης ἐπὶ τὸ εὐαγὲς μαρτύριον τῆς ἁγίας Θέκλας, μεῖναι διὰ παντὸς καὶ διηνεκῶς ἐν τῇ ἐμῇ φαμιλίᾳ, καὶ μηδέποτε ἐξελθεῖν τοῦ ἐμοῦ ὀνόματος. Βούλομαι δὲ καὶ κελεύω, εἴπερ συμβῇ τὸν προειρημένον εὐγενέστατόν μου ἔγγονον Ἱέριον τελευτῆσαι ἐν ἀνηβότητι, ἢ καὶ μετὰ ἀνηβότητα, ἐκτὸς μέντοι παίδων, ἐκ νομίμων γάμων αὐτῷ τεχθέντων, περιέρχεσθαι καὶ διαφέρειν ἤτοι ἀποκαθίστασθαι τὸ αὐτὸ

καὶ διακονίαις τοῦ αὐτοῦ ἐργαστηρίου, ἤτοι οἰκίας, τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ αὐτοῦ πατρὶ Κωνσταντίῳ. ἐπὶ τῷ αὐτῷ ὅρῳ τοῦ μὴ ἐκποιηθῆναί ποτε ἐκ τῆς ἐμῆς φαμιλίας, ἢ ἐκ τοῦ ἐμοῦ ὀνόματος.

Quo iure verò ætate ſua Codicilli eſſent, exponit Plinius Secundus Epiſt. xvi. lib. II. his verbis. *Tu quidem pro ceteris tua diligentia, admones me*, CODICILLOS *Aciliani, qui me ex parte inſtituit heredem, pro non ſcriptis habendos: quia non ſint* CONFIRMATI TESTAMENTO. *Quod ius ne mihi quidem ignotum eſt, cùm ſit ijs etiam notum, qui nihil aliud ſciunt: ſed ego propriam quandam legem mihi dixi, vt defunctorum voluntates, etiam ſi iure deficerentur, quaſi perfectas tuerer. Conſtat autem* CODICILLOS *iſtos* ACILIANI MANV SCRIPTOS. *Licet ego non ſint* CONFIRMATI TESTAMENTO, *à me tamen vt confirmati obſeruabuntur.* Iuſtinian. Inſtitutionib. Tit. de Codicill. *Sed cum ante Teſtamentum factum Codicilli facti erant, Papinianus ait, non aliter vires habere, quam ſi ſpeciali poſtea voluntate confirmentur. Sed Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, ex ijs Codicillis, qui teſtamentum præcedunt, poſſe fideicommiſſum peti: ſi appareat eum, qui teſtamentum fecit, à voluntate, quam in Codicillis expreſſerat, non receſſiſſe.*

Sanè Codicillis hereditas neq; dari, neq; adimi directo poterat. Et ideo nec exheredatio ſcribi. Sed nec cōdicionē heredi inſtituto Codicillis adiicere, vel directo ſubſtituere quis poterat, §. Codicillis, Inſtit. de Codicill. L. quod per manus, D. de iu. codicillor. L. quidam in fi. D. de condic. inſtit. Per fideicōmiſſum tamē hereditas Codicillis iure relinquebatur, d. §. Codicillis. Licet autē Codicillis hereditas dari nō poſſet, attamē talis inſtitutio Teſtamento facta, SI CODICILLIS QVEM HEREDEM SCRIPSERO, vel CVIVS NOMEN CODICILLIS ADSCRIPSERO, ILLE MIHI HERES ESTO, non erat inutilis. Non enim videbatur hereditas Codicillis data, quod non licebat, ſed condicionalis eſſe inſtitutio, quæ teſtamento data eſſet, L. inſtitutio talis, D. de condic. inſt. Valebat & hæc inſtitutio, EX QVA PARTE CODICILLIS TITIVM HEREDEM SCRIPSERO, HERES ESTO, L. ſi ita quis ſcripſerit, D. de hered. inſtit.

Codicillis etiam Teſtamento confirmatis, Tutores dari poterant, L. teſtamento, D. de teſtam. tut. Tutor quoque Teſtamento datus, poterat Codicillis vetari Tutor eſſe, L. Tutor datus, D. eo. tit. Scæuola in L. vlt. D. eo. CVM CODICILLIS IDEO ALIOS TVTORES DARE *ſignificaſſet*, QVONIAM TESTAMENTO DATOS, QVOSDAM DEFVNCTOS, AVT EXCVSATIONEM HABERE POSSE COMPERISSET. Sed & Libertates Codicillis dabātur, L. vxorē, §. Codicillis, L. cùm quis decedens, §. pater, D. de legat. III. L. II. D. de fideic. libert. Sic in L. Lucius, D. de liberat. leg. Lucius Titius cum Erotem actorem haberet, Codicillis ita cauiſſe dicitur: EROTEM LIBERVM ESSE VOLO, QVEM RATIONES REDDERE VOLO EIVS TEMPORIS, QVOD ERIT POST NOVISSIMAM MEAM SVBSCRIPTIONEM. Planè libertas ſicut dari ita & adimi Codicillis Teſtamento confirmatis poterat: vt tamen eo modo adimeretur, quo & data erat, quemadmodum Vlpian. Tit. II. tradit. Idque & comprobat, L. vn. D. de ademptio. libert. Quoties autem numerus ſeruorum propter legem Fuſiam Caniniam ineundus erat, Codicillis Teſtamento confirmatis datæ libertates cum his quæ Teſtamento datæ erant, cōcurrebant, & ſiue antecederent, ſiue ſequerētur Teſtamentū, nouiſſimo loco habebantur, quia vtræque libertates Teſtamento confirmabantur, auctore Paulo lib. IIII. Sentent. Tit. XIIII. Poterat & Teſtator Codicillis pure libertatem dare, quam ſub condicione Teſtamento dederat, & ita condicionem extinguere, L. quidam, §. vlt. D. de legat. I. Codicillis planè etiamſi non confirmatis, adſcriptum fideicommiſſum iure debebatur, vt tradit Paul. lib. II. Sentent. Tit. I.

Interdum autē Legatorum quæ Teſtamentis dabantur, quantitas Codicillis declarabatur. In Teſtamentis enim ita quandoque, verbi gratia, ſcribebatur, QVANTVM CODICILLIS TITIO LEGAVERO. L. ſi ita ſcripſerit, D. de condic. & dem. Modeſtin. in L. qui plures, D. de vſu & vſufr. leg. *Qui plures habebat libertos, Teſtamento ſuo dixit*, SE HABITATIONEM RELINQVERE IIS QVOS CODICILLIS DESIGNASSET. Codicillis verò Legatorū perinde dies cedebat atq; Teſtamēto relic-

torum, L. quod purè, §. vlt. D. quando dies Legator. Sed & Legata Teſtamentis data, quandoque codicillis adimebantur, vel minuebantur, L. II. D. de condict. indeb. L. filius, §. matri. D. de adimend. leg. Inſtit. de ademptio. legator. Scæuola in L. alumnæ, §. 1. D. de adim. legat. Codicillis quendam viginti libras auri quas Semproniæ alumnæ Teſtamento legauerat, Codicillis ad Mæuium tranſtuliſſe, & fidei eius commiſiſſe in hæc verba ait. VIGINTI LIBRAS AVRI, QVAS TESTAMENTO SEMPRONIÆ ALVMNÆ MEÆ RELIQVI, EAS DARI VOLO MÆVIO, CAVTIONIBVS INTERPOSITIS, VT EX EA SVMMA EIDEM SEMPRONIÆ, QVAMDIV ADVIXERIT, PRÆSTET MENSTRVOS DENARIOS QVINQVE, ET VESTIARII NOMINE DENARIOS CENTENOS VICENOS QVINOS, IDQVE FIDEI VESTRÆ COMMITTO. CERTA SVM AVTEM TE, MÆVI, PRO TVA PIETATE PETITVRVM AB HEREDE TVO, VT VOLVNTAS MEA IN PERSONA ALVMNÆ MEÆ DVRET. Idem in L. Gaio Seio, D. de aliment. vel cibar. CODICILLIS *autem eandem* SVMMAM VETVIT DARI GAIO SEIO: SED DARI PVBLIO MÆVIO VOLVIT. Idem in L. Seiæ, D. de inſtr. vel inſtr. Seiæ ex parte heredi inſtitutæ, fundos quendam per præceptionem dediſſe inſtructos, cum ſuis villicis, & reliquis colonorum, deinde Codicillis ita ſcripſiſſe proponit. POSTEA MIHI VENIT IN MENTEM: SEIÆ FVNDOS QVOS RELIQVI, ITA VT SVNT INSTRVCTI RVSTICO INSTRVMENTO, SVPELLECTILE, PECORE, ET VILLICIS, CVM RELIQVIS COLONORVM ET APOTHECA HABERE VOLO. Interdum & bonorum ſuorum diuiſionem Codicillis paterfamilias faciebat. Scæuola in L. ex parte, §. 1. D. famil. erciſc. *Inteſtato moriens codicillis prædia ſua omnia & patrimonium inter liberos diuiſit: ita vt longè amplius filio quàm filiæ relinqueret.* Idem in L. alumnæ, §. qui filias, D. de admend. legat. patrem qui penè omnium bonorum ſuorum diuiſionem Teſtamento fecerat, poſtea Codicillis longè aliã inter eaſdẽ perſonas diuiſionem feciſſe narrat.

Codicillos autẽ etiam plures quis facere poterat, nullam enim ſollemnitatẽ ordinationis deſiderabant: neque neceſſe erat ipſius qui faciebat manu ſcribi, vel ſignari, L. diui, §. 1. D. de iu. codicillor. §. vlt. Inſtit. de codicill. Codicilli autem non minus quam Teſtamenta claudebantur mortuóque teſtatore aperiebantur, L. ſi tibi homo, §. ſi teſtamento, D. de legat. I. L. Mæuius, §. eum qui, D. de legat. II. L. III. §. ſi quis codicillis, D. de S c. Silan. L. libertis, §. poſtumis, D. de aliment. vel cibar. Interdum autem Codicillos mandabat teſtator non niſi poſt mortem heredis aperiri, L. quidam, §. ſi quis filium, D. ad S c. Trebellia. L. vlt. §. vlt. D. de legat. II.

Epiſtolæ etiam quandoque ad heredes ſcribebantur, D. Hieronym. in vita Hilarionis *Teſtamenti vice* EPISTOLAM *breuem ſcripſit.* Cuiuſmodi Epiſtolis fideicommiſſa relinquebantur: & inde EPISTOLÆ FIDEICOMMISSARIÆ nomen, L. cùm quis decedens, §. pater, D. de legat. III. Exempla aliquot eius generis Epiſtolarũ ſubiungam. Papinian. in L. miles, D. de legat. II. *Miles ad ſororem* EPISTVLAM, *quam poſt mortem ſuam aperiri mandauit, talem ſcripſit.* SCIRE TE VOLO DONARE ME TIBI AVREOS OCTINGENTOS. Scæuola in L. vlt. D. eo. tit. *poſtea* EPISTVLAM *ſcripſiſſe dicitur, qua &* QVIDQVID IN PECVLIO HABVIT FILIVS, EI DONAVIT, *& adiecit*, PRÆCIPVE HÆC EVM, SVIQVE IVRIS, ET POST MORTEM SVAM HABERE VELLE. Et in d. L. cùm quis decedens, §. pater. *Idem pater decedens* EPISTVLAM FIDEICOMMISSARIAM *ad filium ſuum ſcripſit in hæc verba.* LVCIO TITIO FILIO SVO SALVTEM. CERTVS DE TVA PIETATE, FIDEI TVÆ COMMITTO, VTI DES, PRÆSTES, ILLI ET ILLI CERTAM PECVNIAM: ET LVCRIONEM SERVVM MEVM LIBERVM ESSE VOLO, & §. dupcura ead. L. vxor per Epiſtolã petit à ſuperſtite filio, VTI QVANDOQVE PARTEM DIMIDIAM DVMTAXAT DOTIS EXIGERET, ET EA CONTENTVS ERIT: ALTERAM AVTEM PARTEM APVD MARITVM EIVS REMANERE CONCEDAT. Idem in L. epiſtulam, D. ad Trebellian. EPISTVLAM *ad heredem ſuum in hæc verba ſcripſit.*

TITIVS

TITIVS CORNELIO HEREDI SVO SALVTEM. A TE PETO, CORNELI, QVONIAM AD TE DEVOLVTA EST PARS MATRIS MEÆ, ITEM PARS SEMPRONI CVRATORIS QVONDAM MEI CONTRARIA FORTVNA VSI, ET PER HOC TOTVS AS MEVS APVD TE ESSE SPERATVR, VT REDDAS, RESTITVAS, GAIO SEIO VNCIAS QVATTVOR. Et L. Alumnæ, §. vlt. D. de adimend. legat. Mater de portione hereditatis quã Priſcilliano filio Tabulis Teſtamenti dederat, ita Epiſtola cauiſſe dicitur: QVONIAM COGNOVI PRISCILLIANVM FILIVM MEVM IN EXTREMIS ESSE, IVSTISSIMVM ET PIISSIMVM DVXI, PORTIONEM EIVS HEREDITATIS QVAM EI TESTAMENTO DEDERAM, LEGARE MARIANO FRATRI MEO, ET IANVARIO MARITO MEO, ÆQVIS PORTIONIBVS, ET SI QVID EI AMPLIVS LEGAVERAM, VT SI QVID EI HVMANITVS CONTIGERIT, DO, LEGO, DARIQVE EIS VOLO. Paul. in L. quæſitum, §. I. D. de legat. III. *Eadem* EPISTVLAM *talem emiſit*; ARGENTVM OMNE, ET SVPELLECTILEM, QVODCVMQVE HABEO, TIBI DONO, ET QVIDQVID IN PRÆDIO SEMPRONIANO HABEO.

Porrò ad vltimarum voluntatum cauſam pertinent etiam MORTIS CAVSA DONATIONES, quarum proinde formulæ hoc quoque libro tractandæ ſunt. Fiebant porrò non vno modo. Non tantùm enim infirmæ valetudinis cauſa, ſed etiam inſtantis & præſentis periculi metu, vel etiam ſola mortis cogitatione, ita donabant. Et interdum imminente periculo commotus ita quis donabat, VT STATIM RES FIERET ACCIPIENTIS: Interdum autem ſic dabat, VT RES NON FIERET ACCIPIENTIS, SED TVNC DEMVM, CVM MORS ESSET INSECVTA. Quandoque etiam ſic donabatur, VT OMNIMODO EX EA VALETVDINE MORTVO, RES NON REDDERETVR: ET VT REDDERETVR, ETIAM SI PRIOR EX EADEM VALETVDINE DONATOR DECESSISSET: SI IAM MVTATA VOLVNTATE RESTITVI SIBI VOLVISSET. Sed & ſic donari poterat, VT NON ALITER REDDERETVR, QVAM SI PRIOR ILLE QVI ACCEPERAT, DECESSISSET. Sic quoque poterat dari mortis cauſa, VT NVLLO CASV EIVS REPETITIO ESSET; id eſt, nec ſi conualuiſſet quidem donator, L. Senatus cenſuit, §. mortis cauſa & L. ſi alienam, §. Marcellus, D. de mort. cau. donat. Vt plurimum autem qui mortis cauſa donabat, ea mente donabat, vt cùm conualuiſſet redderetur ſibi, d. L. Senatus, §. I. in fi. Iulian. in L. non omnis, D. ſi cert. pet. *Is qui* MORTIS CAVSA PECVNIAM DONAT, *numerat pecuniam: ſed non aliter obligauit accipientem, quam ſi extitiſſet caſus in quem obligatio collata fuiſſet, veluti* SI DONATOR CONVALVISSET, AVT IS QVI ACCIPIEBAT, PRIOR DECESSISSET. Papinianus in L. Seia, D. de mort. cau. donat. *Seia cum bonis ſuis traditionibus factis, Titio cognato donationis cauſa ceßiſſet,* VSVMFRVCTVM SIBI RECEPIT, *& conuenit,* VT SI TITIVS ANTE IPSAM VITA DECESSISSET, PROPRIETAS AD EAM REDIRET: SI POSTEA SVPERSTITIBVS LIBERIS TITII, MORTVA FVISSET, TVNC AD EOS BONA PERTINERENT. Paulus lib. III. Sent. Tit. VII. *Mortis cauſa donat qui ad bellum proficiſcitur, & qui nauigat, ea ſcilicet condicione*, VT SI REVERSVS FVERIT, SIBI RESTITVATVR: SI PERIERIT, PENES EVM REMANEAT CVI DONAVIT. Proponitur etiam in L. mortis cauſa, §. Titia, D. de mort. cau. donat. tale mortis cauſa donationis exemplum. *Titia chirographa debitorum ſuorum Septicij & Mæuij donatura illis, Ageriæ dedit,* & ROGAVIT EAM, VT SI DECESSISSET, ILLIS DARET, SI CONVALVISSET, SIBI REDDERET. Vlpian. in L. III. D. de liberat. leg. *Si quis decedens, Chirographum Seij Titio dederit*; VT POST MORTEM SVAM SEIO DET, AVT SI CONVALVISSET, SIBI REDDERET. Et in L. auunculo, D. de mort. cau. donat. Auunculo ſuo debitori mortis cauſa donaturus quæ debebat, ita ſcripſit, TABVLÆ, VEL CHIROGRAPHVM TOT, VBICVMQVE SINT, INANES ESSE, NEQVE EVM SOLVERE

bo. *Ingens ei ſepulcrum elatis aggeribus omnes pariter milites fecerunt, cum* TITVLO *huiuſmodi, inciſo marmori,* HIC PROBVS IMPERATOR, ET VERE PROBVS, SITVS EST, VICTOR OMNIVM GENTIVM, VICTOR ETIAM TYRANNORVM. Addatur his Inſcriptio Capuana. C. CÆCILIVS L. F. CÆCILA. L. L. SALVIA FECIT QVARTA VIXIT A. IX. OSSA HIC SITA SVNT. Aliàs ſcriptum legimus HIC IACET. Tibull. lib. I. Eleg. III.

Quod ſi fatales iam nunc expleuimus annos
Fac lapis inſcriptis ſtet ſuper oſſa notis.
HIC IACET *immitis conſumptus morte Tibullus*
Meſſalam terra, dum ſequitúrque mari.

Martial. Epigram. LII. lib. VI.

HOC IACET IN TVMVLO *raptus puerilibus annis*
Pantagathus, domini, cura dolórque fui.

Idem Martial. Epigram. XCII. lib. XI.

Aeolidon Canace IACET HOC *tumulata* SEPVLCRO,
Vltima cui paruæ ſeptima venit hyems.

Phocas Grammatic. in verſibus de Virgilio.

HIC BALLISTA IACET: *certo pede perge viator.*

Plautus in Querolo, Euclionem fingit in vrnam aurum conieciſſe, quaſi buſta patris, odoribus inſuper infuſis, titulóque extra addito huiuſmodi, TRIERINVS TRICIPITINI FILIVS CONDITVS ET SEPVLTVS HIC IACET. Huiuſmodi autem Tituli interdum verſibus, quandoque verò oratione metris ſoluta concipiebãtur. Auguſtum certè Suetonius in Claud. cap. I. refert Germanici Tumulo Elogiũ verſibus a ſe compoſitis inſculpſiſſe. Virgilius in iulice.

His Tumulus ſuper inſeritur. Tum fronte locatur
EVLOGIVM: *Tacita quod firmat littera voce*
PARVE CVLEX, CVSTOS PECVDVM, NIL TALE MERENTI
FVNERIS OFFICIVM VITÆ PRO MVNERE REDDIT.

Idem Bucolic. Ecloga V.

Et Tumulum facite, & Tumulo ſuperaddite CARMEN
DAPHNIS EGO IN SILVIS &c.

Propertius de ſuo Tumulo Elex. X. lib. I.

Et duo ſint verſus, QVI NVNC IACET HORRIDA PVLVIS
VNIVS QVONDAM SERVVS AMORIS ERAT.

Ouid. lib. XIIII. Methamorphos.

Vrnáque Æneiã nutrix
Condita marmoreo Tumulo, breue carmen habebat.
HIC ME CAIETAM, NOTÆ PIETATIS ALVMNVS
EREPTAM ARGOLICO, QVO DEBVIT IGNE, CREMAVIT.

Lucanus lib. II.

—Da tantùm nomen inane
Connubij, liceat Tumulo ſcripſiſſe, CATONIS
MARTIA

Silius Italic. lib. XV.

Dum cineri TITVLVM, *memorandáque nomina buſtis*
Prætendit.

Cic. lib. II. de Finib. *Non* ELOGIA MONVMENTORVM *id ſignificant? veluti hoc ad portam,* VNO ORE CVI PLVRIMÆ CONSENTIVNT GENTES POPVLI PRIMARIVM FVISSE VIRVM. *Idne conſenſiſſe de Calatino plurimas gentes arbitramur.* Idem in Catone maiore. *Quanta fuit in Attilio Calatino? In quem illud* ELOGIVM, VNO ORE CVI PLVRIMÆ CONSENTIVNT GENTES, POPVLI, PRIMARIVM FVISSE VIRVM. *Notum eſt totum eius carmen inciſum ſepulcro.* Valerius lib. VI. cap. VIII. de Vrbinio Panopione, pro quo proſcripto ſeruus mortem

exceperat. *Panopion autem*, ait, *quantum ſeruo deberet amplum ei faciendo monumentum, ac teſtimonium pietatis, grato* TITVLO *reddēdo, teſtatus eſt*. Quod & Macrob. lib. I. Saturn. cap. XI. ita refert. *Vrbinius poſtea reſtitutus monumentum ei fecit*, TITVLO *ſcriptionis, qui tantùm meritum loqueretur, addito*. Idem Valer. lib. V. cap. III. Africanum ſuperiorem exilij ſui acerbitatem grauiter & iniquo animo ferentē, ſepulcro ſuo inſcribi iuſſiſſe, INGRATA PATRIA NE OSSA QVIDEM MEA HABES. Idémque vetus Horatij Commentator in Epod. IX. tradit. Appian. lib. IIII. Bellor. Ciuil. Ἀππιανοῦ δὲ καὶ ἐν τῇ στήλῃ κεκόλαπτο ἐκ διαθηκῶν, τὸν εἰς ᾅδην χειρόμενον υἱὸς οὐ προγραφεὶς προγραφέντα ἔκρυψά τε, καὶ συνέφυγον καὶ περιέσωσα. Plin. Epiſt. XIX. lib. VII. *Eſt via Tiburtina intra primum lapidem (proximè adnotaui) monimentum Pallantis, ita inſcriptum*: HVIC SENATVS OB FIDEM PIETATEMQVE ERGA PATRONOS ORNAMENTA PRÆTORIA DECREVIT, ET SESTERTIVM CENTIES QVINQVAGIES CVIVS HONORE CONTENTVS FVIT. Iulius Capitol. in Gordian. *Gordiano ſepulcrum Milites apud Circeum caſtrum fecerunt, in finibus Perſidis*, TITVLVM *huiuſmodi addētes & Græcis & Latinis & Perſicis & Iudaicis & Aegyptiacis literis, vt ab omnibus legeretur*: DIVO GORDIANO VICTORI PERSARVM, VICTORI GOTTHORVM, VICTORI SARMATARVM DEPVLSORI ROMANARVM SEDITIONVM, VICTORI GERMANORVM, SED NON VICTORI PHILIPPORVM. Trebell. Pollio in triginta Tyrann. cap. de Cēſorino. *Extat eius ſepulcrum in quo grandibus literis circa Bononiam inciſi ſunt omnes eius honores, vltimo tamē verſu adſcripto*, FELIX AD OMNIA, INFELICISSIMVS IMPERATOR. Idem in Valerianis. *Mittendum in litteras cenſui, hunc Valerianum circa Mediolanum, ſepultum, addito* TITVLO *Claudij iuſſu*, VALERIANVS IMPERATOR.

Interdum & mortis cauſa Epitaphiis adſcribebatur, Ex hoc more Ouid. lib. IX. Metamorphoſ.

Néve merere meo, SVBSCRIBI CAVSA, *ſepulcro*.

Idem Epiſt. Phyllidis ad Demophoontem.

INSCRIBERE *meo* CAVSA *inuidioſa ſepulchro*.

Et lib. III. Faſtor. Tumulo Didus carmen inciſum fingens,

TVMVLIQVE, ait, *in* MARMORE *carmen*
Hoc breue, quod moriens ipſa reliquit, erat:
PRÆBVIT ÆNEAS ET CAVSAM MORTIS, ET ENSEM:
IPSA SVA DIDO CONCIDIT VSA MANV.

Quod Epitaphium totidem verbis ponitur in Epiſtola Didus ad Æneam. Etiam ipſemet de ſe ſcriptum Epitaphium, monumento ſuo incidi mandat lib. III. Triſt. Eleg. III.

Quóſque legat verſus oculo properante viator,
Grandibus in TVMVLI MARMORE *cæde* NOTIS.
HIC EGO QVI IACEO TENERORVM LVSOR AMORVM,
INGENIO PERII NASO POETA MEO.

Sueton. in Aug. cap. XII. *Nurſinos grandi pecunia & quam pendere nequirent, multatos, extorres egit oppido: quod Mutinenſi acie interemptorum ciuiū* TVMVLO PVBLICE EXSTRVCTO *adſcripſerant*, PRO LIBERTATE EOS OCCVBVISSE. Plinius lib. XXIX. Nat. hiſt. cap. I. *Hinc illæ circa ægros miſeræ ſententiarum concertationes, nullo idem cenſente, ne videatur adſertio alterius. Hinc illa infelicis Monumenti inſcriptio*: TVRBA SE MEDICORVM PERISSE. Cui conuenienter Imp. Hadrianus moriens exclamaſſe dicitur hoc vulgi ſermone tritum dictum, Πολλοὶ ἰατροὶ βασιλέα ἀπώλεσαν.

Sollemne verò erat, eiuſmodi Titulis ſpatium vitæ eorum quorum corpora Tumulis condebantur, exiliter ad calculos reuocare: & quot annos, mēſes, & eo amplius dies, vixiſſent, complecti, in hunc modum, VIXIT ANNIS tot, MENSIBVS tot, DIEBVS tot, vt ex Antiquis Monumentorum Inſcriptionibus quæ in omnium paſſim manibus verſantur, liquet. Seneca. Epiſt. LXXVIII. *Nulla vita eſt non breuis. Nam ſi ad naturam reſpexeris, etiā Neſtoris, & Statiliæ breuis eſt, quæ* INSCRIBI MONVMENTO SVO

IVSSIT, ANNIS SE NONAGINTA NOVEM, VIXISSE. Xiphilinus in Hadriano, de Simili Præfecto Prætorio, qui vacatione impetrata, priuatus ſeptem annos egit. Καὶ ὀλίγῳ τὸ μνῆμα αὐτοῦ τῷ τοῦ ἐπιγράψαι, ὅτι, Σίμιλις μὲν ἐνταῦθα κεῖται: βιοὺς μὲν ἔτη τόσα, ζήσας δὲ ἔτη ἑπτά.

Sed & ſtipendia quæ meruerant, eiuſmodi Titulis complectebantur, his verbis, MILITAVIT ANNIS TOT, quæ in vetuſtis lapidibus non rarò occurrunt. Ex quibus etiam patet. Muliebrium monumentorum Titulis matrimoniorum annos comprehendi conſueuiſſe. Nec vniuiræ hoc pudicitiæ & caſtitatis ſuæ argumentum ſilebant.

Propert. lib. IIII. Eleg. vlt.

Iungor Paule tuo ſic diſceſſura tubili.
In LAPIDE *hoc*, VNI NVPTA *fuiſſe, legar.*

Martial. Epigram. LXIII. lib. X. in Epitaphio nobilis matronæ.

Quinque dedit pueros, totidem mihi Iuno puellas,
Clauſerunt omnes lumina noſtra manus.
Contigit & THALAMI *mihi* GLORIA RARA, FVITQVE
VNA PVDICITIÆ MENTVLA NOTA MEÆ.

Quò alludens, Iuuenal. Sat. VI.

Sic creſcit numerus ſic fiunt octo mariti
Quinque per Autumnos: TITVLO *res digna* SEPVLCRI.

Extat apud Martialem Titulus à filio parentibus vno rogo crematis poſitus, Epigr. LXXI. in hæc verba.

Quiſquis læta tuis, & ſera parentibus optas
Fata, breuem TITVLVM MARMORIS *huius ama.*
CONDIDIT HAC, CARAS, TELLVRE, RABIRIVS VMBRAS,
NVLLI SORTE IACENT CANDIDIORE SENES.
BIS SEX LVSTRA TORI, NOX MITIS, ET VLTIMA CLVSIT
ARSERVNT VNO FVNERA BINA ROGO.

Huiuſmodi etiam Tituli plerumque eius nomen qui monumentum exſtruxiſſet, continebant, hoc modo; ILLE FECIT, vel POSVIT. Vnde Martialis feſtiuus Epigram. XVI. lib. IX. iocus in mulierem quæ ſeptem maritorum, quibus fortè mortis cauſam præbuerat, tumulo hunc Titulum, VXOR FECIT, adſcripſerat: Verſus eius de ea re ſunt hi,

INSCRIPSIT TVMVLO *ſeptem celebrata virorum*
SE FECISSE *Chloïs: Quid pote ſimplicius?*

Addebantur verò plerumque verba hæc. BENE MERENTI FECIT, quod ſignificant hæ notæ, B. M. F. Valerio Probo interprete. Pleni ſunt exemplorum literati ſilices, ad quos, lectores reiicio. Aliâs etiam inuenio, TITVLVM POSVIT, B. M. F. Nec monumentis duntaxat, ſed & Vrnis & Ollis idem Titulus apponebatur: vt ex hac Inſcriptione apparet, CLAVDIO APHRO. V. A. XXV. L. ANTONIVS OLLAM CVM TITVLO, BENE MERENTI.

Quod ſi monumentum heres feciſſet, adſcribebatur, H. F. id eſt, HERES FECIT, ſeu HEREDES FECERVNT, vel H. F. C. id eſt, HERES FACIENDVM CVRAVIT. Et quidem ſi vltrò heres, libertus, ſeu qui alius id ſua pecunia feciſſet, addebat, FECIT DE SVO. Aut ſi id teſtator fieri iuſſiſſet, addebatur H. E. T. F. id eſt, HEREDES EX TESTAMENTO FECERVNT: vel, EX VOLVNTATE, aut SECVNDVM VOLVNTATEM FECERVNT. Aut ſi ipſemet viuus ſibi monumentum exſtruxiſſet, adſcribebatur V. F. id eſt, VIVENS SEV VIVVS FECIT: vel V. F. C. id eſt, VIVENS SEV VIVVS FACIENDVM CVRAVIT: vel, V. H. S. F. M. id eſt, VIVVS SEV VIVENS HOC SIBI FECIT MONVMENTVM. vel SE VIVA FECIT SIBI. Huc pertinent hæ apud Valerium Probum notæ, V. S. P. & V. S. L. M. quas ille valere ait, VIVENS SIBI POSVIT; & VIVENS SIBI LOCVM MONVMENTI. Item hæ, O. V. F. & hæ M. S. & M. S. P. id eſt, eo interprete, MONVMENTVM CONDIDIT, ET MEMORIÆ SVÆ POSVIT. Aliâs

vt in quibuſdam Inſcriptionibus inuenio, ſcribebant, SE VIVO FECIT, vel SE VIVA FECIT. Quòd ſi locum monumenti emiſſent, ſcribebant, VIVVS COMPARAVIT, vel, EMIT. Et interdum addebant, SE SIBI ET SVIS FECISSE. Hoc enim ſignificant hæ notæ, V. F. S. E. S. Superiores autem formulæ his quas ſubieci Inſcriptiönibus comprobantur. DIS. MANIBVS.

Q. LOLLI FELICISS. VIX. ANN. LIIX. MENSES. III. DIES XIIX. LOLLIA. IOVIS. FILIA. NATVRALIS. IDEM. LIBERTA. PATRI. OPTIM. ET Q. LOLLIVS. FELIX. PATRONO. BENE. MERENTI. EX. TESTAMENTO. EIVS. HS. III. M. N. ET. EX. SVO. AMPLIVS ADIECTIS. HS. III. CCCC. M. N. FECERVNT. ET. SVIS. LIBERTIS. LIBERTABVSQVE. POSTERISQVE. EORVM.

L. PLOTIÆ EX TESTAMENTO, ITA VT CAVIT, LIBERTI IDEMQVE HEREDES POSVERVNT.

L. ALLIENVS Q. L. CHRESIMVS A. AGNEIA IVCVNDA TESTAMENTO SVO FIERI IVSSIT.

L. CALPVRNI. RESTITVTI. EX. TESTAMENTO. FACTVM. ARBITR. HEREDVM. RESTITVTA.

C. HELVIO. C. F. COR. CEBERI. ET. C. HELVIO. FELICI. PAR. TESTAMENTO. FIERI. IVSSIT. ARBITRATV. QVARTILLÆ. LIB. M. VIBI. FRISCI, HER. L. PLOTINI. PHOEBI. HER.

APLASIA. C. F. PAVLLINA. ARAS. TRES. SIBI. ET. Q. CORRIO. ANTIQVO. VIRO. SVO. ET. CORRIÆ. Q. F. PAVLLINÆ. FILIÆ. SVÆ. TESTAMENTO. PONI. IVSSIT. MACERIA. CIRCVMDATA.

DOMITIO. DOMITIANO. T. F. ROM. AVONCLO. C. PLACIDI. DEC. FRATRI. ALVIDIVS. T. F. ROM. SIBI. ET. SVIS. TEST. FIERI. IVSSIT. L. TARQVITIO. L. F. POM. ETRVSCO. SVLPICIANO. SCRIBÆ. QVÆSTORIO. EX. TESTAMENTO. DE. HS. XX.

C. MARCIVS. VOLSON. F. SERG. MAXIMVS. TR. DE. LIB. AQVILA. SIBI. ET. SILIÆ. EVTYCHIÆ. VXORI. ET. LIBERTIS. LIBERTAB. POSTERISQVE. EORVM. OMNIBVS. TESTAMENTO. FIERI. IVSSIT. EX. HS. CCIↃↃ. ADIECIT. EO. SILIA. EVTYCHIS. CONIVNX. HS. IↃↃ. CↃ. CↃ. CↃ. CCC.

L. MARCIO. L. L. THEODORO. ET. FRATRI. EIVS. ET. MARCIÆ. L. L. PHILVMINÆ. VXORI. EX. TESTAMENTO. HS. CCIↃↃ. CCIↃ. ARBITRAT. MARCIÆ. L. L. PHILIMINÆ. VXORIS. RELIQ. PECVNIAM. DE. SVO. ADIECIT. HAVE. TIBI. VALE.

L. VOLCATIO. Q. F. VEL. PRIMO. II. VIR. II. QVINQ. FLAM. DIVOR. OMN. P. C. EX. TESTAMENTO. EIVS. POSITA. Q. LICINIO, CRISPINO. C. HERENNIO. MAXIMO. II. VIR.

HERENNIÆ. C. F. IVSTÆ.

M. APISTIVS. M. F. PAL. SABINVS. DVVMVIR. VEIOS. IIII. VIR. NEPETE. VXORI. SANCTISSIMÆ. ET. PIENTISSIMÆ. ET. DE. SE. OPTIMÆ. MERITÆ. TESTAMENTO. FIERI. IVSSIT.

EX. TESTAMENTO. EIVS. FECERVNT. A. HERENNVLEIVS. AMPLIATVS. A. HERENNVLEIVS. ADMETVS. A. HERENNVLEIVS. FORTVNATVS. A. HERENNVLEIVS. FIDELIS. A. HERENNVLEIVS. EVNVS. A. HERENNVLEIVS. ABASCANTVS. LIBERTI. SIBI. SVIS. POSTERISQVE. EORVM.

Aliâs legitur, EX CAVSA LEGATI FECIT, vt in hac Inſcriptione. D. M. M. LIBIO. MVCRONI. C. CÆCINA. QVINTILIANVS. AMICO. BENE. MERENTI. EX. CAVSSA. LEGATI. FECIT. Et in alia, L. AVFVSTI. L. F. SVBVRA. RVFFIN. CEN. COHOR. VII. VIGIL. ROM. CANDIDAT. TI. CÆSAR. ET. AVFVSTIÆ. SVPERANTIÆ. ET. AVFVSTI. ET. AVFVSTLÆ. GEMEL. OLL. IIII. L. AVFVSTIVS. L. F. SVB. FVSCVLVS. MAIOR.

IOR L. AVFVSTIVS L. F. PALATINA SERENVS EX CAVSSA LEGATI FACIVNDVM CVRAVIT.

Aliâs, THALLVS ET IANVARIA LIB. DE SVO POSVERVNT, LOCO LECATO AB IVLIO ALCIDE COLL. EIVS CVIVS HERES FVIT.

Interdum inſcribebant PONENDVM CVRAVIT, nec aliud plerumque notæ iſtæ, P. C. quæ ſæpe occurrunt, ſignificant. Proinde Hiſpanienſis Lapidis verba hæc, Q. FVLVIO Q. F. OPPIA ÆD. Q. F. OPIOLA, TEST. PONI IVS. C. APPIVS SVPERSTES CANINIVS MONIANVS H. P. C. Sic interpretor, TESTAMENTO PONI IVSSIT C. APPIVS SVPERSTES CANINIVS MONIANVS HERES PONENDVM CVRAVIT.

Aliâs legitur, E SVA PECVNIA FECIT HEREDES DE SVO FECERVNT: vel, POSVERVNT DE SVO. Quod ſi, quid mõſtri alant verba hæc, ISTOLO CARFTVM FEC. quæ Danij in Hiſpania viſuntur, aliquis me cõſulat, tanquã ex Tripode reſpondebo, prodigiũ hoc ita procurandum eſſe, ISTO LOCARI TVMVLO FECIT.

De Monumentis verò emptis comparatíſque has profêro Inſcriptiones.

D. M. IVLIVS ZOTICVS VIVVS COMPARAVIT SIBI ET SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM.

ATTIA EROTIS CÆSARIANA MARCI PACATI EMIT AB SOLO OLL. II.

D. M. TEGEDIÆ FORTVNATÆ, ET L. CORNELI FIRMI VIVI SIBI FECERVNT, QVEM EMERVNT HS. CXX. OSSA L. BACCHII L. F. HEIC POSITA SVNT, AD LOCVM QVEM IPSE VIVVS EMIT.

OPPIA T. F. BASSILLA MATER INFELICISSIMA FECIT BASSO FIL. OPTIMO ET PIISSIMO ET SIBI ET AMANDO AVG. L. CONIVGI ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE BASSI FILII MEI ET MEIS ET AMANDI, ET NATIS NATÆVE EORVM, LOCO EMPTO, TERRÆ IVGERIBVS TRIBVS ET ÆDIFICIS OMNIBVS CIRCVMDATA MACERIA. Et aliâs, EMPTO LOCO FECIT SIBI ET SVIS.

Monumento etiam ſtatuam ſuperadditam Titulis quandoque teſtabantur, quod ſequẽtes Inſcriptiones docẽt. M. C. Q. AVITO SVPERPLVENTI PECVNIA QVAM IN MAVSOLEVM SIBI FACIENDVM, ET STATVAM MARMOREAM PONENDAM TESTAMENTO IMPENDI IVSSIT.

CÆCILIÆ TROPHIMÆ STATVAM, EX TESTAMENTO SVO EX ARG. P. C. SVO ET CÆCILII SILON. MAR. SVI NOMINE P. C. D. CÆCIL. HOSPITAL. ET CÆCILIA HILETE HEREDES, SINE VLLA DEDVCTIONE.

Poſtulat hic locus, vt ea quæ Viri Vxoribus & contrà Vxores viris, Paręntibus liberi, & vice verſa Parentes liberis, elogia in huiuſmodi Titulis tribuebant, commemorem. Innumera certè Virorum de Mulieribus elogia inueniuntur: è quorum turba præcipua aliquot ſelegi. Qualia ſunt hæc, RVTILIÆ PRIMITIVÆ CONIVGI SVÆ CVM QVA VIXIT ANNIS XX. SINE BILE.

ATTILIÆ MAXIMINÆ ANIMÆ INNOCENTISSIMÆ CARMVS VITALIS VXORI INCOMPARABILI, QVÆ VIXIT MECVM SINE VLLA CONTROVERSIA ANN. XVIII. M. II. D. VIII. QVÆ TVLIT SECVM ANN. XXXXVI. QVÆ DVXIT SECVM GLORIAM, ET HONOREM ÆTERNVM. VALE MEVM SOLATIVM.

CÆLIÆ DONATÆ M. VLPIVS AVG. LIB. VALENS A VESTE IMP. PRIVATA, CONIVGI CARISS. SANCTISSIMÆ, CVM QVA VIXIT ANN. XXXVIII. SINE CRIMINE.

NERATIÆ VXORI OPTIMÆ, CVM QVA, A PVERITIA, SINE OFFENSA VIXIT ANNIS XXXI. LVCIDÆ DVLCISSIMÆ CONIVGI, CVM QVA SINE DISCORDIA VIXIT AN. XV. M. X. D. XX. TVLIÆ CHRYSANTHIDI CONIVGI INCOMPARABILI CVM QVA VIXIT ANN. XVIII. SINE MACVLA ET QVERELA.

CONIVGI OPTIMÆ, ET BENE DE SE MERITÆ, CVM QVA VIXIT ANN. XII. SINE VLLA QVERELA. Quod genus loquẽdi vſurpans Ouidius lib. IIII. Triſt. Eleg. v. coniugibus bene precatur in hunc modum,

Sic æquet tua nupta virum bonitate perenni,

Incidat & veſtro RARA QVERELA TORO.

Plinius Secund. Epiſt. v. lib. VIII. *Graue vulnus Macrinus noſter accepit: Amiſit vxorem ſingularis exempli, etiam ſi olim fuiſſet.* VIXIT CVM HAC XXXIX. ANNIS SINE IVRGIO, SINE OFFENSA. Aliâs legitur, CONIVGI CARISSIMÆ, CVM QVA VIXIT BENE ANN. L. CONIVGI BENE MERENTI, FRVGALISSIMÆ ET CARISSIMÆ. VXORI OPTIMÆ, SANCTISSIMÆ, CARISSIMÆ, FIDELISSIMÆ. CONIVGI OPTIMÆ, PIISSIMÆ ERGA SE SVOSQVE. CONIVGI DVLCISSIMÆ, QVÆ SI AD VITÆ METAM PERVENISSET, NON HOMINIBVS, NEQVE DIIS INVIDISSET. CONIVGI CASTÆ, CARÆ, BONÆ, PIÆ, FIDELI, DVLCI, AMANTISSIMÆ, DESIDERATISSIMÆ. Aliâs additur, ET INCOMPARABILIS ERGA MARITVM ADFECTVS, SANCTITATISQVE, ET EXIMIÆ ERGA LIBEROS PIETATIS. SECVNDINÆ CONIVGI CARISSIMÆ, ERGA SE DILIGENTISSIMÆ, FEMINÆ RARISSIMÆ, SINGVLARIS EXEMPLI PVDICITIÆ, QVÆ VIXIT ANN. XXXXV.

ANCHARENÆ APIÆ CONIVGI SANCTISSIMÆ, DE QVA DOLVIT NIHIL NISI MORS EIVS. MARTIÆ CONIVGI BENE MERITÆ CARISSIMÆ QVÆ MVLTIS CVM SVDORIBVS MATVRA ÆTATE VIXIT VIRTVOSE. Hæc prætereà inuenio, HIC EST POSITA ALLIA BLESILLA RARI EXEMPLI FEMINA: QVA VIXIT ANN. XXVI. M. II. D. XII. DVLCISSIMÆ CONIVGI FECIT. Item, HIC EST ILLA SITA PIA, FRVGI, CASTA, PVDICA, SEMPRONIA MOSCHIS, CVI PRO MERITIS AB CONIVGE GRATIA RELATA EST.

ÆLI FABIAN. ÆL. FABIAN. F. QVÆ MAGNO CASTITATIS ET PVDICITIÆ EXEMPLO IN VRBE CELEBSTA DIV FVIT, ET QVÆ VITA DECEDENS CVM PVBLICO POPVLI LVCTV, TOTA VRBE FVNVS PROSEQVENTE, V. KALEND. SEXTIL. ELATA ANTE ÆD. MINERVÆ SEPVLTA EST. Q. PVBLICIVS. Q. F. F. CONIVGI. B. M. QVÆ VIXIT ANN. XXXVIII. Denique venuſtum Romæ extat Claudiæ Epitaphium his verſibus,

> HOSPES, QVOD DEICO PAVLLVM EST: ASTA, AC PELLEGE.
> HEIC EST SEPVLCRVM HAVT PVLCRVM PVLCRAI FEMINÆ.
> NOMEN, PARENTES NOMINARVNT CLAVDIAM.
> SVOM MAREITVM CORDE DILEXIT SOVO.
> GNATOS DVOS CREAVIT, HORVNC ALTERVM
> IN TERRA LINQVIT, ALIVM SVB TERRA LOCAT.
> SERMONE LEPIDO, TVM AVTEM INCESSV COMMODO.
> DOMVM SERVAVIT, LANAM FECIT, DIXI. ABEI.

Vbi obiter obſeruanda ſunt prima verba hæc HOSPES: Nam & eadem loquendi figura, Doſſenni monumento Titulum inſcriptum in hæc verba,

> HOSPES RESISTE, ET SOPHIAM DOSSENNI LEGE,

Seneca Epiſt. xc. quæ libri XIIII. prima eſt, refert. In Lapide etiam Romano inueniuntur hi verſus,

> HOSPES AD HVNC TVMVLVM NE MEIAS, OSSA PRECANTVR
> TECTA HOMINIS. SET SI GRATVS HOMO ES MISCE, BIBE, DAMI.

Non omittendum eſt & hoc Iuliæ Maximæ Epitaphiũ, D. M. PORTITORI PLVTONI ET PROSERP. HAVE IVLIA C. F. MAXIMA, FELIX DOM. TREMENT. SALON. ANIMVLA DVLCIS, ANIMVLA SVAVIS, ANIMVLA IN DEORVM NVMERVM RECEPTA. VNDE TALE: QVANDO TALE: ET CVI TALE: V. A. LIX. M. VI. D. XII. HORA NOCTIS IX. Ex qua Inſcriptione notandum eſt, ſalutem quoque mortuis adſcriptam. Inde in aliis Inſcriptionibus, HAVE THAIS, DII TIBI BENE FACIANT. AVE ALCIME, BENE TIBI SIT. HAVE GERMO HOMO BONE. HAVE IVLIA MAXIMA. HAVE HYGIA ANIMA DVLCISSIMA. IPHYGENIA SVAVIS AVE. MACEDO HAVE. PARTHENI HAVE.

Denique ex Inſcriptione Aquileienſi pars hæc agmen coget. SATIS FVI PROBATA QVÆ VIRO PLACVI BONO: QVI ME AB IMO ORDINE AD SVMMVM PERDVXIT HONOREM.

Viciſſim & Vxores Viris hæc fixiſſe Elogia inuenio. VLPIA. AVG. LIB. HEROIS CONIVGI CARISSIMO ET PIENTISSIMO, DE SE BENE MERITO, CVM QVO VSXIT SINE VLLA QVERELA ANNIS XXV. Eraliâs: SVLPICIO AVG. ERC. FECIT VXOR VENTRIA, APRODISIA VIRO BENE MERENTI MVLIER INFELICISSVMA, ET SIBI ET SVIS L. L. P. EORVM. Item, CLAVDIA EXOCHE CONIVGI BENE MERENTS ET SIBI FECIT. Et, EX VOLVNTATE M. ACILI HILARIANI ANTISTIA PRIMA IMPERFECVM CONSVMMAVIT MARITO INCOMPARABILI ET SVIS. In Hiſpania. ÆMYLIO VALERIO CHORNITO BONVM BONO QVS VIXIT ANN. XL. DEFVNCTO HONORIBVS EDILICIIS ANTONIA TORTONIO MARITO OBSEQVENTISSIMO, E. M. F.

SEX. VAL. SEX VALERIO &C. PATRONO COLLEG. OMNIVM, OMNIBVS HONORIBVS PERFVNCTO, VIRO BONO, QVI VIXIT SINE VLLA QVERELA, CVM CONIVGE INFRASCRIPTA ANNIS LV.

ANNIA CYPRIS MONVMENTVM FECS M. ÆMYLIO CONIVGI MEO, CVM QVO VIXI ANNIS L. SINE VLLA QVERELA.

VIBIA L. F. MARCELLA FLAMINIA AVGVST. MARITO OMNIBVS EXEMPLIS DE SE BENE MERITO CENAC. COLON. ET EPVL. POP. DED.

COCCEIA CHRYSIS CONIVGI INCOMPARABILIS PIETATIS.

Titulorum verò, quos Parentibus Liberi poſuiſſe memorantur, hæc ſunt exempla. PATRI DVLCISSIMO ET INCOMPARABILI CÆSONIVS LVCILLVS FILIVS CONSVLARIS.

ANICIÆ. FALTONIÆ. PROSÆ. CONSVLIS. VXORI. CONSVLSS. FILIÆ. CONSVLVM. MATRI. ANICIVS. PROBINVS. V. C. QVÆSTOR. CANDIDATVS. FILII. DEVINCTI. MATERNIS. MERITIS. DEDICARVNT.

ANICIÆ. FALTONIÆ. PROBÆ, FIDEI. NOBILITATIS. ANTIQVÆ. ORNAMENTO. ANICIANÆ. FAMILIÆ. SERVANDÆ. AC. DOCENDÆ. CASTITATIS. EXEMPLO. CONSVLVM. PROLI. CONSVLVM. MATRI. ANICIVS. HERMOGENIANVS. OLYBRIVS. V. C. CONSVL. ORDINARIVS. ET. ANICIA. IVLIAN. C. F. EIVS. DEVOTISSIMI. FILII. DEDICARVNT.

D. M. M. PETRONIO. ONESIMO. M. PETRONIVS. LVCINIANVS. PATRI. DVLCISSIMO. B. M. F. QVI. VIXIT. AN. LXIII. MENS. SI. D. II.

Extare fertur Geroudæ hæc à filio patri poſita Inſcriptio. EGO L. PISO L. F. VNO, CINERES L. PISONIS PATRIS MEI ET C. FLAVIÆ MATRIS MEÆ, SEPVLCRO POSVI, ET XXV. POST ANNO VITÆ, CINERES ADMISCERI MEOS SVSSSS, VT QVIBVS VITA CONIVNCTVS FVERIM, IN VLTIMO POSTEA FATO VENIENTE FOREM CONIVNCTIOR PVLVERE MEO PVLVERI EORVM ADMIXTO.

Contra quandoque parentes liberis turbato ordine mortalitatis hos qui ſequuntur Titulos poſuerunt.

ÆMYLIO PAVLO PAPINIANO PRÆFECTO PRÆTORIO IVRISCONSVLTO, QVS VIXIT ANNOS XXXVI. DIES X. MENS. III. PAPINIANVS HOSTIBVS EVGENIA GRACILII TVRBATO ORDINE, IN SENIO, HEV PARENTES FECERVNT FILIO OPTIMO.

CRVDELES PARCÆ QVÆ NEMINI PARCVNT, INVIDERE MIHI. HIC SITVS EST LIGVRINVS PVER DOLOR PARENTVM.

TIB. CLAVDIO TI. F. CAMIL. SOTERICHO VIXIT ANNIS DVOBVS, MENSIBVS XI. DIEBVS X. H. IIII. FECIT TI. CLAVDIVS SO-

ETRICHVS INFELICISSIMVS: PATER ÆTERNO DOLORE ADFLICTVS ET SIBE ET CLAVDIÆ EXOCHÆ CONIVGI SVÆ ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM.

P. PEREGRINO HELIODORO CONSVMMATÆ PERITIÆ MEDICO, ET MIRÆ PIETATIS IVVENI, COMINIA FAVSTINA MATER INFELICISS. P. C.

INFELICISSIMVS PARENS, ADFLICTVS PRÆPOSTERITATE NATVRÆ, FILIVM HOC TVMVLO CONDIDIT, QVEM IMPORTVNA MORS ADEMIT, PRÆREPSITQVE SENII BACVLVM, CVI IAM DEPESSA ÆTAS ADNITENS, PERBREVES ANNOS SVOS ALLEVABAT. NVNC ANTE MORS ADSEQVITVR QVAM TRISTES LACRYMÆ DESERVERINT.

QVOD FAS PARENTI FACERE DEBVIT FILIVS, MORS IMMATVRA FECIT VT FECERIT PARENS. PATER SVCCESSVS SVPREMVM VTRISQVE PRÆSTITIT OFFICIVM IN F. P. XI. IN AG. P. XI.

QVOD FILIVS PATRI FACERE DEBVERAT, IPSE FECIT.

VOTA ERANT VT PARENTIBVS ISTA PARARET, SED MORS IMMATVRA FECIT VT FACERENT PARENTES FILIO.

OPPIA CALSIANE MATER, FECI FILIÆ MEÆ, QVOD ÆQVOM FVERAT, FILIA HOC FACERET MIHI: VITELLIÆ L. F. TALLIÆ Q. V. A. XXI.

SCENNI ANNEI AFRICANI FIL. DVLCISSIM. QVI VIXIT AN. XII. M. VIII. DIES X. PARENTES INFELICISSIMI, AMISSIONE EIVS PERPETVIS TENEBRIS ET QVOTIDIANA MISERABILI VLVLATIONE DAMNATI.

D. M. AVRELIÆ LVCIDIÆ GRATÆ DVLCISSIM. ADOLESCEN. INTEGERRIMÆ VENVSTISSIMÆQVE, M. AVREL. LVC. PIVS INFELICISSIMVS PATER INSPERATOS TVMVLOS DEDIT, MISIT VLTIMAQVE DONA.

FORMOSVS, FRVGI, DOCTVS, PIVS, A PATRE MOESTO
ACCEPIT TVMVLOS, QVOS DARE DEBVERAT.

L. AFFIO IN PRIMO ÆTATIS FLORE PRÆREPTO ÆLIVS RESTITVTVS PATER.

GERITO INFANTI MELLITO AC DVLCISSIMO, VIXIT ANN. II. D. IIII. H. IX. GEROTIO PATER CONTRA VOTVM.

ATTIO PROCVLO LICTORI FILIO DVLCISSIMO QVI VIXIT ANN. XVIII. M. VIII. D. VII. FABIA SECVNDA CONTRA VOTVM PIETATIS POSVIT.

VLPIA PAVLINA MATER INFELICISSIMA CONTRA VOTVM PIETATIS POSVIT.

NONIA M. F. MAXIMA VIXIT ANN. XXXV. ET QVOD MISERRIMVM EST MATER FECIT FILIÆ CANTRIA C. F. POLLA.

VALERIA TROPHIMA FILIO DVLCISSIMO ET PIENTISSIMO ET FRVGALISSIMO, VIXIT ANNIS XXIX. MENS. VIIII. DIEB. XVI. HORIS VII.

INFELIX FATVM, PRIOR DEBVI MORI MATER.

T. PLAVTIO, P. F. DE MVNICIPIO. ATTACEN. OPTIME. MERITO. ET XXXVIII. ÆT. ANN. E VITA. SVBLATO TOTO POPVLO. CVM MAGN. LACHRI. FVNVS. PROSEQVENTE, QVINTIA PAVLINA MATER ANN. LXXXIII. AD FLETVM, AD GEMITVM RELICTA, TVMVL. LACHRIM. PLEN. E MARM. HVM. D. DEDIT.

I. PROCVLO. L. F. XVI. ANN. NATO QVI NIHIL CVM ADOLESCEN. COMMVNE HABENS, SENES SAPIEN. ANTEIVIT SEX. TERTVLIA MAT. AD LACHRYMAS RELIC. HOC MONVMEN. EREXIT.

C. LVCR. C. F. MAGNA OMNIVM EXPECTATIONE GENITO, XVIII. ÆTAT. AN. AB IMMANI ATROPO P. VITÆ RECISO, FVSCA MATER AD LVCTVM ET GEMITVM RELICTA, LACHRYMIS ET OPOBALSAMO EVM HOC SEPVLCHRO CONDIDIT.

GLAVCIA MATER ME HEIC POSVIT, NATVM LXXXVIII. AN. CVM IPSA CXVIII. IAM ANN. AGERET: FELIX, SI EGO EAM ANTE HVMASSEM.

Vbique certè Parentes in Titulis liberorum, INFELICISSIMOS ſe appellant.

Circumfertur

Circumfertur & elegans Paraſiti Epitaphium, in hæc verba. VIATORES. CIVES. OPTVMI. VEL. ADVENÆ. SIVE. BINI. SIVE. SINGVLI. INCEDITIS. SIVE. TVRMATIM. QVOD. MACIS. ERIT. CRATIÆ. SISTITE. OBFIRMATE. CRESSVM. NEC. MIREMINI. SI. MORAMINI. ALIQVANTISPER. DICACVLVS. EQVIDEM. PVI. SVCCINCTVS. SERMO. OARI. VOBIS. NON. POTEST. IVVAT. VOBISCVM. ESSE. AC. AB. ORE. MEO. PENDVLOS. DETINERE. VT. IVVIT. SEMPER. SAXVM. HOC. VOS. VOCAT. QVID. INQVAM. VIVVS. ASSVEVI. PRVOENS. IMPRVDENS. MORTVVS. ITEM. VOS. FALLO. NAM. NON. VOS. VOCAT. QVOD. VACAT. ORE. VERVM. IS. QVOIVS. CINIS. HIC. LATET. OLIM. QVOM. POTVIT. NVNC. HVC. VOS. VOCARI. VOLVIT. VALVITQ. HOC. HÆC. OLIM. SVA. VOLVNTAS. VOLENTES. VOS. LEGERE. HOC. SCRIPTVM. VAH. QVIO. LOQVOR. IMMO. SCVLPTVM. QVAM. ÆGRE. VERITAS. ADHVC. SE. MECVM. CONCILIAT. NAM. NEQVE. HIC. ATRAMENTVM. VEL. PAPYRVS. AVT. MEMBRANA. VLLA. ADHVC. SED. MALLEOLO. ET. CELTE. LITERATVS. SILEX. SILENS. ADHVC. QVIO. HIC. LATET. LATE. QVOD. ECO. EFFERRI. ET. EFFARI. CESTIO. SERTIVS. POLENSIS. PARASITVS. HISTRIO. VESTER. PESTIVISSIMVS. HEIC. CVBO. HOC. VNVM. QVIDEM. TANDEM. SPONTE. DICTVM. VERVM. EST. SI. QVIS. DVBITAT. HANCINE. OLPACIAT. HVMVM. OLET. TEMETVM. ET. PLOREM. VINI. VETERIS. QVO. SATVR. SATIS. IVVENIS. HAVSI. AT. SI. VEXI. VITAM. TAM. VOBIS. GRATAM. QVAM. NOTAM. VRBI. ET. ORBI. NON. MINVS. MVNVS. HOC. A. VOBIS. IMPETREM. OPORTET. ADESTE. MIHI. ET. FAVETE. EOICTOQVE. HVIC. VOS. SVBSCRIBITE. ET. OBSIGNATE. SI. QVIS. SIBI. VESICAM. ONVSTAM. SENSERIT. DOMVM. SVAM. ONVS. HOC. REPORTET. IN. CLOACAM. SI. VERO. FESTINVS. FVERIT. CITERIOR. VEL. VLTERIOR. HOC. LOCO. PRO. RELIGIONE. SE. EVACVET. QVI. NON. PARVERIT. HÆC. MVLTA. ILLI. ESTO. TESTE. ALTERO. VT. CAREAT. CANES. QVOQVE. CÆSI. PVSTIBVS. EDICTVM. HOC. SENTIANT. APPVISTIS. PAVISTIS. ET. OBSIGNASTIS. TENEO. QVO. MODO. RISVM. VOBIS. DARE. SITIO. HVI. SENTIO. DICTVM. VOLVI. ESSE. SED. QVID. HOC. EST. QVOD. TAM. FAMILIARITER. ISTVC. PROCEDIT. VERITAS. PROFECTO. CONTAGIONE. MEI. SISTIT. IPSA. QVOQVE. ET. MIHI. SVPARASITATVR. QVÆ. VLTRO. POTVM. INVOCATA. AOVENIT. NVNC. SI. VRBANI. PERHIBERI. VVLTIS. ET. VERITATI. SVPPARASITANTI. ET. ARENTI. MEO. CINERI. CANTHARO. PIACVLVM. VINARIVM. PESTINATE. POST. VALETE. ABITE. IN. REM. VESTRAM. VIATORES. OPTVMI. HIS. NVCIS. AMBACIBVS. CONDONATI. POSTVMIS.

His venuſtas aliquot Hiſpanienſium Monumentorum Inſcriptiones ualde deprauatas ſubiungam, vel ea potiſſimum gratia, vt luxatas notas reponam, obſcuras, quæ lectorem morari poſſent, explanem, ac denique, quoad eius fieri poterit (nec enim ſolidũ fide mea eſſe iubeo) moleſto coniecturæ onere ac tædio leuẽ eos qui in eas incurrent.

AVLO MEVIO AVLI F. QVI POST DVODECIM SORORES POSTVMVS FVI, VAL. C. P. ÆL. MATRE EXTINCTA REFECT. ET QVARTO ÆTATIS ANNO, PATRE AVLO ORBATVS, ET SVCCEOENTE PRÆTEX. TEMPORE, ANIMO IN SORORES MATERNO PATERNOQVE FVI, TOTA HEREOITATE PRO CONIVGIIS EARVM RELICTA, ET SIGNA POPVLI ROM. VICTRICIA SVB LVCVLLO COS. IN ASIAM SECVTO, CVM OPIBVS PLENVS ET TRIB. MIL. POTESTATE FVNCTVS, IN PATRIAM REVERTISSET, MVLTIS A P. S. Q. R. PRIVILEGIIS DONATVS, ET NOBILEM IN FORO AVSET. PORTICVM EXSTRVXISSET, ET PATRIAM ÆRE ALIENO LIBERASSET, AVLA NEVIA VLT. SOROR QVÆ SVPERSTES CVM MAGNA NEPOTVM MVLTITVOINE PRÆCEDENTE ET SENATV AVSET. CVM POP. TOTO FVNVS PROSEQVENTE, HEIC SEP. CVM STATVA POSITA II. A CIVITATE

STAD. IN LOCO PATRIÆ PVB. QVO OMN. VRB. ADEVNTES, IN LABETANQ. REDEVN. PERTRANSIB.

HEVS VIATOR, SI VLLA TIBI PIETAS INEST, VERTE HVC ORA: HEIC SVNT CINERES C. CANII POETÆ QVI AD QVART. VSQVE OLYMP. IN VRBE OMNIB. CARVS VIXIT: DEINDE IN HISPAN. REVERSVS, NEMINEM LÆSIT. TAND. CVM AD VETERES CVPERET SODALES IN LATIVM REMEARE, PERPETVÓQVE CVM POPVLO QVIRITIB. VIVERE, DVRA NIMIVM FATA PRÆRIPVERE, ET IN ITIN. OCCVBVIT: L. ALBINVS CITER. HISPAN. PROCOS. HOC MARMORE TEXIT.

ANT. LIVIVS HIC SVM CVM MATRE VOCANTIA, QVAM SVM SECVTVS QVARTO POST ANNO V. NON. SEXTIL. EAM VIVVS CVRAVI SEMPER. NVNC MORTVVS ORO MORTALES OMNES NE CINERES SINANT LÆDERE MATERNOS, QVIBVS MOVEOR. VIXIMVS ENIM VITAM INNOCVI. HÆC. CN. POMP. F. SECVTA EST QVEM LACTE NVTRIVIT.

QVAM VANA HOMINVM FATA. ORTVS CN. MARCIS DOMLT TORANNVS VLTIMAS ADII TERRAS. ARMA SEQVVTVS INFELICIA. CN. POMP. HEV OCCVE. VII. VVLNERE L. OPTATI ASTICITANI. NEC DII NEC CAVSA MELIOR, ME MISERVM XIX. AN. ATTINC. XX. A MORTE ERIP. TAND. L. TORAN. NATVS TVSCVLI SVBITO CONLETITIOQVE ICNE ME CONCREMAVIT. TERTIO DEIN MENSE, BASIM EREXIT TAM LONGE A PATRIA.

L. SILO SABINVS BELLO CONT. VIRIATVM CONFOSS. MVLTITVD. TELOR. AD L. PLAVT. PRÆT. DELATVS HVMERIS MIL. HOC SEPVLCHR. E PECVNIA MEA. MIHI FECI: IN QVO NEMINEM VELIM MECVM NEC SERVVM, NEC LIBERVM INFERRI. SI SECVS FIET VELIM OSSA QVORVMCVMQ. SEPVLCHR. MOVERI: SI PATRIA LIBERA ERIT.

,CLODIVS RABIA CIVIVM INVIDIA, ITALIA PVLSVS, TERRAM ARRAGONVM PETII. VITA DECEDENS TVMVLO ISTO CINEREM LOCARI IVSSI. PIENTISSIMA MATRONA CLODIA RELICTA EX TESTAMENTO FRATRIS FVNERA LAMENTABILI FLETV CVRAVIT. BENE VALEAS QVISQVIS ES.

ECO T. BATILIVS MVLTOR. MONT. AGRICOLA. ET VBERE TERRA DIVES ANNIVERSARIO DEÆ CERERI SACRO PORCA ILLI MACT. A. T. BETILLIO PATRE MEO PER. OBSER. AD VI. III. IDVS QVINTIL. VNO QVOQ. AN. REDEVNTE PORCA IMMOL. ET PVB. COLLE EIVS DEÆ EPVLVM DET. SI FILIVS MEVS INTERMISERIT CONSTITVTA CAPRA ET MVND. MVLCTA IVBEO ILLVM PLECTI.

Ex Monumentorum Titulis & hæ quoque quas ſelegi, clauſulæ notandæ ſunt.

QVIETEM POSTERI NON INVIDEANT, QVI SECVS, MANES SENTIET IRATOS.

QVOD SI QVIS OSSA EIVS PRÆIECERIT, AVT HANC ARAM APSTVLERIT, HABEBIT SACRA ISIDIS ILLIVS QVIETA, IRATA.

QVOD QVISQVE VESTRVM OPTAVERIT MIHI, ILLI SEMPER EVENIAT.

QVOD FECERIS, ET TIBI ALIVS FACIET.

VALE ET SALVE ANIMA. Ɔ. OPPIÆ FELICISS. NOS EO ORDINE QVO NATVRA PERMISERIT, TE SEQVEMVR. VALE MATER DVLCISSIMA.

VALE

VALE CONIVNX, VALETE NATI, VALEAT TIBVR PATRIA. VLTIMA Q. LÆLII MORIENTIS DECRETA HÆC SVNT. VT TIBVRTINÆ DOMVS, SVBVRBANI FVNDI ET PRÆDIA NOMENT. MOENIA TANGERENT. TITA MARCELLINA CONIVNX PIDA, PVBLIVS ET QVINT. FILII DVLCISS. COHEREDES SINT.

Ceterum Monumentis ſuæ quoque leges diei, Titulíſque inſcribi conſueuerant. Primùm enim ne religio totum ſolum occuparet, in quo monumentum ædificatum erat, definiri ſolebat modus ſpatiũq; loci religioſi, vt ſciretur quid puri loci relinqueretur, Eius rei ergò ſcribebant. IN FRONTE PEDES TOT, IN AGRVM PEDES TOT. Qua formula, nulla eſt in vetuſtis Inſcriptionibus frequentior. Eam expreſſit Horatius. Sat. VIII. lib. I. Sermon. his verſibus:

Pantolabo ſcurræ, Nomentanóque nepoti,
MILLE PEDES IN FRONTE, TRECENTOS CIPPVS IN AGRVM
Hic dabat: HEREDES MONVMENTVM NE SEQVERETVR.

Vbi vetus interpres, IN FRONTE, explicat *in latitudine*, IN AGRVM, *in longitudinem* Dein ait, *Solebat autem priuatis monumentis præponi* CIPPVS, *eisque inſcribi*, HOC MONVMENTVM HEREDES NON SEQVITVR, *vel, hi characteres*, H. M. H. N. S. Ibidemque CIPPVM interpretatur *lapidem in agro erectum, in quo voluntas Teſtatoris, & ea eſſent inciſa, quæ agri modum & fines ex vtroque ſpatio deſignabant.* In quadam etiam Inſcriptione Romana inuenio IN FR. P. XVI. S. IN AGR. P. XVIII. ET ANTE FRONTEM LAT. P. X. Ad has Monumentorum leges pertinent Inſcriptiones quas ſubieci.

INFERENDI IN AREA, HVMANDI, SEPELIENDIQVE IVS POTESTASQVE ESTO, VT HVIC AREÆ QVAM EGO DEFINII ET A FRONTE MACERIAM DVXI, ET TITVLVM POSVI VLTRA EAM AREAM ET MACERIAM IN FRONTE, IN AGRO VERSVS, LATE P. X. RETRO VSQVE AD CANABETVM HVIC AREÆ CEDAT IN QVA FEDATVRA NEQVE HVMARI, NEQVE TVMVLVM FIERI VOLO, VT HABEAT EA AREA ET A TERGO ET A LATERE ACCESSVM SVVM.

VALERIA ATHENAIS FECIT MODIÆ T. F. PAVLINÆ. F. PIISSIMÆ ET SIBI SVIS POSTERISQVE EORVM. VIX. ANN. XIII. M. XI. HVNC LOCVM VTI ME VIVA DETERMINAVI, CVM ASCENSV GRADVM VII. ET CIPPIS INSCRIPTIS VII. COLLIG. IN CIRCVITV P. CCCXXX. ET AB INTROITV PORTÆ SVPERIORIS DESCENSVS DEXTERIORIS PARTE VSQVE AD CIPPVM III. CVM TABERNA VIA LATA PARIETE P. V. CEDERE DEBEBIT ET PILAS STRVCTILES II. VSQVE AD IANVAM SVPERIOREM HIPAVPELVS HVIC CEDAT IN RIGOREM MACERIÆ ET FVRCARVM ET ARCA IN QVA FVRCEPEN.

M. VLPIVS AVG. LIB. SYMPHORVS FLATVRARIVS AVRI ET ARGENTI MONETAR. SIBI ET VLPIÆ HELPIDI QVÆ ET CLAVDIA LIB. ET VXORI SVÆ VLPIÆ ARSINOE FILIÆ ET CLAVDIO ANTHIOCIANO FILIO HELPIDIS LIB. SVÆ FECIT ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE VTRIVSQVE SEXVS QVI EX FAMILIA MEA ERVNT RELIQVIARVM SVARVM CONDENDARVM CAVSA ET POSTERISQVE EORVM QVI IN NOMINE MEO PERMANSERINT EA CONDICIONE NE FIDVCIENT, NE VENDANT, NEVE ALIO QVO GENERE ID SEPVLCRVM SIVE MONVMENTVM EST ALIENARE VLLI POTESTAS SIT H. M. H. N. S.

HVIC MONVMENTO ITER ADITVS AMBITVS DEBETVR EX SENTENTIA EROTIS AVG. L. IVDICIS A VIA COMPANA PVBLICA DEXTRORSVS, INTER MACERIAM CALAMINAM ET INSVLAM EVCARPIANAM PER LATITVDINEM PEDES DVO SEMIS VSQVE AD HOC MONVMENTVM, ET HINC PER CIRCVITVM TOTIVS MONVMENTI VSQVE IN VIA QVÆ DVCIT IN AGRO. ITEM IDEM MONVMEN-

TI ITER ADITVS DEBETVR HINC SECVNDVM MONVMENTVM APINI ETYCES ET INDE SECVNDVM MACERIAM EVCARPIANAM, IN QVA OLLARI SVNT, ET IN DERECTO VSQVE AD VIAM PVBLICAM CAMPANAM.

HVIVS MONVMENTI IVS, QVA MACERIA CLVSVM EST, CVM TABERNA ET COENACVLO, HERED. NON SEQVITVR: NEQVE INTRA MACERIAM HVMARI QVEMQVAM LICET.

D. CÆCILIVS. VINDEX, AVIÆ, PIENTISS. FECIT ET LIBERT. LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EIVS ET PRÆCEPIT VT AD ID SEPVLCRVM HORTVS, QVI EST CINCTVS MACERIÆ ET DIETA ADIVNCTA IANVÆ. CVSTODIÆ CAVSA. SEPVLCRO CEDAT. ET ITVM ADITVM AMBITVM. SACRIFICIQVE PACIVNDI CAVSA, PROXIMIS EIVS RECTE. LICEAT.

P. SERVILIVS PHISETVS SERVILIÆ TYCHE LIB. SVÆ ET IVLIVS EVPHENIVS PECERVNT BENE MERENTI, VIXIT ANNIS XXV. ITV AMBITV SACRIFICIVM PACIVNDI. CVRTIA FÆLIX PECIT SIBI ET CALPVRNIO SECVNDO CONIVGI SVO KARISSIM. ET CALPVRNIÆ ANTHIDI VERNÆ KARISS. ET LIBERT. LIBERTAB. Q. NOST. POSTERISQVE EORVM HOC NON IN FRONTE P. XV. IN ACRO P XV. CVIVS PARS DIMIDIA DEXTERIOR INTROITVS. Sicut in alio lapide, CVIVS PARS SINISTERIOR INTROITVS. Et aliâs: SCANTIA VENVSTA EMIT SIBI ET SCANTIO PROTOCONIVGI SVO ET TI. CLAVDIO REGILLO AMICO CARISSIMO INTRANTIBVS PARTE DEXTERIORE DIMIDIA, LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM.

C. CÆCILIVS PELIX, C. CÆCILIVS VRBICVS LOCVM ITA VTI EST CONCAMERATVM PARIETIBVS, ET PILA COMPREHENSIS LONGVM P. VI. LATVM P. VII. S. CONSECRARVNT SIBI MATERNO ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM EXCEPTA SECVNDINA LIBERTA IMPIA ADVERSVS CÆCILIVM PELICEM PATRONVM SVVM H. M. H. N. S.

L. CLAVDIVS NICON ET CLAVDIVS AVGVRIVS LIBERTVS ET ALVMNVS DVLCISSIMVS PECERVNT TERRAM ET MACERIAM STRVXERVNT, QVÆ EST ANTE PRONTEM MONVMENTI SVI, ET IN TERRA PEDATVRÆ SVÆ PRIORI CONIVNXERVNT, FECERVNT SIBI ET SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM. QVÆ PACIT CERRE PEDATVRÆ ALATVS MEMORIÆ SVÆ IN AGRO PEDES LONCVM XXVI. LATVM PEDES ALATVS MEMORIÆ XVI.

Iam Sepulcra, vel ſibi quis, familiæque ſuæ conſtituebat: vel ſibi, heredibúſque ſuis. Illa, FAMILIARIA, hæc HEREDITARIA Sepulcra vocabãtur, teſte Gaio in L. familiaria, D. de religioſ. In vtriſque autem, heredibus quidem, ceteríſque ſucceſſoribus, qualeſcumque eſſent, ſepeliri licebat, & mortuum inferre: etiamſi ex minima parte heredes ex Teſtamento, vel ab inteſtato eſſent. Liberis autem cuiuſcumque ſexus vel gradus tam filiisfa. quam emancipatis, idem ius conceſſum erat, ſiue heredes extiterent, ſiue ſeſe abſtinerent. Liberti verò nec ſepeliri, nec alios inferre poterant, niſi heredes extitiſſent patrono, quamuis quidam inſcripſiſſent, MONVMENTVM SIBI, LIBERTISQVE SVIS PECISSE. Quæ ita Vlpian. tradit in L. vel quod, D. de religios. Sollẽne planè in monumẽtorum Titulis erat cauere de perſonis, quas eò inferri ius eſſet, in hunc modũ. M. POMPEIVS APOLLONIVS, SIBI ET PONTIÆ HILARÆ VXORI M. POMPEIO PELICI PIB. Q. MASVRIO PELICI. M. POMPEIO AVCTO. LIB. PACTVMEIÆ CAMPANÆ. INPERRI HOC NON LICET, NISI QVORVM NOMINA SCRIPTA SVNT, ET QVIBVS CAVERO: M. POMPEIO ITHACO, POM-

PEIÆ VRBANÆ ITHACI LIBERT.

SEX. CALVISVS SATVRNINVS SIBI ET CALVISIÆ SATVRNINÆ CONIVGI DEFVNCTÆ, ET CALVISIIS FIRMIONI ET VALENTINIONI FILIIS ET NVRIBVS ET NEPOTIBVS ET PRONEPOTIBVS.

M. CÆSONIO ALBANO F. BONO VIXIT AN. XX. M. VIII. D. X. LÆTIÆ RESTITVTÆ VXORI CARISSIMÆ ET QVIETISSIMÆ. CÆSONIÆ. P. M. F. PRIMÆ QVEM RELIQ. MEV VII. M. CÆSONIO FORTVNATO F. MINORI M. CÆSONIVS PRIMVS PATER ET PVBLICIA SVCCESSA MATER FECERVNT SIBI ET SVIS BENE MERENTIBVS QVI HOC TITVLO SCRIPTI, SCRIPTÆVE SVNT. HIC OSSA SITA SVNT.

C. CAMERIVS CRESCENS ARCHILLVS MATRIS F. DEVM MAGNÆ IDEÆ ET ATTIS PA. RO. VIVVS SIBI FECIT ET CAMMERIO CRATIANINO LIB. SVO. CETERIS AVTEM LIBERTIS VTRIVSQVE SEXVS LOCA SINGVLA SEPVLTVRÆ CAVSA. H. M. H. E. N. E. P. COCIDIVS SECVNDÆ L. HEDISTVS FECIT SIBI ET QVIBVS SECVNDA PATRONA EIVS ADSIGNAVERIT, CAVERITQVE, ET IPSE. Et aliâs LIBER. LIBERTABVSQ. EIVS, POSTERISQ. EOR. ET QVIBVS DONAVI DONAVERO. Interdum verò ex libertorum numero quoſdam nominatim excipiebant, vt in hac inſcriptione LIBERTIS, LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM, EXCEPTO HERMETE LIBERTO, QVEM VETO PROPTER DELICTA SVA, ADITVM, AMBITVM, VEL VLLVM ACCESSVM HABEAT IN HOC MONVMENTO. Item in alia, quam ſupra citaui, Inſcriptione: LIBERTIS LIBERTABVSQVE EORVM EXCEPTA SECVNDINA LIBERTA IMPIA ADVERSVS CÆCILIVM FELICEM PATTONVM SVVM.

Atque adeo interdũ ſibi dumtaxat Monumẽta faciebant, quæ nulli alij patere, & vel heredibus ſuis claudi volebant. Eius rei ergò diſtrictè vetabant ne quis eò inferretur, pœna quandoque addita, vt ex his Inſcriptionibus patet. IN H. S. SIVE LIBERT. SIVE LIBER INFERATVR NEMO: SECVS QVI FECERIT MITEM ISIDEM IRATAM SENTIAT, ET SVORVM OSSA ERVTA ATQVE DISPERSA VIDEAT.

M. VARINIVS M. F. PHILIPPICVS OR. DEC. Q. ANN. T. PETRONIÆ RVPINÆ, ET VARINIÆ PHILIPPICÆ FILIÆ SVÆ: SI QVIS IN EA ARCA ALIVM POSVERVIT Q. Q. SS. DABIT COLONIÆ NOSTRÆ POENÆ NOMINE.

Aliâs cauebant, Ne Monumẽtum heredem quemcunque ſequeretur: quod fiebat his verbis, HOC MONVMENTVM HEREDEM NON SEQVITVR. Quandoque verò heredem dumtaxat extraneum arcebant in hunc modum, HOC MONVMENTVM EXTERVM HEREDEM NON SEQVITVR, vel HOC MONVMENTVM, EXTERVM HEREDEM NON RECIPIT. Quæ verba his plerumque notis ſcribuntur H. M. E. H. N. S. &, H. M. E. H. N. R. Inueniuntur & in aliquot Monumentorum Titulis notæ iſtæ H. M. S. S. E. H. N. S. Quarum recta, quantum coniectura adſequi poſſum, explanatio eſt, HOC MONVMENTVM SIVE SEPVLCRVM EST, HEREDEM NON SEQVITVR. Idque eorum qui contra ſentiunt, Tabulis euinco. Integra namque, nec vlla literarum compẽdio adſtricta eadẽ clauſula legitur in aliquot Inſcriptionibus quarũ, eos auctores habeo. Veluti in hac Neapolitana, C. MARCIVS C. E. PAPIA, SIBI ET SVEIS LIBERTIS ET LIBERTATVS: HOC MONVMENTVM SIVE SEPVLCHRVM EST, HEREDES NON SEQVETVR. Et aliâs, NEVE ALIO QVO GENERE ID SEPVLCRVM SIVE MONVMENTVM EST ALIENARE ELLI POTESTAS SIT. Item lapis Ro. SI QVIS SEPVLCRVM VEL MONVMENTVM CVM ÆDIFICIO VNIVERSO, &C.

Interdum & Monumenti alienatio prohibebatur, hoc addito, NE DE NOMI-

NE EXIRET. Cuius clauſulæ pauca ex innumeris teſtimonia proferam. M. AVRELIVS ROMANVS ET ANTISTIA CHRESIME VXOR EIVS FECERVNT SIBI ET LIBERTIS SVIS POSTERISQ. EORVM. ITEM LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ. MONVMENTVM CVM ÆDIFICIO, SVPERPOSITO. HOC AVTEM MONVMENTVM CVM ÆDIFICIO NEQVE VENIET, NEQVE DONABITVR, NEQVE PIGNORI OBLIGABITVR: SED NEC VLLO MODO ALIENABITVR, NE DE NOMINE EXEAT FAMILIÆ SVÆ.

MARIO. L. LIB. HERMETI. DOCETIÆ PHASID L. MARIVS. L. LIB. FELIX. PATRON. SVIS. BENE. MERENTIBVS: DE SVO FECIT. ET SIBI L. LIBERTIS. LIBERTABVSQVE SVIS. POSTERISQVE EORVM ITA. NE. VNQVAM. DE NOMINE FAMILIÆ NOSTRÆ. HOC MONVMENT. EXEAT. HOC MONVM. HERED. NON SEQVET. IN FRON. LAT. PEDES XX. ET DIGITI IN AGR. LOCI. QVEM EMIT. DOCETIA. PASIS. P. C. AMPLIAVIT. MARIVS FELIX ET EFFECIT ARIÆ PEDES CCV. Ita enim abraſas aliquot eius lapidis literas reſtituo. Pars ex Inſcriptione, INQVE MEMORIAM PERPETVAM HORTOS CONERENTES SEVE SVBVRBANVM TRADIDIT LIB. LIBERTABVSQVE EX FAMILIA VX. MARVLLO ANTEGIO HELLINÆ TERTVLLIANÆ, EXCEPITQ. NE QVIS EOS VENDERET SED PER GENVS IPSORVM POSSESSIO CVRRERET, VEL PER ATNATOS VEL MANVMISSOS. Interdum verò eum qui contra eorum voluntatem Monumentum alienaret, vel alienum corpus inferret, pœnæ nomine, Arcæ Pontificum certam ſummam inferre iubebant. Idque Titulis cauebãt: ſicut his quæ ſubieci Lapidum Teſtimoniis comprobatur. AVR. MAXIMINIANVS. AVR. OLYPIADIADI FIL. DVLCISSIMÆ QVÆ VIX AN. XXII. M. X. D. XXVI. ET PVBLICIÆ CARPODORE EIVS ET LIB. LIBERTABVSQVE SVIS POSTERISQVE EORVM P. SIQVIS HOC SEPVLCRVM VEL MONVMEN. CVM ÆDIFICIO VNIVERSO POST OBITVM MEVM VENDERE VEL DONARE VOLVERIT, VEL CORPVS ALIENVM INVEHERE VELIT, DABIT POENÆ NOMINE, ARCÆ PONTIFICVM. HS. C. ET EI CVI DONATVM VEL VENDITVM FVERIT EADEM POENA TENEBITVR.

C. CALPVRNIVS PHILOCYRIVS VC. ET SEPTIMIA ANIMIAS CONIVX COMPARAVERVNT SIBI MEMORIAS II. ET C. CALPVRNIO ANIMIANO EQ. R. FILIO SVO, LIBERTIS LIBERTABVSQVE, POSTERISQVE EORVM ARMARIVM DISTEGVM CVM TABERNA ET HORTVLO. SI QVIS HOC ARMARIVM VENDERE VOLVERIT HIC INFERET ARCÆ PONTIFICVM HS. L. MIL. N.

CN. TREMELIVS TROPHIMVS FECIT SIBI ET FLAVIÆ FROEÆ CONIVGI CVM QVA VIXIT ANNIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM SI QVIS AVTEM HOC VENDERE VOLVERIT ARKÆ PONTIFICVM X. MILLIA NVMVM INFERET. VEL SI QVIS ALIENVM CORPVS SIC INTVLERIT, POENAM SVPRASCRIPTAMQVE INFERET.

MINDIA IVLIA ET P. ÆLIVS PHILETVS COMPARAVERVNT SIBI ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM. HIC LOCVS CVM HORTVLO SVO RELIGIOSO ET ÆDIFICIOLIS SVIS MVRO CINCTVS AD SEPVLCRVM MINDIÆ IVLIÆ ET P. ÆLI PHILETI PERTINET, ET NE QVIS EA LOCA SVPRASCRIPTA NEQVE VENDERE NEQVE DONATIONIS CAVSA NEQVE DE NOMINE VTRORVMQVE EXIRE POSSIT. QVOD SI QVIS CONTRA HANC INSCRIPTIONEM FECERIT, INFERET POENÆ NOMINE ARCÆ PONTIFICVM L. N. N. M. ET LOCIS S. S. C. M. A.

Aliàs Ærario Populi Ro. pecuniam inferre iubebatur, qui aduerſus voluntatẽ alienaſſet, vt ex his quas ſubieci Inſcriptionibus patet.

CORNELIÆ

CORNELIÆ CASTÆ Q. VIX. ANN. X. M. V. FEC. ATERECA FORTVNATA NEPOTI SVÆ ET ETEREIO PRISCO LIB. SVO B. M. ET SIBI ET SVIS LIB. LIBERQ. POSTERISQ. EORVM. QVISQVIS ID MONVMENTVM VENDERE AVT EMERE IVS VOLET, vel vt aliâs legitur, TERRAMVE EIVS VOLET. INF. ÆRARIO PO. RO. HS. M. N. IN FR. P. X. IN AGR. P. X.

CONIVGI CARISSIMÆ, ET SIBI, ET C. MARCIO VICTORI, ET LIBERTIS, LIBERTABVSQVE SVIS, POSTERISQVE EORVM, NE DE NOMINE MEO EXEAT. QVOD SI QVIS ID MONVMENTVM, PARTEMVE EIVS VENDERE, VEL DONATIONIS CAVSA CVI MANCIPARE VOLVERIT, ALIOVE QVO NOMINE EIVS MONVMENTI PARTEM ALIENARE TEMPTAVERIT, DARE DAMNAS ESTO ÆRARIO POPVLI RO. HS. XV. M. N. ET COLLEGIO PONTIFICVM HS. XV. M. N. Aliâs ad Rempub. aliquã bona pertinere, ſi contrà fieret, iubebãt. Sic in Inſcriptione Brũduſina. M. LOLLIVS ARPHOCRAS V. F. S. ET FÆLINÆ VXORI V. ET LIB. LIBERTAE. POST. Q. EORVM M. S. S. E. H. N. S. NEQVE VLLI LIQVEBIT LOCATIONIS CAVSA IN ANNIS CENTVM QVANDOQVE TRANSVENDERE. QVOD SI QVI ADVERSVS ID FECERINT, EORVM BONA PERTINERE DEBEBVNT AD REMPVBLICAM BRVNDISINORVM.

Inſcriptionibus quoque exprimebatur, quantum IN TVTELAM MONVMENTI relinqueretur. Quod Inſcriptio ſubiecta declarat. COTTIA A COTTI F. GALLA TESTAMENTO FIERI IVSSIT A. COTTIO PATRI PROCOS. HISPANIÆ ET FACVLLÆ MATRI, ET A. COTTIO FRATRI, QVÆSTORI, ÆD. PLEB. ET MEMMIÆ GALLÆ AVIÆ. HVIC MONVMENTO TVTELÆ NOMINE CEDVNT AGRI FVRI IVGERA DECEM, ET TABERNA QVÆ PROXIME EVM LOCVM EST. Et aliâs: HAC TABERNA CVM ÆDIFICIO HVIVS MONVMENTI TVTELA EST. In quodã etiam Titulo inuenio, LIBERTIS, POSTERISQVE EORVM, ET QVI AD ID TVENDVM CONTVLERVNT, CONTVLERINT.

Præterea Titulis declarabatur quantum in CVLTVRAM Monumenti legatum eſſet: vt teſtatur Inſcriptio iſta. A SEMPRONIVS LÆTVS MENSOR ÆDIFICIORVM, SIBI ET SEMPRONIÆ METROTHEÆ VXORI, ET ORESTI ET ORESTILLO LIBERTIS CARISSIMIS, ET OCTAVIÆ ACMÆ NVTRITÆ AB NOBIS, LIBERTIS LIBERTABVS, POSTERISQVE COMM. HVIC MONVMENTO EX TESTAMENTO IN CVLTVRAM LEGATA SVNT HS. VII. A. SEMPRONIO SEVERO. Quo pertinent hæc lapidis vetuſti fragmenta, C. IN CVLTV. MONVMENTVM CVM P. XV. ET ITER.

His quoque Titulis interdum ne oſſa violarentur rogabant hoc modo, ROGO PER DEOS STYGIOS OSSA NOSTRA, QVISQVIS ES, HOMO NON VIOLES. Et aliâs: QVISQVIS ES HOMO, ET VOS SODALES MEOS CVNCTOS ROGO PER DEOS SVPEROS, INFEROSQVE, NE VELITIS OSSA MEA VIOLARE. Item alibi: SI QVIS TITVLVM MEVM VIOLAVERIT, INFERAT ÆRARIO, SS. IX. H. Sed & ſacrorum quæ ſibi fieri vellent mentionem nonnumquam faciebans, quod ſequent Inſcriptio teſtatur.

IN HOC MONVMENTO ITVS, ADITVS, AMBITVS, LIBERTIS LIBERTABVSQVE MEIS OMNIBVS PATEAT, TVS ET VINVM (ſic enim lacunam explendam cõiicio) DATO AD SACRIFICIA FACIENDA QVOTIESQVOMQVE OPVS ERIT. Eóque pertinent hæc Inſcriptionis Ro. verba: ET ITVM, ADITVM, AMBITVM SACRIFICIIQVE FACIVNDI CAVSA, &cet. Interdum à Monumentis Vſtrinam ſummouebant, reiiciebántque, his verbis, HVIC MONVMENTO VSTRINAM APPLICARI NON LICET. Item, AD HOC MONVMENTVM VSTRINAM APPLICARI NON LICET. Curæ quoque priſcis fuiſſe video, vt roſis Monumenta ſua quotannis ornarentur: quod

Lucianus in Nigrino perſtringit: ſed hoc apertè vetuſtæ Inſcriptiones docent, quas ſubiiciendas cenſui. OB MEMORIAM PATRIS SVI DEC. COLLEGII FABR. M. R. HS. S. N. LIBERALITATE DONAVIT SVB HAC CONDICIONE, VT QVOTANNIS ROSAS AD MONVMENTVM EIVS DEFERANT, ET IBI EPVLENTVR DVNTAXAT IN V. ID. IVLIAS. QVOD SI NEGLEXERINT, TVNC AD VIII. EIVSDEM COLLEGII PERTINERE DEBEBIT CONDICIONE SVPRADICTA. LONGIVS PATROCLVS SECVTVS PIETATEM COLL. CENT. HORTOS CVM ÆDIFICIO HVIC SEPVL. IVNCTO VIVVS DONAVIT: VT EX REDITV EORVM ROSÆ ET ESCÆ PATRONO SVO ET QVANDOQVE SIBI PONERENTVR.

FLAVIÆ Q. F. SALVTI CONIVGI CARISSIMÆ L. PVBLIVS ITALICVS DEC. ORN. ET SIBI V. P. HIC COLL. FABR. M. R. HS. XXX. N. DEDIT, EX QVORVM REDITV QVOT ANNIS DECVRIONIBVS COLL. FABR. M. R. IN ÆDE NEP. QVAM IPSE EXTRVXIT, DIE NEPTVNALIORVM, PRESENTIBVS SPORT.* BINI DIVIDERENTVR, ET DIE XXVIII. SIVE* CENTENI QVINQVACENI QVOTANNIS DARENTVR, VT EX EA SVMMA SICVT SOLITI SVNT, ARCAM PVBLICIORVM FLAVIANI ET ITALICI FILIORVM, ET ARCAM IN QVA POSITA EST FLAVIA SALVTARIS VXOR EIVS, ROSIS EXORNENT DE HS. XXV. SACRIFICENTQVE EX XXII. ET DE RELIQVO IBI EPVLENTVR. OB QVAM LIBERALITATEM COLL. FABR. M. R. INTER BENE MERITOS QVOTANNIS ROSAS PVBLITIIS SVPRASC. ET FLAVIÆ SALVTARI VXORI EIVS MITTENDAS EX * XXXV. SACRIFICIVMQVE FACIVNOVM DE XX. HS. PER MAGISTROS DECREVIT.

Sed & Monumentorum Titulis Doli mali clauſula ſubiici ſolebat, his notis, H. M. D. M. A. quæ hoc ſignificant, HVIC MONVMENTO DOLVS MALVS ABESTO. Interdum in huiuſmodi Titulis inuenio verba hæc, MVNVS SVPREMVM: & RELIQVIÆ CORPORIS: & MEMORIÆ EIVS FECIT VIR DONEC FATA PERMISERVNT. In quodam etiam Titulo reperio, MORTVVS EST III. K. IVLIAS HORA X. ELATVS EST HORA IIII. FREQVENTIA MAXIMA. Quo modo & Atticum maxima vulgi frequentia elatũ auctor eius vitæ ſcribit. Et in Illyriciana inſcriptione P. PITIVS P. F. MARVLLVS DECVRIONVM DECRETO PVBLICE ELATVS, SEPVLTVSQVE EST.

Atque huiuſmodi erãt Sepulcrorum antiquorum Tituli, in quos laboraſſe quoſdam Seneca in lib. de Breuit. vitæ ſcribit. MONVMENTORVM INSCRIPTIONES vocat Imp. Alex. in L. Monumentorum, C. de religioſ. Eóque ſenſu LAPIDEM MEMORIÆ OTHONIS INSCRIPTVM, accipe apud Sueton. in Vitell. cap. x.

Nec Monumentis modò, ſed & Vrnis atque Ollis Titulos inſcribebãt, quibus Ollarum quas fecerant, emerant, aut quæ donatæ erant, numerus comprehendebatur, in hunc modum. FECIT II. OLLAS CONSERVÆ SVÆ. OLLAS IIII. SIBI ET SVIS. EMIT AB SOLO OLLAS II. AVIA HILARA. OLLA DONATA AB L. PORCIO LVSIMACHO. L. ANTONIVS POTHVS OLLAM CVM TITVLO, BENE MERENTI SEXTIÆ, L. TERTIÆ TONSTRICI, SEXTIA XANTA SCR. LIBRARIA EMIT OLLAS II.

Interdum & viatores Titulis Monumentorum rogabantur, vt bene mortuis precarentur, veluti in hoc Eucharidis Liciniæ epitaphio, ROGO VT DISCEDENS TERRAM MIHI DICAS LEVEM. Et alibi. S. T. T. L. id eſt, SIT TIBI TERRA LEVIS. Item, OSSA TIBI BENE QVIESCANT. Aliâs eſt, AVE THAIS, DII TIBI BENE FACIANT. AVE ALCIME, BENE TIBI SIT. Poſtremò non hi modò quibus Tituli ponebantur, ſed & lectores bene valere quandoque iubebantur, quemadmodum teſtantur hæc à me ex antiquis Inſcriptionibus deſcripta verba. BENE VALEAS QVI ME SALVTAS CVM SOSSIA PILEA MEA. BENE VALEAS QVISQVIS ES. BENE VALEAS QVI LEGIS, vel TV, QVI LEGIS. Atque in his nouiſſimis vocibus commodiſſimè liber hic deficiet.

BARN. BRISSONII REGII CONSISTORII CONSILIARII, AMPLISSIMIQVE SENATVS PARISIENSIS PRÆSIDIS,

DE FORMVLIS, ET SOLLEMNIBVS Populi Ro. verbis.

LIB. VIII.

VENTVM eſt vix tandem ad octauam eámque poſtremã deſtinati operis partem: in quam dum ingrediór, propè ex alto in portum inuehi, & ex magna iactatione terram videre, mihi videor. Et habet præteritorum periculorum, ſcopulorúmq; quos trãſuecti ſumus, recordatio delectationẽ: & quod vulgò dici ſolet, Iucundi acti labores. Vt ergo quaſi cõfecto curriculo metas contingam, ita ad exitum properabo. Non eſt autẽ vltimus hic veluti actus proprio aliquo argumẽto circũſcript⁹, ſed in omniũ quæ ſuperſunt, quæq; in medio poſitæ, cõmuni quodã in vſu, atq; hominũ in ore, vulgíq; ſermone verſabãtur, formularũ populariũ cõgeries, opera nobis ponẽda eſt. Quarũ varietas efficiet, vt nec pes nec caput vni reddatur formæ. Scribendi autẽ exordium à Iureiurando faciã, cuius non vna ſpecies, nõ vna formula erat: Nã qui dicta ac promiſſa ſua, diuino numine adhibito firmabant, interdũ per Caſtorẽ, interdũ per Pollucẽ, nonnumquam per Herculẽ deierabant. Inde illa in Comœdijs peruulgata, POL, PERPOL, ÆDEPOL, ECASTOR, HERCLE, MEHERCLE, MEDIVSFIDIVS. Feſt. Pomp. lib. XI. MECASTOR, ait, & MEHERCLE *iuſiurandũ erat: quaſi diceretur.* ITA ME CASTOR, ITA ME HERCVLES, *vt ſubaudiatur,* IVVET. Idẽ eodẽ lib. MEDIVSFIDIVS *cõpoſitum videtur, & ſignificare Iouis filiũ, id eſt Herculẽ, quod Iouẽ Græcè* Δία *&* FIDIVM *pro filiũ, quòd ſæpè antiquitas litera D. pro L. vteretur. Quoſdã tamẽ exiſtimare iuſiurandũ eſſe per Dius fidẽ: Alios per diei, id eſt diurni temporis, fidẽ.* Atque adeo vel imprudẽtibus Chriſtianis ſæpe hæc verba, ex vulgari vſu & vulgata loquẽdi cõſuetudine excidiſſe, Tertull. in lib. de Idololatr. ita ſcribit. *Cõſuetudinis vitiũ eſt, dicere* MEHERCVLE, *dicere &* MEDIVSFIDIVS *accedente ignorantia quorundã, qui ignorant, Iuſiurandũ eſſe* PER HERCVLEM. MEHERCVLE vtique iurant Iunius Baſſus, & Domitius Afer apud Quintil. lib. VI. cap. IIII. & Paſſienus apud Plin. Epiſt. VI. lib. VII. Enimvero hanc Agellius lib. XI. Noct. Attic. cap. V. ſtudioſè ab antiquis obſeruatam differentiam memoriæ prodidit, vt neq; mulieres Romanæ per Herculẽ, neq; viri per Caſtorẽ deierarent, nec vſquã ſcriptũ inueniri, idoneos ſcriptores, aut Mehercle feminam dicere, aut Mecaſtor virum. Ædepol verò, quod iuſiurandum per Pollucem erat, viro & feminæ commune fuiſſe. Similiter Donat. in Andriam Terent. Act. III. Sc. II. *Per Caſtorem & Pollucem*, ait, *Ornatiua ſunt iurandi apta feminis.* Id quod multis Plauti, Terentiíque teſtimoniis confirmari

poteſt Apud illum enim Crocorium ancilla, ECASTOR iurat non ſemel, in Sticho Act. II. Sc. I. Eodémque modo iurat Philenis eiuſdem Comediæ & Actus Sc. vlt. & Staphyla in Aulularia Act. I. Sc. I. & Sc. vlt. & Mirina ancilla in Caſina Act. V. Sc. I. Gymnaſium, Ciſtellar. Act. I. Sc. I. Melænis item & Phanoſtrata eiuſdem Comæd. Act. II. Sc. III. & Act. IIII. Sc. I. & Haliſca ancilla, Act. IIII. Sc. II. vt & apud Terentium Soſtrata Heautontimor. Act. V. Sc. III. & , Lesbia, Andr. Act. III. Sc. II. Nuſquam verò apud vtrumque hoc iuriſiurandi genus à viris vſurpatum legere me memini. At tam viri quam feminæ apud eoſdem ſæpenumero ÆDEPOL iurant. Sic enim iurant Megadorus, Congrio & Euclio, Aulular. Act. I. Sc. IIII. Act. III, Sc. II. Sc. IIII. & Sc. vlt. Item Lorarius, Philocrates, Ægio, Captiu. Act. II. Sc. I. & Sc. II. & Act. IIII. Sc. I. Periphanes & Apœcides, Epidici Act. II. Sc. I. Act. II. Sc. II. & Act. V. Sc. penult. Olympio, Caſina Act. II. Sc. V. Phidippus apud Terentiũ, Hecyra Act. IIII. Sc. IIII. Rurſus mulieres, vt de multis paucas recẽſeam ita iurant, Philænis, Melænis, & Haliſca Ciſteliar. Act. IIII. Sc. I. & Sc. vlt. Itẽ ancilla *ἀνώνυμος* Caſina Act. IIII. Sc. I. & Bacchis Terentiana, Heautontim. Act. IIII. Sc. IIII. & Sophrona, Phormio. Act. V. Sc. I. & Myſis Andr. Act. III. Sc. I. Pueris planè per Herculem ſub tecto deierare non licuiſſe, nec niſi ſub dio huiuſmodi iuſiurandum præſtitum, Plutarch. in libro Αἰτιῶν auctor eſt. Varro lib. IIII. de lingua Lat. à Ioue, dium deriuans, *vnde*, ait, *ſub dio*, *&*, DIVVS FIDIVS. *Itaque inde eius perforatum tectũ vt videatur diuum, id eſt cœlum. Quidam negant ſub tecto per hunc deierare oportere. Ælius Gallus*, DIVS FIDIVS, *dicebat*, *diiouis filius, vt Græci* Διόσκουρον *Caſtorem. Et putabant hunc eſſe* SANCTVM, vel, vt alij legunt, SANGVM, *ab Sabina lingua, & Herculem ab Græca.* Ex eodem Varrone lib. de liber. educ. hic locus citatur à Grammaticis. *Itaque domi ritus noſtro, qui* PER DIVM FIDIVM IVRARE *volt, prodire ſolet in publicum.* Plaut. Aſinar. Act. I. Sc. I.

PER DEVM FIDIVM *quæris?* IVRATO *mihi.* Cuiuſmodi iuriſiurandi religionem neſcio an Plutarchus verbi corticem ſpectans ad fidem retulerit: Sic enim ille in Numa. Πρῶτον δέ φασὶ καὶ Πίστεως καὶ Τέρμονος ἱερὸν ἱδρύσασθαι, καὶ τὴν μὲν πίστιν ὅρκον ἀποδεῖξαι Ῥωμαίοις μέγιστον, ᾧ χρώμενοι μέχρι νῦν διατελοῦσι. Veteres certè iureiurando quandoque adigebant his verbis, PER FIDEM. Petronius Satyrico, PER FIDEM, *inquam*, PATER, *cuius hæc nauis eſt, aut quos vehas dicere potes?* In deprecationibus verò & obteſtationibus locum habuiſſe, hanc formulã mihi, eodem teſte Petronio liquet. Apud eum namque, quidã ita deprecatur, PER FIDEM SALTEM NOBIS PARCE *qui te numquam lapidauimus.* Et aliàs PER FIDEM MISERERE, *quemadmodum ſoles.* Idem alibi, *Genua ergo perſeuerantis amplector*, &C. PER FIDEM, EVMOLPE, *redde puerum.* Sic & Apuleius lib. II. de Aſino aur. PER FIDEM VESTRAM, *inquit*, QVIRITES, PER PIETATEM PVBLICAM, PEREMPTO CIVI SVBSISTITE. Nec Virgilij teſtimonio hæc formula fraudanda eſt. Is enim lib. I. Æneid.

Quod te, ait, PER SVPEROS & *conſcia numina veri*, PER, *ſi qua eſt, quæ reſtat adhuc mortalibus vſquam*, INTEMERATA FIDES.

Per Cererem etiam, vt Feſtus, aut ex eo Paul. docet, ita iurabant, ECCERE: quod iuriſiurandi genus vſurpat Soſia apud Plaut. Amphitruo. Act. II. Sc. I. & Phormiò apud Terent. Phormio. Act. II. Sc. I. & ex quorumdam emendatione, Chremes apud eundẽ Andr. Act. V. Sc. IIII. Quin & PER deum, illi ipſi qui deorum turbam & multitudinem colebant, quandoque iurabant: vt ex L. ait prætor, §. vlt. & L. qui per ſalutẽ, D. de iureiurã. paret. Id quod Tertullian. in lib. de Teſtimonio animæ, & Lactãt. lib. II. cap. I. notãt.

Sanè oppreſſa à Cæſaribus Repub. mos inualuit per eorum Genium iurandi. Atque adeo poſt Iulij Cæſaris Cædẽ, Senatũ decreuiſſe. Τὴν αὐτοῦ τύχην ὀμνύναι, Dio lib. XLIIII. refert. Eodémque lib. ὑπὲρ οὗ, ait, δημοσίᾳ κατ' ἔτος εὔχεσθαι ἐψηφίσαντο, καὶ οὗ τήν τε ὑγίειαν τήν τε τύχην ὤμνυσαν. id eſt, per cuius SALVTEM, & per GENIVM iurauerant, non vt interpres, *per valetudinem & per fortunam.* Illius autem moris teſtis eſt Vlpian. in L. ſi duo, §. vlt. D. de iureiuran. & Tertullianus non vno loco veluti in lib. ad Scapulam, his verbis. *Sed ijdem ipſi, qui* PER GENIOS EORVM IN PRIDIE VSQVE IVRAVERANT, *qui pro ſalute eorum hoſtias & fecerant & vouerant, hoſtes, eorum ſunt reperti.* Et in Apologet. cap. XXVIII. *Citius denique apud vos, per omnes deos, quam* PER VNVM GENIVM CÆSARIS PEIERATVR. Quæ verba, vt alia pleráque imitatus Minutius Felix in libello qui Octauius inſcribitur, *Et eſt*, ait, *illis tutius*, PER IOVIS GENIVM PEIERA-

RE

RE QVAM REGIS. Idque ita eſſe Imp. Alexandri reſcriptum comprobat: quó iuriſiurandi cõtemptam religionem ſatis Deûm vltorem habere definit: periculum verò corporis vel maieſtatis crimen inferri non placere, ſi per principis Genium inconſulto calore fuerit peierarum, L. II. C. de reb. credit, L. II. C. ad L. Iul. maieſt. Nimirũ deorum iniurias, vt ille apud Tacit. ait, dijs curæ èſſe: principes verò maieſtatis ſuæ periurio violatæ vindices eſſe debere cenſebant. Tiberium quidem paſſum non eſſe per Genium ſuum iurari, aut in diſcrimen iudiciúmve vocari, hoc nomine, quod per Genium ſuum peieraſſet, Dio lib. LVII. memoriæ prodidit. Contrà, Gaium Cæſarem pleróſque honeſti ordinis deformatos prius ſtigmatũ notis ad metalla & beſtias condẽnaſſe, quod nunquam per Genium ſuum deieraſſent, Sueton. in eius vita, cap. XXVII. auctor eſt. Polycarpum etiam à Proconſule iuſſum, per Cæſaris Genium iurare, Euſeb. lib. III. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. XIIII. ſcribit. Ita quippe intèrpretor quod ille ait, ὀμόσον τὴν Καίσαρος τύχην. Quo ſenſu & Καίσαρος τὺχην accipio apud Arrianum Epicteri lib. IIII. cap. I. Ioſeph. lib. XVI. Antiq. Iudaic. cap. XVI. Nicolaum hæc de Sylao ad Cæſarem Auguſtum verba facientem inducit. Συλλαῖε τὴν σὴν Τύχην ἐπομόσαντος, ἦ μὴν ἐντὸς ἡμερῶν τριάκοντα παρέξειν τὰ χρήματα, ἐπιβαμένης δὲ μετὰ τῆς ἄλλων θεῶν, καὶ τῆς σῆς, Καῖσαρ, ὀνόματος. Apul. lib. IX. de Aſino aur. *Contra milites ibi, nec vſpiam, illum deliteſcere,* ADIVRANTES GENIVM PRINCIPIS, *contendebant.* Præterea auctorem fuiſſe Caligulam, vt omnibus ſacramentis adiiceretur, NEQVE ME LIBEROSQVE MEOS CARIORES HABEO, QVAM GAIVM ET SORORES EIVS, Sueton. in eius principis vita cap. XV. ſcribit. Quod ipſum Dio ſignificat lib. XVIII. his verbis. Περὶ δὲ δὴ τοῦ Αὐγούστου τότε Γαΐου τά τε ἄλλα ὥσπερ εἴρηται, Καὶ ὅτι καὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τῆς τέκνων καὶ ἐκείνον καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ προτιμήσουσιν ὤμοσαν.

Planè vulgare illud paganorum & gentilium, per Cæſaris Genium iuſiurandum Chriſtianos vitaſſe, ſed per principis ſalutem, quæ omnibus Geniis auguſtior erat, iuraſſe Tertullian. in Apologetico cap. XXXII. docet. Impp. Arcad. & Honor. in L. ſi quis maior C. de tranſactionib. *Eos etiam huius legis vel iactura dignos eſſe iubemus, vel munere, qui nomina noſtra placitis inſerentes,* SALVTEM PRINCIPVM, *confirmationem initarum iurauerint eſſe pactionum.* Nec verò per SALVTEM modò principum, ſed & per SVAM quandóque, vel FILIORVM SALVTEM, olim IVRABANT. Vlpian. in L. quod ſi, D. de iureiuran. *Quod ſi exegi* vt PER SALVTEM TVAM IVRARES, *& iuraſti.* Plin. Epiſt. vlt. lib. II. *Clamat moriens. O hominem nequam, perfidum, ac plus etiam quam periurum, qui ſibi* PER SALVTEM FILII PEIERASSET. *Facit hoc Regulus non minus ſcelerate quam frequenter, quod* IRAM DEORVM IN CAPVT INFELICIS PVERI DETESTATVR. Enimuerò religioſiſſimum parentum Iuſiurandum erat, vt ſuperſtites filios relinquerent. Teſtis Terentiana Soſtrata, quæ Heauront. Act. v. Sc. IIII. Clitiphoni filio deierat hoc modo,

ITA MIHI ATQVE HVIC SIS SVPERSTES, VT EX ME ATQVE HOC NATVS EST.

Apud Senecam quoquoque Controuerſ. IIII. lib. IX. patris iuſiurandum concipitur his verbis, ITA MIHI LIBERO ET VIVERE CONTINGAT, ET MORI. ITA OCVLOS MEOS FILII MANVS OPERIANT. Et lib. v. Controuerſiar. alius pater iurat, ITA MIHI SVPERSTITE FILIO MORI LICEAT.

Erant & illæ vulgares iurandi formulæ, ITA ME DEVS AMET, vel ITA ME DII AMENT, quæ ſæpe in oculos qui Plauti, ac Terentij Comœdias legunt, incurrunt. Idem Plautus Bacchidibus Act. IIII. Scæna VIII.

—ITA ME IVPITER, IVNO, CERES,
MINERVA, LATONA, SPES, OPS, VIRTVS, VENVS,
CASTOR, POLLVCES, MARS, MERCVRIVS, HERCVLES,
SVMANVS, SOL, SATVRNVS, DIQVE OMNES AMENT,
Vt ille cum illa neque cubat neque ambulat.

Et Pœnulo. Actus V. Sce. IIII. AT ME ITA
DI SERVENT, *vt hic pater eſt veſter.*

Yy ij

Cicero etiam in Diuinatio. iurat, his verbis, ITA DEOS MIHI VELIM PROPITIOS. Vbi Aſconius Pædian. *Genus*, ait, *iuriſiurandi id eſt, quod dicimus*, TANTVM MIHI DIVINITAS FAVEAT, QVANTVM VERVM EST ILLVD QVOD DICO TIBI. Idem Cic. IIII. in Catilin. Oratio. *Nam*, ITA MIHI SALVA REPVB. VOBISCVM PERFRVI LICEAT, VT EGO &c. Idem Epiſt. XIII. lib. XVI. ad Attic. IVRAT, ITA SIBI PARENTIS HONORES CONSEQVI LICEAT. Cæſar Auguſtus apud Sueton. in Tiber. cap. XXI. *Vale Iucundiſſime, &* ITA SIM FELIX, *vir fortiſſime.* Seneca in Αποκολοκυντώσ. *Ab hoc ego quæcumque audiui, certa claráque adſero*, ITA ILLVM ALMVM ET FELICEM HABEAM.

Erat & Iuriſiurandi recepta apud veteres formula, ITA VIVAM, quemadmo- Valer. lib. IX. cap. XIIII. docet de Bruto loquens: *Nam à Furio quem ad eum occidendum Antonius miſerat, comprehenſus, non ſolùm ceruicem gladio ſubtraxit, verùm etiam conſtantius eam præbere admonitus, ipſis his verbis iurauit*: ITA VIVVAM, *dabo*. Cuius formulæ ignorantia peccatum eſt à quibuſdam, qui veræ, germanæ, & puræ putæ lectionis loco, quam nunc liberali cauſa manu adſero, hanc ſubſtituerunt, ITA VT VIVAM DABO. Verùm meæ adſertionis ſponſorem dabo Senecam, qui eandem hiſtoriam recenſens Epiſt. vlt. lib. XI. ita ait. *Hic eſt enim Brutus, qui cùm periturus mortis moras peteret, ad exonerandum ventrem ſeceſſit, & euocatus ad mortem, iuſſúſque præbere ceruicem*, PRÆBEBO, *inquit*, ITA VIVAM. Eodémque iuriſiurandi genere vtitur Cicero Epiſt. XIII. lib. II. Familiar. his verbis *Nam*, ITA VIVAM, *putaui*. Idem Epiſt. XV. lib. V. ad Attic. *Quæris, quid hic agam*: ITA VIVAM, *vt, maximos ſumptus facio.*

Interdum autem PER CAPVT SVVM, interdum & PER CAPVT ALTERIVS iurabant. Vlpian. in L. III. §. vlt. D. de iureiuran. *Ceterum ſi ego detuli vt* PER DEVM IVRARES, *tu* PER CAPVT TVVM IVRASTI, VEL FILIORVM TVORVM. Ouid. lib. V. Triſt. Eleg. VIII.

> PER CAPVT *ipſe* SVVM *ſolitus* IVRARE, *tuúmque*
>
> *Quod ſcio non illi vilius eſſe ſuo.*

Idem in Epiſt. Briſeidis ad Achillem

> PERQVE TVVM, NOSTRVMQVE CAPVT, *quod iunximus vna:*
>
> PERQVE TVOS ENSES, *cognita tela meis,*
>
> *Nulla Mycenæum ſociaſſe cubilia mecum*
>
> IVRO. FALLENTEM *deſeruiſſe velis.*

Martial. Epigr. XLIX. lib. IX.

> PER TVA IVRARES SACRA, TVVMQVE CAPVT.

Silius Italic. lib. X.

> PERQVE CAPVT *nullo leuius mihi numine patris*
>
> MAGNANIMI IVRO.

Apul. lib. III. de Aſino aur. ADIVRO *enim* TVVM *mihi* CARISSIMVM CAPVT, *nulli me prorſus, ac ne tibi quidem ipſi adſeueranti poſſe credere, quod quidquam in meam cogitaueris perniciem.* Ouidius etiam lib. III. de Ponto Eleg. III. PER CÆSAREVM CAPVT IVRAT. Iuuenal. Sat. VI.

> *Nondum Græcis* IVRARE *paratis*
>
> PER CAPVT ALTERIVS

Nonnumquam & per Oculos ſuos iurabant. Plaut. Menæchm. Sc. vlt. *Soltis* PER OCVLOS IVRARE. Atque ita Amicæ, delitias facientes, ſæpe iurabant. Ouid. lib. II. Amor Eleg. XVI.

> *At mihi te comitem* IVRABAS *vſque futuram*
>
> PER ME, PERQVE OCVLOS, *ſidera noſtra*, TVOS.

Idem lib. III. Amor. Eleg. II.

> PERQVE SVOS *illam nuper* IVRASSE *recordor,*
>
> PERQVE MEOS OCVLOS.

Propert. Eleg. XV. lib. I.

Quamve

Quamve mihi viles iſti videantur OCELLI
Per QVOS *ſæpè mihi credita perfidia eſt.*
HOC TV IVRABAS, SI QVID MENTITA FVISSES,
VT TIBI SVPPOSITIS EXCIDERENT MANIBVS.

Tibull. Eleg. vlt. lib. III.

Et ſi PERQVE SVOS *fallax* IVRAVIT OCELLOS,
IVNONEMQVE SVAM, PERQVE SVAM VENEREM.

Nam PER IVNONEM plerumque mulieres iurabant, vt illa apud Petronium Satyr. IVNONEM MEAM IRATAM HABEAM, SI VNQVAM ME MEMINERIM VIRGINEM FVISSE. Alcmena quoque apud Plaut. Amphitr. Act. II. Sc. II.

PER SVPREMI, *ait*, REGIS REGNVM IVRO, ET MATREM FAMILIAS
IVNONEM, QVAM ME VERERI, ET METVERE EST PAR MAXIME,
VT MIHI EXTRA VNVM TE, MORTALIS NEMO CORPVS CORPORE
CONTIGIT, QVO ME IMPVDICAM FACERET.

Eodémque modo amantes nonnumquam, & molliores homines iurabant. Sic enim Tibull. lib. IIII. ad amicam,

Hæc tibi SANCTA TVÆ IVNONIS NOMINA IVRO,
Quæ ſola ante alios eſt mihi magna Deos.

Iuuenal. Sat. II. *Et* PER IVNONEM *domini* IVRANTE *miniſtro*. Per Venerem etiam, viri iurabant mulieribus quas deperibant. Ouid. lib. II. Amor. Eleg. VII.

PER VENEREM IVRO, PVERIQVE VOLATILIS ARCVS
Me non admiſſi criminis eſſe reum.

Et Eleg. VIII. eiuſdem lib.

PER VENERIS *feci* NVMINA MAGNA *fidem.*

Vetum ſollemne, atque adeo ſanctiſſimum, Romanorum iuſiurandum, PER IOVEM LAPIDEM concipiebatur. Teſtis eſt Agellius lib. I. Noct. Atticar. cap. XXI. IOVEM, inquiens, LAPIDEM, *quod ſanctiſſimum iuſiurandum eſt habitum, ſum paratus* IVRARE, VIRGILIVM HOC NVNQVAM SCRIPSISSE. Cic. Epiſt. XII. lib. VII. Famil. *Quomodò autē tibi placebit*, IOVEM LAPIDEM IVRARE, *cùm ſcias Iouem iratum nemini eſſe?* Apuleius in lib. de Deo Socratis. *Quid igitur?* IVRABO PER IOVEM LAPIDEM, *Romano vetuſtiſſimo ritu?* Eóque reſpexiſſe videtur Auſonius in precatione matutina ad Deū, cū ait, *Si* LAPIDES, *non* IVRO DEOS. Huic verò iuriurando execratio addi ſolebat, cuius formulam Feſtus lib. XI. docet. IOVEM, ait ille, LAPIDEM IVRATVRI, *ſilicem tenentes, his verbis vtuntur:* SI SCIENS FALLO, TVM ME DIESPITER SALVA VRBE, ARCEQVE BONIS EIICIAT, VT EGO HVNC LAPIDEM. Quam formulā Græcè Plutarchus in Sylla ita expreſſit. Ἀναβὰς εἰς τὸ Καπιτώλιον, ἔχων ἐν τῇ χειρὶ λίθον, ὤμοσεν, εἶτα ἐπαρασάμενος αὐτῷ μὴ φυλάττοντι τὴν πρὸς ἐκεῖνον εὔνοιαν, ἐκπεσεῖν τῆς πόλεως, ὥσπερ ὁ λίθος διὰ τῆς χειρός. Plenius & apertius Polyb. lib. III. Τὸν δὲ ὅρκον ὀμνύειν ἔδει τοιοῦτον, ἐπὶ μὲν τῶν πρώτων συνθηκῶν, Καρχηδονίους μὲν τοὺς θεοὺς τοὺς πατρῴους, Ῥωμαίους δὲ Δία λίθον, κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος· ἐπὶ δὲ τούτων τὸν Ἄρη καὶ τὸν Ἐνυάλιον. Ἔστι δὲ τὸ Δία λίθον τοιοῦτον· Λαβὼν εἰς τὴν χεῖρα λίθον ὁ ποιούμενος τὰ ὅρκια περὶ τῶν συνθηκῶν, ἐπειδὰν ὀμόσῃ δημοσίᾳ πίστει, λέγει τάδε, Εὐορκοῦντι μὲν ποιεῖν τἀγαθά, εἰ δ' ἄλλως διανοηθείην, ἢ πράξαιμι, πάντων τῶν ἄλλων σωζομένων ἐν ταῖς ἰδίαις πατρίσιν, ἐν τοῖς ἰδίοις νόμοις, ἐπὶ τῶν ἰδίων βίων, ἱερῶν, τάφων, ἐγὼ μόνος ἐκπέσοιμι οὕτως, ὡς ὅδε λίθος νῦν. Καὶ ταῦτ' εἰπὼν ῥίπτει τὸν λίθον ἐκ τῆς χειρός. Liuius lib. XXI. de Annibale. *Eáque verata ſcirēt fore, agnū læua manu, dextra ſilicem retinens*, SI FALLERET, IOVEM CETEROSQVE PRECATVS DEOS, ITA MACTARENT, QVEMADMODVM IPSE MACTASSET AGNVM, *ſecundum precationem, caput pecudis ſaxo illiſit.* Cicero. Epiſt. I. lib. VII. familiar. *Delitiæ vero tuæ, noſter Æſopus, eiuſmodi fuit, vt ei deſinere per omnes homines liceret. Is cum iurare cepiſſet, vox eum defecit, in illo loco*, SI SCIENS FALLO. Plinius in Panegyrico. *Quinetiā ſedēs præiuit* (ſic enim emēdo) *Iuſiurandum & ille iurauit: expreſſit, explanauitque verba, quibus* CAPVT SVVM, DOMVM SVAM, SI SCIENS (ita quippe legendum cenſeo) FEFELLISSET, DEORVM IRÆ CONSECRARET. Plautus Amphitruo. Act. III. Sc. II.

ID EGO, SI FALLO, TVM TE SVMME IVPPITER

QVÆSO AMPHITRYONI, VT SEMPER IRATVS SIES.
Ouid. lib. v. Faſtor.

Siue ego te feci Teſtem, falſóue citaui
Non auditurõ, numina vana, Ioui;
SIVE DEVM PRVDENS *alium, diuamve* FEFELLI,
Abſtulerint celeres improba verba noti.

Tacit. lib. I. Annal. *Iuſiurandum perinde æſtimandum* QVAM SI IOVEM FEFELLISSET. Propert. lib. II. Eleg. xv.

OSSA TIBI IVRO PER MATRIS, ET OSSA PARENTIS,
(SI FALLO, CINIS HEV SIT MIHI VTERQVE GRAVIS.)
ME TIBI AD EXTREMAS MANSVRVM VITA, TENEBRAS.

Idem lib. IIII. Eleg. VII.

IVRO EGO *fatorum nulli reuocabile carmen,*
Tergeminúſque canis ſic mihi molle ſonet.
ME SERVASSE FIDEM, SI FALLO, VIPERA NOSTRIS
SIBILET IN TVMVLIS, ET SVPER OSSA CVBET.

Eiuſdem lib. Elegia vlt.

Ipſa loquor pro me: SI FALLO, POENA SORORVM
INFELIX HVMEROS VRGEAT VRNA MEOS.

Quo reſpiciens Eumenius Rhetor in Oratione pro Scholis inſtaurandis, *Scio*, ait, *hæc inquam, Vir Perfectiſſime, neque me* SCIENS FALLO. Eodémque alludens Seneca in lib. de Cõſolatio. ad Albinam. *Itaque*, ait, *per fictiles deos religiosè* IVRABATVR: *Qui per illos iurauerant, ad hoſtem morituri*, NE FALLERENT, *redibant*. Apul. lib. x. de Aſino aur. *Non poſſum calcata numinum religione* CONSCIENTIAM MEAM FALLENS, *perperam iudicare.* Sollemnis verò illius Iuriſiurandi gratia, ſceptrum ex tẽplo Iouis Feretrij ſumptũ per quod iurarent, & lapidem ſilicem quo fœdus ferirent, Paul. ex Feſto in ver. *Feretrius* tradit. Atque hoc eſt patrium & religioſiſſimum Iuſiurandũ, de quo Dionyſius Halicarnaſſeus lib. IX. ſenſit, cum ait, Ταῦτ᾽ εἰπὼν καὶ τὸ ξίφος ἀνατείνας, ὤμοσε τὸν ἐπιχώριόν τε Ῥωμαίοις καὶ κράτιστον ὅρκον τὴν ἀγαθὴν ἑαυτοῦ πίστιν, νικήσας τοὺς πολεμίους ἥξειν εἰς τὴν πόλιν, ἄλλως δ᾽ οὔ. Quam interpretationem rectam eſſe Liuius lib. II. eandem hiſtoriam recenſens docet. *Centurio erat, M. Flauoleius inter primores pugnæ flagitator*, VICTOR, *inquit*, M. FABI, REVERTAR EX ACIE, SI FALLAT, IOVEM PATREM, GRADIVVMQVE MARTEM, ALIOSQVE IRATOS INVOCAT DEOS. *Idem deinceps omnis exercitus in ſe quiſque* IVRAT. Ac planè omne iuſiurandum exſecratione finiebatur, vt docent hæc Plutarchi verba in Αἰτίοις. Πᾶς ὅρκος εἰς κατάραν τελευτᾷ τῆς ἐπιορκίας. Execrationibúsque additum, VT DII IRATI ESSENT FALLENTIBVS, oſtendit Dionyſ. Halica. lib. VI.

Ceterum EX ANIMI SVI SENTENTIA, prout ſe res haberet, iurare profitebantur. Quod Ciceronis hæc ex Academic. Quæſtionib. verba comprobant. *Quam rationem, etiam maiorum diligentia comprobat, qui primum,* IVRARE EX ANIMI SVI SENTENTIA *quemque voluerunt. Deinde ita teneri*, SI SCIENS FALLERET. Idem lib. III. Officior. *Non enim falſum iurare, peierare eſt, ſed quod* EX ANIMI TVI SENTENTIA *Iuraueris, ſicut verbis cõcipitur more noſtro, id non facere periurium eſt.* Animaduertit hoc pridẽ, ne de aliena gloria quidquã detrahã, & in Obſeruationes ſuas retulit Iac. Cuiacius, clariſſimũ ſeculi noſtri lumen, decuſq́; cuius exactæ diligẽtiæ etſi addi vix quidquã poſſe videtur, ſequentia tamen auctorum teſtimonia cumuli loco accedent. Liuius lib. XLIII. *Cuius nondum iuſta miſſio viſa eſſet, ita iuſiurandum adigebant*, EX TVI ANIMI SENTENTIA, TV EX EDICTO C. CLAVDII TIB. SEMPRONII CENSORVM IN PROVINCIAM REDIBIS? Quintilian. lib. VIII. cap. V. SENTENTIAM *veteres, quod animo ſenſiſſent, vocauerunt. Id cùm eſt apud Oratores frequentiſſimum, tùm etiam in vſu cottidiano quaſdam reliquias habet. Nam &* IVRATVRI, EX ANIMI NOSTRI SENTENTIA; & *gratulantes*, EX SENTENTIA, *dicimus*. Idem lib. VI. cap. de Riſu. *Quod fecit*, ait, *Longus Sulpitius, qui cum contra quem iudicio Liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit*

Cui

Cui reſpondens Domitius Aſer, TVI, *inquit,* EX ANIMI SENTENTIA, LONGE, *qui malam faciem habet, liber non eſt?* Eàque formula Iureiurando veteres vulgo adigebantur. Petronius Arbiter Satyr. *Tabulas fœderis ſignat, quibus hæc formula erat.* EX TVI ANIMI SENTENTIA VT TV TRYPHENA, NEQVE INIVRIAM TIBI FACTAM A GYTONE QVERARIS, NEQVE SI QVID ANTE HVNC DIEM FACTVM EST, OBIICIES, VINDICABISVE, AVT VLLO ALIO GENERE PERSEQVENDVM CVRABIS. Et paullo pòſt: ITEM LICA, EX TVI ANIMI SENTENTIA, VT TV EVCOLPON NEC VERBO CONTVMELIOSE INSEQVARIS, NEC VVLTV, NEQVE QVÆRES VBI NOCTE DORMIET. Cenſores etiam agentes ſollemne de vxoribus Iuſiurādum, ita interrogaſſe accepimus, EX ANIMI TVI SENTENTIA TV VXOREM HABES? Agellius lib. IIII. cap. vlt. *Cenſor, agebat de vxoribus ſollemne iuſiurandum. Verba ita erant concepta.* ET TV EX ANIMI TVI SENTENTIA VXOREM HABES? *Qui iurabat, cavillator quidam & nimis ridicularius fuit. Is locum eſſe ſibi ioci dicendi ratus, cum ita, uti mos erat, Cenſor dixiſſet,* ET TV EX ANIMI TVI SENTENTIA VXOREM HABES? HABEO EQVIDEM, *inquit,* VXOREM, SED NON EX ANIMI TVI SENTENTIA. Quod dicterium Portio Naſicæ M. Tullius lib. II. de Oratore, ita tribuit. *Ridicule etiam illud L. Portius Naſica Cenſori Catoni, cum ille,* EX TVI ANIMI SENTENTIA TV VXOREM HABES? NON HERCVLE, *inquit,* EX ANIMI TVI SENTENTIA. Ad hanc formulam reſpexit Ouid. in Epiſt. Cydippes ad Acontium cum ait,

> *Conſilium,* PRVDENSQVE ANIMI SENTENTIA IVRAT.
> *Et niſi iudicij vincula nulla valent.*

Ex his illuſtratur, quod de legitimo iureiurando Dionyſius Halicarnaſſ. lib. IIII. ita ſcribit: ὀμόσαντας τὸν νόμιμον ὅρκον, ἦ μὴν τἀληθῆ ἀπὸ παντὸς τοῦ βελτίστου τετιμῆσθαι.

Conceptis autem verbis plerumque iurabant. Plaut. Ciſtellar. Act. I. Sc. I.

> *At ille* CONCEPTIS IVRAVIT VERBIS, *apud matrem meam*
> *Me vxorem ducturum eſſe.*

Liuius lib. XLIII. CONCEPTIS VERBIS IVRAVIT, *ſi collega damnatus eſſet, nō expectato de ſe iudicio comitem exilij eius futurum.* Petronius Arbit. Satyrico, CONCEPTISSIMISQVE IVRAVIT VERBIS, Sil. Italic. lib. X. DICTATAQVE IVRANT SACRAMENTA DEIS. Agellius lib. II. cap. XXIIII. *Legi adeo nuper in Capitonis Atteij Collectaneis, Senatus decretū vetus &c. quo iubētur principes ciuitatis qui ludis Megalenſibus antiquo ritu mutitarent,* IVRARE APVD COSS. SEV CENSORES CONCEPTIS VERBIS, NON AMPLIVS IN SINGVLAS COENAS SVMPTVS ESSE FACTVROS QVAM CENTENOS, VICENOSQVE ÆRIS. Macrob. lib. I. Saturnal. cap. VI. VERBA CONIVRATIONIS CONCIPIT, *nullam eſſe in villa ſua ſcropham.* Eàque eſt *Iurandi formula iuris* apud Ouid. Epiſt. XX. Heroid.

Formulam verò Iuriſiurandi corporaliter præſtiti conceptis verbis aduerſario & præeunte, habemus apud Plautum Rudente. Act. V, Sc. III. in hæc verba.

> G. TANGE ARAM HANC VENERIS. L. TANGO.
> G. PER VENEREM HANC IVRANDVM EST TIBI *L. quid iurem tibi?* G. *quod iubeo.*
> L. PRÆI VERBIS *quiduis, id quod domi eſt, nunquam illi ſupplicabo.*
> G. TENE ARAM HANC. L. TENEO G. DEIVRA TE MIHI ARGENTVM DATVRVM.
> *Eodem ipſo die, viduli vbi ſis potitus.* L. FIAT
> G. VENVS CYRENENSIS DEA TE TESTOR MIHI.
> SI VIDVLVM ILLVM EGO QVEM IN NAVI PERDIDI,
> CVM AVRO ATQVE ARGENTO SALVVM INVESTIGAVERO,
> ISQVE IN POTESTATEM MEAM PERVENERIT,
> TVM EGO HVIC GRIPO, DICO, INQVITO, ET ME TANGITO
> L. TVM EGO HVIC GRIPO DICO VENVS, VT TV ME AVDIAS,
> TALENTVM ARGENTI MAGNVM CONTINVO DABO.

G. QVOD SI FRAVDASSIS, DIC VT TE IN QVÆSTV TVO
VENVS ERADICET, CAPVT ATQVE ÆTATEM TVAM.
TECVM HOC HABETO TAMEN, VBI IVRAVERIS.
L. ILLA NECET VORSVM SI QVID PECCASSO. VENVS
VENEROR TE, VT OMNES MISERI LENONES SIENT.

Apud eundem in Milite Glor. Sc. vlt. Periplectomenus, iuraturo ſic præit,

IVRA TE NON NOCITVRVM ESSE HOMINEM DE HAC RE NEMINEM,
QVOD TV HODIE HIC VERBERATVS, AVT QVOD VERBERARE, *ſi*
Te ſaluom hinc mittimus ire Venerium nepotulum.

Cui reſpondens Pyrgopolinices

IVRO, ait, PER VENEREM ET MARTEM, ME NOCITVRVM NEMINEM,
QVOD EGO HODIE VAPVLO.

Ex illo autem Plautini Rudentis loco obſeruandum eſt, Iuſiurandum aris tactis præſtitum: Quod Cicero pro Flacco indicat, cum ait, IS SI ARAM TENENS, IVRARET, *crederet nemo*. Iuuenal. Sat. XIIII.

Falſus erit teſtis, vendet PERIVRIA *ſumma*
Exigua, CERERIS TANGENS ARAMQVE PEDEMQVE.

Eóque pertinet quod idem Iuuenal. Sat. XIII. ait,

Atque adeò intrepidi QVÆCVMQVE ALTARIA TANGVNT.

Innuens eos, vt Vlpian. in L. quæ ſub condicione, D. de condic. inſtit. loquitur, faciles eſſe ad iurandum contemptu religionis. Idem in Græcia ſeruatum, oſtendit Iuſtin. lib. XXIIII. cum ita ſcribit. *Quo perductõ in ſanctiſſimũ Iouis templum, veterrimæ Macedonum religionis, Ptolemæus* SVMPTIS IN MANVS ALTARIBVS, CONTINGENS IPSA SIMVLACRA, & PVLVINARIA DEORVM, *inauditis, vltimiſque* EXECRATIONIBVS ADIVRAT, SE SINCERA FIDE MATRIMONIVM SORORIS PETERE.

Formula vtique iurandi erat hæc, IVRO PER Plaut. Amphytru. Act. I. Sc. I.

S. PER IOVEM IVRO, *me eſſe, neque me falſum dicere.*
M. AT EGO PER MERCVRIVM IVRO, *tibi Iouem non credere.*

Idem Menæchm. Act. IIII. Sc. II.

PER IOVEM DEOSQVE OMNES ADIVRO VXOR (*ſatin eſt hoc tibi?*)
ME NON FECISSE.

Et eiuſdem Comœdiæ Act. V. Sc. VII. PER IOVEM ADIVRO PATREM
ME HERVM TVVM NON ESSE.

Terent. Andr. Act. IIII. Sc. II.

PER OMNES TIBI ADIVRO DEOS, NVNQVAM EAM ME DESERTVRVM.

Ouid. lib. III. de Ponto Eleg. III.

PER MEA TELA, *faces, &* PER MEA TELA, *ſagittas*
PER MATREM IVRO, CÆSAREVMQVE CAPVT.

Idem Epiſt. Laodam. ad Proteſil.

PER REDITVS, CORPVSQVE TVVM, *mea numina*, IVRO.
PERQVE PARES ANIMI CONIVGIIQVE FACES.

Ex Epiſt. Ariad. ad Theſ.

Tum mihi dicebas, PER EGO IPSA PERICVLA IVRO
TE FORE, DVM NOSTRVM VIVET VTERQVE, MEAM.

Item lib. I. Triſt. Eleg. I.

PER MARE, PER TERRAS, PER TERTIA NVMINA IVRO,
PER TE PRÆSENTEM CONSPICVVMQVE DEVM.

Et lib. III. Amor. Eleg. II.

PER TIBI TOT IVRO TESTES, POMPAMQVE DEORVM.

Necnon lib. XI. Metamorphoſ.

— *Sed tibi* IVRO
PER PATRIOS IGNES.

Seneca Oedipo Act. II. Sc. I.

PER

PER REGNA IVRO, *quæque nunc hoſpes ego*
Et quæ reliqui, PERQVE PENETRALES DEOS.

Cicero in Lucullo, IVRAREM PER IOVEM, DEOSQVE PENATES. Iuuenal. Sat. XIII.

PER SOLIS RADIOS, TARPEIAQVE FVLMINA IVRAT,
ET MARTIS FRAMEAM, ET CIRRHÆI SPICVLA VATIS:
PER CALAMOS VENATRICIS, PHARETRAMQVE PVELLÆ,
PERQVE TVVM, PATER ÆGEI NEPTVNE, TRIDENTEM.
Addit & HERCVLEOS ARCVS, HASTAMQVE MINERVÆ,
Quidquid habent telorum armamentaria cœli.

At cum publicè Iuſiurandum præſtandum erat, adhibebantur qui præiurationes facerent, id eſt, conceptis verbis ante alios iurarent, poſt quos in eadem verba iurantes tantummodo dicebant, IDEM IN ME. quemadmodum Feſtus Pomp. in ver. *Præiurationes*, ſcribit. Et ita poſtquam M. Flauoleius Centurio victorem ſe ex acie reuerſurum iurauit, IDEM deinceps OMNIS EXERCITVS, IN SE QVISQVE IVRAVIT, vt Liuius lib. II. ſcribit. Illic enim vox, *Inde*, alienas, vocis, *Idem*, ſedes occupaſſe mihi videtur.

Nec verò ſollemne modò Iouis Lapidis iuſiurandum ſociam & comitem, vt iam diximus, exectationem habebat: verùm etiam in priuatis & vulgaribus adiurationibus, recepta erant verba hæc, DII ME PERDANT: vt in Epiſtola Auguſti, cuius pars refertur à Sueton. in Tiber. cap. XXI. in hæc verba. *Attenuatum te eſſe continuatione laborum, cùm audio & lego*, DII ME PERDANT, *niſi cohorreſcit corpus meum.* Plautus Milite Glot. Act. III. Sc. II.

— DII ME PERDANT SI BIBI.

Apud eundem Ciſtellar. Act. II. Sc. I. Alceſimarchus,

— DII ME PERDANT,
SI ILLAM VXOREM DVXERO MIHI VNQVAM, QVAM DESPONDIT PATER.

Et Moſtellar. Act. I. Sc. I.

DII DEÆQVE OMNES ME PESSIMIS EXEMPLIS INTERFICIANT.

Tiberius etiam in Epiſtola ad Senatum, quæ à Suetonio ponitur in eius principis vita cap. LXVIII. DII ME, DEÆQVE POENIS PERDANT. *quem quotidiè perire ſentio,* SI SCIO.

Aliâs dicebant DISPEREAM SI, vel DISPEREAM NISI. Quo genere loquendi vtitur, Plautus Amphitruo. Act. IIII. Sc. II. Catullus in Epigram. de Leſbia. Virgilius in Catalect. ad Varium, Horatius lib. I. Sermo. Sat. IX. Propert. lib. II. Eleg. XV. Martial. Epigrãm. LXIX. lib. II. & XI. lib. X. Quãdoque verò, NE VIVAM dicebant. Cicero Epiſt. XXIII. lib. VII. Familiar. *Sed* NE VIVAM, *ſi tibi concedo, vt eius rei tu cupidior ſis quàm ego ſum.* Martial. Epigram. XII. lib. X.

NE VIVAM, NISI *te, Domiti, permitto libenter,*
Grata licet ſine te ſit mihi nulla dies.

In eandem ſententiam Cicero lib. XVI. Epiſt XIII. lib. XVI. ad Attic. ait. NE SALVVS SIM.

Ceterùm qui præeunte alio, id eſt, vt Priſcian. lib. XVIII. explicat, *quomodo ille dictaret iurauerant*, ſi fefelliſſent, VERBIS CONCEPTIS PEIERASSE dicebantur. Plaut. Aſinar. Act. III. Sc. II.

Vbi fidentem fraudaueris, vbi hero infidelis fueris,
Vbi VERBIS CONCEPTIS, SCIENS, *libenter* PERIVRARIS.

Cicero pro Cluent. Auito: *Non enim mihi exemplum ſummi & clariſſimi P. Africani prætereundum videtur, qui cum eſſet Cenſor, & in equitum cenſu C. Licinius Cenſor prodidiſſet, clara voce, vt omnis concio audire poſſet, dixit, ſcire ſe illum*, VERBIS CONCEPTIS PEIERASSE. Valer. Valer. Max. lib. IIII. cap. I. de eodem Africano. *Centurias recognoſcens equitum, poſtquam C. Licinium Sacerdotem citatum proceſſiſſe animaduertit: dixit ſe ſcire illum* VERBIS CONCEPTIS PEIERASSE.

Variis portò de cauſſis, & prout res inciderat, Iurabant: veluti, IN LEGES, IN NO-

MEN, IN VERBA IN ACTA PRINCIPVM. IN LEGES, Iuraſſe Iudices non eſt ignotũ. Sed & Magiſtratus plerumque atque adeò vniuerſum Senatũ in leges iuraſſe, Cic. pro Sextio, Liuius lib. XXIX. & XXX. & Appian. lib. I. de ciuil. oſtendunt. Plutarch. in Catone. Καὶ προσεψηφίσατο τὴν Σύγκλητον ὀμόσαι πᾶσαν, Ἦ μὴν ἐπιβεβαιώσειν τὸν νόμον, καὶ βοηθήσειν εἴ τις τἀναντία πράττῃ. Populum etiam Ro. in legem ſacratam ſeu Tribuniciam iuraſſe Dionyſ. Halicar. lib. VI. ſcribit in hunc modum: Καὶ ἵνα μὴ εἰς τὸ λοιπὸν τῷ Δήμῳ ἐξουσία γένηται καταπαῦσαι τόνδε τὸν νόμον, ἀλλ᾽ εἰς πάντα τὸν χρόνον ἀκίνητος διαμείνῃ, πάντας ἐτάχθη Ῥωμαίους ὀμόσαι καθ᾽ ἱερῶν, Ἦ μὴν χρήσεσθαι τῷ νόμῳ καὶ αὐτοὺς, καὶ τοὺς ἐγγόνους, τὸν ἀεὶ χρόνον. Ἀρὰ δέ τι τῷ ὅρκῳ προσετέθη, τοῖς μὲν ἐμπεδοῦσι τοὺς θεοὺς τοὺς οὐρανίους ἵλεως εἶναι, καὶ δαίμονας τοὺς καταχθονίους. Τοῖς δὲ παραβαίνουσι, τἀναντία, καὶ τὰ παρὰ θεῶν γίνεσθαι, καὶ τὰ παρὰ δαιμόνων, ὡς ἄγει τῷ μεγίστῳ ἐνόχοις. Iuriſiurandi IN VERBA meminit Horat. Ode XV. Epod. & Epiſt. I. lib. I. Seneca Epiſt. XII. Tacit. lib. XVII. Iuriſiurandi IN NOMEN, Sueton. in Claud. cap. IX. & in Galba cap. XVI. Tacit. lib. I. *Sex. Pompeius & Sex. Apuleius Coſs. primi* IN VERBA TIBERII CÆSARIS IVRAVERE. Et rurſus eod. lib. *Addebat Meſſala Valerius renouandum per annos* SACRAMENTVM IN NOMEN TIBERII.

Planè Triumuires Reip. cõſtituendæ auctores fuiſſe, VT IN ACTA IVLII CÆSARIS IVRARETVR, ídque poſtea in exemplũm tractum, Dio lib. XLVII. ita narrat. Ἔν τε τῇ πρώτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ, αὐτοί τε (de Triumuiris loquitur) ὤμοσαν καὶ τοὺς ἄλλους ὥρκωσαν βέβαια νομιεῖν πάντα τὰ ὑπ᾽ ἐκείνου Καίσαρος Ὀκταουιανοῦ γενόμενα. Καὶ τοῦτο καὶ νῦν ἐπὶ πᾶσι τοῖς τὸ κράτος ἴσχουσιν ἢ καὶ ἐπ᾽ αὐτοῦ ποτε γενομένοις, καὶ μὴ ἀτιμωθεῖσι γίγνεται. Tacitus lib. XVI. *Eiuſdem animi eſt Poppæam Diuam non credere, cuius*, IN ACTA DIVI AVGVSTI ET DIVI IVLII NON IVRARE. Tiberiũ vero interceſſiſſe, quo minus IN ACTA SVA IVRARETVR, quod diceret exẽpli cauſa cauendũ, ne ſe Senatus in acta cuiuſquam obligaret, qui aliquo caſu mutari poſſet, Sueton. in Tiber. cap. XXVII. & LXVII. cum Tacito lib. I. narrat. Claudium etiam cum IN ACTA PRINCIPVM IVRARENT Magiſtratus, IN SVA ACTA collegã in Cõſulatu Antiſtiũ IVRARE prohibuit auctore Tacito lib. XIII. Poſtea tamẽ paſſus eſt pro ſe quẽque in acta ſua iurare, mutato more priſtino quo vnus dũtaxar iurabat, reliquis idẽ in ſe iurantibus. Auctor Dio lib. LVII. cuius verba hæc ſunt, Νομιζομένου γὰρ συχνὸν χρόνον ἤδη, μηκέτι κατ᾽ ἄνδρα τὴν βουλὴν ἐν τῇ νουμηνίᾳ ὀμνύναι, ἀλλ᾽ ἑνὸς ὥσπερ εἴρηταί μοι, προομνύντος, καὶ τοὺς λοιποὺς συνεπαινεῖν, οὐκ ἐποίησαν αὐτὸ, ἀλλ᾽ αὐτεπάγγελτοι μηδενὸς σφᾶς ἀναγκάσαντος, ἰδίᾳ καὶ καθ᾽ ἑαυτὸν ἕκαστος ἐπιστώθησαν, ὥσπερ τι περὶ τοῦτο μᾶλλον εὐορκήσοντες.

Thraſeæ certè inter cetera obiectum, vitióque datum, quod principio anni vitaret ſollemne Iuſiurandum, Tacit. lib. XVI. narrat. Auctor etiam Panegyrici ad Conſtantium, ad propagandos principum annos ſollemni verborum more aliquid iurari ſolitũ, oſtendit.

Iurabant porrò Conſules deſignati: & ita Plinius in Panegyrico Traianum ait Conſulem deſignatum, ſtetiſſe ante gremium Conſulis ſedentis, eóque præeunte conceptis verbis iuraſſe: quod ille miris in cœlum laudibus effert his verbis. *Peracta erant ſollemnia Comitiorum, ſi principem cogitares: iámque ſe omnis turba commouerat, cum tu mirantibus cunctis, accedis ad Conſulis ſellam:* ADIGENDVM *te præbes* IN VERBA *principibus ignota, niſi cum iurarare cogerent alios.* Et mox, Traianum conſule præeunte iuraſſe cum ſollemni execratione, ſi falleret, addit. Conſulatu quoque abeuntes iuſiurandum dabant, ſe nihil contra leges feciſſe, aut aliud quid eius generis. Argumẽto eſt, quod Ciceroni, pridie Calend. Ianuar. quo die Conſulatu abiturus erat, concionis habendæ facultatem à Metello Nepote Tribuno pleb. denegatam: nec aliud conceſſum quàm vt legitimum Iuſiurandum præſtaret, Dio lib. XXXVII. refert. De Cicerone enim loquẽs ait, Καὶ τέλος, ἀπολογεῖσθαί τι καὶ καταλέξαι πάνθ᾽ ὅσα ἐν τῇ ὑπατείᾳ ἐπεποιήκει τῇ τελευταίᾳ τῆς ἀρχῆς ἡμέρᾳ ἐθελήσαντα, πάνυ γάρ που ἡδέως οὐχ ὅπως ὑφ᾽ ἑτέρων ἐπῃνεῖτο, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ἐνεκωμίαζεν. Ἐσίγασαν, οὐδὲ ἐπέτρεψαν αὐτῷ ἔξω τι τοῦ ὅρκου φθέγξασθαι, συναγωνιστῇ Μετέλλῳ Νέπωτι δημαρχοῦντι χρησάμενοι. πλὴν καθ᾽ ὅσον ἀντιφιλονεικήσας, προσεπώμοσεν, ὅτι σεσωκὼς τὴν πόλιν εἴη. Quod ipſe de ſe Cicero prædicat in Oratio. in Piſonem,

his

his verbis. *Ego, cùm in concione, abiens magiſtratu, dicere à Tribuno pleb. prohiberer, quæ conſtitueram: cumque is mihi tantummodo, vt iurarem, permitteret: ſine vlla dubitatione* IVRAVI REMPVB. ATQVE HANC VRBEM MEA VNIVS OPERA ESSE SALVAM. *Mihi populus Ro. vniuerſus, illa in concione non vnius diei gratulationem, ſed æternitatem, immortalitatémque donauit, cum meum Iuſiurandum tale atque tantum iuratus ipſe vna voce & conſenſu approbauit.* Quod & idem Epiſt. II. ad Metell. lib. v. Familiar. ita ſignificat. *Atque ille, quod te audiſſe certo ſcio prid. Cal. Ianuar. qua iniuria nemo vnquam, in aliquo Magiſtratu, improbiſſimus cuius affectus eſt, ea me Conſulem affecit, cum rempub. conſeruaſſem: atque abeuntem Magiſtratu, concionis habendæ poteſtate priuauit: cuius iniuria mihi tamen honori ſummo fuit. Nam cũ ille mihi nihil, niſi vt iurarem, permitteret, magna voce* IVRAVI VERISSIMVM *pulcherrimúmque* IVSIVRANDVM: *quod populus item magna voce me iuraſſe iurauit.* Idem Cic. pro domo ſua. *Præſertim cum mihi vni in hac Reipub. audiente populo Ro.* OPERA MEA HANC VRBEM ET HANC REMPVB. ESSE SALVAM, IVRATO *dicere fas fuiſſet.* Plutarch. in Cicerone, Οἱ τὴν ἀρχὴν παραλαβόντες (de Metello & Beſtia Tribunis pleb. loquitur,) ἔτι τοῦ Κικέρωνος ἡμέρας ὀλίγας ἄρχοντος, οὐκ εἴων δημηγορεῖν αὐτὸν, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ἐμβόλων βάθρα θέντες, οὐ παρίεσαν, οὐδ' ἐπέτρεπον λέγειν: ἀλλ' ἐκέλευον, εἰ βούλοιτο μόνον περὶ τῆς ἀρχῆς ἀπομόσαντα, καταβαίνειν. Κἀκεῖνος ἐπὶ τούτοις, ὡς ὀμόσων προσῆλθε. Καὶ γενομένης αὐτῷ σιωπῆς, ὤμνυεν οὐ τὸν πάτριον, ἀλλ' ἴδιόν τινα καὶ καινὸν ὅρκον, Ἦ μὴν σεσωκέναι τὴν πατρίδα, καὶ διατετηρηκέναι τὴν ἡγεμονίαν. Ἐπώμνυε δὲ τὸν ὅρκον αὐτῷ σύμπας ὁ Δῆμος. Meminit & huius ſollemnis Iuriſiurandi eorum qui Magiſtratu abibant, Dio lib. XLVIII. Verba eius ſunt hęc, Ὁ Κλώδιος ἐπεστόμισε μὲν καὶ τὸν Βίβουλον ἐσελθόντα ἐς τὴν ἀγορὰν ἐπ' ἐξόδῳ τῆς ἀρχῆς, καὶ διανοούμενον μετὰ τῆς τοῦ ὅρκου πιστώσεως, καὶ περὶ τῶν παρόντων δημηγορῆσαι. Sic & Plinius in Panegyrico Traianum Conſulatu abeuntem iuraſſe commemorat, *Itaque commendans*, ait, *& abiturus Conſulatu* IVRASTI TE NIHIL CONTRA LEGES FECISSE. Et mox: *Quàm dignum te, quámque diuerſum conſuetudine illorũ, qui pauculis diebus geſtum Conſulatum, immo non geſtum, abiiciebant per edictum: hoc pro cõcione, pro roſtris*, PRO IVREIVRANDO, *ſcilicet vt primis extrema congruerent.* Refert & Tacitus lib. xx. vniuerſi Senatus Iuſiurandum in hæc verba: *Senatus inchoantibus primoribus*, IVSIVRANDVM *excepit, quo certatim omnes Magiſtratus, ceteri, vt ſententiam, rogabantur*, DEOS TESTES ADVOCANT, NIHIL OPE SVA FACTVM QVO CVIVSQVAM SALVS LÆDERETVR: NEQVE SE PRÆMIVM AVT HONOREM EX CALAMITATE CIVIVM CEPISSE: *trepidi, & verba Iuriſiurandi per varias artes, mutantibus, quis flagitij conſcientia inerat.*

Extat elegans Iuriſiurandi, quod à Iudicibus præſtari Iuſtinianus conſtituit, formula, ſubdita Nouellæ VIII. Perſtringuntur & quædam Iuriſiurandi formulæ, in L. ſi quãdo, L. ſeruus patroni, §. vlt. L. ſi libertus ita, D. de oper. libert. L. ſi quis pro eo, D. de fideiuſſor. L. vlt. D. ad municip. PERPETVVM etiam MORBVM IVRATVRVM SE, Cic. Epiſt. XII. lib. XII. ad Attic. denuntiat. EIVRASSE autem, INIQVOS ſibi eſſe IVDICES qui ferrentur, addicerenturve, ſupra lib. I. demonſtrauimus. Item EIVRASSE eos quandoque BONAM COPIAM, Varro lib. VI. de lingua Lat. & Cic. Epiſt. XVI. lib. IX. Familiar. & EIVRASSE MALAM MENTEM, Seneca lib. III. de Benefic. oſtendunt.

Plerumque etiam qui de iniuria facta, aut aliquo maledicto ſe ſe purgarė volebant, iureiurando id faciebant. Duplici autem modo ea res tranſigebatur: Interdum enim, IVRABANT SE NON FECISSE, L. lex Cornelia, §. hac lege, D. de iniur. Interdum SATISFACIEBANT. Martial. Epigram. LXXX. lib. XII.

Nil in te ſcripſi Bithynice: credere non vis,
Et IVRARE *iubes. Malo* SATISFACERE.

Ouid. lib. II. de Remed. amor.

Qui dicit multa puellæ
Probra, SATISFIERI *poſtulat ille ſibi.*

Cuiuſmodi Satisfactionis, à Suetonio in Iulio cap. LXXIII. & in Claudio cap. XXXVIII. & Cæſare lib. v. de bello Gall. Aſconio, in III. Verrin. fit mentio.

Interdũ non nudis verbis ſed & iureiurãdo interpoſito ſatisfaciebant. Et ita Alme-

na probri & impudicitiæ falsò inſimulata ab Amphitruone viro ſuo, non aliter ſe cum eo in gratiam redituram profitetur, quàm ſi ille & ſatisfaceret ſibi, & inſuper adiuraret, nolle eſſe dicta ea quibus pudorem eius ſuggillarat. Verba eius de ea re quæ formulam noſtram adſtruunt, ſunt hæc, apud Plautum Amphitruone Act. III. Sc. II.

Durare nequeo in ædibus: ita me probri,
Stupri, dedecoris, à viro argutam meo?
Ea quæ ſunt facta, infecta eſſe acclamitat:
Quæ neque ſunt facta, neque ego in me admiſi, arguit:
Atque id me ſuſque déque eſſe habituram putat?
Ne ÆDEPOL *faciam: neque me perpetiar probri*
Falsò inſimulatam. Quin ego illum aut deſeram,
Aut SATISFACIAT MIHI: *atque* ADIVRET *inſuper*
NOLLE ESSE DICTA, QVÆ IN ME INSONTEM PROTVLIT.

Iupiter verò alter Amphytruo, iurgij inter illos coniuges auctor, Alcmenæ placandæ cauſa, facturum ſe pollicetur quod illa poſtular, iocóque non ſeriò hæc à ſe dicta adfirmat. Præterea ita ei ſatisfacit.

PER DEXTRAM TVAM TE, ALCVMENA, ORO, OBSECRO.
DA MIHI HANC VENIAM, IGNOSCE, IRATA NE SIES.

Iuſiurandum etiam non recuſans, poſtea addit.

Mane, ARBITRATV TVO IVSIVRANDVM DABO,
ME MEAM PVDICAM ESSE VXOREM ARBITRARIER:
IO EGO SI FALLO, &c.

Qua purgatione contenta Alcmena, eum in ædes admittens,

Quin veni, ait, quando vis intrò: faxo haud quicquam ſit moræ,
Quando EXIVRASTI, TE MIHI HÆC DIXISSE PER IOCVM.

Apud Terent. Adelph. Act. II. Sc. I. Sannio indignis modis acceptus ab Æſchine,

Tu quod te, inquit, *poſterius* PVRGES, NOLLE HANC INIVRIAM MIHI FACTAM ESSE, *huius non faciam: crede hoc, Ego meum ius perſequar.*
Neque tu verbis ſolues vnquam, quod re mihi maleféceris.
Novi ego veſtra hæc: NOLLEM FACTVM: DABITVR IVSIVRANDVM ESSE TE INDIGNVM INIVRIA HAC: *cùm ego indignis ſim acceptus modis.*

Porrò ſæpenumero Deos Teſtabātur, quod fiebat hoc verbo, TESTOR. Cic. Philipp. XIII. TESTOR, ET VOS ET POPVLVM RO. ET OMNES DEOS *qui huic vrbi præſident.* Quintilian. Declamat. CCXCV. TESTOR DEOS, *non receſſi à cuſtodia, donec me bellum auocauit.* Idem Declamat. CCCXXXVIII. TESTOR DEOS, TESTOR VESTRAM, IVDICES, RELIGIONEM, Liu. lib. IX. IOVEM, MARTEMQVE, ATQVE ALIOS TESTATVR DEOS. Virgil. lib. II. Æneid.

Vos æterni ignes, & non violabile veſtrum
TESTOR NVMEN, ait.

Idem lib. V.

XANTHVM, SIMOENTAQVE TESTOR.

Et lib. XI. *—Accipe* TESTOR,
DIVA *tuam.*

Seneca Hercule Oetheo Act. III. Sc. vlt.

TESTOR *nitentis flammeam Phœbi rotam,*
SVPEROSQVE TESTOR.

Idem Troade Act. I. Sc. I.

TESTOR DEORVM NVMEN *aduerſum mihi.*

Sic & Prudentius in Periſtephano, TESTOR SALVTEM PRINCIPIS.

Alia etiam verborum figura Deos Teſtabantur: Apud Virgilium namque lib. XII. Æneid. Æneas ita Solem teſtatur,

ESTO *nunc* SOL TESTIS, *& hæc mihi terra precanti.*

Apud

Apud Ouid. lib. IX. Metamorph. Byblis Cauno. -- *Omnia feci,*

SINT MIHI DII TESTES, *vt tandem ſanior eſſem.*

Martial. Epigr. XXIII. lib. IX.

Eſt nihil ex iſtis. SVPEROS AC SIDERA TESTOR.

Propert. Eleg. vlt. lib. IIII. —TESTOR MAIORVM CINERES.

Aliâs etiam abſque vllo adiuncto, TESTOR, dicebant. Ouid. lib. II. de Arte aman.

En iterum, TESTOR, *nihil hic, niſi lege remiſſum.*

Propert. lib. III. Eleg. Eleg. IIII.

Si non vana canunt mea ſomnia, LYGDAME, TESTOR.

Alibi, vt apud Senecã Oedipo Act. II. Sc. I. & Siliũ Italic. lib. XVII. legitur, TESTIS VENI.

Ac interdum DEOS HOMINESQVE TESTABANTVR, Liuius lib. II. *Appius contrà,* TESTARI DEOS, ATQVE HOMINES, *Rempub. prodi.* Et lib. XXII. de Varrone. TESTATVRQVE DEOS ET HOMINES, *hic nullam penes ſe culpam eſſe.* Donatus vtique in Phormio. Terent. Act. v. Sc. I. ad hæc verba, *Sed* PER DEOS ATQVE HOMINES, *Adiurationis,* ait, *genus eſt.* Idem in Andr. Terent. Act. I. Sc. v. OBTESTATIO, ait, *dicitur, quando eum adiurantes, quem rogamus, oramus per eas res, propter quas rogamus. Virgil. lib.* III. *Aeneid.*

Per euerſæ genitor, fumantia Troiæ OBTESTOR.

Cic. Epiſt. II. lib. XI. ad Attic. PER OMNES DEOS TE OBTESTOR. Idem Epiſt. VI. lib. XVI. *Nomina,* PER DEOS, *expedi.* Apud Liuium lib. XXII. Calauius filium ita obſecrat. PER EGO TE, FILI, QVÆCVMQVE IVRA LIBEROS IVNGVNT PARENTIBVS, PRECOR QVÆSOQVE, NE ANTE OCVLOS PATRIS FACERE ET PATI OMNIA INFANDA VELIS. Idem lib. VI. DEOS ATQVE HOMINES OBTESTANTEM, *vt M. Manlio liberatori ſuo, parenti plebis Ro gratiam referant.* Ouid. lib. II. Triſt. Eleg. I. Auguſtũ PER SVPEROS, PER PATRIAM, orat, vt parcat. Similitérque lib. II. de Ponto Eleg. VIII. veniam ab eodem Cæſare ita petit.

PER PATRIÆ NVMEN, *quæ te tibi carior ipſo eſt*
PER *nuſquam ſurdos in tua vota* DEOS.
PERQVE TORI SOCIAM, *quæ par tibi ſola reperta eſt.*
PERQVE *tibi ſimilem virtutis imagine* NANVM,
Moribus adgnoſci qui tuus eſſe poteſt.
PERQVE TVOS *vel auo dignos, vel patre,* NEPOTES.

Sed & lib. IIII. eiuſdem argumenti Eleg. XII. Tuticanum PER SVPEROS deprecatur. Virgil. in Ceiri. TE PER, *mea alumna,* TVVMQVE

Expertum multis miſeræ mihi, rebus AMOREM,
PER TE SACRA PRECOR, PER LVMINA ILITHYIÆ
NE TANTVM IN FACINVS TAM NVLLA MENTE SEQVARIS.

Vulgarem vtique fuiſſe Iudicũ obſecrationẽ, PER CARISSIMA PIGNORA, Quintilian. lib. VI. cap. II. oſtendit. Plinius etiam togatum ſe à Nicenſibus publicè; PER ÆTERNITATEM ET SALVTEM TRAIANI, lib. X. Epiſtolar. proponit.

Præterea DEVM ATQVE HOMINVM FIDEM quandoque obteſtabantur. Liuius lib. II. OBTESTANSQVE DEVM ATQVE HOMINVM FIDEM. Et lib. VIII. *Hæc ſimul iurgãs, querens,* DEVM HOMINVMQVE FIDEM OBTESTANS. Plaut. Menæchm. Act. v. Sc. VIII.

Tu clamabis DEVM FIDEM ATQVE HOMINVM.

Idem Aulular. Act. II. Sc. I. DIVVM ATQVE HOMINVM *clamat continuo* FIDEM.

Iuuenal. Sat. XIII. *Nos* HOMINVM, DIVVMQVE FIDEM *clamore ciemus.*

Id quod fiebat hac exclamatione, PRO DEVM ATQVE HOMINVM FIDEM: qua præter Comicos, Cic. Diuinatione, & lib. III. & VI. in Verr. & pro Roſc. Comœ. vtitur. Sic reos quoſdam hominum FIDEM IMPLORASSE, Sueton. in Tiber. cap. LXXV. narrat.

Aduerſus vim quoque & iniuriã, FIDEM POPVLI RO. & FIDEM PLEBIS, vel FIDEM QVIRITIVM IMPLORABANT. Exemplorum copiam ſuppeditat Liuius, è quibus aliquot producam. Is enim lib. II. Voleronem, FIDEM PLEBIS IMPLORASSE refert. Idem lib. III. *Nutrix puellæ,* FIDEM QVIRITIVM IMPLORAT. Eodem lib. *Ipſius Appij,* FIDEM POPVLI RO. IMPLORANTIS *vox audiebatur.* Et lib. IIII. CVM FIDEM PLEBIS RO. IMPLORARET, *à Seruilio Hala obtruncatus eſt.* Ibidem de Melio, FIDEM PLEBIS IM-

PLORARE, *& opprimi ſe, conſenſu patrum, dicere.* Item lib. XLII. *Tot milia captiuorũ* FIDEM IMPLORANTIA POPVLI RO. Cic. lib. v. in Verr. IMPLORAT *ille* FIDEM POPVLI ROMANI. Idem pro Fonteio. *Cum virgo Veſtalis ex altera parte germanum fratrem complexa teneat, veſtrámque, Iudices, ac* POPVLI RO. FIDEM IMPLORET. Seneca Epiſt. XV. *Nemo ſtatim* QVIRITIVM FIDEM IMPLORAT. IMPLORARE autem Seruius in lib. x. Æneid. interpretatur, *auxilium cum miſeratione depoſcere.* Feſtus vero, *Inuocare.*

Atque huiuſmodi Imploratio fiebat nonnumquam his verbis, FIDEM PLEBIS IMPLORO. Liuius lib. II. *Clamitans ait,* PROVOCO, ET FIDEM PLEBIS IMPLORO. Plaut. Ruden. Act. III. Sc. II. PROH POPVLARES, VESTRAM EGO IMPLORO FIDEM. Apud Senecam Troade Act. III. Sc. I. Andromacha, CÆLITVM APPELLO FIDEM, FIDEMQVE ACHILLIS. Interdum verò dicebant PRO VESTRAM FIDEM QVIRITES. Liuius lib. x. *Decurrit inde ad arma, &c.* PRO VESTRAM FIDEM QVIRITES, *clamitans.* Aliâs legimus exclamaſſe eos, PORRO QVIRITES. Incertus auctor in Priapeis. PORRO (*nam quis erit modus*) QVIRITES, *Aut præcidite ſeminale membrum.* Sic enim prior verſus interpungẽdus eſt. Apuleius lib. VIII. de Aſino aur. *Nec diu tale facinus meis oculis tolerantibus,* PORRO QVIRITES, *perclare geſtiui: ſed viduatum ceteris ſyllabis & literis, proceſſit, O, tantum ſine clarum & validum.* Quô loci Beroaldus contra verborum ſententiam & antiquam lectionem, PROH QVIRITES emendauit. Quam emendationẽ Tertullianus in lib. I. aduerſus Valentinianos refellit, inquiens, *inclamauerit in eam, quaſi,* PORRO QVIRITES, *aut,* FIDEM CÆSARIS. Necnon Macrobius, qui ex Laberij Mimis citat hunc verſum, PORRO QVIRITES *libertatem amiſimus,* aut vt alij legunt, *perdimus.* Et hoc erat, QVIRITARE, Varro lib. v. de lingua Lat. QVIRITARE, *dicitur is qui* QVIRITIVM FIDEM CLAMANS IMPLORAT. Liuius lib. XXXIX. *Nec vox* QVIRITANTIS, *cum per vim ſtuprum inferatur exaudiri poſſit.* Interdũ & O CIVES, clamabant, vt apud Plaut. Curculio. Act. v. Sc. vlt. & Horat. Epiſt. I. lib. I. Sermon. Aliâs etiam dicebãt, ADESTE CIVES. Et ita apud Liuium lib. II. Publius Volero clamitat, ADESTE CIVES, ADESTE COMMILITONES. Et Manlius lib. VII. ad Quirites, PROINDE ADESTE, PROHIBETE IVS DE PECVNIIS DICI. Eius generis eſt Quiritatio illa Sanniodis apud Terent. Adelph. Act. II. Sc. I.

OBSECRO POPVLARES, FERTE MISERO ATQVE INNOCENTI AVXILIVM
SVBVENITE INOPI.

Apud Appian. ἐν Ἰβηρικῇ, Scipio ita proclamat, Ἐπικουρεῖτε, ὦ Ῥωμαῖοι, κινδυνεύοντι ὑμῶν τῷ Σκιπίωνι. Ac planè in illis locutionibus FIDEI nomen, opem atque auxilium ſignificare, Seruius notat ad illum Virgilij verſum lib. x. Æneid.

Namque aliud quid ſit quod iam implorare queamus.

Sic & in Act. Apoſt. cap. XXI. Ἄνδρες Ἰσραηλῖται βοηθεῖτε, D. Lucas acclamatũ memorat.

Aliâs etiam CONSVLVM, alias PATRVM FIDEM IMPLORABANT, Liuius lib. III. *Clamore ingenti, nunc* CONSVLVM, *nunc* PATRVM FIDEM IMPLORANT. MILITVM quoque FIDEM quandoque IMPLORATAM *legimus.* Idem Liuius lib. VII. *Fabius* FIDEM MILITVM IMPLORANS, *lacerantibus veſtẽ lictoribus, ad triarios ſe recepit.* Idem lib. XXIX. *Repugnabant enim,* MILITVMQVE FIDEM IMPLORABANT. Sueton. in Iulio cap. XXXIII. *Pro concione* FIDEM MILITVM, *flens ac veſte à pectore diſciſſa,* INVOCAVIT. Tacit. lib. XVIII. FIDEM *ſuorum quondam* MILITVM INVOCANS. Hirtius ſiue Oppius de bell. Gall. *Tum repentè omnium ſuorum cominus* INVOCAT FIDEM ATQVE AVXILIVM, *ne ſua vulnera,* PER FIDEM INTERPOSITAM, *paterentur inulta.* Milites etiam Scipionis CVM FIDEM CÆSARIS IMPLORARENT, ad vnũ interfectos ipſemet Cæſar lib. VI. de bello ciu. narrat. Apul. lib. IX. FIDEMQVE CÆSARIS *identidẽ* IMPLORANTIVM. Idem lib. III. *Nomen Auguſtum Cæſaris* INVOCARE *tentaui, & ô quidem tantum diſertum & validum calmitaui reliquum autẽ* CÆSARIS *nomen enunciare non potui.* Appian. lib. III. Epict. cap. XXII. Ἀλλ' ἄν τις σε δαίρῃ, κραύγαζε τοῖς ἐν τῷ μέσῳ. Ὦ Καῖσαρ, ἐν τῇ σῇ εἰρήνῃ οἷα πάσχω. Spartian. in Iulian. *In palatio idem Iulianus occiſus eſt,* FIDEM CÆSARIS IMPLORANS.

Erat & Implorationis ſpecies vox iſta, CIVIS ROMANVS SVM. Cicero VI. in Verr. *Vt etiam illa vox, & illa* IMPLORATIO, CIVIS ROMANVS SVM, *quæ ſæpe multis in terris opem inter Barbaros & ſalutem tulit, ea mortem illi acerbiorem & ſupplicium maturius ferret.* Et alio

alio ciuſdem orationis loco. *Nulla vox audiebatur, niſi hæc*, CIVIS ROMANVS SVM. Aſinus Pollio lib. x. Epiſtolar. Familiar. *Et illi, miſero*, QVIRITANTI, CIVIS ROMANVS SVM, *responderet ille*, NVNC POPVLI FIDEM IMPLORA. Liuius lib. II. *Tum quoque inter tantas fortunæ minas metuendus magis quam metuens*, ROMANVS SVM, *inquit*, CIVIS. Suetonius in Galba cap. IX. *Implorantique leges*, & CIVEM ROMANVM *ſe teſtificanti*. Eiúſque vocis ope ac præſidio, D. Paulus verberum iniuriam deprecatus eſt, vt D. Lucas Act. Apoſtolor. cap. XXII. ſcribit. Plinius lib. IIII. Epiſt. XI. Celerem Equitē Ro. dū in comitio virgis cæderetur, vt inceſti cum virgine Veſtali reus, in hac voce perſtitiſſe, QVID FECI? NIHIL FECI, narrat.

Implorationibus, Acclamationes ſubiungam, non eas quidem quæ in Senatu vel à Militibus fiebant, de quibus lib. II. & IIII. ſatis ſuperque dixi, ſed eas, quæ vulgo fieri ſolebant. Fauſtis planè acclamationibus familiaris erat vox, FELICITER. Sueton. in Claud. cap. VIII. *Præſedit nonnunquā ludis, in Caij vicem, acclamante populo*, FELICITER. Idem in Domitiano, cap. XIII. *Acclamari etiam in Amphitheatro epulari die libenter audiit*, DOMINO ET DOMINÆ FELICITER. Plutarchus in Galba: Καὶ ποτε θέας οὔσης καὶ τῶν χιλιάρχων καὶ λοχάγων τὸ Ῥωμαίοις σύνηθες, Εὐτυχίαν ἐπευχομένων τῷ Αὐτοκράτορι Γάλβᾳ. Cic. Epiſt. XLII. lib. XIII. ad Attic. *Faciam quod volunt*. FELICITER, VELIM, *inquam*. Flor. lib. III. cap. de Bello Cymbrico. *Eodē die quo geſta res eſt, viſi pro æde Caſtoru & Pollucis iuuenes laureati, Prætori literas tradere, frequénſque in ſpectaculo rumor victoriæ Cymbricæ*, FELICITER, *dixit*. In ſponſalibus etiam idem acclamatum Iuuenal. Saty. II. indicat.

> *Signatæ*, inquiens, *Tabulæ: dictum*, FELICITER.
> *Ingens cœna ſedet.*

Eiuſmodi erant βοαὶ illæ καὶ Εὐφημίαι, de quibus Appian. lib. v. de bell. Ciuilib. cùm de Antonij & Octauiæ ſpōſalibus agit. Repetitur & ſæpius, hæc qua de agimus, vox, in Acclamationibus quæ extant apud Lampridium in Commodo. Congiarij vtique largitionibus, quæ ab Imperatoribus popularis gratiæ promerendæ cauſa, fiebant, acclamari ſolitum, DE NOSTRIS ANNIS TIBI IVPPITER AVGEAT ANNOS, Tertullianus Apologet. cap. XXXV. auctor eſt. Quædam etiam Imperatoribus dici, & acclamari ſolita Dio & Xiphilinus ita perſtringunt, Ille lib. LIII. his verbis, ἀφ' οὗπερ καὶ νῦν προτρεπόμενοι τὸν κρατοῦντα, λέγειν εἰώθαμεν, Ὅτι σοι χαριζόμεθα. Hic verò in Commodo, ἐφ' ᾧ καὶ ὁ Δῆμος, καὶ ἡμεῖς παραχρῆμα πάντες, τοῦτο δὴ, τὸ ἐν τοῖς συμποσίοις εἰωθὸς λέγεσθαι, ἐξεβοήσαμεν, Ζήσαις. Capitolin. in Gordianis narrat, cum quadam die faſtum Imperatorium Gordianus in Africa legeret, atque à Proconſulibus Scipionibus cœpiſſet, acclamatum ab Afris, NOVO SCIPIONI, VERO SCIPIONI, GORDIANO PROCONSVLI. Ibidémque, poſt concionem cuiuſdam Decurionis Mauricij, à populo acclamatum refert, ÆQVVM EST, IVSTVM EST. GORDIANE AVGVSTE DII TE SERVENT, FELICITER. IMPERATOR ES, CVM FILIO IMPERES.

Accedāt & Gratulationum voces, quales ſunt hæ, quas vbi Germanicū conualuiſſe Romæ percrebruit, à tota ciuitate miſſas Sueton. in Calig. cap. VI. refert: SALVA ROMA, SALVA PATRIA, SALVVS EST GERMANICVS. Similiterque Alexandro Seuero poſt victoriam Perſicam, vndique omnes acclamaſſe, SALVA ROMA, QVIA SALVVS EST ALEXANDER, Lāpridius in eius vita ſcribit. Gratulantes planè EX SENTENTIA, dixiſſe, Quintilian. lib. VIII. cap. II. docet. Xiphilin. in Nerone. Καὶ αὐτῶν τῶν βουλευτῶν ὅτι μάλιστα συμβοώντων. Ὀλυμπιονίκα οὐᾶ, Πυθιονίκα οὐᾶ, Αὔγουστε Αὔγουστε Νέρωνι τῷ Ἡρακλεῖ, Νέρωνι τῷ Ἀπόλλωνι ὡς εἷς περιοδονίκης, εἷς ἀπ' αἰῶνος Αὔγουστε, ἱερὰ φωνὴ, μακάριοι οἵ σου ἀκούοντες. Idem ibid. Οἱ Αὐγούστειοι, ὥς καὶ χαίροντες συνεβόων, καὶ ἦν ἀκούειν πάντας αὐτῶν λεγόντων, Ὦ καλὸς Καῖσαρ, Ὦ Ἀπόλλων, Ὦ Αὔγουστος, εἷς ὡς Πύθιος, μά σε Καῖσαρ οὐδείς σε νικᾷ. Lāprid. in Commodo, *Appellatus eſt ſanè inter cetera Triumphalia nomina, etiam ſexcenties vicies*, PAVLVS PRIMVS SECVTORVM.

In nuptiis autem THALASSIO, clamitatum, nuptialémque eam vocem fuiſſe; Liuius lib. I. Plutarch. in Romulo, & Pompeio tradunt. Virgil. in Catalect.

Et inſcio repentè clamatum ſemper,
THALASSIO, THALASSIO.

Martialis Epigram. XCI. lib. III.

Sternatur, à Coride, triclinio lectus,
THALASSIONEM *qui* TVVM *dicet ſolus.*

Idem Epigram. XXXVI. lib. I.

Quid ſi me iubeas, THALASSIONEM
VERBIS DICERE NON THALASSIONIS.

Et Epigram. XCVI. lib. XII.

Nec tua defuerant, verba, THALASSE *tibi.*

In nuptiarum etiam ritibus, hæc ſollemnia verba fuiſſe, VTI TV CAIVS, EGO CAIA, alias demonſtraui.

Saturnalibus vtique, IO SATVRNALIA, clamabatur. Martialis Epigramm. II. lib. XI.

Clamant ecce mei, IO SATVRNALIA, *verſus.*

Liuius lib. XXII. *Ad ædem Saturni Romæ immolatum eſt, lectiſterniúmque imperatum: & eum lectum ſenatores ſtrauerunt, & conuiuium publicum: Ac per vrbem,* SATVRNALIA, *die ac nocte clamatum.* Macrob. lib. I. Saturnal. cap. cap. X. *Vno die Saturnalia fuiſſe, & non niſi decimo quarto Kal. Ianuar. celebrata: quo ſolo die apud ædem Saturni conuiuio ſoluto,* SATVRNALIA *clamitabantur.* Statius Papin. lib. I. Siluar.

Tollunt innumeras ad aſtra voces,
SATVRNALIA *Principis ſonantes.*

Dio lib. LVIII. Συμβοήσαντός τινος ἐξαίφνης τοῦτο δὴ τὸ θρυλλούμενον, τὸ, Σατουρνάλια· ἐπειδὴ γὰρ ἐν τοῖς Κρονίοις οἱ δοῦλοι τὸ τῶν δεσποτῶν σχῆμα μεταλαμβάνοντες, ἑορτάζουσι. Interdum etiam dicebant, BONA SATVRNALIA. Arrian. lib. I. Epict. cap. XXIX. Τοῖς γὰρ παιδίοις, ὅταν προσελθόντα κροτῇ, καὶ λέγῃ, Σήμερον Σατουρνάλια ἀγαθά. Martial. lib. XIIII.

Iſte tibi faciet, BONA SATVRNALIA *porcus.*

Interdum & infauſtas voces populus in principes, alióſque iactabat. Morte quidem Tiberij ita lætatū eſſe populū Ro. Sueton. in Tiber. cap. LXXV. ſcribit, vt ad primū nuntiū diſcurrētes, *pars,* TIBERIVM IN TIBERIM, *clamitarent, pars,* TERRAM MATREM, DEOSQVE MANES ORARENT, NE MORTVO SEDEM VLLAM, NISI INTER IMPIOS, DARENT. *Alij,* VNCVM ET GEMONIAS *cadaueri minarentur.* Sed & Galbæ caput haſta ſuffixum, non ſine ludibrio circum caſtra portatum, acclamantibus identidem, GALBA CVPIDO FRVARIS ÆTATE TVA, idem in Galba cap. XX. narrat. Antiochiæ etiam licentius clamitatum, VIVVS ARDEAT VALENS, Ammian. Marcellin. lib. XXXI. refert.

Iam illam Senatus acclamationem, quæ eſt apud Lampridium in Commodo, AD LEONEM, à vulgo quoque vſurpatam conſtat. Nam & ſuum in Chriſtianos odium, his vocibus, CHRISTIANOS AD LEONEM, populum teſtatum reliquiſſe, Tertullian. Apologet. cap. X. & vlt. & Euſeb. lib. IIII. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. XIIII. memorant. Idem Tertullian. in lib. de Spectacul. *Et qui inſigniori cuique homicidæ* LEONEM POSCIT. Apul. lib. II. *Sæuire vulgus interdum, & facti veri ſimilitudine ad criminis credulitatem impelli,* CONCLAMANT IGNEM, *requirunt ſaxa.* Populum etiam acclamaſſe, Αἶρε τοῦτον, D. Lucas Euangel. cap. XXIII. & Αἶρε αὐτόν, idem Act. Apoſtolor. cap. XXI. Et Αἶρε ἀπὸ τῆς γῆς τὸν τοιοῦτον, idem ibidem cap. XXII. refert. Eiuſdem generis ſunt hæ populi voces, Σταυρωθήτω apud D. Matthæum cap. XXVII. & Σταύρωσον, Σταύρωσον αὐτόν, apud D. Marcum cap. XV. & D. Lucam cap. XXIII. De Areis etiam ſepulturarum Chriſtianarum populum acclamaſſe, AREÆ NON SINT, Tertullian. in lib. ad Scapulam ſcribit.

Porrò in incendiis, AQVAM inclamari cōſueuiſſe, Quintilian. docet, Declamat. quæ, inſcribitur, Pro ciuibus contra legatum. Sed & qui furem inſequebantur, clamabant, PREHENDE FVREM, vt ex Petron. Arbit. Satyr. liquet.

His Præconia commodè ſubiicientur. Præconem autem ad ludos Seculares ſollemni

ni more populum inuitantem, hoc carmine vſum legimus, CONVENITE AD LVDOS SPECTANDOS, QVOS NEQVE SPECTAVIT QVISQVAM, NEQVE SPECTATVRVS EST. Suetonius in Claudio cap. XXI. *Quare vox preconis irriſa eſt*, INVITANTIS, *more ſollemni*, AD LVDOS QVOS NEQVE SPECTASSET QVISQVAM, NEC SPECTATVRVS ESSET, *cùm ſupereſſent adhuc qui ſpectauerant, & hiſtrionum producti olim, tunc producerentur*. Herodianus lib. III. εἴδομεν δὲ ἐπ' αὐτοῦ καὶ θέας τινὰς παντοδαπῶν θαυμάτων ἐν πᾶσι θεάτροις ὁμοῦ, ἱερουργίας τε καὶ παννυχίδας ἐπιτελεσθείσας εἰς μυστηρίων ζῆλον. Αἰωνίους δὲ αὐτὰς ἐκάλουν οἱ τότε ἀκούοντες, τριῶν γενεῶν διαδραμουσῶν ἐπιτελεῖσθαι. Κήρυκες γοῦν κατά τε τὴν Ῥώμην καὶ τὴν Ἰταλίαν διεφοίτων καλοῦντες, ἥκειν καὶ θεάσασθαι πάντα, ἃ μήτε εἶδον, μήτε ὄψονται. οὕτως ὁ μεταξὺ χρόνος τῆς παρελθούσης ἑορτῆς καὶ τῆς μελλούσης ἐδηλοῦτο πᾶσαν ἡλικίαν ἀνθρώπων ὑπερβαίνειν. Centeſimo enim quoque anno hi ludi edebantur, quod is eſſet terminus ſeculi, vt ex T. Liuij lib. CXXXVI. Cenſorin. refert in lib. de die Natali. Quanquam, vt centeſimo decimo quoque anno repeterentur, tàm commẽtarij Quindecim virorum, quàm Auguſti Edicta teſtabantur, vt Horatius in Carmine quod de ſecularibus ludis cantatũ eſt, id tempus hoc modò deſignauerit,

Certus vndenos decies per annos,
Orbis vt cantus, referátque ludos.

Vtut ſit, cũ cẽteſimus annus (quẽadmodũ Paulus noſter ait) finis vitę hominũ lõgiſſimus ſit, ac proinde ſemel dũtaxat in vita Seculares ludi ſpectari poſsẽt, nihil mirũ eſt, ſi tali præconio ad eos ſpectãdos populus inuitaretur. Scitè itaq; Claudio hos ludos edẽti Vitellius hac voce gratulatus dicitur, SÆPE FACIAS, vt eſt à Trãquillo relatũ in Vitellio cap. II. Simili modò, Cenſorin. in lib. de die Natali: *A votis*, inquit, *auſpicia ſumantur. Itaque hũc diem (quod ait Perſius) numera meliore lapillo. Idque*, QVAM SÆPISSIME FACIAS, *exopto*. Sic & in veteri quadam Inſcriptione, CÆLIÆ CLAVDIANÆ V. V. MAXIMÆ. A DIIS ELECTAM MERITO SIBI TALEM ANTISTITEM NVMEN VESTÆ RESERVARE VOLVIT. COELIA NERVIANA SOROR VNA CVM PIERIO CONIVGE AC LIBERIS SVIS, ORANTES VT PER SECVLA FACERE DII PERMITTANT. Quod genus loquendi vſurpauit Macrinus in Oratione habita ad milites apud Lamprid. *Habete igitur*, COMMILITIONES, *pro imperio aureos ternos: pro Antonini nomine, aureos quinos, & ſolitas promotiones, ſed geminatas*. DII FACIANT VT HÆC SÆPIVS FIANT.

In FVNERIBVS planè INDICTIVIS (quo nomine vt Paulus ex Feſto interpretatur, ea funera ſignificabantur, ad quæ per Præconem euocabantur) dici ſolitum à præcone, EX ÆDIBVS EFFERRI MORTVVM, Varro lib. IIII. de lingua Lat. oſtendit. Idémque lib. VI. auctor eſt in eiuſmodi funeribus pronuntiatum, OLLVS LETHO DATVS EST. Id quod etiam Feſt. Pomp. notat: à quo quantum ex veſtigiis literarum hariolari licet, ſcriptum fuiſſe veriſimile eſt, QVIRIS, *etiam ſingulari numero à nonnullis vſurpari*: Indicióque eſſe præconis vocem, qui in funeribus indicendis prædicabat, OLLVS QVIRIS LETHO DATVS. Ad huiuſmodi funerum Indictiuorum præconia pertinere videntur hæc verba, quæ ſunt apud Terent. Phormio Act. V. Sc. vlt.

EXEQVIAS CHREMETI QVIBVS EST COMMODVM IRE, IAM TEMPVS EST.

Eodémque alludens Ouid. lib. II. Amor. Eleg. XV.

Pſittacus Eois ales mihi miſſus ab Indis,
OCCIDIT: EXEQVIAS FERTE FREQVENTER AVES.

Hoc amplius apud Apuleium lib. VI. Metamor. indicij nomine, ei qui fugitiuã ancillã indicaſſet, præmium promittitur per Præconẽ, in hæc verba. SI QVIS A FVGA RETRAHERE VEL OCCVLTAM DEMONSTRARE POTERIT FVGITIVAM REGIS FILIAM, VENERIS ANCILLAM, NOMINE PSYCHEN, CONVENIAT RETRO METAS MVRTIAS, MERCVRIVM PRÆDICATOREM, ACCEPTVRVS, INDICII NOMINE, AB IPSA VENERE SEPTEM SVAVIA ET BLANDIENTIS LINGVÆ ADPVLSVM. Simile eſt apud Lucianum ἐν δραπέταις, præconij exemplum. Εἴ τις ἀνδράποδον παφλαγονικὸν τῶν ἀπὸ σινώπης βάρβαρον ὄνομα τοιοῦτον, οἷον ἀπὸ κτημάτων, ὕπωχρον, ἐν χρῷ κουρίαν, ἐν γενείῳ βαθεῖ, πήραν ἐξημμένον, καὶ τριβώνιον ἀμπεχόμενον, ὀργίλον, ἄμουσον, τραχύφωνον, λοίδορον, μηνύειν ἐπὶ ῥητῷ αὐτονόμῳ. Ad cõquirendas vtique res amiſſas præconibus olim vtebãtur. Plaut. Mercato. Act. III. Sc. vlt.

Certum eſt præconium iam iubere quantum eſt conducier,
Qui illam inueſtigent, qui inueniant. poſt ad Prætorem illico
Ibo, orabo, vt CONQVISITORES *det mihi in vicis omnibus.*

Petron. Arbit. Satyr. *Intrat ſtabulum Præco cum ſeruo publico, aliáque ſanè modica frequentia, facémque fumoſam magis quam lucidam quaſſans, hæc proclamauit.* PVER IN BALNEO PAVLLO ANTE ABERRAVIT, ANNORVM CIRCA XVI. CRISPVS, MOLLIS, FORMOSVS, NOMINE GYTON. SI QVIS EVM REDDERE, AVT COMMONSTRARE VOLVERIT: ACCIPIET NVMMOS MILLE. Planè Philippo Macedonum rege ſuperato, cùm ad Iſthmicum ſpectaculum tota Græcia conueniſſet, tuba ſilentio facto, Præconem ita pronuntiaſſe, S. P. Q. R. ET TITVS QVINTIVS IMPERATOR, PHILIPPO REGE, MACEDONIBVSQVE DEVICTIS, LIBEROS, IMMVNES, SVIS LEGIBVS ESSE IVBET CORINTHIOS, PHOCENSES, LOCRENSESQVE OMNES, ET INSVLAM EVBOEAM, PERRHOEBIOS, ACHEOS, STIOTAS, quemadmodum Liuius lib. XXXIII. cum Valer. Max. lib. IIII. cap. VIII. refert. Xiphilinus etiam in Nerone, tale fuiſſe in certaminibus & ludis Neronianis κήρυγμα ait, Νέρων Καῖσαρ νικᾷ τὸν δὲ ἀγῶνα, καὶ στεφανοῖ τόν τε τῶν Ῥωμαίων δῆμον καὶ τὴν ἰδίαν οἰκουμένην.

Per Præconem etiam ſilentium fiebat, hoc verbo, SILETE, vel TACETE, Xiphilinus in Hadriano id demonſtrat, cuius verba ſunt hæc, Ἐκέλευσε τοῦτο δὴ τῷ Δομετιανῷ κηρυχθῆναι, Σιωπήσατε, οὐκ ἐλέχθη μὲν γὰρ κῆρυξ ἀνατείνας τὴν χεῖρα, καὶ ἐξ αὐτοῦ τούτου ἡσυχάσας, ὥσπερ εἰώθασι ποιεῖν. οὐ γάρ ἐστιν ὁπότε ὑπὸ τοῦ κηρύγματος σιγάζονται, ἐπειδὴ ἐσιώπησαν, ἔφη, τοῦτο θέλει. Καὶ οὐχ ὅτι τινὰ ὀργὴν τῷ κήρυκι ἔσχεν, ἀλλὰ καὶ ἐτίμησεν αὐτὸν, ὅτι τὴν δυσχέρειαν τοῦ κελεύσματος οὐκ ἐξεῖπεν. Plaut. in prologo Aſinar.

FACE *iam nunc* PRÆCO, *omnem auritum populum.*

In ludis planè Capitolinis SARDOS VENALES proclamatos, Plutarchus docet in Αἰτίοις, his verbis.. Διά τι τοῖς Καπιτωλίοις θέας ἄγοντες, ἔτι νῦν κηρύττουσι, Σαρδιανοὺς ὠνίους. Idémque Feſtus Pomp. exciſis literis tradit in ver. *Sardos venales.*

Ceterùm Lictores, Magiſtratibus via populum decedere hac voce monebant, DATE VIAM CONSVLI. Hoc Liuius lib. III. coniiciendum reliquit: apud quem ita Appius Decemuir loquitur. I LICTOR, SVMMOVE TVRBAM, ET DA VIAM DOMINO AD PREHENDENDVM MANCIPIVM. Plutarchus in Gracchis. Τῶν ὑπηρετῶν (i. Lictorum) τις, αὐτοῦ Κόϊντος Ἀντύλλιος διαφέρων ἑτέρωσε τὰ σπλάγχνα πρὸς τοὺς περὶ τὸν Φούλβιον εἶπε, Δότε τόπον ἀγαθοῖς, κακοὶ πολῖται. Eadem loquendi figura, Plautus Curculio. Act. II. Sc. vlt. ſic Curculionem loquentem facit.

DATE VIAM *mihi noti atque ignoti, dum ego hic officium*
Facio, fugite omnes, abite & DE VIA SECEDITE.

Idem Aulular. Act. III. Sc. I.

Optati ciues, populares, incolæ, accolæ, aduenæ,
DATE VIAM, *qua fugere liceat.*

Acron quoque in lib. I. Epiſtol. Horatij, ſeruos officioſos in turba hunc & illum in latus fodiendo, dicere ſolitos memorat, DATE LOCVM DOMINO MEO. Ouid. lib. I. de Ponto Eleg. I.

Vaticinor, monéoque, LOCVM DATE *ſacra ferenti:*
Non mihi ſed magno poſcitur ille Deo,

Ceterùm in Diuortiis faciendis certa fuiſſe ac ſollemnia verba, perſpicuè Cicero demonſtrat lib. I. de Orato. cùm ait, *Cùm quæreretur de duobus ciuium capitibus, & de puero, qui ex poſteriore natus erat, & de eius matre, quæ ſi iudicaretur*, CERTIS QVIBVSDAM VERBIS, *non nouis nuptiis*, FIERI CVM SVPERIORE DIVORTIVM, *in concubinæ locum ducebatur.* Sanè hac in re Caius noſter recepta fuiſſe hæc verba tradit, RES TVAS TIBI HABETO: RES TVAS TIBI AGITO, L. II. D. de Diuort. Quod ego aliquot auctorũ teſtimoniis in libro Singul. ad L. Iuliam de Adulter. pridem comprobaui. Cicero Philipp. II. *Mimam exegit,* RES SVAS SIBI HABERE IVSSIT. Quintilian. Declamatio. CCLXII. *Tũc repudiatã tu credis vxorem, cum* RES SVAS SIBI HABERE IVSSA EST, *cum,* EGREDI DOMO. Apuleius lib.

vde.

v.de Aſino aur. CONFESTIM TORO MEO DIVORTE, TIBIQVE RES TVAS HABETO. Quam formulã ſubſcriptã fuiſſe Antonij ſtatuæ, cùm & eodẽ tempore Octauiam vxorem, haberet & Cleopatram, Seneca oſtendit lib. VII. Suaſoriar. Sed valde illius loci verba corrupta ſunt. Sic enim vulgo ſcriptum eſt, *Hoc in vita reſtituas tibi habe*, vbi legendum puto, RES TVAS TIBI HABE. Quod & a Plutarcho in Antonio ſignificatur his verbis Ὀκτάβιαν δὲ Καῖσαρ ὑβρίσθαι δοκοῦσαν ὡς ἐπανῆλθεν ἐξ Ἀθηνῶν, ἐκέλευσε καθ' ἑαυτὴν οἰκεῖν· ἡ δὲ οὐκ ἔφη τὸν οἶκον ἀπολείψειν τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλὰ κἀκεῖνον αὐτὸν εἰ μὴ δι' ἑτέρας αἰτίας ἔγνωκε πολεμεῖν Ἀντωνίῳ παρακαλεῖ, Τὰ καθ' ἑαυτὴν ἐᾷν. Res autem ſuas ſibi habere, Iuſtin. martyr in Apolog. pro Chriſtianis dicta, Διοικήσασθαι τὰ ἑαυτῆς, vocat. Verba eius, cum de muliere, religionis Chriſtianæ cauſa inſimulata tractat, hæc ſunt. Καὶ ἡ μὲν βιβλίδιον σοὶ τῷ Αὐτοκράτορι ἀναδέδωκε, πρότερον συγχωρηθῆναι αὐτῇ, Διοικήσασθαι τὰ ἑαυτῆς ἀξιοῦσα, ἔπειτα ἀπολογήσασθαι περὶ τοῦ ἐγκλήματος. Quæ verba ex eo deſcripſit Euſebius lib. IIII. hiſt. Eccleſ. cap. XVII. Eóque adludens Plautus Trinumo Act. II. Sc. I. APAGESIS, ait, AMOR, TVAS RES TIBI HABE: AMOR *mihi amicus ne fuas vnquam.*

Et in Amphitruo. Act. III. Sc. II.

VALEAS, TIBI HABEAS RES TVAS, REDDAS MEAS.

Seneca lib. II. Controuerſiar. *Vxorem tortor dimiſit, ad partum ingratus vocabat, quod in præmio nullam vxoris fecerat mentionem.* RES TVAS TIBI HABE, *injicere debuit manum, & ipſam inter res ſuas trahere.*

Sanè in Diuortiis faciendis præter illa legitima verba, etiã eam cui nuntius remittebatur, ÆDIBVS EXIGI, EGREDIQVE iuſſam documento eſt, quod in illis iam à me citatis Ciceronis, & Quintilian. locis, *Mimam exegit*, & *domo egredi iuſſa*, legitur. In ea res his verbis forte vtebantur FORAS vel, EXI FORAS. Martialis Epigram. CV. lib. XI.

VXOR VADE FORAS, *aut moribus vtere noſtris.*

Iuuenalis Sat. VI. repudium mitti vxori ſignificans,

COLLIGE SARCINVLAS, *dicet Libertus*, ET EXI.

Nonius planè illum Ciceronis ex Philippicis locum cum his verbis, adducit, *Claues ademit, foráſque exegit.* Idem Nonius, in verbo *faceſſere*, citat hos Titinnij è Geminis, verſus, quos ad hanc diuortij formulam ſpectare liquidò compertum habeo.

At aliquis veſtrum nuntiet

Geminæ, VT RES SVAS PROCVRET, ÆDIBVS FACESSAT.

Eóque fortè pertinet locus Varronis poſitus ab eodem in verbo *Betere*, *Betere eſt ire.* Varro περὶ παιδοποιΐας. *Quod parere ea non poterat mulier*, FORAS BETERE IVSSIT.

Filios etiam domo exigentes patres, IN CONSPECTVM ſuum venire vetabãt. Manlius certè Torquatus, ſuſcepta domi de filio quem Macedonum legati pecuniarum captarum accuſabant, cognitione, re ex vtraque parte audita, hoc modo pronuntiauit: CVM SILLANVM FILIVM MEVM PECVNIAS A SOCIIS ACCEPISSE MIHI PROBATVM SIT, ET REPVB. ET DOMO MEA INDIGNVM IVDICO, PROTINVSQVE E CONSPECTV MEO ABIRE IVBEO. quemadmodum à Cicerone lib. I. de Finib. & Valer. Max. lib. V. cap. VIII. refertur.

Hoc loco de Adrogationibus & Adoptionibus dicere non erit alienum. Cùm autem is qui ſui iuris, ſuæque poteſtatis erat, adrogabatur, (quod per populum primò fiebat, dein principis auctoritate fieri cœpit) is quidem qui adrogabat, ita interrogabatur, AN VELLET EVM QVEM ADOPTATVRVS ESSET, IVSTVM SIBI FILIVM ESSE. Viciſſimque is qui adrogabatur, interrogabatur, AN ID FIERI PATERETVR, L. II. D. de adoptionib. Et hoc eſt quod Agell. lib. V. cap. XIX. *Adrogantur*, ait, *ij qui quum ſui iuris ſunt, in alienam ſeſe poteſtatem tradunt, einſque rei* IPSI AVCTORES FIVNT. Cuius rei rationẽ Cic. pro domo ſua ita exponit. *Cum hoc iuris a maioribus proditum ſit, vt nemo ciuis Ro. aut libertatem, aut ciuitatem poßit amittere, niſi ipſe* AVCTOR FACTVS SIT. *Quod tu ipſe potuiſti in tua cauſa diſcere. Credo enim, quanquam in illa Adoptione legitime factum eſt*

nihil, tamen te eſſe interrogatum, AVCTOR NE ESES, VT IN TE P. FONTEIVS, VITÆ NECISQVE POTESTATEM HABERET, VT IN FILIO. *Quæro, ſi aut negaſſes, aut tacuiſſes, ſi tamen id* XXX. *Curiæ iuſsiſſent, num id iuſſum eſſet ratum? Certè non: quid ita? quia ius à maioribus noſtris, qui non fictè, & fallaciter populares, ſed verè & ſapienter fuerunt, ita comparatum eſt, vt ciuis Ro. libertatem nemo poſſet inuitus amittere.*

Adrogationes planè non niſi cauſa cognitâ olim fiebant. In cauſæ autem cognitione quid verſaretur, non poſſum aptius quam Ciceronis & Agellij verbis demonſtrare. Illius, pro Domo ſua verba ſunt hæc. *Quod eſt Pontificum ius Adoptionis? nempè vt is adoptet, qui neque procreare iam liberos poſsit: & cum potuerit, ſit expertus. Quæ deinde* CAVSA CVIVSQVE SIT ADOPTIONIS, *quæ ratio generum, ac dignitatis, quæ ſacrorum,* QVÆRI A PONTIFICVM COLLEGIO SOLET. *Quid eſt horum in iſta adoptione quæſitum? Adoptat annos viginti natus, etiam minor, Senatorem: Liberorúmne cauſa? at procreare poteſt, habet vxorem, ſuſcepit etiam liberos. Exheredabit igitur pater filium: quid ſacra Clodiæ gentis, cur intereunt, quod in te eſt? quæ* OMNIS NOTIO PONTIFICVM, *cùm adoptaret, eſſe debuit. Niſi fortè ex te ita quæſitum eſt, num perturbare Rempub. ſeditionibus velles: & ob eam cauſam adoptari, non vt filius eſſes, ſed vt Tribunus pl. fieres, & funditus euerteres ciuitatem, Reſpondiſti, credo, te ita velle. Pontificibus bona cauſa viſa eſt: approbauerunt. Non ætas eius, qui adoptabat, quæſita eſt, vt Cn. Aufidio, M. Puppio: quorum vterque, noſtra memoria, ſumma ſenectute, alter Oreſtem, alter Piſonem adoptauit. Quas Adoptiones, ſicut alias innumerabiles,* HEREDITATES NOMINIS, PECVNIÆ, SACRORVM, SECVTÆ SVNT. Et mox. *Nego iſtam Adoptionem Pontificio iure eſſe factam. Primùm quod eæ veſtræ ſint ætates, vt is qui te adoptauit, vel tibi loco filij per ætatem eſſe potuerit: deinde, quod* CAVSA QVÆRI SOLET ADOPTANDI, *vt & is adoptet, qui quod natura iam aſſequi non poteſt, à legitimo & Pontificio iure quærit: & ita adoptet vt ne quid de dignitate generum, aut de ſacrorum religione minuatur. Illud in primis, ne qua calumnia, ne qua fraus neque dolus adhibeatur: vt hæc ſimulata adoptio filij, quam maximè veritatem illam ſuſcipiendorum liberorum imitata eſſe videatur.* Agellius verò illo eodem cap. XIX. lib. V. *Sed* ADROGATIONES, ait, *non temerè, nec inexploratè committuntur. Nam Comitia arbitris etiam Pontificibus præbentur, quæ* CVRIATA *appellantur. Ætas quoque eius, qui Adrogare vult, an liberis potius gignũdis idonea ſit, bonáq; eius, qui adrogatur, ne inſidioſè appetita ſint, cõſideratur* IVSQVE IVRANDVM *à Q. Mutio Pontifice Maximo* CONCEPTVM *dicitur, quod in Adrogãdo iuraretur. Sed Adrogari non poteſt, niſi iam veſticeps.* ADROGATIO *autem dicta, quia genus hoc in alienam familiam trãſitus per Populi Rogationem fit. Eius Rogationis veba hæc ſunt.* VELITIS, IVBEATIS, VTI L. VALERIVS, L. TITIO TAM IVRE LEGEQVE FILIVS SIBI SIET, QVAM SI EX EO PATRE MATREQVE FAMILIAS EIVS NATVS ESSET: VTIQVE EI VITÆ NECISQVE IN EVM POTESTAS SIET, VTI PARIENDO FILIO EST: HOC ITA, VT DIXI, ITA VOS, QVIRITES, ROGO.

Adoptabant autem adrogabantve tam in locum filij, quam in locum nepotis, L. ſi adrogator, §. vlt. D. de adoption. Vbi verò in nepotis locum quis adoptabatur, is QVASI EX FILIO NATVS ADOPTABATVR. Paul. in L. cùm nepos, D. eo. *Cum nepos adoptatur* QVASI EX FILIO NATVS, *conſenſus filij exigitur.* Idem in L. ſi quis nepotem, D. eo. *Si quis nepotem* QVASI EX FILIO NATVM, *quem in poteſtate habet, conſentiente filio adoptauerit.* Et in L. ſi is qui filium, D. eo. *Si is qui filium haberet, in nepotis locum adoptaſſet,* PERINDE ATQVE SI EX EO FILIO NATVS ESSET. Vlpian. in L. ſi paterfa. §. 1. D. eo. *Qui duos filios & ex altero eorum nepotem habet, ſi vult nepotem* QVASI EX ALTERO NATVM *ſic adoptare: poteſt hoc efficere ſi eum emancipauerit, & ſic adoptauerit* QVASI EX ALTERO NATVM. Pompon. in L. adoptiones, D. eo. *Adoptiones non ſolum filiorum, ſed & quaſi nepotum fiunt: vt aliquis nepos noſter eſſe videatur,* PERINDE QVASI EX FILIO, VEL INCERTO, NATVS. Scæuola in L. ſi quis filium, D. de coniung. cum eman. *Si quis filium habens in poteſtate, extraneum in nepotis locum,* QVASI EX EO

FILIVM,

FILIVM NATVM ADOPTET. Idem in L. Gallus, §. forſitan, D. de liber. & poſtum. *Ergo & ſi pronepos admittetur qui natus erit ex nepote poſtea viuo filio*, ATQVE SI EX NATVS EO ESSET, *adoptatur*. Quæ formula plenius exprimitur à Proculo in L. ſi is qui nepotem, D. de adoptionib. in qua poſtquam propoſuit eum qui nepotem ex filio habebat, in nepotis loco aliquem adoptaſſe, *ſed ſi ſic*, ait, *adoptauit*. VT ETIAM IVRE LEGIS NEPOS SVVS ESSET, QVASI EX LVCIO, *puta*, FILIO SVO, ET EX MATRE FAMILIAS EIVS NATVS ESSET.

Adoptare autem quis NEPOTIS LOCO poterat, etiam ſi filium non haberet, L. adoptare, D. eo. Verum ſi filium haberet, conſenſus filij exigebatur, L. cúm nepos, & L. ſi quis nepotém, D. eo. Interdum etiam filij, procreatis nepotibus in adoptionem ita ſe dabant, VT FILII SEQVERENTVR PATREM ADOPTIVVM, L. ſi emancipatus, §. ſi filius, D. de bon. poſſ. con. tab. *Sed & ſi emancipatus filius procreatis nepotibus in* ADOPTIONEM SE DEDERIT, VT EVM FILII SEQVANTVR, Et L. ſi pater, D. eo. tit. *Si pater ſe dederit in adoptionem*, NEC SEQVATVR EVM FILIVS, *emancipatus ab eo antea factus*.

In Manumiſſionibus quoque certa & ſollemnia verba fuiſſe conſtat. Hermogeniã. in L. manumiſſio, D. de manumiſſ. vind. MANVMISSIO *per lictores hodie, Domino tacente, expediri ſolet: &* VERBA SOLLEMNIA, *licet non dicantur, vt dicta accipiuntur*. Boët. in Topica Cicero. VINDICTA *vero eſt virgula quædam, quam lictor manumittendi ſerui capiti imponens, eundem ſeruum in libertatem vindicabat, dicens quædam* VERBA SOLLEMNIA. Ea qualia eſſent Paul. ex Feſto ita aperit. MANVMITTI *ſeruus dicebatur, cum dominus eius, aut caput eiuſdem ſerui, aut aliud membrum tenens, dicebat*, HVNC HOMINEM LIBERVM ESSE VOLO, *& emittebat eum è manu*. In vetuſto Bibliothecæ Regiæ Gloſſario, hæc verba reperi. Βινδικτα, ἡ ῥάβδος, μεθ' ἧς ὁ Ἄρχων, ἢ ὁ Πραίτωρ, τὴν τῶν ἐλευθερουμένων κεφαλὴν ἔπαιον, φάσκοντες, φαμὲν τὸν παρόντα ἄνθρωπον εἶναι ἐλεύθερον, καὶ πολίτην ῥωμαῖον. Apud Liuium lib. XXII. Volones, quorum forti ac fideli opera in pugna contra Hannonem vſus fuerat Gracchus, pro præmio libertate ita donat, QVOD BONVM, FAVSTVM FELIXQVE REIPVB. IPSISQVE ESSET, OMNES EOS LIBEROS ESSE IVBEO. Plautus Menechm. Act. v. Sc. penult.

LIBERVM TE IVSSI ABIRE.

Martial. Epigramm. lib. IX.

Afferſ neſcio quas mihi tabellas

Et dicis modo LIBERVM ESSE IVSSI.

Aliâs dicebant, LIBER ESTO. Plaut. Menæchm. Act. v. Sc. VII

Mea quidem cauſa LIBER ESTO, ATQVE ABITO QVO VOLES.

Terent. Adelph. Act. v. Sc. vlt.

Si quidem ita vis, Syre, eho accede huc ad me,

LIBER ESTO.

Ex quibus apparet quandoque dimitti ſolitos qui manumittebantur, his verbis, ABITO QVO VOLES, vel NIHIL TE MOROR, Quo genere loquendi & Plautus Sticho vtitur.

In hunc, ait, diem NIHIL TE MOROR,

ABI QVO LVBET.

Liuius lib. IX. MORATVS SIT NEMO, QVOMINVS VBI VISVM FVERIT, ABEANT. Et lib. X. *Tu vero* ABEAS, NEQVE TE QVISQVAM MORATVR Cic. Philip. XIII. NIHIL MOROR *eos ſaluos eſſe, atque* IRE QVO LVBET. Ex eius etiam Manumiſſionis, quæ ſacrorum cauſa fiebat, ſollẽnibus verbis, hæc Feſtus Pomp. in voce *puri*, verba citat, PVRI, PROBI, PROFANI, SVI, AVRI. Sed ad alia remotiora licet tranſeamus.

Statuis vtique Titulos adſcribi, earumque baſi incidi cõſueuiſſe non eſt ignotum. Sueton. in Calig. cap. XXXIIII. STATVAS *virorum illuſtrium ab Auguſto ex Capitolina area, propter anguſtias, in Martium campum collatas ita ſubuertit, atque diſiecit, vt reſtitui, ſaluis* TITVLIS *non valuerint*. Idem in Domitiano cap. XVIII. *Atque etiam* E BASI

STATVÆ TRIVMPHALIS TITVLVS *excuſſus vi procellæ, in monumentũ proximum decidit.* Eiuſmodi Titulorum formulas, exemplis aliquot patefaciam. Cic. Epiſt. III. lib. XII. Familiar. *In ſtatua quam poſuit in Roſtris*, INSCRIPSIT, PARENTI OPTIME MERITO. Idem Philipp. VI. *Aſpicite illam à ſiniſtra Equeſtrem ſtatuam inauratam?* QVINQVE ET TRIGINTA TRIBVS PATRONO POPVLI RO. Et mox. *Sed hæc vna ſtatua. Altera, ab Equitibus Ro.* EQVO PVBLICO: *qui item adſcribunt*, PATRONO. Dein aliquo interiecto interuallo, *Sed illa*, ait, *ſtatua palmaris, de qua, ſi meliora tempora eſſent, non poſſem ſine riſu dicere*, L. ANTONIO IANI MEDII PATRONO. Item Epiſt. I. lib. VI. ad Attic. ſcribit, Africani ſtatuam, quæ ad Opis poſita erat in excelſo, nihil aliud habuiſſe inſcriptum, niſi, CENSOR: In illa verò quæ erat ad Pollucis, inſcriptum fuiſſe, CONSVL. Horat. Ode XXIIII. lib. III.

Si quæret, PATER VRBIVM,
Subſcribi ſtatuis.

Appian. lib. I. de Bell. ciuili lib. refert Syllæ ſtatuam Equeſtrem auratam pro Roſtris à Populo Ro. poſitam cum hoc Titulo, CORNELIO SYLLÆ IMPERATORI FELICI. Sueton. in Iulio cap. LXXXV. *Poſtea ſolidam columnã prope XX. pedum, lapidis Numidici, in foro ſtatuit: ſcripſitque*, PARENTI PATRIÆ. Idem in Vitellio, cap. III. *Defunctum Senatus publico funere honorauit: Item ſtatua, pro Roſtris, cum hac inſcriptione*, PIETATIS IMMOBILIS ERGA PRINCIPEM. Idémque Inſcriptionis cuiuſdam ſtatuæ Auguſti meminit in eius principis vita, cap. XCVII. Plinius lib. XXXIIII. cap. VIII. *Et vna non prætereunda, licet auctoris incerti, iuxta Roſtra, Herculis tunicati, Eleo habitu, Romæ, torua facie, ſentientéque ſuprema, in tunica. In hac tres ſunt* TITVLI: *Vnus*, L. LVCVLLI IMPERATORIS, DE MANVBIIS. *Alter*, PVPILLVM LVCVLLI FILIVM EX S. C. DEDICASSE. *Tertius*, T. SEPTIMIVM SABINVM ÆDILEM CVRVLEM EX PRIVATO IN PVBLICVM RESTITVISSE. Idem eiuſdem lib. cap. VI. *Inuenitur & ſtatua* DECRETA *& Tarraciæ Caiæ, ſiue Suffeciæ Virgini Veſtali*, VT PONERETVR VBI VELLET: *quod adiectum, non minus honoris habet, quàm quod feminæ eſt decreta. Meritum eius ipſis ponam Annalium verbis*: QVOD CAMPVM TIBERINVM GRATIFICATA EA ESSET POPVLO. Herodian. lib. I. *Τοῦ δὲ μεγίστου ἀγάλματος Κολοσσαίου, ὅπερ σέβουσι Ῥωμαῖοι, εἰκόνα φέρον ἡλίου, τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν, ἱδρύσατο ἑαυτοῦ, ὑπογράψας τῇ βάσει, οὐχ ἃς εἰώθασι βασιλικὰς καὶ πατρῴους προσηγορίας: ἀντὶ δὲ Γερμανικοῦ, μονομάχους χιλίους νικήσαντος.* Ex vetuſtis etiã Inſcriptionibus liquet, ſæpe Statuis quæ ab Ordine Decurionũ alicui ob merita decernebãtur, ſubſcriptũ, Honore eos quibus oblatæ eæ, & de publico ponẽdæ erãt, contẽtos, Impẽſam remiſiſſe. Quid ſignificẽt in priſcis lapidibus hę ſingulares literæ, H. C. I. R. id eſt, HONORE CONTENTVS IMPENSAM, ſeu IMPENDIVM REMISIT, vel, H. A. I. R. id eſt HONORE ACCEPTO IMPENSAM, ſeu IMPENDIVM REMISIT, & alias, HONORE CONTENTVS SVA PECVNIA POSVIT. Vel QVORVM HONORE CONTENTVS, IMPENSA SVA POSVIT. In iiſdem etiã lapidibus ſæpe inueniuntur hæ notæ, L. D. D. D. id eſt, LOCVS DATVS DECRETO DECVRIONVM. Sanè qui ſtatuarũ honore afficiebantur, in earum Dedicatione, ſæpe Sportulas, Diuiſiones, aut Epulũ dabãt, dariue iubebãt. Idque Titulis ſtatuarũ, inſcriptionibuſque declarabatur. Cuius rei multa ſunt in antiquis lapidibus monumenta. Peruſij extat inſcriptio ſtatuæ Antonino poſitæ, quæ hoc de Egnatio Feſto elogium continet. CVM EI PLEBS VRBANA LVDOS PVBLICOS EDENTI, AD STATVAM PONENDAM, PECVNIAM OPTVLISSET, IS HONORE CONTENTVS IMPENSAM REMISIT ET IMPETRATA VENIA AB ORDINE PERVSINOR. OPTIMO MAXIMOQ. PRINC. DE SVA PECVNIA POSVIT. CVIVS OB DEDICATIONEM, DARI IVSSIT AB HEREDE SVO DECVRIONIB. SING. HS. IIII. N. PLEBI, HS. II. N. L. D. D. D. Viſitur & ibidem alia Inſcriptio, in cuius extremo eſt, VIBIVS VOLDVMIANVS AVO CARISSIMO: OB CVIVS DEDICATIONEM DEDIT DECVRIONIBVS * II. PLEBI * II. L. D. D. D. In inſcriptione Hiſpanienſi. PIETATATI AVG. L. LVCRETIVS FVLVIANVS FLAMEN

COL.

COL. IMMVNIVM PROVINCIÆ BÆTICÆ PONTIF. PERPETVVS. DOMVS AVG. T. P. E. EX ARG. P. OB HONOREM PONTIFICATVS LVCRETIA LVCRETIA L. F. CAMPANA FLAM. PERP. DOMVS AVG. EDITIS AD DEDICATIONEM SCÆNICIS LVDIS PER QVATRIDVVM ET CIRCENSIBVS, ET EPVLO DIVISO POSVIT. HVIC DONO LVCRETIA CAMPANA AMPLIVS NOMINE SVO CORONAM AVREAM ADIVNXIT. Id ipſum & aliis quas ſubiecti inſcriptionibus comprobatur.

C. VALIO POLYCARPO &c. PATRONO COLLEGIORVM FABR. CENT. DENDROPH. NAVIC. ET VICIMAG. COLON. PISAVR. PLEBS PISAVRENSIS OB MERITA. CVIVS DEDICATIONE SPORTVLAS DECVRIONIB. * V. ITEMQVE COLLEGIIS * I. DEDIT. L. D. D. D. P.

Q. VELCENNÆ L. F. STEL. PROCVLO DECVRIONI MEVANIOLÆ. C. C. M. M. PATRONO. HONORE CONTENTVS IMPENDIVM REMISIT. ET DEDICATIONE STATVÆ NVMER. COLL. IPSORVM SPORTVL. DEDIT SINGVL. DENARIOS BINOS. L. D. D. D.

L. AVRELIO MARCIANO AVG. LIB. EXCEPTORI AVXIMATES D. D. MARCVS AVG. LIB. PROC. PATER H. A. I. REMISIT: CVIVS DEDICATIONE DECVRIONIBVS * III. COLONIS * II. DIVISIT.

L. MÆSIO L. F. POL. RVFO PROC. AVG. TRIB. MIL. LEG. XV. APOLLINARIS TRIB. COH. MIL. ITALIC. VOLVNT. QVÆ EST IN SYRIA PRÆP. FABRVM BIS, MVNICIPES ET INCOLÆ OB MERITA EIVS QVOD ANNONA KARA FRVMENT. DENARIO MODIVM PRÆSTITIT, EARVMQVE DEDICAT. RVFVS EPVLVM DEDIT DECVRIONIB. SING. HS. XXX. SEXVIRIS ET AVGVSTALIB. SING. HS. XII. PLEBI SING. HS. IIII.

PVBLICIÆ M. F. FIRMILLÆ LOCO DATO D. D. M. PVBLICIVS QVARINIVS: CVIVS DEDICATIONE DATA SVNT AB EA DECVRIONIB. SINGVLIS HS. VIII. N. MVNICIPIB. ET INCOLIS SING. HS. IIII.

Aliâs CENAM DATAM inſcribebant, vt in hac Auximitana Inſcriptione. FLAMINIA AVGVSTA MARITO OMNIBVS EXEMPLIS DE SE BENE MERITO, ET IN DEDICATIONE STATVÆ CENAM COLONIS ET EPVLVM POPVLO DEDIT L. D. D. Et in fine alterius inſcriptionis ibidem. ET IN DEDIC. STATVÆ COLONIS CENAM DEDIT. Et aliâs, CENTVRIONES LEG. II. TRAIANÆ FORTISS. OPTIMO: IN CVIVS DED. CENAM COL. DED. L. D. D. D. Rurſuſque ibidem. COLONI OB MERITA EIVS IN CVIVS DEDIC. CENAM COL. DED. L. D. D. D. Sic & in Inſcriptione quadam ad Lirim amnem. CVIVS DEDICATIONE STATVÆ CENAM DEDIT DECVRIONIBVS SING. * VIII. NVMVM ET POPVL. SING. * II. NVMVM DIVISIT. Aliâs cruſtulum & mulſum datum, inuenio. Sic in Inſcriptione Sorana. M. BÆBIO M. F. ÆD. . . . . ET L. D. II. VIR. . . . . . OCVRO EX SC. II. D. D. M. BÆBIVS M. F. ROM. SABINVS M. VALERIVS M. F. ROM. SEPTIMINVS M. VALERIVS M. L. ROM. IVCVNDINVS HERED. EIVS, EX TESTAMENTO L. D. D. D. CVIVS DEDIC. CRVSTVM ET MVLSVM POPVLO DIVISVM EST. Quod & in Titulis ſignorum dedicatorum non eſt infrequens.

Hiſce porrò Titulis quandoque meritorum elogium adſcribebatur: vt in Inſcriptione Statuæ Eugenij. OB EGREGIA EIVS IN REMPVB. MERITA, HVIC D.D. N.N. CONSTANTINVS VICTOR AC TRIVMPATOR, SEMPER AVGVSTVS, ET IVLIANVS NOBILISSIMVS CÆSAR, STATVAM SVB AVRO IN FORO DIVI TRAIANI, QVAM ANTE SVB DIVO CONSTANTE, VITÆ ET FIDELISSIMÆ DEVOTIONIS GRATIA MERVIT, ADPROBANTE AMPLISSIMO SENATV, SVMPTV PVBLICO, LOCO SVO RESTITVENDAM CENSVERVNT. Et in Inſcriptione ſtatuæ Saturnini Secundi. OB EGREGIA EIVS IN REM

PVBLICAM MERITA, D. D. N. N. VALENTINIANVS ET VALENS, VICTORES AC TRIVMFACTORES, SEMPER AVGVSTI, STATVAM SVB AVRO CONSTITVI LOCARIQVE IVSSERVNT.

ANICIO PAVLLINO IVNIORI A. C. PROCOS. ASIÆ ET HELLESPONTI CONSVLI ORDINARIO PRÆFECTO VRB. VICE SACRA IVDICANTI OB MERITVM NOBILITATIS, ELOQVII, IVSTITIÆ, ATQVE CENSVRÆ QVIBVS PRIVATIM AC PVBLICE CLARVS EST, PETITV POP. ROM. TESTIMONIO SENATVS IVDICIO DD. NN. TRIVMPHATORIS AVG. CÆSARVMQVE FLORENTIVM, STATVAM SECVNDAM AVRO SVPERFVSAM LOCARI SVMPTV PVBLICO PLACVIT. Idem & in ſtatuis quas plebs ponendas cenſebat adſcribebatur, veluti in his Inſcriptionibus.

T. AVCINO MARCELLINO V. C. CONS. CAM. PATRONO DIGNISSIMO OB INSIGNIA BENEFICIA, QVIBVS LONGA POPVLI TÆDIA SEDAVIT, VNIVERSA PLEBS BENEVENTANA CENSVIT PONENDVM.

P. TITIO PERPETVO V. C. CONSVLARI TVSCIÆ ET VMBRIÆ, OB SINGVLARIA EIVS ERGA PROVINCIALES BENEFICIA, ET OB MODERATIONEM DOCVMENTO ETIAM POSTERIS RELINQVENDAM ÆTERNAM STATVÆ MONVMENTVM P. PISCE, ET VMBRI PATRONO PRÆSTANTISS. CONLOCARVNT.

IVLIO EVBVLIDÆ C. V. CORR. TVSCIÆ X. VIRO, PRÆFECTO ÆRARII S. SATVRNI, OB INLVSTRIA IPSIVS MERITA ET AMOREM IVXTA CIVES, ORDO INTERAMNATIVM PATRONO.

P. PVBLILIO CEIONIO IVLIANO CORRECTORI TVSCIÆ ET VMBRIÆ, OB INSIGNIA EIVS GESTA, ET ILLVSTRE NOMINIS ERATIONIS MERITVM, ORDO NARNIENSIVM VNA CVM CIVIBVS STATVAM COLLOCAVERVNT PATRONO DIGNISSIMO.

C. ACILIO C. F. PAL. POLITICIANO EQVO PVB. ÆD. Q. IIII. VIR. I. D. IIII. V. QQ. PATRON. MVNIC. DEC. VI. VIR. PLEBS VRB. OB MERITA EIVS L. D. D. D.

Menſores etiá Portuenſes ſtatuá ſe Ragonio Vincentio Celſo poſuiſſe hoc Titulo teſtantur. STATVAM PATRONO PRÆSTANTISSIMO, TESTIMONIVM GRATVLATIONIS, EXSOLVIMVS: CVM RES NON ADVLATIONE, PRIVATO SED IVDICIO, POSITO IN OTIO ET QVIETE REDDATVR. DEDICATA VIII. KAL. SEPT. FL. TIMASIO ET FL. PROMOTO VV. CC. CONSS. Sic & Vitraſij ſtatuæ ſubſcriptum erat. OMNIBVSQ. PERFVNCTO HONORIBVS INTRA ÆTATIS PRIMORDIA, OB PROVIDENTIAM ET STATVM OPTIMVM VRBI ROMÆ AB EO REDDITVM, CORPVS OMNIVM MANCIPVM STATVAM SVB ÆRE CONSTITVIT. Partem etiam ex Titulo ſtatuæ Aurelij Symmachi ſubſcripto ſubiiciam, cuius verba ſic habent. AVRO INLVSTREM STATVAM, QVAM A DOMINIS AVGVSTISQ. NOSTRIS SENATVS AMPLISSIMIS DECRETIS FREQVENTIE IMPETRAVIT, IDEM TRIVMFATORES PRINCIPES NOSTRI, CONSTITVI, ADPOSITA ORATIONE, IVSSERVNT, QVÆ MERITORVM EIVS ORDINEM AC SERIEM CONTINERET, QVORVM PERENNE IVDICIVM TANTO MVNERE HOC QVOQVE ADDIDIT, VT ALTERAM STATVAM PARI SPLENDORE ETIAM APVD CONSTANTINOPOLIM CONLOCARET. DEDICATA III. ET MEROBAVNDE SOSS. Ex qua & alijs compluribus ſubſcriptionibus, quas omnes referre longum eſſet, apparet Dedicationis ſtatuarum diem & conſulem, eatum Titulis adſcriptum. Legitur & in quibuſdam, ÆRE CONLATO, ſtatuam poſitam. Et interdum ſtatuá SVB ÆRE, interdum SVB AVRO, poſitá ſignificatur. Ab ordine etiam decretam teſtantur his verbis, ORDO, vel CORPVS, vel COLLEGIVM PONENDAM CENSVIT, vel CONLOCAVIT. Adduntur & quandoque nomina eorum qui ponendas curauerunt, hoc modo, CVRANTIBVS, vel, CVRAM AGENTIBVS ILLIS.

Quin & Imaginibus ſimiles Titulos ſubſcribi conſueuiſſe, qui Magiſtratus geſtos, honores

honores & Triumphos continebant, Liuius lib. IIII. & lib. VIII. & X. oſtendit. Inde Caſſio obiectum, Tacitus lib. XVI. ſcribit, quod inter Imagines maiorum etiam Caſſij effigiem coluiſſet, ita inſcriptam, DVCI PARTIVM. Ex hoc more Ouid. in Epiſt. Phyllid. ad Demophoontem, *Hoc tua, poſt illos* TITVLOS, *ſignetur* IMAGO:

HIC EST, CVIVS AMANS HOSPITA CAPTA DOLO EST.

Interdum ſubſcribebant Statuis, eas poſitas HONORIS CAVSSA, vt in hac Inſcriptio. mutila . . . CIVIVM ROMANORVM QVI MITYLENIS NEGOTIANTVR, M. TITIO M. F. PROCOS. PRÆF. CLASSIS COH. DESIG. PATRONO HONORIS CAVSSA. Et aliâs. L. FIRMIO L. F. PRIM. PIL. TR. MIL. IIII. VIR. I. D. COLONIA DEDVCTA PRIM. PATEFAC. LEGIO. IIII. SORANE HONORIS ET VIRTVTIS CAVSSA. Sed & in Inſcriptione Publiciæ virginis Veſtalis Maximæ ſcriptum eſt. Q. VETVRIVS MEMPHIVS V. C. FICTOR V. V. DIGNATIONIS ERGA SE, HONORISQVE CAVSA PLVRIMIS IN SE CONLATIS BENEFICIIS. Et ita in alia Inſcriptione. C. PVBLICIO L. F. BIBVLO AD. PL. HONORIS VIRTVTISQVE CAVSSA, SENATVSCONSVLTO, POPVLIQVE IVSSV LOCVS MONVMENVO QVO IPSE POSTERIQVE EIVS INFERRENTVR, PVBLICE DATVS EST.

Operibus autem publicis, Principis nomen, aut eius cuius pecunia id opus factum erat, ſcribi ſolebat. Alterius enim, ac ne præſidis quidẽ nomẽ ſuperſcribere licebat, L. opus nouum cum L. ſeq. D. de operib. public. At qui liberalitate, non neceſſitate debiti opus aliquod publicum fecerat, munificentiæ ſuæ fructum de Inſcriptione nominis ſui, capere iure poterat: præſideſque ad ſollicitudinem & curam ſuam reuocabãt, ne eius nómine, cuius liberalitate opus exſtructum erat, eraſo, aliorum nomina inſcriberentur, quemadmodum Vlpian. tradit in L. II. D. eo. tit. Huiuſmodi Inſcriptionum aliquot ex vetuſtis lapidibus exempla deſcripſi, quæ ſubiicere commodum viſum eſt. Ac primùm Vias factas, ſtratas, vel reſtitutas hi, Tituli teſtantur.

VIAM FECI A RHEGIO AD CAPVAM ET IN EA PONTEIS MILIARIA TABVLARIOSVE POSEIVEI SVNT A RHEGIO AD CAPVAM MIL. CCLXXXV. HINCCE AD COLVMELLAM MILIARIA CCX. A BIBONA AD LOCROS MILIARIA XXXXV. A FRETO AD SYLLAM MILIARIA LX. IDEMQ. FECI VT EX AGRO POPPLICO ÆRATORIBVS CEDERENT PASTORES.

L. APVLEIVS C. F. ANI. NIGER II. VIR. CVRATOR VIARVM STERNENDARVM PEDVM DECEM MILLIA VIAM SVA PECVNIA FECIT.

. . . RTHICI. FIL. DIVI NERVÆ NEP. TRAIANI HADRIANI AVG. PONTIF. MAX. TRIB. POT. VI. COS. III. VIAM SVESSANIS MVNICIPIBVS SVA PEC. FECIT.

IMP. CÆSARI VESPASIANO AVG. PONT. MAX. TR. POT. III. IMP. IIX. P. P. COS. III. DES. IIII. S. C. QVOD VIAS VRBIS NEGLEGENTIA SVPERIOR. TEMPOR. CORRVPTAS IMPENSA SVA RESTITVIT.

IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS PONT. MAX. COS. XI. TRIBVNIC. POTEST. X. IMP. VIIII. ORBE MARI ET TERRA PACATIS TEMPLO IANI CLVSO ET REP. P. R. OPTIMIS LEGIBVS ET SANCTISSIMIS INSTITVTIS REFORMATA VIAM SVPERIOR. COS. TEMPORE INCHOATAM ET MVLTIS LOCIS INTERMISSAM, PRO DIGNITATE IMPERI P. R. LATIOREM LONGIOREMQ. GADES VSQVE PROMOVIT.

IMP. CÆSAR AVG. M. AVRELIVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG. PARTHICVS MAX. BRITANNICVS MAX. P. M. P. P. COS. III. DESIGN. IIII. VIAM INVNDATIONE AQVÆ INTERRVPTAM RESTITVIT.

IMP. CÆSAR DIVI NERVÆ F. NERVA TRAIANVS AVG. GERM. DACIC. PONT. MAX. TR. POT. XIII. IMP. VI. COS. V. P. P. VIAM A BENEVENTO BRVNDISIVM PECVN. SVA. FECIT.

Alia etiam Inſcriptione de Impp. Seuero & Antonino, hæc continentur. PRINCEPS VIAM QVÆ DVCIT IN VILLAM MAGNAM SILICE SVA PECVNIA STRAVERVNT.

De Aquis verò aut in vrbem primùm perductis, aut intermiſſis, ac dilapſis, reſtitutis ab Imperatoribus ſua impenſa, quinque edo Epigrammata.

TI. CLAVDIVS DRVSI F. CÆSAR AVGVSTVS GERMANICVS PONTIF. MAXIM. TRIBVNICIA POTESTATE XII. COS. V. IMPERATOR XXVII. PATER PATRIÆ, AQVAS CLAVDIAM EX FONTIBVS QVI VOCABANTVR CÆRVLEVS ET CVRTIVS A MILLIARIO XXXV. ITEM ANIENEM NOVAM A MILLIARIO LXII. SVA IMPENSA IN VRBEM PERDVCENDAS CVRAVIT.

IMP. CÆSAR VESPASIANVS AVGVST. PONTIF. MAX. TRIB. POT. II. IMP. VI. COS III. DESIGN. IIII. P. P. AQVAS CVRTIAM ET CÆRVLEAM PERDVCTAS A DIVO CLAVDIO ET POSTEA INTERMISSAS DILAPSASQVE PER NOVEM ANNOS SVA IMPENSA VRBI RESTITVIT.

TI. CLAVDIVS DRVSI F. CÆS. AVGVSTVS GERMAN. PON. MAX. TRIB. POT. V. IMP. XI. P. P. COS. DESIGN. IIII. ARCVS DVCTVS AQVÆ VIRGINIS DISTVRBATOS PER C. CÆSAREM A FVNDAMENTIS NOVOS FECIT AC RESTITVIT.

IMP. T. CÆSAR DIVI F. VESPASIANVS AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS TRIBVNIC. POTESTATE X. IMPERATOR X. VII. PATER PATRIÆ, CENSOR, COS. VIII. AQVAS CVRTIAM ET CÆRVLEAM PERDVCTAS A DIVO CLAVDIO ET POSTEA A DIVO VESPASIANO PATRE SVO VRBI RESTITVTAS, CVM A CAPITE AQVARVM A SOLO VETVSTATE DILAPSÆ ESSENT NOVA FORMA REDVCENDAS SVA IMPENSA CVRAVIT.

IMP. CÆSAR DIVI IVLI F. AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS COS. II. TRIBVNICIÆ POTESTAT. XIX. IMP. XIIII. RIVOS AQVARVM OMNIVM REFECIT.

IMP. CÆS. T. ÆLIVS HADRIANVS ANTONINVS AVG. PIVS COS. III. TRIB. POT. II. IMP. II. P. P. AQVÆDVCTVM IN NOVIS ATHENIS COEPTVM A DIVO HADRIANO PATRE SVO CONSVMMAVIT DEDICAVITQVE.

Fontis etiam inducti fit mentio in quadam Inſcriptione ex qua partem hanc excerpſi. PATRONO CIVITATIS AVSCVL. CVM MVLTA ET MAXIMA IN REMP. SÆPIVS PRÆSTITERIT, FONTEM QVOQVE NOVVM CVM GRANDI SVMPTV FABRICÆ SVA PECVNIA INDVXIT, ET CIVES PATRIAMQVE REFORMAVIT M. CAP. LATORES PATRONO PRÆSTANTISSIMO L. D. D. D.

Pontium quoque duas Inſcriptiones producam, vnius verba ſunt hæc, MVNICIPIA PROVINCIÆ LVSITANIÆ STIPE CONLATA, QVÆ OPVS PONTIS PERFECERVNT, ICÆDITANI, LANCINENSES, OPPIDANI, TALORI, INTERAMNIENSES, LANCIENSES, TRASCVDANI, ARAVI, MEIDVBRIGENSES, BANIENSES, PRESVRES. Altera Inſcriptio de Narſe Eunucho ſubdita eſt his verbis.

QVAM BENE CVRVATI DIRECTA EST SEMITA PONTIS
ATQVE INTERRVPTVM CONTINVATVR ITER.
CALCAMVS RAPIDAS SVBIECTI GVRGITIS VNDAS,
ET LIBET IRATÆ CERNERE MVRMVR AQVÆ.
ITE IGITVR FACILES PER GAVDIA VESTRA QVIRITES,
ET NARSIM RESONANS PLAVSVS VBIQVE CANAT.
QVI POTVIT RIGIDAS GOTHORVM SVBDERE MENTES,
HIC DOCVIT DVRVM FLVMINA FERRE IVGVM.

Et in Inſcriptione Antonini pij. OPVS PONTIS VETVSTATE CONLAPSVM RESTITVIT.

De Ripis etiam Terminatis hæ teſtimonium perhibent Inſcriptiones.

EX AVCTORITATE IMP. CÆSARIS DIVI NERVÆ FIL. NERVÆ TRAIANI AVG. GERM. PONTIFICIS MAXIMI TRIBVNIC. POTESTAT. V. COS. IIII. P. P. TI. IVLIVS FEROX CVRATOR ALVEI ET RIPARVM TIBERIS ET CLOACARVM VRBIS TERMINAVIT RIPAM R. R. PROXIMO CIPPO P. CCCLXXXVI.

C. VIBIVS C. F. RVFVS SEX. SOTIDIVS SEX. F. STRABO LIBVSCID. C. CALPETANVS C. F. STATIVS RVFVS M. CLAVDIVS. M. F. MARCELLVS L. VISELLIVS C. F. VARRO CVRATOR RIPARVM ET ALVEI TIBERIS EX SC. TERMIN.

EX AVCTORITATE IMP. CÆSARIS DIVI TRAIANI PARTHICI F. DIVI NERVÆ TRAIANI HADRIANI AVG. PONTIF. MAX. TRIB. POTEST. V. IMP. IIII. COS. IIII. L. MESSIVS RVSTICVS CVRATOR ALVEI ET

RIPARVM

RIPARVM TIBERIS ET CLOACARVM VRBIS R. RESTITVIT SECVNDVM PRÆCEDENTEM TERMINATIONEM PROXIME CIPP. PED. C. XV. S.

C. CALPETANVS RANTIVS QVIRINALIS VAL. CESTIVS CVRATOR RIPARVM ET ALVEI TIBERIS TERMINAVIT.

De Balneis verò & Thermis has reperio Inſcriptiones. BALNEVM AVRELIANVM EX LIBERALITATE IMP. CÆS. M. AVRELII PII PER. AVG. SERVATA INDVLGENTIA PECVNIÆ EIVS QVAM DOMINVS AVRELIANVS CONCENSSERAT FACTA VSVRARVM EXACTIONE CVRANTE STATIO IVLIANO V. P. CVRATORE RESI. REFECIT.

L. CLVVIENVS. L. F. ANICILO BALNEVM ET AQVAS DEDIT.

TERENTIA Q. F. POSTVMINA SIBI ET C. VETVRI LVCVMONIS VIRI SVI ET C. VETVRI C. F. POSTVMINI F. SVI NOMINE BALINEVM ET LAVATIONEM SOLO PRIVATO GRATVITAM IN PERPETVVM DEDIT.

PETRONIVS PERPENNA MAGNVS QVADRATIANVS V. C. ET II. PRÆF. VRB. CONSTANTINIANAS THERMAS LONGA INCVRIA ET ABOLENDÆ CIVILIS VEL POTIVS FERALIS CLADIS VASTATIONE VEHEMENTER ADFLICTAS, ITA VT AGNITIONE SVI EX OMNI PARTE PERDITA DESPERATIONEM CVNCTIS REPARATIONIS ADFERRENT DEPVTATO AB AMPLISSIMO ORDINE PARVO SVMPTV QVANTVM PVBLICÆ PATIEBANTVR ANGVSTIÆ AB EXTREMO VINDICAVIT OCCASV ET PROVISIONE LARGISSIMA IN PRISTINAM FACIEM SPLENDOREMQVE RESTITVIT.

FLAVIVS PHILIPPVS VIR CLARISSIMVS PRÆFECTVS VRBI NYMPHEVM SORDIVM SQVALLORE FÆDATVM ET MARMORVM NVDITATE DEFORME AD CVLTVM PRISTINVM REVOCAVIT.

De Pomœrio quoque ampliato, eiúſque terminis reſtitutis hæ extant Inſcriptiones, TI. CLAVDIVS DRVSI F. CÆSAR AVG. AVCTIS POPVLI ROMANI FINIBVS POMOERIVM AMPLIAVIT, TERMINAVITQVE. Alibi legitur, COLLEGIVM AVGVRVM AVCTORE IMPERATORE HADRIANO, &C. TERMINOS POMOERII RESTITVENDOS CVRAVIT, Alibi legere eſt, MVRVM REFICIVNDVM CVRARVNT, IDEMQVE PROBARVNT. Nec omittenda ſunt hæc, INCENDIO CORRVPTVM RESTITVERVNT. Item, FATALI CASV SVBVERSAM IN FORMAM PRISCI VSVS RESTITVIT.

His aliorum operum publicorum aliquot notatu dignas Inſcriptiones adiungā. CN. SVLPITIVS CN. F. RVF. II. VIR. IVR. DIC. SVBLAQVEAVIT TRABES TECTI, FERRO SVFFIXIT, LAPIDE STRAVIT, PODIO CIRCVM CLVSIT SVA PEC.

L. BETILIENVS L. F VAARVS HÆC QVÆ INFERA SCRIPTA SVNT DE SENATVS SENTENTIA FACIENDA COIRAVIT SEMITAS IN OPPIDO OMNIS PORTICVM QVA IN ARCEM EITVR CAMPVM VBEI LVDVNT. HOROLOGIVM, MACELLVM, BASILICAM. CALECANDAM, SEEDES, LACVM BALINEARIVM, LACVM AD PORTAM IN OPPIDVM AOCV. ARDVOM PEDES CCCXC IↃ. FORNICESQ. FECIT FISTVLAS SOLEDAS FECIT OB HASCE RES CENSOREM FECERE BIS SENATVS FILIO STIPENDIA MERETA ESE IOVSIT POPVLVSQVE STATVAM DONAVIT CENSORINO.

TI. CLAVIVS SECVNDVS COACTOR CVM TI. CLAVDIO TI. QVIR. SECVNDO F. VIATORIBVS III. VIR ET IIII. VIR SCHOLAM CVM STATVIS ET IMAGINIBVS ORNAMENTISQ. OMNIBVS SVA IMPENSA FECIT.

L. COMINIVS L. F. AN. C. CANVLEIVS L. F. T. TVLLEVS T. F. KANVS L. HIRRIVS L. F. LATINVS IIII. VIR. THEATRVM ET PROSCENIVM DE SVA PECVNIA FACIVNDVM COERAVERVNT.

Q. FILIVS L. F. RVFVS Q. ARGIVS Q. F. CELER PR. II. VIR LANARIAS ET QVÆ IN IIS SVNT SVA PEQ. FECIT, VT EX EO VECTIGALE QVOTANNIS MVLSVM ET CRVST. NATALE CÆSARIS AVGVSTI DARETVR.

C. MVTIVS SEX. F. P. POPILLIVS M. F. Q. MVCIVS P. F. M. CORNELIVS P. F. IIII. VIR. TVRREM EX D. D. AD AVGENDAS LOCAVER. IDEMQVE PROBAVERE.

C. CALPVRNIO PISONE. M. VETTIO BOLANO COS. &cet. VETVSTATE CORRVPTAM ADAMPLIAVIT, COLVMNIS PVRPVRITICIS, VALVIS ÆREIS, MARMORE ET OMNI ORNAMENTO A NOVO EX PECVNIA FVRTVRARIA SVA L. FECIT VOLENTIB. MANIPVL. SVIS. QVOR. NOMINA IN TAB. ÆR. SCRIPTA SVNT.

Planè qui in honorem principum aliquid ponebant, opuſve aliquod faciebant, ſuam erga illos pietatem teſtabantur his verbis, DEVOTI NVMINI, MAIESTATIQVE EORVM. Vt in hac Inſcriptione Baſſiana, IMPP. CÆSARI M. AVREL. ANTONINO PIO, FELICI AVG. PARTHICO MAX. GERMAN. MAX. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XVIII. COS. III. IMP. III. P. P. PROC. EQVITES, IN HIS ACTARIVS LEG. VII. GEM. ANT. P. FEL. DEVOTI NVMINI MAIESTATIQVE EIVS. Et in alia Inſcriptione Septimij Seueri, Aurelij Antonini, & Iuliæ Auguſtæ. ARGENTARI ET NEGOTIANTES BOARI HVIVS LOCI QVI INVEHENT, DEVOTI NVMINI EORVM. Item aliâs. MAGNO INVICTO IMP. CÆS. C. VAL. AVREL. DIOCLETIANO, PIO, FEL. INVICTO AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. COS. III. P. P. PRO D. N. CORPVS CORIARIORVM, MAGNARIORVM, SALIARIORVM, DEVOTI NVMINI MAIESTATIQVE EIVS.

IMPERATORI CÆSARI L. DOMITIO AVRELIANO PIO, FELICI INVICTO, AVG. PONTIF. MAXIMO, GOTHICO MAX. GERMANICO MAX. TRIB. POT. V. COS. DESIGNATO III. PATRI PATRIÆ, PROCOS. RESTITVTORI ORBIS, INVICTISSIMO, ET VICTORIOSISSIMO PRINCIPI, ORFITVS V. C. PRÆFECTVS ORB. DEVOTVS NVMINI MAIESTATIQVE EIVS. Quæ verba interdum hiſce notis, D. N. M. Q. E. ſcripta inueniuntur. Extat & Romæ hæc Inſcriptio. Q. FABIVS HONORATVS, T. ANNÆVS PLACIDVS, AMPLIFICATORI VRBIS ROMÆ, DOMINO NOSTRO CONSTANTINO, MAXIMO, PIO, FELICI, VICTORI AC TRIVMPHATORI SEMPER AVG. ANICIVS PAVLINVS IVNIOR. V. C. CONS. ORDINARIVS (ſic enim repono ex alia Inſcriptione quæ in Manutij Orthograph. ponitur, pag. 37.) PRÆF. VRBIS, ET IVDEX SACRARVM COGNITIONVM (ità namque alijs Inſcriptionibus quæ in eadem Ortograph. pag. 25. & pag. 636. & pag. 638. habentur, emendandum moneo) PIETATI EIVS SEMPER DICATISSIMVS.

Quod ſi ex Senatuſconſulto opus factum eſſet, eorum qui faciendum curauerant, & probauerant, nomina adſcribebantur, in hunc modum. EX SENATVSCONSVLTO FACIENDVM CVRAVERVNT, IDEMQVE PROBAVERVNT, vt patet ex his Inſcriptionibus quæ in illa Manutiana Orthograph. citantur, pag. 136. & 164. 316. 672. & 715. Et aliàs Q. LVTATIVS Q. F. Q. CATVLVS COS. SVBSTRVCTIONEM ET TABVLARIVM EX SC. FACIVNDVM CVRAVIT. Idque ſignificant hæ notæ, S. C. F. C. in Inſcriptione quæ habetur eiuſdem Orthograph. pag. 703.

Sanè Elogia quæ in vetuſtis Inſcriptionibus, principibus, viriſque Clariſſimis, lectiſſimis item ornatiſſimiſque feminis tribuuntur, colligere è re eſſet. Verum ne nimis turgeſcat liber iſte, meas in anguſtum copias contraham: digitumque ad fontes intendiſſe contentus, vnde ea peti poſſint indicare ſatis habebo. Ad Orthographiam ergo ingenio præſtantiſſimi viri Manutij ſtudioſos harum rerum remittam, indiciſque vice fungar. Elogia ſeu Titulos AVGVSTI, inuenient Orthographiæ pagina 127. 184. 187. CLAVDII, pag. 128. VESPASIANI CÆSARIS, pag. 78. & 128. 185. 186. 546. TITI CÆSARIS VESPASIANI, pag. 128. & 745. TRAIANI

pag. 185. & 384. HADRIANI, pag. 363. 367. 373. 380. 381. 878. ANTONINI, PII, pag. 188. & 272. & 378. & 379. & 740. L. ÆLII AVRELII VERI, pag. 362. & 372. MARCI AVRELII ANTONINI, pag. 372. COMMODI, pag. 373. SEPTIMII SEVERI, pag. 354. & 370. & 371. 547. & 793. ANTONINI CARACALLÆ, pag. 368. & 370. & 371. 547. 748. & 749. GORDIANI, pag. 300. AVRELIANI, pag. 292. & 293. AVRELII MAXIMIANI, pag. 323. FL. CONSTANTINI, pag. 37. & 766. ARCADII, pag. 122. Eiuſdem ARCADII ET HONORII, pag. 783.

Clarorum verò & illuſtrium virorum hæc ex eodem Ortographiæ libro Elogia, nulla ad amuſſim habita temporum ratione, quaſi per Satyram ſuggero: APPII CLAVDII CÆCI, pag. 761. Q. FABII MAXIMI, pag. 382. L. CÆCILII METELLI, pag. 755. C. MARII, pag. & 754. 755. L. SICINII DENTATI, pag. 644. L. MANCINI COS. pag. 787. L. MVNATII PLANCI, pag. 676. C. OCTAVII, pag. 746. PALÆMONIS GRAMMATICI, pag. 779. PLAVTII SYLVANI, pag. 717. 718. & 719. C. POPILII CARI PEDONIS, pag. 619. L. NERATII PROCVLI, pag. 174. M. CORNELII, & M. AVFIDII, FRONTONVM, pag. 642. SABINI EGNATII PROCVLI, pag. 175. VORATII SEVERIANI EQVIVIS RO. pag. 179. SATVRNINII SECVNDI, pag. 641. L. IVLII IVLIANI, pag. 641. C. SALLII ARISTÆNETI, pag. 764. & 765. Q. SERVILII CÆPIONIS, pag. 125. CANVLEII ZOSIMI, pag. 123. C. CÆRELLII FVFIDII ANNII, pag. 126. C. CÆSONII MACRI RVFIMANI, pag. 25 & 26. RVFII PRÆTEXTATI POSTVMIANI, pag. 625. C. VALII POLYCARPI, pag. 659. C. VALERII MARIANI, pag. 764. ANICII PAVLLINI IVNIORIS, pag. 38. L. TVRCII APRONIANI, pag. 760. PETRONII PERPENNÆ QVADRATIANI, pag. 782. P. TITII PERPETVI, pag. 759. FLAVII EVGENII, pag. 756. MEMMII VITRASII ORFITI, pag. 635. SEX. PETRONII PROBI, pag. 657. TITI CÆSII PRÆFECTI ANNONÆ, pag. 8. FABII TITIANI, pag. 638. AVRELII SYMMACHI, pag. 287. VETII AGONI PRÆTEXTATI, pag. 636. FLAVII STILICHONIS, pag. 25. L. ARADII VALERII PROCVLI, pag. 637. & 633. PVBLILII CEIONII IVLIANI, pag. 760. IVLII EVBVLIDÆ, pag. 761. RAGONII VINCENTII CELSI, pag. 306. NARSIS EVNVCHI, pag. 358.

Mulierum etiam aliquot memoriam ab interitu & obliuione vindicant honorificæ quæ de iis extant Inſcriptiones, eiuſdem Orthograhiæ libro inſertæ: veluti, FVRINÆ SABINÆ TRANQVILLINÆ AVGVSTÆ, pag. 175. TARPEIÆ VALERIANÆ VIRGINIS VESTALIS MAXIMÆ, pag. 470. FL. PVBLICIÆ VIRGINIS VESTALIS MAXIMÆ, pag. 678. & COELIÆ CLAVDIANÆ VIRGINIS VESTALIS MAXIMÆ, pag. 695. FABIÆ ACONIÆ PAVLLINÆ, pag. 583. ANICIÆ FALCONIÆ PROBÆ, pag. 36. & 37. L. PEDVCEÆ IVLIANÆ, pag. 591. HELVIDIÆ BVRRENIÆ MODESTÆ, pag. 460. TYRANNIÆ ANICIÆ IVLIANÆ, pag. 640.

Egregij verò Aduocati, ſimúlque boni Iudicis commendationem Ragonij Inſcriptio continet in hæc verba, RAGONIO VINCENTIO CELSO V. C. A PRIMO ÆTATIS INTROITV IN ACTV PVBLICO FIDEI EXERCITATIONE VERSATO, CVIVS PRIMÆ VITÆ OFFICIO SEDIS VRBANÆ ADVOCATIONI EXERCITO, FIDEM IVNXIT INGENIO, PRVDENTIA MISCVIT LIBERTATEM, ITA VT NEMO DE EIVS INDVSTRIA, NISI ILLE CONTRA QVEM SVSCEPERAT, FORMIDARET: CVIVS ACCESSVS ÆTATIS AMPLISSIMI HONORIS, ET QVI SOLET SENIORIB. PROVENIRE ORNAMENTA PROMERVIT: NAM REXIT ANNONARIAM POTESTATEM VRBIS ÆTERNÆ EA ÆQVITATE, VT INTER OMNES QVI AD EVM ANIMO LITIGANTIS INTRASSENT, PARENTEM SE PLERVMQVE MAGIS HIS QVAM IVDICEM PRÆBVISSET. Et aliâs. SEXTILIVS AGESILAVS ÆDESIVS V. C. CAVSARVM NON IGNOBILIS AFRICANI TRIBVNALIS ORATOR, ET IN CONSISTORIO PRINCIPVM ITEM MAGISTER LIBEL-

LORVM &c. In Inſcriptione verò Sallij Ariſtæneti eſt, ORATORI MAXIMO. Medicus verò in quadam Inſcriptione laudatur his verbis, CONSVMMATÆ PERITIÆ MEDICVS. Iſidorus Eques Ro. Patronus Municipij Interamnatium hoc Elogio à ſuis ornatur. ET QVIDQVID IN EGREGIVM HOMINEM LAVDIS DICI POTEST, IN HOC SIT BENEFICIO NATVRÆ CONLATVM. In inſcriptionibus etiam Appiani, aliquoties inuenias, BONO REIPVB. NATVS. De Proculo etiam ſaxum quoddam ita honorifice loquitur.

ILLE EGO SVM PROCVLVS, TOTVS QVI NATVS HONORI,
AVT DIC, (ſic enim vel inuito ſaxo, emendo) QVI SIT HONOS,
QVEM MIHI INESSE NEGAS.
HIC BIS PRÆFECTVS .... PRÆFECTVS ET IDEM
HIC LIBYÆ, IDEM LIBYÆ PROCONSVL ET ANTE:
TER VICE QVI SACRA DISCINXIT IVRGIA IVDEX,
CONSVL ET ÆTERNO DECORAVIT NOMINE FASTOS.
CETERA QVID MEMOREM TANTO SVB IVDICE GESTA,
CVM PROCVLVM VIDEAS, TOTO QVI NATVS HONORI EST?

In Turcij vero Aproniani Inſcriptione, OMNI VIRTVTE PRÆSTANTI, & in Inſcriptione C. Popilij, OPTIME DE REPVB. MERITO. Item in Inſcriptione Fundanij, Patroni ciuitatis Auſculanæ, PATRONO MVNICIPII OMNIBVS HONORIBVS ET ONERIBVS FVNCTO. Et in Inſcriptione Valerij Petroniani Mediolanēſis cauſidici, QVINQVE GRATVITIS LEGATIONIBVS VRBICIS, ET PEREGRINIS PRO REPVB. SVA FVNCTI.

De Hiſtrionibus verò hæc in Inſcriptionib. lector offendet, CORONATO CONTRA OMNES SCÆNICOS. Item, PANTOMIMO SVI TEMPORIS PRIMO.

Ceterùm in pleriſque Inſcriptionibus & Tabulis, quorum filij & nepotes eſſent ij, de quibus agebatur, exprimi ſolebat notis huiuſmodi L. F. C. N. id eſt, L. FILIVS CAII NEPOS. Quinimmo & quorũ Pronepotes, Abnepotes, Adnepotes, eſſent, in quibuſdam Impp. Inſcriptionibus inuenire eſt, Ortographiæ pag. 362. & 370. & 372. Nominibus etiã vt plurimũ in Tabulis, cuius tribus ciues eſſent addebatur. Cicero lib. IIII. in Verr. *Quis in Tabulis ſcriptus eſt?* C. CLAVDIVS C. FILIVS, PALATINA. Idem in Bruto, T. ANNIVS VELINA. Et Oratio. pro Quintio L. ALBIVS SEX. F. QVIRINA. Et Epiſt. III. lib. II. ad Q. frat. *Indice* CN. NERIO, PVPINIA. Sic & Philipp. IX. SER. SVLPICIVS Q. F. LEMONIA, *Rufus*. Cælius lib. VIII. Epiſt. Famil. C. SEPTIMIVS T. F. QVIRINA. Item, M. OPPIVS M. F. TERENTINA. Et alibi. C. LVCRETII C. F. PVPINIA. Ioſephus lib. XIII. Antiquit. Iudaic. cap. XVII. Παρόντες Λευκίου μαλλίου λευκίου υἱὸς, Μεντίνα, καὶ Γαίου Σεμπρονίου Γαίου υἱὸς, Φαλερίνα. Inde hęc in vetuſtis Inſcriptionibus, ciuium nominibus addita leguntur: SVB. id eſt, SVBVRANA, videlicet Tribu. ESQ. id eſt, ESQVILINA TRIBV. COL. id eſt, COLLINA. PAL. id eſt, PALATINA. ROM. id eſt, ROMILIA. CLV. id eſt, CLVSTVMINA. LEM. id eſt, LEMONIA. PVP. id eſt, PVPINIA. VEIEN. id eſt, VEIENTINA. GAL. id eſt, GALERIA. POL. id eſt, POLLIA. VOLT. id eſt, VOLTINIA. CLA. id eſt, CLAVDIA. AIM. id eſt, AIMILIA. COR. id eſt, CORNELIA. FAB. id eſt, FABIA. HORAT. id eſt, HORATIA. MEN. id eſt, MENENIA. PAPIR. id eſt, PAPIRIA. SERG. id eſt, SERGIA. VET. id eſt, VETVRIA. STELL. id eſt, STELLATINA. TRO. id eſt, TROMENTINA. SAB. id eſt, SABATINA. ARN. id eſt, ARNIENSI. PON. vel POMPT. id eſt, PONTINA ſeu POMPTINA. POP. vel POB. id eſt, POPILLIA VEL POBLILIA. MÆC. id eſt, MÆCIA. SCAP. id eſt, SCAPTIA. OVF. id eſt, OVFENTINA. FAL. id eſt, FALERINA. ANI. id eſt, ANIENSI. TER. id eſt, TERENTINA. VEL. id eſt, VELINA. QVIR. id eſt, QVIRINA. OCR. id eſt, OCRICVLANA.

Quaſdam etiam Nominibus olim adiectas appellationes, ſed præcipuas dumtaxat, & eas quæ reliquis præſtant, tacitus prætęrire non poſſum. Lucio Tribuno, ASPERI cognomẽ inditũ, ob id quod patres in Tribunatu inſectari non deſtiterat, Liuius lib. IIII.

auctor

auctor eſt. Manlium quoque IMPERIOSVM dictum, & eò quod ſæui exempli auctor fuiſſet, hac crudelitatis nota inſignitum, idem Liuius lib. IIII. ſcribit. Idem lib. IX. Q. Fabium, quod cum in duas partes ciuitas diſceſſiſſet, is concordiæ cauſa, ſimul ne humilimórum in manu comitia eſſent, omnem forenſem turbam in quatuor tribus vrbanas coniecit, hac ordinum temperatione, MAXIMI cognomen, quod multis victoriis non pepererat, inueniſſe tradit. Similique modo. M. Valerius qui plebis diſcordias ſedauit, ob id factum MAXIMVS appellatus eſt, auctore Cic. lib. de Clar. Orator. Lucio etiam Iulio ob legem Annalem, cuius auctor fuerat, ANNALIS cognomen tributum Liuius lib. XL. memorat. Druſum quoque ob eximiam aduerſus Gracchos operam, PATRONVM SENATVS dictum, Sueton. in Tiber. cap. III. ſcriptum reliquit. Sed & Q. Cæpionem Præturæ ſplendore, Triumphi claritate, Conſulatus decore, Maximi Pontificatus ſacerdotio, vt SENATVS PATRONVS diceretur, aſſequutum Valer. lib. VI. cap. IX. refert. Eodémque teſte ibidem, Craſſo pecuniæ magnitudo DIVITIS nomen dedit, qui poſtea cum decoxiſſet & patria abliguriſſet bona, ab occurrentibus DIVES, licet egens, ſalutabatur. Metellorum vnus, NEPOTIS cognomen à moribus traxit, vt idem Valer. lib. IX. cap. XIIII. teſtatur. Eiuſdem gentis alius pertinaci erga exulem patrem amore, tam clarum lacrymis quam alii victoriis, cognomen aſſecutus eſt, PIVSQVE appellatus, vt idem Valer. lib. V. cap. II. ait. Appian. lib. I. de Bell. ciuilib. Πόπλιος δὲ Φούριος δήμαρχος οὐδ᾽ ἐλευθέρου πατρὸς ἀλλ᾽ ἐξελευθέρου, θρασέως ἐνίστατο αὐτοῖς, καὶ οὐδὲ Μετέλλου τοῦ Μετέλλου παιδὸς ἱκετεύοντος αὐτὸν ἐν ὄψει τοῦ δήμου καὶ δακρύοντος, καὶ τοῖς ποσὶ προσπίπτοντος ἐνεκλάσθη. Ἀλλ᾽ ὁ μὲν παῖς ἐκ τῆς δὲ τῆς ὄψεως Εὐσεβὴς ἐς τὸ ἔπειτα ἐκλήθη. Auctor libri de Vir. Illuſtr. cap. LXIII. QVINCTVS METELLVS PIVS, NVMIDICI FILIVS: PIVS, QVIA PATREM LACRYMIS ET PRECIBVS ASSIDVE AB EXILIO REVOCAVIT. Iam Quintus Fabius Maximus CVNCTATOR: VERRVCOSVS à Verruca in labris ſita, OVICVLA, à clementia morum, dictus eſt, vt refert idem auctor cap. XLIII. Adſtipulatur & Plutarch. in eius vita his verbis, Ἦν δ᾽ αὐτῷ σωματικὸν μὲν παρωνύμιον, ὁ Βερρούκωσος. εἶχε γὰρ ἀκροχορδόνα μικρὰν ἐπάνω τοῦ χείλους ἐπιπεφυκυῖαν. Ὁ δὲ Ὀουϊκούλας, σημαίνει τὸ προβάτιον. Ἐτέθη δὲ πρὸς τὴν πρᾳότητα καὶ βραδύτητα τοῦ ἤθους ἔτι παιδὸς ὄντος. Piſonem vero tanta virtute, atque integritate vitæ fuiſſe, vt etiam illis optimis temporibus, quum homo inueniri nequam nemo poſſet, ſolus tamen, FRVGI nominaretur, Cic. pro Fonteio ſcribit. Publium verò Scipionem Naſicam, qui, vt auctor. lib. de vir. Illuſtrib. cap. XLIIII. ait, VIR OPTIMVS à Senatu iudicatus eſt, CORCVLVM appellatum, Cic. lib. I. Tuſculan. Quæſtio. & lib. de Clar. Oratorib. ſcribit. Plin. lib. VII. cap. XXXI. *Reliquis animi bonis, præſtitere, & apud ceteros mortales ſapientia. Ob id,* CATI, CORCVLI, *apud Ro. cognominati.* Sic & M. Portio Catoni, CENSORII, Lælio, SAPIENTIS, Sex. Ælio, CATI, Syllæ, FELICIS, Pompeio, MAGNI, variis ex cauſis cognomina indita legimus. Primus Traianus, OPTIMI cognomen iudicio Senatus populíque Ro. meruit. Qua de re hæc Plinius in Panegyrico. *Iuſtiſne de cauſis S. P. Q. R.* OPTIMI *tibi* COGNOMEN *adiecit. Paratum id quidem, & in medio poſitum, nouum tamen, ſcias neminem ante meruiſſe: quod non erat excogitandum ſi quis meruiſſet. An ſatius fuit* FELICEM *vocare? quod non moribus, ſed fortunæ datum eſt. Satius* MAGNVM? *cui plus inuidiæ quam pulchritudinis ineſt. Adoptauit te* OPTIMVS PRINCEPS *in ſuum: ſenatus, in* OPTIMI NOMEN. *Hoc tibi tam proprium, quàm paternum: nec magis diſertè, diſtinctéque deſignat, qui* TRAIANVM, *quàm qui* OPTIMVM *appellat: vt dñ* FRVGALITATE *Piſones,* SAPIENTIA *Lælij,* PIETATE *Metelli demonſtrabantur.* FABIORVM, verò LENTVLORVM, CICERONVM, cognomina, vt quiſque aliquod optimè genus sereret, indita: IVNIORVM etiam familiæ BVBVLCVM dictum, qui bubus optimè vtebatur, Plin. lib. XVIII. Natur. hiſtor. cap. III. ſcribit.

Nunc ad alias diuerſi penitus argumenti, quæque nihil cum ſuperioribus commune habent, formulas, vela conuertenda ſunt. Nam quod quis hoc in libro certum ſtatúmque argumentum, aut ordinem requirat, cauſa nulla eſt: cum ea compage ſtructus ſit, vt ſcoparum diſſolutarum inſtar obtineat: nec enim quod hic effingitur corpus, & in quo formando laboramus, aut ἀνάρμοστον eſt, aut συνεστῶτον: ac nec nec vno ſpiritu cō-

tinetur, nec ex contingentibus, ſeu pluribus inter ſe cohærentibus, ſed ex diſtantibus, cõſtat. Ac planè quæ res in ſe ordinem habet nullum, eam ordine regere nemo queat. Itaque quidquid aut in mentem venier, aut in calamum, effundere impunè & vindice nullo, licebit.

Gladiatorum ergo qui ſe ludo vendebant, Auctoramentum prodam, quo illi ſe in hæc verba addicebant, VRI, VINCIRI, FERROQVE NECARI. Teſtis Horat. lib. II. Sat. VII. his verſibus,

Quid refert, VRI, VIRGIS, FERROQVE NECARI,
AVCTORATVS EAS?

Vbi vetus Commentar. *Gladiatores*, ait, *ita ſe vendunt, & cautiones faciunt*, VRI VIRGIS, FERRO NECARI. Et mox: *Qui ſe vendunt ludo, appellantur* AVCTORATI. AVCTORATIO *enim dicitur venditio gladiatorũ, cum condicione emptoris*. Seneca Epiſt. XXXVII. *Eadem honeſtiſſimi & illius turpiſsimi*, AVCTORAMENTI, (ſic enim emenda) *verba ſunt*, VRI, VINCIRI, FERROQVE NECARI. *Ab illis qui manus arenæ locant, & edunt ac bibunt quæ per ſanguinem reddant, cauetur*, VT ISTA VEL INVITI PATIANTVR: *à te, vt volens libénſque patiaris. Illis licet* ARMA SVBMITTERE, MISERICORDIAM POPVLI TENTARE: *Tu neque ſubmittes, nec vitam rogabis. Recto tibi inuictóque moriendum eſt.* Petronius Arbit. Satyr. *In verba Eumolpi ſacramentum iurauimus*, VRI, VINCIRI, VERBERARI, FERROQVE NECARI, ET QVIDQVID ALIVD EVMOLPVS IVSSISSET, *tanquam* LEGITIMI GLADIATORES, *domini, corpora animóſque religioſiſſime* ADDICIMVS. Atque hoc modò Auctoratum, Lucianus in Icaromenippo, *ἀνθρώπον ἕνεκα δραχμῶν εἰς τὸν ἀγῶνα μεμισθωμένον*, vocat. Manilius vero lib. IIII. Aſtronomic. id genus homines caput in mortem & funus arenæ vendidiſſe ſcribit. Ita certè Auctorari Gladiatores dicebãtur. Aſinius Pollio lib. x. Epiſt. Familiar. *Fadium quendam militem Pompeianum, quia cum depreſſus* IN LVDVM, *bis gratis depugnaſſet*, AVCTORARI *ſeſe nolebat, & ad populum confugerat*. Quintilian. in Argumento Declamat. CCCII. *Quidam vt patrem ſepeliret*, AVCTORAVIT SE: *Die muneris, productus ſub* TITVLO *cauſæ, rudem, poſtulante populo, accepit*. Sic & Plinius Vindemiatorẽ, qui ad vindemiam in grandibus & proceris arboribus & excelſiſſimis pergulis pendentem operas ſuas locauerat, Auctoratum vocat lib. XIIII. cap. I.

Iiſdem Gladiatoribus imperari ſolitum, VT FERRVM RECIPERENT indicat Cic. prò Sextio, his verbis, *Num, vt gladiatoribus imperari ſolet*, FERRVM NON RECEPIT? Idem lib. I. Tuſculanar. quæſtion. FERRVM RECIPERE IVSSVS GLADIATOR. Seneca lib. I. de Tranquillit. vitæ. GLADIATORES *(ait Cicero) inuiſos habemus, ſi omni modo vitam impetrare cupiunt: fauemus, ſi contemptum eius præ ſe ferunt. Idem euenire nobis ſcias. Sæpe enim cauſa moriendi eſt timidè mori.* Statímque ſubdit. *Viues diutius, & morieris expeditius, qui* FERRVM *non ſubducta ceruice, nec manibus oppoſitis, ſed animosè* RECIPIS. Eodémque genere loquendi C. Fimbria homo longè audaciſſimus vſus fertur. Nam cum curaſſet vt Q. Scæuola vulneraretur, poſteaquam comperit eum poſſe viuere, diem ei dixit: cúmque ab eo quæreretur, quid tandem accuſaturus eſſet, reſpondit, QVOD NON TOTVM TELVM CORPORE RECEPISSESET, quemadmodum Cic. pro Roſc. Amer. refert. Prudentius in Periſtephano.

FERRVM *in papillas omne* RECEPERO.

Planè RETIARIO pugnanti aduerſus Mirmillonem, cantatum, NON TE PETO, PISCEM PETO: QVID ME FVGIS GALLE? Feſtus Pomp. tradit.

Ludis vtique Apollinaribus Paraſitos in ſcena dictitaſſe, SALVA RES EST, SALTAT SENEX, idem Feſtus auctor eſt. Inde ducta eſt parœmia, quam tamen Seruius in lib. III. Æneid. ita conceptam fuiſſe ait, OMNIA SECVNDA, SALTAT SENEX. Illam autem loquendi figuram vſurpat Plaut. Aulular. Act. I. Sc. IIII. & Captiu. Act. II. Sc. II.

Hiſtriones etiam populum deprecari ſolitos, vt eos benignè & lubenter audiret, Xiphilinus in Nerone indicat. *Καὶ ἔςαι τε ἐπὶ τῆς σκηνῆς ὁ Καῖσαρ τὴν κιθαρῳδικὴν σκευὴν ἐνδεδυκώς. Καὶ, Κύριοί μου εὐμενῶς ἀκούσατε, εἶπεν ὁ Αὐτοκράτωρ.*

Iiſdémque verbis attentionem ſibi ſæpe parabant. Sic enim apud Liuium lib. xxix. Locrenſium legatus. CVM BONA VENIA QVÆSO AVDIATIS P. C. QVÆ INVITVS ELOQVAR. Cic. pro Roſc. Amer. *Quapropter vos oro atque obſecro,* IVDICES, *vt* ATTENTE, BONAQVE CVM VENIA VERBA MEA AVDIATIS. Idem lib. I. de Nat. deor. BONA VENIA ME AVDIES. Sic D. Paul. Act. Apoſtol. cap. xxvi. Δέομαί σου μακροθύμως ἀκοῦσαί μου. Et Tertullus Orator ibid. cap. xxiiii. Παρακαλῶ ἀκοῦσαί σε ἡμῶν συντόμως τῇ σῇ ἐπιεικείᾳ.

Ne hæc quidem ſuperioribus cohærent: Sed ea huius libri ſors, ea conditio eſt. Solebant pleríque qui alienum quid iacens ſuſtulerant, proponere Libellum, continentem INVENISSE, ET REDDITVRVM EI QVI DESIDERARET, quemadmodum Vlpian. ſcribit in L. falſus creditor, §. qui alienum, D. de furt. Formulam huiuſmodi libelli indicant Plautus & Lucianus. Apud illum namque Rudente Act. v. Sc. iii. Grippus piſcator qui retin mari vidulum exceperat.

> CVBITVM, ait, *hercle* LONGIS LITERIS SIGNABO, *vſquequaque in vrbe,*
> SI QVIS PERDIDERIT VIDVLVM CVM AVRO ATQVE ARGENTO MVLTO,
> AD GRIPPVM VT VENIAT.

Quod cum ad Labracis Lenonis, qui fracta naue vidulum perdiderat, aures perueniſſet, illico vidulum à Gripo repetit. At Gripus priuſquam reddat, VOLO, ait EX TE SCIRE SIGNA. Cui vt ſatisfaciat Labrax, hæc ſigna dat.

> NVMMI OCTINGENTI IN MARSVPIO PRIMVM INFVERVNT:
> PRÆTEREA CENTVM MNÆ PHILIPPICÆ IN PASCEOLO SEORSVS:
> TALENTVM ARGENTI COMMODVM MAGNVM INERAT IN CRVMENA.
> PRÆTEREA, SINVS, EPICHISIS, CANTHARVS, GAVLVS, CYATHVS.

Tum vero Labrax, εὕρετρα aut μήνυτρα, ita, poſcit,

> QVID DARE VELIS, QVI ISTHÆC TIBI INVESTIGET, INDICETQVE?

Dein vbi de Talento inter eos conuenit, iureiurando eum adigit id ſe daturum. Luciani vero in Dæmonactis vita, verba quæ hunc morem probant, ſunt hæc. Ἐπεὶ δέ ποτε καὶ χρυσοῦν δακτύλιον, ὁδῷ βαδίζων, εὗρε, γραμμάτιον ἐν ἀγορᾷ προθεὶς, ἠξίου τὸν ἀπολέσαντα, ὅς τις εἴη τοῦ δακτυλίου δεσπότης, ἥκειν καὶ εἰπόντα ὁλκὴν αὐτοῦ, καὶ λίθον, καὶ τύπον, ἀπολαμβάνειν. Ἧκεν οὖν τις μειρακίσκος ὡραῖος, αὐτὸς ἀπολωλεκέναι λέγων. Ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ὑγιὲς ἔλεγεν, Ἄπιθι ἔφη ὦ παῖ, καὶ τὸν ἑαυτοῦ δακτύλιον φύλαττε. τοῦτον γὰρ οὐκ ἀπολώλεκας.

Interdum verò ipſimet qui amiſſum quid recuperare volebant, Libellum proponebant, eóque nomen, & domicilium ſuum adſcribebant, necnon εὕρετρα ſe daturos denũtiabant, vt qui inuenerant, ſcirent quò id reportare & reddere poſſent. Propert. lib. iii. Eleg. xxi. Tabellas deperditas deplorans,

> QVAS SI QVIS, ait, MIHI RETTVLERIT, DONABITVR AVRO.
> *Quis pro diuitiis ligna retenta velit?*
> I PVER, *& citus hæc, aliqua* PROPONE *columna:*
> ET DOMINVM EXQVILIIS, *ſcribe,* HABITARE TVVM.

Chirius Fortunatian. lib. I. Rhetoricor. EDICTO vel PRÆCONIO *quomodo fit? Cuius ſeruus fugerit* LIBELLO PROPOSITO, vel PER PRÆCONEM NVNCIANS, *dixit,* DATVRVM SE DENARIOS MILLE EI, QVI AD SE SERVVM PERDVXISSET.

Porrò non longè ab oſtiarij cella, canem ingentem catena vinctum, in pariete pictũ fuiſſe, ſuperque quadratâ literâ ſcriptum. CAVE, CAVE, CANEM, Petron. Arbit. Satyr. refert. Ex edicto enim Ædilium, canem mordacem ita habere, vt cuiquam nocere vel damnum dare poſſet, non licebat, L. hi enim cum ſeq. D. de ædilit. edic.

Cornupetæ vero Bouis cornibus, in modum anſulæ fœnum alligari ſolebat, in ſignum, vt qui ei fieret obuius, eius vitaret occurſum, quemadmodum vetus Horatij Cómẽtat. in Sat. iiii. lib. I. Sermo. notat ad ea verba. FOENVM HABET IN CORNV, LONGE FVGE. Plutarch. ἐν Αἰτίοις. Διὰ τί τῶν κυριττόντων βοῶν ὑπὲρ τοῦ φυλάττεσθαι τὸν ἐντυγχάνοντα χόρτον τῷ κέρατι προσδέουσιν. ἢ διὰ κόρον καὶ πλησμονὴν ἐξυβρίζουσι, καὶ βόες καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι καὶ ἄνθρωποι ὥσπερ καὶ Σοφοκλῆς πεποίηκε. Idem in Craſſo. Εἰώθεσαν δὲ Ῥωμαῖοι τὸν κυρίττοντα τῶν βοῶν ὑπὲρ τοῦ φυλάττεσθαι τοὺς ἐντυγχάνοντας χόρτῳ περιελίσσειν τὸ κέρας.

Quæ Græca locutio ex Platone lib. IX. de Legib. ſumpta eſt.

Sed & qui onus aliquod humeris geſtabant tranſeuntes admonebant, hac voce, CAVE. Cic. lib. II. de Orato. *Vt cum Cato percuſſus eſſet, ab eo qui arcam ferebat, cum ille diceret*, CAVE, *rogauit*, NVMQVID ALIVD FERRET, PRÆTER ARCAM. Quo pertinet quod ait Paulus in L. ſi putator, D. ad L. Aquil. *Si putator ex arbore ramum cum deiiceret, vel machinam, hominem prætereuntem occidit, ita tenetur, ſi is in publicum decidat, nec ille* PROCLAMAVIT, VT CASVS EIVS EVITARI POSSIT.

Per vicos CLAMATAS MERCES fuiſſe, argumento eſt quod Cicero lib. II. de Diuinatio. refert, quendam in portu qui CARICAS Cauno. aduectas vendens CAVNEAS clamitabat. Seneca Epiſt. LVII. *Iam Libarij varias* EXCLAMATIONES, *& Botularij & Cruſtularium, & omnes popinarum inſtitores, mercem ſuam quadam, &* INSIGNITA MODVLATIONE *vendentes*.

Enimuero pulchrum, vt Perſius ait, Sat. I. & glorioſum cenſebãt, DIGITO MONSTRARI, *& dicier*, HIC EST. Horat. Ode III. lib. IIII. Carm.

> *Totum muneris hoc tui eſt,*
> *Quod* MONSTROR DIGITO PRÆTEREVNTIVM.
> *Romanæ fidicen lyræ.*

Tacit. ſeu quis alius, in Dialogo de Oratorib. *Quos ſæpius vulgus imperitum, & tunicatus hic populus, tranſeuntes nomine vocat, &* DIGITO DEMONSTRAT? Plinius Epiſt. XXIII. lib. IX. *Cui Rufinus demonſtrans me*, VIDES HVNC? *multa deinde de ſtudiis noſtris. Et ille*, PLINIVS EST, *inquit. Verum fatebor, capio magnum laboris mei fructum. An ſi Demoſthenes iure lætatus eſt, quòd illum anus Attica ita demonſtrauit*, Οὗτος ἐστι Δημοσθένης, *ego celebritate nominis mei gaudere non debeo?* Martial. Epigr. XIII. lib. V.

> *Sed toto legor orbe frequens, & dicitur*, HIC EST.

Cic. Epiſt. X. lib. II. Familiar. de auctoritate nominis ſui apud illos quibus ignotus erat. *Multum eſt enim, ait, in his locis*, HICINE EST ILLE, QVI VRBEM? QVEM SENATVS? *noſti cetera*. Eodémque genere non minus alij ridebantur, quam alij laudabantur. Plaut. Captiu. Act. IIII. Sc. I.

> *Quom extemplò ad forum aduenero,*
> *Omnes de me loquentur*; HIC ILLE EST SENEX, DVCTVS
> QVOI VERBA DATA SVNT.

Laudationes vtique vulgares iſtas, O HOMINEM LITERATVM: O VIRVM BONVM. Seneca Epiſt. LXXXIX. prodit. Interdum & Σόφως inclamatum, Martialis Epigram. XLVI. lib. III. docet, cum ait.

> *Quidlibet in cauſſis narraueris; ipſe tacebo:*
> *At tibi* TERGEMINVM *mugiet ille* SOPHOS.

Idem Epigram. XLVIII. lib. VI.

> *Quod tam* GRANDE SOPHOS CLAMAT *tibi turba Togata.*

Quædam etiam crebris populi ſermonibus vſurpata colligam, quæ in certorum verborum ordinem numerumque veniunt. Ad mentionem certè defunctorum Teſtabantur, A SE MEMORIAM EORVM NON SOLLICITARI, vt lib. I. diximus. Vſu quoque recepta erant verba hæc, SI QVIS INFERIS SENSVS, vel, SI QVIS SENSVS IN MORTE. Seruius Sulpic. Epiſt. V. lib. IIII. Familiar. *Quod*, SI QVIS ETIAM INFERIS SENSVS EST, *qui illius amor in te fuit*. Cicero Philipp. X. SI QVIS IN MORTE SENSVS. Idem pro Sextio. *Quod certè*, SI EST ALIQVIS SENSVS IN MORTE *præclarorum virorum, cùm omnibus Metellus, tum vero vni viro fortiſſimo, præſtantiſſimo ciui gratiſſimum fecit*. Seneca lib. de conſolatio. ad Polybium. *Quid itaque iuuat dolori intabeſcere, quem*, SI QVIS DEFVNCTI SENSVS EST, *finiri frater tuus cupit*. Et poſtea. *Nam* SI NVLLVS DEFVNCTIS SENSVS EST. Quintilian. Declamat. CCCXXXII. SI QVID INFERI SENTIVNT, *cognoſce animum meum*. Iuſtinus lib. XVI. *Quamobrem etiam Philippum Alexandrumque*, (SI QVIS MANIVM SENSVS EST) *non interfectores ſuos, ac ſtirpis ſuæ, ſed vltores eorum, Macedoniæ regnum tenere velle.*

Ouid. lib. I. de Ponto Eleg. III.

Et ne,

Et ne, SI SVPEREST ALIQVIS POST FVNERA SENSVS,
Terreat vt manes Sarmatis vmbra meos.

Et lib.II. eiuſdem argumenti Eleg.II.

Hoc pater ille tuus primo mihi cultus ab æuo,
SI QVID HABET SENSVS VMBRA DISERTA, *petit.*

Idem lib.IIII. Triſt. Eleg. X.

SI *tamen* EXTINCTIS ALIQVID, *niſi nomina* RESTANT,
Et gracilis ſtructos effugit vmbra rogos.

Seneca Octauia Act.I. Sc.II.

Nate exaudi, SI QVIS REMANET
SENSVS IN VMBRIS.

Pedo Albinouan. in Carm. Conſolator. ad Liuiam.

Hæc ſentit Druſus, SI QVID MODO SENTIT IN VMBRA,

Lucan. lib.VIII.

Da veniam, SI QVID SENSVS POST FATA RELICTVM EST.

Sic in Epigrammate antiquo.

Suſcipe nunc coniux, SI QVIS POST FVNERA SENSVS.

Et in veteri quadam Hiſpanienſi Inſcriptione, SI MANES POST FATA ALIQVID SENTIVNT. Et hoc eſt quod Tertullian. in lib. de Reſurrectio. Carn. gentilibus ita obcit, *Vt quos* NEGANT SENTIRE QVIDQVAM, *etiam deſiderare præſumant.* D. Ambroſius in lib. de Obitu Valentiniani. *Quod ſi gentes quæ ſpem reſurrectionis non habent, hoc vno ſe conſolantur quo dicunt, quòd* NVLLVS POST MORTEM SENSVS SIT DEFVNCTORVM, *ac per hoc, nullus remaneat ſenſus doloris:* Eodémque modo Græcos loquutos obſeruaui. Iſocrates in Euagora. Ἡγοῦμαι μὲν Εὐαγόραν (εἴ τίς ἐστιν αἴσθησις τοῖς τετελευτηκόσι, περὶ τῶν ἐνθάδε γιγνομένων) εὐμενῶς μὲν ἀποδέχεσθαι καὶ ταῦτα. Idem in fi. Plataici. Εἴ τις ἄρα τοῖς ἐκεῖ φρόνησις ἐστὶ περὶ τῶν ἐνθάδε γιγνομένων. Et in Æginetico. Εἴ τις ἐστὶν αἴσθησις τοῖς τεθνεῶσι περὶ τῶν ἐνθάδε γιγνομένων. Mortuos, certè, MISELLOS vocatos, Tertullian. in lib. de Teſtimonio animæ, tradit: Plutarchus vero in Ἀθλίους, Ἀχθεινοὺς, καὶ Ἀχόμφους λέγεσθαι, τοὺς τελευτῶντας, ait. Quinctiam, vt ibidem ſcribit, Καύσαντες τὰς γραῦς, ὅταν ὀψὲ ἀποθανοῦσιν ἐντύχωσι, Θεὸν γεγονέναι τὸν τεθνεῶτα, dicebant. Vulgatiſſimam vtique orbitatis vocem fuiſſe, FILI CVI ME RELIQVISTI? Quintilian. teſtatur, in Declamatione quæ, *pro paupere contra matrem,* inſcribitur.

Ceterùm honorem præfari ſolebant, vbi quid turpe & obſcœnum dictu loquuturi, vel loca Ædilem metuentia nominaturi erant. Cic. Epiſt. XXII. lib. IX. Familiar. *Nos autem ridiculè: ſi dicimus* ILLE PATREM STRANGVLAVIT, HONOREM NON PRÆFAMVR: *ſin de Aurelia aliquid aut Lollia,* HONOS PRÆFANDVS EST. Idem lib. II. de Finib. *Cætera addit, quæ ſi appelles,* HONOS PRÆFANDVS EST. Seneca Controuer. II. lib. I. HONOREM HABITVM AVRIVM MAIESTATISQVE VELIM VESTRÆ, *quod neceſſe eſt in hac cauſa nominare,* LVPANAR, LENONEM, MERETRICIOS QVÆSTVS, HOMICIDIVM. Apuleius Apolog. I. *In hac etiam ætate, qua nunc eſt, qui iſtum deperdeunt multi ſunt,* HONOS AVRIBVS PRÆFANDVS EST, *domus eius tota lenonina, tota familia contaminata, ipſe propudioſus, vxor lupa, filij ſimiles prorſus, diebus ac noctibus ludibrio iuuentutis, ianua calcibus propulſata, feneſtræ canticis circumſtrepitæ, triclinium comeſſatoribus inquietum, cubiculum adulteris peruium.*

Erant & in ore populi ſæpe voces iſtæ, BONO ANIMO ESTO, vt ex Plauto Amphytruo. Act.II. Sc.II. Terentio Eun. Act.I. Sc.II. & Adelph. Act. II. Sc.IIII. Cicero lib. I. de Diuinatio. Liu. lib. XXV. & XLII. Sueton. in Vitell. cap. VIII. *Tum quidem conſternatis, & quaſi omine aduerſo anxijs omnibus, inquit:* BONO ANIMO ESTOTE, *nobis alluxit.*

Nefas eſſet præterire illud in iudiciis decantatiſſimum, CVI BONO, cuius L. Caſſius Prætor auctor eſt, Vnde CASSIANVM HOC DICTVM appellatur à Cicerone Philipp. II. his verbis, *Quòd ſi te in iudicium quis adducat, vſurpétque illud* CASSIANVM: CVI BONO FVERIT: *vide quæſo ne hæreas.* Idem pro Milone. *Itaque illud* CASSIANVM, CVI BONO FVERIT, *in his perſonis valeat: & ſi boni nullo emolumento impellantur in*

fraudem, improbi ſæpe paruo. Ad quem locũ Aſcon. Pædian. hæc notat: *L. Caſsius fuit ſumma vir ſeueritatis: quoties Quæſitor iudicij alicuius eſſet, in quo quæreretur de homine occiſo, ſuadebat, atque etiam præibat Iudicibus hoc quod Cicero nunc admonet, vt quæreretur,* CVI BONO FVISSET PERIRE EVM, DE CVIVS MORTE QVÆRERETVR. Is eſt L. Caſſius Prætor, cuius Tribunal, propter nimiam ſeueritatẽ, SCOPVLVS REORVM dicebatur, quẽadmodum Valer. Max. lib. III. cap. VII. tradit.

Vulgi etiam ore trita quædam verba Donatus nos docet, qui in Andr. Terẽt. Act. III. Sc. II. ad ea verba, *Mox ego huc reuertar. Videndum,* ait, *eſt vt auctoritatem & iactantiam medicorum imitetur Obſtetrix, dicendo,* QVOD IVSSI ET IMPERAVI. *Simul hæc quæ ſolent medici frequenter promittere,* MOX EGO HVC REVERTAR. Idem in Phormion. Act. IIII. Sc. IIII. ad verba hæc, *Gallina cecinit, Obſtetricum eſt,* ait, IN QVA DOMO GALLINA CANAT, SVPERIOREM MARITO ESSE VXOREM. Deinde in eiuſdẽ Comœd. Act. III. Sc. V. ad eũ verſum. *Poſthac incolumem ſcio fore me. Sic,* inquit, *dicere ſolemus in magno periculo poſiti,* NVNQVAM NOS PERICLITATVROS, SI ILLVD PERICVLVM POTVERIMVS EVADERE. Idem in Adelph. Act. II. Sc. I. ad verſum. QVID? NOSTI QVI SIEM? *Propriè,* ait. *Sic enim dicit, qui nihil quicquam debet,* NON ME NOVIT: *non quod ignoretur, ſed quod in iure non cernatur.*

Amatorios etiam ſermones ſubiiciam. Cicero lib. III. Tuſculan. quæſtion. *Quaſi fieri vllo modo poſsit, quod in* AMATORIO SERMONE DICI SOLET, VT QVISQVAM PLVS ALTERVM DILIGAT, QVAM SE. Sed & qui ſe amore proſequebãtur, blandiebantur ſibi plerumque his verbis, MEA VITA, MEA LVX, MEVM SVAVIVM, ANIME MI. Tibull. lib. IIII.

Ne tibi ſim, MEA LVX, *æque tam feruida cura.*

Catullus.

At Acme leuiter caput reflectens
Et dulcis pueri ebrios ocellos
Illo purpureo ore ſuauiata,
Sic inquit, MEA VITA, *Septimille,*
Huic vni domino vſque ſeruiamus.

Ouid. lib. III. de Arte aman.

Scilicet Aiaci mulier mæſtiſsima dixit,
LVX MEA, *quæque ſolent verba iuuare viros.*

Sic certè Cynthiam ſuam Propertius paſſim appellat: Veluti Eleg. II. lib. II.

Num tibi naſcenti primis MEA VITA *diebus.*

Idem Eleg. IIII.

Parce tuis animis VITA *nocere tibi.*

Et Eleg. XI. eiuſdem lib.

In te ego & eratas rumpam MEA VITA *catenas.* Et ibidem.
Me tibi ad extremas manſurum VITA, *tenebras.*

Idem Eleg. XV.

Nunc ad te, MEA LVX, *veniat tibi littore nauis*
Seruata.

Et Eleg. XVIII.

Vidi te inſomnis fracta, MEA VITA, *carina.*

Et Eleg. XIX.

Tu quoniam es, MEA LVX, *magno demiſſa periclo.*

Et Eleg. XX.

Heſterna, MEA LVX, *cum potus nocte vagarer*

Martial. Epigr. LXIX lib. I.

Scriberet heſterna patri cum luce ſalutem:
Nauia LVX, *inquit, Nauia* LVMEN *aue.*

Terent. Eunucho. Act. I. Sc. II.

ANIME MI, *mi Phædria.*

Et

Et Act. III. Sc. II. *O Thais mea*, MEVM SVAVIVM.
Cic. Epiſt. v. lib. XIII. Famil. *Si tu & Tullia*, LVX NOSTRA, *valetis*. Et in Inſcriptio. Epiſt. XIIII. eiuſdem lib. TVLLIVS TERENTIÆ SVÆ: PATER TVLLIOLÆ, DVABVS ANIMIS SVIS.

Interdum & his blanditiarum vocibus vtebantur, MEL MEVM, OCELLVS MEVS, vel OCELLE MI, Teſtis Plaut. Moſtellar. Act. I. Sc. III. & IIII. Trinum. Act. II. Sc. I. Pænul. Act. I. Sc. II. & Aſinar. Act. III. Sc. III. Apud eundem Mil. glor. Act. V. Sc. VIII. Philocamaſium Pyrgopolinici ita blanditur, O MEI OCVLI, O ANIME MI. Agell. lib. XV. cap. VII. ex Epiſtola Auguſti ad C. nepotē ſuū, AVE MI CAI, MEVS OCELLVS IVCVNDISSIMVS. Sed & Pænulo Act. I. Sc. II. Milphio ita Adelphaſio meretrici delitias facit.

MEA VOLVPTAS, MEÆ DELITIÆ, MEA VITA, MEA AMOENITAS:
MEVS OCELLVS, MEVM LABELLVM, MEA SALVS, MEVM SVAVIVM.

Viciſſimque ei Adelphaſium ſic blanditur.

MEVM MEL, MEVM COR, MEA COLVSTRA, MEVS MOLLICVLVS CASEVS.

Itidémque Aſinar. Act. III. Sc. III.

DA MEVS OCELLVS, MEA ROSA, MI ANIME, MEA VOLVPTAS.
Leonida, argentum mihi.

Quoſdam etiam dicere ſolitos iis quos validiſſimè diligebant, PARATOS SE PARTEM ANNORVM SVORVM DARE, Senecà in lib. de Breuit. vitæ, auctor eſt.

Atque vt de calcaria, quod dici ſolet, in carbonariam, quãdo nihil perturbatum, præpoſterum atque peruerſum hoc in libro, mihi vitio verti poteſt, Titulorũ qui vinis figi ſolebant, formulam hoc loco ponam. Amphoris namque Titulos appoſitos, vel Iuuenalis verſibus Sat. V. ſatis liquet.

Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de
Setinis, cuius PATRIAM, TITVLVMQVE *ſenectus*
DELEVIT, *multa veteris fuligine teſtæ.*

Eorũ formulã prodit Petron. Arbit. Satyr. his verbis. *Statim allatæ ſunt* AMPHORÆ *vitreæ, diligenter gipſatæ, quarum in cervicibus* PITTACIA *erant* AFFIXA, *cum hoc* TITVLO, FALERNVM, OPIMIANVM, ANNORVM CENTVM. *Dum* TITVLOS *perlegimus*, &c. Quale fuerit etiam NOTVM illud FVGITIVORVM EPIGRAMMA, quo idem auctor, ingentibus literis frontes impletas, quod itẽ per totam faciem liberali manu ductum ſcribit, aliis inueſtigandum relinquo.

Ferè prætericram præclarum illũ rogandi Iudicis morem, notatu, imitatúque digniſſimum, QVÆ SALVA FIDE FACERE POSSET. Quem morẽ à maioribus acceptũ Cic. lib. III. Officior. ſcribit. Moris vtrique erat, PER GENVA OBSECRARE, & ROGARE. Eóq; modo Plautinus Dinarchus Trucul. Act. IIII. Sc. III. veniã à Callicle deprecatur.

PER TVA, inquiens, OBSECRO GENVA,
VT TV ISTHVC INSIPIENTER FACTVM, SAPIENTER FERAS, MIHIQVE IGNOSCAS,
Quod animi impos, vini vitio, fecerim.

Apud eundem Ruden. Act. III. Sc. II. Trachalio Dæmonem ita rogat.

PER *ego*, HÆC GENVA TE OBTESTOR *ſenex*, *Quiſquis es.*

Sueton. in Tiber. cap. XXVII. *Conſularem vero* SATISFACIENTEM *ſibi, ac* PER GENVA ORARE *conantem, ita ſuffugerit, vt caderet ſupinus.* Supplices ſanè Genua attingebant, & ad hæc manus tendebant, atque vt aras adorabant, quemadmodum. Plin. lib. XI. cap. XLV. tradit. Seruius etiam in Eclog. VI. Virgil. ad hæc verba, *Aurem vellit.* Et iterum in VI. Æneid. ad hunc locum, *Et genua amplexans genibúſque volutans hærebat*, GENVA miſericordiæ eſſe conſecrata notat, *Vnde*, HÆC TANGVNT ORANTES. Cuius exempla habemus apud Plautum Mil. glor. Act. IIII. Sc. VI. Liuium lib. VIII. & XXV. Quintilian. lib. VI. cap. II. Tacitum lib. I. V. XII. & XX. Sic ÆGROS MEDICORVM GENVA TANGERE dixit Seneca in lib. de Breuit. vitæ. Miſericordiam etiam per ea quæ cariſſima erant, expoſcebant atque efflagitabant. Auctor lib. IIII. Rhetoric. ad Herenn. *Vxor illius infeliciſſimi cum maximo fletu ad iſtius pedes abiiciens ſeſe*, PARCE, *inquit*, ET PER EA QVÆ TIBI DVLCISSIMA SVNT IN VITA MISERERE NOSTRI. Cælius Epiſt. XV. lib. VIII. Familiar. Ciceronem ita obſecrat, PER FORTVNAS TVAS, CICERO, PER LIBEROS, TE ORO ET OBSECRO.

PER DEOS etiam plerumque rogabant. Cic. Epiſt. XIII. ad Brut. SVBVENI *igitur*, PER DEOS, *idque quamprimum*. Et Epiſt. XIIII. ad eundem. *Sed propera*, PER DEOS: *ſcis quantum ſit in temporibus, quantum in celeritate*. Item Epiſt. VI. lib. XVII. ad Attic. *Nonna*, PER DSOS, *expedi*. Auctor Rhetoric. ad Heren. lib. IIII. *Et tu*, PER DEOS, *inquit*, *hūc amplexare*. Terent. Andr. Act. V. Sc. I.

PER *ego te*, DEOS ORO, *vt ne illis animum inducas credere*.

Calliſtrat. in L. non intelligitur, D. de iu. fiſ. PERQVE DEVM, *vt faciatis*, ROGO. Eſt & apud Terent. Andr. Act. I. Sc. V. Obſecrationis formula huiuſmodi.

Quod ego, PER HANC TE DEXTRAM ORO, *&* GENIVM TVVM
PER TVAM FIDEM, PERQVE HVIVS SOLITVDINEM,
TE OBTESTOR, *ne abs te hanc ſegreges*.

Cicero etiam Atticum Epiſt. XX. lib. III. & Epiſt. XI. lib. & Epiſt. I. lib. VII. PER FORTVNAS, orat. Chariſius Soſipat. præpoſitionem, PER, nonnumquā accipi monens, pro eo quod ex noſtra voluntate iureiurando adfirmamus, aut negamus. Μὰ τοὺς θεοὺς, Νὴ τοὺς θεοὺς, ait, *Græci dicunt, quale eſt apud Virgil. Per ego has lacrymas dextrámque tuam te, per cōnubia noſtra, per inceptos hymenæos*, *vt ſit*, Νὴ τὸν γάμον, Νὴ τὸν ὑμέναιον. Donat. in Phormion. Sc. VII. ad hunc verſum, *Ignoſce, orat. Verba*, ait, *venalis ſtatus ſunt*, IGNOSCE, CONFITETVR. Ceterum in ſumma rerum deſperatione, dici ſolitum, ACTVM EST, ILICET, PERISTI, Idem Donat notat in Andr. Terēt. Act. II. Sc. I. Quæ verba vſurpat Parmeno Eun. Act. I. Sc. I. Sic & apud Plaut. Ciſtellar. Act. IIII. Sc. II. Haliſca ancilla.

Hic periit opinor: ILICET
ACTVM EST. ME INFELICEM, *& ſceleſtam*.

Exclamabant planè, quæ huiuſmodi anguſtiis premebantur, MISERAM ME. Horat. lib. I. Sermon. Sat. II. *Vel pallida, lecto*

Deſiliat mulier, MISERAM SE, *conſcia clamet*.

Apud Terent. Adelph. Act. III. Sc. IIII. Pamphila, MISERAM ME, *differor doloribus*. Similique modo apud eundē exclamāt, Myſis & Soſtrata Andr. Act. I. Sc. V. Heautont. Act. V. Sc. IIII. Adelph. Act. III. Sc. II. Sic etiam Propert. Eleg. XXI. lib. III.

ME MISERVM, *his aliquis rationem ſcribit auari*.

Seneca Declamat. IIII. lib. II. ME MISERVM PATER.

Interdū, & PERIMVS, dicebāt, vt Geta Terentianus Adelph. Act. III. Sc. II. ACTVM EST, PERIMVS. Et ita Ouidius, adulteræ mulieris ancillam, quam perſonā agere debeat præceptis formans & inſtruens, lib. III. de Arte aman.

Callida, ait, *proſiliat, dicátque ancilla*, PERIMVS.
Tu iuuenem trepidum quolibet abde loco.

Et ita apud Herodian. lib. I. Fadilla Commodi ſoror, ἡμεῖς δὲ, τὸ σὺν γένος, ὅσον οὐδέπω, ἀπολλύμεθα. Illa vero quæ pænè certorum verborum locum ſibi vindicant, ABSIT DICTO INVIDIA: FIDES PENES AVCTOREM ERIT: BENE HABET: SI DIIS PLACET, aliáque id genus quæ ſuppetunt, conſulto miſſa facio, ne exitus non ſit.

DECLAMATIONES planè, (quæ vt Quintilian. ait, erant forenſium actionum meditationes, & quibus ad pugnam forēſem velut præpilatis exerceri ſolebāt,) ſua certa & ſollēnia verba habebāt. Et is quidē qui priore loco dicebat CONTROVERSIAM EXPONERE, ſeu petere: qui verò reſpondebat, CONTRADICERE, dicebatur. Inde illa in Declamationum argumētis frequentia apud Senecā & Quintilianū, item apud Chir. Fortunat. lib. I. Rhetoricor. PETITVR, ſeu PETIT: & CONTRADICITVR, ſeu CONTRADICIT: quod poſtremum verbum apud Quintilianum, plerumque ſignificatur, his notis, C. D. Quintilian. lib. III. cap. II. *Inde libertas* DECLAMATORIBVS, *vt etiam ſecundo partis ſuæ loco narrare videantur. Nam quum pro petitore dicunt, &* EXPOSITIONE (*tanquam priores agant*) *vti ſolent, &* CONTRADICTIONE, *tanquam reſpondeant, idque fit rectè*. Agellius lib. IX. cap. XV. de quodam adoleſcente declamāte. EXPONIT *igitur tentamenti gratia* CONTROVERSIAM *parùm conſiſtentē*, ἄπορον *vocant*. Et mox: PETITVR *ad ſuppliciū ex ſententia trium iudicum, &* CONTRADICIT. Idē cap. XV. eiuſdē lib. de Plinio. *Refert etiā pleráſq; ſentētias, quas declinādis cōtrouerſiis lepide argutéq; dictas putat: ſicut hāc quoque ſententiā ponit ex huiuſcemodi controuerſia*.

controuerſia. Vir fortis præmio, quod optauerit, donetur. Qui fortiter fecerat, petiit alterius vxorem in matrimonium, & accepit. Is deinde, cui ea vxor fuerat, fortiter fecit: recepit eandem, CONTRADICITVR. Quò loci corruptè legi credo, *in declinãdis controuerſiis* pro, *declamandis*. Quod loquendi genus Seneca cor firmar, veluti Declamat. I. lib. I. *Alfius Flauius prætextatus apud Ceſtium* CONTROVERSIAS DECLAMABAT. Et Declamat. II. lib. II. *Ouidius Naſo apud Arelliũ Fuſcum magiſtrum ſuum,* HANC CONTROVERSIAM DECLAMABAT.

Ac ne de veterum Epiſtolis ſileamus, morem antiquis fuiſſe, primis Epiſtolarum verbis adiicere, SI VALES BENB EST, BGO VALEO, Plautus Perſa, Act. IIII. Sc. III. docet: eúmque morem vſque ad ſuam ſeruatum ætatem, Seneca Epiſt. XV. notat. Quod & Metelli, Vatinij, Caſſij; Lepidi, Treboniſque Epiſtolæ Ciceronianis Familiaribus inſertæ teſtantur. Cicero etiã hoc in Epiſt. VI. lib. XIII. & Epiſt. V. VIII. & XI. & aliâs paſſim lib. XIIII. item Epiſt. I. & II. Familiar. procœmio vſus eſt. Idque fuiſſe vetuſtarum literarum exordium, Plin. Epiſt. XI. lib. I. ita ſcribit. *At hoc ipſum ſcribe nihil eſſe quod ſcribas: vel ſolum illud, vnde incipere priores ſolebant,* SI VALES BENE EST, EGO VALEO. Symmach. Epiſt. XI. lib. II. *Sufficiat aliquando celebrandæ amicitiæ,* SI VALES, BENB EST. Idem Epiſt. XI. lib. III. & Epiſt. I. lib. V. RECTB VALBO. *Hoc enim ſcribendi debet eſſe principium, quod maximè expetiuit. At vota lecturi.* Idem Epiſt. XXIII. lib. IIII. *Nunc redeo ad* VERBA SOLLEMNIA, *quibus tibi ſalutationis officium de more perſoluens, mutuum munus expoſco.*

Mos etiam antiquus inualuit, Inſcriptionibus Epiſtolarum, eum ad quem ex mitterentur, SVVM appellare. Quem Titulum omnes Plinij Secundi Epiſtolæ præferunt. Et hoc Martialis ſentit lib. XIIII. Epigram. quod inſcribitur, *Chartæ Epiſtolares* cum ait.

Seu leuiter noto, ſeu caro miſſa ſodali,
Omnes iſta ſolet charta vocare, SVOS.

Liuius lib. XXIIII. *Fraudem Hippocrates addit, inclinatis ad omnem ſuſpicionem animis, & Cretenſium quibuſdam ad itinera inſidenda miſſis, velut interceptas literas, quas ipſe compoſuerat recitat.* PRR. SYRACVSANI, MARCELLO SVO S. *Secundum ſalutem,* VT ASSOLET *ſcripturus erat*. Plinius etiam ſenior, ea quam operi ſuo præfixit Epiſtola VESPASIANVM, SVVM appellat. Sic in L. Sempronius, D. de legat. II. SEMPRONIVS NEPOTI SVO SALVTEM. Et L. Licinius, D. eo. LICINIVS LVCVSTA PROCVLO SVO S. L. Quintus, D. depoſiti. CÆCILIVS CANDIDVS PACCIO ROGATIANO SVO S. & in L. vlt. §. vlt. D. manda. L. TITIVS CAIO SVO SALVTEM. L. Domitius, D. qui teſtam. fac. poſſ. DOMITIVS LABEO CELSO SVO S. Ruſúſque ibid. IVBENTIVS CELSVS LABEONI SVO S. Et in L. Plotiana, D. de iu. codicill. PLOTIANA CELSO SVO S. L. Atilicinus, D. de pact. dotal. ATILICINVS PROCVLO SVO S. Itẽ in L. Proculus, D. de iu. dot. PROCVLVS, NEPOTI SVO S. Et contrà in L. nepos, D. de verb. ſignific. NEPOS PROCVLO SVO SALVTEM. Aliarum etiam Epiſtolorum ſimiles formulæ referuntur in L. Lucius Titius & in L. vlt. D. de donationib. & in L. Saluius, D. de legat. præſt.

Fuit planè hoc commune & ſollemne earum Epiſtolarum, quæ ab Imperatoribus ſeu exercitus ducibus ad Senatum Populúmque Ro. mittebantur, exordium. SI VOS LIBBRIQVE VESTRI VALBTIS, BENE EST, EGO EXERCITVSQVE VALBMVS: vt ex Epiſt. XXXIII. lib. X. Familiar. patet, Xiphilinus in Hadriano. Πολλοὶ μέντοι ἐν τῷ πολέμῳ τούτῳ καὶ τῶν Ῥωμαίων ἀπώλοντο. διὸ καὶ ὁ Ἀδριανὸς γράφων πρὸς τὴν βουλήν, οὐκ ἐχρήσατο τῷ προοιμίῳ τῷ συνήθει τοῖς Αὐτοκράτορσιν, ὅ ἐστι (ſic enim lego) Εἰ αὐτοί τε καὶ οἱ παῖδες ὑμῶν ὑγιαίνετε, εὖ ἂν ἔχει. ἐγὼ καὶ τὰ στρατεύματα ὑγιαίνομεν. Hoc ſignificant hæ notæ, S. V. L. Q. V. V. B. E. E. Q. V. in Epiſt. Pub. Lẽtuli, quæ eſt XV. lib. XII. Famil. Qui verò ad Imperatores ſcribebãt ita ordiebãtur. SI TV EXERCITVSQVB VALETIS, BBNE EST. Vt ex Epiſt. VII. lib. V. Famil. cõprobatur. Idémq; procemiũ etiã vſurpatũ ab Imperatoribus cũ ad exteras nationes ſcriberent, Ioſephus lib. XIIII. Antiq. Iudaic. cap. XVII. docet vbi Epiſtola quædam C. Iulij Cæſaris ponitur, cuius eſt initium. Γαῖος Ἰούλιος Καῖσαρ Αὐ-

τοκράτωρ καὶ Ἀρχιερεύς, Δικτάτωρ τὸ δεύτερον, Σιδωνίων ἄρχουσι βουλῇ δήμῳ χαίρειν, εἰ ἔρρωσθε εὖ ἂν ἔχοι, κἀγὼ δ' ἔρρωμαι σὺν τῷ στρατοπέδῳ. Et rurſus eiuſdem lib. cap. XXII. M. Antonij Epiſtola refertur in hæc verba. Μάρκος Ἀντώνιος Αὐτοκράτωρ, Ὑρκανῷ ἀρχιερεῖ καὶ ἐθνάρχῃ τῶν Ἰουδαίων χαίρειν. Εἰ ἔρρωσθε εὖ ἂν ἔχοι. ἔρρωμαι δὲ καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ στρατεύματος.

Itaque videndum eſt ne mendum ſit in his notis apud Hircium ſiue Oppium lib. de bello Hiſpanien. in quo ita eſt. *Item hoc die literæ ſunt deprehenſæ, quas mittebat Saonem Cn. Pōpeius* S.V.G.E.V. fortè enim melius ita ſcriberetur, *Quas mittebat Saonē Cn.* POMP. S.V.B.E. E.V. Primus autem Iulius Cæſar Epiſtolas ad Senatum ad paginas & formam memorialis libelli conuertiſſe fertur, cùm antea Coſs. & Duces non niſi trāſuerſa charta mitterent, auctore Sueton. in Iulio cap. LVI. Erant & peculiares quædam Epiſtolarum quæ ad principes ſcribebātur formulæ. Alexāder certè Seuerus, vt Lamprid. in libro de eius vita, ſcribit, DOMINVM ſe appellari vetuit. Epiſtolas ad ſe, quaſi ad priuatū, ſcribi iuſſit, ſeruato tantùm nomine IMPERATORIS. Equidē ſi hariolari licet, in ſuſpicionem adducor, huiuſmodi Epiſtolarum ſubſcriptionibus, bonas preces aut vota pro Impp. ſalute adiici conſueuiſſe. Moueor collatione locorum Suetonij & Dionis. Nam quod ille in Tiber. cap. XXXII. ait, *Cùm Rhodiorum Magiſtratus, quòd* LITERAS PVBLICAS SINE SVBSCRIPTIONE *ad ſe dederant, euocaſſet, ne verbo quidem inſectatus, ac tantum modo iuſſos* SVBSCRIBERE, *remiſit*: hic Græcè ita lib. LVII. expreſſit. Ἐπειδή ποτε οἱ Ῥοδίων ἄρχοντες, ἐπιστείλαντές τι αὐτῷ, οὐκ εὐχὰς αὐτῷ ποιούμενοι, μετεπέμψατο μὲν σπουδῇ, ὡς χαλεπόν τι δράσων, &c. ὑπογράψαντας τὸ ἐνδεῖον, ἀπέπεμψε. Idem Sueton. in Tiber. cap. XXI. ex fine Epiſtolæ cuiuſdam Auguſti ad Tiberium hæc adfert: DEOS OBSECRO, VT TE NOBIS CONSERVENT, ET VALERE NVNC, ET SEMPER PATIANTVR, SI NON POPVLVM RO. PEROSI SVNT. Vnius vtique Plinij ad Traianum Epiſtolæ, quæ lib. X. prima eſt, & gratulationem ob Imperium continet, finis hic eſt, FORTEM TE, ET HILAREM IMPERATOR OPTIME, ET PRIVATIM ET PVBLICE OPTO. Epiſtolarum vero ad Imperatores, & Imperatorum rurſus ad Præfectos & Præſides exempla extant lib. X. Epiſtolar. Plinij, & apud Capitolin. in M. Antonino Philoſ. & in Clodio Albino, & in Gordianis, & in Maximo & Balbino, Treb. Pollio. in Claudio, Vopiſco in Aureliano, Probo, & Caro. Atque vt Epiſtolarum principiis ſalutem adſcribere moris erat, ita & eas publico ac cōmuni verbo, VALE claudebant. Quod quia notius eſt quàm vt exemplis firmari debeat, vnum Ouidium teſtem citabo qui lib. V. Triſt. Eleg. XIII.

Accipe, ait, QVO SEMPER FINITVR EPISTOLA, VERBO,
Atque meis diſtent, vt tua fata, VALE.

Acontius ad Cydipp.

Longior infirmum ne laſſet Epiſtola corpus,
Clauſáque CONSVETO *ſit tibi* FINE, VALE.

Epiſtola tamen quam Q. Catulo ſcripſiſſe Catilinam Saluſt. in bello Catilinar. refert, non vulgari verbo VALE, ſed HAVETO clauditur. Ad epiſtolas autem omnes, horarū quoque momēta, necdiei modo, ſed & noctis, quibus daræ ſignificarētur, addidiſſe Auguſtū, Sueton. in lib. de eius vita cap. L. memorat, contrà Commodum in ſcribendo ita tardū & negligentē fuiſſe Lamprid. auctor eſt, vt in Epiſtolis plurimis, tantū VALE ſcriberet.

Sane per Epiſtolas etiam interdum Amicitiam renuntiabant, vt Tacit. lib. II. de Germanico loquens, oſtendit his verbis, *Componit* EPISTOLAS, *quibus*, AMICITIAM EI RENVNTIABAT. Quod & Sueton. ita refert in Calig. cap. III. *Ac ne tunc quidem vltra progreſſus, quàm vt &* AMICITIAM EI MORE MAIORVM RENVNCIARET. Ac planè inimicitiis ex offenſione aliqua ſuſceptis, cum iis quibuſcum vetus vſus intercedebat, vel amicitia contracta erat, ſolebant diſertis & apertis verbis Amicitiam renuntiare: idque & publicè & priuatim obſeruabatur. Legatos namque ad Perſem Macedonum Regem, ad amicitiam renuntiandam à S. P. Q. R. miſſos, Liuius lib. XLII. narrat. Tacit. lib. V. *Sed Cæſar miſſis ad Senatum litteris, diſſeruit, Morem fuiſſe maioribus, quoties* DIRIMERENT AMICITIAS, INTERDICERE DOMO, *eúmque finem gratiæ ponere*. Eodémque modo Hoſpitium quoque Renuntiatum, Cic. lib. III. in Verrem docet.

Priuatorum

Priuatorum etiam colloquiorũ familiariúmque ſermonum formulis aliquid peculiaris operæ impendamus. Vulgo quidem ſalus dicebatur, hoc verbo. AVE. Cælius Epiſt. XVI. lib. VIII. Famil. quæ eadẽ inſerta eſt lib. X. Epiſt. ad Attic. *Ac ſimulátque*, AVE, *mihi dixit*. Iul. Capitolin. in Anto. Pio. *Cùm Sacerdos femina Trallis, ex more, Procoſſ. ſemper hoc nomine ſalutaret, non dixit*, HAVE PROCONSVL, *ſed*, HAVE IMPERATOR. Seneca lib. VI. de Beneficiis cap. XXIIII. de his agens, qui ſalutandi cauſa in ordinem digerebantur. *Hinc peruenire vſque ad diſtringendam libertatem licet, cuius vulgare & publicum verbum, & promiſcuum ignotis*, HAVE, *non niſi per ordinem emittitur*. Et in procemio lib. X. Controuerſiar. *Pacatus rhetor cum illi* (ſcilicet Oſco) *Maſſilia mane occurriſſet, ſchemate illum ſalutauit, Poteram, inquit, dicere*, HAVE OSCE. Quintilian. lib. I. cap. X. *Multum eſt literatus, qui ſine aſpiratione, & producta ſyllaba, ſalutauit*, AVETE. Macrob. lib. II. Saturnal. cap. IIII. de Auguſto loquens. *Sublimis Actiaca victoria reuertebatur: occurrit ei, inter gratulantes, coruum tenens, quem inſtituerat hoc dicere*, HAVE CÆSAR VICTOR. *Miratus Cæſar tam officioſam auem, XX. milibus nummûm emit: Socius opificis ad quem nihil ex illa liberalitate peruenerat, adfirmauit Cæſari habere illum, & alium coruum, quem vt adferre cogeretur, rogauit. Adlatus, verba quæ didicerat expreſſit*: HAVE VICTOR IMPERATOR ANTONI. Sueton. in Claud. cap. XX. *Sed cum proclamantibus naumachiariis*, AVE IMPERATOR, MORITVRI TE SALVTANT, *reſpondiſſet*, AVETE VOS. Iul. Obſequens lib. de Prodig. *Amiterni cum ex ancilla puer naſceretur*, AVE, *dixit*. Idem & ex Martiali Epigramm. LXIX. lib. I. & Epigramm. V. & XCIII. lib. III. & Epigramm. VIII. lib. IX. patet.

Quinetiam quemadmodum in principum noſtrorum reſcriptis, iis ad quos ea diriguntur, ſalutem adſcribi moris eſt, ita in pleriſque Codicis Theodoſiani reſcriptis, ſalute hac, HAVE CARISSIME NOBIS, Imperatores, eos ad quos ſcribunt impertiunt, vt lib. III. comprobauimus.

Interdum etiam dicebant, SALVE, vt in Hecyra Terent. Act. I. Sc. II.

P. SALVE MECASTOR PARMENO. *Pa*. ET TV ÆDEPOL, SYRA.

Vbi Donatus notat, olim, ſalutantes addidiſſe Iuſiurandum, vt ſedulo hoc facere viderentur. Quod & Plautus comprobat Trinum. Act. I. Sc. II. vbi Megaronides ita Calliclem reſalutat,

ET ITA ÆDEPOL SALVE CALLICLES.

Aliâs in Comœdiis Plauti & Terentij, ſalus dicitur his verbis, SALVE, & SALVERE IVBEO. Nonnunquam verò in iiſdem Comœdiis ita ſalutant, SALVVS SIS. Qua voce ſalutem quandoque redditam ſignificare videtur Lucianus cùm in Apolog. περὶ τοῦ ἐν τῇ προσαγορ. πταισ. ait. Ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς αὐτοί, εἶπ κἀγὼ τῆς Ῥωμαίων φωνῆς ἐπαΐω, τοὺς προσαγορεύοντας ἀντιδεξιούμενοι, τῷ τῆς ὑγιείας ὀνόματι πολλάκις ἀμείβεσθε.

Erat autem Salutationis Matutinæ propria vox illa, AVE, Martialis Epigram. LVI. lib. I.

Et MATVTINVM *portat ineptus* AVE.

Idem Epigram. LXXIX. lib. IIII.

Diſcurris tota vagus vrbe, nec vlla cathedra eſt,
Cui non MANE *feras irrequietus*, AVE.

Idem Epigram. XXXVIII. lib. VII.

Diſcurſus varios vagúmque, MANE,
Et faſtus, & AVE *potentiorum,*
Cum perferre patique iam negaret.

Plutarch. in lib. de Garrulitate. Ἐλθόντος οὖν, ait, ἕωθεν, ὡς εἰώθει, τοῦ Φουλβίου πρὸς αὐτὸν καὶ εἰπόντος χαῖρε Καῖσαρ, ὑγίαινε εἶπε Φύλβιε. Proinde Xiphilinus in Hadriano, hoc ἑωθινὸν πρόσρημα vocat, & Lucianus, τὸ ἑωθινὸν χαῖρε, in Dialogo qui Φιλοπάτρις inſcribitur. Nam Latino AVE, Græcum χαῖρε reſpõdere, idem Lucianus demonſtrat in Apolog. errati commiſſi in ſalutatione. Martial. Epigram. LII. lib. V.

Exprimere Rufe, fidiculæ licet cogant,
AVE *Latinum*, χαῖρε *non potes Græcum.*

Heliogabalum planè ita ſalutatum, Κύριε Αὐτοκράτωρ χαῖρε, Xiphilinus in eius vita refert: cúmque ita ſalutanti reſpondiſſe, Μή με λέγε Κύριον, Ἐγὼ γὰρ Κυρία εἰμί. Alexãder vtique Seuerus, quemadmodum Lampridius auctor eſt, ſalutabatur nomine hoc, AVE ALEXANDER. Atque illam Domini appellationem vt maledictum & opprobrium Auguſtus ſemper exhorruit, DOMINVMQVE appellari ſe, ne à liberis quidem aut nepotibus ſuis, vel ſeriò vel iocò paſſus eſt, atque huiuſmodi blanditias etiam inter ipſos prohibuit, quemadmodum Sueton. in Auguſto cap. LIII. ſcribit. Tiberius quoque vt idem in Tiber. cap. XXVII. narrat, DOMINVS appellatus à quodam, denuntiauit ne ſe amplius contumeliæ cauſa nominaret. Contrà Domitianus hanc appellationem lubẽs excepit. Quin & Dei ſibi numen vindicauit: Nam vt Sueton. in eius vita cap. XIII. ſcribit: *Cum is procuratorum ſuorum nomine*, FORMALEM *dictaret* EPISTOLAM, *ſic cœpit*. DOMINVS ET DEVS NOSTER SIC FIERI IVBET. *Vnde inſtitutum poſthac, vt ne ſcripto quidem ac ſermone cuiuſquam appellaretur aliter*. Quin & Martialis ei ſæpe hoc nomine blanditur, TERRARVMQVE INSVPER DOMINVM ſæpe vocat: Veluti Epigram. I. IIII. & VII. lib. VII. II. & LXXXI. lib. VIII. & Epigram. LXVIII. & CIIII. lib. IX. & Epigram. lib. II. lib. VIII.

TERRARVM DOMINO, DEOQVE RERVM.

Poſtea etiam eo res rediit, vt paſſim quiſque Dominus appellaretur. Obuios enim, ſi nomen non ſuccurreret, Dominos ſalutabant, quemadmodum Seneca Epiſt. III. notat. Erátque vulgaris hæc Romæ appellatio. Martial. Epigram. CXIII. lib. I.

Cum te non noſſem, DOMINVM, REGEMQVE VOCABAM.

Idem Epigram. LVIII. lib. V.

Cum VOCO TE DOMINVM, *nolo tibi Cinna placere,*
Sæpe etiam ſeruum ſic reſaluto meum.

Et Epigram. X. lib. X.

Qui me reſpiciat, DOMINVM REGEMQVE VOCABO.

Ouid. lib. III. Amor. Eleg. VI.

Et mihi blanditias dixit, DOMINVMQVE VOCAVIT.
Et quæ præterea publica verba iuuant.

Sic & Neſennius Apollinaris Iulium Paulum conſulens in L. Neſennius, D. ad L. Falcid. Dominum vocat.

Inde feſtiuus ille iocus in Epigrammate Græco.

Οὐκ ἐθέλω Δόμινε, οὐ γὰρ ἔχω Δόμινα.

Obuios autem ſibi ignotos ita ſæpè compellabant. QVISQVIS ES.

Virgilius lib. I. Æneid. Venus Æneæ.

QVISQVIS ES HAVD, CREDO, INVISVS COELESTIBVS, AVRAS VITALES CARPIS. Et lib. II. Priamus Sinoni,
QVISQVIS ES *amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios.*

Idem lib. VI.

Sic prior aggreditur dictis, atque increpat vltro:
QVISQVIS ES, *armatus qui noſtra ad flumina tendis,*
Fare age quid venias, iam iſtinc & comprime greſſum.

Ouid. lib. II. Metamorphoſ.

Hunc timuit blandáque manu ſeduxit, & illi;
QVISQVIS ES, HOSPES, *ait,*

Et lib. III.

QVISQVIS ES, *huc exi, quid me puer improbe fallis.*

Et lib. XI.

Et tanquam ignoto lacrymas daret, heu miſer, inquit,
QVISQVIS ES, *& ſi qua eſt coniux tibi.*

Et lib. XII.

QVISQVIS ES, *ô iuuenis, dixit, ſolamen habeto*
Mortis.

In

Enjmuerò, poſt datam & acceptam ſalutem, trita ac peruagata erat hæc interrogatio, QVID AGIS? Plaut. Curculio. Act. II. Sc. I. *O ſcelerum caput.*

SALVE, QVID AGIS? *C. Viuo.*

Idem Trinumo Act. I. Sc. I. *M. Et ita* ÆDEPOL SALVE CALLICLES,

Valen', valuiſti? C. *Valeo & valui rectius* M. QVID AGIT
TVA VXOR? VT VALET?

Et Aulular. Act. I. Sc. II.

Rogitant me vt valeam, QVID AGAM, QVID RERVM GERAM.

Horatius lib. I. Sermo. Saty. IX.

Occurrit quidam notus mihi nomine tantùm,
Acceptáque manu, QVID AGIS *dulciſſimè rerum?*
SVAVITER VT NVNC EST, *inquam, & cupio omnia quæ vis.*

Ouid. in Epiſt. Hypſiphiles ad Iaſonem.

Nuper ab Æmonijs hoſpes mihi Theſſalus oris
Venerat, & tactum vix bene limen erat.
ÆSONIDES, *dixi*, QVID AGIT MEVS?

Idem Epiſt. XX. Heroid.

Ante foras ſedet hæc, QVID AGAMQVE, *rogantibus.*

Idem lib. III. Triſt. Eleg. V.

Si tamen interea, QVID *in his ego perditus oris*
(Quod te credibile eſt quærere) quæris AGAM.

Et lib. V. eiuſdem argumenti Eleg. VIII.

Scilicet vt ſemper QVID AGAM *chariſſimè quæris*
Quamvis hoc me vel ſcire tacente potes.

Et lib. I. de Ponto Eleg. IX.

Neue roga, QVID AGAM, *ſi perſequar omnia flebis.*

Et lib. II. Eleg. VII.

Proxima ſubſequitur, QVID AGAS, *àudire voluntas,*
Et modo QVIDQVID AGAS, *ſit tibi cura mei.*

Et lib. IIII. Eleg. V.

Quidque, parens EGO *veſter,* AGAM, *fortaſſe requiret.*

Hoc idem confirmat Cicero. in Oratio. pro CN. Plancio, *Idem*, inquit, *Tribuno plebis potentiſſimo homini M. Druſo ſed multa in Rempub. molienti, cùm ille eum ſalutaſſet, vt fit, dixiſſétque,* QVID AGIS, GRANI? *reſpõdit:* IMMO VERO TV DRVSE QVID AGIS? Idem Epiſt. XXIII. lib. IX. Familiar. QVÆSISSEMQVE, QVID AGERES, *dixit te in lecto eſſe.* Seneca Epiſt. LI. lib. II. *Epiſtolam tuam accepi poſt multos menſes quam miſera. Superuacuum itaque putaui, ab eo qui afferebat,* QVID AGERES, *quærere.* Idem Epiſt. XXXII. lib. IIII. *Inquiro in te & ab omnib. ſuſcitor, qui ex iſta regione veniunt* QVID AGAS, VBI ET CVM QVIBVS MORERIS. Plin. Epiſt. XX. lib. III. *Et* HERCVLE, *quouſq; illa vulgaria?* EGO, QVID AGIS? ET QVID COMMODE VALES? Plutarch. in Bruto. Τῶν ἐμῶν εἰσιόντων ἀπ' ἀγορᾶς, ἕκαστον ἀνέκρινεν, Ὅτι Πράττοι Βροῦτος Macrob. lib. II. Saturnal. cap. II. *Poſt Mutinenſem fugam; quærentibus,* QVID AGERET ANTONIVS. Arrian. lib. I. Epicteti. Εἶδες αὖ πῶς αὐτὸν ἐτίμα ὁ Ἐπαφρόδιτος, Τί πράσσεις φιλικίων ὁ ἀγαθός, φιλῶ σε εἶτα εἴ τις ἡμῶν ἐπύθετο Τί ποιεῖ αὐτός, ἐλέγετο ὅτι μετὰ Φηλικίωνος βουλεύεται περί τινος.

Extat elegans Martialis luſus Epigram. LXVII. lib. I. in quendam crebritate huius interrogationis ſibi moleſtum.

Occurris, ait, *quocumque loco mihi, Poſthume, clamas*
Protinus, & prima eſt hæc tua vox, QVID AGIS?
Hoc, ſi me decies vna conueneris hora,
Dicis, habes, puto, tu Poſthume, nil quod agas.

Peregre verò redeuntibus, vel alicunde aduenientibus, familiaris erat hæc interrogatio, SATIN SALVE? Liuius lib. I. ab. V. C. de Collatino & Lucretia agens, *Quærentique viro,* SATIN SALVE? MINIME, *inquit.* Idem lib. VI. *Confuſam eam ex recenti morſu animi,*

cum pater fortè vidiſſet, percunctatus, SATIN SALVE? Et lib. X. *Vix enim ſalute mutua reddita, cùm obuiam egreſſus eſſet* SATIN SALVE, *inquit*, VOLVMNI? VT SE RES IN SAMNIO HABENT? Et lib. XL. *Cum pater*, SATIN SALVE? *&* QVÆNAM EA MOLESTIA ESSET, *interrogaret eum*. Plaut. Trinumo Act. v. Sc. vlt. SATISNE SALVE? (ſic enim emenda) *dic mihi.*

Terentius Eunucho Act. v. Sc. VI.

Quid eſt? quid trepidas? SATISNE SALVE?

DIC MIHI. Vbi Donatus, SALVE, interpretatur, *integrè, rectè commodè*, citatque illum Plauti locum, & alium Saluſtij in hæc verba. *Inde ortus ſermo percunctantibus vtrinque*, SATIN SALVE, *quam grati ducibus ſuis quantis familiaribus copijs agerentur.* Auſonius in Gratiarum Actio. *Legionibus vniuerſis, vt in communi morte euenit, ſi quid aduerſi acciderat, vidi te circumire tentoria*, SATIN SALVE *quærere, tractare vulnera ſociorum.* Liuius lib. III. de Cincinnato loquens, *Admiratus*, ait, *rogitanſque* SATIN SALVA ESSENT OMNIA. Apul. Apolog. I. THALLVS PVER VBI SIT, ET QVAM SALVE AGAT, *interrogat.*

Eodémque ſenſu quandoque ita rogabant, RECTE NE OMNIA? Quintilian. lib. VI. cap IIII. *vt Cicero*, ait, *audita falſa Vatinij morte, cum Ouiniũ libertum eius interrogaſſet*, RECTENE OMNIA? *dicenti*, RECTE, *Mortuus eſt, inquit*, Plinius Epiſt. XVII. lib. III. RECTENE OMNIA, *quod iampridem epiſtolæ tuæ ceſſant*, ANNON OMNIA RECTE? Idem Epiſt. II. lib. VI. *Nunc reſpiciamus domos noſtras.* ECQVID OMNIA IN TVA RECTE? IN MEA NOVI NIHIL. Sed & Donat. in Phormio. Terent. Act. II. Sc. I. vulgo dici ſolitum refert, OMNIA RECTE? quod antiqui dicebant, SATIN EX SENTENTIA? Apud eundem Terent. Adelph. Act. v. Sc. v. Demeæ dicenti, *Syre noſter, Salue.* QVID FIT, QVID AGITVR? Syrus reſpondet, RECTE: Qua voce Donatus bene eum reſpondiſſe adnotat. *Hæ enim*, ait, *interrogationes, de ſalute, atque incolumitate eius ſunt, qui interrogatur.*

Hac eadem voce, RECTE, reſpondebatur plerumque, quærentibus, NVNQVID VIS? vt apparet ex Terent. Eun. Act. II. Sc. III. & notatis à Donato in Adelph. Act. III. Sc. III. Quinetiam cum ſine iniuria interroganti ſi aliquid reticebant, dicebant, RECTE, vt idem Donatus admonet in Hecyr. Act. III. Sc. II.

Quandoque etiam ita percontabantur, QVID NOVI? Cic. de clar. Oratorib. *Quos poſtquam ſalutaui, quid vos, inquam, Brute & Attice, nunc?* QVID TANDEM NOVI? NIHIL SANE, *inquit Brutus.* Idem lib. II. de Orato. *Qui cum inter ſe, vt ipſorum vſus ferebat, amiciſſimè conſalutaſſent, quid vos tandem, Craſſus*, NVNQVIDNAM, *inquit*, NOVI? NIHIL SANE, *inquit Catulus.* Plin. Epiſt. XIIII. lib. III. *Verum hæc hactenus.* QVID PRÆTEREA NOVI? *Quid?* NIHIL? *alioquin ſubiungerem.* Eaſdem voces ſæpe in ore curioſis & no[illegible]itatum auidis fuiſſe Plutarch. in lib. περὶ πολυπραγμοσύνης tradit.

Præterea diſcedentes vulgo ita rogabant, NVMQVID VIS? Terentius Hecyr. Act. III. Sc. II.

NVNQVID VIS?

Nam eſt quod me tranſire ad forum iam oportet.

Vbi Donat. NVMQVID VIS; *diſcedentis verbum eſt.* Horatius lib. I. Sermo. Sat. IX.

Cum adſectaretur, NVMQVID VIS? *occupo.*

Liuius lib. VI. *Frequentia quoque proſequentium Conſulem, rogantiumque*; NVMQVID VELLET. Plaut. Aulular. Act. I. Sc. penult.

Ibi igitur parabo: NVMQVID ME VIS?

Cicero Epiſt. ad Brutum *Me è Panſæ villa*, NVMQVID VELLEM, *rogaſſet.* Idem Epiſt. II. lib. II. Epiſt. ad Qu. fratrem. *Me enim adhuc nemo rogauit*, NVMQVID IN SARDINIAM VELLEM. *Te puto ſæpe habere & ſi non ſemper, qui*, NVMQVID ROMAM VELIS, *quærunt.* Idem lib. III. earundem Epiſtol. *Hippodamuſne numquidem*; QVID VELLEM, *rogauit.* Terentius Eun. Act. II. Sc. III.

Dum hæc dicit, abijt hora. Rogo, NVMQVID VELIT. Vbi Donat. *hoc eſt, ſignifico me abire.*

abire. *Nam abituri, ne id durè facerent,* NVMQVID VIS? *dicebant his quibuſcum conſtitiſſent. Quid eſt ergo,* ROGO NVMQVID VELIT? *hoc eſt,* DICO QVOD ABEVNTES SOLENT. Proinde cum Syius à Demea diſcedens apud eundem Adelph. Act. III. Sc. III. rogat, NVMQVID VIS? Et Demea reſpondet, MENTEM VOBIS MELIOREM DARI, Donatus, πρὸς τὸ, vis, Demeam agreſti feritate reſpondere notat. Nam reſpondendum erat, RECTE, aut VALEAS. Verum Demea ne vel abiens blandus eſſet, pro ſalutationibus ipſis, amara ſuponit.

Eiuſdem generis ſunt hæc, NVMQVID AD FORVM MANDAS? apud Macrob. lib. II. Saturnal. cap. V. Item, QVID REI EST? Liuius lib. III. *Datum negotium eſt Conſulibus, vt principibus coloniæ Romam excitis, quærerent,* QVIDNAM REI ESSET. Et alio eiuſdem lib. loco *Quærentibus,* QVID REI ESSET, *flens diu vocem non miſit.* Rurſuſque ibidem. *Inde in templum ad Tribunos venit:* QVID HOC REI EST, *inquit,* TRIBVNI?

Interdum interrogabant, QVID VENIS? vt ex Plauti Trinum. Act. I. Sc. II. patet. Idem Pœnulo Act. V. Sc. II. *Adi atque appella,* QVID VELIT, QVID VENERIT.

QVI SIT, QVOIATIS, VNDE SIT, *ne parſeris.*

Ouid. lib. IIII. de Ponto Eleg. IIII.

Si quis, vt in populo, QVI SITIS, ET VNDE, *requirat.*

Ex cottidianis etiam & domeſticis ſermonibus erant hæc, DATE AQVAM MANIBVS, APPONITE MENSAM, quorum auctorem idoneum habemus Plautum, Perſa Act. V. Sc. I. & Trucul. Act. II. Sc. I. Item, FERTE AQVAM PEDIBVS, apud eundem Plautum Perſa Act. V. Sc. II. Sunt & familiares multæ loquutiones apud auctorem Rhetoricor. ad Herenn. lib. IIII. & Horat. lib. I. Sermo. Sat. IX. & in fine Gloſſarij. Voces quoque lauantium in balneo perſtringit Arrian. Epicteti lib. III. cap. XXVI. ſicut & Lucian. in Nigrino, voces ſeruorum qui dominos in balnea præcedebant. Sed & Ludorum puerilium verba hæc, PAR AN IMPAR, legimus apud Horat. lib. II. Sermo. Sat. III. & Ouid. de Nuce. Item NAVIM, AN CAPVT, iactato Aſſe, dici conſueuiſſe Macrob. lib. I. Saturnal. cap. III. teſtis eſt his verbis. *Cùm primus quoque æra ſignaret, ſeruauit & in hoc Saturni reuerentiam, vt quoniam ille naui fuerat auectus, ex vna quidem parte ſui capitis effigies, ex altera verò nauis exprimeretur: quo Saturni memoriam etiam in poſteros propagaret. Æs ita fuiſſe ſignatum hodiéque intelligitur in aleæ luſu: cùm pueri denarios in ſublime iactantes,* CAPITA AVT NAVIM, *luſu teſte vetuſtatis,* EXCLAMANT. Aurelius victor in Origine gentis Ro. de eodem Iano. *Iuſtum etiam vſum ſignandi æris, ac monetæ in formam incutiendæ oſtendiſſe traditur: in qua ab vna parte caput eius imprimeretur: altera nauis, qua vectus illo erat. Vnde hodiéque aleatores poſito numo opertóque, optionem conluſoribus ponunt enunciandi quid putent ſubeſſe,* CAPVT, AVT NAVEM. Nauis planè effigiem fuiſſe in Aſſe, Ratis verò, in Quadrante & Triente, Feſt. Pomp. in voce, *Ratitum* tradit. Quod & Ouid. lib. I. Faſtor ſignificat cum ait.

Hinc bona poſteritas PVPPIM FORMAVIT IN ÆRE,
Hoſpitis aduentum teſtificata Dei.

Pueros etiam in ludis dixiſſe, REX ERIS, SI RECTE FACIES, Horat. Epiſt. I. lib. I. refert.

Atque vt aduenientes, AVE, ſeu SALVE, ſic abeuntes & recedentes, VALE dicebant, vt ex Sueton. in Auguſt. cap. LIII. Ouidio lib. V. Triſt. Eleg. III. & lib. III. Eleg. XIII. Martiali Epigr. VIII. lib. IX. Auſonio, Epiſtola ad Paulinum, & Sidonio Apollin. Epiſt. X. lib. IX. & in carmine propemptico apparet. Præterea, vt ſalutatio matutina erat AVE, ita & veſpertina, VALE. Galbam certè Suetonius lib. quem de eius vita compoſuit, cap. IIII. veterem ciuitatis exoletumque morem, ac tantùm in domo ſua hætenrem, obſtinatiſſime retinuiſſe, narrat, vt liberti, ſeruique, bis die frequentes adeſſent, ac mane, SALVERE, veſpere, VALERE, ſibi ſinguli dicerent. Poſt cœnam etiam dictum VALE idem aperte oſtendit in Tiber. cap. LXXII. Macrob. lib. II. Saturnal. cap. III. de Auguſto. *Exceptus a quodam cœna ſatis parca & quaſi cottidiana: nam penè nulli ſe*

inuitanti negabat) poſt epulum igitur inops ac ſine vllo apparatu diſcedens, VALE *dicenti, hoc tantum muſſurrauit*, NON PVTABAM ME TIBI TAM FAMILIAREM. Sed & Lucianus cum in matutina ſalutatione, non χαῖρε, quo Latinum AVE exprimitur, ſed ὑγίαινε, quod ſignificat VALE, imprudens dixiſſet, & ex eo deriſus eſſet, Apologia quæ inter eius ſcripta extat, purgandum ſibi eſſe hunc linguæ potius, quam mentis, lapſum & errorem duxit. Cornelium quoque Frontonem Xiphilinus in Hadriano narrat, à cœna domum redeuntem, cum accepiſſet à quodam, cui ſe adfuturum recepetat, Hadrianum ius bene mane dicere, veſte cænatoria qua indutus erat, ad eius Tribunal acceſſiſſe, ſalutemque ei, non quidem matutina ſalutatione, HAVE, ſed veſpertina, VALE, dixiſſe. Verba eius de hac re ſunt hæc. Κορνήλιος Φρόντων ὁ τὰ πρῶτα τῶν τότε Ῥωμαίων ἐν δίκαις φερόμενος, ἑσπέρας ποτὲ βαθείας, ἀπὸ δείπνου, οἴκαδε ἐπανιὼν, καὶ μαθὼν παρά τινος, ᾧ συνηγορήσειν ὑπέσχετο, δικάζειν αὐτὸν, εἴ τι τῇ στολῇ τῇ δειπνίτιδι· ὥσπερ εἶχεν, ἐς τὸ δικαστήριον αὐτοῦ ἐσῆλθε, καὶ ἠσπάσατο, οὔτι γε τῷ ἑωθινῷ προσρήματι, τῷ, Χαῖρε, ἀλλὰ τῷ ἑσπερινῷ, τῷ, Ὑγίαινε, χρησάμενος. Fuluium etiam ſenatorem, qui arcanum aliquod ſibi ab Auguſto creditum & commiſſum, vxori temerè effutierat, cùm manè Auguſtũ ſalutans, dixiſſet, Χαῖρε Καῖσαρ, Auguſtum reſpondiſſe, Ὑγίαινε Φούλβιε, Plutarch. in lib. de Garrulitate refert.

Sed & mortuis, VALE dicebant. Seruius in lib. XI. Æneid. ad eum verſum

Sic ô, ſic poſitum affati, diſcedite, corpus.

Senſus talis eſt, præſtate vos mihi funebre ſolatium, id eſt, affamini me, vt dici ſolet mortuis, VALE, VALE, VALE. Apud eundem Virgil. lib. XI. Pallantem mortuum Æneas ita affatur,

SALVE ÆTERNVM *mihi maxime Palla.*

ÆTERNVMQVE VALE. Vbi Seruius. *De quibus verbis, Varro in Logiſtoricis, ait, ideo mortuis*, SALVE, ET VALE *dici, non quod valere, aut ſalui eſſe poſſint, ſed quod ab ijs recedimus eos numquam viſuri. Hinc ortum eſt, vt etiam maledicti ſignificationem interdum vale obtineat: vt Terentius, valeant qui inter nos diſſidium volunt, hoc eſt, ita à nobis diſcedant, vt nunquam ad noſtrum reuertantur aſpectum. Ergo cùm mortuo dicitur*, VALE, *non ethymologia conſideranda eſt, ſed conſuetudo, quod nullis* VALE, *dicimus niſi à quibus recedamus*. Quod totidem prope verbis idem Seruius in lib. V. Æneid. tradit, ad hæc verba,

SALVE SANCTE PARENS, *iterum* SALVETE *recepti*
Ne quidquam cineres, animæque vmbræque paternæ.

Ouid. lib. VI. Metamorphoſ.

SVPREMVMQVE VALE, *pleno ſingultibus ore*
Dixiſſet. Et lib. VII.
Mutua, dum licuit, reddebant dicta, VALEQVE,
Coniuncti dixere ſimul.

Et lib. X.

SVPREMVMQVE VALE, *quod iam vix auribus ille*
Acciperet, dixit.

Idem lib. IIII. faſtor.

Oſculáque applicuit poſito ſuprema feretro:
Atque ait, INVITO FRATER ADEMPTE VALE.

Donat. in Andr. Terent. Act. IIII. Sc. II. VALEANT, *hoc eſt, abeant, recedant: quia & diſcedentibus mortuis*, VALE DICITVR, *vt Virgilius. Salue æternum*, & cet. Hinc & in Titulis monumentorum non rarò, VALE, adſcribitur. Seruius in lib. III. Æneid. ad hæc verba,

Et magna ſupremum voce ciemus,

Eſt autem hoc loco, quod dicimus more ſollemni, id eſt, tertio, VALE: NOS TE ORDINE QVO NATVRA PERMISERIT, CVNCTI SEQVEMVR. *Quidã dicunt eorum mortuorum nomina ter vocari, qui in aliena terra dimittuntur. Vt in* VI. *Aeneid. Ter magna manes ter voce vocaui*. Et ita in Inſcriptione Hiſpanienſi, quam ſupra rettulimus,

NOS

NOS EO ORDINE, QVO NATVRA PERMISERIT, TE SEQVEMVR. Idem Seruius in lib. VI. Æneid. ad hunc locum, *dixitque nouiſſima verba*, *id eſt*, ILICET, *Nam* VALE *dicebatur poſt tumuli quoque peracta ſollemnia.* Et in lib. VI. Æneid. ad hæc verba, *Et ferales ante cupreſſos, Varro tamen dicit pyras ideo cupreſſo circumdari, propter grauem vſtrinæ odorem, ne eo offendatur populi circumſtantis corona: quæ tamdiu ſtabat, reſpondens fletibus* PRÆFICÆ, *id eſt planctuum principi, quamdiu conſumpto cadauere, & collectis cineribus, dicebat nouiſſimum verbum*, ILICET, *quod ire licet, ſignificat. Vnde eſt, dixitque* NOVISSIMA VERBA. Propertius etiam funebres voces has ponit Eleg. XVII. lib. II.

Tu meæ compones, & dices, OSSA PROPERTI
HÆC TVA SVNT.

Ominis vtique cauſa & Δυσφημίας vitandæ gratia, non obiiſſe, ſed, VIXISSE mortuos dicebant. Quod Plutarch. in Cicero, docet his verbis. φθεγξάμενος δὲ μέγα, Ἔζησαν, εἶπεν· οὕτω δ' οἱ Ῥωμαῖοι μὴ δυσφημεῖν βουλόμενοι, τὸ τεθνάναι λέγουσι. Inde eſt quod in Titulis monumentorum numquam, Obiit, vel Mortuus eſt, legitur, ſed ſemper, VIXIT. Tertullian. in lib. de Teſtimonio animæ. quô loci mortuos a gentilibus MISELLOS, ET SECVROS appellatos tradit, *Nam ſi*, ait, *de aliquo iampridem defuncto, tanquam viuo quis requirat, præ manu occurrit dicere*, ABIIT IAM ET REVERTI DEBET. Cornutus etiam in Sat. II. Perſij lætos quandoque & triſtes vitæ dies ſignaſſe veteres notat, & in tumulo cuiuſdam inſcriptum fuiſſe, VIXIT ANNOS TOT, DVRAVIT ANNOS TOT.

Extremum illud erit, quo, peractis fabulis, Spectatores dimittebantur. Valere enim & plaudere iubebantur, in hunc modum, VALETE ET PLAVDITE: quæ vel à Grege, vel ab ea perſona quæ poſtrema in ſcenam introducebatur, pronuntiabantur. Quod in omnibus Terentij Comœdijs perpetuum eſt, qui non ſeſe tam late in hac clauſula effundens, quàm Plautus vel ſolo verbo PLAVDITE, nonnumquam contentus eſt. Plautus enim vno & altero verſu quandoque plauſum dari variis verborum figuris iubet. Veluti Truculento.

SPECTATORES BENE VALETE, PLAVDITE, ATQVE EXSVRGITE.

Idem Epidico.

PLAVDITE, VALETE, LVMBOS EXTOLLITE, ATQVE EXSVRGITE.

Item Curculio.

Quæ res vortat bene, mihi & vobis, SPECTATORES, PLAVDITE.

Interdum & CLARE PLAVDI iubet. vt in Amphitruo,

Nunc SPECTATORES *Iouis ſummi cauſſa*, CLARE PLAVDITE.

Et Menæchm.

Nunc SPECTATORES VALETE *& vos* CLARE APPLAVDITE.

Idem Bacchidib.

SPECTATORES, VOS VALERE *volumus &* CLARE APPLAVDERE. Idem à Spectatoribus expoſcit Grex in fine Aſinariæ & Caſinæ, & Strophilus in fine Aululariæ, & Eutychus in fine Mercatoris. Quandoque etiam Plautus ait, PLAVSVM DATE, velut in fine Rudentis. Sic & in Ciſtellar.

Nunc ad vos Spectatores, quod reliquom relinquitur,
More maiorum, DATE PLAVSVM *poſtrema in Comœdia.*

Idem Captiuis, *Nunc vos, ſi vobis placet*

Et placuimus, neque odio fuimus, ſignum hoc mittite,
Qui pudicitiæ eſſe præmium voltis, PLAVSVM DATE.

Et Moſtellar.

Spectatores fabula hæc eſt acta: VOS PLAVSVM DATE.

Hunc morem etiam Horatius in Arte poët. tangit.

Si plauſoris eges aulæa manentis, & vſque
Seſſuri, donec cantor, VOS PLAVDITE, *dicat.*

Quo adludens Cicero in Cato. maior. *Neque enim hiſtorioni, ait, vt placeat, peragenda*

eſt fabula modo in quocumque fuerit actu, probetur: nec ſapienti vſque ad, PLAVDITE, *viuendum.* Quintilian. lib. VI cap. II. *Tunc eſt commouendum Theatrum, cum ventum eſt ad ipſum illud, quo veteres Tragœdiæ Comœdiæque clauduntur*, PLAVDITE. Tertullianus lib. I. aduerſus Valentinia. *Quod ſupereſt inquam vos* VALETE ET PLAVDITE, *Imo quod ſupereſt, inquam, Vos audite & reiicite.* Apuleius lib. II. Florid. *Renuntiauere Philemonem poëtam qui expectaretur, quique in theatro fictum argumentum finiret, iam domi veram fabulam conſummaſſe. Enimuero iam dixiſſe rebus humanis*, VALERE ET PLAVDERE: *Suis vero familiaribus, dolere & plangere.* Eóque adluſiſſe videtur Seneca lib. III. Natural. quæſtio. cùm ait, *Vnam rem adhuc adiiciam & fauere te, ac* PLAVDERE, *iuuabit.* Atque vt tandem aliquando finem ſcribendi faciam, nouiſſimis hiſce Comœdiarū verbis, Formularum libros claudere me iuuat. Vos ergo, candidi lectores, (odi namque malignum vulgus & arceo) Bene valete, vigiliaſque & lucubrationes noſtras æqui, bonique conſulite: & ſi meruerimus, plauſum date.

Hæc habui quæ de certis & ſollemnibus, S. P. Q. R. verbis, omnibus veſtigiis indagata proferrem. Omnem certe adhibui diligentiam, omnique mente, à multis iam annis, in ea cura cogitationeque ſum verſatus, vt odorari quàm ſagaciſſime poſſem, quid certorum verborum, bonus quiſque auctor ferret. Ex his quædam oculis deprehenduntur: quædam coniectura perſequenda ſunt. Nec ignoro multa prætermiſſa eſſe, quæ me fugerint, quæ in aliorum caſſes & retia decidere non inuitus patiar: cum formularum clauſtra perfregiſſe, et ad eas inueſtigandas viā ſtrauiſſe, aut ad earum conquirendarum cupiditatem ſtudioſos harum rerum excitaſſe ſatis habeam. Nam ex quo primùm in hanc cogitationem incubui, ea interceſſere tempora quæ me fori laqueis irretitum, & priuatis dein publicis cauſis agendis penitus addictum, ab omni non modo ſcriptione, meditationeque, ſed & lectione auocarunt. Otij tandem pluſculum nactus, cùm veteribus amicis, hoc eſt cum libris in gratiam redire ſtudui. Edidi ergo quæ potui, non vt volui: ſed vt me tēporis anguſtiæ coëgerūt. Quod ne quis oratorio fuco dictum credat (ſcitum eſt enim cauſam conferre in tempus, cum adferre plura, ſi cupias, non queas) eorum cōſcientiam teſtor, qui mihi, aut cuſtodiis audiendis, aut litibus, manè à lucifero donec ſol occidat, dirimendis, totos dies abire norunt. Quamquam vel me tacente, res ipſa ſatis loqueretur, hæc ab homine occupatiſſimo ſcripta eſſe. Nec ſum neſcius non defuturos, qui ſubitū magna ex parte opus, quod non multa dies nec multa litura coercuit, reprehendant. Audire etiam mihi videor voces eorum, qui, ſicubi offender quod eis diſpliceat, protinus cum Velleio Paterculo exclamabunt, *Quid aliud, quam nimium occupatum dixerim, quem vel mendum vocis fefellit, vel cui hoc aut illo loco ſomnus obrepſit?* Sed ego diutius premere non ſuſtinui, quod in commune prodeſſe poſſet, præſertim cum mihi ad exhibendum formulam pleríque dictarent, alij, quaſi eos vana promiſſi ſpe lactarem, inertiæ dicam mihi ſcriberent, Acceſſi lunam eſſe dictitantes, quibus vt ſatisfacerem, curſu tarditatem corrigere coactus ſum. Sed ſi qui excuſationem meam non accipient, nec mihi eorum quę paullo negligētius & incautius, aut contrà, nimis diligenter, & anxiè ſcripta cenſebunt, gratiam faciēt, eos ego iniquos eierabo: & ad æquos rerū æſtimatores prouocabo. A quibus, pro innata bonis omnibus humanitate, etiam atque etiam peto, vt ne ex aliqua fallaci coniectura, aut leui inani ac futili obſeruatione, aut verborum vbertate ac copia ieiunáue breuitate, aut denique aliquo alio lapſu, errato, anſam maledicti arripiant: ſed cēſuram ſuam in ſecundam editionem, quæ Deo volente aliquando limatior exibit, differant. Maneant parumper dum mihi ipſe Ariſtarchus ſim, nec anteuortant quæ in me ipſum paro. Nec enim omnia ſimul inuenta & perfecta ſunt: vnoque partu in lucem moles hæc emitti, & ad vnguem formari non potuit. Interim libris hiſce in ſcenam productis, ipſe Apellis exemplo poſt ſiparium artēctis auribus ſtans vitia quæ notabuntur tacitus auſcultabo, & quæ iuſtam reprehenſionem mereri, aut parum æquis animis accipi cognouero, ea, ſi videbitur, inducam, delebo, emendabo: nec committam vt cæco fœtus mei amore, vllatenus peccaſſe videar.

FINIS.

AVCTOR LECTORI.

IMpleui vtcumque promiſſum, Tituliq; fidem, aliquatenus Deo iuuãte, exſolui: Nam vt de me ipſe primus quaſi Conſulari loco rogatus ſententiam dicam, tantùm abeſt vt ſuſceptum munus peregiſſe me, cẽſeam: vt inchoaſſe tantùm, & velut veſtigia ac lineamenta quædã tradidiſſe mihi videar. Sunt etiam non pauca in hiſce libris, partim eius qui deſcripſit incuria: partim operarum vitio, errata cõmiſſa. Atque adeo nõnulla, ne in alios culpam omnẽ transferam, mihi ipſe imputo, qui hæc inter eas occupationes edidi, ac prope ſcripſi, vt vix reſpirandi facultatẽ haberem. Itaque multa me præteriiſſe ſentio, quæ nunc, & quidẽ ſerò, ſuccurrunt: Ex his quædam, quamquam præpoſterè, reddentur. Nec enim omnia in ſecundam editionem differre ſuſtineo. Igitur quæ ſubieci ſuis quæque locis, cui commodũ erit, reponenda curabit.

*p.22.lin. pro populo, adde Ciceronem lib.*II.*de legib. & Agell. lib.*I.*Noct. Attic. cap.* XII.

p 25 lin. vlt. dele Petron Arbitr. & repone Pedo Albinouan.

p. 29. lin. 25. emenda, Flaccus lib. V. *Argonaut.*

p. 33. lin. 1. diúque ſcribe pro denique.

p. 34. lin. 1. adde, Ex quibus nemini dubium relinquitur, rectam eſſe ſcripturã veteris codicis Symmachi Epiſt. XXVI. *lib.* VIII. *quæ ſic habet, vt in honore numinum fieri ſolet.*

p. 48. lin. 16. emenda id pro idem. & lin. 21. ſcribe receptum fuiſſe in iudiciis.

p. 50. adde Domina Iuno apud Propert lib. II. *Eleg.* IIII. *& Domina Venus lib.* III. *Eleg.* II.

Ibid. adde Mercurium bonum dici à Plauto Caſina Act. II. Sc. III. *& Liberum patrem bonum ab* Ouid lib. I. *Triſt.* Eleg. IIII. *Item Bacchum pulcherrimum ab* Ouid. lib. V. *Triſt.* Eleg. IIII. *Et Venerem pulcherrimã ab eodem lib.* IIII. *Faſtor. Inſuper & Deos magnos vocatos, vt ex Plauto Trinummo Act.* IIII. Sc. I. *Ennio apud* Cic. lib. I. *de Offic.* Ouid. lib. III. *de Ponto* Eleg. I. *Seneca lib.* V. *de Beneſic. cap.* XVI. *patet.*

p. 54. & 55. inter Iunonis cognomina Matutã poſui, ſecutus ſcripturã codicis Liuij & P. Victoris. Nũc in cogitationũ mearũ conſilium adhibitis amicis ſub ſiſto. Vereor enim ne ſe illic Iuno in Inus locum ſubdiderit. Nam, vt ait Cic. lib. 1. Tuſculanar. quæſt. Quid Ino, Cadmi filia, nonne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à noſtris? Idem lib. 3. de Nat. Deor. Ino Matuta à nobis dicitur, à Græcis Leucothea *Similitérque Ouid. lib. 6. Faſtor.*

Leucothoe Graijs, Matuta vocabere noſtris.

Matris etiam Matutæ Feſtus Pomp. meminit, eiúſque feſta Matralia, eodem auctore, dicebantur.

Eadem p. 55 lin. 9 in Oßipaginæ Iunonis nomine nihil apud Arnobium lib. III. *mutandum cenſeo: Recta enim eſt ſcriptura, neque vitij quidquam ſubeſt. Hoc namque nomine, Iunonis, in oßibus eorum qui in lucem edebantur pangendis ſolidandíſque, vis ac poteſtas exprimitur. Eadémque eſt, dea Oßipago, apud eundem Arnob. lib.* IIII. *vbi tamen manifeſto errore ſcriptum eſt non ſemel, Oßilago.*

p. 57 lin. 23. emẽda, de Forte Fortuna. Rectus enim huius appellationis caſus eſt, non Fortis, ſed Fors. Cuius genitiuum Fortis, Varro lib. V. *de lingua lat. & Columella lib.* X. *Accuſatiuum verò, idem Varro lib.* III. *de lingua* Lat. *Ouid. lib.* VI. *Faſtor. ediderunt. In eóque linguæ latinæ ignorantia lapſi Græci auctores Dionyſ. Halicarn. et Plutarch. videntur, qui à fortitudine hanc appellationẽ ductam exiſtimantes, Ἀνδρείας et ἰσχυρᾶς ſeu ἀειστυχῆν, reddiderunt: cùm re vera, vt Cic. lib.* II. *de legib. explicat, hoc nomine incertos caſus Quirites ſignificarint.*

p. 75 lin. 43. emenda, ex manuſcriptis Catonis codicibus ſacri cœrandi, id eſt, curandi.

p. 94. lin. 33. emenda, diu commendent. Acta hic diuis Auguſti æquet, annos vincat. Quandiu inter mortales erit, nihil &c. Sic enim ex manuſcriptis codicibus hanc Senecæ precationem reſtituendam eſſe, Nic. Faber. vir. doctrina & humanitate præſtantiſsimus me docuit.

p. 107. lin. 30. adde. Hanc tamen votorum mutationem obſcurè perſtrinxit Capitolin. in Maximo & Balbino.

p.110.lin.1.emenda,lib.XXIII.et adde Cic.lib.VI.in Verr.et Appian. lib. II. Bellor. ciuil. et lin. 12. adde Liuium lib.XXIX.et lib. XL.

p.116.lin.46.emenda,Saturnius : & adde,Diomedē in vetuſto V. C. Claudij Puteani codice,lib.III. poſtquam de heptametro heroico locutus eſt,ſubiicere, Saturnium in honorem dei Næuius inuenit, addita ſyllaba ad Iambum,ſic:

Summas opes qui Regum Regias refregit.

p.117.lin.36.adde,Sic & Prudent.in Ἀποθεώσει,genua incerare Dianæ:Ita quippe contra vulgatorū exēplarium ſcripturā locus hic citatur à Gregorio Turon.cap 40.eius operis quod in gloriam plurimorum martyr.conſcripſit.Atque ita idem Prudent. in Amartigenia,

Incerat lapides fumoſos idolatrix,
Religio. Et contra Symmach.
Saxa illita ceris Viderat.

p.119.lin.23.emend.poſſeßione deiecerunt.& lin. 37.paternæ virtutis.

p.122.adde,quādoque veteres optaſſe bonam mentē his quibus deos infeſtos credebant,vt apud Liuiū lib 39.Senec. Controuerſ. II lib IX. Terent. Adelph. Act. III. Sc. III. & ibi Donat.

p.129.lin.penult emend.cap. XII.

p.134.lin.16.delēda eſt hæc clauſula,Eóque alluſiſſe Chæream etc. Aſſentior enim Lipſio emendanti apud Sueton Accipe iratum. Nā et Ioſephus lib.19.antiquit. cap.1.eam rem ita narrat. Ὑπαντιάζει δὲ αὐτὸν Χαιρέας, καὶ ᾔτει τὸ σημεῖον· τοῦ δὲ τῶν εἰς χλεύην, ἀναγκαμένου ἐπιόντος, οὐδὲν ἐνδοιάσας λοιδορίαις τε ἐχρῆτο κατὰ τοῦ Γαΐου, καὶ σπασάμενος τὸ ξίφος ἐπάγει πληγὴν σφοδράν.

p.142.ad Terra marique,adde,hoc genere loquendi vti Liuiū lib.30 et Senecā in ἀποκολοκυντώσει.

p.150.lin.29.adde,veriſimile eſſe eos qui ſuffragiū candidatis pollicebantur, vſos his verbis, Fauebo tibi,vt colligitur ex loco Ciceronis qui à Quintiliano refertur lib. 6.cap. 4.

p.154 lin.14.emend. N. R.id eſt nihil rogatur.

p.178.lin.41.emend.ex Nic.Fabri viri optimi & doctißimi ſententia,Omnibus hac lege.Et lin.51. hi omnes inuiti.

p.185.ad formul.de Summa Repub. adde,Cic.III.Philip. et pro Sextio,Liuium lib.XLII.Vlpian.in L.1.§.licet,D.de exercitor. In quibus verbis erratum eſt apud Cic.Orat.pro Flacco & lib.IIII.in Verr.et apud Tacit.lib.XI Illis enim omnibus locis male,de ſumma Reipub. et ſummā Reipub. pro ſumma Repub.et ſummam Rempub.legitur.

p.190.ad formul.Conſules,adde.Cic.de haruſp.reſponſ.ad formul. Tribuni, adde Liuium lib.28.ad formul. dictator, adde Liuium lib.22.

p.203.ad formul.in alia omnia,adde Cælium Epiſt.XIII.lib.VIII.

p.204.lin.9.dele vocem,ne.ad ver.Perrogare,adde Epitomen Liuij lib.48.et Plin.Epiſt.22.lib.6.

p 225.adde capita duo S C. Tertyllian ex L.I.D ad Tertyll.

p.226. lin.1. dele vocem, eorū, ex p.249. transfer in pag.præcedentē lin.39.& 10. quæ aberrarint.

p.251.lin.16.ſcribe Epiſt.16.lib.I.

p.264.adde,Heduos quoque plurimis Senatusconſultis fratres populi Ro.appellatos ex auctore panegyr.Flauienſium nomine Conſtantino Auguſto dicti,eodémque nomine appellantur à Cic. Epiſt. 18.lib.I.ad Attic. Aruernos etiam Lucanus Latio ſe dicere fratres auſos ait.De Ilienſibus verò adde,L.non tātùm,§.1.D.de excuſationib.Idémq; de Segeſtanis ſcribit Cic.lib.VI.in Verr.

p.268.lin.19 dele hæc, Agri,ædifica,loca.

p.270. lin.vlt.adde,adire.

p.289.lin.13.ſcribe, Epiſt. 18.

p.290.lin.12.et ſequentib.Teſtimonia ex Dione adſcripta ad mutationē veſtis, quæ tam in tumultu, quam in luctu fiebat,ſpectantia ad ſuum quæque argumētum ſeu caput diligens lector reuocabit. Sunt enim mixtim et confusè poſita.

p.296.lin.44.adde,L.1.C.de petit. hered. L.5.C.qui manumitti non poſſ.L.5.C.de magiſtrat. conuen.et Vlpian.Tit.de Latin.

p.299.lin.vlt.adde.L.1.et 2.D.de feriis,L.cùm hi,D.de tranſactionib.L.3.D.de fugit. L.2.§.idē reſpondit, D.pro ſoc.L.16.D.de ſponſalib.L.16.D.de ritu nupt.L.6 §.hi autem, D.de iniuſt.rup.L.1.D.expil.hered.L.1.D.à quib.appell.L.1.D.dies quan.appell ſit.

p. 327.lin.32.emenda,fictili ſarcophago,& lin.39.decretum fieri.

p.328. lin. 29. adde ,L.1.C.de falſa cau.adiec.L.XI.C.de pact.& L.vlt.C.de precib. Imp.offer.

Ibid.

Ibid. lin. vlt. adde, Inſtit. de eo cui libert cau.bona, & §.eſt tamen Inſtit.de hered.Inſtit.§ planè, de mulit. teſtam.

p. 337. lin. 37. adde, L. 90. de decurionib. L. 12. de piſtorib. L.*vlt. de naufrag.in Cod.Theod.Nou. Valentiniani de epiſcop. iud.*

p. 338.lin. 24. adde, L. XI. *de proximi ſacror. ſcrin. L. 3. de teſtamẽ. L. vlt. vt dignit. ordo, L. 1. L. 5. & L. 6. de conlat. donatar. L. 2. de præd. decurial. L. 25. de ſuſceptorib. L. 9. de exactionib. in C. Theod. L. vlt. C. de aquæduc. lib.* XI. Nou.*Theod. de epiſcop. iud. & Nou. de teſtamẽ. cleric.*

p. 353. lin. 25. adde, Conſularem & Patritium.

p. 364. lin. 15. dele hæc verba. Et hoc fortè eſt quod in veteri verſione Nouellæ 6. quæ ad eundem Epiphanium dirigitur, additur, ſcripta cùm adiectione dominica, quæ transferenda ſunt in pag. 368. cùm hac emendatione dominico.

p. 367. lin. 17. & 18. emenda, Recitata ſeptimo, ſicut in L. 18. C. de ſacroſ. eccleſ. Recitata ſeptimo miliario huius inclitæ ciuitatis in nouo conſiſtorio palatij Iuſtiniani, & in L. penult. C. depoſ. lecta quarto miliario in nouo conſiſtorio palatij Iuſtiniani.

p. 371. adde, Sic in L. 20. §. 1. D. de ſtipulat. ſeruor. Ex ea ſtipulatione quod pupillæ acquiſitum ſit, peto reſcribas. Et in L. vlt. D. de iureiuran. Quod tibi placet reſcribe mihi. Et in L. 7. D. de magiſtrat. conuen. In magiſtratus qui tutorem dederunt, Rogo reſcribas, vtrum pro virili portione actio danda ſit, an optio ſit &c. Aliâs legitur tu quid putes? L. vlt. D. de adminiſtr. tut. putáſne? L. 113. D. de verb. oblig. Vtrum putes an non, L. 107. D. eo. tit. An putes, L. 105. D. eo. Id ius eſt, nec ne? L. 26. D. de oper. libert. Quid iuris eſt? vel, quid iuris ſit, L. 66. D. de donat. int. vir. & vx. L. XI. *D. de peric. & com. rei vend. Conſulebatur quid iuris eſſet, L. 47. D. de heredib. inſtit. Quæritur quid iuris ſit, L. 36. D. de manum. teſtam.*

p. 376. lin. 36. emenda exempli.

Ibid. lin. 39. adde, exempla ex L. 1. D. de liber. exhib. & L. 26. D. de negot. geſt.

p. 378. lin. 46. emenda, Teli petendi.

p. 388. lin. 19. emenda, Teli, & illo loco adde ex Floro lib. 4. Miles faciem ferit.

p. 395. lin. 34. emenda, lib. III.

p. 408. ad miſsionum ſpecies adde, L. milites, §. miſsionum, D. de re milit. & Sueton. in Calig. cap. XLIIII.

p. 415. lin. 41. ſcribe quattuor locis, & adde, §. præterea Inſtit. de exceptionib.

p. 416. lin. 14. adde, L. vbi. autem, §. qui illud, D. de verb. oblig. L. vlt. §. vlt. D. ſi cert. pet. L. non quocumque, §. ſi ex bonis, D de legat. 1. L. cùm ſeruus, D. de condict. cau. do. §. qui igitur, §. appellamus & §. ſi minus Inſtit. de actionib.

Lin. 28. adde dare facere oportere, §. 1. Inſtit de actionib. Cic. lib. III. *de offic. Valer. Max. lib.* VIII. *cap. & dari fieri. L. duo ſocietatem, D. pro ſoc. L. qui Romæ, §. Callimachus, D. de verb. oblig. Eóque pertinent, L. faciendi, & L facere oportere, D. de verb. ſignif.*

Ibid. lin 37. adde. L. nõ ſolũ, §. 1. D. de procuratorib. L. vlt. D. quar. rer. act. L vlt. D. de exceptionib. L. nam poſteaquã, § ſed ſi quis, D. de iureiur. L. ſed & ſi reſtituatur, §. ex quibus, D. de iudic.

p. 418 lin. 36. adde, §. ſi quis agens, & §. ſi quis minus Inſtit. de actionib. L. ſi ſeruus, D. de liber. cau. L. quintus, §. cui legatum, D. de auro argen. Et lin. 48. adde, L. & non tantùm, §. veniunt, D. *de heredit. petit. L. pupillus, §. vlt. D. de verb. ſignifi. §. æque Inſtit. de actionib.*

p. 443. emenda, dominum, poſſeſſorémve.

p. 449. lin. 26. emenda, D. de euictionib.

p. 454. lin. 10. emenda, fructum in fi.

p. 460. lin. 24. emenda, aut propter vſurarum.

p. 470 lin. 28. emenda, vt idem Cic. Orat. pro Cæcina.

p. 499 lin. 40. emenda, legatario porrò.

p. 513 lin. 11. adde, Valer. Max. lib. 8 cap. 3. & Agell. lib. 12. ca. 13.

p. 518. lin. 49. emenda recurrendum erat, & adde, L litigatoribus, C. de appellat.

p. 519. lin. 45. adde, L. 1. & 2 C. ſi vn. ex plurib. & L. ἰδίᾳ μὲν, D de excuſationib.

p. 529. lin. 19. emenda Hieronym. in Catal & lin. 21. A Felice etiam.

p. 549. lin. 40. adde, idẽ lib. 1. Cõtrouerſ. 11 nuda in littore ſtetit ad faſtidium emptoris, omnes partes corporis & inſpectæ et contrectatæ ſunt. Vultis actionis exitum audire? Vendit pirata, emit leno, excipitur nihil. Martial. Epigram. LXXXII. *lib.* VI.

Quidam me modò, Rufe, diligenter
Inſpectum, velut emptor, aut laniſta,
Cùm vultu digitóque ſubnotaſſet.

Lucian. ἐν βίων πράσει *qui mancipium mercatur,* Ἀλλ' ἀπόδυθι, *ait,* ϗ γυμνὸν γάρ σε ἰδεῖν βούλομαι.

p. 542. *lin. penult. emenda. ſed & vrſis, vt ex Martialis epigr.* VII. *&* VIII. *lib.* I.

p. 543. *lin.* 1. *emenda, Androclis modo. & lin.* 23. *adde,* L. 1. C. *de poſtulan.* L. *generaliter,* D. *de decurionib.* L. 1. §. *vlt.* D. *de offic. præf. vr. Plin. Epiſt.* 14. *lib.* 5.

p. 577. *lin.* 43. *emenda ne admittito, et dele lineas* 48. *et* 49. *earúmque loco hæc ſuſtitue. Diem autem operi faciundo præſtitui ſolitam, ibidem oſtendit, inquiens, diem inſtituit operi faciundo kalēdas Decembres.*

p. 580. *lin.* 37. *deſunt hæc verba, Vindemiare incipito, cùm ad palmitem pampinus præcumbere ceperit, &c.*

p. 599. *lin.* 4. *adde Ciceron. lib.* 3. *de Orat. & lin.* 22. *adde hæc. ſuffragatur tamē Caius lib.* 2. *Inſt. tit.* 9

p. 602. *lin.* 16. *emenda, depoſitas.*

p. 603. *lin.* 26. *emenda, erat & dominica.*

p. 605. *lin.* 26. *repone, emendandum.*

p. 614. *lin.* 20. *emenda. ſi abſque vlla.*

p. 661. *lin* 2. *adde, A codicillorum etiam confirmatione teſtamentum ſuum orditus eſt teſtator ille cuius ſuprema narrantur in L. Lucius Titius, D. de fideicom. libert.*

p. 706. *lin.* 17. *adde, Veſtigian⁹, L. generali, D. de vſu & vſufr. leg. Sperātian⁹,* L. *Titiæ, D. de ann. leg.*

p. 710. *lin.* 38. *adde domus Formiana, L. ſi quis inquilinos, § ſi ita, D. de legat.* I.

p. 727. *lin.* 20. *emenda interim.*

p. 731. *lin. penult. emenda, è quibus vnam Romanam, alteram Spoletanam proferam, Romanæ verba hæc ſunt. & dele quæ ſequuntur vſque ad M. Magius in pag. ſeq.*

p. 793. *lin penult. adde, O. V. F. id eſt omnia viuus fecit, & dele verbum aliâs, & lin. primam paginæ ſequentis.* 798. *lin. vlt. adde, & miſerrimos ſe appellant.*

p. 809. *lin.* 45. *adde, in oculos eorum.*

p. 815. *lin.* 35. *adde, Peream ſi, vt ex Epiſt.* 23. *lib.* III. *&* 19. *lib.* 15. *familiar. & Varrone lib.* 3. *de re Ruſt. cap.* 3 *Seneca Epiſt.* 57. *lib.* 7. *lin.* 30. *dele lib.* XVI.

p. 818. *lin.* 32 *adde, Liu. lib.* XXVI. *in ſententia Q. Fabij.*

p. 819. *lin.* 18. *dele, Idem Epiſt.* VI. *&c. vſque apud.*

p. 823. *lin.* 42. *emenda, Pſittacus Eois imitatrix ales ab oris. Sic enim vetus liber optimæ notæ habet.*

p. 825. *lin.* 9. *ſcribe, Apolog. ad Senatum. & lin.* 13. *adde, cap* XII. *vnde ſupplenda ſunt quæ initio eiuſdem Apologiæ vulgo in Iuſtini martyris codicibus deeſſe notantur.*

Ibid. lin. 19. *emenda, & ipſum, ex vetuſtis Nicolai Fabri codicib.*

p. 239. *lin.* 45. *adde, Varronem in Eumenidibus.*

p. 841. *lin.* 44. *adde, Faſcinationibus verò occurrebant peculiari voce iſta, Præfiſcine ſeu Præfiſcini, quæ, vt Chariſius Soſipat. interpretatur, ſignificabat ſine faſcino, quod Græci* ἀβασκάντως *dicūt. Ac planè qui ſe ſupra modū laudabant faſcini amoliendi & auertendi cauſa hanc vocem præfari ſolebant. Eámque apud Plautū Aſinar. Act.* II. *Sc. vlt. Leonida preconio quod de ſeipſo facit, vt abeſſet dicto inuidia, ſimul & faſcinatio abeſſet, præmittit. Sceparnio quoq; Rudēte Act.* II. *Sc.* V. *laudationis ſuæ hanc eandem vocem adſcribit. Eodémque modo apud Titinnium Setina, ne puella, quæ immodicis laudibus efferebatur, faſcinaretur, monebatur ad laudem addi, Præfiſcini. Nam vt eſt in Seruij membranis ad* VIII. *Eclogam Virgilij: Quidquid vltra modum laudabatur, dicebatur faſcinari.*

p. 847. *lin.* 32. *dele Salue &.*

Hæc quicumque leget. ſi quis leget, æſtimet antè,
Auctori quæ ſint otia ſalua foro.
Æquus erit ſcriptis, quæ tempore rebus agendis,
Detracto, raptim compoſita eſſe ſciet.

INDEX

INDEX LOCORVM QVI EX VARIIS auctoribus ſparſim in hiſce libris emendantur.

A. Gellius. p. 340.656.
Appianus. p.26.120.247.
Apuleius. p.61.820.
Arrianus. p.25.
Arnobius. p.6.& 855.
Cæſar. p.236.
Chariſius Soſipater. p.157.
Cato. p.855.
Cenſorinus. p.176.
Cicero. p.17.57.58.119.137.154.239.253.303.
Codex Theodoſ. p.353.
Dionyſius Halicarnaſſ. p.16.
Dio Chryſoſtomus. p.133.
Diomedes. p.856.
Euſebius. p.4.
Feſtus Pomp. p.16.102.134.& 135.
Fragmenta Pithœana Iuriſconſultorum. p.344.351.
Frontinus. p.152.156.& 157.220.221.269.
Heſychius. p.430.
Hirtius ſeu Oppius. p.846.
Horatius. p.12.
Inſcriptiones Hiſpanienſes. p.754.795.799.& 800.
Ioſephus. p.265.
Iuſtinus Martyr. p.4.362.858.
Lactantius Statij interpres. p.28.
ex Lib. de viris illuſtrib. p.308.
Liuius. p.68.69.116.144.145.186.289.296.364.815.
Lucianus. p.4.
Macrobius. p.41.139.383.
Martianus Capella. p.61.
Nonius Marcellus. p.12.108.
Nouellæ Theodoſ.& Valentin. p.352.353.356.363.
Ouidius. p.573.858.
Pandectæ. p.371.
Plautus. p.850
Plinius natur. hiſtor. p.58.69.97.135.
Plinius Secundus. p.247.728.811.
Plutarchus. p.120.133.376.
Polybius. p.400.
ex Priapeis. p.820.
Prudentius. p.856.
Seneca. p.122.133.825.& 838.
Solinus. p.28.
Suetonius de clar. rhetorib. p.214.& 215.
Tatianus. p.4.
Valerius Max. p.252.810.
Varro. p.69.
Vegetius. p.236.

INDEX LOCORVM EXPLICATORVM.

Ammian. Marcellin.	p.270.
Arrianus.	p.430.809.
Cato.	p.51.
Cicero.	p.153.154.202.249.
Dio.	p.214.252.288.
Dionyſius Halicarnaſſ.	p.812.&813.
Euſebius.	p.809.
Horatius.	p.117.151.
Ioſephus.	p.529.
Iuuenalis.	p.15.68.117.
Lucanus.	p.138.
Lucianus.	p.368.
Lucretius.	p.42.
Ouidius.	p.8.9.13.15.46.51.100.134.
Perſius.	p.8.
Plinius natur. hiſtor.	p.25.103.
Plutarchus.	p.14 41 42.288.
Propertius.	p. 8. 46.
Seneca.	p.14.& 15.
Seruius.	p. 19.
Silius Italicus.	p.137.
Suetonius.	p.14.& 15.
Tibullus.	p.46.
Valerius Flaccus.	p.43.
Virgilius.	p.15.

INDEX PRÆCIPVARVM FORMVLARVM ET SOLLEMNIVM ALIQVOT VERBORVM, QVÆ SINGVLIS Libris proponuntur.

Ex libro I.

Procul eſte profani. p. 4. & 5
Ieiunaui, atque ebibi Cyceonem &c. p. 6
Puræ manus. 6. Purè lauari. 8. Puræ veſtes. 9. Pura vaſa. ibid. Pura hoſtia. ibid. Purum vinũ. ibid. & 31. Pura aqua. 7. & 9
Viuum flumen. 7. & 8
Procul impij & nocentes. 9. & 10
Hoſtis, vinctus, mulier, virgo, exeſto. 10
Fauete linguis. 10
Paſcito linguam. 10
Bona verba. 11. & 100
Idem precari. 13
Hoc age. 14
Agon? 15
Miniſtri ſuccincti. 15
Cultri ſuppoſiti. 16
Hoſtiæ maiores, Lactentes, Animales, Ruminales, Iniuges, Eximiæ, Succidaneæ, Ambaruales, Piaculares, Prodigæ, Mediales, Cauiares, Optatæ, ſiue Optimæ, Haruigæ, ſeu Harugæ. 16
Hoſtia Maxima, Duidens hoſtia. Ambiegni bos & veruex. Cõfeta ſus. Præcidanea agna & porca. Bos forda, ſiue horda. Porci ſacres. Boues opimi. Porca Præſẽtanea. Porcæ aureæ & argẽteæ. Porci Eximij. Boues Egregij. Oues lectæ. Idulis ouis, Altilanea. 16
Hoſtiæ dicebãtur Probari, Duci, Admoueri aris, Stare ad arã, Feriri, Cadere, Mactari, Immolari. 17. 18. 19. 20. 21
Facere pro frugibus, Propter viam, Pro populo. 22
Publica ſacra. ibid.
Damium ſacrificium. ibid.
Operari. ibid.
Exta dicebantur Inſpici. 23. Eripi, Conſuli, ibi. Proſecari, Dari. 28. & 31. Reddi. 31. Porricí, Imponi. 31. & 32
Cor hoſtiarum. 24. Fibræ, & fiſſum iecoris. 24. & 25
Pars inimici, Pars familiaris. 25
Caput iecinoris. 26
Exta bona, ſeu Felicia & Læta. 25. & 26
Exta non bona, ſeu Triſtitia, & Irata. 26
Exta Regalia, Muta, Deforma. 27. & 28
Proſiciæ & Proſicium. 28
Albegmina. ibid.
Strebula. ibid.
Augumentum aut augmentum. ibid.
Dare tura, dare vinum. 29. 30. & 31
Da quod debes de manu dextra. 31
Tura ferre. 29. Turis acerui. 29. granum, mica, pollen, glebula turis. 30. Tus pium. 35
Tura duobus aut tribus ſummis digitis comprehendere. 30
Tura maſcula. ibid.
Vinum ſpurcum, Calpar. Sacrima. 31
Pateræ. 30. Lances. 32
Litare. 32. Egregiè & proſperè litare. 33
Honor, ſeu honores Deorum. 33. & 34
Indicere, Mactare, Inſtaurare, Celebrare & Perſoluere honores. 33. 34. & 35
Dona, munera. 34. Figere dona. 34. & 35
Hic ouis, hæc agnus, & porcus, tauri verbenæq́ꝫ, perplouere pateram, refriua faba, præmeſſum, ſeu præmetium, perſillum. 35
Februatus dies & Februum. ibid. & 131
Die perendini. 35
Far pium, & toſtum. ibid.
Ador. ibid.
Adolere. 35. & 37
Mactus hoc vino inferio eſto. 37
Libare. ibid.
Accipe libens. ibid.
Salutare Deos. 38
Salutare auguria læta, & omina fauſta. Salutare templa. 39
Salutabantur dij in hunc modum. Salue ſancte pater. Saluete penates. Dij ſaluete, & Saluto te Apollo. 39. & 40
Salue Terra, Patria, Tellus. 40
Venerari Deos, Aras, Templa. 47

Adorare Precibus, Votis, Ture. ibid.
Supplicate ture, vino, lacte, mola ſalſa. ibid.
Iouem Deóſque in orationibus & cōcionibus veteres præfabantur. 47. & 48
Saturnus Pater. Iupiter Pater. Neptunus Pater, &c. 49
Iane pater. 49. 61. & 75. Dis pater. Marſpiter, Dieſpiter. 48. & 49. Terra mater, Magna mater, Mater Matura. 49
Sancte Iupiter, Sancte Apollo, Sancte Tiberine, Sancte Termine. ibid.
Dij domini, deæ dominæ. 50
Dij boni, bone Iupiter, bona Iuno. ibid.
Dij pulchrorum, deæ pulchrarū cognomine ornabantur. ibid.
Almæ Deæ, alma Tellus, alma Venus. ibid.
Ianum in precationibus præfabantur. 51
Ianus Cluſiuius, ſeu Cluſius, Patulcius, Geminus, Quirinus, Conſiuius, Iunonius, Curiatius. 51. & 52
Iupiter Optimus maximus, Capitolinus, Omnipotens, Deûm hominúmque pater, Rex, & Deûm hominúmque Rex, Magnus, Summus, Supremus. 52. & 53
Dieſpiter. 48. & 53. Diiouis, Stator, Feretrius, Elicius, Faunus, Luceti*, Victor, Inuictus Viminius, Fagutalis, Latiaris, ſeu Latialis, Herceus, Opitulus, ſeu Opitulator, Tonans, Vltor, Cuſtos, Piſtor, Inuētor, Prædator, Impulſor, Stabilitor, Centumpeda, Supinalis, Tigillus, Almus, Ruminus, Dapalis, Arbitrator, Propugnator, Hoſpitalis, Salutaris, Paganicus, Conſeruator, Hoſpitator, Seruator, Auguſtorum & Cæſarū defēſor, Tutator ſaluus Augg. Fulgerator, ſeu Fulgurator, Fulminator, 53. & 54.
Iuno Regina, Lucina, Opigena, Moneta Soſpita, Iuga ſeu Iugalis, Cinxia, Iterduca, Domiduca, Caprotina, Populonea, Fluonia, Pomona, Curitis, Sororia, Februtis ſeu Februatis, aut Februata, Martialis. Matrona, Magna ſeu Maxima. 55
Mars Gradiuus, Quirinus, Vltor. 55
Apollo Sādalarius, vel Sandalliarius, Cæliſpex, Medicus, Palatinus, Tortor, Soſian*, Conſeruator, & Conſeruator Auguſtorū, Grannus, Monetalis, Præſtās, Propugnator, Sanctus, Pacifer, Tutelaris. ibid.
Minerua Auguſta, Pacifica, Victrix, Sancta, Cuſtos vrbis Ro. ibid.
Diana Auguſta, Cæleſtis, Compotens, Lucifera, Lucina, Nemorenſis, Triplex, Tutelatis, Valeriana, Victrix, Redux, Conſeruatrix. ibid.
Venus Ericina, Libitina, Verticordia, Genitrix, Cloacina, ſeu Cluacina, Calua, Murtia, Victrix, Placida, Alma. 56
Hercules Victor, Inuictus, Triumphalis, Magnus cuſtos circi oliuarij, Siluanus ſeu Sullanus, Defenſor, Comes & Conſeruator. ibid.
Ops Conſiua. ibid.
Lares familiares, Patrij, Præſtites Grūdiles, Cōpitales, Hoſtilij, Permarini, Dij patrij indigites. ibid.
Manes Dij. 57
Fortuna fors, Muliebris, Primigenia, Equeſtris, Viſcara, Breuis, ſeu parua, Maſcula, Obſequens, Reſpiciens, Virgo ſeu Virginalis, Redux, Seia, Barbata, Mămoſa, Publica, Priuata, Dubia, Bene ſperans, Vicina, Libera, Stata, Adiutrix, Conſeruatrix Galbanorum, Opifera, Felix, Manens, Auguſta, Huiuſque diei, Virilis. 57. 58 & 59.
Dij deæq; omnes. 60
Siue Deus, ſiue Dea es. ibid.
Quiſquis es Deus. 61
Iupiter omnipotēs ſeu quo alio nomine appellari volueris. ibid.
Precationes ad Iunonem. ibid.
Veruactor, Reparator, Imporcitor, Inſitor, Occator, Sarritor, Subruncator, Meſſor, Conuector, Conditor, Promitor. 61
Cereri & Telluri preces vti cōciperentur. 62
Agricolarum Dij XII. Iupiter, Tellus, Sol & Luna, Ceres, Bacchus, Robigus, Flora, Minerua, Venus, Lympha & Bonus Euentus. ibid.
Floræ ſupplicabatur, vt fruges cum arboribus ac vitibus bene proſperéque floreſcerent. ibid.
Rubigini & Robigo Deo preces factæ. 63
Auerruncus Deus rogabatur, vt pericula auerteret. 63
Dij auertite. 63. 69. & 105
Auertas morbum, mortem, labem, &c. 64
Mala Fortuna, Febris, Pallor, Orbona, Bellona, Furiæ. 64
Caniculæ ſacrificatum, vt fructus flaueſcentes ad maturitatem perducerentur. ibid.
In luſtrandis agris quid precabantur. ibid.
Palilibus deam Palem vti precarentur. 64. & 65.
Annæ Perannæ ſacrificatum, vt annare perannareq; commodè liceret. 65
Abs Dea Carna petebatur, vt iecinora & corda

corda quæq; ſunt intrinſecus viſcera, ſalua conſeruaret. ibid.
Iuno Lucina fer opē, ſerua me obſecro. Lucina faue. ibid.& 66
Mercurius rogabatur, vt lucra tribueret. 67
Laribus familiaribus ſupplicabatur pro copia, vel vt habitatio bona, fauſta, fortunatáque eueniret.
A Natali petabatur, vt candidus veniret. ibid.
Io Bacche. ibid.
Veneri Verticordiæ, item Menti quomodo ſupplicaretur. ibid.
Matutæ Deæ vti res diuina fieret. 68
Bonæ Deæ vinum libātes, lac ſe libare dicebant. 68
Herculi qui ſacrificabant, alium nullū Deū inuocabant. 68
Verbis præire in precatione. ibid.
Populo Romano Quiritibus. ibid.
Herſiliæ precatio. ibid.
Sub vos placo, ob vos ſacro. 69
Bene ſponſis, bene volueris. ibid.
Vt melius iuuet, melius fortunet. ibid.
Augurum precationes. 69.& 70
Inuocatio & legum dictio. 69.& 70.& 136
Firma omen. 69
Euocationis Deorum carmen. 70.& 71
Sollemne carmē precationis in cōcionibus & comitiis. 71
Bene atque feliciter eueniat, ſeu eueniret. 71.& 72
Quæ res bene vertat, Quod bene verteret. 72.& 73
Dij bene vortant, ſeu verruncent, Dij fortunent, Dij ſecundent. ibid.
Cenſorum præfatio imperantium præconi vt viros vocaret, Quod bonum, fauſtum, fortunatúmque ſit. 74
Valerius Meſſalla Auguſtum vti ſalutauerit. 74
Sis bonus & ſis felix. 75
Ἀγαθῇ τύχῃ. 75
Precationes in ſtrue Iano commouenda, in ferto mouendo, in luco conlucando. ibid.
Bonæ preces, bonus dies. 75.& 76
Sis volens propitius. 76
Dij velint, Si Dij volent, Diis volentibus. 76 & 77
Dexter ades. 77
Bacche veni, Sancte veni, Mars veni. 77.& 78
Ades, Huc ades, Adſis, Adeſte, Adeſtote Dij. 78.& 79
Precor, veneróque. 79
Voculæ precatio. ibid.
Precor, quæſo, obteſtor. ibid.
Deos quæſo, Imploro atque Obteſtor. 79.& 80
Te inuoco. 80
Dij faciant, Dij ita faxint. 80.81
Da, in precationibus. 81
Dij tibi dent quæ velis. 82
Annue, Annuite. ibid.
Euentura precor, & Quæ precor eueniant. 82.& 83
Auguror. 83
Sic, in precationibus. 83.& 84
Dij ſeruate, Dij fauete. 85.& 86
Heluidij Priſci Prætoris precatio. 86
Dij cœptis adeſte. ibid.
Dij approbent. ibid.
Fer opem. 86.& 87
Dij immortales obſecro veſtram fidem. 87
Tuam fidem Venus, Iuno, Hercules. ibid.
Phœbe ſuccurre, Apollo ſubueni. ibid.& 88
Diis bene iuuantibus. 87
Reſpice, & Aſpice nos. 87.& 88
Κύριε ἐλέησον. 88
Precor miſerere. ibid.
Per Deum. ibid.
Quod Deus dederit, & Si Deus voluerit. ibid.
Benedicat te Deus. ibid.
Deus videt omnia, Deo commendo, Deus reddet, Deus inter nos iudicabit. ibid.
Deus magnus eſt, & Deus verus eſt. ibid.
Eſt profectò Deus. ibid.
Dij audite. 89
Pacem ac veniam peto. ibid.
Pacem Deorum expoſcere. 90
Pax Deûm. ibid.
Parce precor. ibid.
Bene mihi, Bene tibi, Bene nos, Bene vos, Bene ſit. 91
Bonum ſit. ibid.
Bene dicite. ibid.
Dij tibi bene faciant. ibid.
Dij omnes te plurimum ament. ibid.
Scipionis è Sicilia ſoluentis & in Africā traiicientis, item Africam conſpicientis precationes. 92
Spurij Poſtumi, Cincinnati, & Decij Conſulis precationes. 92.93.& 34
Popnli Ro. precationes variæ. 93
Velleij Paterculi precatio pro imperio Romano. 93

Valerij Cotuini precatio. ibid.
Tucciæ & Aemiliæ Veſtalium Virginũ precationes. ibid.
Claudiæ precatio, 94
Senecæ pro Claudio ptecatio. ibid.
Auguſti precationes. 94.& 96
Plinij & Martialis pro Traiano precationes. 94.95.96
Firmici pto Conſtantino Imp. ptecatio. 95
Ouidij pto ſalute Auguſti ptecationes. 95
Pedonis Albinouani pro Tiberio precatio. 95.& 96
De noſtris annis tibi Iuppiter augeat annos. 96
Memoriam defunctorum non ſollicitari. ibid.
Sit ubi terra leuis. ibid.
Mollitet oſſa cubent. 97
Placidè quieſcas. ibid.
Sit terra grauis. ibid.
Imprecationes Tiberio & Gallieno mortuis factæ. 98
Mortuis ſedes inter impios dent Dij. 98
Dijs gratias agere. ibid.
Diis magnas merito gratias habeo, atque ago. 98.& 99
Dicere laudes & canere laudes. 99
Dijs gratia. ibid.
Calendis Ianuariis læta & proſpeta verba. 100
Nouum vetus vinũ bibo, veteri nouo morbo medeor. ibid.
Vetera hæc poma, alia noua. ibid.
Bonis & fauſtis ominibus proſequi. ibid.
Accipere & arripere omen. 101
Sternutantibus ſalutem ominis cauſa precari. 101
Bona nomina. 102
Omina bona, fauſta, candida, ſecunda, dextra, læta. 100.& 103
Omina mala, dira, infauſta, ſiniſtra, triſtia, aduerſa, funeſta. 103
Abominationum Formulæ, Quod abominor, Quod dij omen auertant, Dij auerruncent, Quod Iuppiter omen auertat, Procul omen abeſto, Procul ſit omen, Procul hæc auertant fata, Quod Dij prohibeant, Dij meliora, Dij melius, Dij meliora ferant, Dij meliora procurent, Dij melius faciãt, Dij melius faxint, Dij melius duint, Dij immortales auertite & deteſtamini quæſo hoc omen, Melius ominate. 103.104.& 105
Votorum formulæ, Templum voueo, Bouẽ voueo, Facturum me voueo Decimã partem prædæ voueo. 105.& 106
Votorum formulæ ex Virgilio, Ouidio, Valerio Flacco, & Silio Italico. 106.107
Votum Cenſorum in luſtro cõdendo, vt populi Ro. res meliores Dij facerent. 107
Vota ſi eodem ſtatu Reſpu. ſtetiſſet. 107
Formula vouendi veris ſacri. 107.& 108
Votum Ioui ſi Rempub. in meliorem ſtatũ vertiſſet. Item ſi conſtitiſſet à fuga acies. Si eo die hoſtes fuſi fugatiq; eſſent, Si viciſſet, legioneſq; hoſtium fudiſſet. Si proſperè bellum contra Gallos eueniſſet. 109
Vota facta, Si reconciliaſſet populo ordines. Si morbus peſtilentiaq; ex agro Ro. emota eſſet. 109.& 110
Vota pro valetudine populi, Pro ſalute principis, Item pro eorum qui peregrè perficiſcebantur reditu. 110.& 111
Rata vota. 112
Vota valere, & vota cadere dicebant. 113
Vota Concipi, Suſcipi, Nuncupari, Reddi, Solui dicebantur. 113
Voti reus, Voti damnatus. ibid.
Debita vota. Merentibus, ſeu meritis Dijs vota reddere. 113.& 114
Merita dona. Votum ſoluit libens merito. 114
Ex voto. ibid.
Votiuarum tabularum formulæ. 114.115.& 116
Titulorum qui votis adſcribebantur exempla. 117
Vota pendent. 118
Præeunte Pontifice vota ſuſcepta. 118
Incerare genua Deorum votis ſignatis. 117
Cuſtodes in nũcupatione votorum adhibiti. 118
Expoſcere votis. 119
Deuotionum, imprecationum, dirarũ & execrationum conceptio. 119.120.121
Certa verba, ſollemnia, legitima & cõcepta. 119
Carmen deuotionis Decij. 119
Vrbes antiquitus quemadmodum ſollemni carmine deuouebantur. 120
Deuoueo. 120
Iratos Deos ijs exoptabant, quibus imprecabantur. 120
Propitij Dij iratis opponuntur. ibid.
Dij te perdant, Dij te infelicitent, Dij te eradicent. 122.& 123
Quæ res tibi vertat malè. Male ſit. Male Dij

Tibi

tibi faciant. 123
Abi in malam crucem. Abi in malam rem.
Væ capiti tuo. ibid.
Capiti meo. 124
Hoſtibus eueniat. ibid.
Dedicationum certa & ſollemnia verba. 125
Dedico. 125.& 126
Ades,ades Lucullo Seruilli, dum dedico ædem hanc,&c. 126
Bonorũ conſecratio certis verbis fiebat. 126
Conſecratio manu. ibid.
Formulæ legum dictarum in ædium ſacrarũ dedicatione. 126.& 127
Magmentum. 127
Ne quid ſcorteum adhibeto. ibid.
Aris tituli inſcripti,& in quæ verba. 127.& 128
Deorum ſignis Inſcriptiones additæ. 128
Plerumq; ſignis eorum nomẽ inſcribebatur, qui ea dedicarant,poſuerant,ſtatuerant. Interdum & vnde pecunia redacta eſſet, inſcriptione declarabatur. 128
Donum dedit,vel donum poſuit. 129
Cauſa doni dati titulo plerumq; cõprehendebatur. Exprimebatur etiã ſi ex voto ſuſcepto,hoc modo,Ex voto,vel ex voto ſuſcepto poſuit. 129
Pontificiæ formulæ. ibid.
Sacerdotis Veſtalis capiendæ formula. 129 & 130
Veſtales propriè capi dicebantur,interdũ & legi. 130
Vigilâſne Rex. ibid.
Litibus & iurgiis abſtinere feriis. ibid.
Feriis publicis vt opere abſtinerent per præclamitatores denuntiabatur. 130.& 131
Napuras nectito. 131
Siſtere fana. ibid.
Die noni populo Ro.Quiritibus Compitalia erunt. ibid.
Lauatio Deûm matris eſt hodie, Iouis epulum cras eſt,&c. ibid.
Dies te quinque kalo Iuno nouella, ſeptem dies te kalo Iuno nouella. ibid.
Ædes,templa,delubra, fana, ſacella, cellæ, ſacraria,teſca,fauiſſæ. 131.& 132
Alio die. 132
Salutis augurium. ibid.
Prætores maiores minoréſque. ibid.
Vitio magiſtratus creatus. Vitio dies dicta. Vitio tabernaculum captum. ibid.
Iumenta diſiungere. 133
Addixit auis. 133.134
Ioue fulgente,tonante,fulgurante agi cum populo nefas. 134
Ratum facere. ibid.
Si mihi auctor es verbi. ibid.
Sanè ſarte qꝫ. ibid.
Auguralia verba, Effari & Effata, Liberata, Conſpicio,Cortumio, Manalis fons,Negritu,Diuipotes,Extemplo, Spectio, Spicere auem, Condictio, Tempeſtas, Paludati,Sedere,Augurium agere, & Auguraculum. 134.& 136
Aues Oſcines & Alites. 135
Præpetes,Superuaganeæ,Titiæ,Inferæ, Admiſſiuæ,Arculæ ſeu Inebrę,Remores,Cliuiæ. 135
Altera auis. ibid.
Siniſtræ aues. ibid.
Auſpicia, Cliuia,Piacularia,Peſtifera,Pedeſtria,Iuge,Perenne,Ex acuminibus,Caduca,Dextera,Siniſtra. 135.136.& 138
Auguria Cæleſtia, Oblatiua,Impetrita,Statiua. 136
Augures publici. ibid.
Cooptari in collegium Augurum, & Inaugurari. 136.& 137
Auſpicari. 138
Auſpicantium verba ſollemnia, Q. Fabi te mihi in auſpicio eſſe volo,&c. 137
Pullarius. ibid.
Silentium. 138
Auſpicium dirimere. 132.& 138
Cubantes auſpicabantur. 138
Haruſpices Conſuli, & conſulti Reſpõdere dicebantur. ibid.
Haruſpicum reſponſa quædam. 138.139. & 140
Martij vatis carmina duo. 139
Delphica reſponſa duo. 140
Haruſpicum verba. ibid.
Mando tibi vt maximum Iouem audias. ibid.
Prodigia,oſtenta,portenta,nuntiari, expiari. 140
Fulmina Conſiliaria,Poſtulatoria, Monitoria,Peſtifera,Fallacia, Demptalia, Peremptalia,Atteſtata,Atterranea,Obruta, Regalia,&c. ibid.
Dium fulgur,& renouatiuum. ibid.
Dificiens, transfigiens, corripiens infigens. ibid.
Axamenta. 141
Saliorum verba peculiaria quædam. ibid.
Pace terra marique parta Ianum cluſit. ibid. & 142

Ex libro II.

Velitis iubeatis Quirites. 143.144. & 145

Rogationum de bello, de pace, de quæſtionibus decernendis formulæ. 143. & 144

Rogationis Tribunitiæ carmen integrum. 144

Alia rogationum carmina. 145. & 146

Rogo Quirites. 144

Volumus iubemuſq́;. ibid.

Populi erat iubere, plebis ſciſcere, Senatus cenſere. 145

Auctoritas in Senatu, Poteſtas in populo. ibid.

Iubere & vetare. ibid.

Populus conſuli dicebatur. ibid.

Suadere vel diſſuadere legem. 146

Quod faxitis Deos omnes fortunare velim. 146

Abrogandam, Antiquandam, Iubendam legem cenſeo. ibid.

Quirites. ibid.

Ite in ſuffragium bene iuuantibus Dijs, & redite in ſuffragium. 147

Diſcedite. ibid.

Sciſcito. ibid.

Vti rogas iubeo. ibid.

Antiquo, Abrogo. 148

Edicere comitia. ibid.

Edicti Conſulum de Comitiis verba. ibid.

Aue ſiniſtra. ibid.

Exercitus accenſo ita imperabatur, Calpurni voca in licium omnes Quirites huc ad me. ibid.

Ni quis ſciuit. ibid.

Tribus Prærogatiuæ, & Iure vocatæ. 148. & 149

Centuriæ rogabantur, quos ex ijs qui petebant, Conſules fieri vellent, iuberent. 149

Prætores ita rogabantur, vt Collegæ Conſulum eſſent. ibid.

Olla centuria. ibid.

Iuniorum ſeniorúmque centuriæ. ibid.

Renuntiabantur Conſules voce Conſulum & Præconum. Item Prætores, Cenſores, Aediles. ibid.

Precationis in Conſule renuntiando formula. ibid.

Conſulem nomino, vel dico. 149. & 150

Dicere Conſulem. 150

Candidati profitebantur, & nomina dabant. ibid.

Candidatos omnes bonos viros dicebant. ibid.

Candidatorum nomina accipi, vel non accipi: & ratio eorum haberi, vel non haberi dicebatur. ibid.

Cõſules & Prætores Fieri, Creari, Declarari, Renuntiari, Deſignari. Dictator verò Dici, Interreges Prodi, Senatores Legi, dicebantur. 151

Vt qui optima lege, vel optimo iure. ibid.

Tribus ferre. Perdidiſſe tribum, vel non tuliſſe, aut Repulſam ferre. 152

Sollemne carmen Comitiorum. 152

Leges rogari, & ferri ad populum, perferri, & perrogari dicebantur. ibid.

Figebantur leges. ibid.

Conſul populum iure rogauit, populúſque iure ſciuit. ibid.

Tribus principium fuit. Pro tribu primus ſciuit. 152. & 153

Si quid de ea re ad populum plebémve lati opus eſt, Coſs. Prætt. Tribb. &c. 153. 217. & 218

Si quid ſacri ſanctíque eſt quod ius nõ ſit rogari, E.H.L.N.R. 153

Si quid in hac rogatione ſcriptum eſt, quod per leges, plebiſve ſcita promulgare, abrogare, derogare, &c. E.H.L.N.R. 154

Néve per ſaturam abrogato aut derogato. 154

Sacer eſto. ibid.

Improbè factum. 156

Lex de Aquæ ductibus. 156. & 157

Siremps lex eſto. 157

Lex de Viatoribus. 157. & 158

Legis Thoriæ fragmenta duo. 159. 160. & ſeq.

Legis Seruiliæ fragmenta duo. 164. 165. & ſeq.

Plebiſcitum Thermenſe. 168. & 169

Legis Mamiliæ & Peduceæ capita tria. Itẽ Lex de Veſpaſiani imperio. 170. & 171

Veterum duarum legum fragmenta. 171. & 172

Agrariæ legis fragmẽta ex Regia Bibliotheca. 173. & 174

Papiriæ legis caput. 176

Legis de Ponderibus caput. ibid.

Legis Pleroriæ caput. ibid.

Legis Agrariæ Rulli capita aliquot. ibid.

Agri, loca, ædificia. 176. & 268

Aquiliæ legis capita. 176

Faleidiæ legis capita. 177

Legis Corneliæ de veneficiis caput. ibid.

Iuliæ & Papiæ capita. ibid.
Legis Iuliæ de Adulterijs capita. ibid. & 178.
Legis Corneliæ de Sicariis capita. 178
Legis Iuliæ de vi publica & priuata capita. ibid.
Legis Iuliæ iudiciariæ caput. 179
Dictator, Conſul, Prætor, &c. 180
Quicumque poſt hanc legem. 180
Clodianæ legis capita. ibid.
Edicti quo Senatores vocabantur, verba, Qui patres, quique conſcripti. 181
Qui Senatores, quibuſque in Senatu ſententiam dicere licet. ibid.
Vt Senatus frequens adeſſet. ibid.
Edicti de Senatu habendo verba. ibi.
Quod bonum fauſtum &c. In relationibus Coss. ibid.
Quid fieri placet? 182
Quid videtur? ibid.
Referimus ad vos p. c. quid cenſeatis. 183
Conſul refer, Conſul conſule. 183
Conſuli Senatus dicebatur. ibi. & 184
De religione, de Repub. de Prouinciis, de Bello, deque Exercitibus ſcribendis referre. 184
Si licet de Repub. loqui? ibid.
De ſumma Republica. 184. & 185
Verba feciſſe. 185
Mentio facta. ibid.
Dic Marce Tulli? 185. & 186
Dic quid cenſes? 186
De ea re ita cenſeo. 186. & 187
Placet. 187
Decerno. 188
Quas ob res, Quare, Quapropter. 186. & 188
Patres Conſcripti. 189
Ciceronis ſententiæ in Senatu dictæ. 191. 192. 193. 194. & ſeq.
Cæſaris & Catonis de coniuratis ſententiæ. 197
Attilij Reguli ſententia de Campanis. ibi.
Cornelij Maluginenſis ſententia. 197. & 198
Appij Claudij & Decij de bello Hetruſco ſententiæ. ibid.
Fabij & Metelli de Pleminio ſententiæ. 198. & 199
M. Liuij, Q. Metelli, Valerij Leuini, de pace à Carthaginiẽſibus petita ſententiæ. 199
Fabij Max. de Senatu ſupplendo ſententia. ibid. & 200
Iani, Herculis, & Auguſti apud Senecã ſententiæ. 200
Sententiarum aliquot fragmenta. ibi. & 201
Sententiæ Lentuli, Marcelli, Calidij & Scipionis de Cæſare. 205
Aſſentior Gneo Pompeio. 201
Verbo aſſentiri, pedibus in ſententiam ire. ibid. & 202.
Hoc amplius cenſeo. 201
Diuide ſententiam. 202
Numera ſenatum. 202
Pronuntiari dicebantur ſententiæ. 203
Qui hæc ſentitis, in hanc partẽ: qui alia omnia, in illam partem ite qua ſentitis. 203
Hæc pars maior videtur. 204
Sententiæ Rogari, Perrogari, & Senatores rogari & interrogari ſententias dicebantur. 204
Perroga. ibid.
Sententia vicit. ibid.
Altercationũ in Senatu exempla. 204. & 205
Senatuſconſultum de Cæſare. 205
Fuluij & Scipionis altercationes. 206
Acclamationum, quæ nonnunquam in Senatu fiebant, exempla. 207
Acclamationes poſt Commodi cædem. 208
Acclamationes in M. Antonini & Alexãdri Seueri gratiam. 209. & 210
Acclamationes in Gordianorum & Balbini laudem. 210
Acclamationes in Claudij & Taciti & Valeriani laudem. 211. & 212
Dij te ſeruent. 210. 211. & 212
Æquum eſt, Iuſtum eſt. 211
Omnes omnes. 212
Nihil vos moramur Patres conſcripti. ibid.
Si vobis videtur, diſcedite Quirites. ibid.
Acta Senatus. ibid.
Senatuſconſultis dies præponebatur. 21. & 213
Scribendo affuere. 213
Auctoritas perſcripta. ibid.
Quod verba fecit Cos. de ea re quid fieri placeret, de ea re ita cenſuerunt. 214
Quod verba facta ſunt. 214
Senatus Conſultus de ea re ita cenſuit. 214. & 215
Placere Senatui, & non placere, Senatũ Velle, & Æquum cẽſere, Exiſtimare, Arbitrari, Senatui videri. 215. 216. & 217
Senatui curæ fore, & Senatum iudicare. 217
Primo quoque tempore. 218
Rectè atque ordine videri feciſſe. 219

Senatuſconſulta integra de Aquæductibus. 220.& 221
Senatuſconſulta duo de prouincijs Conſularibus. 222
Senatuſconſultum de Bacchanalibus. 223
Senatuſconſultum de Campanis. 224
Sc.de petitione hereditatis. ibid.& 225
Sc.Velleianum. 225
Sc.Macedonianum. ibi.
Sc.Trebellianum. ibid.
Senatuſconſulta de Religione,vt Coſs.maioribus hoſtiis rem diuinā facerent, vt decem viri, Sibyllinos libros adirēt & inſpicerent,vt ſupplicationes haberētur. 226. 227. & 228
Gratias agi diis,ſupplicationéſque ad omnia puluinaria haberi. 228
Supplicationes ob Rempub. bene ſeu proſperè geſtam decernebantur. 229
Exemplum ſentētiæ dictæ de ſupplicatione. ibid.
Ciceroni,non vt aliis,bene geſtæ, ſed cōſeruatæ Reipub.nomine ſupplicatio decreta. 229.& 230
Rempub.gerere & rem gerere. 219
Sollemnia eorum qui ſupplicationes poſtulabant,verba. Vt Diis immortalibus honor haberetur. 230
Triumphum poſtulārium ſollemnia verba. Vt ob rem bene geſtam Diis immortalib⁹ honor haberetur,& vt ſibi triumphāti vrbem ingredi, victorem exercitū deportare liceret. 231.& 232
Imperatori dicebantur decerni ſupplicationes. 231
Pacem Deûm poſcere populus Senatuſconſulto iuſſus. 232
Decernebatur à Senatu vt ludi vouerentur, item vt ludi,ædes ſacræ,quos,quáſve Imperatores vouiſſent, ſumptu publico fierent. ibid.
Duumviros ad ædes ſacras faciendas creari Senatus iuſſit. 232.& 233
De quæſtionibus & controuerſiis ad religionem pertinentibus, Senatus ad collegium Pontificum referri iubebat. 233.& 234
Delphos Apollinis Pythij conſulendi cauſſa legati ex Senatuſconſulto miſſi. 234
Senatuſcōſultum poſt Gallos fugatos factū. 235.& 236
Sc.de expilatis Proſerpinæ theſauris. 235
Sc.de Numæ Pompilij libris cremandis. ibi.
Videant Conſules,ne quid detrimenti Reſpub.capiat. 235
Conſulibus Reſpu.commendari & permitti vti diceretur. 236
Quoties & quibus temporibus, Reſpu. Cōſulibus permiſſa fuit. 237
Qui Rempu.ſaluam eſſe vult me ſequatur. 238
Vti è Repu.fidéque ſua eſſe videbitur. 239
Quod commodo Reipu.fieri poſſet. 240
Iusiurandum è Repub.eſſe quod cenſui. 241
Si quis aliter vel aduerſus ea feciſſet,eum cōtra Remp. eſſe facturum. ibid.
Senatum exiſtimare, vel exiſtimaturum vel Senatui videri, contra Remp. facere vel facturum. 241.& 242
Iudicare contra Rempu.facta. 242
In hoſtium numero habendos. ibid.
Coſs.ſi eis videretur. 242.& 243
& Quem vel quos eis videretur. 244
Quibus diis locis videretur. 244
Tribuni,ſi eis videretur. 343.& 344
Si ita patribus videretur. 244
Conſules,alter ambóve ſi eis videatur. ibi.
Negotium magiſtratibus dari dicebatur. 245
Curare & operam dare Coſs. iubebantur. ibid.
Senatus decernebat,vt Conſul ad populum ferret. 246
Quod Senatui populóque Romano videbitur. ibid.
Placere cum aliquo agi. ibid.
In poteſtate & auctoritate Senatus ac Conſulum eſſe. 247
Ad frequentiorem Senatum referri. ibid.
Nullum Senatuſconſultū fieri placere. 248
Senatui placere quæſtionem haberi. ibi.
Quæſtiones Senatuſconſulto mandatæ. ibi.
Vt Conſules cognoſcerent,ſtatuerēntque. 249
Senatuſconſultis interdum præmia indicibus,& impunitas proponebatur. ibid.
Gratias agi ijs, qui de Repub. bene meriti erant, Senatus decernebat. 249. & 250
Laudati quorum opera forti vſus Senatus. 251
Laudati Senatuſconſulto aduocati. ibid.
Honores à Senatu peregrinis, qui Reipub. vſui adiumentóve rebus gerendis fuerant, habebantur. ibid.
Senatuſconſulta in honorem Auguſti, tam priuati quàm Imperatoris facta. 251. & 252
Patris patriæ cognomen Auguſto à Senatu delatum. 252.& 253

Cicero

Cicero primus pater patriæ à Senaru appellatus. 253
Sc.de Auguſti menſis appellatione. 252
Senatuſconſulta in honorem Ciceronis facta. 250.253.254.& 255
Cæſarem parrem patriæ appellari Senatus decreuit. 256
Senatuſconſulta in honorem C. Cæſaris facta. 256.& 257
Parricidium Cæſaris necem nominari placuit. 256
Senatuſconſulta in honorem Germanici facta. 257
Triumphalia, Conſularia, Prætoriana ornamenta à patribus decreta. 257.& 258
Sc.in honorem Pallantis. 258
Senatuſconſulta in honorem Matronarum facta. 259
Summo ſe honore, beneficióque affectos cenſebanr Reges, quos Senatus eo nomine appellaſſet. 259
Reges à Senatu Regum appellationes poſtulabanr. 260
Reges quibuſcum ſocietarem & amicitiam S.P.Q.R. iunxerat, Socij & amici à Senatu appellabantur. 260.& 261
Societatem amicitiamq́; reges aliquot à Senatu populóque Ro. per legatos petierũt. 261
Quandoque Romani vltrò amiciriam ſocietatemq́; Regum expoſcebant. ib.
Legati ad amiciriam ſocietatémque cum regibus faciendã vel renouandã miſſi. ibid.
Regibus ſociis & amicis dona & munera miſſa. 261.& 262
Regibus à Senatu habiti honores. 262
Sc.de regé Pruſia. 262
De Cappadocum & Thracum regibus eorúmque filiis. 263
De Regibus captiuis humaniter à Senatu decreta. ibi.
Cum populis exteriſque nationibus ſocietas & amicitia Senatuſconſultis iungebatur. 264
In amicitiam populi Ro. recipi, vel ſecum amicitiam ſocietatémque renouari exteræ nationes à Senatu petebant. ibid.
Quibuſcum amicitia & ſocietas iũgebatur, hos in ſociorũ formulã referri, locũ lautiáque præberi Senat⁹ decernebat. 265.& 266
De ſocietate atq; amicitia Senatuſconſultũ Græcè & Latinè perſcriptum. 266
Socij & amici virorum bonorum & fideliũ appellatione ornabantur. 266.& 267
Opera forti & fideli. 267
Hoſpitium quandoque cõtrahi decernebãt Patres, cũ eo, qui eorum legatos benignè & comiter excepiſſet. 288
Senatuſconſulta de reliquiis exercitus Cannenſis cladis. 269.& 270
Senatuſcõſulta aliquot probroſa & ignominioſa. 268.269.& 270
Senatuſcõſulta in mortuorum ignominiam facta. 270
Legati petebant ſibi Senatum dari. ibid.
Interdum legati ſociorum & amicorũ quærelas ſuas ad Senatum deferebant. 271.& 272
Sociorum inter ſe controuerſiis auditis, Senatus plerumque decernebat legatos mitti, qui in re præſenti de ijs cognoſcerent. 272
Ad ſociorũ querelas de magiſtratibus quid Senatus reſponderet. 273.& 274
Sc.de Locrenſibus & de Abderitis. Item de Gallorum tegulis. De Chalcidenſibus, de Syracuſanis, de Ambracienſibus & Liguribus. 273.274.& 275
Senatus eos qui iniuria vænierãt, in libertatem reſtitui quandoque decernebat. 275
Sociorum & amicorum Gratulationes de victoriis populi Ro. per legatos. 276.& 277
Verba legatorum gratulantium, & ad ea vti Senatus reſponderet. ibid.
Dona Ioui Capitolino miſſa, vt in Capitolio ponere, & ſacrificare liceret, legati poſtulabant. 276.277.& 278
Socij & amici auxilium à S.P.Q.R. per legatos implorabant, viciſſimq́; auxilia populo Rom. bellis laboranti pollicebantur. 278.& 279
Reſponſa Senatus legatis auxilium vel poſcentibus, vel promittentibus reddita. 278.279.& 280
Legatis ſociorum & amicorum iubebat Senatus locum lautiáque præberi, & munera dari. 281
Legatis hoſtiũ extra vrbem Senatus dabatur. 282
Legatis hoſtium ferociter reſpondebatur, vrbéque & Italia intra certos dies excedere iubebantur. 282.& 283
Qui Senatum habebat, permittebat patribus legatos interrogare quæ quiſque vellet. 284
Senatus etiã vbi res poſcebat, legatos mitti decernebat. 285

Decem legati mitti more maiorum ſolebãt. 285
Legati à Senatu ad diſceptanda s controuerſias miſſi, vti pronuntiarent. 286
Vbi bellum nouum ſuſcipiendum & indicẽdum erat, Senatus decernere ſolebat, rogationem de ea re ad populum fieri. ibid.
Res repeti ab his quibus bellum denuntiandum erat, Senatus decernebat. ibid.
Vbi de bello Coss. retulerant, quid decerneret ſoleret Senatus. 286. & 287
Senatuſconſultorum de bello exempla. 287. & 288.
Rebus trepidis, Dictatorem dici, primis Reipub. temporibus, vt plurimum cenſebant. 288
Solebat Senatuſconſultis decerni Tumultũ eſſe. ibid.
In Tumultu decernebatur delectũ ſine vacationibus haberi: item Iuſtitium indici. 288. & 289
Luctus ac mœſtitiæ cauſa plerumque Iuſtitium aut indicebatur, aut ſumebatur. 289
Tumultu ſedato, remitti Iuſtitium ſolebat. ibid.
In tumultu ſaga ſumi decernebant. 290
Malo aliquo nuntio allato, vel imminẽte calamitate veſtis ex Se. mutabatur. ibid.
Depulſis periculis, quorum terrore veſtem mutarant, ad veſtimentum redire Senatores iubebantur. ibid.
Dupliciter veſtis, Luctus nimirũ & Tumultus cauſa mutabatur. ibid.
Luctus Senatuſconſulto minuebatur. 290
Bello indictò interdũ decernebatur, vt Conſules paludati exirent. ibid.
Senatuſconſultum poſt Cannenſem cladẽ factum. 291
Qui cõtra patriam arma ceperant, vel à Repub. defecerant, hoſtes à Senatu iudicabãtur. 292
Quos hoſtes iudicabãt, eos bello perſequendos decernebant. 292
Interdum ſolos partium duces hoſtes iudicabant, ceteræ verò multitudini diem ſtatuebant, antequã ab armis diſcedere liceret. 293
Senatuſconſulta de coniuratione Catilinæ facta. 293. & 294
Senatuſconſulta poſt Clodij itẽ Cæſaris cædem facta. 294
Senatuſconſulta de exercitibus facta. 294. & 295
Senatuſconſulta de prouinciis. 295
Comparare, ſortirive prouincias. 295
Interdum extra ſortẽ prouincias Senatus alteri Cos. decernebat. 296
Nonnunquam ambobus Coss. eadem prouincia decernebatur. ibid.
Senatuſconſulta fieri, ſcribi, perſcribi, ad ærarium deferri, item in aliquorum ſententiã fieri dicebantur. ibid.
Sententiæ princeps. ibid.
Auctor Senatuſconſulti. ibid.
Frequens, vel frequentiſsimus Senatus decreuit. ibid.
Decreta curiæ & ordinis in municipiis vti conciperentur. 297
Exempla decretorum ab ordine factorũ. 297 298. & 299
Orationes principum in Senatu. 299. & 301
Claudij Oratio. 290. & 291
Conſulum voces, Non referam, Nõ rogabo, Non patiar agi. 302
Accede lictor. 302
Lictor animaduerte. ibid.
I lictor, ſummoue populum. ibid.
Lictor da viam. ibid.
Tribunorum auxiliũ implorabatur his verbis, A vobis Tribuni poſtulo, vt mihi auxilio ſitis. 302. & 303
Appellati Tribuni quandoq; auxilio ſe fore, vel interceſſuros ſe pollicebãtur, vel ſe non paſſuros dicebãt. Quandoq; verò ſe nõ intercedere, vel moram non facere pronuntiabant. 303. & 304
Tribunorum decreta quædam. 305
Tribunicia vox, Veto. ibid
Cenſoriarum notationum & ſubſcriptionũ exempla. 305

Ex libro III.

Bonum factum. 307
Vnde de plano rectè legi poſsit. 309. & 362
Quod bonum, fauſtum felixq; ſit. ibid.
Non placere. ibid.
Formula edicti monitorij. 310
Edicta Obiurgatoria & Conſolatoria. ibid.
Edictis vrbe atque Italia excedere iubebãt. 311
Principum edicta. 312
Conſularia edicta. 313
Cenſorum edicta. ibid.
Prætorum edicta. 313. 314. & ſeq.
Iudicium dabo. 314. & 315
Actionem dabo. 316
Agendi poteſtatẽ faciam, Actionẽ permittã,

Recu-

Recuperatores dabo. 316
Actionem polliceri & proponere. ibid.
Iudicium non dabo. ibid. & 317
Vim fieri vero. 317. & 318
Reſtituas. 318. & 319
Exhibeas. 319. & 320
Interdicam. 319
Iubebo, Cogam, Animaduertam, Nõ ſeruabo. 319. & 320
Edicta ex quib. cauſ. maior. Quod quiſque iur. De po… ulan. De his qui not. infa. 320. & 321
Edictum de inſpiciendo ventre. 322
Edictum de procuratorib. & de religioſ. de pecul. & in rem verſo. 323
Edicti Verrini verba. 323. 324. & 326
Edictum de bonor. poſſeſſionib. 324
Ædilicium edictum. 324. & 325
Vrbanum ſeu Vrbicum, item Pronunciale edictum. 325
Edictum Turcij Aproniani. 326
Edictum ludicrum. 327
Reſcribebãt principes ad libellos ſeu ad deſideria. 327
Adibantur principes per libellos. ibid.
Exemplum libelli dati Imperatori. ibid.
Libelli Græci exemplum. ibid.
Contra quos ſupplicas, & de quo vel de quibus ſupplicas. 327. & 328
Contra quem preces fundis. 328
Precibus complecti & in preces conferre. ibid.
Reſcriptorum ad libellos in Pandectis loca. ibid.
Cùm proponas, Cùm profitearis, Cũ dicas Cùm alleges, Cùm adſeueres. 329
Si vt proponis, Si vt allegas, Si vt adſeueras. ibid.
Si preces veritate nitantur. 330
Adi Præſidem prouinciæ, Competentem iudicem, eum cuius de ea re notio eſt. 330
Quæ in libellum contuliſti, allega. 330
Aditus Præſes prouinciæ prouidebit, curabit, iubebit, compellet. 331
Adirus competens Iudex cognoſcet, æſtimabit, iubebit. ibid.
Reſcriptorum multa verba ſollemnia. 330. 331. & 332
Proconſul vir clariſſimus. 332
Præſes prouinciæ vir clariſſimus. ibid.
Conſules ampliſſimi. ibid.
Amicus noſter. 332
Competẽs Iudex iubebit, curabit præcipiet. 333
Is cuius de ea re notio eſt. ibid.
Age, Euoca, Conueni. ibid.
Poſtula, Denuntia, Depone. ibid.
Conſiſtere, Agere, Petere, Conuenire, Perſequi potes, & poteris. 333. & 334
Agere, Petere, Experiri, Conuenire debes, non prohiberis, non vetaris. 334
More ſolito & more iudiciorum. ibid.
Rectè, iure, non iniuria poſtulabis. ibid.
Ciuile eſt, vel Inciuile eſt quod poſtulas, Cõtra iura, contra iuris formã, non iuſtè, non iure poſtulas. 334. & 335
Fruſtrà deſideras, petis, exiſtimas, contendis. 335
Certi, explorati manifeſti, indubitati iuris eſt. 335. & 336
Certiſſimi, manifeſtiſſimi, euidentiſſimi, notiſſimi, abſolutiſſimi iuris eſt. 336
Certum & certiſſimum ius eſt, notum eſt, ordinarium eſt, non eſt ignotum. 336
Sæpe reſcriptũ, cõſtitutũ, decretum eſt. 337
Olim, iam pridem, antiquitus meritò rectè placuit. ibid.
Imperatores à ſucceſſoribus Diui Parentes appellantur. ibid.
Diui Principes. 338
Diuæ memoriæ, diuinæ & inclitæ recordationis. 338
Prudentibus, ſeu iuris auctoribus placuit. Et iuris auctoritate monſtratur, vel declaratur. 338
Non ambigitur, Nõ dubitatur, Conſtat, Palam eſt. 338. & 339
Fruſtà times, ſeu vereris, & Timere non debes. 339
Scire debes, debuiſti, debueras. ibid.
Scias, Intelligere debes, Intelligis. ibid.
Sectæ temporum meorum alienum. 340
Moris non eſt noſtri, fas non eſt, nimis graue eſt. 340
Exceptione vti potes, vel poteris. ibid.
Nec obeſt, nec obeſſe tibi debet. 341
Accuſare vel accuſationem inſtituere potes. ibid.
In integrũ reſtitutionẽ poſtulare potes. ibid.
Adrogandi licentia reſcripto cõceſſa mulieri. ibid.
Græca reſcripta. 342
Ad conſultationes magiſtratuum principes reſcribebant. ibid.
Præſides Principem conſulebant. ibid.
Principes conſuli ſe iubebant. 343
Rogo domine reſcribas. ibid.
Formula cõſultationis & reſcripti. 343. & 344

Verba quibus princeps conſulebatur. ibid.
Relationum formulæ. 344.& 345
Exemplum libelli dati mihi, Miſi vobis vel ſubiici iuſſi. 345
Grauitas tua. 346
De pœnis reorum vti principes reſcriberêt. 346.& 347
Beneficia ab Imperatoribus vti peterêtur & concederenrnr. 349
Beneficiorum libri ſeu Commentarij. ibid.
Optime Imperator,ſeu Domine Imperator. 349.& 350
Præſides ab Imperatoribus Cariſſimi appellabantur. 350
Patres Conſcripti in Reſcriptis Principum ad Senatum. ibid.
Epiſtolæ Imperatorum. ibid.
Te manet palmata. ibid.
Et qui fuerit nuntiatus. ibid.
Poſt alia,& ad locum, de re neceſſaria ad locum,Pars ex reſcripto vel epiſtola, Pars actorum,Exemplũ ſacrarum literarũ. 351
Aue cariſſime nobis. 351
Salutem dicit, vel dicunt. 352
Parens cariſſime Auguſtorũ. 352
Præfecti prætorio, Præfecti vrbi & Patririj, Parentes vocabantur. 353
Rectores Prouinciarũ & Comites, Fratres appellabantur. 353
Inluſtris & magnifica auctoritas tua, vel ſublimis magnificentia tua. 354
Magiſtro vtriuſq; militiæ, Magiſtro officiorum, Præfecto annonæ, Comiti rerũ priuatarum & alijs,vti Imperatores reſcriberent. 355
Manſuetudo,Clementia, Pietas, Serenitas noſtra. 355
Edictis propoſitis in omnium notitiam peruenire faciat vel diuulgari curet. 356. & 357
Progrãmate ſuo ad vniuerſorum faciat notitiam peruenire. 358
Alias præceptionibus id fieri iubetur. 359
Effectui mancipari procuret,præcipiat, feſtinet. 360. & 361
Beatitudo tua. 361.& 362
Sciant omnes. 362
Propoſita in foro Traiani. 362
Æreis tabulis proponatur lex. 363
Proponatur amanniſſimo noſtri populo. ibi.
Optamus vos florentiſſimos per multos annos bene valere. ibid.
Diuinitas te ſeruet. 364
Vale cariſſime. ibid.
Et manu diuina. 363.& 365
Et ad latus. 363
Legatur. 363
Quæſtor legi, vel ſubſcripſi. 365.& 366
Rubris literis Imperatoris nomẽ ſubſcribebatur. ibid.
Apices literarũ peculiares in reſcriptis principum. ibid.
Antelata edicto. 366. & 367
Data, Accepta, Propoſita, Subdita, Subſcripta. 366. & 367
Fmiſſa, Lecta, apud acta in Senatu, In Eccleſijs. 367
Prælata literis & Antelata. ibid.
Data epiſtola, miſſa, ſcripta. ibid.
Eodem exemplo,& de eadem re, vel ſcriptũ exemplum. 367.& 268
Mandata principum. 368
Mandatorum capita. 368. 369. 370
Prudentum reſponſa. 371
Licet conſulere. 371
Velim, vel rogo reſcribas. ibid.
Quæro,& Item quæro, reſpondi. 274
Epiſtolicarum quæſtionũ formulæ. 372. 373
Quæro an exiſtimes. 373
Quæſitum eſt, reſpondit. 374
Secundum ea quæ proponerentur. 374
Nihil proponi cur. 375
Eum cuius notio eſt æſtimaturum. 375
Placet. ibid.
Idem placebat, vel videbatur. 376
Signata reſponſa. 376

Ex libro IIII.

Milites initio ipſi vltrò inter ſe coniurabant, ſe fugæ atque formidinis cauſa non abituros, neq; ex ordine receſſuros, niſi teli petendi,&c. 378.& 379
Poſtea iureiurando adigi cœpere. ibid.
Iuſiurandum militum, Iuſſu Conſulum cõuenturos, neque iniuſſu abituros. ibid.
Iuriſiurãdi formula, quo Tribunus militaris cùm delectus antiquitus fieret, militeſq; ſcriberentur, eos adigebat. 379
Milites in procinctu ſollemni iureiurando adigebantur, ſe ſe nihil quidquam ex præda parta auerſuros, nec ſigna deſerturos. ibid.
Iuſiurandum, ſtrenuã ſe fortemq; operã daturos, quoad Pœni in Italia eſſent. ibid.
Scipionis Iuſiurandum quo & alios adegit, Vt ego Rempub. non deſeram, neque vllum ciuem Ro. deſerere patiar: Si ſciens fallo,&c. ibid.

Colonia-

Coloniarum aliquot iuniores iureiurando adacti,ſupra dies xxx. non pernoctaturos ſe eſſe extra mœnia coloniæ ſuæ, donec hoſtis in Italia eſſet. 380
Tu minor annis ſex& quadraginta es,túque ex edicto C. Claudii , Tib. Sempronij Cenſorum , ad delectum prodito, &c. 380.
Ex tui animi ſententia , tu ex edicto C. Claudij , Sempronij Cenſorum in prouinciam Macedoniam redibis &c. ibidem
Militibus ſcriptis dies præfiniebatur , quo adeſſent. ibid.
Iuſiurandum ita concipiebatur, vt adeſſent, niſi harumce quæ cauſa erit : Funus familiare, feriæve denicales &c. 380
In verba Conſulis iurare. ibid.
Sacramentis adiectum à Caligula : neque me liberóſque meos carioreshabeo,quàm Caium & ſorores eius. 381
Milites iurabant,ſe niſi poſt completa ſtipẽdia receſſuros. 381. 382
Chriſtianorum militum Iuſiurandum. 381.
Iurabant milites omnia ſe facturos quæ præciperet Imperator : nunquam deſerturos militiam , nec mortem recuſaturos pro Romana Repub. 381
Milites in nomen, ſeu verba principum iureiurando adigebantur. ibid.
Sacramento rogari , & ſacramento dicere, milites dicebantur. ibid.
Citabantur in delectu milites nominatim ac ſingillatim. ibid.
Valerius, Saluius , Statorius ominis cauſſa primi citabantur in delectu. ibid.
Cauſas cognoſcere. ibid.
Nomina dare. ibid.
Edicto milites certo die & loco adeſſe iubebantur,& eius edicti verba. 382
Qui Rempub. ſaluam vultis me ſequimini. 382.
Militiæ tria genera, Sacramentum, Coniuratio, Euocatio. 382
Cenſor præconi quibus verbis vt viros vocaret, imperabat. ibid.
Viros vocare quid. ibid.
Bella quibus verbis indici denuntiaríque ſolerent. 383.& 384
Res repetere. 383
Res reddere. 384
Formula qua res repetebantur, Audi Iupiter,audite fas &c. 383.384
Belli indicendi formula,Quod populi priſcorum Latinorum &c. 384
Belli indicendi ritus. 384.& 385.
Clarigatio. 383.& 385
Iuſtum piúmque bellum. 385
Pia & iuſta arma 385.386
Arma capere milites iubebantur. 386
Ad arma,ad arma. 386
Ad ſigna. ibid.
Conuellere ſigna , & efferre ſigna. 386.& 387
Infer ſignum. 387
Statue ſignum. 387
Accelera ſignifer : ſequere milites, ſequere imperatorem. 387
Signum dare. ibid.
Signa ferte. 387
Vaſa colligere. ibid
Caſta mouere. 387
Conclamari vaſa. 388
Fugientes milites in prælio conſiſtere iubebantur. ibid.
Hoſtem ferire. 388
Vir virum legit. ibid.
Imperatores milites cohortabantur. 388
Imperatorum ad milites , Orationes . 389
Milites & Commilitones. 389
Quirites. 389
Exercitus luſtrabatur. ibid.
Signum militiæ more Tribunis excubantibus dabatur. 390
Factum quod imperaſti. 390
Teſſeræ militaris exempla. ibid.
Cẽſoriæ in equitum recognitione vſurpatæ formulæ: Vende equum, Traduc equum. 390
Macte virtute eſto. 391
Acclamationum militarium aliquot exempla. 391. & 392
Milites qui fortiter & egregiè pugnauerant, ab imperatore pro concione laudibus & donis militaribus ornabantur. 392
Dona militaria, armillæ,coronæ , anuli aurei. 393
Milites rebus bene geſtis duces ſuos , Imperatores appellabant. 393
Imperatoris nomen. ibid.
Triumphus ob rem bene geſtam, vel ob res proſperè & feliciter geſtas decernebatur. 394.
Io triumphe. ibid.
Triumphum clamare. 394

Carmina quædam iocularia & dicteria milites in ſuos Imperatores triumphantes iacere conſueuerant. 395
Reſpice poſt te : hominem memento te. ibid.
Pompæ ferculo, Titulus geſta belli ſignificans, præferebatur. 395
Tabulę ab iis qui triumphabant, cum indice rerum à ſe geſtarum figebantur. ibid.
Trophæorum Tituli & Inſcriptiones. 396
Dictu auſpicióque. ibid.
Hoſtium ſpoliis tituli adſcribebantur. 396
Numis ad rerum præclarè geſtarum memoriam percuſſi, eorúmque inſcriptiones. ibid.
Ob ciues ſeruatos. 397
Deditionis formula, Eſtisne vos legati, oratoréſque miſſi à populo Collatino, &c. 367
Arma abiicete, & tradere iubebantur, qui ſe dedebant. 397
Pactionis in deditione factæ exempla. 398
Interdum nihil pacti hoſtes in fidem populi Rom. ſeſe dedebant. ibid.
Quiſquis es, noſter eris. 398
Sublatis omnibus ſalutem concede. ibid.
Hoſtibus vti dedebantur u quos Senatatus dedendos cenſuerat. 398
Fetialium præfatio in fœdere fetiendo. 399
Fœderum ritus. ibid.
Formula iuriſiurandi, quo fœdera firmabantur. ibid.
Concepta fœderum verba. ibid.
Fœdus Latinum. ibid.
Quinque inter populum Ro. & Carthaginienſem, à Regibus exactis ad vſque belli Punici ſecundi tempus inita fœdera. 400
Scipio quas Carthaginienſibus pacis leges dixit. 401
Amicitia eſto. 402
Fœdus cum Antiocho quibus legibus conſcriptum. 402. & 403
Pacis leges quas Quintius Philippo Macedonum Regi in eorum colloquio dedit. 403
Pax qua verborum conceptione facta cum Nabide Lacedæmoniorum tyranno. 404
Sylla Mithridati pacis leges quas obtulerit. 404
Fœderis cum Ætolis vti leges ac conditiones. 404. & 405
Gaditanum fœdus. 405
Pia & æterna pax ſit. ibid.
Maieſtatem populi Ro. comiter conſeruanto. ibid.
In fœdere Nicopolitano cautum, vt ciues ſicut cognati obſeruarentur. ibid.
Fœdera quæ inter populum Ro. & Iudaicũ interceſſerunt. ibid.
Fœderibus comprehendebatur, vt eoſdem amicos atque inimicos haberent. ibid.
Fœderibus vltrò citróq; eorum qui fœdus, & amicitiam inter ſe iungebant, fœderati comprehendebantur. 406
Annibalis fœdera cum Philippo Macedonum rege & Locrenſibus. 406
Fœderum genera. 406. & 407
Æquo fœdere. 407
Pactis pacis de his qui bello capti erant, caueri ſolebat. 407
Induciæ. 407. & 408
Miſſionum militarium tria genera erant. 408
Ignominioſæ miſſionis formula. ibid.
Diſcedite Quirites, atque arma deponite. 408
Commeatus dandi formula. 409

Ex lib. V.

In ius eamus. 410
In ius veni, ambula, ſequere. 410. 411
In ius voco te. 411
Licet anteſtari? 411
Vadimonium concipere. 411. 412
In diem tertium ſiue perendinum. 412
Perendie ſe ſiſtant illo loco. ibid.
Status condictus dies. 412
Ecce ſiſto me. ibid.
Aduocationem poſtulare. 412
Quæſo Prætor da iſtum patronum. 413
Quam rem, ſiue litem. ibid.
Sialium procas, niue eum procas. 413
Iudicem fero. 413
Eiero, iniquus eſt. 413
Hunc nolo. ibid.
Quando negas, te ſacramento prouoco. 413
Sponſio hac voce, NI, concipiebatur. 414
Item voce Quod. ibid.
Poſtulare iudicium. 414

Poſtu-

Poſtulare vt bona poſſidere liceat. 414
Vir clariſſime. 415
Rogo audias. 415
Si paret. 415
Dare facere oportere. 415
Intendere ſibi dari oportere. 416
Aio te mihi D. O. 416
Actionum in perſonam formulæ. 415. & 416
Iuriſiurandi in actionibus perſonalibus formula, dari oportere vel non oportere. ibid.
Actionis depoſiti formula. 417
Ex fide bona. 417
Quantum æquius melius. ibid.
Vt inter bonos bene agier. ibid.
Si quid dolo malo captus fraudatúſve eſt. 418
Peto ex ſtipulatu vel teſtamento. ibid.
Actionum in rem formula, Si paret fundum, quo de agitur, Titij ex Iure Quiritium eſſe. ibid.
Rem ſuam eſſe. ibid.
Mea eſt, mea ſunt. 418. & 419
Iniicere manum. 419
Petendi hominis formula. ibid.
Filij familias vindicandi formula. ibid.
Ceſſionis in iure formula. ibid.
Fundi petendi formula. 420
Ex iure manum conſertum vocare. 420
Aliarum rerum vindicandarum formulæ. ibid & 421
Confeſſoriæ actionis formula, Aio ius mihi eſſe. 421
Negatoriæ actionis formula, ius non eſſe. 421. & 422.
Quando te in iure conſpicio. 422
Ope conſilióque furtum factum aio. ibid.
Furto abeſſe. 422. & 423
Furti agens quid exprimere deberet. 423
Iniuriarum actionis formula. 423
Formulæ hac voce, Quod, concipiebantur. 423. 424. & 425
Accuſationes eadem voce, Quod, cóceptæ. 425
Si certum petetur, Certam creditam pecuniam petere. 425
Certi & incerti condictiones. 425. & 426
Incerti agere. 426
Actionis ex Empto & Vendito formulæ. 426. & 427
Aduerſus dictum promiſſúmve actio. 427
Æſtimatoria, ſiue, Quanto minoris. 427
Actionis ex Conducto formula. 427. & 428
Seruiana agens quid probare deberet. 428
Hypothecariæ & pigneraticiæ actionis formulæ. 428
Publicianæ actionis formula. ibid.
Actor is intentio in noxali iudicio. 428. & 429
De inofficioſo teſtamento quo colore diceretur. 429
Quo meo me merito pater exheredauit. 429
Hanc liberali cauſa manu adſero. 429. & 430
De eadem re alio modo. 430
Si telum manu fugit. 430
Cauſa & formula cadere. 430. & 431
In factum actiones. 431
Plus petentes cauſa cadebant. 431. 432
Actiones formularum nomen ſortitæ. 432.
Actionis genus & ſpecies edebatur. 432. & 433
Legitimarum actionum tam in perſonam quàm in rem propriæ & ſpeciales appellationes. 433
Lege agere. 433
Lege agito. ibid.
Interdicta iuris ordinarij erant. 434
Interdicti vti poſſidetis formula. 434
Interdictorum de vi quotidiana & armata formulæ, & vtriuſque differentiæ. 434. & 435
Interdictorum varia genera. 435
Vim fieri veto, Reſtituas, Exhibeas. 435
Interdictorũ de aqua quotidiana, de glande legenda, de fluminibus & aliorũ quorundam formulæ. 435. & 436
Exemplo ſeu ad inſtar interdicti. 436
Actionum, Interdictorum, Teſtamentorũ, Bonorum poſſeſſionum formulæ ſublatæ. 436
Præiudicia reddebantur. 436. & 437
Præiudiciales actiones. 437
Prætoriæ ſtipulationes. ibid.
Ratam rem haberi ſatiſdabatur. 437. & 438
Stipulationis & Cautionis de Rato formulæ. 438. & 439
Amplius non peti. 438
Iudicatum ſolui ſatiſdabatur. 439

Clauſulæ ſtipulationis Iudicatum ſolui. 439. 440
Pro præde litis vindiciarum. 440
Poſſeſſor hereditatis petitori ſatiſdabat. 440
Damni infecti ſtipulatio,& eius formula. 440.& 441
Iuriſiurandi de Calumnia formula. 441
Stipulatio ex Operis noui nuntiatione, & eius formula. 442
Stipulatio legatorum nomine,& eius formula. 442
Cognitione Prætoria in integrum Reſtitutiones dabantur. ibid.
Interrogationum in iure formulæ. 442. & 443
Formulæ eorum quæ in iure ex vtraque parte dici & allegari conſueuerant. 433.& 444
Si dicetur. 444
Dico. 444.& 445
Formula petendæ in integrum Reſtitutionis. 445.446.447
Dicere in officioſum & ruptũ teſtamentum. 445
Intentionum aliquot formulæ. 445. & 446
Eorum quæ in iure deſiderabantur formulæ aliquot. 446.& 447
Contradicere. 447
Poſtulationum exempla & formulæ. 447
Actionum aliquot miſcellaneæ formulæ. 447.& 448
Actionis aquæ pluuiæ arcendæ formula. 448.
Actionis de deiectis & effuſis formula.ibid.
Contendere. 448.& 449
Auctor laudari. 449
Exceptione actio elidebatur. 449
Exceptiones poſtulabantur à Prætore & formulis includebantur. 449. & 450
Exceptiones concipiebantur his verbis, Si non. Item his vocibus,Quod, Extra quã, Ac ſi,At ſi. 450.451 & 452
Formula Exceptionum Rei iudicatæ,Quod metus cauſa, Doli mali. 452
Procuratoriæ exceptionis formula. 452
Exceptionum dilatoriarum & declinatoriarum formulæ. ibid.
Vadimonij deſerti defenſio. 452.& 453
Vadimonij deſerti pœna. 452
Exceptionum aliquot particulares formulæ. 453
Exceptionum propria nomina. 453. 454
In factum exceptiones 454
Replicatio actori dabatur aduerſus exceptionem. 454
Replicatio his verbis, Aut ſi, concipiebatur. ibid.
Bonorum poſſeſſiones à Prætore dabantur. 454.& 455
Bonorum poſſeſſionum vndecim ſpecies & gradus. 455
Carboniana bonorum poſſeſſio. 455
Bonorum poſſeſſio cum re,ſine re, Edictalis, decretalis. 455.& 456
Bonorum poſſeſſio pro tribunali,vel de plano petebatur. 456
Bonorum poſſeſſionem Do, & in poſſeſſionem eſſe iubeo. 456
In bona ire iubeo. ibid.
In poſſeſſionem mitti deſidero. ibid.
De poſſeſſione decedere iubeo. ibid.
Poſſidere iubeo. ibid.
Tutorem do. 457
Ex inquiſitione tutor datus. 457
Idonei pronuntiati tutores. ibid.
Formula Excuſationis allegatæ, & decreti ſuper ea re interpoſiti. 457
Excuſationes vti & intra quæ tempora allegandæ eſſent. 460
Cautio Rem pupilli ſaluam fore. 478
Tutelæ diuiſio. ibid.
Vbi pupillus educari vel morari deberet, decernebatur à Prætore. 458. & 459
Comminationes Prætorum aduerſus tutores. 459
Actor decreto Prætoris conſtitutus. 459
Pubes petebat curatorem. ibid.
Prodigo bonis interdicebatur à Prætore. 459. & 460
Formula Interdictionis bonorum. 460
Prædia minorum ſine decreto alienari non poterant. 460
Formula decreti quo alienatio rerum ad minores pertinentium permittebatur. 461
Tutores vt ſuſpecti vti remouerentur. 461
Tutela vel cura abire. ibid.
Adminiſtratio interdicebatur tutorib⁹.ibid.
De alimentis teſtamento relictis auctore Prætore tranſigebatur. ibid.
Cognitiones Prætoriæ feriatis diebus. 461. 462
De fideicõmiſſis Prætores ius dicebãt. 462
Mutandi procuratoris poſt litem conteſtatam cognitio Prætoria. 462
Decretũ Prætoris,Seruũ libertatẽ mereri.ib.

Prætoris partes in noxali iudicio. 462. & 463
Pronuntiationes Prætoriæ. 463
Ad Prætorem vocati venire debebant. ibid.
Edicti Peremptorij ordo & formula. 464
Prætor cauſa cognita actiones daba: & denegabat. 464
Iudicis dandi ius magiſtratus habebant. 465
Sollemnia verba Prætoris, Do, dico, addico. 465
Faſti & nefaſti dies. ibid.
Prætor ſui copiam facere dicebatur. ibid.
Imperialium ſentẽtiarum in cognitionibus prolatarum exempla. 466
Imperator pronuntiauit, vel iuſſit. 465. & 466.
Placet in ſententiis Imperialibus. 466
Auguſtus dixit. 467
Cum conſilio collocutus dixit. 467. & 468
Pars actorum habitorum in conſiſtorio Auguſtorum. 467. & 468
Decretorum Iulij Cæſaris & diui Marci exempla. 468. & 469
Sententia ab Imperatore Antonino dicta. 469
Cognitionis Imperatoriæ exemplum. 469
Actorum apud Procuratorem Cæſaris factorum exemplum. 469.470
Iudicum datorum appellationes. 470
Iudicum cum litigatoribus ſermones. 470
Conteſtationis formula. 470. & 471
Priuatorum iudiciorum exempla & formulæ. 471
Iudices iubebant aduocatos dicere. 471. & 472
Dixi. 472
Altercationum in iudiciis exempla. 472. & 473
Officium iudicis in rei vindicatione. 473
Formulæ pronuntiandi in iudicio petitorio rem meam eſſe, rem mihi reſtitui, & aliæ. 473.474
Poſſeſſor Reſtituere iuſſus ſi non pareret, vti damnaretur. 474
Hereditatis petitio. 474
Officium iudicis in hereditatis petitione. 474. & 475
Cautiones officio iudicis in iudiciis petitoriis interpoſitæ. 473. 474. & 475
Vſumfructum vindicans quid intendere ſolebat. 475. & 476
Officium iudicis in actione vſusfructus nomine inſtituta. 476
Cautiones quæ à fructuario præſtabantur. 476. & 477
Fructuarius per arbitrum reficere & rectè colere cogebatur. 477
Officium iudicis in Confeſſoria & negatoria actione. 477
Arbiter finium regundorum. 478
Placet terminos requiri. 478
Sententiæ de finibus dictæ formula & exẽplum. 478.479.480
Controuerſia inter Genuates & Veturios de finibus vti finem acceperit, & quo tempore. 478. & 480.
Terminorum ponendorum ritus. 480
De poſitione terminorũ controuerſiæ. 481
Agrorum limitatorum, diuiſorum, adſignatorum qualitates & conditiones. 481
Inſcriptiones lapidum in agris & earum formulæ. 481. & 482
Officium iudicis qui de finibus cognoſcebat. 482.483.484
Menſores in controuerſiis de finibus adhibebantur. 482. & 483
In rem præſentem ibatur in quæſtione de finibus. 483
Formula ſententiæ in re præſenti aut poſt inſpectionem loci dictæ. 483
Iuſiurãdum de calumnia in actionibus mixtis. 484
Arbitri familiæ erciſcundæ officium. 484. 485. & 486
Officium arbitri Communi diuidundo. 486.487
Cautiones officio iudicis interpoſitæ in Familiæ erciſcundæ & Communi diuidundo iudiciis. 484.485. & 487
Intentionis eius qui ad exhibendum agebat formula. 487
Officium iudicis in actione ad exhibendũ. 487. & 488
Officium iudicis in actione Quod metus cauſa. 488. & 489
Officium iudicis in actione de dolo. ibid.
Officium iudicis in actionibus arbitrariis. 489
Officium iudicis in actione negotiorum geſtorum. 489
Noxali iudicio addicti Iudicis officium. 489.490. & 491

Exitus actionis Si quadrupes pauperiem feciſſe diceretur. 491
Lege Aquilia quibus ex cauſis ageretur. 492
Serui corruptor vti condemnaretur. 492
Iudicis in actione hypothecaria officium. 492. & 493
Iudicis in actione damni infecti officium. 493. & 494.
Iudicis in aquæ pluuiæ arcendæ actione officium. ibid.
Iudicum in liberali iudicio partes. 494. & 495
Dos ſoluto matrimonio vti repeteretur. 495
Cautiones de Rato in actione de dote. 496
Arbitri qui de dote cognoſcebat, officium. 496
Retentiones dotis ex quibus cauſis competebant. 496.& 497
De moribus actio. 497
Vtrius coniugum culpa factum eſſe diuortium quærebatur. 497
Formula pronuntiandi in iudicio de moribus. 497.& 498
Rerum amotarum iudicium. 498
Officium Iudicis in actione tutelæ. 498.& 499
Officium Iudicis in cauſa legati in actione ex teſtamento. 499.500.& 501
Cautiones quæ in legatorum fideicommiſſorúmve controuerſiis officio Iudicis interponebantur. 500.501.502.& 503
Arbiter legis Falcidiæ. 504
Heres vti cogeretur ſuſpectam hereditatem adire. 504. & 505
Formulę pronuntiandi in interdictis Quod vi aut clam, & vnde vi. 505
Exitus actionis Fauianæ & Paulianæ. 505.& 506
Iudicis in condictione furtiua officium. 506
Officium Iudicis in aliis actionibus. 507
Arbitrium Iudici formula interdum committebatur. 507
Taxatio in litibus. 507
Iudicis & arbitri differentia. ibid.
Generaliter in officio Iudicis in bonæ fidei iudiciis quænam incumberent. 508.& 509
Cautionum quarum remedio pleræque lites dirimebantur exempla & formulæ. 509.& 510
Iuſiurandū in litem vti deferretur & cōciperetur 511
Formula pronuntiandi in iudiciis priuatis. 511.& 512
Videri patrem iuſtas iraſcendi filio cauſas habuiſſe. 512
Si quid mei iudicij eſt. ibid.
Secundum te litem do. ibid.
Non liquet. ibid.
Ite in conſilium. ibid.
De conſilij ſententia. 513
Qua de re agitur. 513
Operam dabat Iudex. ibid.
Sententiæ coram litigatoribus pronuntiabantur. 514
Sententiæ Iudicum vti executioni mandarentur. 514
Pignora in cauſam iudicati capta. ibid.
Iureiurando controuerſiæ diſtrahebantur. ibid.
Formulæ iuriſiurandi iudicialis & neceſſarij. 515.& 516
Formula iuriſiurandi de Calumnia. 515
Formula iuriſiurandi in ſingulis actionibus. 516
Arbitri ex compromiſſo ſumebantur. 517
Arbitrorum in quos compromiſſum erat, ſententiæ vti conciperentur. 517
Arbiter cogebatur ſententiam pronūtiare, vel iurare ſibi non liquere. 518
Officium arbitri ex compromiſſo ſumpti. 518
Coram litigatoribus ſententiam dicere debebat arbiter. ibid.
Appellatio vel viua voce, vel apud acta interponebatur. ibid.
Formula appellationis interponendæ, Appello vel Prouoco. ibid.
Libelli appellatorij formula. 518.& 519
Libellorum dimiſſoriorum ſeu Apoſtolorū formula. 519
Cauſas appellationis reddere. ibid.
Cauſas appellationis quibus verbis reddebantur. 520
Formula pronuntiandi ex appellatione. 519
Imperialium ſententiarum ex appellatione dictarum exempla. 520
Cæſarem appellabant. 520.& 521
Rei nomen recepi poſtulabatur. 521
Deferre nomen rei. 521
Reus fieri quis vti diceretur. ibid.
Accuſatorum verba, Aio & dico. ibid.
Accuſationis Repetundarum formula. 522.
Perduellionis iudicare. 522
Ego Lucium Titium reum defero. 522

Accuſatio

Accuſatio per libellos vel oblatos, vel apud acta depoſitos. 522. & 523
Libellorum inſcriptionis conceptio. 523
Subſcribere in crimen. 523
Profiteri indicium. 524
Edicebatur vt reus certo die adeſſet. 524
Edictis delatores adeſſe iubebantur. ibid.
Citabatur reus de tribunali præconis voce. 524. & 525
Citatus reſpondebat vel non reſpondebat. 525
Abſens requirendus adnotabatur. ibid.
Rei legibus quibus iudicium cōſtituebatur, interrogati dicebantur. ibid.
Accuſatoribus præſcriptiones obiiciebātur, & earum formulæ. 526
Rei prehendi & in vincula duci iubebātur. 526
Rei cauſam dicere iubebantur. 527
Cauſam ex vinculis dicere. 527
In carcere vel ſub fideiuſſoribus rei habebantur. 527. & 528
Reorum vincula & catenæ. 527
Commentarienſis rationem carceris vti conficeret. 528
Cuſtodia militaris. ibid. & 529
Libera cuſtodia. 529
Cuſtodia publica. 529
Rei tranſmittebantur, idque ſub idonea proſecutione. 529. & 530
Rei de criminibus obiectis vti interrogabātur. 530
Cuſtodias audire. ibid.
Inquiſitionem poſtulare. 530. & 531
Teſtes è prouinciis euocabātur, & ſi præſtò eſſe non poſſent excuſabantur. 531
Teſtes voce præconis citabantur. ibid.
Ab oratoribus teſtes interrogabantur. ibid.
Teſtes refellebantur & refutabantur. ibid.
Licet rogare. ibid.
Formula teſtis interrogandi, Te rogo, Quæro, & Volo vti mihi reſpondeas. 531. & 532.
Exempla Interrogationis teſtium. 532
Teſtes poſt finitas olim actiones interrogabantur. ibid.
Teſtium verba, Arbitror, Audiui, Vidi. 533
Teſtes de auditione. 533
Teſtimoniorum exempla. ibid.
Teſtimonia per Tabulas. ibid.
Teſtationes obſignabantur. ibid.
Teſtere licet. ibid.
Poſtulabatur vt quæſtio de ſeruis haberetur. 534
Formula Interrogandorum eorum de quibus quæſtio habebatur. 534
Quæſtiones quibus in cauſis &, quibus præſentibus haberentur. ibid.
Quæſtiones per tormenta habebantur, à Tortoribus. ibid.
Tabulæ Quæſtionum obſignabantur. 534
Dixi, & Dixere. ibid.
Hora inclamabatur 535
Supremam pronuntiare. ibid.
Præcones in Iudiciis. 535
Ilicet. ibid.
Amplius, vel, non liquet. 535. & 536
Ex animi mei ſententia. 536
Ritus pronuntiandi in cauſis capitalibus. 536
Iuſiurādi, quod ab his qui damnaturi erant præſtabatur, formula. ibid.
Iudices in leges iurabant. ibid.
Præfationes in ſententiis. 536. & 537
Spoliari reum, virgáſque & ſecures experiri iubebant. 537
I lictor, deliga ad palum, colliga manus, caput obnube, &c. ibid.
Legitima verba, Lege age. 537. & 538
Parum cauiſſe videri, & feciſſe videri. 538
Placet in ſententiis. 538
Iure cæſum videri. ibid. & 539
Formula pronuntiandi in quæſtione falſi. 539
Gladio animaduerti. ibid.
Relegati vrbe excedere iubebantur. ibid.
Summouere vrbe. ibid.
Formula ſententiæ relegationis. 540
Interdicere vrbe & Italia. 540
Exilij & relegationis variæ ſpecies. 540. & 541
Ademptis bonis vel parte bonorum adempta relegati. 541
Adnotare in inſulam deportandum. 541. & 542
Imperatori ſcribendum Præſides interloquebantur. ibid.

Pœnarum varia genera. 542
Aliud Ad Gladium,aliud Ad Ludum damnari. ibid.
Ad Beſtias damnati. 542.& 543
Ad Leonem. 543
Interdicere aduocationibus. 543
Ordine interdicere. ibid.
Multa maxima & minima. 544
Multæ dicendæ formula. 544
Comminationum exempla. ibid.
Serua animam tuam. ibid.
Nihil moror. ibid.
De Calumnia pronuntiare. 544
Formula pronuntiationis de Calumnia. ibid. & 545
Elogia præconum in ſuppliciis ſumendis. 545
Titulorum qui pœnæ cauſam indicabant formulæ. 545
Damnatorum Reſtitutio, & eius formula. 546

Ex lib. VI.

Emptionis formulæ, Eſt mihi emptus fundus, Stichus, vel Erit emptus. 547
Ille fundus eſto vel ſit emptus. 548
Rogare emptum. 548
Tanti ſunt mihi emptæ? Sunt. ibid.
Indica, Fac pretium. ibid.
Venalium vendendorum leges. 546
Stipulatio Seruum ſanum eſſe. 549
Venales inſpici & nudari ſolitos. ibid.
Furem non eſſe, Furtis noxiſque ſolutum præſtari ſpondes? 550
Commendandi ſerui cauſa quædam dicta. 550. 551
Titulus venalibus ſeruis poſitus. 551
Pileati & coronati ſerui qua de cauſa venirent. 551
Venales gypſatis pedibus. ibid.
Serui venditioni peculium accedebat aut non. 552
Mancipium ſub condicione Redhibēdi intra certum tempus ſi diſplicuiſſet, Itē Rationum reddendarum venditum. 552
Leges in venditione ſeruorum dici ſolitæ, Vt Exportarētur, Ne aliquo loci morarētur, Ne proſtituerentur. 552.& 553
Manus iniectio excepta, ſi contra legem vēditionis quid fieret. 553
Mancipia quandoque ea lege venibant, Vt manumitterentur intra certum tempus: & contrà quandoque, ita vt ne manumitterentur. 553.554
Oues & earum fœtus qua lege venirent. 554
Boues vti emi ſolerent. 554
Animalium & Iumentorum venditor quid cauere & promittere ſoleret. 555
In Aſinis & Suibus vendendis quid promitteretur. 555
Capras Sanas nemo promittebat. 555
Leges in Canum venditione dictæ. 555
Vinum vti veniret. 555.& 556
Vini Doliaris vēditio quibus legibus fieret. 555
Vinum Pendens vti veniret. 556
Olea Pendens qua lege veniret. 556
Oleum vti veniret. 557
Pabulum hibernum qua lege veniret. 557
Vaſorum venditio. 557
Ædes venales Inſpiciebantur. ibid.
Domum commēdabant Vt bene ædificatā. ibid.
Ædes Vti Optimæ maximæ venibant, vel vti poſſeſſæ. ibid.
Habitatio quandoque excipiebatur. 558
Penſiones ædium locatarum quæ venibant, excipiebantur, vel accedebant. 558
Ruta cæſa recipiebantur in ædium venditione. ibid.
Stillicidia flumina vti nunc ſunt, vt ita ſint. ibid.
Inſtrumentum antiquum venditionis ædium. 559
Fundorum nomina. 559.& 560
Nuda proprietas fundi vti veniret. 260
Plures fundi vti venirent. ibid.
In fundorum venditione modus agri vti diceretur. 560
Caueri ſolebat vt viæ publicæ litora in modum cederent. ibid.
Qualitas iugerum fundi in venditione dicebatur. ibid.
Agri qui venibat, fines demōſtrabantur. 561
Fundi vēditor eum vel Liberū vel Seruum eſſe dicebat. 561
Fundus Vti Optimus Maximuſq; erat venibat. ibid.
Seruitutes Si quæ debentur debebuntur. ibid.
Itinera actus quibus ſunt, vtique ſunt. ibid.
Quibus eſt ſeruitus vtique eſt. 562
Fundo iter acceſſurum dicebant. 562
Aquæ ductus acceſſio vel exceptio in fundi venditione. ibid.
De tributo & vectigali venditione cauebatur. 562

Sacra,

Sacra, religioſa vel publica loca vti exciperentur in venditione. ibid.
Sepulcri vel itineris ad ſepulcrum acceſſio. 562. & 563
Dolia quæ in fundo erant vel accedebant, vel excipiebantur. 563
Mancipia venditioni fundi accedebant. 563
Frumenta manu ſata, fructum omnem, & lapidicinas, interdum fundi vēditor excipiebat. ibid.
Fundus interdum ita venibat, vt eum certa ſumma conductum venditor haberet. 563. & 564
Fundum emptum quoad pretium perſolueretur, emptor conducebat, vel precario rogabat. 564
Commiſſoriæ legis Formula. 564
Addictionis in diem Formula. 564. & 565
Leges in pignoris venditione dici ſolitæ. 565
Variæ venditionum leges. 565. & 566
Dolus malus à venditore aberit. 566
Hereditatis venditio vti fieret. 566
Stipulatio, Quanta pecunia ex hereditate peruenerit. ibid.
Nomen vti diſtraheretur. 567
Hebere licere & vacuam poſſeſſionem tradi. 567
De Euictione caueri ſolitum. 567
Simplæ & Duplæ ſtipulatio. ibid.
Duplæ vel promiſſio vel cautio. 568
Fideiuſſor euictionis. 568
Nihil euictionis nomine præſtatum iri. 568
In vacuam poſſeſſionem emptor inducebatur. 568. & 569
Teſtatio vacuæ poſſeſſionis. 569
Venditiones per præcones. 569
Præco prædicabat ita, Domum vendo. ibid.
Formula qua auctio conclamabatur. 569. & 570
Proſcribebatur venditio. 570
Tabulæ, de venditione bonorum debitoris latitantis propoſitæ Formula. 570
Libelli ſuſpenſi bonis. ibid.
Haſta poſita publicè res venibant. 570. & 571
Captiui ſub haſta venibant. 571
Bona Porſenæ Regis vendere. ibid.
Probi nummi. ibid.
Arra venditionis. ibid.
A venditione quo modo diſcederetur. ibid.
Tabulæ emptionum 571. & 572
Tabulæ ſigno impreſſo obſignabantur & lino obligabantur. 572
Signate Quirites, & Signes licet. 572
Inſtrumentorum publicorum prima verba. 572
Mancipi res vel nec mancipi. ibid.
Abalienatio nexu. 572. & 573
Mancipationis formula. 573
Mancipio dare. 573
In locatione ædium cauebatur de inuectis & illatis. ibid.
Horreorum locationes. ibid.
Inquilini Idibus Quintilibus migrabant. ibid.
Lex colendi fundi dicebatur. 574
Biennio continuo farreo ſpico agrum ne ſerito. 574
Vis maior excipiebatur. 574
Cum colono de pignore conueniebat. ibid.
Fideiuſſor conductionis. ibid.
Colonus capra natum ne paſcat. 574. & 575
Redemptor ſiluam ne cædito. 575
Villam incorruptam reddito. 575
Ignem ne habeto, vel innocentem habeto. ibid.
Coloni Partiarij erant, vel nummis colebant. ibid.
Locationes à Martiis Calendis incipiebant. ibid.
Locationes in luſtrum fiebant. 575. & 576
Opus faciendum quibus legibus locaretur. 576
Lex antiqua operi faciendo dicta. 576. & 577
Sarta tecta. 577. 578
Villa noua ab ſolo ædificanda vti locaretur. 578
Quincupeda opus metiebantur. 578
Menſores ædificiorum. 579
Probabatur opus & in acceptum referebatur. 579
Recentiore trima arena ne vtitor. 579
Calx partiario coquenda vti locaretur. ibid.
Olea legenda qua lege locaretur. ibid. & 580
Oleam ne ſtringito. 580
Olea facienda vti locaretur. 580

Vinea redemptori partiario vti danda eſſet. 580
Vuam ſqualidam ne legito. ibid.
Pecora partiaria locabantur. ibid.
Auiaria vti conducerentur. ibid.
Onus vehendum, Vinum tranſportandum locabatur. ibid.
Veſtimenta Polienda Curandáve locabantur. 581
Nauis conductio. 581
Agri publici vti locarentur. 581
Leges in publicorum locatione dictæ. ibid.
Cenſoriæ leges. 581.& 582
Pactiones publicanorum. 582
Profeſſio apud publicanos. 582
Cenſores addiderunt. ibid.
Iupiter Miniandus locabatur. ibid.
Cenſoriarum Tabularum verba quædam. 583
Locationes ad haſtam. 583
Digito ſublato licitatio fiebat. 583
Induci locatio. 584
Prædes à mancipibus dabantur. 584
Prædibus & prædiis cauere. 584
Bona prædia. ibid.
Mandabat quis fundum ſibi emi. ibid.
Mandabatur negotiorum adminiſtratio. 585
Procurator omnium ſeu vniuerſorum bonorum. 585
Procuratores plures in ſolidum. 585
Verus procurator. 585
Amplius non peti. ibid
Procuratori quæ mandarentur. ibid. & 586
Mandatorum clauſulæ. 586
Varia mandatorum genera. 586.& 587
Epiſtolarum quibus aliquid mandabatur formulæ. 587.& 588
Fide & periculo meo. 587
Commendandi cauſa literæ ſcriptæ. ibid.
Societas vel vniuerſorum bonorum, vel vnius rei. 588
Societas quæſtus & compendij. 588
Societas coita ad emendum. 588
Argentarij ſocij ibid.
Vectigalium ſocietas. 588.& 589
Societatum varia genera. 589
Partes in ſocietate contrahenda vti conſtituerentur. 589
Societatum leges. 589
Depoſiti exempla. 590
Tabulæ Teſtamenti deponebantur. 590
Depoſiti leges. 590
Depoſiti teſtationes per epiſtolam. ibid.
Depoſitum apud ſequeſtrem. 590. & 591
Commodati exempla. 591
Vtendum dare. 591.& 592
Commodati leges. 592
Mutua pecunia vti daretur. 592
Leges mutui dati. 592.& 593
Traiectitia pecunia quibus legibus daretur. 593. & 594
Sub pignore mutua pecunia dabatur. 594
Hypothecæ formula. 594
Prædia vti pignori darentur. ibid.
Obligatio omnium bonorum quæ quis habebat, habiturúſve eſſet. 595
Fundum nulli alij eſſe obligatum cauebant, vel alij obligatum prædicebant. 595
Superfluum pignorũ, ſeu Hyperocha quãdoque pignori obligabatur. ibid.
De pactis pignorum. 596
De vendendo pignore plerumque conueniebat. 596
Cauebatur contrà ne pignus vendere liceret. 597
Ab hypotheca quãdoque diſcedebatur. 597
Scribere & Reſcribere. 597.598.& 599
Formula cautionis creditæ pecuniæ & chirographi. 597
De Domo, Ex Arca, Ex Menſæ ſcriptura. 597.& 598
Probum argentum. 598
Ille ſcripſi. 597.& 598
Chirographa in Codice, Pugillaribus, Tabulis. 598
Iuſiurandum in cautionibus. ibid.
Probatio datæ pecuniæ per Menſæ ſcripturam. ibid.
Literarum obligatio 599
Menſæ præpoſitus. 599
Depoſitæ pecuniæ apud Menſam. ibid.
Accepti & Expenſi codex. ibid.
Rationes vti conficerentur. ibid.
Formulæ literarum, quas nũmularij & menſularij ſcribebant. 601
Ratio vti cum argentariis & nummulariis poneretur. 601
Par ratio, & paria facere. 602
Foro cedere. 602
In priuatas rationes quid referretur. 602.& 603
Tabulæ, Aduerſaria, Ephemerides. 603

Serui actus ſui rationes reddebant. 603
Rationes diſpungebantur, & ſubſcribebantur. ibid.
Inſtitores tabernæ, vel alteri negotio præponebantur. 603. & 604
Cum ſeruo meo negotium geri vero. 604
De Magiſtro & Exercitore nauis. 604
Debitor ſoluturum ſe conſtituebat. 604
Conſtituti formulæ. 604. & 605
Conſtitutum per epiſtolam. 605
Tabulæ nuptiales. 605. & 606
Liberorum quærendorum cauſa. 605. & 606
Coëmptionis formula. 606
Sponſaliorum formulæ. 606
Signatæ Tabulæ nuptiales. ibid.
Dotis dictio, promiſſio. 607
Formula dotis promittendæ. 607
Decies centena doti dabantur. 607. & 608
Quæ res in dotem darentur. 608
Æſtimatæ res quibus legibus in dotem darentur. 608. & 609
Receptitius ſeruus. 609
Peculium mulieris & res extra dotem datæ. 609
De dotis reſtitutione in caſum diuortij, vel mortis, vel in vtrúmque caueri ſolebat. 610
Stipulationis de dote reſtituenda formula. 611
De dotis retentione vel certæ partis, liberis interuenientibus, caueri ſolebat. 611
Liberis, vel marito ipſi, pactis dotalibus cauebatur. 611. & 612
Dos qua die reddenda eſſet paciſcebantur. 612
Pacta ne dos à muliere vel ab alio peteretur. 612
De alenda muliere pacta fiebant. 612. & 613
Pactis dotalibus de hereditate patris cauebatur. 613
Seruitutes vti conſtituerentur. 613
Formulæ cedendæ ſeruitutis. 613
Modus ſeruitutibus adiiciebatur. 614
Viæ latitudo. 614
Actus ſpatium. ibid.
Aquæ ductus ſeruitus. 615
Aqua cottidiana, æſtiua, diurna. 615
Riuales 615
Aqua riuis ducebatur. 615. & 616
Fiſtulæ & tubuli. 616
Aqua menſuris diuidebatur. 616
Iter aquæ. 616
Aqua per plurium prædia ducebatur. 616
Pecoris appellendi ſeruitus. 616
Hauſtus æquæ ius. ibid.
Pecoris paſcendi ius. 617
Compaſcui agri 617
Prædiorum Ruſticorum plures ſeruitutes. 616. & 617
Vrbanorum prædiorum iura. 617
Altius tollendi & non tollendi ius. ibid.
Luminum ſeruitus, & Ne luminibus officiatur. 617
Tigni & ſtillicidij immittẽdi ſeruitutes. 617. & 618
Oneris ferendi ſeruitus. 618
Seruitutes per traditionem vel patientiam conſtituebantur. 618
Seruitutes vti reciperentur. 618. & 619
Seruire, vel ſeruas fore ædes dicebant. 619
Seruitutes in ſtipulatum deducebantur. 619
Precariò iura prædiorum rogabantur. 619
Precarij exempla & formulæ. 619. & 620
Habitationis conceſſæ formula. 620
Donationum exempla & formulæ. ibid.
Hac epiſtola manu mea ſcripta notum facio. 620
Donationes ſub modo aut condicione factæ. 621
Leges in donatione nummorum dictæ. 621. & 622
Donationes collegiis & corporibus cum onere factæ. 622
Vetuſtæ Donationis fragmentũ. 622. & 623
Pollicitatio ob honorem, Magiſtratum, ſacerdotiúmve. 623
Pollicitationum exempla. 623
Compromiſſorum formulæ. 623. & 624
Diem compromiſſi proferre. 624
Arbitri ſententia ſtari. 624
Si quid dolo in ea re factum ſit. ibid.
De rebus controuerſiiſque omnibus compromiſſum. 624
Diuiſio hereditatis inter fratres. 625
Conuentionum in diuidenda hereditate factarum formulæ. 625
Nomina vti diuiderentur. 625
Forma diuiſionis fundorum. 625. & 626
Vſusfructus & pignorum Diuiſio. 626
Pactio libertatis. 626
Pro capite. ibid.
Libera peculij adminiſtratio. 626

Stipulationes omnibus ferè pactis ſubiiciebantur. 626. 627
Rogauit Titius, ſpopondit Mæuius. 627
Rogauit ille, Spopondi ego, vel ſtipulanti ſpopondit. ibid.
Stipulationis integræ formula. 627. & 628
Spondes? ſpondeo. Dabis? dabo. Promittis? promitto &c. 628
Dare vel dari ſpondes? 628
Verbis obligatio contrahi. 629
Rei ſtipulandi & promittendi. 629
Duo pluréſve rei promittendi vti fierent & conſtituerentur. 629. & 630
Inuicem ſtipulari,& Reſtipulari. 630
Stipulationum, quæ in dando conſiſtebant, exempla. 630
Nummorum ſtipulatio. ibid.
Tritici, vini, olei ſtipulationes. 630. & 631
Quidquid te dare, facere, oportet, oportebítve, præſens in diémve. 631
Quantò minus à Titio conſecutus fuero. 631
Mihi aut Titio dari. 632
Seruorum ſtipulationes. 632
Illud aut illud dari. 632
Stipulationes purè vel in diem vti conciperentur. 633
Calendis primis ſeu proximis, ſecundis, & tertiis. 633
Stipulatio vſurarum in dies triginta. 633
Annua, bima trima die. 633
In annos ſingulos. ibid.
Cum morieris, vel poſt mortem dari. 634
Loca ſtipulationibus inſerebantur. 634
Stipulatio ſub condicione vel ſimplici vel duplici vel negatiua. 634
Stipulationum quæ in facto cōſiſtebant exempla. 635
Inſulam fieri, fabricari, fulciri. 635
Locus in quo opus fieret, deſignandus erat. 635
Dies intra quem opus fieret, & cuius arbitratu id fieret, adſcribebatur. ibid.
Viæ, itineris, actus ſtipulationes vti conciperentur. 635. & 636
Ire, agere, vti, frui licere ſpondes? 635
Per te non fieri quominus mihi ire agere liceat. 636
Per te nō fieri neque per heredem tuū. ibid.
Habere licere ſpondes? ibid.
Per te non fieri, quominus mihi habere liceat. ibid.
Iudicio ſiſti. 636. & 637
Operarum ſtipulatio. 637
Variæ ſtipulationum formulæ. ibid.
Satiſdationis ſtipulatio. ibid.
Emptæ hereditatis ſtipulatio. 637
Quanti ea res erit tantam pecuniam dare ſpondes? 637. & 638
Recte dari, fieri, præſtari, reſtitui. 638
Eive ad quem ea res pertinebit. 638
Pœnalium ſtipulationum exempla. 638. & 639
Si ita factum non erit, vel ſi aduerſus ea factum erit. 639
Doli clauſula ſtipulationibus ſubiiciebatur. 639. & 640
Doli clauſula variè concipiebatur. ibid.
Stipulationum differentiæ. 640
Rem pupilli ſaluam fore. 640
Cautio defenſionis vti conciperetur. 640. & 641
Cautionis de indemnitate formula. 641
Reſtituiri, Reddituiri, Tradituiri, præſtatuiri. 641
Cautio Amplius non peti, vel agi. ibid.
Cautiones quæ à fructuario præſtabantur. 642
Cautiones quæ in redhibendo ſeruo interponebantur. 642
Fideiuſſores interrogati ſpondebant. 643
Fide tua eſſe iubes? Fide mea ſpondeo. 643
Fide promittis? Fide promitto. Fidei tuæ erit? Fidei meæ erit. 643
Quantam pecuniam credidero fide tua eſſe iubes? ibid.
Quanto minus à debitore exegero, tantum fide iubes? ibid.
Græcè fideiuſſor vti acciperetur. ibid.
Fideiuſſor rem ſaluam fore. 644
Fideiuſſor Magiſtratuum Rempub. ſaluam fore promittebat. ibid.
Fideiuſſor iudicio ſiſti. 644
Nouationis formula. ibid.
Delegationis formula. 645
Acceptilationis formula. ibid.

Aquilianæ ſtipulationis formula. ibid. & 646
Apochæ formula. 646
Vetuſtum plenariæ ſecuritatis inſtrumentum. 646.& 647
Pacti de non petendo exempla & formulæ. 648.& 649.
Pacta in rem vel in perſonam. 949
Pactum Ne agatur. 649
Pactum cum creditoribus, vt certa parte cõtenti ſint. 649. & 650

Ex lib. VII.

Teſtamenta in procinctu. 652. & 753
Teſtamenta per æs & libram. 653
Familiæ emptor. 653
Libripens. 653
Formula nuncupationis in teſtamento per æs & libram. 954
Formula ſubſcriptionis teſtium in teſtamẽtis. 655
Tabulæ teſtamentorum obſignabantur. ibid.
Holographum teſtamentum. 655. & 656
Teſtamentarius. 656
Formula ſubſcriptionis teſtatoris. 656
Iuriſconſulti ad teſtamenta ſcribenda adhibebantur. 656
Teſtamentum in duobus exemplaribus quandoque ſcribebatur. 657
Tabulæ teſtamẽnti clauſæ. 657. & 658
Lituras, ſuperinductiones ipſe feci. 658
Primæ & ſecundæ tabulæ. 658.58;
Duplex teſtamentum. 658. 681
Apertura tabularum teſtamenti. 659
Teſtamentum recitabatur. 660
Summa eorum quæ teſtamentis caueri cõſueuerant. 660
Ordo teſtamentorum. 660.& 661
Heredes primo aut ſecundo verſu teſtamẽtorum ſcribebantur. 661
Teſtamenta à teſtatorum nomine plerumq; inchoabantur. ibid.
Præfationes in Teſtamentis. ibid.
Heres eſto, Heres ſit, Heredem eſſe iubeo. 661.& 662
Regna Teſtamentis relicta. 662
Heredes ſunto. 962
Teſtamentorum formulæ ſublatæ à Conſtantino. 663
Elogia heredum inſtitutioni adſcripta. 663
Titius & Seius, vterve eorum, heres eſto. ibid.
Poſtumus vel poſtuma heres eſto. ibid.
Si qui poſt mortẽ meam poſtumi nati fuerint, vel Quotcumque mihi nati erunt. 664.
Filij poſtumi quibus verbis heredes inſtituerentur. 664
Nepotes pronepotéſve poſtumi vti heredes inſtituerentur. 664.& 665
Galli Aquilij formula & lex Iulia Velleia. 665
Ex aſſe heredes, vel ex partibus. 665
Heredes ex partibus vti ſcriberentur. 665.& 666.
Ex reliqua parte. 666
Ex partibus quæ poſtea adſcriberentur quãdoque heredes inſtituebantur. 666. & 667
Heredes ſine partibus nonnunquam ſcribebantur. 667
Hereditatis in partes diſtributio. 668. & 669
Ex fundo inſtitutio. 669
Plures heredes vti ſcriberentur. 669
Heredes ſub condicione vti ſcriberentur. 668.& 669
Iuriſiurandi condicio adſcripta heredi. 669
Condiciones contra bonos mores. 669
Impoſſibilium condicionum exempla. 670
Filiusfamilias ſæpe ſub cõdicione emancipationis heres ſcribebatur. 670
Heres cernere iubebatur. 970
Cernito. ibid.
Quibus ſcieris, poteriſque. 671
Hereditatem Adeo, Cernóque. 671
Teſtatoris nomen ferre heres quandoque iubebatur. 671
Teſtamento in bona & in nomẽ Adoptari. 672
Serui vti heredes inſtituerentur. 673
Heres palam nuncupabatur. 673
Teſtamentorum caput heredis inſtitutio. ibid.

xx1
9
11

Hereditates & legata meretricibus dabantur. 673. & 674
Aditionis hereditatis formula, Adeo. 674
Heres in ius & locum defuncti ſuccedebat. 674
Exheredationum formulæ. 674
Nominatim & inter ceteros vti liberi exheredarentur. 674. 675
Ab omnibus gradibus Exheredatio. 675
Exheredationes, cum elogio & adiecta cauſa. 675.& 676
Exheredatio non notæ cauſa. 676
Heredes extranei quandoque exheredabantur. 677
Heredes instituti, Primi, Primo gradu, vel loco ſcripti heredes. 677
Subſtituti, Secundi, Secũdo vel tertio gradu ſcripti. ibid.
Subſtitutionum plures gradus. ibid.
Vulgaris Subſtitutionis formula. 677. & 678
Subſtitutionibus quandoque plures caſus expreſſi. 678
Eóſque inuicem Subſtituo. 678
Pupillatis Subſtitutionis formula. 678. & 679
Impuberi, ad breue tempus ætatis interdum ſubſtituebatur. 680
Subſtitutio in vtrumque caſum. 680
Subſtitutio ei qui ſupremus morietur. 680
Quiſquis mihi heres erit, idem filio impuberi heres eſto. 681
In locum partémve eius heres eſto. 682.
Quod abominor. 682
Heres quibus verbis hereditatem Reſtituere rogabatur. 682
Quidquid ad te ex hereditate, boníſve meis peruenerit. 682.& 683
Quidquid ex hereditate mea ſuperfuerit. 683
Accepta certa quantitate Reſtituas. 683
Certis rebus acceptis retẽtis, vel præceptis, deducta parte, Reſtituere hereditatem rogatus. 684
Hereditatem cum fructibus, vel exceptis reditibus Reſtituere rogatus. 684
Si ſine liberis decederet Reſtituere rogatus. 684
Dimidiam partem hereditatis Reſtituere rogatus. 684. 685
Reſtituere bona, pecuniam, vel vniuerſam rem. 685
Vni ex pluribus cui ipſe vellet Reſtituere rogabatur. 685
Statim, Prima quaque die, vel poſt mortem ſuam Reſtituere rogatus. 685
Cùm morieris, Reſtituas. 686
Satis exigi veto. ibid.
Rogo, vel te Rogo hereditatem Reſtituas. 686
A te peto, fideíque tuæ committo. 686. & 687
Fideicommiſſorum variæ formulæ. 686. & 687
Tutores teſtamento dabantur. 688
Tutor eſto, vel Tutorem do. 688
Plutibus Tutoribus datis declarabat Teſtator quem eorum adminiſtrare tutelam vellet. 688
Conſilio matris Tutelam geri mãdabat teſtator. 689
Clauſulæ in Tutoribus dandis quandoque adiectæ. 689
De Liberorũ educatione Teſtator quandoque cauebat. 689
De Filiarũ nuptiis interdum Teſtatores teſtamento cauebant. 689
Parentes Liberos ſuos amicis quandoque commendabant. 689. & 690
Commendationum exempla. 690. & 691
Diuiſio bonorum inter Liberos teſtamento fiebat. 691
De æris alieni ſolutione teſtatores cauebãt. ibid.
Æſtimatio patrimonij in teſtamento. 691.& 692
Anuli traditio à moriente. 692
Libertates teſtamentis dabãtur vel directò vel per fideicommiſſum. 692. 693
Nominatim vti Libertas daretur. ibid.
Directa libertas ita relinquebatur, Liber eſto, vel Liberi ſunto, Liberum eſſe volo, aut iubeo. 693
Fideicommiſſaria Libertas ita dabatur, Rogo, Peto, Fideicõmitto, manumittas. 693. & 694
Libertas vel purè vel poſt tempus dabatur. 694
Serui ſæpe ſub conditione rationũ reddendarum Liberi eſſe iubebãtur. 694. & 695
Rationem reddere veto. 695

Serui liberi eſſe iubebantur, ſi Capitolium aſcendiſſent: item, ſi decem dediſſent. 695
Iubeo vt det, preſtet ſine vlla controuerſia. 696
Peculiũ ſeruis cum libertate relinquebatur. 696
Liber eſto, ita vt reddat. 696
Si iurauerit ſe daturum, liber eſto. 696
Sub condicione operarum dandarum liberi eſſe ſerui iubebantur. 696
Aliæ libertatibus adſcriptæ condiciones. 696. & 697
Liberi eſſe iuſſi cum ad trigeſimũ ætatis annum perueniſſent. 697
Libertas data ſeruo, ſi per aliquot annos ſeruiſſet. 697
Ancillæ, ſi peperiſſet, libertas data. ibid.
Contubernales ſeruis legatæ. ibid.
Serui teſtamento prohibiti manumitti. 698
Legabatur quatuor modis. 698
Formulæ legatorum per vindicationem, dãnationem, Sinendi modo, & per Præceptionem. 698. & 699
Nummi vti legarentur. 699
Auri & argenti pondo, vel pondus legabantur. 699
Vaſorum argenteorum pondo. 699
Aurum omne, Argentum omne. 700
Argenti ſpecies. 700
Pocula legabantur & Lances. ibid.
Veſtis & Veſtimentorum legata. ibid.
Ornamentorum legatum. 701
Gemmarum, Margaritorum, & Anulorum legatum. 701
Lanam, linum, purpuram, Verſicoloria legabant. 701
Supellex legabatur. 701. & 702
Mobilia & inſtrumenta fundi, vineæ, legabantur. 702
Nominis legatum vti conciperetur. ibid.
Dulcia, Fruges, frumentum, legabantur. 703
Vina vti legarentur. 703
Penus vti legaretur. 703. & 704
Lignorum & chartarum legatum. 704
Gregis, armenti, iumẽtorum, ouium legata. ibid.
Serui optio & electio legabatur. ibid.
Serui vti legarentur. 704. & 705
Demonſtratio addita ſeruorum legatis. 705
Actores ſerui vti legarentur. 705
Quod ex ancilla naſceretur legabatur. ibid.
Fundorum vocabula. 706
Fundos nominibus propriis, confinibus vel alia demonſtratione conſignabant. 706
Fundus legabatur vti optimus maximus. 707
Fundus legatus vti inſtructus erat. 707
Fundus legatus cum inſtrumento. ibid.
Fundi legatum cum omnibus quæ ibi ſeu in eo erant. 707
Fundus legatus ſicut eſt, vel vti poſſedi. 707
Fundi legati alienatio, ni de nomine ſeu familia exiret, prohibita. 708. & 709
Prædiorum appellationes. 709
Prædia vti inſtructa erant, legabantur. 709
Prædia vti à teſtatore poſſeſſa erant, legata. 710
Ædium appellationes. 710
Domus vti inſtructa erat, legabatur. 710
Domum alienari vetabant teſtatores, ſed in familia relinqui volebant. 711
Tabernæ legatum. 711
Pars bonorum legabatur. 711. & 712
Fundus deducto vſufructu legatus. 712
Vſusfructus vti legaretur. 712
Quarum rerum vſusfructus legaretur. 712 & 713
Vſusfructus pluribus vti legaretur. 713
Vſusfructus Omnium ſeu Vniuerſorũ bonorum. 713. & 714
Reditus legatus. 714
Vſusfructus legatus Quoad viuet. 714
Vſusfructus ad tempus legatus. 714
Nudus vſus vel vſus ſine fructu legabatur. ibid.
Habitationis legatum. 715
Prælegatorum formulæ & exempla. 715
Liberis Prælegata relicta. ibid.
Filiæ ſub condicione nuptiarum pater legabat. 716
Filiæ dos legabatur. 716
Mariti vxoribus dotem prælegare ſeu relegare ſolebant. ibid.
Formula relegandæ dotis, Quæ pecunia vel Quanta pecunia. 716. & 717
Interdũ aliud pro dote prælegabatur: interdum & ſupra dotem aliquid relinquebatur. 717.

Mariti vxoribus ea quæ earum cauſa empta pararáque eſſent, legare ſolebant. 717.& 718
Mundum & ornamenta muliebria vxoribus ſæpe legabant. 718
Vſusfructus bonorũ ſæpe vxoribus legabatur. 718
Vir vxori quæ viuus donauerat teſtamento legare ſolebat. 718.& 719
Vxoribus legata ita relicta vt & liberis conſuleretur. 719
Vxori ad tempus liberorum legatum. 719
Vxores viris legata relinquebant. 720
Libertis Alimenta, cibaria, veſtiaria, Teſtamento relinqui ſolita. 720
Quæ viuus vel viua præſtabã, dari volo. ibi.
Libertis ſub condicione, ſi cum filiis, vxoribus, matribus morarentur, relicta. 720.& 721
Manumiſſis teſtamento Alimenta quoque relicta, vt & mancipiis. 721
Rogo vt educes, Peto vt alas. 721
Diaria, Menſtrua, Annua. 722
Ex vſuris pecuniæ legatæ Alimẽta præſtari Teſtatores quandoque volebant. 722
Pueris puellisq; ingenuis Alimenta relicta. 722.& 723
Alumnis relicta legata. 723
In ſingulos annos, mẽſes, dies legata relicta. 723.& 724
Annua legata relicta, ſi negotiis filiorum vel nepotum teſtatoris legatarius interueniret. 724
Ex Reditu fundi legata relicta. ibid.
Mulieribus quibuſlibet Legata, Quãdoque nupſiſſent, vel Cùm in familia aut alicuius arbitratu nupſiſſent, relicta. 724. & 725
Familiæ interdum relinquebatur. 725
Creditor debitori liberationem legabat. 726
Formulę liberationis legatæ, Heres damnas eſto nõ petere, Ne petito, Peti nolo, Veto. Heres meus damnas eſto liberare, aut nõ exigere. 726
Satis exigi & ſatis accipi Veto. 726
Dari Concedíque volo quidquid debet. 727
Tutoribus, curatoribus & negotiorum geſtoribus rationis reddendæ neceſſitas teſtamento quandoque remittebatur. 727
Debitor interdum creditori legabat quod debebat. 727.& 728
Seruis alienis legata relicta. 728
Seruo proprio legatum relictum hac formula, Quem liberum eſſe iuſſi. 728
Libertas cum legato ſeruo adſcripta. 729
Populo legata relicta. 729
Ciuitatibus & Ciuibus legata relicta. 729
Vicis legata relicta. 730
Reipub. legata data. 730
Municipiis ſeu municipibus legata relicta. 730
Collegiis legata relicta. ibid.
Pecuniæ ad opus publicum faciendum relictæ. ibid.
Heres Opus publicũ facere iubebatur. 730 & 731
In Tutelam operis legatum. 731
Decurionibus diuiſiones, epulũ dari, Teſtamento quandoque teſtatores cauebant. 731.& 732
Statuas & Imagines in foro municipióve ponere teſtator iubebat. 732
Signum Dei fieri, poniq; teſtator interdum iubebat. 732
Gladiatorium munus Teſtamẽto dari iubebatur. 732
Heres emere vel vendere Teſtamẽto dãnabatur. 732.& 733
Militia comparari iubebatur. 733
Heres inſulam ædificare, reficere, damnabatur. 733
Heres ne altius ædes ſuas tolleret, damnabatur. 733
Viæ & Hauſtus aquæ legata. 733
Legatorũ ſub diſiunctione relictorum exẽpla. 733.& 734
Optionis, ſeu Electionis legatæ, formulæ. 734
Coniunctim pluribus vti legaretur. 734
Hoc amplius lego. 735
Cui bis legauero, ſemel deberi volo. 735
Legatorum in diem relictorum exempla. 735.& 736
Annua, bima, trima die, æquis, vel inæquis penſionibus. 735
Cùm in tutelam ſuam peruenerit. 736
In diem liberorum vel nuptiarum relicta legata. 736
Legatorum quæ præſenti die data erant proferendorum formula, Quas pecunias legaui,

gaui, quibus dies adpoſitus non eſt, &c. 376
Legatorum cum præfinitione annorum exēpla. 736. & 737
Condiciones legatis adſcribi ſolitæ vel in dando, vt in faciendo vel in non faciendo conſiſtebant. 737
Seruorum legato Demōſtratio adiici ſolita 73t
Sub condicione nuptiarum & liberorum legata relicta. 738
Iuriſiurandi condicio legatis appoſita. 738
Sub contrariis condicionibus legata relicta. 738. & 739
Cautio Teſtamento prohibita. 739
Pœnæ nomine vel cauſa legata. 739
Sub modo relicta. 739. & 740
Cauſa legatis adſcripta. 740
Demonſtratio legatis adiecta. 740
Demonſtrationum quæ legatis addebantur formulæ & exempla. ibid.
Elogia legatariis fideicommiſſariisve adſcripta. 741
Filij cariſſimi, & dulciſſimi vocabantur. 741
Vxores cariſſimæ & dominæ appellabantur. 741
Ab omnibus heredibus legabatur his verbis, Quiſquis mihi heres erit, vel, Heres meus damnas eſto. 741. & 742
Ab vno ex heredibus nominatim vti legaretur. 742
Præcipere legata, eáque diſtribuere vnus ex heredibus iubebatur. 742
Generale caput Teſtamentorum de legatis & hereditatibus præſtandis. 742
Fideicommiſſa à quocunque herede vti relinquerentur. 743
Repetitionis legatorum formulæ. 743. & 744
Fideicommiſſorum quæ à legatariis præſtarentur exempla. 744
Heredi legatum relictū, Si is heres non eſſet. 744
Heredibus prælegata relicta. 745
Ademptionis legatorum formulæ. 745
Tranſlationis legatorum formulæ. 745. & 746
Fideicommiſſorum formulæ. 746. & 747
Sollemnia aliquot fideicōmiſſorum verba. 747
Vnius ex pluribus electio in arbitrium heredis collata. 748
Fideicommiſſorum Græcè relictorum exēpla. 748
Tacita fideicommiſſa & eorum formulæ. 748. & 749
Liberti teſtamento adſignabantur. 749
Codicilli Teſtamentis confirmabantur. 749
Formula confirmationis Codicillorum. 749
Morientium Mandata de funere. ibid. & 750
Amici vt ad exequias venirent legato inuitabantur. 750
Funeris ſui curam alicui teſtator mandabat. 750. & 751
Veſtes & ornamenta in funus inferri teſtator iubebat. 751
Ridicula Mandata teſtatorum. 751
Monumentum ſibi fieri teſtatores mandabant. 751
Teſtamento fieri iuſſit. 751
Impenſæ quæ in monumētum fieret modus teſtamento ſtatuebatur. 752
Arbitratu alicuius monumentum facere heres iubebatur. 752
In Tutelam cinerum legatum. 752
Serui circa monumentum morari iubebantur. ibid.
Mei memor eſto. 752. & 753
Vltio mandata teſtamento. 753
Extrema dicta morientium. 753
Carmina ſua cremari Virgilius Teſtamento mandauit. 753
Teſtamēta Fauonij Iocundi, Valerij, Caſtrici, & Cæcilij. 754
Teſtamenta Sempronij Tucidani & Megonij. 755. & 756
Grunnij Corocottæ teſtamētum ludicrum. 756. & 757
Iulij Cæſaris teſtamentum. 757
Augusti Cæſaris teſtamentum. 758. & 759
Teſtamento interdum cauebant, quos in ſepulchrum ſuum inferri vellent. 759
Tiberij Teſtamentum. 759
Virgilij teſtamentum. ibid.
Virginij Rufi mandata de Titulo Sepulcri. ibid.
Iulij Frontini morientis Mandata. ibid.
Theodoſij Imperatoris Teſtamentum. 760
Gregorij Theologi Teſtamentū. 760. & 761

Teſtamenti Græci capita aliquot. 761.& 762
Platonis Teſtamentum. 762
Ariſtotelis Teſtamentum. 762
Theophraſti Teſtamentum. 763
Epicuri Teſtamentum. 764
Lyconis Teſtamentum. 765
B.Remigij Archiepiſcopi Remenſis Teſtamentum. 766.767.& ſeq.
Hadoindi Cenomanenſis Epiſcopi Teſtamentum. 771.& 772
Bertiehranni Cenomanenſis Epiſcopi Teſtamentum. 772
Dagoberti Teſtamentum. 772
Formula Teſtamentorum quæ in Galliis fiebant ex Marculpho. 773.& 774
Militaria teſtamenta. 774
Codicillorum ſollemnia. 774
Codicillorum quatuor modi. 774
Codicillis fideicommiſſa ab inteſtato dabātur. 775
Formulæ Codicillorum. 775.& 776
Codicilli Græci caput. 776
Codicillorum ius. 777
Codicillis quænam relinqui poterant. 777. & 778
Codicilli claudebantur & aperiebantur. 778
Epiſtolis fideicommiſſa relinquebantur. 778
Epiſtolarum ad heredes ſcriptarum exempla & formulæ. 778.& 779
de Mortis cauſa donationibus. 779
Monumentorum Tituli & Inſcriptiones. 780
Diis manibus. 780
Hic ſitus eſt. 780
Oſſa hic ſita ſunt. 780.& 791
Hic iacet. 791
Tituli verſibus ſcripti. 791
Elogia monumentorum. 791.& 792
Mortis cauſa Epitaphiis adſcripta. 792
Vixit annis tot, menſibus tot, diebus tot. 792 & 793
Heres fecit, vel poſuit. 793
Bene merenti fecit. ibid.
Faciendum curauit. 793
Viuens ſeu viuus fecit, comparauit, emit. 793.& 794
Ponendum curauit. 795
De ſua pecunia fecit. 795
Vxorum monumētis Tituli poſiti à maritis. 795.& 796
Cum qua vixit ſine vlla querela. 795.& 796
Hoſpes lege. 796
Aue, in Monumentorum inſcriptionibus. 976
Elogia virorum monumentis ab vxoribus poſita. 797
Titulorum quos parentibus liberi poſuerunt aliquot exempla. 797
Liberis à parentibus poſiti tituli. 797.& 798
Epitaphium Paraſiti. 799
Hiſpanienſes Inſcriptiones aliquot. 799.& 800
In Fronte pedes tot, in Agrum tot. 801
Monumentis leges dictæ. 801.& 802
Sepulcra familiaria & hereditaria. 802
Monumētorum Titulis cauebatur quæ perſonæ in ea inferrentur. 802.& 803
Hoc monumentum heredem non ſequitur. 803
Hoc monumentum ſiue ſepulchrum eſt. 803
Ne de nomine exeat. 804
Arcæ Pontificum vel ærario populi Ro. certam ſummā inferre iubebatur, qui aduerſus legem monumento dictam id alienaſſet. 804.& 805
In Tutelam & Culturā monumenti relictū. 805
Tumulos roſis ornari quotannis quidam iubebant. 806
Huic monumento dolus malus abeſto. 806
Elatus eſt frequentia maxima. 806
Ollarum inſcriptiones. ibid.
Bene valeas, Titulis monumentorum inſcriptum. 806

Ex lib. VIII.

Iurabant veteres, Pol, Perpol, Ædepol, Ecaſtor, Hercle, Mehercle, Mediusfidius. 807
Per fidem. 808
Eccere. ibid.
Per Deum. ibid.
Per genium Principis. ibid.
Per ſalutem. 809
Ita filio ſuperſtite mori mihi liceat. ibid.
Ita me Deus amet, vel Ita me Dij ament. ibid.
Ita me Dij ſeruent. ibid.

Ita

Ita Deos velim mihi propitios. 810
Ita ſim felix. ibid.
Ita viuam. ibid.
Per caput iurabant. ibid.
Per oculos. ibid.
Per Iunonem. 811
Per Venerem. ibid.
Per Iouem lapidem. ibid.
Si ſciens fallo. ibid.
Ex animi ſententia. 812
Conceptis verbis iurare. 813
Aris tactis iuſiurandum præſtabatur. 814
Iuro per. 814
Idem in me. 815
Dij me perdant. ibid.
Diſpeream ſi, vel Diſpeream niſi. 815
Ne viuam. ibid.
Ne ſaluus ſim. ibid.
Verbis conceptis peieraſſe. 815
Iurabant in Leges, in Nomen, in Verba, in Acta Principum. 816
Perpetuum morbum iurare. 817
Eiurare iniquos ſibi eſſe iudices. ibid.
Eiurare bonam copiam. ibid.
Eiurare malam mentem. ibid.
Purgantes ſe de iniuria facta, iurabant Se nō feciſſe. 817
Satisfactionis formula, Nolle factum. 817
Obteſtationum formulæ, Teſtor. 818
Deos homineſque teſtor. 819
Per omnes Deos te obteſtor. ibid
Per ſuperos, per patriam oro. ibid.
Per cariſſima pignora. ibid.
Per æternitatem & ſalutem imperatoris. ibid.
Implorationum voces, Pro Deûm atque hominum fidem. 819
Fidem plebis imploro. 820
Pro veſtram fidem Quirites. ibid.
Porro Quirites. ibid.
O ciues. 820
Adeſte ciues. ibid.
Fidem Conſulum, Patrum, Militū & Cæſaris implorabant. 820
Ciuis Romanus ſum. ibid.
Acclamationum voces, Feliciter. 821
De noſtris annis tibi Iuppiter augeat annos. 821
Gratulationum voces, Salua Roma, Salua patria, &c. ibid.
Ex ſententia. 821
Thalaſſio. ibid.
Vti tu Caius, ego Caia. 822
Io Saturnalia. ibid.
Saturnalia, & bona Saturnalia. ibid.
Populi infauſtę voces, Tiberiū in Tiberim, Viuus ardeat Valens. 822
Ad Leonem, Ad Ignem. ibid.
Αἶρε τοῦτον. ibid.
Σταύρωσον, Σταύρωσον αὐτόν. ibid.
Aquam inclamabant in incendiis. 822
Prehende furem. ibid.
Præconia Secularium ludorum, Conuenite ad ludos ſpectandos, quos neque ſpectauit quiſquam, neque ſpectaturus eſt. 823
Sæpe facias. ibid.
Per ſecula facere Dij permittant. ibid.
Dij faciant, vt hæc ſæpius fiant. ibid.
Ex ædibus efferri mortuum. ibid.
Ollus Quiris letho datus. 823
Ad conquirendas res amiſſas præconibus olim vtebantur. 823
Silete, & Tacete. 824
Sardi venales. ibid.
Date viam Conſuli. ibid.
Date locum. ibid.
Res tuas tibi habeto: res tuas tibi agito. 824
Foras, vel Exi foras. 825
E conſpectu meo abi. ibid.
Adrogationum verba ſollemnia, Velitis, iubeatis, vt L. Valerius L. Titio tam iure legéque filius ſiet, &c. 825
Adoptio nepotis, quaſi ex filio nati. 826
Lex dicta, vt filij ſequerentur patrem adoptiuum. 827
Manumiſſionum verba certa & ſollemnia. ibid.
Hunc hominem liberum eſſe volo. ibid.
Abito quò voles, vel Nihil te moror. 827
Puri, Probi, Profani, Sui auri. ibid.
Tituli ſtatuarum. 828
Parenti optimè merito. ibid.
Patrono. ibid.
Equo publico. ibid.
Cenſor, Conſul. ibid.
Parenti patriæ. 828
Pietatis immobilis erga Principem. ibid.
De manubiis. ibid.
Ex S. C. Ex priuato in publicum reſtituit. ibid.
Vt poneretur, vbi vellet. ibid.

H.C.I.R. ibid.
L. D.D.D. ibid.
In ſtatuarũ dedicatione, Sportulæ, Diuiſiones, Epulum, Cœna, dari iubebantur. ibid. & 829
Aliâ: Cruſtulum & Mulſum dari iuſſum. 829
Ære conlato. 830
Sub ære, Sub auro. ibid.
Ordo, vel Corpus, vel Collegium, cenſuit, vel conlocauit. 830
Curantibus vel curam agentibus illis. ibid.
Imaginibus Tituli ſubſcribebantur. ibi.
Honoris cauſa. ibid.
Operibus publicis Principis nomẽ, aut eius, cuius pecunia id opus factum erat, ſcribi ſolebat. 830
Inſcriptiones de Viis factis, ſtratis, vel reſtitutis. ibid.
De Aquis in vrbem primùm perductis. 831 & 832
De fonte inducto. 832
De Pontibus. ibid.
De Ripis terminatis. ibid.
De Balneis, & Thermis. 833
De Pomœrio ampliato. ibid.
De aliis Operibus publicis. ibid.
Deuoti numini, maieſtatique Principum. 834
Ex Senatus Conſulto faciendum curauerũt, idémq; probauerunt. 834
Elogia & Tituli Imperatorũ, Auguſti, Claudij, Veſpaſiani, Titi, Traiani, Hadriani, Antonini Pij, Aurelij Veri, Marci Aurelij Commodi, Septimij Seueri, Antonini Caracallæ, Gordiani, Aureliani, Aurelij Maximiani, Conſtantini, Arcadij & Honorij. 835
Clarorum virorum, Appij Claudij Cæci, Fabij Maximi, Cæcilij Metelli, C. Marij, Sicinij Dentati, L. Mãcini, L. Munatij Planci, C. Octauij, Palæmonis Grammatici, Plautij Siluani, C. Popilij, Cari Pedonis, Neratij Proculi, M. Cornelij, M. Aufidij, Sabini Egnatij Proculi, Voratij Seueriani, Saturnini Secundi, Iulij Iuliani, C. Salij Ariſtæneti, Q. Seruilij Cæpionis, Canuleij Zozimi, C. Cætellij Fufidij Annij, C. Cæſonij Macri, Rufij Prætextati, C. Vallij Polycarpi, C. Valerij Mariani, Anicij Paulini iunioris, Turcij Aproniani, Petronij Perpẽnæ Quadratiani, P. Titij Perpetui, Flauij Eugenij, Memmij Vitraſij Orfiti, Sex. Petronij Probi, Tin Cæſij Præfecti annonæ, Fabij Titiani, Aurelij Symmachi, Vetij Agonij, Flauij Stilichonis, Aradij Valerij Proculi, Publilij Ceionij Iuliani, Iulij Eubulidæ, Ragonij Vincẽtij Celſi, & Narſis Eunuchi, Elogia & Tituli. 835
Mulierum quarũdam honorificæ inſcriptiones, nempe Furinæ Sabinę, Tranquillinæ Auguſtæ, Tarpeiæ Valerianæ Virginis Veſtalis maximæ, Fl. Publiciæ Virginis Veſtalis maximæ, Cœliæ Claudinæ Virginis Veſtalis maximæ, Fabiæ Aconiæ Paullinæ, Aniciæ Falconiæ Probæ, Peduceæ Iulianæ, Heluidiæ Burreniæ, Modeſtæ, Tyranniæ Aniciæ Iulianæ. ibid.
Ragonij Vincentij Celſi egregij aduocati ſimúlque boni iudicis commendatio. ibid.
Oratoris & Medici Inſcriptiones. 836
Bono Reipub. natus. 836
Proculi Tumulus. ibid.
Hiſtrionum inſcriptiones. ibid.
Inſcriptionibus & Tabulis, quorum filij & nepotes eſſent, ij de quibus agebatur, exprimi ſolebat. ibid.
Cuius Tribus eſſent, vt plurimum nominibus addebatur. ibid.
Nominibus olim adiectæ appellationes. 836
Aſper, Imperioſus, Maximus, Annalis, Senatus patronus, Diues, Nepos, Pius, Cunctator, Verrucoſus, Ouicula, Frugi, Vir optimus, Catus, Corculum, Cenſorius, Sapiens, Felix, Magnus, Optimus, &c. ibid.
Gladiatorum auctoramenti verba, Vri virgis, ferro necari. 838
Auctorati ludo. ibid.
Ferrum recipere. 838
Non te peto: piſcem peto, quid me fugis Galle. ibid.
Salua res eſt, ſaltat ſenex. ibid.
Hiſtriones populum deprecabantur, vt eos benignè & libenter audirent. 838
Cum bona venia quæſo audiatis. 829
Libellus proponebatur rem inuentam aut amiſſam continens. 839
Caue, caue canem. ibid.
Fœnum habet in cornu. ibid.
Caue. 840
Merces per vicos clamabantur. ibid.

Digito monſtrari. ibid.
Hic eſt. ibid.
Sophos. ibid.
Memoriam mortuorum à ſe non ſollicitari. 840
Si quis inferis ſenſus, vel Si quis ſenſus in morte. ibid.
Miſelli mortui vocabantur. 841.& 853
Fili,cui me reliquiſti? 841
Honos ſit auribus. ibid.
Bono animo eſto. ibid.
Cui bono. ibid.
Quod iuſſi & imperaui. 842
Mox ego huc reuertar. ibid.
In qua domo Gallina canat,ſuperiorem marito eſſe vxorem. 842
Nunquam periclitabimur, ſi illud periculũ potuerimus euadere. 842
Non me nouit. ibid.
Amatorij ſermones, Plus alterum diligere quàm ſe. 842
Mea vita,Mea lux, Meum ſuauium, Anime mi. ibid.
Mel meum, Ocellus meus, vel Ocelle mi. 843
Mea voluptas, Meum cor, Mea ſalus, &c. ibid.
Paratos ſe partem annorum ſuorum dare. 843
Amphoris tituli apponebantur in hunc modum,Falernum, Opimianum annorũ centum. ibid.
Iudicis rogandi mos, Quæ ſalua fide facere poſſet. ibid.
Per Genua obſecrare & rogare. ibid.
Per ea quæ tibi dulciſſima ſunt in vita. ibid.
Per Fortunas, & per Liberos. ibid.
Per Deos. 844
Per Dextram, Per Genium, Per Fidem tuam,Per has Lacrymas. ibid.
Ignoſce, confitetur. ibid.
Actum eſt,Ilicet,Periſti. ibid.
Me miſerum,Miſeram me. ibid.
Perimus. 844
Abſit dicto inuidia. ibid.
Fides penes auctorem erit. ibid.
Bene habet. ibid.
Si Dijs Placet. ibid.
Controuerſiam exponere. 844
Contradicere. ibid.
Expoſitio,& Contradictio. ibid.
Controuerſias declamare. 845
Si vales,bene eſt,ego valeo. 845
Suo in Epiſtolarum inſcriptionibus. ibi.
Si vos liberiq; veſtri valetis, bene eſt, ego exercitúſque valemus. ibid.
Epiſtolarum,quæ ad Principes ſcribebãtur, peculiares formulæ. 846
Vale. ibid.
Amicitiam renuntiare. ibid.
Aue. 847
Salue,& Saluere iubeo. ibid.
Saluus ſis. ibid.
Dominus & Deus. 848
Terrarum Dominus. ibid.
Quiſquis es. ibid.
Quid agis? 849
Satin ſalue? 849.& 850
Rectène omnia. 850
Recte. ibid.
Quid noui?Nihil ſanè. ibid.
Nunquid vis? ibid.
Nunquid ad forum mandas? 851
Quid rei eſt? ibid.
Quid venis? ibid.
Date aquam manibus, Apponite menſam. 851
Ferte aquam pedibus. ibid.
Ludorum puerilium verba. ibid.
Par an impar. ibid.
Nauis an caput. ibid.
Mortuis Aue, ſeu Salue, & Vale dicebatur. 851.& 852
Nos te ordine,quo natura permiſerit, cuncti ſequemur. 852
Ilicet. 853
Vixiſſe mortuos dicebant. ibid.
Abijt iam,& reuerti debet. ibi.
Vixit annos tot, Durauit annos tot. ibid.
Valete,& plaudite. ibid.
Plauſum date. ibid.

A

ALitera abſolutionis. 535. & 536
Abalienatio. 572
Abderitarum quæteIæ ad Senatum per legatos delatæ. 273
Abeuntes dicebant Vale. 851
Abito quo voles. 827
Abiit, de mortuo. 853
Abite tutela. 461
Ablutio, ſacrorum cauſa, vino flumine fiebat. 7
Ablutiones capitis & corporis in ſacris. 7. & 8
Abominantes quibus verborum figuris vtebantur. 103. & 104
Abrogati lex, vti dicerent. 148
Abſens nemo damnabatur. 525
Abſit dicto inuidia. 844
Accede lictor. 302
Acceſſurum ſeruum, vel quid aliud, in fundorum venditionibus interdum dicebant. 563
Accenſi inclamabant horam. 535
Accelera ſignifer. 387
Acceptilatio quomodo cõcipiebatur. 645. & 646
Accij Nauij Auguris ſtatua. 265
Accipe libens. 37
Accipere omen. 101
Accipi preces ſuas rogabant precantes. 38
Accipi dicebatur Rogatio. 148
Acclamatio plebis, cùm congiarium dabatur ab Imperatoribus. 96
Acclamationum quæ in Senatu fiebant formulæ. 207. 208. 209. & ſeq. Acclamationes militares. 391. Acclamationes, quę vulgò fieri ſolebãt. 821
Accuſatio quibus verbis inſtituebatur. 522
Accuſator in crimen ſubſcribebat. 523
Accuſator citabatur. 525
Accuſatores poſtulabant, vt quæſtiones haberentur. 534
Accerra turis plena. 29
Acerui turis. 29
Actionem polliceri, vel denegare. 316
Actionem dabo, & non dabo. 316
Actiones prætor in albo propoſitas habebat. 317
Actionum in perſonam formula. 415
Actionum in rem formula. 418
Actionis confeſſoriæ formula. 421
Actionis negatoriæ formula. 421
Actionis furti formula. 422
Actio certæ creditæ pecuniæ. 425
Actionis de peculio adiectio. 417
Actionum formulæ per dictionem, Quod, cõceptæ. 423
Actiones Ædiliciæ. 427
Actiones omnes certis formulis adſtrictæ erant. 430
Actionum formula aptè & congruè concipienda erat. 430
Actionum tam in rem quàm in perſonam & mixtarum propriæ & ſpeciales appellationes. 433
Actiones vtiles. 433
Actiones in factum. 434
Actionum in rem iudicium quo modo exercebatur. 473
Actionum quæ ex noxa ſeruorum inſtituebãtur, vis & poteſtas. 490
Actiones quæ aduerſus furem competabant. 506
Actiones eiuſdem rei nomine vbi plures competebant, vna electa aliæ remittebantur. 510
Actor intentione ſua cauſam petendi complecti ſolebat. 418
Actiones ex Empto, Vendito. 426. & 427
Actio aduerſus dictum promiſſumve. 427
Actiones Redhibitoria, Æſtimatoria ſeu de æſtimato, Quanto minoris. 427. & 431
Actio ex Locato, Conducto. 427
Actio Seruiana & Hypothecaria. 428. & 492
Actio Publiciana. 428
Actiones Noxales. 428. & 490
Actio in factum. 431
Actio rerum amotarum. 498
Actio ad exhibendum. 487. & 488
Actionis, ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, exitus. 491
Actio ſerui corrupti. 492
Actio damni infecti. 493
Actio aquæ pluuiæ arcendæ. 493. & 494
Actio de dote. 495. 496. & 497
Actio tutelæ. 498
Actio ex Teſtamento. 500
Actio negotiorum geſtorum. 489
Actiones arbitrariæ. 489
Actio Fauiana & Pauliana. 505
Actionis genus ſibi edi reus poſtulabat. 432. 433
Actionis verbõ Præiudicia continebantur. 437
Actionum inſtar Prætoriæ ſtipulationes obtinebant. 437
Actionem denegare. 464
Actor decreto Prætoris, periculo tutoris quãdoque conſtituebatur. 459
Actores ſerui ita plerumque legabantur, vt priua heredi rationes redderent. 705
Acta Senatus. 212
Acta apud procuratorem Cæſaris facta. 469
Actorum conſiſtorij exempla. 467. & 468
Actorum pars. 351. & 467
Actus ſeruitus. 614
Actus ſpatium. 614
Actum eſt. 484
Ad arma. 386
Ad leonem. 822
Ademptio legatorum quibus verbis fiebat. 745
vt Adeſſent, deos orabant. 78
Adeſte ciues. 820
Addixit auis. 133
Addici Iudices. 470
Addictio in diem quemadmodum fiebat. 564
Addicto in diem fundo plerumque precario eũ emptor à venditore rogabat. 565
Ad inſtar interdicti. 436
Adigi iudices. 470
Aditus & abitus ad ſepulchra, funeris faciendi cauſa. 562
Adiutrix Fortuna. 57
Admiſſiuæ aues. 135
Admouebantur aris hoſtiæ. 28

INDEX

Adolere. 35. & 37
Adoptionis ritus. 419
Adoptio Teſtamento facta tam in bona quàm in nomen. 672
Adoptiones lege Curiata fiebant. 133
Adoptio Teſtamẽtaria Octauij Cæſaris lege Curiata confirmata fuit. 672
Adoptiones quomodo fiebant. 825. & 826
Adoptabant tam in locum filij, quàm in locum nepotis. 826
Adoptare quis nepotis loco poterat, etiam ſi filiũ non haberet. 827
Ador, farris genus. 35
Adorare precibus, votis, ture. 47
Adorantium ritus & geſtus. 40.41.42. 43. &c.
Adrogãdi licẽtia mulieri id deſiderãti permiſſa 341
Adrogationes quo modo fiebant. 825 & 826
Adſerere manu. 429
Adſertionum formulæ. 429
Ad ſigna. 386
Adſignatio libertorum. 749
Adteſtata fulmina. 140
Aduenientes dicebant Aue. 851
Aduerſaria negligentius ſcribebantur. 603
Aduocatus. 437
Aduocati à Prætore petebantur. 412
Aduocati quibus verbis Prętores cõpellabãt. 414
Aduocati egregij commendatio. 835
Aduocationem petere, vel poſtulare. 412
Aduocationibus quandoq; interdicebatur cauſidicis. 542
Aduolui aris. 45
Ædepol. 807.
Ædes ſacræ interdum vouebantur. 109
Ædes ſumptu publico quandoque factæ. 232
Ædes factæ ex manibiis. 233
Ædes qui emebãt, prius eas adhibitis fabris inſpiciebant. 557
Ædes vt optimæ maximæque erant plerumq; venibant. ibid.
Ædiũ ſacrarũ dedicationi leges dici ſolebãt. 126
Ædium locatarum penſiones venditionibus excipiebantur vel accedebant. 558
Ædium venditor habitationem ſibi vel inquilinis ſuis excipiebat. ibid.
Ædium venditionis vetus inſtrumentum. 559
Ædium locatio. 573
Ædium antiquarum leges. 579
Ædiles edicta proponebant. 324
Ædiliciorum edictorum exempla. 324
Æmiliæ Veſtalis virginis precatio. 93
Ære conlato ſtatua poſita. 830
Αγαθῇ Τύχῃ. 75. & 309
Agendarum rerum initium à precatione deorum ducebatur. 47
Agendarum rerum præfatio. 71. & 74
Agendi poteſtatem faciam, vel Agere permittam, vel Actionem permittam. 316
Agendi poteſtas ab Imperatoribus quo modo permittebatur. 333. & 334
Agonaliorum feriæ. 15
Agri olim venibant per præconem. 569
Agrorum locatio. 574
Agrariæ legis verba quædam. 176
Agrimenſoris officium. 482. & 483
Αἶρε τοῦτον, & Αἶρε αὐτόν. 822
Alabandenſium legati. 278
Albegmina. 28
Alcibiades inſimulatus eſt Athenis initiorum ſacra enunciauiſſe. 5
Alexander cùm aliquem emendaret, quid dici iuberet. 545
Alexãder Seuer⁹ dominũ ſe appellari vetuit. 846
Alexander Seuerus quomodo ſalutabatur. 848
Alexandri Seueri mortis omen. 18
Alexander Seuerus quibus verbis ignauos petulantéſque milites dimiſerit. 408
Alexandrinorum legati. 278
Aliena tribus modis ſumuntur. 619
de Alimentis teſtamento relictis tranſigi abſque prætoria cognitione non poterat. 461
Alimenta liberis quandoque pater Teſtamento ſtatuebat. 689
Alimenta libertis Patroni plerũque legabãt. 720
Alimenta quibus verbis relinquebantur. 721
Alimentorũ modus interdum ſtatuebatur, interdũ non adiecta quãtitate relinquebantur. ibid.
Alimenta plerumque præſtabantur per vnum ex heredibus, quem teſtator eligebat. 722
Alimenta ingenuis pueris puellíſve quandoque relinquebantur. 722
Alites quæ. 135
Alma propriè Tellus. 50
Almæ deæ. ibid.
Alma Venus. 56
Altera auis. 135
Alter, ambóve. 245
Altercationes in Senatu. 204. 205. & 206
Altercationes in Iudiciis. 472
Alulanea bidens. 16
Alumno & alumnæ legata relinquebantur. 723
Amatorij ſermones. 842
Ambaruales hoſtiæ. 16
Ambiegni bos & veruex, & Ambieguæ oues. 16
Ambracienſium legati. 274
Ambula in ius. 411
Amicus noſter, in Reſcriptis. 332
Amicitiã & ſocietatẽ Reges à Senatu petebãt. 261
Amicitia & ſocietas cum populis exteriſque nationibus iungebatur. 264
Amicitiam renouari poſtulabant, quorũ maiores amici populo Rom. fuerant. 264
Amicitia eſto. 402
Amici & ſocij, Reges quidam appellati. 260
Amicorum & ſociorum legatis locum lautiáque præbebant. 281
Amici plerumque in conſilium adhibebantur à iudicibus. 513
Amici ad ſignandum aduocabantur. 372
Amici ad obſignãda teſtamenta aduocabãtur. 655
Amicos, vt ad funus ſuum venirent, legato nonnumquam inuitabant. 750
Amicitiã interdũ renuntiabant per epiſtolas. 846
Amphoris Tituli apponebantur. 843
Ampliſſimi viri. 332
Amplius non agi. 641. & non peti. 438
Amplius pronuntiari. 535
Ampliatio. 536

Annæ

Annæ Perannę Martio menſe ſacrificabatur. 65
Annus centeſimus, finis vitæ bominum longiſſimns eſt. 823
Annalis cognomen L. Iulio tribntnm. 837
Aooua, bima, trima die in ſtipnlaiionibus. 633
et in legatis. 735
vt Anouerent, deos rogabaor. 82
Aoſeribus cibaria publicè locabantur. 582
Aoteſtari. 411
Aotiquari lex & Rogatio. 148
Antonius ſupremis Tabnlis cauerat, vt corpus ſuum Alexandriam referretur. 750
C. Antooius conſul à Senatu laudatns. 251
M. Anioninns pbiloſophus Eleuſiniæ Cereris tēplum adiit, vt ſe innocentem approbaret. 10
Antoniani edicti clauſula quædam. 181
Anoli aurei militibus donabantur. 393
Aonlus morientis tradebatnr interdnm vni ex heredibus. 692
Annlis ſignatoriis obſignabaotur Tabulæ. 572
Anulus arræ loco dabatur. 571
Aouli legabantor. 701
Androclis biſtoria. 543
Animales boſtiæ. 16
Animalinm venditor cauere debebat, ea ſana præſtari. 555
Auimaduertere lictorem conſul iubebat. 302
Aoimaduertendi verbnm Prætores io ſuis edictis vſurpabaor. 320
Appellaiio quo modo & qnando interponeoda. 518
Appellationis formnla. ibid.
Appellationis canſa reddebatur. 519
Appellatio iuſta vel ininſta pronuotiabatnr. ibid.
Appellationum canſæ, quæ grauamina in vſu noſtro appellantur. 520
Appellationes nominibns olim adiectæ. 836. & 837
Appellatorij libelli. 518
Appianus ex Plutarcbi Craſſo multa ad verbum traoſtulit. 120
Appij Clodij prætoris de bello Hetruſco ſententia. 198
Apollinis varij Tituli & appellatiooes. 55
Apollioi ædes vota pro valetudine populi. 110
Apollinis Pythij oraculum. 234
Apochæ ſormula. 646
Apochæ vetus inſtrumentum. 646. & 647
Aqna pura luſtrabantur. 9
Aqua io aurem victimæ ioſuodebatur. 18
Aqua cottidiana, & æſtiua. 615
Aqua diurna, & oocturna. ibid.
Aqua fiſtulis ducebatur. 616
Aquæ à quibus imperatoribns in vrbem perdnctæ aut reſtitutæ. 831
Aqua menſuris diuidebatur. 616
Aquæ iter determinari in ſeruitute imponenda ſolebat. ibid.
Aqua interdū per plurium prædia ducebatus. ibid
Aqua ioclamabatur in incendiis. 822
Aquila ſcipioni eburneo impoſita erat. 261
Aquiliæ legis capita duo. 176
Aras tangere & amplecti ſolebant precantes. 45
Aris Tituli adſcribebantur. 127
Aram tangeotes iurabant. 813
Aris aduoluebantur ſupplicantes 45
Arbitrator Iupiter. 54
Aibitrium rei vxoriæ. 417
Arbitrium fiduciæ. ibid.
Aibitri a Prætore dati. 470
Arbitro ex æquo & borſo latiſſima poteſtas concedebatur. 417
Arbitri in quibns iudiciis dabantur. 465
Arbitri inter vicinos de finibus ambigētes ſumpti officium. 478
Aibitri familiæ erciſcundæ officium. 484
Arbiter communi diuidundo, 486
Arbitri ex compromiſſo ſumpti. 517
Aibitri quemadmodum pronuntiare ſolebaor. ibid.
Arbitri aliquādo diem compromiſſi proferri iubebant. 517
Arbitri dare, vel reſtituere iubebant, vel petere vetabant. ibid.
Aibitros ſententias dicere cogebat prætor. ibid.
Aibitri coram litigatoribus & vtroque præſente ſeorentiam dicere debebant. 518
Arbitri & Iudicis differentia. 507. & 508
Arbiter ex compromiſſo inter litigatores aliis atque aliis atque aliis condicionibus ſumebatur. 623
Arbitrari ſe reſtes dicebant, etiam quod ipſi vidiſſent. 533
Arbores ſtantes venibaut. 557
Architecti. 579
Arculæ aues. 135
Ardeates amicitiam & ſocietatem popnli Rom. rogauerunt. 264
Ardeates, io Seoatu de ininria adiudicati agri queſti ſunt. 275
Arena. 579
Argentarij 570. per eos venditiones fiebant. ibid.
Argeotnm commodabatur, 591. & legabatur. 700
Argeoti libræ, pondo, & pondns legabantur. 699
Ariarathes amicitiam per legatos cum popnlo Rom. reoouauit. 261
Ariarathes Cappadocum rex filium edncandum Romam miſit. 263
Ariobarzanes ſocins atqne amicus à Senatu appellatus. 260
Ariouiſtus, à Senatu Rex appellatns. 259
Ariſtotelis Teſtameotum. 762
Arma pia & iuſta, 385
Arma capere milites iubebantur. 386
Arma abūcere & tradere inbebantnr, qui ſe dedebant. 397

Arræ dabantur interdum ante pretij ſolutionem. 171
Arriani elogium. 88
Aſellio prætore cæſo, præmia iudicibus propoſita. 249
Aſinorum emptor de ſanitate & noxa ſtipulari conſueuerat. 555
Aſperi cognomen Lucio Tribuno inditum. 836
Aſſenſus muti forma in Senatu. 201
Aſſentior. ibid.
Aſſis ſollemnis diſtributio in duodecim vncias. 667
Athenienſibus gratiæ à Senatu actæ. 250
Athenienſes auxilium à populo Rom. implorarunt. 279
Attalus rex populum Romanum inſtituit heredem. 662
Atteij Tribuni plebis obnuntiatio. 120
Attentio quibus verbis parabatur. 839
Attentio animi in ſacris deſiderabatur. 14
Atterranea fulmina. 140
Attia quaſi à concubitu mariti ſe purificauit. 8
Attilius aduerſus Samnites pugnans Ioui Statori templum vouit. 109
Attilii Reguli de Campanis ſententia. 197
Auctiones prædicatione præconum fiebant. 569
Auctionis dies, leges & conditiones programmate fixo proſcribi ſolebant. 570
Auctionis dies interdum proferebatur. 570
Auctiones coram Argentariis fiebant, qui in Tabulas pretia adiectionéſque referebant. 570
Auctorati. 838
Auctoramentum. ibid.
Auctorati. ibid.
Auctor & princeps ſententiæ. 296
Auctorem laudare. 449
Auctores laudari vel ſubſiſtebant, vel defugiebãt. ibid.
Auctor ſecundus, quis vulgò dicebatur. 568
Auctoritas erat in Senatu. 145
in Auctoritate Senatus eſſe. 247
Auctoritates quando perſcribebantur. 213
Auctoritatum perſcribendarum ratio. ibid.
Audire, deos rogabant. 89
Aue io ſalutatione. 847
Aue ſalutatio matutina. 851. & 852
Aue aduenientes dicebant. 851
Aues quædam ore, quædam volatu, auſpicium faciebant. 134
Aueruncare. 64
Auertuncus deus 63
Auertere pericula, peſtem, morbum, labem, nebulam &c. 63. & 64
Auertere mala omina. 105
Augumentum, aut Augmentum. 28
Auguraculum. 136
Augurum precationes. 69
Augures publici & eorum collegium Romæ. 136
Augurum ſollemnes pronuntiationes. 132
Augurum verba ſollemnia. 137
Augurium quid. 70
Augurium ſalutis. 132
Auguriorum genera multa. 136
Augurium agere. ibid.
Auguria capientes ſedebant. ibid.
Auguror. 83
Auguſta Minerua. 55
Auguſta Fortuna. 57
Auguſtus Athenis initiatus. 5
Auguſtus Sanctus ab Ouidio appellatur. 50
Auguſti pro ſe ipſo precatio. 94. & 96
Auguſtus Salutis augurium reſtituit. 132
Auguſtus Domini appellationé vt maledictum & opprobrium ſemper exhorruit. 848
Auguſtus locus. 134
Auguſto, ſiue priuato adhuc, ſiue imperatori decreti honores. 251
Auguſti cognomen, à Senatu delatum. 252
Auguſtus iocis quibuſdam petulantibus contradixit edicto. 310
Auguſtus Teſtamentum ſuum partim ſua, partim Polybij & Hilarionis manu ſcripſerat. 656
Auguſtus deſperata ſalute anulum Agrippæ tradidit. 692
Auguſtus mandata de funere ſuo, vno volumine complexus eſt. 749
Auguſti Teſtamentum. 758
Auguſti elogia, ſeu tituli. 834
Auguſtus pater patriæ dictus. 25. 253
Auguſtus menſis. 252
Auium diuerſæ ſpecies & appellationes. 134
Aureæ & argenteæ porcæ. 16
Aurum legabatur, item, Auri libræ, pondo, pondus. 699. & 700
Auſpicia peſtifera quænam dicebantur. 26
Auſpicia quibus verbis dirimebantur. 132
Auſpiciorum genera varia. 135. 136 & 138
Auſpicari quis dicebatur. 138
Auſpicabantur interdum cubantes. ibid.
Auxilium deorum qua formula veteres implorabant. 87
Auxilium à Senatu populóque Rom. ſocij & amici implorabant. 278
Auxilium populo Rom. bellis laboranti legati interdum pollicebantur. 279
Auxilium Tribunorũ implorabatur, & qua verborum formula. 303
Auxiliaria fulmina. 140
Axamenta. 141

B

BAcchus pater vocabatur. 49
Bacchus inuocabatur hac voce, Io Bacche. 67

Bacchanalium cauſa cœtus nocturni Romę facti. 291
Balnearum & thermarum inſcriptiones. 833
Barbata fortuna. 57
Bella quib⁹ verbis indici deoŭtiatiq; ſolebăt. 383
Belli indicendi formula. 384
Belli indicendi ſollemnes ritus. 384. & 385
Bello perſequendos decernebant quos hoſtes iudicabant. 292
Bellum aliquod periculoſum ſuſcepturus Senatus quid decernebat. 226
Bellum vt ſuſcipiendum, ineundum & indicendum erat. 286
Bellum, rebus repetitis, niſi eæ redderentur, indicebatur. 384
Bellum iuſtum & pium. 385
Benè, vox in menſa & inter ſcyphos iactari conſueta. 90
Bene ſit. 91
Bene dicere. ibid.
Bene vinas. 92
Beneficia quibus verbis ab imperatoribus peti & concedi ſolerent. 349
Bene habet. 844
Bertichranni cenomannicę vrbis Epiſcopi Teſtamentum. 772
Bifrons & Biceps Ianus appellabatur. 52
Bipenni percutiebantur victimæ. 20
Bitus regis Thracum filius cum cuſtodibus in cuſtodiam Carceolos miſſus. 263
Blanditias precibus ſuis addere, poëtis familiare eſt. 83
Blandiantium voces. 842. 843.
Bona verba. 11. & 12
Bona abſentis, vel qui iudicio non ſtetiſſet, vt poſſidere liceret, poſtulabant. 414
Bona quando damnatione publicabantur. 540
Bona Porſenæ regis vendere ſe dicebaut, in his quæ publicè venibant. 571
Bona prædia. 584
Bona generaliter omnia plerúque pignori obligabantur. 595
Bona Saturnalia clamabatur. 822
Bonæ deæ ſacra pro populo. 22
Bonæ deæ ſacra facientes mulieres, vinum ei libantes, lac ſe libare dicebant. 68
Bonæ deæ ſacra polluta à Clodio. 235
Bonæ preces, bona verba, bonus dies. 76
Bonæ fidei iudicia. 507. & 508
Boni dij, & bonæ deæ interdum vocabantur. 50
Bono animo eſto. 841
Bonorum & fidelium appellatione, ſocij & amici populi Rom. ornabantur. 265. 266. 267. & 268
Bonorum poſſeſſiones à prætoribus petebantur & dabantur. 454
Bonorum poſſeſſionum vndecim ſpecies. 455
Bonorum poſſeſſio Carboniana. 455
Bonorum poſſeſſio cum re & ſine re. ibid.
Bonorum poſſeſſionem do. 456
Bonorum poſſeſſio peti, poſtulari, accipi, admitti, agnoſci dicebatur. 456
Bonorum poſſeſſionem poterat quis per ſemetipſum, vel per alium petere. ibid.
Bonorum poſſeſſio non alibi dabatur quàm pro tribunali. ibid.
Bouis vti interdiceretur. 460
Bonorum pars legabatur. 500. 711. 712
Bonum factum. 307
Bouis ſubrepti & occiſi, conditio. 506
Boues vti emi ſolebant. 554
Bouis cornupetæ cornibus fœnũ alligari ſolebat. 839
Breuis, ſeo parua, Fortuna. 57
Bubulci cognomen. 837
Buteo accipitris genus. 135

C

C. litera condemnationis. 535. & 536
Cadere hoſtia dicebatur. 20
Cadere cauſa. 431
Caduca vota, caducæ preces. 112
Caduca auſpicia. 138
Cæcilius Claſſicus reus peractus. 251
Cæcilius Iſidorus teſtamento ſuo vti funerari ſe iuſſit 749
Cæleſtia auguria. 136
Cæleſtis Minerua. 55
Cæliſpex Apollo. ibid.
Cærętes ſacra populi Rom. ac ſacerdotes receperunt. 268
Cæſar comitia cum populo partitus erat. 150
Cæſar ignauos petulantéſque milites quibus verbis ab exercitu dimittit. 408
Cæſareæ vrbes à regibus amicis atque ſociis in ſuo regno conditæ. 261
Cæſaris de coniuratis ſententia. 197
Caiæ vocabãtur mulieres omnes quæ coëmptionem faciebant. 606
Caius, & Caia, in nuptiarum ritibus verba erant ſollemnia. 822
Caius Seius in libris Iuriſconſultorum. 376
Calatores. 131
Calendæ menſium vnde nominentur. ibid.
Calendis Ianuarijs inuicem fauſta omnia precari ſolebant. 100
Caligula ſacramentis omnibus adijci quid inſtituerit. 381
Calpar vinum. 31
Calua Venus. 56
de Calumnia accuſatoris iudices interdum pronuntiabant. 544
Camilli, cùm in exilium abiret, precatio. 92
Camillus Dictator ludos magnos Veijs captis ſe facturum vouit. 109
Camillus appellatus Romulus ac parens patriæ. 395
Campani cum Annibale quibus conditionibus pacem fecerunt. 406
Canarium ſacrificium pro frugibus. 64
Candidati profitebantur ſe petere & nomina dabant. 150
Candidus natalis, candida omina, candida nox, candida fata. 67
Caniculæ ſidus frugibus inimicum. 64

Canis pi[illegible]ra in p[illegible]re iuxta oſtiarij cellam. 839
Canum emptor de ſanitate & noxa ſtipulari ſolebat 555
Cann[illegible]ſis clades attonitam & cõſternatam vrbẽ reddidit. 291
Cannenſis cladis reliquus factus exercitus. 269
Capi propriè dicebantur Veſtales. 130
Capi flamen. ibidem
Capi iudices dicebantur. 470
Capillis paſſis & ſo[illegible]tis mulieres diis ſupplicabãt. 45
Capite operto dij ſ[illegible]lurabantur. 40
Capite velandi in ſacris ritus. 41
Capite aperto res diuina quibus diis fieret. 40
Cap[illegible] nudo precati ſunt ſemper Chriſtiani. 40
Cap[illegible]s ab[illegible] in ſacris. 8
pro Capite dare. 626
Capitolium, templum Iouis optimi maximi. 52
Capræ numquam ſine febri ſunt. 555.575
Capræ morſus exitialis arboribus frugiferis. 574
Capruiina Iuno. 55
Captiui à Pyrrho rege vltro miſſi, qua ignominia affecti, 269
Captiui, qui fallaci reditu iureiurando ſe exoluiſſent, ad Annibalem reducti. 270
Captiuis, pacis pactis canebatur. 407
Captiui ſub haſta venibant. 571
Caput iecoris ex omni parte diligentiſſimè haruſpices conſiderabant. 25
Caput iocinori defuiſſe, triſte erat prodigium. 26.
Carcere includebantur rei. 528
Carceri præpoſiti cura & officium. 527. & 528
Carmen euocationis deorum. 71
Carmen ſolle[illegible]ne precationis in concionibus. 71. item in com[illegible]tiis. 152
Carmen ſollemne votorum ab Africano emendatum. 107
Carmen triſte, quo lictori de perduelle ſuppliciũ more maiorum ſumere præcipiebatur. 537
Carmina & dicteria militum iocularia in ſuos imperatores triumphantes. 395
Carminibus Saliaris inſerebantur nomina eorũ, quibus honorem eximium haberi volebant. 140
Carna dea vitalibus humanis præeſſe credebatur. 65
Cariſſimi ab impp. vocabantur præſides & rectores prouinciarum. 350
Carthaginenſes ad amicitiam iungendam Romã legatos miſerunt. 264
Carthaginenſes magnam vim frumẽti Romanis obtulerunt. 280
Caſſianum dictum; cui bono. 841
Caſſij, prætoris tribunal, ſcopulus reorum. 841
Caſſius tribunus militum. 273
Caſtra mouere. 387
Carha[illegible]o nobilis Carthaginenſis. 283
Catilinæ coniuratione delata, quid decreuerit ſenatus. 227. 249. & 293. ea patefacta quid item decretum. 229.230.294.250
Catilina hoſtis iudicatus. 292.293
Catonis oratio pro Rhodien[illegible]bus. 580
Catonis de conuiuatis ſententia. 197
Catus dictus eſt Sex. Ælius. 837
Caudinæ pacis ſponſores hoſtibus dediti. 270
Cauiares hoſtiæ. 16
Cauſa cadere. 431
Cauſa interdum legatis adſcribebatur. 740
Cauſa mortis interdum epitaphiis adſcribebatur. 792
Cauſam interdum rei ex vinculis dicebant. 527
Cauſas cognoſcere eorum qui ad delectum non reſpondebant. 381
Cauſaria miſſio. 408
Cautiones, quę iudicũ officio interponebãtur. 509
Cautio tradiru iri. 641
Cautio, Amplius non agi. ibid.
Cautio de refundendo. 641
Cautio Muciana. 503
Cautio vulgaris de indemnitate 510
Cautio de Rato. 439
Cautio, reſtituiri. 645
Cautio pro euictione. 567
Cautio duplæ. 568
Cautiones creditæ pecuniæ. 597
Cautionum conuentionalium variæ ſpecies. 640
Cautionales ſtipulationes. 437. & 440
Celer eques Rom. inceſti cum virgine Veſtali accuſatus. 825
Cenſorius Cato. 837
Cenſendi verbo Senatus nonnumquam contentus. 216
Cenſeo in ſententiis dicendis. 586
Cenſere proprium erat Senatus. 545
Cenſores in cenſu agendo, quid ad cõmune omnium ciuium iuſiurandum vt delectum adiuuarent adiecerunt. 380
Cenſores non tantùm opera publica, & vectigalia, ſed & alia publicè olim locabant. 5[illegible]2
Cenſoria edicta. 3[illegible]3
Cenſoriæ notæ, Senatu aliqui mouebantur. 3[illegible]5
Cenſoriæ in equitum recognitione vſurpatæ mulæ. [illegible]
Cenſoriæ tabulæ. 5[illegible]3
Centumpeda Iupiter. 54
Centuriæ rogabantur, quos ex iis qui petebant, conſules fieri vellent. 149
Centuriones imperatori vti renuntiabant eius iuſſa ſe adimpleuiſſe. 390
Cera prima, & cera ima. 6[illegible]1
Ceres & Tellus, ob officium cõmune, ſimul placabantur. 62
Ceres & Liber quare ab agricolis inuocabantur. ibidem.
Cereris, Liberi & Liberæ ædes vota. 233
Cereale ſacrum à flamine Cereali fiebat. 62
Cerealibus mulieres ſecubabant, & à virorum conſuetudine abſtinebant. 9
Certa verba dicuntur ſollemnia, legitima & concepta. 119
Certi & incerti condictio. 425
Ceruicem præbere. 18
Ceſſio in iure quo modo fiebat. 419
Chalcidenſium legatis à Senatu datum reſponſum.

ſum. 274
Cbartæ legabantur. 704
Chirographo & in codice, & in pugillaribus, & in tabulis debitores cauebant. 598
Chirographum legabatur. 702
Chriſtiani læſæ maieſtatis accuſari, quòd pro ſalute imperatorum vota non facerent. 110
Chriſtianos ad negationē quibus verbis cohortabantur. 544
Chriſtianos ad leonem. 545.822
Chriſtianorum militum in Germania acclamatio. 89
Cicero patris patriæ appellationem primus meruiſſe fertur. 253
Cicero proconſul edixerat, quæ eſſet in iure dicundo obſeruaturus. 325
Ciceroni, propter depulſum Catilinæ cōiurationis periculū, ſupplicatio nouo verborum honore decreta. 229
Ciceroni poſt detectam Catilinæ cōiurationem, in ſenatu gratiæ actæ. 250
Ciceroni vrbe pulſo habiti honores. 253
Ciceronis reditus. 254
Ciceronis domus pecunia publica ædificata. 255
in Ciceronis gratiam honorifica ſenatuſconſulta facta. 253.254.255
Ciceroni denegata eſt à Metello Nepote tribuno plebis concionis habendæ facultas. 816. & 817
Ciceroni reſpublica commiſſa. 237
Ciceronis vota. 107
Ciceronum cognomen vnde inditum. 837
Cincinnati precatio. 93
Cinna hoſtis iudicatus. 292
in Cinerum tutelam plerumque legabant. 752
Cinxia Iuno. 55
Cippus. 527
Circumagebant corpus & circūuertebant, Deos adorantes. 41
Ciſta ſignata depoſita. 417
Citabatur reus è tribunali præconis voce. 524
Ciuis Romanus ſum. 820
Ciues ſinguli nominatim & ſingillatim citabantur in delectu habendo. 381
Ciuibus de repub. bene meritis gratiæ agebātur. 249
Ciuitati quod ad certam ſpeciem relinquebatur, in alios vſus conuertere non licebat. 731
Ciuitatibus ijs quæ M. Tullium ſolum vertentem excepiſſent, gratiæ actæ. 250
Ciuitatibus plerumque pecunia, ad ludos, ſpectacula, vel ornatum, vel honorem legabatur. 729
Ciuitatibus omnibus per fideicommiſſum hereditas relinqui poterat. 729
Claudiæ Veſtalis virginis precatio. 94
Claudij Cæſaris oratio. 300. & 301
Claudius in ſua acta collegam in conſulatu Antiſtium iurare prohibui 816
Clarigatio quid, & vnde hoc nomen. 383. & 385
Clariſſimi viri. 332
Clitumni aqua potata candidos boues faciebat. 19
Cliuia auſpicia. 155
Cluuia Facula, mulier Campana. 259
Clinina, aut Clinia auis. 155
Cloacina, ſeu Cluacina Venus. 56
M. Clodius Corſis, quia turpē cum his pacem fecerat, deditus. 270
Clodius ſacra Bonæ deæ polluit. 235
Clodij adoptio. 135
Clodianæ legis, qua Cicero vrbe pulſus eſt, fragmenta quædam. 180
poſt Clodij cædem quid ſenatus decreuit. 294
Cluſinius, ſeu Cluſius, Ianus. 51
Codicilli interdum manu teſtatoris ſcribebātur. 655
Codicilli teſtamentis quandoque confirmabantur. 749
Codicilli tam ante teſtamentum facti, quàm qui poſt teſtamentum fierent, confirmari ſolebāt. ibid.
in Codicillorum confirmatione quid adijciebat teſtator. 749
Codicilli ad heredes ſcribebantur. 774
Codicilli conficiebantur quatuor modis. ibid.
Codicillorum formulæ. 775. & 776
Codicilli græci caput à Iuſtiniano citatum. 776
Codicilli quo iure ætate Plinij Secundi erant. 777
Codicillis hereditas neque dari, neque adimi directò poterat. ibid.
Codicillis teſtamento confirmatis tutores dari poterant. 777
Codicilli interdum declarabatur quantitas legatorum quæ teſtamentis dabantur. 777
Codicillos etiam plures quis facere poterat. 778
Coemptio certis verbis fiebat. 606
Cogendi verbo prætores in edictis interdum vtebantur. 320
Cognitor. 437
Cognoſcendi poteſtas conſulibus à ſenatu interdum dabatur. 248
Cognitionis principalis exemplum. 469
Cognoſcere ſtatuereque. 249
Cohortibus Latinis Hernicíſque gratiæ ab ſenatu ob impigram militiam actæ. 250
Collegio fabrorum quandoque legabatur. 730
Collegium pontificum de rebus ad religionem pertinentibus conſulebatur. 233
Colligere vaſa. 587
Colonorum duo genera erant. 576
Commeatus dandi formula. 409
Commendationes morientium. 689. 690.752
Commendandi duntaxat, an mandādi cauſa, epiſtola ſcriberetur, multum intererat. 587
Commentarienſis. 528
Comites ab impp. fratres appellabantur. 315
Comites rerū priuatarum quo honore ab imperatoribus ornantur. 355
Comitia calata. 133
Comitia aue ſiniſtra dici. 148
Comitiis centuriatis exercitus imperabatur. 148
Comitiis diem conſules edicebant. ibid.
Comitium, quid. 265
Comminatio, qua ſolebant ciues ab impediendo deterreri. 241. & 242

Comminationibus aduerſus tutores prætor plerumque vtebatur. 459
Comminationes interdum ſeueræ duntaxat interueniebant. 544
Commiſſoriæ legis exempla. 564
Communes ſtipulationes. 437
Commilitones. 389
Commodatates. 591
Commodati obligatio. ibidem
Commodatum interdum certo loco & tempore reddi conueniebat. 592
Compaſcuus ager. 617
Comperendinatio. 412
Compitales Lares. 56
Compitaliorum feriæ quibus verbis à prætore concipiebantur. 131
Compotens Minerua. 55
Compromiſſo de die proferenda caueri ſolebat. 624
in Compromiſſis doli mali clauſula ſæpe adijciebatur. ibid.
in Compromiſſis interdū heredis mentio fiebat. ibid.
inCompromiſſis hoc ſpecialiter exprimebatur, vt vel vno ex litigatoribus, vel vtroque abſente ſententia diceretur. ibid.
Comptnmiſſorum formulæ. 623. & 624
Conceſſi fundi. 481
Q. Concidio gratiæ actæ. 250
Concionis dimittendæ recepta verba. 212
Concordiæ ædes vota. 109
Conclamari. 388
Condicere. 412
Condicionem filiabus quandoque patres teſtamento quærebant. 689
Condictio. 412
Condictio, id eſt denuntiatio. 136
Condictiones. 425. & 426
Conducebatur interdum res vendita ab emptore, donec pretium ſolueretur. 564
Conductio. 573
Conductionum exempla. 580
Confeſſoria actio. 421
Confeta ſus. 16
Confines nominari conſueuerant, in vendendo fundo. 561
Congiarij largitiones. 821
Contectio cauſæ. 412
Coniuratio, ſpecies militiæ. 382
Cōſecratio bonorum, quæ à Tribuno plebis fiebat. 126
Conſecrationes non verbis modò, ſed & manu fieri dicebantur. ibid.
Conſeruator Iupiter. 50
Conſeruatrix Minerua. 55
Conſeruatrix Galbanorum, Fortuna. 57
Conſeruator patriæ & Reip. Cicero. 230
Conſiliaria fulmina. 140
Conſiſtere iubebant fugientes in bello milites. 388
Conſpicio & Cortumio verba erant auguralia. 134
Conſiuus Ianus. 52
Cnnſiua Ops. 52
Conſolatoria edicta. 310
Conſtantinus tres filios imperij heredes reliquit. 691
Conſtantinus imperator non minus teſtamentarias, quàm iudiciarias formulas ſuſtulit. 436
Conſtantius imperator verborum inaniū captiones excluſit, quæ in bonorum poſſeſſione accipienda antiquitus obſeruabantur. 436
Conſtantiana lex. 344. & 345
Conſtitutiones Eccleſiaſticæ ad patriarchas & archiepiſcopos dirigebantur. 361
Conſtitutiones & edicta proponi iubebātur celebertimis vrbis regiæ & aliarū ciuitatum locis. 362
Conſtitutiones ſubnotabantur variis verborum figuris. 366
Conſtitutionibus, dies & conſul adijciebatur. ibidem
Conſul, cùm deſignatum conſulem renuntiabat, quid à dijs precabatur. 149
Conſul nominabatur, vel dicebatur. 150
Cōſul proprio nomine vocabatur, ſi ad eum oratio conuerteretur. 190
Conſul qua voce ciues ad arma vocabat in repētino tumultu. 238
Conſul ad ſenatum quo verborū honore reſcribebat, referebátque. 244
Conſules, conuocato Senatu quibus verbis vtebantur. 182
Cnnſules aut ipſimet, vltrò, aut Senatoribus ſuggerentibus ac flagitantibus ad Senatum referebant. 183
Conſules deſignati, voce conſulum qui comitia habebant, renuntiabantur & declarabantur. 149
Conſules de eo quod retulerant, verba feciſſe dicebantur. 185
Conſules ſi litaſſent, renuntiare ſolebāt Senatui, ritè ſacrificatum. 226
Conſules videant aut dent operam, ne quid reſpub. detrimenti capiat. 235. & 236
Cōſules in hoſtes profecti, Romam, comitiorum habēdorū cauſa, quibus verbis reuocabātur. 243
Conſules alter, ambove, ſi eis videatur. 245
Conſules vt exirent paludati, interdum decernebantur. 290
Conſules deſignati iurabant. 816
Conſulum voces, non feram, non rogabo, nō patiar agi. 300
Conſulum ad lictores verba. 302
Conſulibus qua verborum cōceptione ex auctoritate Senatus ſcribebatur. 216
Conſulibus principes reſcribebant. 345
Conſulibus à Senatu dabatur è pluribus legendi quem vellent poteſtas. 244
Conſulares quibus verbis ab impp. ornantur. 355
Conſularia edicta. 313
Conſulatu abeuntes iuſiurandum dabant. 816
Conſuli exta dicebantur. 23
Conſuli dicebantur haruſpices. 338
Conſuli rogationibus populus dicebatur. 145

Conſuli Senatus quando dicebatur. 183
Conſuli ſe de omnibus quæſtionibus Principes non patiebantur: nec Conſulendi principis omnibus ius erat. 342
Conſultationum exempla. 343
Conſultationibus ea omnia quæ ad cauſam pertinebant ſubiici conſueuerant. 344. & 345
Conſultores quibus verbis Iuriſconſultos conſulendi gratia adirent. 370. & 371
Contendendi verbum. 448
Conteſtari. 471
Contra Rempub. facta, quænam Senatus iudicabat. 242
Contradicere in Declamationum argumentis. 844
Controuerſia inter Coponium & Curium. 679
Controuerſiam exponere. 844
Cooptari in Augurum collegium. 136
Cor non ſemper in extorum parte habitum. 24
Cor in extis non apparuiſſe, triſtis oſtenti habitū. 26
Corculum appellatus eſt Scipio Naſica. 837
Cornelius Conſul ædem Soſpitæ Iunoni vouit. 109
Cornelius Balbus ciuitate Romana donatus. 153
Cornelij Maluginenſis in Senatu dicta ſententia. 197
Cornelia moriens liberos ſuos communes commendat Paulo marito. 690
Corneliæ legis de veneficiis verba quædam. 177
Corneliæ legis de ſicariis capita quædam. 178. & 180
Corona aurea regibus donata. 261
Coronæ aureæ Ioui allatæ. 278
Coronæ militibus donabantur. 393
Coronis ciuicis ſut querceis inſcribebatur, Ob ciues ſeruatos. 397
Coronati venibant captiui. 551
Correctores quo honore decorantur ab Imperatoribus. 355
Cotys rex Thracum ſiue pretio filium & obſides à Senatu recepit. 263
Craſſo aduerſus Parthos expeditionem paranti Atteius Tribunus pl. obnuntiauit. 120
Creditoribus res debitoris in ſecuritatē pignori opponebantur. 594
Creditor interdum pœnam ſtipulabatur, ſi ſua die pecunia ſoluta non eſſet. 593
Creditor debitori nō rarò liberationem legabat. 726
Creditores in poſſeſſionem mitti deſiderabant. 456
Creta pedes venalium trans mare aduectorū notabantur. 551
Cretio quid. 670
Cretio duplex. 671
Cretionis formula. 670. & 677
Culpa coniugum diuortium. 497
Culteis viſcera hoſtiarum aperiebantur. 16
Cultura monumenti. 805
Cultus gentilium diuinus, quibus potiſſimum rebus conſtabat. 100
Cunctator Fabius Maximus dictus. 837
Curare aliquid fieri. 245
Curatores Teſtamento dati, confirmabantur decreto Prætoris vel Præſidis. 457
Curatores ſatiſdabant rem pupilli ſaluam fore. 458
Curator ſuſpectus decreto Prætoris remouebatur. 461
Curatori ſuſpecto interdicebatur rerum adminiſtratio. 461
Curiatius Ianus. 52
Curiata lex. 133
Q. Curio qui primus cōiuratorum conſilia detexerat, præmia publicè conſtituta. 249
Curio pro præcone. 545
Cuſpidij pſeudoteſtamentum. 760
Curitis Iuno. 55
Cuſtodes votis appoſiti. 118
Cuſtodia militaris. 528
Cuſtodia militaris à vinculis immunis non erat. 529
Cuſtodia libera. 529
Cuſtodiæ appellatione, ſola publica accipienda eſt. ibi.
de Cuſtodia rei venditæ, necdum traditæ, inter emptorem & venditorem conueniebat. 564
Cuſtodiæ feriatis diebus & etiam de pluo audiri poterant. 530
Cuſtodiarum cognitio legatis mādabatur à proconſulibus. ibid.
Cuſtodiarum ſeriem ipſimet Imperatores recognoſcebant. ibid.

D.

DA, in precationibus. 81
Damium ſacrificium. 22
Damnari ad opus, & ad metallum. 542
Damnari ad ferrum, ad viarum munitiones & ad purgationes cloacarum. 542
Damnari ad gladium aliud eſt, aliud ad ludum. 542
Damnati in integrum quandoque à principe reſtituebantur. 545
Damnatus voti. 113
Damnati iurabāt ſe nihil gratiæ, nihil precibus dare. 536
Dapalis Iupiter. 54
Dare exta, Tus, Vinum. 28. & 29
Dare viam. 302
Dare facere oportere. 417
Dari ſibi oportere quinam intendebant. 416
Dari Iudices. 470
Date viam, Date locum. 824

Debitoris qui foro ceſſerat, bona diſtrahebantur. 602
Debitor interdum conſtituebat ſe ſoluturum, quod ex quacunque cauſa debebat. 604
Debitor interdum pacto liberabatur. 648
Debitori à creditore liberatio quandoque legabatur. 726
Debitor creditori interdum legabat. 727
Debita vota. 113
Decempedis in dimetiendis ædificiis vtebantur. 578
Decemviri quando libros Sibyllinos adire iuberentur. 227
Decerno. 188
Decij Coſ. precatio. 94.
Decima prædæ interdum vouebatur. 109
Declamationum verba quædam. 844
Decreta Curiæ, & Ordinis, in municipiis vti cōponebantur. 297
Decretorum, ſeu ſententiarum imperialium formulæ & exempla. 466. 467. & 468
Decurionibus ſolebat ordine interdici, vel ad tēpus, vel in perpetuum. 543
Decurionibus quæ præſtari nonnumquam teſtatores cauebant. 731
Dedicationes verbis ſollemnibus fiebant. 125
Deditio qua verborum conceptione fiebat. 397. & 398
Defenſor. 437
Defugere auctoritatem. 449
Deguſtatio vini noui quibus verbis fiebat. 100
Deguſtationi vini dies dicebatur. 556
Dei vnius nomen plerumque in cottidianis ſermonibus in buccam ethnicis veniebat. 88
Deo cuique propria & peculiaria cognomina attributa erant. 52
Deum alium pro alio nominare verebantur. 61
Deos parū grato nomine appellare formidabant. ibid.
Deos præſentes optabant. 77
Deioratus Rex à Senatu appellatus. 259
Delatores ad leonem. 543
Delectus militum vti habebatur. 381
Delegatio fiebat per ſtipulationem. 645
Delegabatur dupliciter debitor. ibid.
Delphos ad oraculum miſſi legati. 234
Demiſſis crinibus. 46
Demonſtrationū quę legatis addebantur exēpla. 705. & 740
Demonſtratio falſa neque legatario, neque fideicommiſſario nocebat. 740. & 741
Denuntiationum ambages ſublatæ. 412
Depoſiti iudicium. 510
Depoſiti ſpecies & exempla. 590
Depoſitum interdū periculo eius erat, apud quē deponebatur. ibid.
Depoſiti leges aliquot. ibid.
Deputationes poſt oppreſſam à Cæſaribus Rēp. in vſum perductæ. 539
Deportandis reis Imperator inſulam adſignabat. 541
Deprecari per ſuperos. 819. & per Deos. 844
Deſcendere ex equo. 302
Deſideria & preces. 328
Deſperationis verba. 844
Deuotionum verba ſollemnia. 119
Deuouendi verbo vtebantur in deuotionibus & execrationibus. 121
Dexter vt adeſſet Deus, quem inuocabant, rogabant. 77
Dextera auſpicia. 138
Dextrouerſum circumagebantur in Deorum ſalutationibus. 42
Diana, eadémque Lucina. 66
Diaria. 722
Dic in ſententiis rogandis. 185. 186 Item in iudiciis. 472
Dico, accuſationum verbum. 525
Dictare verba. 68
Dictator, quando creabatur. 288
Didonis epitaphium. 792
Dies ſenatuſconſultis præponi ſolebat. 212
Dies ſtatuebatur multitudini, ante quā ab armis, impunè diſcedere liceret. 293
Dies & Conſul Tabulis adſcribebantur. 571
Dies & Conſul qua parte conſtitutionibus imperatorum adiiciebantur. 366
Dies militibus ſcriptis præfiniebatur, qua adeſſet. 380
Dies militibus ad conueniendum edicebatur. 382
Dies tertius, ſiue perendinus. 412
Dies perendini. 35
Dies inquirendorum criminum petebatur. 530
Dies legatis vel certa, vel incerta adponebatur. 736
Dies Comitiis à Prætore petitus. 522
Dieſpiter. 48
Digitus, ſextadecima pars pedis. 616
Digitus aquæ. ibid.
Digito ſublato licitationes fiebant. 583
Digito demonſtrari glorioſum cenſebant. 840
Digitis duobus aut tribus in focum tura iacebāt. 30
Dignitatis rationem habebat Senatus. 242
Dij ſalutabantur. 38
Dij Patres, Boni, Sancti, Domini, Pulchri appellabantur. 48. & 49
Deæ, Matres, Sanctæ, Bonæ, Dominæ, Pulchræ nuncupabantur. 50
Dijouis & Dieſpiter. 53
Dij tutelares vrbis Romæ. 56
Dij inferi vocabantur Manes. 57
Dij Deæque omnes confuſè in ſacris inuocabantur. 60
Dij, qui in ſacro Cereali inuocabantur. 62
Dij quidam, ne obeſſent, placabantur. 63

Dij rogabantur, vt omina firmarent. 70
Dij bene vertant. 73
Dij fortunent, bene fortunent, vel ſecundent. 73
Dij vt vellent, rogabant. 76
ſi Dij volent. 77
Dij faciant. 80
Dij tibi dent quæ velis. 82
Dij me ſeruent. 85
Diis bene iuuantibus. 87
Dij tibi bene faciant. 91
Dij omnes te plurimum ament. 92
Dij prohibeant. 104
Dij melius, & Dij meliora. ibid.
Dij irati ſacrificiis, & ſupplicationibus placabantur. 226
Diis Manibus. 780
Dij me perdant. 813
Dimittendi Senatus, & concionis dimittẽdæ formulæ. 212
Diocletiani quæſtor ignotus. 342
Diræ & imprecationes. 121
Dirarum & execrationum certa conceptio. 120
Diſcedere populus iubebatur ſuffragiorum ferẽdorum cauſa. 147
Diſcedere in ſententiam. 204
Diſcedite Quirites, atque arma deponite. 408
Diſcedentes, vulgò rogabant, Nunquid vis? 850
Diſceſſionum mos in Senatu. 203
Diſpater. 49. & 555
Diſperream. 813
Diſpungi rationes. 603
Diues Craſſus. 837
Diui principes, Diuæ memoriæ, Diuæ recordationis. 338
Diuipotes. 334
Diuiſio inter cohæredes & ſocios. 625
Diuiſio agrorum in regiones & partes, decempedis, & perticis, pedibúſque iugeri collectis fiebat. 625
Diuiſio inter eos qui pignori acceperant, qualis fieri debebat. 626
Diuiſionis duorum fundorum communium exemplum. 625
in Diuiſione, de euictione rerum ſingulis adiudicatarum ſpecialiter conueniebat. ibid.
Diuidere ſententiam. 202
Diuortium quibus verbis fiebat. 824. & 825
Diuinare. 65
Dius fidius. 808
Dixi. 472
Dicere, à præcone pronuntiabatur. 534
Dolia quæ in fundo erant, quandoque venditioni fundi accedebant. 563
Dolia in horreis defoſſa. ibid.
Dolus malus à venditore abeſſe iubebatur. 566
Domina propriè mater Deûm dicebatur. 50
Domini Dij, & Dominæ Deæ interdum vocabãtur. ibid.
Domini appellatio Imperatoribus tributa. 350. & 848
Dominica ratio. 603
Domitianus Dominum & Deum ſe appellari libenter paſſus eſt. 848
Domitiani edicta. 311. & 312
Domitius in teſtamẽto Auguſti familiæ emptor. 653
Domiduca Iuno. 55
Domus bene ædificata interdũ dicebatur in venditione commendandi cauſa. 557
Domus vti à venditore poſſeſſa erat, vendita. ibidem
Domus hereditariæ venditor. 558
Domus vel generaliter vel ſpecialiter legabatur. 710
Domus vti appellarentur. ibid.
Domus interdum & quę in ea erant tẽpore mortis, ſimul legabantur. ibid.
Domus quandoque cũ horto applicito relinquebatur. 711
Domos nonnumquam, alienatione earum prohibita, teſtatores in familia relinqui volebant. 711
Dona & Munera. 34
Dona Diis data. 34. & 35
Dona & munera, numini alicui offerẽtes, quibus verbis vtebantur. 37
Dona Figi dicebantur. 34. & 35
Dona nonnumquam vouebantur. 109
Dona quæ regibus ſociis & amicis mittebantur à Romanis. 261
Dona, à legatis plerumque Ioui Capitolino ferebantur. 277. & 278
Dona militaria. 392
Doni dati cauſa titulo plerumque comprehẽdebatur. 329
Donis quæ figebantur aut ſacrabãtur, inſcriptiones addi conſueuerant. 128
Donationum varia genera. 779. & 780
Donationum exempla. 620
Donationum variæ leges. 621
Donationibus interdum, quæ curiis vel corporibus vel collegiis fiebant, onus adiiciebatur. 622
Dos ſoluto matrimonio à patre & à filia quæ in eius poteſtate erat, repetebatur. 495
Dos aut dabatur, aut dicebatur, aut promittebatur. 607
Dotis dictio vti fieret. ibid.
Dotis retentio, propter liberos. 611
Dos qua die reddenda eſſet, paciſci ſolebant. 612
Dotis iudicium. 495. 496. & 497
Dotis retentio quas ob res marito dabatur. 496
Dotem filiæfamilias poſt ſolutum matrimonium citra patris voluntatem petere non licebat. 495
in Dotem res ęſtimatæ vti darentur. 608

Dotem pater filiæ legabat. 716
Dotem vxoribus prælegare, ſeu relegare mariti ſolebant. 716. & 717
pro Dote interdum & aliud prælegabatur. 717
ἀρᾷν Græcis ſacrorum verbum. 22
Druſus defunctus ab Auguſto pro concione laudatus eſt. 96
Dubia Fortuna. 57
Ducebantur victimæ. 17
Ductores victimarum bonis ominibus eligebãtur. 17. & 102
Ductu auſpiciiſque. 396
Duidens hoſtia. 16
Dulcia quandoque legabantur. 703
Duplæ ſtipulatio & cautio. 668
Duplæ ſtipulatio adſidua in ſeruorum vẽditione. 567
Duplam non de omni re promitti oportebat, ſed de his rebus quæ pretioſiores eſſent. 568
de Duplæ cautione præſtanda vel non præſtanda cauere.
Duplicatio. 454

E.

EAmuſio ius. 410
Ecaſtor. 807
Ecce ſiſto me. 412
Eccere. 808
Edere. 433
Edictum peremptorium. 463. & 464
Edicti de bonorum poſſeſſionibus ſecundum tabulas teſtamenti verba quædam. 324
Edicti quo milites certa die adeſſe iubebantur, verba. 382
Edicto vt plurimum Senatores in curiam vocabantur. 181
Edicti eius ſollemnia verba. ibid.
Edicto qua de re patres conſulendi erant quãdoque ſignificabatur. ibid.
Edicto patres in curiam vocabantur, & etiam qui aberant reuocabantur. 312
Edictis interdum excedere vrbe atque Italia iubebant. 311
Edicta proponebant Conſules comitia habituri. 148
Edictorum varia argumenta & genera. 310. & 311
Edictis propoſitis conſtitutiones diuulgari iubebantur. 356
Edicta ad omnium notitiam perferri iubebantur. 368
Edicta obſeruari effectuique mancipari præcipiebantur. 360
Edicta principis manu ſubſcribebantur. 363
Edictorum ſubſcriptio. 307
Edictorum verba ſollemnia. ibid.
Edictorum quæ ad interdicta pertinebãt ſpecies. 317
Edictorum formulæ & exempla. 320, 321. 322. & 323
Effari, & Effata. 134
Egregij boues. 16
Eierare ſibi iniquum iudicem. 413. & 817
Ειλείθυια. 67
Eiurare bonam copiam. 817
Elephanti in Mauritania poſt ſollemnem aſperſionem ſydus ſalutant. 39
Eleuſinorum ſacrorum ſymbola. 6
Eleuſiniorũ ſacrorum initiatione, impij & ſcelerati voce præconis ſummouebantur. 16
Elicius Iupiter. 54
Elogia vxorum in monumentis. 795. & 796
Elogia virorum. 797
Elogia liberorum de parentibus. ibid.
Elogia parentum de liberis. ibid.
Elogia principum, clarorum virorum & ornatiſſimarum feminarum in Inſcriptionibus ſtatuarum. 834. & 835
Elogia in exheredationibus. 676
Elogia in legatis. 741
Emere vel vendere damnabatur interdum heres. 732
Emptiones & venditiones ſtipulationibus interpoſitis contrahebantur. 548
Emptor à venditore ſtipulabatur, vacuam poſſeſſionem tradi. 567
Emptionum variæ leges. 565
Emptor in vacuam fundi venditi poſſeſſionem à venditore, vel alio mandatu eius induci debebat. 568
En cautum ſpeciale Imperialia ſcrinia habebant. 365
Εντολῶν omnino, mandata intelligenda. 368
Ephemerides. 603
Epidamni mutata appellatio boni ominis gratia. 102
Epicurus Hermaco cõmẽdat Metrodori liberos. 690
Epicuri Teſtamentum. 764
Epiſtolæ quandoque ad heredes ſcribebantur. 778
Epiſtolæ ad Senatum à Iulio Cæſare conuerſæ ad paginas & ad formam memorialis libelli. 846
Epiſtolarum inſcriptiones. 845
Epiſtolarum quæ ab Imperatoribus ad Senatum populumque Rom. mittebantur, exordium. 845
Epiſtolarum, quæ ad Imperatores ſcribebantur, principium. ibid.
Epiſtolarum principiis ſalus adſcribebatur. 845. & 846
Epiſtolarũ ſubſcriptionibus bonæ preces, & vota prò ſalute Imperatorum adijciebantur. ibid.
Epiſtolarum ad Imperatores, & Imperatorum ad Præfectos & Præſides exempla. 846
Epiſtolas verbo, Vale, claudebant. ibid.
Epitaphium Virgilij. 759
Equeſtris Fortuna. 57
Equi & mulæ vti venirent. 554
Equum empturus ſolui iubebat ſtratum. ibid.
Equum vendere. 390
in Equorum & mulorũ emptione, de ſanitate & noxa ſtipulari emptor conſueuerat. 555

E repu-

E Republica. 140. & 241
E Repub. eſſe quod cenſuiſſent, Senatores iurabant. 281
Ericina Venus. 56
Eripere exta. 23
Eſſe in Senatus poteſtate. 147
Εὐχαὶ. 119
Euentura affirmabant, quæ precabantur. 81. & vt bene ac feliciter res quas adgrediebãtur euenirent, precabantur. 71
Euerſoribus bonis interdicebatur. 459
Euictionis nomine, emptor interdum ſimplam, interdum duplam ſtipulabatur. 567
ne Euictionis nomine teneretur, interdum paciſcebatur venditor. 568
pro Euictione quantũ venditorẽ præſtare oporteret, vt plurimum in venditione dicebatur. 567
pro Euictione vti caueri oportet. 567
Εὐφημισμός. 11
Euocatio ſpecies militiæ. 381
Euocationis Deorum carmen. 60. 70. 71
Ex animi ſui ſententia, iurabant. 812. & 813
Execrationes ſollemnes. 121
Excedere iubebantur, qui relegabantur. 539
Exemplum ſcriptum, & eodem Exemplo ſcripta. 367. & 368
Exceptiones à Prætore poſtulabantur & impetrabantur. 449
Exceptionum propriæ appellationes. 453. & 454
Exceptiones variè concipiebantur. 450. & 451
Exceptionum quarũdam ſpeciales formulæ. 452. & 453
Exclamationes eorum, qui anguſtiis premebãtur. 844
Exercitor omnium nautarum ſuorum factũ præſtare debebat. 604
Exercitor nauis ſæpe magiſtrum ei imponebat. ibid.
Exercitus comitiis centuriatis imperabatur. 148
de Exercitibus Senatuſconſulta. 294. & 295
Exercitus luſtrabatur. 389
Exercitus ignominia affecti. 169
Ex fide bona. 417
Exheredationis formulæ. 674. & 675
Exheredatio non notæ cauſa. 676
Exheredatio liberorum nõ niſi graui de cauſa fiebat. ibid.
Exheredari de inofficioſo vti agerent. 429. & vti contra eos pronuntiaretur. 512
Exhibitoria edicta. 319
Exhibitoria interdicta. 435
Exigere ſarta tecta. 578
Exilium triplex. 540
Eximij porci, & tauri. 16
Eximiæ hoſtiæ. ibid.
Ex iure manum conſertum. 420
Expiabantur portenta, oſtenta & fulgura. 140
Expoſcere votis. 119
Exta ſpirãtia adhuc & palpitãtia conſulebãtur. 25
Exta inſpici, conſuli, proſecari, dari, reddi, porrici, in aras imponi dicebantur. ibid.
Exta Bona, læta, felicia, & cõtrà, Exta non bona, triſtia, irata. 25. & 26
Exta regalia, & muta. 27
Exta vnde dicta. 28
Exta dare. 28. & 31
Ex templo. 154
Extiſpices, & extiſpicia. 25
Extranei, non item ſui heredes ſub qualibet conditione heredes ſcribi poterant. 670

F

FAbiorum cognomen. 837
Fabius & Apronius dediti Apolloniatibus. 170
Fabij in Senatu dicta ſententia. 198
Fabius Maximus ædem Veneris Erycinę vouit. 232
Fabius Pictor Delphos miſſus. 134
Facere dicebantur, qui ſacrificabant. 22
Faciendum curauerunt, idémque probauerunt. 577
Faciendum curauit heres. 793
Fecit in Titulis, monumentorum. ibid.
Factum quod imperaſti. 390
in Factum actiones. 431. & exceptiones. 454
Fagutalis Iupiter. 54
Falcidiæ legis capita duo. 177
Falcidiæ legis cautiones & iudicium. 503. & 504
Fallacia fulmina. 140
Falſum Teſtamentum eſſe vel non eſſe vti pronuntiaretur. 539
Familiæ erciſcundæ iudicium. 484. 485. & 486
Familiæ emptor. 653
Familiæ interdum legabatur. 725
Familiares Lares. 56
Familiaria fulmina. 140
Familiaria ſepulchra. 802
Fana vnde nominata. 125
Far non niſi toſtum, ad rem diuinam purum cenſebatur. 9
Far Pium & toſtum in ſacris. 35
Faſti dies. 465
Fauentia. 11
vt Fauerent, Deos orabant. 85
Fauere linguis, in rebus diuinis quæ publicè fiebant, imperabatur. 10
Febri, aræ conſecratæ. 65
Februatus, dies in ſacris. 55 & 131
Februum, & Februare. ibid.
Februtis, ſeu Februalis, aut Februata, Iuno. 55
Februus pater. 555
Feliciter, fauſtis acclamationibus familiaris erat vox. 821
Felix Fortuna. 57
Felix Sylla appellatus. 837
Feminis habiti honores. 259
Feretrius Iupiter. 54
Ferire hoſtem, 388

Ferire hoſtiam. 20
Feriæ cõceptiuæ certis & ſollemnibus verbis cõcipiebantur. 131
Feriis, abſtinere litibus, iurgiis & opere iubebantur. 130
Feriarum imperandarũ verba quędam ſollemnia. 131
Feriatis diebus adiri Prætor quibus ex cauſis poterat. 461
Feriatis diebus andiri cuſtodiæ poterant. 530
Ferre opem. 86
Ferre ad populum. 246
Ferebantur ad populum leges. 152
Ferre iudicem. 470
Fertum. 75
Feſtus Pompeius à Macrobio laudatus. 16
Feciales ad res repetendas mittebantur. 383
Fecialium præfatio. 399
Fibræ in extiſpiciis obſeruabantur. 24
Fibræ iecoris. ibid.
Fides penes auctorem erit. 844
Fidei ſe, non poteſtati committere. 398
Fidei nomen, opem atque auxilium ſignificat. 87. & 820
Fidem populi Rom. & fidẽ plebis vel fidẽ Quiritium implorabant. 819. & 820
Fidem militum implorare. 820
Fidem Cæſaris. ibid.
Fidem nonnunquam alicuius Dei ſpecialiter implorabant. 87
Fideicommiſſum apud Prætorem petebatur. 462
Fideicommiſſorum verba ſollemnia. 746. & 747
Fideicommiſſum ab eo ad quem legitima hereditas, vel bonorum poſſeſſio peruentura eſſet, dare concedebatur. 743
Fideicommiſſa vti relinquerentur. 748
Fideicommiſſorum & legatorum differentiæ. ibid.
Fideicommiſſorum Græcorum exempla. ibid.
Fideicommiſſa non palam modò, ſed & tacitè quandoque relinquebantur. ibid.
Fideicõmiſſa hereditatis quibus verbis relinquebantur. 686
Fideicommiſſa dabantur à legatariis. 744. & 747
Fideicommiſſa precatiuis verbis relinquebantur. 746
Fideicommiſſarius deſiderabat periculo ſuo adiri hereditatem. 504
Fideiuſſor emptionis & euictionis. 568
Fideiuſſor conductionis. 574
Fideiuſſoris dãdi onere venditor cõuentione interdum liberabatur. 568
Fideiuſſorem ob euictionem dare mancipij venditor non debebat, niſi hoc nominatim actum eſſet. ibid.
Fideiuſſores verbis obligabantur. 642
Fideiuſſores quibus verbis interrogabantur. 643
Fideiuſſores rem pupilli ſaluam fore à tutoribus dabantur. 458. 640. & 643
Fideiuſſores à magiſtratibus municipalibus dabantur. 644
Fideiuſſor adhiberi omni obligationi poterat. ibid.
Figere dona. 34
Figi leges. 152
Filius familias heres quandoque inſtituebatur, ſi de poteſtate patris exiſſet. 670
Filiofa. legabatur cùm ſui iuris eſſet factus. 736
Filius purè exheredandus erat. 675
Filius qua teſtamenti parte exheredari debebat. 675
Filij filiæve vti exheredarentur. 674. & 675
Filius interdum exheres ſcribebatur cum elogio. 675
Filij non ſine magna cauſa exheredabantur. 676
Filius interdum non mala mente parentis, neque noxæ cauſa exheredabatur. ibid.
Filios domo exigentes patres, in conſpectum ſuũ venire vetabant. 825
Filio poſt mortem patris quandoque legabatur. 736
Filijfamilias vindicatio vti fiebat. 419
Filij poſtumi duobus modis inſtituebantur. 664
Filiis peculia prælegare patres ſolebant. 715
Filiæ pater ſæpe ſub condicione nuptiarum legabat. 716
Fines agri qui venibat nominari & demonſtrari conſueuerant. 561
de Finibus regendis Arbitri ſumebantur. 478
de Finibus variæ inter vicinos controuerſiæ incidere ſolebant. 481
Finium regundorum iudicium. 472
Firmare omen. 79
Fiſſum iecoris. 25
Floræ ab agricolis ſupplicabatur. 62
Floralia quando & quare à veteribus inſtituta. 63
Flumen viuum. 8
Flumina in venditione recipiebantur. 558
Fluonia Iuno. 55
Fœdus æquum, & fœdus non æquum. 407
Fœdera quinque inter populũ Romanũ & Carthaginienſem. 340
Fœdera, quæ inter populum Romanũ & Iudaicũ interceſſerunt. 405
Fœderum ſpecialia exempla. 399
Fœdera peregrinorum. 406
Fœderum formulæ. 398
Fœdera iureiurando vti firmarentur. 399
Fœdera Ro. cum Latinis populis. ibid.
Fœderum initiis caput generale apponi conſuetum. 402
Fœderum tria genera. 406. & 407
Fœderibus interdum comprehendebantur ij quibuſcum amicitia & ſocietas erat. 406
Fœderum clauſula, vt eoſdem amicos atque inimicos haberent. 405

Fontis

Fontis inducti inſcriptio. 832
Forda, ſiue horda bos. 16
Formularum nomine actiones ſæpe appellantur. 432
Formularum concipiendarum gratia ſolebant adiri Iuriſconſulti. 432. 547. & 656
Formularum tota conceptio tandē euanuit. 436 & 663
Formularij Iuriſconſulti. 432
Foro cedere. 602
Fortuna variis nominum appellationibus colebatur. 57
Fors Fortuna. 57. & 59
Fortunæ Primigeniæ & Equeſtri ædes votæ. 109
Fortunare, in precationibus. 73
Fratres appellabantur rectores prouinciarum & comites. 353
Fratres populi Rom. Hedui. 264
Frequens Senatus. 296
Frons Genio conſecrata erat. 43
Fructus omnimodo præſtabantur in bonæ fidei iudiciis. 508
Fructus pendentes venibant. 517
Fructus prædiorum in vicem vſurarum nōnumquam cedebant. 596
Fructuarius vſumfructum vindicans, quid intendebat. 475
Fructuarius per arbitrum ædes reficere cogebatur. 477
Frugi ſolus nominatus Piſo. 837
Frugi mancipia. 151
Frumentum vt venibat. 557
Fugitiuum ſeruum non eſſe, promitti ſolebat. 550
Fulgur dium & renouatiuum. 140
Fulmina læta. 25
Fulminum varia genera. 140
Fuluius Prætor ludos magnos Ioui opt. max. vouit. 109
Fundere preces. 328
Fundi petendi formula. 419
Fundum petiturus, nomen eius & quo loci eſſet, dicere debebat. 420
Fundus quandoque venibat deducto vſufructu. 560
Fundi plures ſpecialiter nominatim vno inſtrumento emptionis interdum venibant. ibid.
Fundi venditor eum vel liberum, vel ſeruum eſſe dicebat. 561
Fundus nonnunquam cum inſtrumēto venibat. 563
Fundi venditor interdum quædam acceſſura dicebat. ibid.
Fundi venditor quædam nonnunquam recipiebat. ibid.
Fundi locati vēditor curare debebat, vt apud emptorem quoque eadem pactione colono perfrui liceret. ibid.
Fundus ita quādoque venibat, vt eum certa mercede conductum venditor haberet. 563. & 564
Fundus interdum commiſſoria lege venibat. 564
Fundi in diem quandoque addicebantur. 564
Fundus colendus vti locabatur. 574
Fundorum locationibus leges dici ſolitæ. 574. & 575
Fundi cum legabantur, nominibus propriis deſignabantur. 706
Fundorum propriæ appellationes. 559. 560. & 706
Fundus Seianus ſuperior & inferior. 706
Fundi regionibus diuidebantur. 615. & 487
Fundos confinibus, vel regionibus in quibus ſiti erant, vel alia demonſtratione, deſignabāt. 561. & 706
Fundus vti optimus maximus venibat. 561. legabatur. 706
Fundus aliquando legabatur, vti inſtructus erat, vel cum inſtrumento, vel cū omnibus quæ ibi ſiue in eodem erant. 706. & 707
Fundus legabatur, ſicut eſt, vel, vti poſſedi. 707
Fundus cum agello, cum caſa, cū villicis legatus. 708
Fundus legabatur nonnumquam cum exceptione & detractione aliqua. 708
Fundi legati alienatio ſæpe prohibebatur. 708. & 709
Fundi proprietatem teſtator legabat. 712
de Funere mandata morientium. 749
Funeris curam vni alicui mandabant morientes. 750. & 751
Funerum indictiuorum præconia. 823
L. Furius ędem Iunonis Monetæ vouit. 232
Furem ſeruum non eſſe, promitti ſolebat. 550
Furem inſequentes quid clamabant. 822
Fures pluribus actionibus tenebantur. 506
Furti actio. 506. eius formulæ. 422
Furtis & noxis ſeruus ſolutus promittebatur. 550

G

GAditanum fœdus. 153
Gagatis lapidis odore ſanitas venalium explorabatur. 549
Galbæ vox extrema. 14
Galbæ caput haſta ſuffixum. 822
Galienus vti impoſtorem vltus eſt. 545
Galieno quid imprecatus ſit populus. 98
Galli ſiniſtrorſum circumagebantur. 42
Galli Fauonij Iocundi teſtamentum. 754
Gallorum regulis à Senatu miſſa munera. 262. eorum legatis gratiæ à Senatu actæ. 279
Gallorum legati in Senatu de Marcello queſti. 274
Gallici belli metus. 289
Gelenius Dionyſij Halicarnaſſ. interpres notator. 58
Gemmæ legabantur. 701
Genua attingebant ſupplicantes. 843
Geminus Ianus. 52

Genibus nixæ ſupplices mulieres Deos orabant. 45
Genio quæ preces fieri ſolebant. 67
Genio frons ſacrata. 43
Genius ſanctus. 49
Genitrix Venus. 56
Gentius Illyricorum rex. 272
Germanici animam agentis extrema dicta. 753.
Germanico honores decreti. 257
Gladio in reos animaduertebatur. 559
Gladiatorum, qui ſe ludo vendebant auctoramentum. 838
Gladiatoribus imperabatur, vt ferrum reciperẽt. 838
Gladiatorium munus interdum teſtamento dare heredes damnabantur. 732
Glebula turis. 30
Gracchus augur fuit. 133
Gracchus legem Aufidiam diſſuaſit. 146
C. Gracchi amici, Repub. inimici iudicati. 249
Gradiuus Mars. 55
Græciæ populi in vna teſtamentorum vi atque auctoritate conueniebant. 652
Græcoſtaſis. 265
Granum turis. 30
Gratiæ iis qui de repub. bene meriti erant agebãtur. 249
Gratiæ ab ſenatu agebantur legatis, qui auxiliũ populo Rom. bellis laboranti pollicebantur. 279
Gratias diis ob beneficia accepta, vel vbi res bene ac feliciter euenerant, agi moris erat. 98. & 228
Gratias quandoque Senatui agebant legati ob beneficia accepta. 276
Gratiis interdum laudes miſcebant. 252
Gratum id eſſe Senatui. 219
Gratulari diis. 99. & eiuſmodi Gratulationum exempla. 98. & 99
Gratulandi cauſa interdum legati Romam mittebantur. 276
Gratulationum voces. 821
Grauidæ mulieres reſoluto crine Iunonem Lucinam precabantur. 45
Gregorij Theologi, Nazianzeni epiſcopi, teſtamentum. 460
Grundiles lares. 56
Grunij Corocottæ teſtamentum. 756
Gulúſſa, Maſaniſſæ filius. 271. legatus Romam venit. 279
Guſtus vini proficiebat, vt improbare liceret. 556

H

HAbitatio quo pacto excipiebatur. 558
Habitatio gratis concedebatur. 626
Habitatio legabatur. 715
Hadoindi, Cenomannicæ vrbis epiſcopi, teſtamentum. 772
Hadrianus moriens quid exclamauerit. 792
Hæc pars maior videtur. 204
Haruigæ, ſeu Harugæ hoſtiæ. 16
Haruſpices ex Hetruria primùm acciti. 23
Haruſpices cor, pulmonem, iecur, fel cæſarũ hoſtiarum inſpiciebant. 24
Haruſpices Græci quid in iecore obſeruabant. 25
Haruſpices conſuli; & conſulti reſpondere dicebantur. 138
Haſtæ ſubijciebantur ea, quæ publicè vendebãt. 570. & 571
Haſta locationis. 583
Hedui à Senatu fratres conſanguineique appellati. 264
Heliogabalus quomodo ſalutabatur. 848
Herceus Iupiter. 54
Hercle. 807
Hercules variis nominum appellationibus inuocabatur. 56
Herculis ſacro mulieres non licebat intereſſe. 10
Herculis quædã ſacra, maledictis & execratione celebrabantur. 12
Herculis in concilio Deorum dicta ſententia. 200
Herculi aperto capite res diuina fiebat. 41
Herculi ſacra qui faciebant, alium Deum inuocabant nullum. 68
Heredis inſtitutio, caput Teſtamentorum. 673
Heres inſtitui, niſi vt certo demonſtraretur, nemo poterat. 662
Heredes quibus verborum formulis inſtituerentur. 661
Heredes interdum inſtituebantur etiam qui nondum nati erant. ibid.
Heres interdum cernere iubebatur. 670
Heres ſcriptus cum cretione, vel ſine cretione. 671
Heres interdum intra certum tempus adire hereditatem iubebatur. 674
Heres interdum, vt alium heredem faceret, rogabatur. 687
Heres interdum damnabatur emere, vel vendere. 732. & 733
Heres damnabatur inſulam ædificare, vel reficere. 733
Heredes aliquando cum creditoribus hereditatis de certa debiti parte remittenda paciſcebantur. 649
Heredes vel ex aſſe inſtituebãtur, vel ex partibus. 665
Heredes nõnumquam ex partibus quæ poſtea ad ſcriberentur, inſtituebantur. 666
Heredes quandoque plures ſine partibus, vel coniunctim, vel ſeparatim, ſcribebantur. 667
Heredes vel purè inſtituebãtur, vel in diem certum, aut incertum. 669

Heredes interdú, ex æquis inretdû ex deiparibus partibus inſtituebantur. 669
Heiedes plures ita quandoque ſcribebantur, vt re & verbis coniungerentur. ibid.
Heredes ſub certa conditioue quandoqueſcribebantur. ibid.
Heredes intetdum in nomé Teſtamétis adſciſcebantur. 671
Heredes aut ſcribebantur, aut palam nuncupabátur. 673
Heredes in ius & locum defuncti ſuccedebant. 674
Heredes aut inſtituti dicebantur, aut ſubſtituti. 677
Hetedes, ptimi, & ſecundi. ibl.
Hereditas ſæpenumeto venibat. 566
Hereditatis emptæ ſtipulatio quibus verbis concipiebatur. 566. & 637
Heres reſtituere rogatus bereditarem adire & teſtituere per prætorem cogebstur. 462. & 504
Heteditatis petitio. 479
Heres ab eo qui rem hereditsriã pro herede, vel poſſeſſore poſſidebat, hereditatem petebat. 474
Hereditatis poſſeſſor petitori ſatiſdabat. 440
Hereditates, vt & legata, merentibus dabantur. 673
Herſiliæ precario. 68
Hiero Syracuſanorum rex auxiliũ Romanis pollicetur. 280
Hircanus Pontifex ad amicitiam renouandam legatos Romam miſit. 265
Hiſpsniæ legati de magiſtratuum auaritia & ſuperbia queſti. 273
Hiſtriones à populo petebant, vt eos benignè audiret. 838
Hiſtrionum elogia. 836
Hoc age. 14
Hoc amplius cenſeo. 201
Holographum teſtamentum. 655
Homines certi vel incerti legabantur. 704
Hominis petendi formula. 419
Honor diis haberi vti diceretur. 33. & 34
Honorem Diis immortalibus haberi. 230. & 231
Honorem præſari quando ſolebant. 841
Honores indicere, mactare, inſtaurare, celebrare, perſoluere. 33. & 34
Honores ruris, & vini. 34
Honoris Deorum ergô ludi fieri dicebantur. ibid.
Honores à Senatu peregrinis, quorum opera Reipub. vſui fuerat, habebantur. 251
Honores regibus à Senatu habiti. 262
Honeſta miſſio. 408
Horti venales inſpiciebantur. 557
Hoſpes, in Epitaphiis. 796
Hoſpiralis Iupiter. 54
Hoſpiralia fulmina. 140
Hoſpitium publicè contrahebatur. 268
Hoſpitium renunriabatur. 846
Hoſpitium publicum. 281
Hoſtia pura. 9
Hoſtia ſi ad aras fuiſſet vehementius reluctata, amouebatur. 17
Hoſtiæ etymon. 20
Hoſtia vti caderet, & in quam psrtẽ, veteres obſeruabant. 21
Hoſtiæ probari, duci, admoueri, ſtare, feriri, cadere; cædi, mactari; immolari, dicebantur. 16
Hoſtiarum varia genera. 16. & 33
Hoſtiæ vti probarentur. 16. & 17
Hoſtiæ maiores interdum vouebantur. 109
Hoſtiarum & victimarum nomina cõfundit auctoritas. 16
Hoſtis, vinctus, mulier, virgo, à quibuſdam ſacris arcebatur. 16
Hoſtem ferire. 388
Hoſtes à Senatu iudicabantur ciues qui contra patriam arma cepiſſent. 292
Hoſtium iudicatorum exempla. 292
Hoſtes interdum iudicabant ſolos partiũ duces. 293
Hoſtes interdum, nihil pacti, in fidem populi Ro. ſe dedebant. 398
Hoſtium legstis Senstus extra vrbem dabatur. 282
Hoſtium legatos excedere iubebat Senatus. 283. & 284
Hoſtibus euenire optabant, quæ auerſabantur. 324
Hoſtibus dedi Senatus decernebat, qui turpem cum hoſtibus pacem feciſſent. 270
Hoſtibus vti dederentur ij quos Senatus dedendos cenſuerat. 398
Hoſtilij Lares. 56
Huiuſque Diei Fortunæ templum. 57
Huiuſce, & Huiuſque differentia. 58
Hypotheca quemadmodum contrahebatur. 594
Hypothecariæ actionis exitus. 492
Hyperocha pignoris quandoque obligabatur. 595
ab Hypotheca quandoque recedebatur. 597

I

IAcet hic. 780
Ianus pater. 48. & 49
Ianus in omnibus ſacrificiis precationibuſq; primus inuocabatur. 51
à Iano precationes auſpicabsntur. ibid.
Ianus initiorum omnium poteſtatem habere credebatur. ibid.
Ianus Cluſiuij ſeu Cluſij, Gemini, Quirini, Conſiuij, Iunonij & Curiarij nominibus colebatur. 52
Ianum à ſe clauſum Imperatores teſtatum relinquebant. 141
Icta victima. 20
Idem in me. 813
Idibus pecuniam veteres exigebant. 600

Idulis ouis. 16
Iecur in extis diligentiſſimè tractabant. 24
Iecur ſine capite, triſte portentum. 26
B. Ignatij martyrium. 543
Ignis acclamatio. 822
Ignominioſa miſſio. 408
Ignoſce, orat. 844
Ilicet. 535. 844. & 853
Ilienſes à Senatu fratres conſanguineique appellati. 264
Imagines in foro municipióve poni Teſtatores iubebant. 732
Immane pro non bono. 102
Immolare quid. 21
Immuſſulus, auis. 135
Imperator Iupiter. 54
Imperatores quibus verbis Senatum alloquebantur. 189
Imperatores in quæ verba reſcribebant. 330. 331. & 332
Imperatores quandoque competentem iudicem, vel eum cuius de ea re notio erat, adeundū reſcribebant. 331. 332. & 333
Imperatores ad deſideria reſcribentes agendi poteſtatem, modò directis, modò obliquis verbis faciebant. 333. & 334
Imperatores his, quos æquum poſtulare iudicabant, quibus verbis reſcribebant. 334
Imperatores his, quorum deſideria iniuſta & à ratione abhorrere videbantur, quomodo reſcribebant. ibid.
Imperatores de iure certo & minimè controuerſo, quibus verbis reſcribebant. 335. 336. & 337
Imperatores, vbi nulla dubitandi occaſio erat, quemadmodum reſcribebant. 339
Imperatores quibus verbis monerēt inſtruerētve ſupplicantes. ibid.
Imperatores quibus verbis improbare ſe ſupplicantium preces & deſidera teſtabantur. 340
Imperatores tacitis obiectionibus quomodo occurrebant. 341
Imperatores quibus verbis accuſandi facultatem ſupplicantibus faciebant. ibid.
Imperatores aditum ad reſtitutionis in integrum beneficium quo modo dabant. ibid.
Imperatores vti ad cōſultationem Præſidum de pœnis reorum reſcriberent. 346
Imperatores interdum ſine cauſa ſe cōſuli reſcribebant. 348
Imperatores variè appellabantur à Procōſulibus & Præſidibus in ſuis Relationibus & conſultationibus. 349
Imperatores à militibus appellati & conſalutati. 595
Imperatores quidā teſtamento inter liberos imperium diuiſerunt. 691
Imperatorum elogia. 834. & 835
Impenſæ funeris modus ſtatuebatur à teſtatore. 752
Imperioſus Manlius. 837
Impertita auguria. 136
Impij ſceleribuſque contaminati ſacris arcebantur. 9
Imploro atque obteſtor. 80
Implorare fidem. 819. & 820
Implorationis voces, Porro Quirites, & Ciuis Romanus ſum. 820
Imponere aris. 32
Impoſtoris pœna. 545
Imprecationes variæ. 122. 123. & 124
Imprecationes in ſe vel in alios, de quorum ſalute ſolliciti erant factas, quibus verbis auertere ſolebant. 124
Impubes libripens eſſe non poterat, neque anteſtri. 653
Impulſor Iupiter. 54
Inaugurari. 137
In bona ire iubeo. 456
Incendiaria auis. 135
Indicere, ſacrorum verbum erat. 35
Indicta ſupplicatio. 36
Indictiua funera. 813
Indicibus præmia à Senatu proponebantur. 248
Indigites Dij, quorum nomina vulgari non licebat. 56
Induciæ. 407
Induciarum pactum. 408
Inebræ aues. 135
Inferæ aues. 135
Infer ſignum in hoſtem. 387
Inferna, ſeu inſera fulmina. 140
In hoſtium numero habere. 242
Inire ſuffragium. 147
Initia rerum agendarum à precationibus capiebantur. 47
Initiatis, quæ myſteriis tradebantur, inter ſe vulgare licebat. 6
Iniuges hoſtiæ. 16
Iniuria facta, aut aliquod maledictū, duplici modo purgabatur. 817
Iniuriarum actionis formulæ. 423. & 539
In ius eamus. 410
In ius veni, ſequere ad tribunal. ibid.
In ius ambula, in ius te voco. 411
Inofficioſum teſtamentum. 419
Inquilino interdum in venditione cauebatur. 558
Inquilini Idibus Quintilibus migrare ſolebant. 573
Inquiſitionis tempus poſtulabatur. 530
Inſcriptiones votorum pro ſalute & reditu ſuſceptorum. 115
Inſcriptiones addebantur Deorum ſignis, item donis quæ figebantur aut ſacrabantur. 128
Inſcriptiones ſignorum vti concipiuntur. 129
Inſcriptiones lapidum in agris. 481. & 482
Inſcriptiones accuſatorum. 523
Inſcriptiones monumentorum. 780. & 792
Inſcriptiones monumentorum Hiſpanienſium. 799. & 800

Inſcriptiones. 50.126.127.128.129.142.562. 578.622.730.731.732.750.753.754.755.828.829 830. 831.832.833.834.835.836.
Inſicia. 28
Inſpiciebantur exta diuinationis cauſa. 23
Inſpectionis extorum forma. ibid.
Inſtitor tabernæ præponebatur. 603
Inſtrumentum venditionis ædium, ex vetuſtis membranis deſcriptum. 559
Inſtrumẽta quodnam initium totius ſuæ ſcripturæ habere Iuſtinian. conſtituit. 572
Inſulam fieri, fabricari, ædificari, fulciri ſpondes? 635.
Inſulam ædificare interdum heres damnabatur. 733
Intentionis actorum verba, Aio & Dico. 416. & 444
vt Inter bonos bene agier. 417
Interceſſionem quãdoque Tribuni plebis pollicebantur. 304
Interdictum vti poſſeditis. 434
Interdicta de vi. ibid.
Interdictum quod vi aut clam. 505
Interdum vnde vi. 505
Interdicti exemplo. 436
Interdicta Prætor in albo propoſita habebat. 317
Interdicta à Prætore reddebantur. 434
Interdicta edebantur. 435
Interdicta aut prohibitoria erant, aut reſtitutoria aut exhibitoria. 435
Interdictorum formulæ. 317.318.319.434.435. 436
Interdictio bonorum & eius formula. 460
Interdicendi verbum nonnunquam Prætor in edictis vſurpabat. 319
Interrogatio, Recténe omnia? 850
Interrogatio diſcedentium, Nunquid vis? 850
Interrogatio, Quid noui? 850
Interrogatio legatorum. 284
Interrogatio, Quid agis? 849
Interrogatio, Satin ſalue? 849
Interrogationum quæ in iure fiebant formulæ & exempla. 772. & 443
Interrogationes Reorum. 530
Interrogationes Teſtium. 531. & 532
Interrogati legibus rei. 525
Interrogati fideiubebant. 643
Inuentor Iupiter. 54
Inuecta & illata inquilinorum & colonorum. 573. & 574
Inuictus Iupiter. 54
Inuictus Hercules. 56
Inuoco te. 80
Inuocatio. 69
Io triumphe. 394
Io Pæan. ibid.
Io Saturnalia. 822
Ioci militum, qui currum triumphantis ſequebantur. 395
Iouis varia cognomina. 52
Iouis, recto caſu. 48
Iouem cæteróſque Deos In orationibus præfabantur. 48
Ioue fulgente agi cum populo nefas erat. 134
Iratos Deos ijs exoptabant, quibus imprecabantur. 121
Irati dij, Propitiis opponuntur. ibid.
Iratos Deos eſſe credebant inſanientibus, infelicibus atque ærumnoſis. 122
Ire in ſuffragium. 247
Ire, vel tranſire in alia omnia. 203
Ire in ſententiam. 204
Ire in conſilium. 512. & 513
Irrita vota aduerſantur ratis. 112
Irrita iura, irrita præſagia, irritæ preces. 512. & 513
Iſidis dies puri. 8
Iſidis ſacris operam dantes mulieres virorum conſuetudine abſtinebant. 8
Iſidis factorum cauſam prætexebant, quæ noctẽ amantibus negabant. 8
Iſſenſes legati apud Senatum queſti. 272
Ita me deus amet, & Ita me dij ament. 809
Ita viuam. 810
Ita Deos velim mihi propitios. ibid.
Iterduca Iuno. 55
Itere mebatur, cedebatur. 613
Itineris modus. 614
Iuba ſocius atque amicus à Senatu appellatus. 260
Iubere proprium erat populi. 145
Iuda pontifex legatos Romam ad amicitiam ſocietatémque iungendam miſit. 264
Iudaicus populus legatos Romam miſit ad amicitiam ſocietatémque iungendam. 264
Iudex competens. 331. & 332
Iudex addicebatur. 413
Iudex quibus verbis à Prætore dabatur. 418
Iudex datus ſi diem ſuum obiiſſet, vel excuſatus eſſet, alius in eius locum ſufficiebatur. 465
Iudices ex conſenſu litigantium abſque compromiſſo plerumque dabantur. 465
Iudex dabatur, qui legis Falcidiæ inter heredem & legatarios rationem haberet. 504
Iudex quid ab Arbitro differat. 507. & 508
Iudex poſtquam ſemel ſententiam dixerat, iudex eſſe deſinebat. 514
Iudices per præconem pleraque loquebantur. 535
Iudex quæſtionis pronuntiabat ſententiam. ibid.
Iudicis reiiciendi formulæ. 413
Iudicis officium in ſingulis cauſis & controuerſiis. 473. & 474. & 507
Iudicis familiæ ercſ. officium. 484. 484
Iudicis communi diuidundo officium. 486. & 487
Iudicis finium Regundorum officium. 478. & 482
Iudicis officium in actione ad exhibendum 487. in actione metus cauſa. 488. in Actione negotiorum geſtorum 489. in noxali iudicio. 490. 491. in Actione ſi quadrupes pauperiem fecisse dicetur. 491. in actione legis Aquiliæ. 492

in Actione ſerui corrupti. 492. in Actione hypothecaria. 492. in Actione damni inſecti. 493. in Actione aquæ pluuiæ arcendæ. 473. in liberali iudicio. 494. in iudicio dotis. 495. & 496. in iudicio tutelæ. 498
Iudicis officium dati in cauſa legari. 499
Iudicis officium in Arbitrariis actionibus. 489
Iudicis officio, poſt iudicium acceptum & litem conteſtatam, omnia incumbebant quæ in iudicium deducebantur. 509
Iudicis rogandi mos maiorum. 843
Iudicem ferre. 413
Iudices, qui de pollutis à Clodio ſacris quærebãt à Senatu laudati. 251
Iudices poſtulabantur à prætore. 413
Iudices de alendis liberis decernebant. 463
Iudices dabantur à Magiſtratibus, & iis qui iuriſdictioni præerant. 464. & 465
Iudices quandoque ab ipſis principibus dabantur. 465
Iudices cum litigatoribus quandoque ſermones habebant. 470
Iudicum datorum variæ appellationes. 470
Iudices teſtibus, tabulis & inſtrumentis ſibi rem probari poſtulabant. 472
Iudices, verbo Dic, aduocatos cauſam narrare & agere iubebant. 472
Iudices de conſilij ſententia pronuntiabant. 513.
Iudices qua de re cognouerant, pronuntiare quoque cogendi erant. 513
Iudices excuſabantur incidente infirmitate, aut aliqua probabili occaſione ſuperueniente. 513
Iudices duo ex tribus datis vno abſente iudicare non poterant. 513
Iudices nonnunquã de calumnia accuſatoris pronunciabant. 544
Iudices priuatarum litium vti pronuntiarent. 512
Iudices in pronuntiando profitebantur ſe ex animi ſui ſententia facere. 536
Iudices iurabant in leges. 816
Iudicium pronuntiatione Iudicis finem accipiebat, & ſouebatur. 514
Iudicium vulgaris obſecratio. 919
Iudicium dabo. 313. 314. 315 & 316
Iudicium non dabo. 316
Iudicium dabatur in hæc verba, Si paret. 415
Iudicia à prætore poſtulabantur. 414
Iudicia priuata. 470
Iudicia certa lege conſtituebantur. 525
Iudiciorum priuatorum forma. 471
Iudiciorum publicorum formulæ. 521
Iudiciales ſtipulationes. 437. 438. & 439
Iudicandi verbo rogatus venditor rei ſuæ pretium dicebat & conſtituebat. 548
Iudicatum ſolui. 438
Iugalis Iuno. 55
Iuge auſpicium. 137. & 138
Iugera ſingula agri certo pretio aliquando venibant. 560
Iulius Cæſar actorum ſenatus conficiendorum auctor. 212
Iulij Cæſaris teſtamentum. 757
Iulio Cæſari laus impertita. 251
Iulio Cæſari decreti honores. 255. & 256
Iulius Frontinus vetuit omnino monumentum ſibi fieri & extrui. 759
Iulius Paulus ſcripſerat librum de formulis teſtamentorum. 774
Iuliæ Maximæ epitaphium. 796
Iuliæ & Papeæ popeæ legis aliquot capita. 177
Iuliæ legis de adulteris capita. 177. 178
Iuliæ legis de vi publica & priuata verba quædam. 179
Iuliæ legis iudiciariæ verba aliquot. 179
Iumenta paria interdum venibant. 555
Iumenta venibant per præconem. 569
Iumentorum venditor ſolebat promittere, eſſe, bibere vt oportet. 555
Iunonis varij tituli & appellationes. 54
Iunonis Lucinę opem parturientis implorabant. 65.
Iunoni Soſpitæ & Monetæ ædes votæ. 109
Iunonis Laciniæ templum ſpoliatum. 233
Iunonius Ianus. 52
Iupiter, id eſt Iouis pater. 48
Iupiter & Tellus ab agricolis inuocabantur. 62
Iupiter omen auertat. 103
Iupiter miniandus à Cenſoribus locabatur. 582
Iurare verbis conceptis. 813
Iurare in nomen, in verba, in acta, in leges. 816
Iurabant qui magiſtratu abibant conſules. 816. & 817
Iurare ſe non feciſſe, & Nolle factum. 817
Iurare perpetuum morbum. ibid.
Iure cæſum videri. 538
Iure vocatæ tribus. 148. & 149
Iurgare & Iurgium. 130
Iuriſdictio vrbana & peregrina. 296
Iuriſiurandi in iure delati formulæ. 515
Iuriſiurandi variæ erant formulæ pro cõtrouerſiarum varietate 515.
Iuro per. 814
Iurati ſententiam dicebant. 356
Iuſiurandum aris tactis præſtabatur. 814
Iuriſiurandi quod à iudicibus præſtabatur formula. 817
Iuriſiurandi extraiudicialis formulæ. 817
Iuriſiurandi, quo Tribunus milites adigebat, formula. 379
Iuriſiurandi condicio appoſita heredum inſtitutionibus 669. libertatibus datis 696. legatis. 738 fideicommiſſis. 743
Iuriſconſulti interdum coràm viua voce, interdũ per epiſtolas ab abſentibus conſulebantur. 371. & 372
Iuriſconſulti quæſtioni per epiſtolam propoſitæ reſponſum ſubiiciebant. 372
Iuriſconſulti reſcribere dicebantur. 373
Iuriſcon-

Iuriſconſulti iudiciorum, & ſtipulationum, formulas componebant. 432. & 547
Iuriſconſulti ad ſcribenda teſtamenta adhibebãtur. 656
Iuriſconſulti opiniones ſuas quibus verbis enunciabant. 375
Iuriſconſultorum verba quædam peculiaria. 375. & 376
Iuriſconſultorum partes & munia. 377
Iuriſperiti illius, quo libellos agente Diocletiani & Maximiani reſcripta emiſſa ſunt, nomen deſideratur. 342
Ius reuocandi domum, vel reuocandi forum. 463
Ius ordinarium. 434
Ius pecoris ad aquam appellendi. 616
Iuſiurandum militum. 379. & 380
Iuſiurandum in Actionibus tam in perſonam quàm in rem quibus verbis concipiebatur. 416. & 418
Iuſiurandum in litem. 510
Iuſiurandum de calumnia. 515
Iuriſiurandi quod aduerſario deferente ſuſcipiebatur, formulæ. 515. & 516
Iurabat debitor pignore ſua eſſe. 595
Iuſiurandum cautionibus adſcribi conſueuerat. 598
Iuſiurandum omne execratione finiebatur. 812
Iuſiurandum cum publicè præſtandum erat, adhibebantur qui præiurationes facerent. 813
Iuſiurandum vniuerſi Senatus. 817
Iureiurando interpoſito controuerſiæ interdum diſtrahebantur. 514
Iuſtitium indici moris erat in Tumultu. 289
Iuſtitium luctus & mæſtitiæ cauſa indicebatur. 289
Iuſtitium remitti tumultu ſedato ſolebat. ibid.

K

Κανοδαίμονες. 63
Kalendæ vnde dictæ. 151
Kalendis Ianuariis inuicem fauſta omnia precari ſolebant. 100
Kalendis pecuniam fænori dare ſolebant veteres. 600
Kalendarium codicem fæneratorum vocabant. ibid.
Καρπός. 430
Καρπισμός. ibid. & 653
Κήρυκες, calatores, præcones. 131
Κύριε ἐλέησον. 88

L

LActantes hoſtiæ. 16
Lacus incrinus. 583
Lampſaceni, vt in amicitiam populi Rom. reciperentur, orarunt. 264
Lampſaceni coronam auream Ioui attulerunt. 278
Lanx vas ſacrorum. 32
Lancibus exta dabantur reddebanturque. 32. vt & tura. 29
Lances legabantur. 700
Lapis vnctus 48. & 481
Lapis memoriæ Othonis inſcriptus. 806
Largitionibus congiarij quid acclamari ſolitum. 821
Lares variis nominum appellationibus colebantur. 56
Larium Permarinum ædes. 116
Laribus familiaribus vti ſupplicabatur. 67
Latiaris, ſeu latialis Iupiter. 54
Lauari purè. 8
Laudari auctor. 449
Laudationes vulgares. 840
Lauerna Dea furum. 63
Lauerna cum Mercurio fraudibus furtiuis præeſſe credebatur. 67
Laudes & grates ſimul dijs agebantur. 99
Laudes gratijs admiſtæ. 251
Laudes militares. 392
Lautia 262. 266. 168. & 281
Lectæ oues. 16
Lectores in Epitaphiis bene valere quandoque iubebantur. 806
Legati Delphos miſſi, Apollinis Pythij conſulendi cauſa. 234
Legati cum donis ad Syphacem miſſi. 262
Legati in Comitio ſtabant. 265
Legati ante omnia petebant ſibi Senatũ dari. 270
Legati ſociorum & amicorum variis de cauſis Romam veniebant. 271
Legati mittebantur à Senatu, qui in re præſenti de ſociorum inter ſe controuerſiis cognoſcerent. 272
Legati interdum gratulandi cauſa Romam mittebantur. 276
Legati ob beneficia accepta gratias quandoque agebant. ibid.
Legati plerunque dona Ioui Capitolino ferebãt, & vt in Capitolio ſacrificare liceret poſtulabãt. 277. & 278
Legati interdum auxilia populo Rom. bellis laboranti pollicebantur. 279
Legatis hoſtium Senatus extra vrbem dabatur. 282
Legati hoſtium vrbe & Italia intra paucos dies excedere iubebantur. 282
Legati, vbi res poſcebat, à Senatu mittebantur. 285
Legati ad renouandam cum regibus amicitiam, donáque ferenda mittebantur. 285
Legati decem more maiorum mitti conſueuerãt. 285
Legati quinque ad regem Perſea miſſi. 286
Legati terni miſſi in Africam. 286
Legati à Senatu ad diſceptandas controuerſias miſſi, vti pronuntiarent. 286
Legatis Allobrogum, comprobato eorum indicio, præmia decreta. 249
Legatis Neapolitanorum & Pæſtanorum gratiæ à Senatu actæ. 250

Legatis ſociorum & amicorum, locus lautiáque præbebantur. 281

Legatorum ſociorum, & hoſtium differentia. ibid.

Legatis quæ munera mittebantur. 291. & 282

Legatorum mandata quemadmodum audiebantur. 284

Legatum fideicommiſſúmve plerumque relinquebatur ad opus publicum faciendum. 730

Legatum heredi à ſemetipſo dari non poterat. 744

Legata vti adimerentur. 745

Legata interdum adimebantur & ad alios transferebantur. 745

Legata ſæpe conferebantur in tempus liberorũ, 736

Legata à ſubſtitutis repeti ſolebant. 743

Legata directis verbis, legitimis, ciuilibus & imperatiuis relinquebantur. 698

Legatorum annuorum formulæ. 724

Legata ſeruis alienis dabantur. 728

Legatorum, quæ purè ab initio data erant, dies quandoque proferebatur. 736

Legata quandoque dabantur cum præfinitione annorum. 736

Legatorum quatuor genera. 698

Legabantur res omnes iam mobiles, quàm ſoli. 699

Legabatur pars bonorum & pars hereditatis. 711. & 712

Legati prælegatíve quæ cuique ſpecialiter ſolerent. 715. 716. 717. & ſeq.

Legabatur quandoque ex pluribus ei, qui nouiſſimus ſuperuixiſſet. 725

Legabatur Populo, Ciuibus, Reipub. Collegio & Municipibus. 729. & 730

Legabatur illud aut illud. 733

Legabatur pluribus res eadem. 734

Legabatur ſæpius eidem, eodem teſtamento. 735

Legata interdum purè dabantur, interdum iis dies apponebatur 735

Legabatur ſub condicionibus dandi, faciendi vel non faciendi aliquid. 737

Legabantur ſæpe ſerui ſub condicione. 738

Legatum ſub condicione nuptiarum. 738

Legatum ſub condicione cautionis. 738

Legabatur ita nonumquam, vt niſi condicioni adſcriptæ legatarius paruiſſet, Legato caderet. 739

Legabatur interdum ſub modo. ibid.

Legabatur cum demonſtratione. 740

Legatarij vel fideicommiſſarij elogiis ornabantur. 741

Legata vel ab omnibus generaliter heredibus, vel nominatim ab vno, relinquebantur. 741. & 742

Legata & libertates vt ab heredibus præſtarentur, iubebatur. 742

Legabatur quandoque à pluribus quidem heredibus, ſed vnus ex his præcipere & præſtare iubebatur. 742

Legabatur non à primis tantum, ſed & ſecundis heredibus. 473

Legatario plures actiones propoſitæ. 499

Legatario incertæ partis vindicatio dabatur. 499. & 500.

Legatarij in poſſeſſionem mitti deſiderabant. 456

Leges Rogari & ferri ad populum dicebantur. 152

Leges ſuadebant & diſſuadebant. 146

Legum prima verba. 152

Legum initiis adſcribebatur tribus, quæ prima ad ſuffragium ferendum vocata erat. 152

Legum vulgares clauſulæ. 153. & 154

Legum ſanctiones. 154. 155. & 156

Leges figi dicebantur. 152

Leges in æs incidebantur. 363

Legum quarumdam exempla. 156. & 157

Legum vetuſtarum fragmenta. 171. & 172. 173. 179. 175

Legum antiquarum particulæ quædam. 176

Legis de Veſpaſiani imperio latæ caput. 170. 171

Lex Cornelia de veneficiis 177. & de ſicariis. & 178

Lex Clodia. 153

Lex Seruilia. 164

Lex Thoria. 159

Lex vetus de aquæ ductibus. 156

Lex antiqua de viatorum præconúmque decuriis. 157

Lex Iulia de maritandis ordinibus 177. & de adulteriis. 177. & 178. de vi publica & priuata. 178. & 179. iudiciaria. 179.

Lex Mamilia. 481. & 482

Lex Aquilia. 492

Lex Agraria Rulli. 176

Lex Falcidia. 177

Lege agere. 433

Lege agito. 433

Lege agi iubebatur in ſupplicio ſumendo. 538

Legum dictio, ſpecies augurij. 70. & 136

Leges variæ in ſeruorum venditionibus dici conſueuerant. 552. 553. & 554

Leges in pecudum venditione dictæ. 554. & 555

Leges in ædium venditione olim dictæ. 557. & 558

Leges in fundorum venditione dictæ. 560. 561. & 562

Leges venditionum. 566

Legis Commiſſoriæ formulæ, & exempla. 504

Leges aliquot ſpeciales in pignorum venditione dictæ. 565

Lex, quæ ferè ſemper venditionibus adiiciebatur. 562

Leges cenſoriæ. 581. & 582

Lex operi faciendo dicta. 576

Libare. 37

Libationis formula. ibid.

Liber

Liber pater. 49
Libri Sibyllini. 227
Libri Numæ Pompilij combuſti. 235
Lenonem non eſſe ſeruum interdum cauebatur. 550
Lentulorum cognomen. 837
Leptitani amicitiam & ſocietatem populi Rom. rogauerunt. 264
Liber populus. 405
Libellis principes adibantur. 327
Libelli dati Imperatori, & ſubſcriptionis exemplum. 327
Libelli græcè concepti exemplum. ibid.
Libelli deſideria & preces appellabantur. 328
Libelli appellatorij. 518
Libelli dimiſſorij, qui & apoſtoli dicebantur. 519
Libelli ab accuſatoribus dabantur, offerebantur, vel apud acta deponebantur. 522
Libellorum inſcriptionis conceptio. 523.
Libellorum formula ex Odoramuo monacho. 523
Libelli latitantis debitoris bonis ſuſpendebantur. 570
Libellus inuentæ & amiſſæ rei proponebatur. 839
Liberale iudicium vti exercebatur. 494
Liberator Iupiter. 37
Liberatio legabatur & quemadmodum. 726
Libera Fortuna. 57
Liberi qui in poteſtate erant, Prætoria cognitione petebantur. 462
Liberos alendos eſſe decernebant Iudices. 463
Liberti Teſtamentis adſignabantur. 749
Liberti in quæ ſepulcra inferrentur. 802
Libertis alimenta, cibaria, veſtiaria plerunque relinquebantur, 720
Libertas vti directo & per fideicommiſſum daretur. 693
Libertas ſeruis plerunque dabatur, ſub condicione rationum reddendarum. 694. & 695. quandoque etiam ſub aliis condicionibus. ibid.
Libertas Interdum ſub iuriſiurandi condicione relinquebatur. 696
Libertas quandoque ſeruis relinquebatur, ſi per aliquot annos heredi ſeruiſſent. 697
Libertas quibus verbis reuocabatur. 698
Libertas ſicut dari, ita & adimi codicillis Teſtamento confirmatis poterat. 777
Libertatem recuperabant à Senatu, qui iniuria venierant. 275
Libertatem deberi. 462
Libertatibus adſcriptæ quædam condiciones. 697
Libitina, ſeu Libentina Venus. 56
Libripens. 653
Libræ auri ſeu argenti legabantur. 699
Licet Conſulere? 371
Licet Rogare? 531
Licet anteſtari? 411
Licet de Repub. loqui? 184.185
Licet teſteris, Signent licet. 572
Lictor animaduertere populum iubebat, Conſule theatrum introeunte. 302
Lictor ſummouebat populum. Ibid.
Lictoribus quid imperabant Conſules. 302
Lictores de reis ſumere ſuppliciũ iubebantur. 537.
Lictores populum magiſtratibus via decedere monebant. 824
Licitationes fiebant manu ſublata, aut ſublato digito. 583
Ligna legabantur. 704
Ligures à Senatu In libertatem reſtituti. 275
Limites qui fundum tangebant, in modum agri non cedebant. 560
Lino ad obligandas tabellas & literas vtebantur veteres. 572
Lis, ſeu Res. 413
Lis vindiciarum. 440
Litare, & egregiè, ſeu proſpere litare. 32
Literarum, quibus principes conſulebantur, verba. 343. & 344
Literarum apices ſuos ac proprios imperialia ſcrinia habebant. 365
Literarum obligatio. 599
Litora quæ fundo vendito coniuncta erant, in modum agri minimè computabantur. 560
Litigatores compromittentes inuicem ſtipulabantur. 624
Litibus & iurgiis vt abſtinerent, feriis imperabatur. 130
Liuia moriens funeris curam amicis quibuſdam mandauit. 751
M. Liuij in Senatu dicta ſententia. 199
Λόβους in beſpate haruſpices Græci ſpectabant. 25
Locatio. 573
Locationes prædiorum vt plurimum incipiebãt à kalendis Martiis. 576
Locationes tam vrbanorum quàm ruſticorum prædiorum in luſtrum ſeu quinquennium fiebant. 575
Locationes interdum inducebantur. 583. & 584
Locationum leges. 574. & 575
Locatum fundum, locatásve ædes vendens quid curare debebat. 558. & 563
Loca religioſa vel ſacra in modum agri venditi minimè computabantur. 560
Loca Lautia decernebantur. 281
Locorum ſacrorum differentiæ. 131
Locrenſium legati in Senatu queſti. 272
Locrenſibus pax data. 406
Locutij templum. 235
Lucem facere dicebantur Saturno ſacrificantes. 40
Lucetius Iupiter. 53. & 54
Luci qui fundum tangebant, in modum agri non cedebant. 560
Lucia Volumnia carmine Saliari celebrata. 141

Luciani interpres reprehenſus. 436.& 652
Lucifera Minerua. 55
Lucina Iuno. 53.& 66
Lucina Minerna. 55
Lucrinus lacus primus locabatur. 102
Luctus Senatuſconſulto minuebatur. 290
Ludi interdum vouebantur. 109.111.& 232
Lndi magni à quibus voti. 109
Ludorum Apollinarium origo. 110
Ludi votiui pro Auguſti ſalute facti. 111
Lndi Apollinares. 228
Ludi ſumptu publico facti. 232
Lndi ſeculares centeſimo quoque anno celebrabantur. 823
Ludorum puerilium verba. 851.
Lumina in venditione recipiebantur. 558
Luminum ſeruitus. 617
Luna, eadémque Lucina. 66.& 67
Luſtrabatur exercitus. 789
Luſtrandæ claſſis forma. ibid.
Luſtrum conductionis. 575
Lyconis teſtamentum. 765
Lympha ac Bonus Euentus ab agricolis innocabantur. 62

M.

MActare, verbum ſacrorum. 25
Macte virtute eſto. 391
Mactus hoc vino inferio eſto. 37
Mæcenatis votum de prorogando vitæ ſpacio. 122
Magiſtratus ædes aráſve vti dedicarent. 126
Magiſtratibus quo verborum temperaméto poteſtas dabatur. 244
Magiſtratibus mandabatur, vt operam darent, item vt curarent. 245
Magiſter ſæpe naui præponebatur ab exercitore. 604
Magiſtri vtriuſque militiæ quo honore ab Impp. decorantur. 355
Magnus Iupiter. 55
Magnus cuſtos circi Hercules. 56
Magna, ſeu maxima, Iuno. 55
Magmentum. 21.& 127
Maieſtatem populi Romani comiter conſeruét. 405
Maiores hoſtiæ. 16
Maiores xxv. annis ætate probata rerum ſuarum adminiſtrationem recipiebant. 459
Maiori ob iuſtum errorem ſubueniebatur. 432
Mala verba. 52
Malæ fortunæ fana publicè dicata. 63
Male dicere. 91
Maleuenti in Beneuentum mutata appellatio boni ominis gratia. 103
Malleus, quo victimas feriebant. 15
Mallnuium latum. 7
Mamiliæ & Peduceæ legis capita quædam. 169
Mammoſa Fortuna. 57
Mamurius Veturius carmine Saliari celebrabatur. 41
Manalis fons. 134
Mancinus propter inuidiam fœderis Numantini, hoſtibus deditus. 270
Manceps. 583
Mancipatio. 572
Mancipationis ſolemnia. 419
Mancipio dare. 573
Mancipia olim venibant per præconem. 569
Mancipia interdum manumiſſionis cauſa donabantur. 620
Mancipiis cibaria præſtari patresfamilias Teſtamento interdum cauebant. 721
Mandabat quis negotia ſua geri, fundum emi, alteri credi & alia ad genus. 585.566.& 587
Mandare verbum haruſpicum. 140
Mandata varia pro rerum & negotiorum varietate Legatis dabantur. 285
Mandati, quod aliena gratia contrahebatur, exempla. 587
Mandatorum Præſidibus in prouincias proficiſcentibus dabantur certa verba. 367
Mandatorum principalium capita quædam. 368.
Mandatis quid comprehendebatur. 369.& 370
Mangones quidquid erat in venalibus quod diſpliceret, aliquo lenocinio abſcondebant. 549
Mane vnde dictum. 102
Manens Fortuna. 57
Manes, dij inferi, dicti. 57.& 102
Mania mater Larum. 141
Manilius rerum vendendarum leges ciuibus ſuis compoſuerat. 549
Manubiæ trinæ Iouis. 140
Manumiſſionis cauſa aliquando ſeruus donabatur. 553
Manumiſſus teſtamento, quando fiebat liber. 698
Manumiſſio quo modo & quibus verbis fiebat. 827
Manus iniectio in vindicatione. 418.& 419
Manus iniectio quibuſdam pactis excipi ſolebat. 553
Manum ori admouebant adorantes. 42
Manum conſerere. 410
Manu ſublata, licitationi ſe offerebant ij qui ad publicorum conductionem accedebant. 583
Manus abluebant rem diuinam facturi, rem precaturi. 7
Manus puræ quibus non erant ſacris arcebãtur. 6
Manus puras tam à ſordibus & illuuie, quàm à cæde & ſanguine, in ſacris exigebant. 6.& 7
Manibus & pedibus illotis, prouerbia. 7
Manibus in cælum ſublatis precabantur. 44
Manibus in cælum ſublatis vota ſuſcipiebantur & nuncupabantur. 118
Marcellus téplum Honori & Virtuti vouit. 109. idem triſte omen, aſtu, in melius vertit. 42.
Margaritarum linea ſubrepta, dici debebat numerus. 421

Margarita

Margarita legabantur & lineæ margaritorum. 701
Mariti condemnatio in iudicio dotis. 496
Maritus res vxoris extra dotem conſtitutas, quádoque eius voluntate adminiſtrabat. 609
Mariti vxotibus dotem legare ſolebant. 716
Maritus interdum aliud pro dote, interdum & aliquid ſupra dotem vxori legabat. 717
Marito lucro quandoque dos cedebat conuentione. 612
Mariti vxotibus ea quæ earum cauſa empta paratáque eſſent, legare conſueuerant. 719
Mariti ita interdum vxotibus legabant, vt & liberis conſuletent. 719
Mariti vxoribus mundum & ſpecies auri argentíve & bonorum vſumfructum legabant. 718
Marius Priſcus repetundarum reus. 251
Marius hoſtis iudicatus. 292
Martialis Iuno. 55
Martij vatis duo carmina. 139
Mars pater. 48. & 49
Marſpiter in precibus, tecto caſu abſque vllo obliquo antiquitus vſu tritum erat. 46
Martis variæ appellationes. 55
Martis ædes Gallico bello vota. 109
Mattem negotia filij gerere, teſtamento nonnunquam cauebat pater. 689
Matres deas omnes appellabant. 49
Matrona Iuno. 55
Matronæ templorum ſolum crinibus quandoque verrebant. 46
Matronarum Rom. poſt inſignem acceptam cladem piecario. 93
Matronis à Senatu gratiæ actæ. 250
Matronis decreti honores. 459
Matuta mater. 49
Matutæ deæ res diuina vti fieret. 68
Maſaniſſa à Scipione rex appellatus. 260. & donis ornatus. 261
Maſaniſſæ legati auxilium ad bellum Romanis pollicentur. 280
Maſcula Fortuna. 37
Maſculum rus. 30
Maxima hoſtia. 16. & Ara to.
Maximi cognomen. 837
Mediales hoſtiæ. 16
Medicus Apollo. 55
Medici elogium. 836
Meditrinalia. 100
Mediuſfidius. 807
M. Megonij teſtamentum. 717
Mehercle. 807
Melius ominare. 105
Mellarium vas. 168
Memoriam defunctorum non ſollicitari teſtabantur. 840
in Menſa & inter ſcyphos libare diis dapes, & benè precari mos erat. 90
Menſam tangebant precantes. 45
Menſa nummularia. 599
Menſori mercedes communi vtriuſque litigantium ſumptu ſoluebantur. 483
Menſores mittebantur à Iudice. 482
Menſorum officium. ibid.
Menſores adhibebantur, vbi emptor vel venditor ſcite vellent, cuiuſmodi ager veniret. 560
Menſores operum & ædificiorum. 578. & 579
Menſura dicenda erat, cùm res menſura continebatur. 421. & 423
Menſura vini proficiebat, vt appareret quantum emeretur. 556
Menti ſupplicabatur. 67
Menti ædes vota, librorum Sibyllinorum monitu. 109
Mentio facta in Senatu. 185
Merces olim venibant per præconem. 569
Merces ad vectigal pertinentes, in commiſſum quando cadebant. 582
Merces per vicos clamabantur. 840
Mercurius lucro & fraudibus præeſſe credebatur. 67
Mercurius à mercatoribus rogabatur vt lucra tribueret. ibid.
Mendici gentilium his qui eleemoſynam largiebantur, deos propirios precabantur. 122
Merentibus, ſeu meritis diis reddi vota dicebantur. 113
Metelli pontificis Veſtam ex incendio rapientis precatio. 93
Q. Metelli in Senatu dicta ſententia. 199
Metello Nepoti mernà cōminatorio Senatuſconſulto incuſſus. 242
Merum ſuper altaria infundebatur. 30
Mica ruris ibid.
Mileſiorum legatis ab Senatu gratiæ actæ. 279
Milites qui ex acie Cannēſi profugerāt, item qui Rhegium iniuſto bello occuparant, qua ignominia affecti. 268. & 269
Milites quando inreiurando fieri cœpere. 378
Milites quomodo in verba conſulis iuraſſe dicebantur. 380
Milites quandoque inter ſe coniurabant. 380
Milites iurabant militia ſe niſi poſt completa ſtipendia receſſuros. 381
Militare ſacramentum. 380. & 381
Milites in nomen, & verba principum iureiurando adigebantur. 381. & 102
Milites primi citabantur in delectu quorum nomiā bonum aliquem euentum portendebant. 81
Milites citati ad nomina reſpondebant. 381
Milites citati interdum morbo ſontico vel emeritorum ſtipendiorū aut vacationis pretextu ſe excuſabant. 381
Milites edicto plerumque certa die adeſſe iubebantur. 382
Milites victores ex pugna redeuntes clamorem faciebant o litera geminata. 391

Milites qui fortiter pugnauerant, ab imperatore pro concione laudibus & donis militaribus ornabantur. 392
Milites carceribus cuſtodiæ cauſa apponebātur. 528.& 529
Milites quibus modis olim reſtabantur. 774
Militibus conceſſum erat ex certa re heredes inſtituere,& circa inſtitutionem ſeparare ſpecies bonorum. 774
Militibus ſcriptis dies præfiniebatur, quo adeſſent. 380
Militibus ſanguinolentis ex acie redeuntibus quid dici ſoleret. 391
Militiæ genera tria. 382
Militia legitima. 382
Militia legabatur. 702.& 733
Minaces fibræ. 26
Minati exta dicebantur. 26
Mineruæ varij tituli & appellationes. 55
Mineruа propter procurationem oliueti ab agricolis inuocabatur. 62
Miniſter pro popa. 15
Miniſter,qui victimam cædebat, priuſquam eam feriret, rogabat, Agetérne. 15
Minoribus xxv. annis in integrum reſtitutionis auxilium à Prętore indulgebatur. 432
Minores circumuenti & decepti in integrum reſtituebantur. 445
Minorum prædia ruſtica vel ſuburbana, alienari, prætore inconſulto non poterant. 460
Miſerere precor. 88
Miſericordiam per ea quæ cariſſima erant, expoſcebant. 843
Miſerum me, & miſeram me. 844
Miſſionum genera. 408
Mitti in ſuffragium centuriæ dicebantur. 547
Modus agri in fundorum venditione plerunque dicebatur. 560
Modus pronuntiatus in fundo vendito cùm deerat, ſumebatur portio ex pretio. 560
In modum agri quæ cederent & computarentur vel non. ibid.
Mola ſalſa hoſtiam ſpargebant. 21
Mola quid. 35
Molliter iacere, mortuis precabantur. 97
Moneta Iuno. 55
Monitoria fulmina. 140
Monitoria edicta. 310
Monebant dij per exta. 24
Monumentum plerumque ſibi fieri teſtatores mandabant. 751.& 752
in Monumenti tutelam quantum relinqueretur, Inſcriptionibus exprimebatur. 805
in Monumenti culturam quantum agri cederet Titulis declarabatur. 805
Monumenti locus ita aliquando venibat,ne quis eò inferretur. 563
Monumenta emebant comparabántque. 795
Monumenta ſua vt roſis quotannis ornarentur, curæ priſcis erat. 805.& 806
Monumentorum titulis doli mali clauſula ſubiici ſolebat. 806
ex Monumentorum titulis, clauſulæ notandæ. 800
Monumentorum leges, 801.& 802
in Monumentorum titulis ſolemne erat cauere de perſonis quas eo inferri ius eſſet. 802.& 803
Monumenta interdum ſibi duntaxat faciebant. 803
Monumenta quandoque heredes non ſequebantur. ibid.
Monumenti interdum alienatio prohibebatur, 807
idque interdum pœna adiecta quæ ærario, vel arcæ Pontificum inferretur. 804.& 805
Monumentorum inſcriptiones. 806
Mopſueſtia amica atque ſocia populi Rom. 264
Morbus ſonticus, etiam inuitis litigatoribus ac iudice, diem differebat. 314
Morientes mandata dabant, quæ heredes legatarióſve curare volebant. 749
Morientes deſiderabant amicos ſui eſſe memores. 752
Morientes vltionem necis ſuæ mandabant. 753
Morientes nonnunquam annulum tradebant vni ex heredibus. 692
Morientium ſuprema de funere ſuo mandata. 750
Morticinium ne quid adeſſet,in quibuſdam ſacellis cautum erat. 127
Mortuorum memoriam non ſollicitari, ad eorum mentionem teſtabantur veteres. 96
Mortuis vulgò precari ſolebant vt eis terra leuis eſſet. ibid.
Mortuis precabantur, vt placidè quieſcerent, & molliter iacerent. 97
Mortuorum memoria aliquando damnabatur. 270
Mortuis terram grauem & onerosām imprecabantur. 97
Mortuis vale dicebant. 852
Mouere caſtra. 387
Mugitus hoſtiarum diros aduerſabantur. 18
Mulieres quibuſdam ſacris prohibebātur intereſſe. 10
Mulier nulla lege prohibebatur, omnia ſua bona in dotem dare. 608
mulier res quæ extra dotem in domum mariti attulerat, in libellum conferebat. 609
Mulier in dote dāda quandoque pecuniam, necnon & mancipia recipiebat. 609
Mulier quandoque paciſcebatur, ne dos à ſe peteretur. 612
de Muliere alenda pactis dotalibus quandoque cauebatur. 612
Mulieres poſt nocturnum opus aqua ſumpta ſe ſe purificabant. 8
Mulieres quibus diebus Iſidis ſacris operam dabant, item Cerealibus ſecubabant, & virorum

virorum conſuetudine abſtinebant. 8. & 9
Mulieres Herculaoo ſacrificio abſtioebant. 10
Mulieres duæ Campanæ in priſtinam libertatem redditæ. 275
Mulieres ſi prægnantes venirent, ſanas eſſe oō præſtabat venditor. 550
Mulieres Romanæ per Herculem non iurabant. 807
Mulieres quo geſtu ritúque Diis ſupplicarent. 45
Mulierum aliquot ornatiſſimarum elogia. 835
Mulieribus quibuſlibet legata vti dabantur. 724. & 725.
Muliebris Fortuna. 57
Mulæ & equi quandoque ita venibant, vt experiundi poteſtas eſſet. 554
Mularum iugum, vel par, vel duo paria interdum venibant. 555
Mulorum & equorum emptor de ſanitate & noxa ſtipulari conſueuerat. 555
Multa teo interdum irrogabatur. 544
Multarum duæ ſpecies. ibid.
Multa petebatur certa lege, & ob certam cauſam. 544
Multæ proponebantur in eos qui aduerſus conſtituta facerent. 360
Multitudini dies præſtituebatur, antequam ab armis impunè diſcedere liceret. 295
Mundus vxoribus legabatur. 718
Munera appellabant, quæcunque deorum placandorum cauſa aris inferebantur. 34
Munera quæ regibus ſocis & amicis mitti à Senatu ſolebant. 261
Munera quæ legatis mittebantur. 281. & 282
Municipio legatam pecuniam in aliam rem conuertere ſine principis auctoritate non licebat. 731
Municipiis, ſeu municipibus quandoque legabatur. 730
Municipibus quandoque heres opus facere iubebatur. 730
Murtia Venus. 56
Muſicani Maſſiniſſæ filio habitâ Senatu honores. 263
Mutatio veſtis duplex Romæ. 290
Muta eata. 27
Mutus per æs & libram teſtari non poterat. 654
Mutui datio quibus io rebus conſiſtebat. 592
Myſteria ſilentio & taciturnitate tegi volebant. 5
Myſteria & arcana profanis aperire & enuntiare nefas habebator. 5

N

N. L. literæ ampliationis. 555. & 556
Narciſſo decreti honores. 258
Narſes Eunuchus. 832
Natalis togabatur, vt candidus veniret. 67
Naufragi veſtes cum quibus euaſerant, in templis ſuſpendere ſolebant & Tabulam votiuam ponere. 117
Nautica pecunia, quibus olim legibus & conditionibus mutua dabatur. 593
Nauis cum inſtrumento veoibat. 555
Nauis effigies fuit in aſſe. 87
Ne ſaluus ſim. 813
Ne viuam. 813
Neapolitani legati in Senatu auditi. 280
Nefaſti dies. 465
Negatoria actio. 421
Negotium Conſulibus Prætoribúsve dari Senatus mandatis dicebatur. 245
Negotiorum geſtorum actio. 489
Negrito, verbum augurale. 134
Nemotenſis Minerua. 55
Nepotis cognomen à moribus traxit vnus Metellorum. 837
Nepotes poſtumi heredes inſtituebantur. 664
Nepotes vel nominatim, vel inter ceteros, exheredabantur. 675
Neptunus pater. 48
Nero propter impietatem ſacris Eleuſiniis intereſſe auſus non eſt. 10
Neronis exercitum aduerſus Aſdrubalem properantem fauſtis precibus populus Rom. proſecutus eſt. 93
Nexus. 572. & 573
Ni particula, in ſponſione & iudice ferendo. 414
Ni quis ſciuit, centuria. 148
Nil vos moramur P. C. 212
Nil moror. 544
Nomino, vel dico, Conſulem. 149. & 150
Nomen diſtrahebatur 567. & legabatur. 702
Nomen quale erat, interdum veoibat. 567
Nomen heredis ferre aliquando iubebantur heredes. 671
Nomen eius, cuius pecunia aliquod opus factum fuerat, operibus publicis in ſcribi ſolebat. 831
Nomina victimas ducentium in publicis Luſtris proſpera eligebantur. 102
Nomina eorum qui magiſtratus petebant, accipiebantur, vel non accipiebantur. 150
Nomina eorum, qui ad Senatuſconſulta conſcribenda adhibiti erant, primis eorum verſibus ponebantur. 213
Nomina dabantur in delectu. 381
Nomina quibus iuriſconſulti exempli cauſa vtuntur. 376
Nomina olim interpoſitis parariis fiebant. 600
Nomina facturi quid conſiderabant. idid.
Nomina, titulos debitorum, vnde appellabant. 600
Nomina inter coheredes, interpoſitis delegationibus, diuidebantur. 625

Numinum Δυςφημίαν ſedulò vitabant veteres. 102
Nominibus vt plurimum in tabulis, cuius tribus ciues eſſent, addebatur. 836
Nominibus olim adiectæ appellationes. 836. & 837
Nominatim liberi exheredandi erant. 674. & 675. Nominatim libertas danda erat. 693. & 694.
Non feram, non togabo, non patiar agi. 300
Non placere. 309. & 148
Non liquere. 535. & 536
Nonæ menſium certis & conceptis verbis calari ſolebant. 131
Nouatio quemadmodum fiebat. 644
Nox pro nocturno concubitu. 8
Noxæ dedere. 314
Noxa ſeruum ſolutum præſtari, promittebant. 550
Noxale iudicium. 490. & 491
Nudabatur & ſpoliabatur reus, de quo ſupplicium ſumebatur. 537
Numæ Pompilij libri cremati. 235
Numera ſenatum. 202
Numerus ſignatæ materiæ dicendus erat in vindicatione & actione furti. 420. & 425
Numina quæ pro frugum vbertate & copia inuocabantur. 62
Numina læua. 63
Numina ignota vti precabantur. 60
Numi percutiebantur ad rerum præclarè geſtarum memoriam. 396
Nummi legabantur. 699
Nummi veteres. 128. & 142
Nummularij emptionibus adhibebantur, quorum fide nummi probarentur. 571
Nummularij. 599
Nummularij plerunque literis notam faciebant, quantum quiſque nummorum penes ſe haberet. 601
Nummularij quando paria, aut parem rationem feciſſe dicebantur. 601
Nummularij quando foro cedere dicebantur. 601
Nummularij cùm foro ceſſerant, eorum bona venibant. 602
Nuncupare vota. 113
Nuncupare quid. 654. & Nuncupare palam 673
Nuncupatiu teſtamenti. 653. & 654

O

O Litera clamorem faciebant milites à pugna redeuntes. 391
Obruta fulmina. 140
Ocimum cum maledictis ac probris ſeri conſueuerat. 125
Oblariua anguria. 136
Obiurgatoria edicta. 310
Obligatio verbis quomodo contrahi dicebatur. 629
Obligatio qualiſcumque eſſet quæ præceſſerat, verbis nouari poterat. 644
Obſcœna dicta, quæ mali omnis habebantur. 12
Obſecratio Indicum vulgaris. 819
Obſequens Fortuna. 57
Obteſtatio. 819
Obteſtari deûm atque hominum fidem. 819
Obuios ſibi ignotos aut quorum nomina nõ ſuccurrebant, vti compellarant. 848
Olea pendens qua lege venire debebat. 556
Olea legenda quemadmodum locaretur. 580
Oleum vti veniret. 557
Oliuæ pendentis fructus vendebatur. 556
Oliuarius Hercules. 56
Ollarum numerus Titulis comprehendebatur. 806
Olli pro illi. 149
Omen. 12
Omen victoriæ fecit Auguſto occurſus agaſonis cum aſino. 102
Omen deus auertat. 104
Ominis boni gratia quæ ab antiquis ſuperſtitioſe ſeruabantur. 121
Omina læta. 25
Omina bona ſtudioſè amplectebantur veteres, & ea ſe accipere profitebantur. 101
Omina principiis omnibus ineſſe vulgò credebant. 102
Omina bona, fauſta, candida, ſecunda, dextra, læta. 103
Omina, mala, dira, infauſta, ſiniſtra, triſtia, aduerſa, funeſta. ibid.
Omina mala deteſtabantur & auerſabantur. 103
Ominum triſtium exempla. 103
Ominibus fauſtis plerunque proſequebantur eos, quos ſaluos eſſe cupiebant. 100
Ominibus bonis proſequebantur ea quæ bene ac feliciter euenire cupiebant. ibid.
Ominibus malis ab inceptis deterrebantur veteres. 103
Omiſſa cautio incerti condicebatur. 425
Omnipotens Iupiter. 53
Oneſimus proditionis inſimulatus apud Philippum ad Romanos transfugit. 166
Onus aliquod qui humeris geſtabant, qua voce tranſeuntes admonebant. 840
Opem vt ferrent, rogabantur dij. 86
Operam dare. 245
Operandi verbum in rebus diuinis. 22
Operarum ſtipulatio. 637
Operum publicorum aliquot notatu dignæ Inſcriptiones. 833. & 834

Opifera

Operibus publicis principis nomē, aut eius cuius pecunia id opus factum fuerat, ſcribi ſolebat. 831

Opifera Fortuna. 57

Opigena Iuno. 55

Opimi bones. 16

Opitulus, ſeu Opitulator Iupiter. 54

Ops Conſiua. 56

Opi, ſedentes vota concipiebant, terrámque de induſtria tangebant. 119

Oportere, in formulis, Oportet Oportebítve, in obligationibus. 417

Optatæ, ſeu optimæ hoſtiæ. 16

Optio, ſeu electio plerunque legabatur. 734

Optimus maximus Iupiter. 52

Optimus vir Scipio Naſica à Senatu iudicatus eſt. 837

Optima lege, Optimo iure, in magiſtratibus credendis adiiciebatur. 151

Optimi cognomen primus Traianus meruit. 837

Optimus maximus fundus. 561. & 706

Optimæ, maximæque Ædes. 557

Opus faciendum quibus legibus locabatur. 376

Opus probabatur, & in acceptum referebatur. 579

Opus aliquod fieri qui iubebant, plerunque in tutelam eius aliquid relinquebant. 731.

Orare per ſuperos, per patriam. 819

Orationes in Senatu his verbis P. C. interdum inchoabantur, & interdum finiebantur. 289.& 190

Orationes principum in ſenatu recitabantur. 299

Orationes aliquot principum. 299. 300. & 301

Orationes Imperatorum ad ſuos milites. 389

Orationum veterum quibus leges diſſuadebantur extrema clauſula. 146

Oratores à Iudicibus quandoque, vt ſibi teſtes interrogare liceret poſtulabant. 531

Orbitatis vox vulgatiſſima. 841

Orbona dea. 63

ad Orientem conuerſi precabantur. 43

Ornamenta triumphalia, conſularia & prætoria à Senatu decernebantur. 257

Ornamenta legabantur. 701

Oſcines aues. 135

Oſſipagina vel Oſſipago Dea. 855

Oues interdum legabantur. 704

Ouicula à clementia morum dictus. 837

Ouidij repetiti verſus. 19

Ouium venditio vti fieret. 548

Ouium fructum qua lege venire oportebat. 554

P

Pabulum hybernum qua lege venire oportebat. 557

Pacem ac veniam à diis petebant. 89

Pacem deûm expoſci, moris erat. 90

Pacis, quas Scipio Carthaginienſibus dixit, leges. 401

Pacis, quas T. Quintius Philippo Macedonum regi dedit, leges. 403

Pacis, quas Sylla Mithridati dedit, leges. 404

Pacis inter M. Antonium, Octauium Cæſarem, & Sex. Pompeium initæ formula. 406

Pacis tempus ſponſores hoſtibus dedi Senatus decernebat. 270

Pactionis in deditione factæ exemplum. 398

Pactiones ſeruorum cum dominis. 626

Pactum induciarum. 408

Pacto vti debitor liberabatur. 648

Pacta pignorum. 596

Pacta de non petendo perpetua, vel temporalia. 649

Pacta de non petendo in rem, vel in perſonam concipiebantur. ibid.

Pactorum quæ liberationis cauſa fiebant, exempla. 649

Pactis debiti pars heredibus quandoque remittebatur. 649

Pactis dotalibus proſpici in caſum liberorum de reſtitutione vel retentione dotis, aut certę partis, ſolebat. 611

Pactis dotalibus, de hereditate patris interdum cauebatur. 613

Pacunij epigramma. 780

Paganicus Iupiter. 54

Παίων, 20

Palatinus Apollo. 55

Pales dea, cui lacte fieri ſolebat à paſtoribus. 64

Pallantis monumentum. 792

Pallanti decreti honores. 258

Pallori aræ conſecratæ 62

Paludati exibant Conſules. 291

Paludamenta, ibid.

Pamphiliorum legati ad renouandam cum populo Rom. amicitiam miſſi. 264

Pamphyliorum legati coronam auream Ioui attulerunt. 278

Papyrij Conſulis celebre votum. 109

Παράφερνα. 609

Par an impar. 851

Pararij interponebantur nominis faciendi cauſa. 600

Parentes ab Impp. appellabantur Præfecti prætorio, Patritiíque. 362.& 363

Parentes morientes interdum amicis liberos ſuos commendabant. 689.& 690

Parentes bona plerunque inter liberos teſtamento diuidebant. 691

Parentes frugi æſtimationem patrimonij ſui facere conſueuerant. 691
Parentes in titulis monumentorũ, infeliciſſimos ſe appellant. 798
Paraſiti in ſcena quid dictitabant. 838
Paraſiti elegans epitaphium. 799
Patere, Deos orabant. 90
Paret in formulis. 415
Paria, vel parem rationem facere. 602
Paries oneri ferendo in venditione recipiebatur. 558
Parricida quis dicatur. 154
Parricidæ, Cæſaris percuſſores appellati. 256
Parricidium, idus Martiæ, nominatum. ibid.
Partes ſolebant in ſocietate contrahenda conſtitui. 589
Parturientes Iunonis Lucinæ opem implorabãt. 65
Parum cauiſſe videri, quando pronuntiabat magiſtratus. 538
Paſcito linguam. 51
Paſcua, in Tabulis cenſoriis. 583
Pateræ aureæ regibus datæ. 261. & 262
Pateræ aureæ Romam allatæ. 280
Pateris vina dabantur. 30
Pater deûm hominumque, Iupiter appellabatur. 53
Pater patratus, princeps fetialium. 385
Pater quandoque paciſcebatur, ne dos à ſe peteretur. 612
Patris patriæ cognomen Iulio Cæſari, item Auguſto à Senatu datum. 252. & 256
Patris patriæ appellationem primus Cicero meruit. 253
Patres dij omnes nuncupabantur inter ſolemnes ritus & precationes. 48
Patres Conſcripti. 589
Pater familias poterat in quot vellet partes hereditatem diſtribuere. 667
Patres in curiam Edicto vocabãtur, & etiam qui aberant reuocabantur. 311
Patria ſalutabatur ab his qui ex aliqua peregrinatione domum ſalui redibant. 40
Patrij lares. 56
Patronus deferente liberto, iurabat ſe patronum eſſe. 516
Patronus Senatus dictus Druſus. 837
Patroni ſeu Cauſidici ſeſe facetis & vrbanis dictis interdum laceſſebant. 472
Patroni & oratores cauſa perorata dicere conſueuerant, Dixi. 472
Patroni atque oratores præconis voce citabantur. 525
D. Paulus ſe ciuem eſſe Rom. vociferans verberum iniuriam deprecatus eſt. 821
Pecoris ad aquam appellendi ius. 616
Pecora paſcenda locabantur. 580
Pecudes quemadmodum emi oporteret. 554
Peculij quantitas in mancipiorum vẽditione dicebatur. 552
Peculia filiis prælegare patres ſolebant. 715
Peculia ſeruis cum libertate legabantur. 696. & 729
Pecunia mutua, vel gratuita dabatur, vel ſub vſuris. 592
Pecunia nautica, quæ & traiectitia appellabatur. 593
Pecunia mutua plerunque ſub pignore dabatur. 594
Pecuniæ creditæ cautiones. 597
Pecunia data numeratáque probabatur multis modis. 598
Pecunia numerabatur ex domo, ex arca, vel ex menſæ ſcriptura. 598
Pedanei. 740
Pedeſtria auſpicia. 136. & 138
Pedibus ire in ſententiam. 201
Peierare verbis conceptis. 813
Pellex aram tangere vetabatur. 46
Penſiones Kalendis Martiis inferri ſolebant. 575
Penulis poſitis ad Deos adibant. 43
Penus interdum legabatur. 703
Per, præpoſitio Latinis idem quod νὴ & μὰ Græcis. 844
Per fidem. 808
Per Deum Fidium iurandum. 808
Per ſalutem principis. 808. & 809
Per Genium Cæſaris. ibid.
Per caput ſuum, & per caput alterius. 810
Per oculos ſuos. ibid.
Per Venerem viri iurabant mulieribus quas deperibant. 812
Per Iouem lapidem, ſolemne & ſanctiſſimum Romanorum iuſiurandum. 818
Per Iunonem plerumque mulieres, & molliores homines iurabant. 818
Per Deos orare. 844
Perannare. 65
Perdidiſſe, aut non tuliſſe tribum, quinam dicebantur. 555
Perduellionis iudicare. 522
Peremptalia, ſeu peremptoria, fulmina. 140
Peremptorium edictum. 463. & 464
Perendinus dies. 412
Perenne auſpicari & Perenne auſpicium. 136. & 138
Perimus. 844
Perferri leges dicebantur. 152
Permarini Lares. 56
Perpol. 807
Perrogari leges, item ſententiæ dicebantur. 152. 204
Perſes legatos ad renuntiandum amicitiam ad ſe miſſos excedere iuſſit. 284
Perſes victus literas ad Senatum cum priuati nominis titulo miſit. 260
Perſes Albæ mortuus publico funere elatus. 263
Peſeſtas, in precationibus. 64

Perſoluere votum. 113
Peſtanorum legati pateras aureas Romam attulerunt. 280
Paſtifera auſpicia. 26
Peſtifera fulmina. 140
Peſtilentia graſſante libri Sibyllini adibantur. 227. item pax deorum expoſcebatur. 90
Petitio hereditatis duplex,& eius formula. 474. & 475
Philippus Macedonum rex cum Annibale fœdus iunxit. 406
Philippi regis legati ad Senatum. 272
Philippi legati ad bellum contra Antiochum,auxilium,pecuniam & frumentum pollicentur. 279
Pia rura, & Pium far. 35
Pia bella. 385. & 386
Pius Metellus. 837
Piaculares hoſtiæ. 16
Piacularia auſpicia. 136. & 138
Pignus pro debito & interdum creditori ipſi vēdebatur. 565. & 596
Pignoris contrahendi formula. 594
Pignoris capiendi,diſtrahendi,addicendi ordo & forma. 514
Pignoris vel hypothecæ venditio quemadmodū fiebat. 565
in Pignore dando generalis cōuentio bonorum, vel poſtea quæſitorum. 595
Pignora ſpeciali cōuentione, non tantum in ſortem,ſed & in vſuras quandoque obſtringebā-tur. ibid.
Pignora & hypothecæ nōnunquam creditoribus cedebantur. 596
Pignorum ſuperfluum interdum obligabatur. 595
Pileati ſerui quandoque venibant. 551
Piſanis agrū pollicentibus à Senatu gratiæ actæ. 250
Piſtor Iupiter. 54
Placet in ſententiis. 187
Placere Senatui. 215
Placere pronuntiant Imperatores. 467. & 538
Placere cum aliquo agi. 246
Placida Venus. 56
Platonis teſtamentum. 762
Plaudere ſpectatores iubebātur peractis fabulis. 853
Plebiſcitum Thermeſenſe. 168
Pleminius legatus à Locrenſibus accuſatus. 272
Plinij ſecundi liberalitas in municipes ſuos lapidi inſculpta. 623
Plutarchi interpres notatus. 14. & 41
Plutarchus Appiano antiquior. 120
Poculorum legatum. 700
Pœna conſtitutionibus addebatur contra earum temeratores. 360
Pœna quandoque ſtipulationibus adiiciebatur. 638
Pœnæ cauſa legatum. 789
Pœnarum quæ reis infligebātur genera varia.539. 542.& 543
Populus Romanus in legem ſacratam ſeu tribunitiam iurabat. 816
Populi Romani precatio,cùm Fabij contra Veiētes egrederentur. 93
Populonea Iuno. 55
Polybij laus. 264
Pol. 807
Pollicitationum exempla. 623
Polluti Venere non niſi abluto corpore ad ſacra accedebant. 8
Pomona Iuno. 55
Pomorum primitiæ quibus verbis ſumebantur. 101
Pompeiæ legis de parricidis verba quædam. 180
Pomponius Atticus elatus eſt ſine vlla pōpa funeris. 749
Pondus infectæ materiæ dicendū erat in petitione. 420. & 423
Pondus vel Pondo auri & argēti legabantur. 699. item Pondo vaſorum argentorum. ibid.
Pontifex maximus in votis ſuſcipiendis & nūcupandis verbis præibat. 118
Pontifices verbis ſollemnibus præibant in dedicatione. 125
Pontificum collegiū,ad quod referebantur quæſtiones de religione. 233
Pontium duæ inſcriptiones. 832
Porphyrius à verſibus Orphei libros ſuos impios inchoauerat. 4
Porricere exta. 31,& 32
Porta Quirites. 820
Poſcebantur iudices. 470
Poſſeſſor reſtituere iuſſus,vti cogeretur. 474
Poſſeſſor,vti damnabatur. 475
Poſſeſſor dicere cogebatur,vtrum pro herede, an pro poſſeſſore poſſideret. ibid.
in Poſſeſſionem ire. 456
de Poſſeſſione decedere. ibid.
Poſſidere iubere. 456
Poſſeſſio mala fide,vi, clam, precario. 434
Poſtem tenere ſolebant in dedicationibus templorum. 125
Poſtulationum aliquot exempla. 447
Poſtulatoria,ſeu poſtularia fulmina. 140
Poſtulare. 447
Poſtulo vti iudicem des. 413
Poſtulabantur ſuſpecti tutores. 447
Poſtulabantur iudices. 470
Poſtumius dictator ædem Cereris, Liberi & Liberæ vouit. 233
Poſtumio conſuli Senatuſconſulto Reſpu. commiſſa. 237
Poſtumi filij, & nepotes inſtituebantur. 664
Poſtumi nominatim exheredandi erant. 675
Poteſtas erat in populo. 145
in Poteſtate Senatus eſſe. 247
Poteſtas magiſtratibus quo verborum tempera-

mento dabatur. 244
Poteſtas cognoſcendi interdum à Senatu Conſulibus dabatur. 248
Præbere ceruicem. 18
Præciamitores, vel Præclamatores. 150
Præciæ. ibi.
Præcidanea agna & porca. 16
Præco ſinguiarum centuriarum ſuffragia renunciabat. 149
Præco eos qui plura ſuffragia tulerant, Conſules, vel Prætores vel Cenſores renunciabat. 149
Præco pronuntiabat, Dixere. 534
Præco imperabat ſilentium. 535. & 824
Præconis voce olim venibant omnia tam priuatim quàm publicè. 569
Præconis ad ludos ſeculares populum inuitantis carmen. 823
Præcones reos, accuſatores & patronos citabant. 525
Præconum vox in iudiciis ſæpe exaudiebatur. 235
Præconum elogia in ſuppliciis ſumendis. 545
Præconibus olim vtebantur ad conquirendas res amiſſas. 823
Præcooiorum formulæ. 822. & 823
Prædam fideliter ſeruaturos ſe milites iurabant. 379
Prædator Iupiter. 54
Præs. 584
Prædes. 440
Prædibus, & Prædijs, populo cauebatur. 584
Prædij vẽditor de tributo, & aliis oneribus dicebat. 562
Prædia inſpici, antequam emptio contraheretur, ſolebant. 557
Prædiorum nomina. 709
Prædia legabantur vti inſtructa erant. ibi.
Prædia legabantur interdum cum hac adiectione, vti à me poſſeſſa ſunt. 710
Prædiorum ruſticorum & vrbanorum ſeruitutes. 616. & 617
Prædiorum vendẽdorum legibus quid caueri ſolitum. 562
Præfabantur rebus omnibus agendis, Quod bonum, fauſtum fortunatumq́ue eſſet. 74
Præfatio fecialium. 399
Præfationes quædam teſtamentorum. 661
Pręfationes triumphi. 395
Pręfecti prætorio honorificæ appellationes. 354
Præfecti vrbi quibus titulis in reſcriptis decorati. ibid.
Præfecti pręto rio & Patritij ab Impp. appellabãtur Parentes cariſſimi. 352
Præfecti Ægypti quibus verbis ab Impp. ornantur. 355
Præficæ. 853
Præfiſcini. 858
Prehende furem, vox furem inſequentium. 822
Præibat aliquis obſecranti, ne quid verborũ pręteriretur, aut præpoſterum diceretur. 68
Præibat aliquis in ſollemnibus votis. 118
Præiudiciales actiones. 437
Præiudicia à prætore reddebantur. 436
Prælegatorum formulæ. 698. 699. & 715
Prælegatum heredi relictum duplici iure capiebatur. 745
Prælegata libertis relicta. 715
Præmia & impunitas propoſita indicibus. 248
Præmia militibus poſt victoriam. 392
Præpetes aues. 135
Prærogatiuæ tribus ſuffragium ferebãt ante iure vocatas. 148
Præſcriptiones. 526
Præſentanea porca. 16
Præſides & rectores prouinciarum, Cariſſimi ab Impp. vocabantur. 350
Præſides quo verborum honore ab Impp. afficiebantur. 335
Præſtites Lares. 56
Prætor Iudices & Arbitros dabat. 464. & 465
à Prætore Iudex vti poſtularetur. 413
Prætor in quæ verba Iudicem dabat. 418
Prætor bonorum poſſeſſionem dabat. 455. & 456
Prętor adibatur vt cõſtitueret, vbi pupilli, vel alerentur, vel morarentur. 458
Prætor plerumque comminationibus aduerſus tutores vtebatur. 459
Prætor adibatur ab agnatis & propinquis prodigorum. ibid.
Prætoris erat æſtimare an ſua eſſet iuriſdictio. 463
Prætor de alimentis quæ teſtamento & codicillis relicta eſſent cognoſcebat. 461
Prætorię cognitiones. ibid. & 462
Prætor quaſdam actiones non niſi cauſa cognita dabat. 464
Prætor, pluribus poſtulãtibus actionem cauſæ cognitionem in eligendo idoneiore adhibebat. ibid.
Prætor vt actiones dabat, ita & denegabat. ibid.
Prætoris tria verba ſollemnia. ibid.
Prætor faſtis diebus ſui copiam facere dicebatur. ibid.
Prætor ſui copiam interdum de plano faciebat, interdum pro tribunali. ibid.
Prætoris verba in bonorum poſſeſſione danda. 456
Prætoris verba cùm in poſſeſſionem mittebat. ibid.
Prætores renuntiabantur. 149
Prætores collegæ Cõſulum nuncupabantur. ibi.
Prætorũ de iure dicundo edicta, variè pro ſe ſubiecta concipiebantur. 313

Prætores de fideicommiſſis ius dicebaut. 462
Prætorum edicta. 313
Prætorum Prouinciæ. 296
Precatio maxima. 69
Precario ſollemnis comitiorum. 71
Precor venerorque. 79
Precationes pro Cæſarum ſalute. 94. & 95
Precario pro Claudio. 94
Precatio pro Traiano. 94. & 95
Precatio pro Conſtantino. 95
Precatio pro ſalute Auguſti. ibid.
Precario pro Tiberij ſalutè. ibid.
Precationum aliquot formulæ ex libris Catonis. 75
Precationes, quæ iu luſtrandis agris adhibebãtur. 64
Precationes & obſecrationes Deorum certis & ſollemnibus verbis coucipiebautor. 68
Precationes ſollemnes euocationis deorum, cõcionum & comitiorum. 71
Precationes concipiebaorur variis verborum figoris. 79
Precatiouom bonarum exempla. 91
Precationes aliquot per vererũ auctorum libroa fuſæ & ſparſæ. 92. 93. & 94
Precario interdum rẽs vendita ab emprore rogabatur. 564
Precario iuterdum iura prędiorum rogabantur. 619
Precario tam res mobiles, quàm res ſoli rogabantur. 619. & 620
Precarij exempla. 619
Preces & deſideria, libelli appellabantur. 328
Pretium certum eſſe debebat, & io pecunia numerata conſtitni. 548
Prerium emptionis probis nummis ſolui debebat. 571
Primæ tabulæ ſeu primum Teſtamentom. 658. & 681
Primigenia Fortuna. 57
Primi heredes. 677
Primo quoque tempore. 218
Prima quaque die. 685
Princeps & auctor ſententiæ. 296
Principes adibantur per libellos. 327
Principes reſcribebant ad libellos. ibid.
Principes ipſi conſuli ſe iubebant. 343
Principum edicta. 312
Principales tabnlæ & principale Teſtameutum. 658. & 681
Priucipij nomeu Tribui impoſitum. 152
Priucipia rerum agendarum & rationom à Dijs immortalibus duci conſueuerãt. 47. & 48
Priuata Fortuna. 57
Pro Deûm atque hominum fidem. 819
Pro frugibns facere. 22
Pro populo fieri. ibid.
Pro veſtram fidem Quirites. 820
Probatio victimarum quomodo fiebat. 17
Probi nummi, Probum argentum. 598
Procare. 413
Procõſul in Prouinciis edicta ex quibus ius redderet, propoſita habebat. 325
Procum, id eſt proceium. 583
Procumbebant & capita flectebant adorantes. 43
Proculus ſæpius à Nepore per literas couſultus. 373
Procurati dicebantur protẽta, oſtenta & fulgura. 140
Procurator ſatiſdare debebat dominum rem ratã habiturum. 437
Procurator. ibid.
Procurator Cæſaris. 465
Procuraror & defenſor iurare noo compellebãtur. 516
Procuratori oegotia gerenda mandabantur. 586. item pecunia credenda. 585
Procuratorem mutare aliquando poſt cauſam conteſtatam prætor permittebat. 462
Procurator ſemel datus iudicium à prætore accipere cogebatur. ibid.
Procuratorum differentia duplex. 585
Prodigæ hoſtiæ. 16
Prodigia nuntiari ſolebant. 140
Prodigia hoſtiis cæſis procnrabantur. 226
Prodigiis uuntiatis, libros Sibyllinos adire iubebantur decemuiri. 227
Prodigo bonis interdicebatur. 459
Profani appellabantur noodum ſacris initiati. 51
Profanis myſteria & arcana aperire & enunciare neſas habebaint. 5
Profauos ſacris arceri mos erat. 4
Programma. 358
Prohibitoria auis. 135
Prohibitoria edicta. 317
Prohibitoria interdicta. 435
Proiectum & immiſſum quid inter ſe differant. 618
Pomerij ampliati iuſcriptioues. 833
Promiſſio doris. 607
Pronuntiare dicebantur harnſpices. 140
Prouuntiari dicebantur ſententiæ. 203
Pronuntiatio Iudicnm. 512
Propitios & faciles Deos precabautur. 122
Propitios Deos precabantur mendici gentilium, his à quibus beneficium accipiebant. ibid.
Propugnator Iupiter. 54
Propter viam ſacrificium. 22
πρόῤῥησις initiorum à Rutiliano iuſtitutorum. 5
Proſecabantur exta. 28
Proſecta. ibid.
Proſerpina domina appellata. 50
Proſerpinæ theſauri erepti. 235
Proſiciæ, & Proſicium. 28
Prouincia eadem uonnunqnam ambobus Cõſulibus decernebatur. 296
Prouincias inter ſe comparabant Cõſules, ſortiebantúrve. 295
Prooiucias extra ſortem Senatus alteri Cõſulom

interdum decernebat. 296
Prouinciarum moderatores de quibuſdam principem conſulere neceſſe habebant. 342
Prouinciale edictum. 325
Prouocatio ad populum. 518
Prouorſa fulmina. 140
Proxenetæ nominis faciendi cauſa. 600
Prudentes vti de iure reſpondebant. 374 & 375
Prudentum reſponſa maximæ fuerunt auctoritatis. 376
Pruſias rex à Senatu petijt, vt ſocietas ſecum renouaretur. 261
Pruſiæ Bithyniæ regi habiti à Senatu honores. 262
Ptolemæus à Senatu ſocius atque amicos appellatus. 260
Ptolemæus à minore fratre regno ſpoliatus, Romam venit. 263
Ptolemæus anulum Alexandri mortui digito detraxit, & in concionem protulit. 692
Ptolemæi regis Alexandrini reductio in Senatu agitata. 202
Publicani ſolebant pactiones cum ciuitatibus & priuatis conficere. 582
Publicani merces ſcrutabantur. ibid.
Publica Fortuna. 57
Publica ſacra. 22
Publica in luſtrum locari conſuerant. 575
Publilium ludorum verba. 851
Pueris per Herculem ſub tecto deierare non licebat. 808
Pulchri Dij, & pulchræ Deæ interdum vocabantur. 50
Pullarius, cuius opera in auſpiciis veteres vtebātur. 137
Pullarij auſpicia læta, vel triſtia nuntiabant. 138
Pulli è cauea ad auſpicia captanda mittebantur, & inde euentus rerum explorabantur. 137
Puncta tuliſſe, quinam dicebantur. 151
Pupillaris ſubſtitutionis formulæ. 678. & 679
Pupillares tabulæ. 658
Pupillarium tabularum forma. 659. & 681
Pupilli rem ſaluam fore ſatiſdabāt tutores, & curatores. 458. & 640
Pupilli vbi educari & morari deberent. 458
Purgādi ſe de iniuria facta, aliquo maledicto, duplex modus. 817
Purificatio mulierum poſt oncturum opus. 8
Puri dies. ibid.
Puræ noctes. ibid.
Pura aqua luſtrabantur. 9
Pura omnia ſacris adhibebantur. 9
Pura vaſa ad ſacrificandum apparabantur. ibid.
Puræ manus. 6. & 7
Puræ hoſtiæ ratio habebatur in ſacris. 9
Purum vinum. ibid.
Purum far ad rem diuinam. ibid.
Purum vinum ſacris adhibebatur. ibid.
Puras veſtes in ſacris deſiderabant. ibid.
Purè lauati. 8
Purpuræ infectæ vel lanæ, vindicandæ ratio. 417
Pythiæ reſponſum. 140

Q

Quadrifrons, vel Quadriformis Ianus appellatus. 52
Quæſo. 371.372. & 373
Quæro an exiſtimes, vel quid exiſtimes. 373
Quæſo Deos. 79
Quæſtio vt haberetur, ab accuſatoribus poſtulabatur. 534
Quæſtionibus & tormentis qui intereſſe poterāt. ibid.
Quæſtiones per tormenta habebantur. ibid.
Quæſtiones de criminibus interdum Senatuſcōſultis decernebantur. 248
Quæſtiones de P. Clodij ſeruis in atrio libertatis habitæ. 534
Quæſtor conſtitutionibus ſubſcribebat. 365
Quæſtoris vrbani partes. 281
Quæſtores obuiam regibus Romam venientibus mittebantur. 263
Quam ſi ex eo natus. 826
Quantitatis certæ legata. 723
Quanrum æquius melius ſit dari. 417
Quas ob res, quare, quapropter. 188
Quaſi ex filio natus. 826. & 827
Querelæ ſociorum de iniuriis ſibi illatis. 271
Querelæ de magiſtratibus ad Senatum deferebantur. 272
Quid agis. 849. Quid noui? 850
Quid rei eſt? 851
Quid venis. ibid.
Qui Rempub. ſaluam eſſe vult, me ſequatur. 238
Quietem mortuis precabantur. 97
Quincupeda opus redemptori locatū metiebantur. 578
Quintio Conſuli ab Senatu gratiæ actæ. 249
Quiritare. 820
Quirites in concionibus & orationibus, ad populum. 146
Quirites cum patribus Conſcriptis coniungebāt, qui populum & Senatum ſimul alloquebātur. 190
Quirites pro militibus appellati. 389
Quiritium nomen populo Romano quando adiungi cœptum eſt. 69
Quirinus Ianus. 52
Quirinus Iupiter. 55
Quis es. 851
Quiſquis, vtrumque ſexum continet. 14
Quiſquis ades. ibid.
Quiſquis es. 61. & 848

Quiſquis

Quiſquis es, noſter eris. 398
Quod, vocula, in ſtipulationibus. 414. item in actionibus. 423. & 424. & libellis accuſatoriis. 425. & in exceptioonm formulis. 451
Quod in ſpooſionibos. 414
Quòd verba fecit Coſ. 214
Quòd verba facta ſunt. ibid.
Quod commodo Reip. fieri poſſet. 240
Quod boonm, fauſtum felixque ſit. 309

R

RApere exta. 23
Ratio habebatur, vel non habebatur, eorum qui magiſtratum petebaot. 150
Ratio quibus verbis ſubdocebatur. 188
Rationes accepti & expenſi. 599
Rationibus dies & Cooſul adſcribebaotur. 600
Ratio cum argeotariis & oommulatiis pooi ac putari ſolebat. 601
Ratiooes quiſque ſibi priuatas ſcribebat. 602
Ratiooum ſcribendarum mos qoando io deſuetudioem abiit. 603
Rationes nonnomquam exigi ab bis qui negotia geſſerant, verabaot. 727
Raris effigies io qoadrante & trieote. 851
Ratum feci. 134
Rata ea vt eſſent, qoæ euenire cupiebant, optabaot. 112
Rata ne eſſent optabant qoæ abominabantur. ibid.
Ratis votis irrita aduerſantur. ibid.
Rectè atque ordine feciſſe. 219
Rectène omnia. 850
Rectè reſpondebatur plerumque quærentibus, Nunquid vis? 850. & 851
Rectè in ſtipulationibus & cautiooibus. 638
Rectores prooinciarũ ab Impp. Fratres appellabantur. 353
Receptio geoeralis, quibos eſt ſeruitus vtiqoe eſt. 562
Recidere io caput ſuum qoæ precabantur. 124
Reciperatio. 384
Recoperatores dabo. 316
Recuperatores. 470
Reddere vota. 113. & 114
Redire in ſuffragiom. 147
Redire ad veſtitum. 290
Reddi, Reſtitoi. 511
Reddas, Reſtitoas. 747
Reddi exta. 31
Reditos prædij legabatur. 724
ex Reditu fundi legatum. ibid.
Redux Mineroa. 55
Redox Fortooa. 57
Referre de religione, de republica, de prouinciis, & exercitibus. 184
Referebatur ad collegium Pôtificum qoæſtio de religiooe. 233. & 234
Regalia exta. 27
Regalia fulmioa. 140
Rex ſactorum. 131
Rex eris. 851
Regem à Senatu appellari, io magna gloria & laude ponebator. 259
Reges à Senatu Regum appellationes petebaot. 260
Regij nominis bonor non oiſi pro magnis erga populum Rom. meritis dabatur. ibid.
Reges à Senatu amicitiam & ſocietatem petebant. ibid.
Reges quibuſcom ſocietatem & amicitiam iunxerant Romani, ſocij & amicij à Seoatu appellabantur. 261
Regom ſocietatem & amicitiam ipſi quãdoqoe Rom. capoſcebant. ibid.
Regibus à Senatu babiti honores. 262
Regibus captiuis quid humaoiter exhibuerit Senatus. 263
Regna popolo Ro. Teſtameotis Regum quæſita. 662
Regina Iuno. 55
Reipublicæ qoandoqoe fideicõmiſſum relinquebatur. 730
Relationibus Conſolum quid adüciebatur. 181
Relationom Cooſularium formolæ. 182. & 183
Relationom Conſularium varia argumeota. 184. & 185
Relatiooes ad principem. 344. & 345
Relegare Præſides Prouinciarum quomodo poterant. 541
Relegari in ioſulam vel ad tẽpos, vel in perpetoũ quis poterat. 540
Relegabatur quis interdom boois ademptis, interdom ſine bonorum ademptione. 540
Relegatis dies excedẽdi à Pręſidibus dari ſolebat. ibid.
Relegarorom duo genera erant. ibid.
Remigij, Remeoſis archiepiſcopi, Teſtamentum. 765
Rempub. gerere, vel rem gerere. 229
Remores aues. 135
Renontiabant Cooſoles Senatui, an litaſſent. 226
Renuntiabantor, qui ſuffragiis populi creabãtur magiſtratus. 149
Repetitionis legatorom exempla. 743
Replicatio. 454
Repulſam ferre. 152
Reſcribebant principes ad libellos. 327
Reſcribere Iuriſconſulti dicebantor. 373
Reſcribere nummos. 599
Reſcriptorum principaliom exempla. 328
Reſcriptiooom in pãdectis fragmeota. 329. 340. & ſeq.
Reſcripta principom non Latina tantùm, ſed & Græca lingoa concipiebantur. 342
Reſcripta Imperialia miniatis literis & eocaoro

Muriceo couſignabantur. 365
Reſcripta principum io ſcriniis aſſeruabautur. 349
Reſcriptorum trita & peruulgata initia. 329. & 330
Reſcriptorum verba ſollemuia. ibid.
Reſcriptorum exempla. 345. 346. 347. & ſequen.
Reſcriptis addebatur dies, Cooſul & locus. 350
Reſcriptorum couſtitutiouúmque initijs ſalutē adſcribi motis erat. 351
Reſcriptorum vulgares clanſulæ. 355
Reſpice poſt te: homiuem memento te. 395
Reſpici auis. 154
Reſpice iu precationibus. 87
Reſpiciens Fortuna. 57. & 88
Reſpublica magiſtatibus vti commendabatur & permittebatur. 236
de Republica loqui, dicere, coōſulere. 184. & 185
Reſponſum Delphicum. 140
Reſponſa haruſpicum. 138. & 139
Reſponſa quæ exterarum natiouum legatis dabantur. 270
Reſponſa Senatus ſeuera & atrocia. 283. & 284
Reſponſa prudentum. 370
Reſponſa prudētium maximæ fuerunt auctoritatis. 376
Reſtipulari. 630
Reſtituebantur io libertatem, qui ioiuria venietant. 275
Reſtituere hereditatem relictam heredes iuterdū rogabautur, vel qood ad eos ex hereditate peruenisſet, vel quod ſupereſſet ex hereditate. 682. & 683
Reſtituere interdum rogabātur pecunia accepta, vel accepto certo prædio. 682. & 684
Reſtituere interdum hereditatem cum fructibus heres rogabatur. ibid.
Reſtituere iuterdum heredes rogabantur, ſub cōdicione. ibid.
Reſtituere quandoque uon totam hereditatem, ſed partem duntaxat rogabantur. ibid.
Reſtituere duobus quandoque hereditatem quis rogabatur. 685
Reſtituere heres rogabatur hereditatem, vel purè, ſeu prima quaque die, vel in tempus, vel poſt tempus. ibid.
Reſtitutiones in iutegrum cognitione prætoria dabantur. 432
Reſtitutiones iu integrum deſiderari & implorari dicebantur. 442
Reſtitutiones iu integrum quo colore poſtularētur. 445
Reſtitutio in integrum, eorum qui ſeutentiā paſſi erant. 545. & 546
Reſtitutoria edicta. 318
Reſtitutoria interdicta. 435
Retiario pugnanti aduerſus Mirmillonem quid cantabantur. 838
Res diuioa fiebat, antequam bellum ſuſciperetur. 226
Res repetebantur ab ijs, quibus bellum denūtiandum erat. 286
Res repetere. 383
Res quibus verbis repetebantur. ibid.
Res reddere. 384
Res mancipi, aut nec maucipi. 572
Rem integram ad Senatum referre. 247
Rem ſuam eſſe iurabat petitor. 418
Rem deſignare debebar qui vindicabat, ſeu iu rem agebat. 420
Rem ſiue litem. 413
Reus voti. 113
Reus certo die adeſſe iubebatur. 524
Reus quo die adeſſe iuſſus erat, citabatur. ibid.
Reus ſtipulandi, & reus promittendi. 629
Rei poſtulati, ea lege qua iodiciom conſtituebatur, interrogari dicebantur. 525
Rei interdum præſcribebant accuſatoribus. 526
Rei prehendi, & io carcerem ſeu vincula duci iubebantur. ibid.
Rei cauſam dicere imperabantur. 527
Rei ioterdum ex viuculis cauſam dicebaut. 527
Reorum qui iu vinculis habebantur, maous pedéſque catenis & compedibus vinciebantur. ibid.
Rei magiſtratuum domibus adſeruabautur. 529
Rei tranſmittebantur. ibid.
Rei de criminibus obiectis interrogari ſolebāt. 530
Rei variis pœnarum generibus afficiēbautur. 539
Reos in cuſtodiam militibus tradi inualuit Imperatorum temporibus. 528
Reuocare domum. 463
Rex Iupiter. 53
Rex qua formula patres de bello couſulebat. 186
Rhodieuſis ciuitas amica atque ſocia populi Ro. 264
Riparum terminatarum Iuſcriptiones. 832
Riuis aqua ducebatur. 615
Riuales. ibid.
Riuos reficere, regere, & purgare. ibid.
Robigus Deus. 62. & 63
Robigalia. ibid.
Rodus, æs inſectum. 583
Rogo Quirites. 144
Rogo reſcribas. 371
Rogare emptum. 548
Rogari leges. 152
Rogari ſeotentiæ. 204
Rogatio de religioue. 235
Rogatio de bello. 143. 144. & 286

Rogationem vti acciperet populus. 144
Rogationem ad populum ferre, Conſules Prætoréſve interdum iubebantur. 246. & 286
Rogationum omnium verba communia. 143
Rogationes de bello, & de pace. 143. & 144
Rogationes de quæſtionibus decernendis. 144
Rogationum quarumdam exempla. 145
Rogationibus, populus Conſuli dicebatur. ibid.
Romæ vrbis verum & Latinum nomé ignotum. 56
Romæ nomen perpetuo ſilentio damnatum. 70
Romani dextrorſum in ſacris vertebantur. 42
Romulus Ioui Statori templum vouit. 105
Τρυάλῃ Græci ad victimas feriendas vtebantur. 16
Rubigo Dea. 63
Rufæ canes immolabantur ad placandum caniculæ ſydus. 64
Ruminales hoſtiæ. 16
Ruminus Iupiter. 54
Rupilio & Lenati Coſſ. quid à Senatu mádatum. 249
Ruſticorum prædiorum ſeruitutes. 616. & 617
Ruta, cæſa. 558

S

SAcramentum militare. 378
Sacramentum, ſpecies militiæ. 382
Sacramenti militaris ſub Imperatoribus ratio. 380
Sacramenti militaris formola ſub chriſtianis principibus mutata. 381
Sacramento rogati, & Sacramento dicere. ibid.
Sacramento litigatores inter ſe contendebant. 413
Sacerdotibus publicis vota mandabantur. 118
Sacer eſto. 154. & 155
Sacer homo. 155
Sacra quædam maledictis & execratione celebrabantur. 12
Sacres porci. 16
Sacri, vel religioſi vel publici nihil venibat. 562
Sacrima, vinum. 31
Sacrificare in Capitolio vt liceret, plerumque legati poſtulabant. 277. & 278
Sacroſanctum quid habitum. 153
Sæpe facias. 823
Saga ſumi in Tumulto decernebant. 290
Sagula purpurea cum fibulis aureis dono miſſa. 262
Saguntinorum legati. 279
Saliorum carmina. 140. & 141
Saliorum verba. 141
Saltem. 398
Salus reſcriptorum conſtitutionúmque initiis adſcribebatur. 351
Salus mortuis adſcripta. 796
Saluere iubeo. 847
Salus vulgò dicebatur, hoc verbo Aue. ibid.
Salutis augurium. 132
Salutabantur Dij. 38. 39. & 40
Salutabantur templa atque agri. 39
Salutabant patria ab ijs qui ex aliqua peregrinatione ſalui domum redibant. 40
Salutantes addebant quandoque iuſiurandum. 847
Salutaris Iupiter. 54
Salutatiquis matutinæ propria vox, Aue. 847
Sancti Dij vocabantur. 49
Sanctæ Deæ vocabantur. ibid.
Sanctiones legum. 154
Sanctuarium principis. 349
Sandalarius, vel Sandaliarius, Apollo. 55
Sanitas, aut morbus venaliũ, vti quóque modo vti exploraretur. 549
Sanqualis auis. 133
Sapiens dictus eſt Lælius. 837
Sarcire. 577
Sartum tectum. ibid.
Sardi venales. 824
Satin Salue. 849. & 850
Satiſdare debebat is, à quo hereditas petebatur. 440
Satiſdationem interdum teſtator heredi remittebat. 739
Satisfacere. 384. & 817
Satisfactionis de iniuria facta, formula. 817
Saturnus pater. 48
Saturnalia clamabatur. 822
Saturnij verſus. 116. & 395
Scapha. 557
Sciant omnes. 362
Scribendo affuere. 213
Sciſcendi verbum in ſuffragiis. 147
Sciſcere proprium erat plebis. 145
Scipionis oram è Sicilia ſoluentis, & in Africam traijcientis precatio. 92
Scipio eburneus regibus donatus. 261
Scorteum quid adhibere in aliquot ſacellis non licebat. 127
Scripſi, in cautionibus. 598
Secundare. 74
Securi percutiebantur victimæ. 20
Sedebant poſt adorationem. 43
Sedebant augurium captantes. 136
Sedentes vota Opi concipiebant. 119
Sedentes aſſentiebantur in Senatu. 201

Sedentes aſſentiebantur. 201
Sella curulis Regibus donata. 261
Seia Fortuna. 57
Sepulcri locus à fundi venditore excipiebatur. 562
Sepulcra familiaria, vel hereditaria. 802
Sepulcrorum tituli. 806
Sequeſter. 590. & 591
Senatores edicto in curiam vocabantur. 181
Senatores interdum poſtulabant, vt ſibi de republica liceret dicere. 185
Senatoribus moris erat, ſi quid è Repu. crederēt, pro ſententia dicere. 185
Senatores in ſententiis dicendis vtebantur verbis Cenſeo, Placet, Decerno. 186. 187. & 188
Senatores rogati, & interrogati ſententias dicebantur. 204
Senatores iureiurando quandoque adigebantur. 241
Senatus vniuerſus iurabat. 817
Senatus Conſuli de republica quomodo dicebatur. 184
Senatus dimittendi formula. 212
Senatus Conſultus de ea re ita cenſuit. 214. & 215
Senatui placere. 215
Senatum velle, & æquum cenſere. 216
Senatus cenſuit. 216
Senatus legatis hoſtium ſiue amicorum & ſociorum ſiue hoſtium vti dabatur. 270. 271. & 282
Senatus cùm quid cōprobabat & laudabat, quid decernebat. 219
Senatus quibus verbis Conſulibus quid mandabat. 240
Senatus potiſſimùm ſpectabat, quid Reipub. cōduceret. 241
Senatus quæcunque vt Reipub. pernicioſa damnabat, ea iudicabat contra Rempub. facta. 242
Senatus Cōſulibus Prætoribúſve precariis potius quàm imperatiuis verbis omnia mandabat. ibid.
Senatus rem integram poſtea referri, interdū decernebat. 247
Senatus dari dicebatur Legatis. 271
Senatus ſociorū querelas de magiſtratibus, audiebat. 272
Senatus quandoque non dabatur ijs, qui dubiæ & ſuſpectæ fidei erant. 283
Senatus ſeueritas. 283. & 284
Senatus frequens. 296
Senatui videri. 216
Senatum exiſtimare. 217. arbitrari. Ibid. iudicare. 217
Senatum exiſtimare, vel exiſtimaturum contra Rempub feciſſe, vel facturum. 241
Senatuſconſulta qua verborum varietate diſtincta. 180
Senatuſconſultum quo minus fieret, quibus verbis impediebatur. 202
Senatuſconſultis dies præponi ſolebat. 212
Senatuſconſulta quotieſcunque ab interceſſionibus impediebantur, Auctoritates perſcribi ſolebāt. 213
Senatuſconſultorum primis verſibus poni ſolebant nomina eorum, qui ad ea conſcribēda adhibiti erant. 213
Senatuſcōſultis veteribus T. litera ſubſcribi ſolebat. 213
Senatuſconſultum de Philoſophis & Rhetoribus factum. 214
Senatuſconſultorum vulgaris initia. ibid.
Senatuſconſultorum aliquot integra exempla. 220. 221. 222. 223. & ſeq.
Senatuſconſulta de aquæductibus. 220. & 221 de Bacchanalibus. 223. & 249. de Campanis. 224
Senatuſconſultum Velleianum. 225. Macedonianum. ibid. Trebellianum. 225
Senatuſconſulta ad religionē ſpectātia. 226. 227. & 234
Senatuſconſulta de Republica facta. 235
Senatuſconſulti genus quo Reſpublica Conſulibus committebatur. 235. & 236
Senatuſconſultis, quoties Reſpub. magiſtratibus commiſſa. 237
Senatuſconſultorum vinculum priſcum. 241
Senatuſconſulta in honorem Auguſti facta. 251. & 252
Senatuſconſula honorifica de Cicerone facta. 253
Senatuſconſulta in honorem Cæſaris facta. 256. & 257
Senatuſconſulta in honorem Germanici, Pallantis, & Matronarum facta. 257. 258. & 259
Senatuſconſultum factum in ſumma annonæ caritate. 246
Senatuſconſultum de ſocietate atque amicitia. 266. & 267
Senatuſconſulta probroſa & ignominioſa. 268
Senatuſconſulta de bello. 286
Senatuſconſulta in mortuorum ignominiam facta. 270
Senatuſconſulta de coniuratione Catilinæ facta. 293
Senatuſconſulta poſt Cæſaris cædem facta. 294
Senatuſconſultum de exercitibus. 295
Senatuſconſulta de prouinciis. 295. & 296
Senatuſconſulta fieri, ſcribi, perſcribi, ad ærarium dēferri dicebantur. 296
Seneca ſine vllo funeris ſollemni cremari ſe iuſſit. 749
Senſus ſi quis mortuis. 840
Sententiam de Repub. dicere. 184
Sententiam in Senatu dicentes, aut aliàs verba facientes, quibus verbis vtebantur. 189
Sententiam alterius qui ſequebantur, quibus verbis vtebantur. 202

Senten-

Sententiam dicturi conſurgebant. 201
Sententia vt diuideretur, quandoque poſtulabatur. 202
Sententia, in quam plures pedibus ierant, quibus verbis pronuntiabatur. 204
Sententiæ ex ordine rogabãtur poſt relationem. 185
Sententiarum rogandarum formula. 185. & 186
Sententiæ quibus verbis concipiebantur. 186
Sententiæ in Senatu dictæ à quibus verbis interdum inchoabantur. 189
Sententiarum in Senatu dictarum exempla. 291. & 292
Sententiarum particulæ. 200. & 201
Sententiæ quando dicebantur pronuntiari. 203
Sententiæ rogari dicebantur. 204
Sententiæ princeps & auctor. 296
Sententiæ Imperiales in cognitionibus prolatæ, ſeu decreta. 466. 467. & 468
Sententiæ Imperiales ex appellatione dictæ. 519
Sententiæ Iudicum quibus verbis concipiebãtur. 538
Sententiæ Iudicum. 511. 512. 513. & 514
Sententiarum à Iudicibus dictarum exempla. 511
Sententiæ ex appellatione dictæ exemplum. 510
Sententiam dici ab arbitris oportebat coram litigatoribus & vtroque præſente. 518
Sententiam Iudex quæſtionis pronuntiabat. 535
Sententis relegationis. 540
Sententijs præfationes nonnumquam adſcribebantur. 536
Sequere Imperatorem. 387
Sequere in ius. 410. & 411
Sermo interdum ad Cõſulem & Senatores ſimul dirigebatur. 190
Sertor. 429
Seruare auem, & Seruata auis. 135
Seruate de cælo. 148
Seruiliæ legis fragmenta duo. 164
Seruius Tullius Fortunæ duo templa cõdidit. 58. & 59
Serui, qui necem domini detexerat præmia. 462
Seruorum, nomine noxales actiones. 462. & 463
Seruus cum peculio vel ſine peculio venibat. 552
Seruus interdum ita venibat, vt niſi placuiſſet, intra præfinitum tempus redhiberetur. ibid.
Seruus ita aliquando vendebatur, ſi rationes arbitrio domini computaſſet. ibid.
Seruus ſine peculio interdum excipiebatur in hereditate vendenda. 567
Seruus cùm in ea cauſa erat vt redhiberetur, quid cauebat emptor. 642
Seruorum ſtipulationes. 632
Seruus quandoque rationum reddendarum onere liberabatur. 695
Serui vindicatio vti & quibus verbis fieret. 418
de Seruis qui ab alio petebantur, vel in fuga erant, vti iudicium petitorium redderetur. 473
Seruum furem non eſſe, neque fugitiuũ, promitti ſolebat. 550
Seruum leuonem non eſſe interdum cauebatur. ibid.
Seruum qui vendebat, quædam commendandi cauſa dicebat. ibid.
Seruum acceſſurum, in fundorum venditionibus interdum dicebant. 563
Seruum quandoque iubebatur heres redimere, & ei libertatem præſtare. 694
Serui vel purè vel ſtatim, liberi eſſe iubebãtur, vel poſt tempus. ibid.
Seruis libertas dabatur plerũque ſub condicione rationum reddendarum. ibid.
Serui, quorum nomine vẽditor nihil præſtaret, pileati venibant. 551
Serui interdum ea lege venibant, vt exportarentur. 552
Serui venditione interdũ excipiebatur, ne is proſtitueretur. ibid.
Serui venditioni quiduis adiicere licebat. ibid.
Serui complures vno inſtrumento emptionis interpoſito interdum venibant. ibid.
Serui quandoque ea lege venibant, vt manumitterentur. 553
Serui interdum ita venibãt, ne ad libertatem perducerentur. 554
Serui quandoque ita venibant, vt nihil exciperetur. ibid.
Serui dominis actus ſui rationes reddebant. 603
Serui pro capite peculium numerare ſolebant. 626
Seruorum demenſum. ibid.
Serui quandoque cum dominis paciſcebantur. ibid.
Serui interdum, vt ad libertatem peruenirẽt, operas dare, vel heredi, vel extraneo, iubebantur. 696
Serui interdum cum contubernalibus ſuis liberi eſſe iubebantur. 697
Serui ne ad libertatem perducerentur, teſtamento interdum cauebatur. 598
Serui plerumque liberi eſſe iubebantur, cùm ad xxx. annum perueniſſent. 697
Serui electio interdum legabatur. 704
Serui generaliter quandoque legabantur. 705
Serui ſub qua condicione legari ſolerent. 738
Serui officioſi turbam à dominis ſummouebant. 824
Seruorũ adſidua & cottidiana fuit comparatio. 549
Serui venditor de ſanitate eius promittebat. ibid.

Seruorum venalium non corporis tantùm,ſed & animi ſanitas promitti plerumque ſolebat. 550
Seruorum vẽditor interdum paciſcebatur, ne fugitiuum aut erronem præſtaret. 551
Seruorum ſingulorum titulus ex edicto ædilium curulium ſcribebatur. ibid.
Seruorum nomine noxale iudicium vti datetur. 428.429.443.462.463.489.490.& 491
Seruorum pretium quemadmodum cõſtituebatur. 552
Seruorum quorumcumque natio in venditione pronuntiabatur. ibid.
Seruorum legatis addebatur nonnumquam demonſtratio. 705
Seruorum interdum quos legabant, æſtimationẽ faciebant. ibid.
Seruis libertas teſtamento plerumque dabatur. 692
Seruis quædam interdum iniungebantur, quæ in faciendo conſiſtebat. 696
Seruis libertas ſub hac conditione, ſi per aliquot annos heredi ſeruiſſent, relinquebatur. 697
Seruis alienis legata Teſtamentis dabantur. 728
Seruo proprio legatum niſi cum libertate inutiliter dabatur. ibid.
Seruos non minus quã liberos homines heredes inſtituere licebat. 673
Seruos quandoque circa monumentũ morari teſtamento iubebant. 752
vt Seruarent, interdum à Dijs petebatur. 84
Seruire fundum, vel ædes, dicebat quis interdum in tradendo. 619
Seruitus per ſententiam non debebat conſtitui, ſed quæ erat declarari. 477
Seruitus ſi quæ fondo deberetur, nominatim quoque lege venditionis comprehendi cõſueuerat. 562
Seruitus oneris ferendi. 618
Seruitutis nomine quidquid venditor ſibi recipere volebat, nominatim recipi oportebat. 562
Seruitutes quemadmodum recipiebantur. 558
Seruitutes fundi qui venibat, nominatim ea venditionis lege excipi ſolebant. 562
Seruitutes pactionibus & ſtipulationibus cõſtituebantur. 613
Seruitutes per traditionem, vel patientiam conſtituebantur. 618
Seruitutes prædiorum ruſticorum. 616. & 617
Seruitutes prædiorum vrbanorum. ibid.
Seruitutibus modus adijci poterat. 614
Seruitutium vſustemporibus quandoque ſecernebatur. 615
Si vobis videtur, diſcedite Quirites. 212
Si quia aliter, vel aduerſus ea feciſſet, eum contra Rempub. facturum. 241
Si videretur. 242
Si ita videretur, alter eorum ad Coſſ. creãdos Romam veniret. 243
Si ſciens fallo. 811
Si Diis placet. 844
Sibyllinos libros adire, & inſpicere Decemviri à Senatu iubebantur. 227
Sic, vocula in precationibus. 83
Signabantur tabulæ. 571.& 572
Signa cõuelli, efferri, inferri, ferri, ſtatui, iubebantur. 386.& 387
Signum dari. 387
Signum Tribunis excubantibus dabatur. 390
Signum Dei Teſtamento fieri iuſſum. 732
Signa Deorum contingebant & comprehendebant ſupplicantes. 45
Signa ex voto ſuſcepto ponebantur. 129
Signia Deorũ Tituli & inſcriptiones addebãtur. 128.& 129
Signis nomen eorum qui ea dedicarant aut poſuerant, & ex qua pecunia fierẽt, inſcribebatur. ibid.
Signa ſeu ſignacula vti tabulis imprimerẽtur. 654. 655.& 572
Signorum quinque genera ab Auguribus obſeruabantur. 136
Silentium auſpiciorum proprium verbum. 138
Silentia in initiis & myſteriis. 5.& 6
Silentium in ſacris gentilium commendabatur. 11
Silentium fiebat per præcones. 535.& 814
Silua quemadmodum pignori dabatur. 594
Silnanus, ſen Suilanus Hercules. 56
Simpli vel Simplæ promiſſio. 563.& 567
Siue Deus, ſiue Dea, in precationibus dici conſueuerat. 60
Sine noxæ deditione iudicium datum. 314
Siniſtræ aues, & ſiniſtra auſpicia. 135.& 148
Siniſtrum à ſinendo dictum, in Auguriis. 136
Siniſtrum auſpicium & Silentiũ quid inter ſe differrent. 138
Sitemps. 157
Sis bonus, & Sis felix. 75
Siſti iudicio. 412
hic Situs eſt. 780
Societas conſenſu contrahebatur. 588
Societas omnium bonorum, vel certæ negotiationis. ibid.
Societas vectigalium cauſa contrahebatur. 588
Societatum genera multa. 589
Societas & amicitia cũ exteris nationibus, populis & Regibus iñgebatur, vel renouabatur. 264
Societatẽ amicitiãmque populi Ro. Reges, & ipſi quandoque Romani Regum expoſcebant. 262
Societatem & amicitiam petentibus, quibus verbis Senatus concedebat. 265
Societatum & amicitiarum cum populo Rom. origo. 261

Socij & amici appellabãtur reges, quibuſcum ſocietatem & amicitiam inoxerant Romani. 260
Socij & amici auxilium à Senatu populóque Ro. implotabaot. 278
Sociorum & amicorum legatis locus lautiáque præbebantut. 281
Sociorum formula. 266. & 267
Sociis atque amicis, ob eorum merita, à Senatu gratiæ actæ. 250
Sol & Luoa ab agricolis inuocabantur. 62
Sollemnes preces. 68
Sollſtimum. 137
Sollum Oſcorum liogua ſolidum ſignificabat. ibid.
Soluere vota. 113
Soricum occentu dirimebantur auſpicia. 138
Sotoria Iuno. 55
Soſianus Apollo. ibid.
Soſpita Iuno. ibid.
Species materiæ ſactæ dicenda erat in petitiooe. 420. & 423.
Spectatores peractis fabulis quibus verbis dimittebantur. 853
Spectio in auguralibus. 134
Σφαγὶς, culter. 16
Spicio. 134
Spolia hoſtium cum titulis ſuſpeodebantur. 396
Sponſalia iotetpoſitis ſtipulationibus fiebant. 606
Sponſionibus ſeinuicem qui conteodebant, prouocate conſueuerant. 414
Spurcum vioum à ſacris reiiciebant. 31
Spurcum vinum quodoam cenſebatur. ibid.
Spurius Liguſtinus à Conſule multis verbis collaudatus, eíque gratiæ actæ. 249. & 251
Spurij Poſthumij precatio. 92
Stabetius, homo auariſſimus, quid mooumento ſuo heredes inſcribere iuſſerit. 692
Stabilitor Iupiter. 54
Stantes ooo de geniculis Deos ſalutabant. 40
Stantes dicebant ſententiam. 201
Stare dicebantur hoſtiæ. 17. & 19
Stata Fortuna. 57
Statiuum augurium. 136
Stator Iupiter. 54
Statores reos adſeruabant. 518
Statua monumento ſuperaddebatur. 795
Statuas io foro municipiove poni Teſtatores iubebant. 732
Statuis rituli adſcribebantur, earúmque baſi iocidebantur. 827. 828. & ſeq.
Σταύρωσον, σταύρωσον αὐτόν. 822
Sternutamenta, iotet omina ponebantur. 101. & 102
Sternutantes ominis cauſa ſalutare moris erat. 101
Stillicidium auertendi in tectum, vel aream vicini, vel non auertendi. 617
Sillicidia in veoditione recipiebantur. 558
Stipulationes in ſponſionibus vltroque citróque intercedebant. 414
Stipularioonm formulas Iuriſcõſulti compooebant. 547
Stipulatio commune erat omoium obligationũ adſtringeodarum vinculum. 548
Stipulatio io emptionibus & venditionibus iotercedebat. 548. & 567
Stipulatio pactis ſubijciebatut. 626. & 627
Stipulatio hereditatis directis, & obliquis verbis vti conciperetur. 627. & 628
Stipulationes vel in dando, val in faciendo, vel io non faciendo conſiſtebant. 630
Stipulationum quæ io dando cõſiſtebant exempla. 630. 631. & 632
Stipulatio habere licere. 636
Stipulatio numorum. 630
Stipulatio tritici. ibid.
Stipulatio vini, olei, fructuum. 631
Stipulationum quæ in faciẽdo cooſiſtebant, exẽpla. 635. & 636
Stipulationum io oon faciendo exempla. 636
Stipulatio purè vel in diem vel ſub condicione concipiebatur. 623. & 634
Stipulatio ioterdũ ſub coodiciooe oegatiua coocipiebatur. 634
Stipulationibus dies & quibus verborum figuris, adiiciebatur. 633
Stipulatio annua, bima, trima die & io anoos ſingulos. ibid.
Stipulationes vſurarum io dies triginta. ibid.
Stipulationibus loca ioſeri ſolebaot. 634
Stipulatio euictionis quando committebatur. 567
Stipulatio de reddenda dote. 610. & 611
Stipulatio viæ, itioeris, actus. 635
Stipulatio operarum. 637
Stipulatio empræ hereditatis. 566. & 637
Stipulatio Quanto minus. 631
Stipulationes Prætoriæ, actiooũ inſtar habebant. 437. earum tres ſpecies. ibid.
Stipulatio de Rato habendo. 438
Stipulatio Iudicatum ſolui. 439
Stipulatio damoi infecti. 440. & 441
Stipulatio ex operis noui nuntiatione. 442
Stipulatio de legatis. ibid.
Stipulstioonm aliæ conuentiooales dicebantur, aliæ iudiciales, aliæ prætoriæ, aliæ communes. 640
Stipulationum conuentionalium totidem genera quot rerum contrahendarum. 627
Stipulationibus doli clauſula ſubiici ſolebat. 639
Stipulationibus pœna adiiciebatur. 638

Stipulationum pœnalium formulæ. 638
Strebula. 28
Sirena vnde dicta, & quare dabatur. 102
Suadere vel diſſuadere legem. 146
Subditus iudex. 465
Subſcribi tationes. 603
Subſcriptiones imperatorum manu. 363. & 364
Subſcriptiones variæ in reſcriptis & cõſtitutionibus. 367
Subſtitutionis vulgaris formula. 677
Subſtitutionis pupillaris formulæ. 678
Subſtitutio pupillaris variè concipiebatur. 679
Subſtitutio pupillaris finiebatur pubertate. 680
Subſtitutio pupillaris ſecũdis tabulis fiebat. 681. & 682
Subſtituebat interdũ pater ad breue tempus ętatis. 680
Subſtituebatur ſæpenumero impuberi in vtrumque caſum. ibid.
Subſtituebat quandoque pater, ex duobus impuberibus, ei qui ſupremus moreretur. ibid.
Subſtituere liberis impuberibus tã heredibus inſtitutis, quàm exheredatis pater poterat. ibid.
Subſtituere pater poterat, tam eum quem ſibi heredem inſtituerat, quàm alterum. 681
Subſtitutio pluribus inuicem vti fieret. 678
vt Subuenirent, Deos rogabant. 87
Succidaneæ hoſtiæ. 16
Succincti miniſtri cur. 15
vt Succurrerent, Deos precabantur. 87
Suffragij, quo viua voce Cõſul deſignabatur, formula. 149
Suffragiorum ferẽdorum cauſa iubebatur populus diſcedere. 147
Suffragij, cùm rogatio accipiebatur formula. ibid.
Sumi iudices dicebantur. 470
Summouere populum. 302
Summouere vrbe atque Italia. 5·9
Summus Iupiter. 53
Supellex legabatur. 7·1
Superſtites qui. 410
Superſtites vt filios relinquerent, iurabant. 809
Superuaganeæ aues. 135
Supinalis Iupiter. 54
Supinis manibus precabantur. 44. & 45
Supremus Iupiter. 53
Suprema, diei nouiſſimum tempus. 535
Supplicare ture, vino, lacte, ture, mola ſalſa. 47
Supplicare libellis dicebantur. 327
Supplicatio decernebatur eius Imperatoris nomine, à quo res bene geſta erat. 231
Supplicatio decreta ob reconciliatam cum patribus plebem. 232
Supplicatio decreta, cum latè vis peſtilentię graſſaretur. 232
Supplicationes votæ pro valetudine populi. 110
Supplicationes habebantur, placandorum Deorum cauſa. 226
Supplicationes ob Remp. bene geſtam decernebantur. 230
Supplicationes variis de cauſis Senatus decernebat. 228
Supplicationum à Senatu poſtulandarum, verba ſollemnia. 230
Supplicationum decernendarum vulgaris cauſa. 219
Supplicationibus decretis, quar hoſtiis ſacrificaretur, præſcribebatur. 238
Supplicantes templis proſtrati procumbebãt, liminaque templorum & ſolum ædium ſacrarũ oſculabantur. 46
Supplices per genua obſecrabant. 843
Supplices genua attingebant. ibid.
Συςρατιῶται. 389
Sues quibus legibus emerentur. 555
Syllæ crudelis iocus. 14
Syngraphi inter adoleſcentem, amicam & lenam conſcripti, elegans exemplum. 621
Syphax rex Numidarum. 261
Syphax Tiburi mortuus publico funere elatus. 263
Syphacis filius perijt per legatos, vt rex, ſocius & amicus ab Senatu appellaretur. 260
Syracuſanorum legati in Senatu queſti. 274

T

T. Litera veteribus Senatuſconſultis ſubſcribi ſolebat. 213
Tabellæ in comitiis. 148
Tabula ad fratrum Arualium ſacra ſpectans. 36
Tabula ænea in agro Genuenſi eruta. 478. 479. & 480
Tabula venditionis bonorum. 570
Tabula ſignificabatur dies qua liceri, & ad pretiũ adiicere cuilibet liceret. ibid.
Tabulæ nuptiales & earum verba ſollemnia. 606
Tabulæ votiuæ. 114. earum exempla. 116
Tabula quædam voti à plebe Narbonẽſi pro Auguſti numine ſuſcepti. 115
Tabulæ ab iis qui triumphabant, cum indice rerũ à ſe geſtarum, figebantur. 395
Tabulæ emptionum. 571
Tabulæ omnes, quæ publici vel priuati cõtractus ſcripturam continebant, obſignabantur. ibid.
Tabulas priuatas quiſque conficiebat. 603
Tabulæ, primæ, ſecundæ, principales, pupillares. 658. & 681
Tabulæ Teſtamentorum vti obſignarentur. 655

Tabulæ Teſtamenti viuo Teſtatore clauſæ erant eo mortuo aperiebantur, & quo ritu. 659
Tabulæ teſtamentorum integræ. 753. 654. & ſeq.
Tabulas pictas in templis ponebant, qui è morbo conualuerant. 118
Tabulas liberis impuberibus facere, parentibus licebat. 687
Tabulis nuptialibus dos dicebatur, promittebatur, dabatur. 606
Tabulis dotalibus caueri de dote ſoluto matrimonio reſtituenda ſolabat. 609. & 610
Tatiani interpres notatus. 4
Tellus, magna mater vocabatur. 49
Tempeſtas, ſupremum augurij tempus. 136
Templum, certis conceptiſque verbis finiebatur. 134
Templa ſalutabantur. 39
Templa ad orientem conuerſa erant. 44
Templa Fortis Fortunæ, & Virilis Fortunæ, vbi & à quibus condita. 59. & 60
Tempora tria fructibus metuebant, propter quod inſtituerant ferias. 65
Termino ſacrificabatur. 155
Terminorum inter vicinos ponendorum ritus ſolemnis. 480
Terra mater appellabatur. 49
Terram leuem vel grauem mortuis precabantur. 96. & 97
Terræ motu nunciato libri Sibyllini adibantur. 227
Teſſera militaris. 390
Teſtabantur deos. 718
Teſtabantur interdum deos hominéſque. 819
Teſtamentorum cura & diligentia apud veteres 651. & 652
Teſtamenta ſpeculum morum. 651
Teſtamentorum auctoritas. 652
Teſtamentorum genera tria. 652. & 653
Teſtamenta in procinctu. 652. & 653
Teſtamenta per æs & libram. 653. & 654
Teſtamenta prætorij iuris. 654
Teſtamentis teſtes vti ſubſcriberent. 655
Teſtamenta vti obſignarentur. 655
Teſtamenta manu teſtatorum vel aliena ſcribebantur. 656
Teſtamentarius. 656
Teſtamento aliena manu ſcripto vti ſubſcriberet Teſtator. 656
Teſtamenta ex iuriſconſultorum conſilio ſcribebantur. ibid.
Teſtamentis dies & Conſul adſcribebatur. 656
Teſtamenta vel integra valetudine, val in diſcrimine vitæ fiebant. 657
Teſtamenta in Tabulis, chartis & alia materia ſcribebantur. ibid.
Teſtamenta pluribus exemplis ſcribebantur. 657
Teſtamenti tabulæ publicè vel priuatim deponebantur. 658
Teſtamentum duplex, patris & filij. 658. & 681
Teſtamentorum Tabulæ vti aperirentur, & quo ritu. 659
Teſtamentum reſignabatur. 659. & 660
Teſtamenta recitabantur. 660
Teſtamentis generaliter ſcribi & caueri ſolita. 660
Teſtamentorum ſcripturæ ordo. 660. & 661
Teſtamentorum primis verſibus heredes vt plurimum ſcribebantur. 661
Teſtamentis præfationes interdum præponebantur. ibid.
Teſtamenta à nomine Teſtatoris plerunque inchoabantur. 661
Teſtamentorum formulæ ſublatæ à Conſtantino. 663
Teſtamentis heredes inſtituebantur. 662. & ſeq.
Teſtamentis Regna delata. 663
Teſtamentis in bona & in nomen heredes adſcribebantur. 671
Teſtamento ferre nomen Teſtatoris heres quandoque iubebatur. 672
Teſtamento Adoptari. 672
Teſtamentorum caput, heredis inſtitutio. 673
Teſtamentis liberi exheredabantur. 675
Teſtamentis ſubſtitutiones fiebant. 677
Teſtamentis quandoque hereditatem alij reſtituere heredes rogabantur. 682. & ſeq.
Teſtamentis Tutores dabantur. 687. & 688
Teſtamentis, interdum Liberi commendabantur. 689. & 690
Teſtamentis quandoque bona inter liberos diuidebantur, & de æris alieni ſolutione cauebatur. 691
Teſtamentis æſtimationem bonorum parentes frugi faciebant. ibid.
Teſtamentis libertates ſeruis dabantur. 692. 693. & ſeq.
Teſtamentis legata dabantur. 696. 699. & ſeq.
Teſtamentis alimẽta, cibaria, veſtiaria libertis relinquebantur. 720. 721. & ſeq.
Teſtamẽtis heredes opus municipibus facere interdum iubebantur. 730. & 731
Teſtamentis diuiſiones, & epulum decurionibus dare heredes iubebantur. 731. & 732
Teſtamentis ſtatuas & imagines in foro municipióve ponere, vel gladiatorum munus dare, heredes quandoque damnabantur. 732
Teſtamento emere, ædificare, altius nõ tollere, & vẽdere, heres ſæpe damnabatur. 732. & 733
Teſtamentis legata interdum repetebantur. 743. & 744
Teſtamentis legata quãdoque adimebantur, vel in alios transferebantur. 745
Teſtamentis fideicommiſſa relinquebantur. 740.
Teſtamentis liberti adſignabantur. 749

Teſtameotis codiɾilli couſirmabantur. 749
Teſtamentis mandata de fuoere, de monomento, & aliis dabantnr. 749. 750. & ſeq.
Teſtamenta, Fauonij Iocundi, Valerij & Cæcilij. 754. Cerraniæ, & Sempronij Tacidani 755. Megonij & Gtunij Cotocottę 756. Iulij Cæſaris, 757. Auguſti Cæſaris, 758. Tiberij, 759. Virgilij. 759. Virginij Rufi, 759. & 780. Theodoſij, 760. Lucij titij cuiuſdam, 760. Gregorij Theologi, 760. Platonis, 762. Ariſtotelis, ibid. Theophraſti, 763. Epicuri, 764. Lyconis. 765. B. Remigij 766. Hadoindi, 772. Bertbichrani, 772. Dagnberti. ibid.
Teſtationibus dies & cõſul adſcribebatut. 535
Teſtis in teſtamento quis eſſe poterat. 655
Teſtes pars vtraque dabat. 472
Teſtes uon temerè euocandi erant per longum iter ibid.
Teſtes voce præconis citabantur. 531
Teſtes non niſi poſt finitas actiones olim rogabantur. 532
Teſtes interogabãtur. 531. & refutabantur. 532
Teſtium duo genera. 532
Teſtes abſentes per tabulas teſtimoninm dabãt. 533
Teſtes in teſtameotis nomen ſuum adſcribere debebant. 655
Teſtes anulo ſuo vel alieno, qui χειρογρᾶφον haberet ſignabant. ibid.
Teſtimoniorum formula in eos qni fraudationis cauſa latitaſſe dicebantnr. 535
in Teſtimoonis dicendis verba recepta. 533
Thalaſſio, nuptialis vox. 821
Theodoſij & Valentiniani in condendis legibus religio. 366
Theodoſij imperatoris teſtamentum. 760
Thracum legati Romam miſſi. 264
Thraſeæ inter cetera obiectum quod, principio anni vitatet ſolemne iuſiurandum. 816
Thoriæ legis fragmeota. 159
Tiberinus pater vocabatur. 49
Tiberius Gracchus ſepulturæ hono ſpoliatus. 270
Tiberio Graccho ingentes ab vniuerſo ordine gratiæ actæ. 249
Tiberius Nero moriens filiis ſuis tutorem reliquit Octauium Cæſarem. 687
Tiberius moriens Claudium exercitibus, Senatui populóque Romano commẽdauit. & exemptum digito anulũ, quaſi alicui tradíturus paulumper tenuit. 690. & 692
Tiberius interceſſit quomions in acta ſua iuraretnr. 818
Tiberins domini appellationem reſpuit. 848
Tiberij edictum, quo poſt Auguſti exceſſum Senatores in curiam vocauit. 281
Tiberij adoptio. 656. 672. & 759
Tiberij morte lætatus eſt populus Rom. 822
Tiberio quid imprecatum. 98
Tigillus Iupiter. 54
Tigni in parietem immittendi ſeruitos. 617
Timaſitheus Liparẽſis Romanorum legatos à piratis captos Romam ſoſpites reſtituit. 268
Tireſias haruſpex. 41
Titiæ aues. 135
Titulus, geſta belli ſignificans, in triumpho præferebatur. 39
Titulus ſeruorum venalium. 551. & aliarum rerum quæ venibant. 551. & 570
Tituli monomentorum. 792
Tituli aris ioſcribebantur, qni cauſam cootinebant, ob quam eæ poſitæ eſſeot. 827
Tituli ſpoliis hoſtium adſcribebantur. 366
Tituli cauſam pœnæ indicantes. 545
Tituli ſepulcrorum interdum verſibus, qoandoque oratione metris ſolnta concipiebantur. 791
Tituli ſtatuis inſcribebantur. 827 828. & ſeq.
Titulos adſcribere moris erat; cùm votiua dona & munera diis figebaotur. 117
Titulos inſcribebant monumeotis, vrnis atque ollis. 806
Toga picta regibus dooata. 261
Tonans Iupiter. 54
Torror Apollo. 55
Traianus à Senatu populóque Rom. optimus cognominatus. 52
Traduc equum. 390
Traiectitia pecunia. 593
Tranſire, vel ire ioalia omnia. 203
Traoſfugæ quibus verbis recipiebaotur. 398
Tribus & centuriæ quibus verbis io ſuffragium mittebantur. 147
Tribus ac centuriæ qnædam prærogatiuæ, quædam iure vocatæ. 148
Tribus, quæ prima ad ſuffraginm ferendum vocata erat, legum initiis adſcribebatur. 152
Tribus, ciuium nominibus addebatur. 836
Tribum tuliſſe, vel perdidiſſe, qui oam dicebatur. 151
Tribunus, cùm delectus antiqnitus habebatur, milites iureiurando adigebat. 379
Tribuno ſplebis hoc nomioe alloquebantur, Tribuni. 190
Tribuni plebis ſacroſancti. 155
Triboni plebi, ſi sliſ videbatur, ad populum ferebant. 243. & 244
Tribuoi ioterdum pronootiabant, ſe ooo intercedere, vel moram non facere. 304
Tribuoi quaodoqne pronuntiabant ſe ooo paſſuros. 304
Tribuni plebis quandoque ſe interceſſuros pollicebantur. 304
Tribunorum auxilium implorabatur. 302
Tribunorum decreta ex annalium moonmentis ea ſcripta. 305
Tributorum remiſſioonibus quid adſcribi ſolebat. 246
Triplex Diana. 55
Triplicatio. 454
Tripudium ſoniuium. 136
Tripudinm ſolliſtimum. 137
Triſtia exta quæ habebantur. 26. & 27
Triſtia omina, aoguria, ſigna. 26

Triumphalis Hercules. 56
Triumphus quibus verbis poſtulabatur & decernebatur. 231
Triũphus ob rem benè geſtẽ decernebatur. 394
Triumphi præfatio. 395
Triumphum clamare. 394
Triumphanti quid à tergo ſuggerebatur. 395
Trophæa. 396
Triumviri reipub. conſtituendæ auctores fuerũt vt in acta Iulij Cæſaris iuraretur. 816
Tucciæ Veſtalis Virginis precatio. 93
Tumultus, militiæ ſpecies. 382
Tumultum eſſe, ſolebat Senatuſconſultis decerni. 288
Tunica palmata Regibus donata. 261
Turis dandi modus. 29
Tura dare, ferre, Focis iniicere, Focis ĩponere. 29
Tura ſola maſcule eris dabantur. 30
Tura interdum cucullo ſeu inuolucro ſoluto, in focum iniiciebant. 30
Ture digitis duobus aut tribus comprehenſe in focum iactabant. ibid.
Turci Aproniani Præſ. Vrbi Edicta duo. 316
Turinus fumi venditor fumo periit. 545
Tutores à Cõſulibus & Præfecto vrbi, Prætore, Præſidibus dabantur. 457
Tutoris è Magiſtratibus dandi formula. 457
Tutor ex inquiſitione dabatur. ibid.
Tutores propter rei notitiam dabantur. ibid.
Tutores teſtamento, non iure dati, Prætoris vel Præſidis decreto confirmabantur. 457
Tutores dati quãdoque ſe à tutela excuſabãt. 457
Tutores coram excuſationes allegare debebant non per libellos. ibid.
Tutores ſatiſdabant rem pupilli ſaluam fore. 458
Tutorum periculo Actor quandoque conſtituebatur. 459
Tutor pupillum puberem factum admonebat vt curatorem peteret. 459
Tutores ſi non ex fide Tutelam gererent, ſuſpecti poſtulabantur. 461
Tutor ſuſpectos remouebatur à Tutela. 461
Tutoribus pẽdente ſuſpecti cognitione adminiſtratio interdicebatur. ibid.
Tutores Teſtamento dabantur liberis ſiue natis ſiue poſtumis. 688
Tutor ad tempus dari poterat teſtamento. 688
Tutoris Teſtamento dandi formula. ibid.
Tutela diuidebatur inter plures Tutores vel Teſtamento vel à Prætore. 458. & 688
Tutelam liberorum interdum alterius conſilio geri pater mandabat. 689
Tutelæ iudicium, & quid in id deduceretur. 498
Tutores nõ cogebantur cauere de rato, nec Iudicatum ſolui. 439
Tutoribus rationum reddendarum neceſſitas quandoque Teſtamento remittebatur. 727
Tutelaris Minerua. 55
in Tutelam operis ſæpe aliquid relinquebatur. 731
in Tutelam cinerum legabatur 752. & in Tutelam monumenti. 805

V.

VAcationes in tumultu non valebant. 288
Vades. 412
Vadimonium ſedulò obibant. 453
Vadimonium aliquando differebant. ibid.
Vadimoniorum certe olim fuit conceptio. 411
Vadimoniorum verba ſollemnia. 412
Vadimonij deſerti excuſationes. 453
Vale, ſalutatio erat veſpertina. 851. & 852
Valere & plaudere iubebantur ſpectatores fabulis peractis. 853
Valeriana Minerua. 55
Valerius Soranus luit pœnas, quòd Romæ nomen enunciare auſus eſſet. 70
Valerij Coruini pia precatio. 93
Valetudinis ergô ludi voti. 110
pro Valetudine populi ſupplicationes decretæ. ibid.
Varroni è clade Cannenſi ſuperſtiti gratiæ actæ. 249. & 250
Vaſa pure ad rem diuinam. 9
Vaſa colligi. 387
Vaſa argentea, & electrina legabantur. 702
Vaſorum venditio. 557
Vaſorum argenteorum pondo legabatur. 699
Varen' agro à Senatu & vacatione donatus. 249
Vectigalia à Cenſoribus nõ niſi in conſpectu populi Rom. locare licebat. 583
Vectigalia in luſtrum ſiue quinquennium locari conſueuerant. 575. & 583
Vectigalia ad haſtam locabantur. ibid.
Vectigalium ſocietas. 588
Vectigali lex cenſoria dicebatur. 581. & 582
Vectigales agri. 581
Velabant capite diis ſacrificantes. 41
Velleij Paterculi elegans precatio. 93
vt Vellent, deos rogabant. 76
Venales res vti, quáque verborum conceptione per præconem venirent. 569
Venalium exploratio. 549
Venalium trãs mare aduectorum pedes creta denotabant. 552
Vendere fundum certo pretio interdum heres damnabatur. 733
Venditor ſeruorum, quædam commẽdendi cauſa quæ ad nudam eorum laudem pertinebant, dicebat. 550
Venditor præſtaturum ſe quod de mancipio dicebat, promittebat, vel non. 551
Venditor ſeruorum interdum paciſcebatur, ne fugitiuum aut erronem præſtaret. ibid.
Venditor leges venditionis pro arbitrio concipiebat. 566
Venditores mancipiorum nationem cuiuſque in venditione pronuntiare debebant. 552
Venditio ouium quomodo fiebat. 548
Venditio concipiebatur verbis, Eſt, vel eſto, vel, ſit emptus. 547. & 548
Venditio contrahi poterat non tantum purè, ſed & ſub conditione. 549
Venditio pecudum quemadmodum fiebat. 554
Venditionis quoddam caput, Neapolitano lapidi

incifum. 548
Venditionis ædium inſtrumentum, ex vetuſtis membranis deſcriptum. 559
Venditiones & emptiones ſtipulationibus interpoſitis contrahebantur. 548
Vendiriones per argentarios fiebant. 570
Venditionum leges aliquot. 565. &566
Venditionibus fere ſolebat adiici, Dolus malus à venditore aberit. 566
Vendirionibns loca ſacta, publica, religioſa excipiebantur. 562
Vendita res interdum conducebarnt ab emptore donec pretium ſolneretnr. 564
de Venditæ rei, necdum traditæ cnſtodia, inter emptorem & vendirorem conueniebat. 564
Vendita res, interdum ex conuentione ſi intra certum tempus diſplicniſſet, reddebatur. 565
Venerot. 79
Venerati deos votis, vitula, farre, acerra, bubus. 47
Venerari aras & templa. ibid.
Venerandi verbnm omnes cultns diuini ſpecies communione quadam complectitur. 47
Venia perebarnr à diis. 89
Venia, pontificale verbum. 89
Venialis ſtatus verba. 844
vt Venirent, deos precabantur. 76. & 77
Vétrem cum liberis in poſſeſſioné eſſe iubeo. 456
Venus genitrix. 49
Venns variis nominum appellationibns inuocabatur. 55
Venus propter hortorum procurationem ab agricolis inuocabatur. 62
Veneri Verticordiæ factæ preces. 67
Veneris Verticordiæ ſimulacrum cõſecratũ. 227
Veneris Ericinæ ædes dedicata. 232
Venere heſterna inquinatos à ſacris arcebant. 8
Venere polluti illoto corpore ad ſacra non accedebant. 8
Vel ſacrum interdum vouebatur. 109
Veris ſacri votum quale eſſet. 107. & 108
Verba bona, & verba mala. 11. & 12
Verba malè ominata. 12
Verba bona dicere in Græcorum concionibus & conuentibus iubebantur, qui aderant. 12
Verba certa, ſollemnia, legitima, concepta. 519
Verba certa & ſollemnia publicarum precationum & obſecrationum. 68
Verba feciſſe Coſſ. & ſenatores dicebantur. 185
Verba quædam vulgi ore trita. 842
Verbis profanis abſtineri inter ſacra & vota mos erat. 12
Verrucoſus Fabius. 837
Verruncare. 73
Verrumnus exiſtimabatur poteſtatem habere rerum ſemet vertentium in vtramque partem. 73
vt bene Verterent, interdum optabant. 73
Veſpaſianus ſanctus pater appellatur à Valer. Flacco. 50
Veſta mater. 49
Veſtalis virgo quibus verbis capiebatur. 129
Veſtalis capi, & legi dicebatur. 30
Veſtales virgines inceſti cum equitibus damnatæ. 227
Veſtidia Oppidia, mulier Campana. 259
Veſtis pura. 9
Veſtis mutabatur in luctu & mærore publico, item in Tumultu. 290
Veſtis mutatio duplex, vel togarum in ſaga, vel togarum albarum in atras. 290
Veſtis legabatur. 700
Veſtes naufragorum cum tabula ex voto ſuſpendi ſolebant. 117
Veſtes interdum & alia ornamenta inferri Tumulo iubebant Teſtatores. 751
Veſtimenta ſi quis peteret, numerum & colorem dicere debebat. 421
Veſtimenta detrahi ſolebant venalibus, ne quæ vitia corporis laterent. 549
Veto, vox tribunitia. 305
Vettio indici impunitas conceſſa. 249
Via, iter, actus in ſtipulatum deducebantur. 619
Viæ latitudo ex lege xij. tabularum. 614
Viam perpetuam diſcedentibus & peregrè proficiſcentibus imprecabantur. 124
Viæ publicæ quæ fundum tangebant, in modum agri non cedebant. 560
Viæ priuatæ. 562
Viæ publicæ factæ, ſtratæ vel reſtitutæ. 831
Viator nominatim vice arbitri aliquando dabatur. 465
Viatores rogabantur, vt benè mortuis precarentur. 806
Vicarij quibus verbis ab Impp. ornantur. 355
Vici complures vrbis Romæ à finitimis, propinquis aut vicinis Fortunæ templis nomen traxerunt. 58
Vicis legata relinquebantur. 730
Vicina Fortuna. 57
Victimæ, quæ inuito Deo offerri putabantur. 17
Victimarum varia genera & variæ appellationes. 16
Victor Iupiter 54. Hercules. 56
Victrix Minerua 55. Venus. 56
Videri, pronuntiabant Iudices. 538
Videri in Senatuſconſultis. 216 & 217
Vigila, verbum ſacrorum. 130
Villa vt bona, & benè ędificata venibat. 557
Villa noua ab ſolo ædificanda quemadmodum locabatur. 578
Villæ, omnes ædes, dictæ in cenſu. 583
Villas qui emebant, prius eas adhibitis fabris inſpiciebant. 557
Viminius Iupiter. 54
Vincere dicebatur ſententia, cui plures accedebant. 204
Vinctus, lictoris voce, quibuſdam ſacris intereſſe prohibebatur. 10
in Vincula coniici non ſolebat, qui fideiuſſores dare paratus erat. 518
Vinculorum ſpecies. 527
Vindiciæ. 420
Vindiciarum lis. 440
Vindicationis mov. 418

Vindicationi

Vindicationis formula. 420
Vindicationis iudiciũ quomodo reddebatur. 473
Vindicationibus cauſa perendi adiiciebatur. 421
Vindemia pendens. 556
Vindemiatoribus leges dictæ. 580
Vinea partiario vti danda eſſet. 580
Vinum dare. 29
Vinum altaribus ſuperfundebatur. 30
Vinum pateris dabatur. 30
Vinum nullum dabant, niſi purum. 31
Vinum & Tus ſocia in ſacris. ibid.
Vinum cùm dabatur, quibus verbis vti, ac ſupplicare moris erat. 37
Vinum in ſacris Bonæ deæ, lac nominabatur. 68
Vini noui deguſtatio quibus verbis fiebat. 100
Vini venditio 555. ſtipulatio. 631. Legatum. 703. votum. 106. & 109
Vinum doliare. 555
Vinum plerunque ad menſuram venibat. 556
Vinum nonnunquam ita venibat, vt deguſtaretur. 556
Vini periculũ, ex conuentione, aliquando ſuſtinebat venditor. 556
Vinum quádoque ita venibat, vt in ſingulas amphoras certum pretium diceretur. ibid.
Vinum quandoque per auerſionem venibat. 565
Vinum pendens qua lege venire oportebat. ibid.
Vinum deguſtandum, & metiendum venibat. 556
Vinum ex certo fundo quádoque legabatur. 703
Vinum amphorarium, vinum doliare, vinum ex apotheca. 703
Vina ex imputata vite diis libari nefas erat. 31
Vinorum genera, quæ diis libare nefas credebant. ibid.
Vina quandoque emebantur, exceptis acidis & mucidis. 556
Vina tradita videbantur, cùm claues cellæ vinariæ emptori traditæ erant. ibid.
Vinis Tituli figi ſolebant. 843
Vinalia. 31
Virgilius teſtamento carmina ſua cremari mandauit. 755
Virgilius teſtamento ſuo Aeneidem comburi iuſſit. 753
Virginius Ruffus tutor Plinio relictus fuit. 687
Virginij Ruffi carmen quod ſuo ſepulcro incidi iuſſit. 759. & 780
Virgo quibuſdam ſacris arcebatur. 10
Virgo, ſeu Virginalis, Fortuna. 57
Virgines quibus tunicis induerétur pridie nuptiarum boni ominis gratia. 102
Virilis Fortuna. 59
Vir virum legit. 388
Vir vxori dotem prælegare ſolebat. 716. & 717
Vir vxori, quæ vinus donauerat, teſtamento legare ſolebat. 718
Vir vxori mundum & ornamenta plerumque legabat, & quæ eius cauſa empta paratæ erant. 717. & 718
Vir vxori quandoque ad tempus liberorum legabat. 719
Virorum Tumulis fixa elogia ab vxoribus. 797
Viri vocari quomodo dicebantur. 382. & 383
Viri per Caſtorem non iurabant. 807
Virorum clarorum & illuſtrium elogia. 835
Vis cottidiana, & armata. 454
Viſcata Fortuna. 57
Vitium, augurale verbum erat. 132
Vitia mancipiorũ tã corporis quàm animi, ſibi cognita, debebat vẽditor aperire emptori. 550
Viuum flumen. 8
Viuo flumine ſe abluere, & viua lympha. 7
Vrxiſſe mortuos dicebant ominis cauſa: 853
Vltio necis Teſtamento mandata. 753
Vltor Iupiter, & Mars. 54 & 55
Vncia duodecima pars pedis. 616
Vnciæ in hereditatis partibus. 666
Vnde de plano rectè legi poſſit. 309
Vocatio in ius. 410
Voces hominum, quæ omina appellabant, veteres diligenter obſeruarunt. 101
Voces quę præconum ore in ſuppliciis ſumendia mittebantur. 545
Voces populi infauſtæ, in principes alióſque iactatæ. 822
Vologeſes Parthorum rex, ſocius & amicus populi Rom. 261
Volẽtes propitij vt eſſent, deos orabãt. 76. & 77
Volentibus diis. 77
Volſci excedere ex vrbe iuſſi. 282
Volturtio, comprobato eius indicio, præmia decreta. 249
Volumus animo, Iubemus verbis. 144
Votis, quæ ſacerdotes ſuſcipiebant priuatorum quoque vita conſonabant. 13
Vota in luſtrum nuncupabantur & ſuſcipiebantur. 107
Vota quæ bello Punico ſecundo Prætor ſuſcipere iuſſus eſt. 107
Votorum formulæ. 105. 106. & 107
Vota pro felici belli exitu, & victoriæ aduerſus hoſtes adipiſcendæ gratia fiebant. 109
Votorum genera varia, & exempla. ibid.
Vota pro imminentibus periculis, aut aduerſis quibus premebãtur, caſib⁹ ſuſcipi ſolebant. 109
Vota interdum ſuſcipiebantur pro ægrorum ſalute. 110
Vota pro Pompeij ſalute ab vniuerſa Italia ſuſcepta. ibid.
Vota ineunte anno pro Cæſarum ſalute publicè nuncupabantur. 110
Vota, pro eorum qui peregrè proficiſcebantur reditu, ſuſcipi conſueuerant. 111
Votis factis, ea vt rata eſſent, precabantur. 112
Votis ratis irrita aduerſantur. ibid.
Vota caduca. 112
Vota Valere, & vice ver ſa Cadere dicebant. 113
Vota concipi, ſuſcipi, nuncupari, dicebantur. 113
Voti reus, & voti damnatus. ibid.
Vota ſolui & reddi dicebantur. 113
Vota debita dicebantur, que votorum compotes facti ſoluebant. ibid.
Votorum compotes, quibus verbis ea ſe ſoluiſſe teſtabantur. 124

Votorum publicorum nuncupatio in tabulas referebatur. ibid.
Vota cùm ſoluebantur, eius rei ergô tabulæ figi conſueuerant. 114
Vota tabellis mandabantur. 117
Vota cera figebantur, & in femore genúve deorum annulo obſignabantur. ibid.
Vota præeunte Pontifice Maximo ſuſcipiebãtur & nuncupabantur. 118
Vota quæ fierent, publicis ſacerdotibus mandabantur. ibid.
Voueo, ſollemne verbũ in votis nuncupãdis. 105
Vouere templa, ludos, victimas. ibid.
Vouere decimam prædæ partem. 106
Vouentium idem, qui & precãtium habitus corporis fuit. 118
Vrbes antiquitus ſollemni carmine deuouebantur. 120
Vrbanorum prædiorum iura. 617
Vrbanorum prædiorum ſeruitutes. ibid.
Vti rogas iubeo. 147
Vti è repub. fidéque ſua eſſe videbitur. 239
Vſurarum in bonæ fidei iudiciis vti ratio haberetur. 505. & 506
Vſuræ pretij tardius exoluti. 564
Vſuræ fænebris pecuniæ. 593
Vſurarum ſtipulatio. 633
Vſuræ pecuniæ pupillaris 499
Vſusfructus dori dabatur. 608. in ſtipulatum deducebatur. 630. legabatur. 712. & 717
Vſusfructus quomodo legabatur. 712. & 713
Vſusfructus omnium ſeu vniuerſorum bonorũ. 713
Vſusfructus interdum pluribus legabatur. 713
Vſusfructus certarum rerum relinquebatur. 714
Vſusfructus interdum ad tempus legabatur. 714
Vſus nudus interdum, vel vſus ſine fructu legabatur. ibid.
Vſusfructus quandoque vxori legabatur, donec ei totius dotis ſatisfieret. ibid.
Vſusfructuarius quemadmodum caueba. 642 & 476
Vſusfructus vti vindicaretur. 475
de Vſufructu vti iudicium redderetur. 476
Vxor, cui nuntius remittebatur, ædibus exigebatur egredique iubebatur. 825
Vxores propriè quænam dicebantur. 605
Vxores viris quandoque legabant. 720
Vxoribus quænam legari conſueuerant. 717. 718. & 719
Vultu erecto precabantur. 44

Y.

Υπηρέται, miniſtri. 15

Z.

Ζυγὰ & λατόμια. 653

FINIS.

LVTETIÆ EXCVDEBAT HENRICVS
THEODERICVS, TYPOGRAPHVS,
impenſis honeſtiſſimi viri, Sebaſtiani
Niuellij, pridie Non. Decemb.
M. D. LXXXII.

AUT 1319316

H24.